This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

https://books.google.com

Digitized by Google



Digitized by Google



Digitized by Google



Digitized by Google

Digitized by Google

2° Opp. 56 (1

+ ex Bibliotheca Seminarii minoris
17 Februarii 1904

S. et C. B.ᵐ

C. i. 2078/4
pars de 12 vol.

Fruit ex libris
Rhodocanakis

<36611543910016

<36611543910016

Bayer. Staatsbibliothek

Digitized by Google

Digitized by Google

I. Dom. Ferretti inv. et del.

Carol. Gregori sculp.

Digitized by Google

Digitized by Google

IOAN. MEVRSII

OPERA OMNIA

IN PLVRES TOMOS DISTRIBVTA

QVORVM QVAEDAM

IN HAC EDITIONE PRIMVM PARENT

IOANNES LAMIVS

HISTORIAE ECCLESIASTICAE IN ATHENEO
FLORENTINO PROFESSOR

RECENSEBAT, ET SCHOLIIS ILLVSTRABAT.



FLORENTIAE. MDCCXXXXI.

CVM ADPROBATIONE.

Digitized by Google

Digitized by Google

IOANNIS MEVRSI

OPERVM

VOLVMEN PRIMVM

EX RECENSIONE

IOANNIS LAMI

LVCVBRATIONES QVAE IN EO CONTINENTVR SEQVENS PAGINA INDICAT.



FLORENTIAE. CIↃ. IↃ. CC. XLI.
REGIIS MAGNI ETRVRIAE DVCIS TYPIS

APVD TARTINIVM, ET FRANCHIVM
CVM ADPROBATIONE.

WB 10F/970

Digitized by Google

De Fortvna Athenarvm.
Athenarvm Atticar. lib. III.
De Popvlis Atticae.
Cecropia.
Ceramicvs Geminvs.
Piraeevs.
De Regibvs Atheniensivm libri III.
De Archontibvs Atheniensivm libri IV.
Thesevs.
Pisistratvs.

Digitized by Google

Bibliotheca Scientifica Monacensis

NOBILISSIMO ET AMPLISSIMO VIRO

D. D.

VINCENTIO MARIAE
COS. F. RICCARDIO

PATRICIO ET SENATORI FLORENTINO, MARCHIONI,
EQVITI D. STEPHANI, SERENISSIMI MAGNI
ETRVRIAE DVCIS GAZOPHYLACI,

IOANNES LAMIVS
DEDICO CONSECROQVE.

QVM quidem, VIR NOBILISSIME, *egregium illud ac memorandum, Viriſque omnibus doctis, & litterarum bonarumque artium amatoribus, optabile & iucundiſſimum opus adgreſſus eſſem, quo ego & de litteraria rep. & de poſteritate univerſa optime mereri conſtitui, omnium videlicet Viri Clariſſimi, & undequaque doctiſſimi,* Io. Meursii, *Bataviae ſuae decoris,*

Digitized by Google

coris, & ornamenti pereximii, operum generalem, amplam, & magnificam editionem; Tu ſtatim mentis oculis obverſatus es, cui tamquam Patrono praeſtantiſſimo, & titulis innumeris admirando, primum earumdem lucubrationum Volumen, non ſecus ac Numini propitio & ſalutari ſuſceptis ſolutiſque votis rite conſecrarem. Tu enim & iis laudibus clariſſime fulges, & iis meritis iure optimo cenſeris, & iis praeconiis late celebraris, ut a me curatae commentationum doctiſſimarum editioni ſplendorem & maieſtatem conciliare, patrocinium & tutelam impendere, famam & exiſtimationis aeternitatem promittere & dare, facile & digniſſime valeas. Quin, quum tantis me beneficiis obligaveris, tanto favore proſequutus fueris, tanta me ſemper auctoritate foveris atque defenderis, hoc qualecumque mei obſequii ac venerationis argumentum, & perſpectiſſimam grati animi ſignificationem, etſi tacitus & ambitionis expers, ab hisque captandis, utpote nihil indigus, maxime alienus, neſcio tamen quibus arcanis meritorum tuorum petitionibus, iure a me videbaris exigere. O editionem ſibi certe felicem, mihi opportunam! ſibi ornatiſſimam, mihi glorioſam! ſibi praeclaram, inclitam, immortalem; mihi laudis & commendationis fontem uberem & originem foecundiſſimam! dum egregium aeternumque VIRI AMPLISSIMI *nomen iactabunda prae ſe fert; & me gratum hominem ac beneficiorum memorem praedicat: dum auctoritate Patroni ſingularis, & amplitudine luculentiſſima decoratur; indelebilia autem ingenuitatis meae, ac qualiſcumque virtutis monumenta poſteritati tranſmittit: dum tanta protectione tuta ac tranquilla invidiam non timet, & ab oblivione vindicatur; me vero ab cenſura omni & lividorum obtrectatione tuetur atque adſerit. Et profecto, qualis ac quanta nam eſt, Tua nobilitas, amplitudo Tua, Tua virtus, gloria, magnificentia,* VIR NOBILISSIME, *ſive honorem & antiquitatem generis; ſive domus opulentiſſimae divitias & munificentiam; ſive dignitatum ſublimitatem eminentiſſimam, illuſtrium virorum ſeriem memorabilem & celeberrimam, titulorum innumerabilium multitudinem ſplendidam ac glorioſam, recenſentes admiranteſque conſideremus? Nam Tuae gentis illuſtriſſimae origo ex eo orbis terrarum famigerato tractu deducitur, ex quo, veluti ex abundanti & inexhauſto fonte Nobilitas ſpectatiſſima in omnes alias Europae provincias, & in Italiam praecipue, immo in urbem noſtram, variis tramitibus derivata propagataque defluxit, ex Germania videlicet: nec heri & nudius tertius illa huc advenit, ſed medio* XIV. *decurrente iam ſaeculo, ut iam & opum adfluentiam, & rerum geſtarum gloriam, & viros multiplicibus laudibus celebres, gens ac familia Tua per quadringentorum annorum decurſum in urbe noſtra exhibeat & iactet;*

Digitized by Google

iactet; qualem certe vetuſtatem inclita virorum ſucceſsione coiſtantem, nec fatiſcentem unquam, gliſcentem autem iugiter, & magis atque magis florentem in dies, non multi profecto nobis obtrudere valeant, quibuſcumque avorum titulis ornamentiſque glorientur. Quin, quod numquam aut raro ferme contigit, Tua nobilitas & claritudo, non ſenſim & per tacita incrementa, conferentibus & veluti obſtreticantibus temporum intervallis, in tantum ſplendorem conſequenter & articulatim excrevit; ſed quod de Maieſtate olim ſplendide ac magnifice dictum eſt, Qua die primum eſt edita magna fuit, de ea quoque dici iure poteſt, quum, ſi revolutae aetates univerſae relegantur, clariſſima ſemper deprehendatur. Haud ſecus reliquorum ſiderum princeps ac moderator Sol, non minor eſt quum oritur, quam quum altiſſimus medio orbe refulget atque emicat; & quum ſui curſus progreſſionem adgnoſcat, magnitudinis augmentum ignorat. Etenim Anichinus, *Maiorum tuorum unus, & qui* Richardum *Vbiae gentis hominem, unde & tuae genti nomen Italorum more factum eſt, patrem habuit, non multo poſt quam Florentiam advena ſe contulerat,* Nicoloſam, *matronam nobiliſsimam, & honeſtiſsimam viduam, quae primis nuptiis in primariam* Ruſſorum *familiam translata fuerat, uxorem duxit; & octo ampliſſima latifundia cum villis, quod tunc temporis immanis opulentiae inſtar habebatur, liberis ſuis teſtamento reliquit. Hinc perſpicuum & indubitatum argumentum exſiſtit, eum non vulgaris ordinis & conditionis hominem fuiſſe, ſed nobilitatis decora, praeclaraſque Maiorum laudes Colonia Agrippina migrantem una cum proſapiae origine Florentiam deduxiſſe. Adde, quod hic idem in Civium Florentinorum ordinem ſtatim a Senatu Florentino cooptatus eſt, & licet peregrinus & hoſpes primariis Magiſtratibus obeundis indignus non habitus, quod certe praeter Florentinae Civitatis mores & inſtituta factum eſt: quare e ſtirpe veſtra generoſa & illuſtri, qui* XII. *Bonorum Hominum, ut vocant, albo inſcriptus fuerit, reperitur; in ea videlicet dignitate & gradu conſtitutus, qui Senatorio ordini, immo & principi Vexilliferorum excellentiae, iuxta patriae leges aequiparatur. Hinc mirari ſubit, quod Hiſtoricus eminentiſſimus* Scipio Ammiratus *id ignoraverit, & cauſſas falſas neſcio quas ſubpoſuerit, cur* Riccardia *gens a primariis Florentinae Reip. honoribus excluſa fuerit: peregrinitatem videlicet, & Gibellinae factionis ſtudium, & alia, quae ipſi comminiſci proclive fuit. Ex eo autem tempore Copia in fortunatiſſimae gentis ſinum cornu prope evacuatum prodige effudit; ita ut omnes alios cives ac conterraneos ſuos divitiis, fundis, & rerum adfluentia, facile ſuperaverit; & lectiſſimae nobilitatis feminae connubio iunctae in Tuam domum convenerint, Tuaque domo in alienas eodem matrimoniorum iure tranſierint, communicatis hinc inde, ſimulque confuſis,*

incli-

Digitized by Google

inclitis decorum praeſtantiſſimorum & eximiarum laudum titulis & fulgoribus, unde tanta claritas & amplitudo citra omnis imminutionis diſpendium integra ſemper & inviolata perſeveraret. At quum vera opulentia ea ſit, quae in largo divitiarum uſu, & effuſa munificentia ita verſatur, ut per aperta liberalitatis ſpatia erumpens exundet, & citra prodigalitatis hiatus voragineſque retenta coercitaque conſiſtat; ut non in vitia opes ſtulte ac temere profundantur, ſed ad virtutem promovendam ſapienter impendantur; ut iis boni iuventur, ſed non malorum pravitas foveatur; ut laudem quis & honeſtorum hominum adprobationem mereatur, dignum autem imprudenti opum profuſione vituperium effugiat: hoc ipſum eſt, quod Te Maioreſque tuos laudatiſſimos, & celeberrimos reddidit. Etenim divitiis immenſis, quas Deus largus ingeſſerat, glorioſe ſemper ac magnificenter uſi, inopes, ac miſeros, & quos fortunae iniuria, aut rerum caſus, aut morbi vis & languor, oppreſſerat, vobis ab eodem Numine & alendos & ſublevandos traditos fuiſſe credidiſtis, nec in alium finem tantas opes vobis divinitus datas, quam ut, veluti Dei immortalis Oeconomi, iuxta Evangelica ipſius documenta, indigentibus large laudabiliterque diſpenſaretis; adeo ut de vobis, veſtraque gente, merito uſurpari a me poſſit, quod optimus ſui aevi Poeta Claudianus *de* Probo *canebat:*

Hic non divitias nigrantibus abdidit antris,
Nec tenebris damnavit opes: ſed largior imbre
Sueverat innumeras hominum ditare catervas.
Quippe velut denſo currentia munera nimbo
Cernere ſemper erat: populis undare penates,
Adſiduos intrare inopes, remeare beatos.
Praeceps illa manus fluvios ſuperabat Iberos
Aurea dona vomens: ſi quid tellure revulſa
Solicitis fodiens rimatur collibus aurum:
Quantum ſtagna Tagi rudibus ſtillantia venis
Effluxere decus: quanto pretioſa metallo
Hermi ripa micat: quantas per Lydia culta
Deſpumat rutilas dives Pactolus arenas.

Ex hac veſtra erga inopes largitate & beneficentia, ingens etiam pietatis adverſus Deum & religionis veſtrae argumentum elucet atque eminet; & eam quidem eſſe maximam intelligimus, quum divini cultus & venerationis pars potiſſima, & praeſtantiſſima ſit, pauperes opibus & praeſidio fovere, miſeriſque ſuccurrere, iuxta Chriſti Servatoris veriſsima & coeleſtia praecepta: quamquam & aliae pietatis religioniſque partes vos non deficiant, & praecipue Altarium, Lararіorumque exſtructio magnifica, & ornatus ſumtuoſus, & ſuperbae Templorum, ſacrarumque AEdium reſtaura-

tio-

Digitized by Google

tiones: Quid quod homines Deo sacros, & divino cultui mancipatos, humanissime semper excipitis, & favore ac veneratione singulari prosequimini, nihil umquam omittentes quod religionis splendori & dignitati conferre in primis atque conducere videatur. Sed quum optimorum & magnificorum civium sit, non tam suos iuvare, & fovere, ac succurrere, quam patriam ornare, & urbem pulcriorem efficere, & suis simul atque exteris se magnos, & amplos, & admirabiles exhibere; alia via, & quidem laudatissima, indigis opem tulistis, sed ita ut alios praesidio & opibus iuvaretis, nec foveretis inertiam; stipem porrigeretis, & excitaretis artes hominumque industriam exerceretis; aedes immanes exstruendo, insulas ornando, praetoria in latifundiis excitando, sumtuosam & inaestimabilem comparando supellectilem, innumerum famulorum gregem conducendo, & iis omnibus habendis, & servandis, & procurandis, quae & divitias vestras immensas ostentarent, & amplitudinem augerent, & magnanimitatem, munificentiam, splendoremque vestrum late praedicarent: & eodem tempore beatam divitiarum copiam per populos ad alienam indigentiam sublevandam effunderent. Hinc tot magnorum Principum, tot Virorum potentissimorum, Pontificum Maximorum, & venerabilium Antistitum hospitio splendidissimo Tuae aedes celebratae, qui omnes regifico luxu excepti, munificentia incredibili honorati, Riccardianam amplitudinem, opulentiam, sumtus immensos, admirati laudibus ferre non desinunt. Hinc Magnorum Etruriae Principum erga vestram gentem propensio, amor, beneficentia singularis enituit; quod Vos honorare dignitatibus, reditibus augere, ditare opibus, cumulare beneficiis, nihil aliud esse intelligerent, quam populis divinitus sibi commissis, eorumque fortunis ac felicitati prospicere: quum Vos rivi instar tumidi & plenissimi esse videremini, per quem secure & integre exundans regalium largitionum aqua ad subditos suos ex inexhausto fonte derivaretur atque conflueret. Hinc communis & publicus populi universi amor ac favor, quo Vos semper, ubique, certatim, cupideque prosequitur: non tam vos laudat ac subspicit, quam veneratur & colit: magis Heroas aut Numina sentit, quam homines mortales existimat: vobis acclamat, vobis plaudit, vobis exsultat ac gestit, post Deum immortalem, post Principem, supremumque Regni Etrusci Moderatorem, & suos dominos, & suos patres, & suos custodes, defensores, patronos iustissimo pracconio vociferans. Grande exemplum principibus Viris, Patriciis nobilibus, Civibus potentibus ac locupletibus, Vos Numen coeleste proposuit, ut eo oculis subiecto demum comprehendant ac discant, quomodo populorum amorem ac benevolentiam sibi valeant comparare; & magni, & felices, ac celebres evadere; &, quod praestabilius est, optimi utilesque esse & videri. Foetidi ac putres, noxii pestilentesque, lacus sunt, in quibus aquae

Digitized by Google

inertes & immobiles, undique collectae stagnant, ac desident; aquae illae, quae longo cursu per riparum obliquitates, & alveorum declivia plurimae, & effusae evolvuntur, & caeli salubritatem gignunt, & soli ubertatem provehunt, & populorum divitias augent, & maximis regionibus utilitatem incredibilem adferunt. Sed quod miraculi instar temporibus adeo deplorandis iam est, illud quidem iure censendum, quod Vos, VIRI CELSISSIMI, *& in indigos alendos, & in familiam innumeram substentandam, & in summates Viros honorandos, infinitos vestros thesauros erogare satis non habuistis; sed ad Viros doctos fovendos, litteras ampliandas, promovendas bonas artes, peramplam substantiam possidere potissimum existimastis, & vestram domum Musarum refugium; disciplinarum theatrum, sapientiae templum esse laudabiliter voluistis. Quam factum bene, quod aedes illae, quae egregiarum artium, & litterarum, litteratorumque hominum, seu asylum, seu domicilium fuerunt,* Mediceas *dico; in quibus tanta sapientiae & doctrinae supellex olim congesta est; tot libri, & codices, & tot antiquitatis eruditae monumenta, servata sunt, & ab interitu vindicata; tot docti, & omnibus doctrinis exculti homines & educati, & conducti, & in omnibus vitae tranquillissimae commodis habiti, totius terrarum orbis admirationem, venerationemque meruerunt, quod illae aedes, inquam, adeo augustae, adeo venerandae, celebrandaeque, in vestram possessionem cesserunt, ita disponentibus factis, ut memorabilium coeptorum, & laudum* Mediceae *gentis immortalium, in eo etiam quod litterarum favorem, doctorumque hominum felicitatem attinet, continuatio quaedam, vestra possessio videretur! Si enim hae aedes, quas incolitis, illae sunt in quibus &* Cosmus *ille, qui* Pater Patriae *merito dictus est, &* Petrus *eius filius disciplinis omnibus instructissimus habitavit; quas decoravit non unus eiusdem gentis* Laurentius, *& ingenii praestantia, & doctrinae sublimitate, & facultatum omnium, ac disciplinarum favore subspiciendus; quas &* Leones, *ac* Clementes, *omnes generis humani lumina, & ornamenta illustraverunt; hae quoque nunc sunt, quas Viri pariter clarissimi, & litteris instructissimi non tam posedere, quam honestarunt; inter quos mihi nunc commemorandi occurrunt* Richardus, Gabriel, Franciscus, *& alter* Gabriel: *Et primus quidem,*

—— quem nec ventura silebunt
Lustra, nec ignota rapiet sub nube vetustas,

quasi Herilli *sententiam sequutus esset, & bonorum finem cum illo in scientia, & fortunarum copia collocasset, quum sub* Petro Victorio, *cuius nomen longi carminis, & elogii instar est, praeceptore adeo in litteris, & egregiis studiis profecisset, ut Parnassi verticem prope attingeret, & in aeternitatis ac gloriae tem-*

plum

Digitized by Google

plum properaret, nihil habuit antiquius quam artibus eximiis iuvandis, ac promovendis incumbere; & chartis impalleſcens, legendo, ſcribendo, cum Viris doctis colloquendo, omnibuſque cuiuſque generis doctrinarum praeſidiis, ac monumentis comparandis, vitam exigere. Quamobrem non contentus ſacram Comoediam, quae Maria Magdalena *inſcribitur, Italicis verſibus elegantер compoſuiſſe, & ingenti librorum copia cum manu ſcriptorum, tum formis excuſorum collecta, Bibliothecam inſtructiſſimam dedicavit; & numos antiquos, celataſque gemmas, & lapillos inſignes affatim collegit; & ſtatuas, ſimulacra, aera, marmora vetuſta, epigrammata archetypa, & epitaphia, innumero numero comparavit. Tantaque fuit in illo ſedulitas, & laboris diligentia, ac ſtudioſi otii amor, ut ea litteraria ſupellectili in Valfundianos hortos translata, in eorum ſecuro ſeceſſu, & in Muſarum Phoebique conſuetudine, aevum leniter agitare decreverit. Hinc* Victorii *praeceptoris commendationem meruit, in cuius ſcriptis honeſta* Richardi *Tui commemoratio reperitur; & aliorum doctiſſimorum per eam aetatem Virorum adprobationem & amorem adeptus, ab elegantiſſimo Poeta* Gabr. Chiabrera *non una Italica Ode ſuaviſſima, atque pulcerrima, decantaretur. Huius quam dico rei teſtes ſunt, &* Richardi *ipſius Comoedia, quam ſtatim memoravi, typis vulgata, & percelebris; & mille & trecenti Codices diverſarum linguarum MSS. & fere omnes inſignes, qui in Tua Bibliotheca adſervantur; & tot formis primum deſcripti libri cum Graeci, tum Latini; & Muſeum egregium numis, gemmis, idolis, ſtatuis, ceteriſque antiquitatis reliquiis copioſum; ne univerſas aedes, quaqua patent, dicam: nam quacumque ambules, quocumque Te vertas, quodcumque circumſpicias, Muſeum eſt inclitum omnigenis vetuſtatis monumentis abundans, ac locuples. Etenim, ut cetera ſilentio tranſiliam, ipſum illud veſtibulum porticuſque, quae in mediis aedibus hiat, vix in ſe pedes ingredientium admiſit, ſuo erudito ſpectaculo, epitaphiorum, ſtatuarum, protomarum, anaglyphorum, cuiuſcumque generis ornamentis admirando, non tam eorum oculos, animoſque ſuaviter adlicit, quam incredibiliter ſtupere compellit. Et tota fere haec inaeſtimabilis ſupellex* Richardi *illius praeſtantiſſimi ingenio, doctrinae, diligentiae, curae accepta ferenda eſt, qui licet haec omnia in ſuis illis dilectis hortis dedicaviſſet, & ne alio transferrentur teſtamento caviſſet; tamen veſtro in litteras amore, & non tam domeſticae gloriae ambitu, quam publicae utilitatis deſiderio, & ſuprema, ut opus erat, Principis auctoritate, factum eſt, ut in aedes primarias omnia traducerentur; &* Richardi *ſcientiae, ac virtutis, omnibus expoſitum monumentum exſiſterent, quum non tam conterraneorum, quam exterorum omnium commodo exhibita, & explicata*

Digitized by Google

proſtarent. Quantam laudem meruit Richardus *dum ſe a turba ſevocat, & ſolis Muſis dat operam, ut curis inanibus vacuus & tranquillus, homo opulentiſſimus eximiis animum cognitionibus locupletaret; tantum vos commendationis, adprobationiſque, meruiſtis, dum ea quae in tanto otio, ac ſecuritate, comparata fuerant, & quae ſolitaria animi commentatio quaeſiverat, omnibus patere voluiſtis; ut confluentia certatim ad tam grande theatrum ingenia feliciter, & ſine veſtro diſpendio diteſcerent. In hanc rem enim inſolita munificentia non unum electum Virum & Bibliothecae, & Gazae, Muſeoque, iuſto ſtipendio conductum praefeciſtis, qui omnibus accedentibus non tam haſce opes, & inclita monumenta, quam gloriam veſtram, & amplitudinem oſtentarent.* Richardi *huius famigerati veſtigiis propius inhaeſiſſe videatur* Gabriel *ille, qui non multo poſt florens Latinas pariter Muſas excoluit, & venuſtos, eleganteſque verſiculos ſcripſit, qui in Tua Bibliotheca manu exarati adhuc exſtant; quamquam illi*

—— facunda placebant
Otia, naſcentes ibant in ſaecula libri;

hic vero litterarum ſtudiis ampliſſima munera, & publica negotia coniunxit, & umbratilem tantum vitam indignatus, ingenii praeſtantiam, & comparatas doctrinas, & culti animi virtutes, in rebus graviſſimis agendis, coeptiſque laudabilibus exſequendis, exſeruit. Nam a Sereniſſimis Etruriae Principibus Orator Romam, & in Hiſpaniam miſſus, quantum egregiarum artium ſtudium, & cultura negotiis publicis conferat, laudem ſuae adminiſtrationis inclitam referens, luculentiſſime demonſtravit. Franciſcus *autem, Avus tuus, quantis cognitionibus inſtructus fuerit, quanta prudentia ornatus, quantis aliis virtutibus illuſtris, magis notum eſt, quum recens adhuc eius memoria ſit, quam ut commemorare, & pluribus diducere, nunc opus habeam; tantum dicam, & Principum noſtrorum familiaritate dignatum fuiſſe, crebriſque litteris ad eum datis ab illis honoratum, quarum autographa in Bibliotheca veſtra adhuc exſtant; & tam ſedulam literis, & diſciplinis operam navaviſſe, ut luculentos Democriteae Philoſophiae commentarios ſcriptos reliquerit, qui pariter in eadem Bibliotheca adſervantur. Quid quod quum* Richardi *illius celeberrimi Bibliothecam, & Muſeum poſteritati dedicare voluiſſet, & Aedium ſuarum partem auguſtiorem eis deſtinavit, & aulas ampliſſimas marmoribus exoticis & antiquis, picturis pereximiis, exquiſitis anaglyphis, & auro immodice adhibito, incredibili ſumtu exornavit; ut vel ex hoc argumento, quanti litteras & eruditionem faceret, luculente conſtaret? Quid quod, quum feminam aliquam Principem connubio ſibi iungere vellet,* Vincentii Caponii, *V. Cl. filiam, quam uxorem duceret, elegit; filiam, inquam, Viri, qui dubietatem poſterorum*

ani-

Digitized by Google

animis iniecit nobilitate magis & divitiis, an ſcientia & litteris abundaret; quaſi non tam uxorem, quam ſapientiam; non tam dotem, quam libros; non tam ſubſtantiae, quam litterarum hereditatem, conſequi vehementer expeteret. Quum enim Vincentius Caponius *Vir eruditiſſimus eſſet, doctrinae ſuae ſpecimen luculentiſſimum dederat, cum aliis multis egregiis lucubrationibus, tum diſſertationibus quibusdam doctiſſimis, & e medio Philoſophiae fonte deductis, in vulgus proditis, quemadmodum & Cantici* Salomonis *paraphraſibus elegantiſſimis, opere Chalcographico deſcriptis; quare quum Avus tuus iuſtus ſcientiae, & litterarum aeſtimator ſingularem doctrinam in* Caponio *ſubſpiceret, ſapientiae eius communionem in adfinitate comparavit; & eius litterarum praeſidia, libraria ad ſe ſupellectili cum reliqua hereditate translata, deſideranter obtinuit. Quare magna hinc* Richardi *Bibliothecae acceſsio facta eſt, & licet eius praeſtantiam Caponiana Bibliotheca non aequaret, tamen & ſuo merito enituit, &* Vincentii Caponii *marmorea protome, in ipſa Tua Bibliotheca, tamquam eius eximium ornamentum, iure optimo dedicata eſt.* Gabriel *autem frater Tuus, & Canonicus Florentinae Eccleſiae Sacerdos, quale praeſidium bonis artibus, & diſciplinis impertiat, ipſe, ego, & alii facile dixerint, qui noverint quanta ſedulitate in ſtudia litterarum incumbat; quot libros typis excuſos in ſuam privatam Bibliothecam invexerit; quot MSS. Codices, Arabicos, Turcicos, Perſicos, Graecos, Latinos, Italicos, in eadem congeſſerit, ut prope iam communem ſuae gentis Bibliothecam librorum copia, & delectu, & raritate, aequiparare videatur. Sed quo me* Bernardinus *alter frater tuus ampliſsimus rapit? qui & ingenii elegantia praeſtans, & bonis artibus ornatus, & excultus adprime litteris, doctorum Virorum fautor ac patronus, Phoebi Muſarumque delicium, utriuſque Minervae decus, & ornamentum merito audit? Ad eum litterati homines tamquam ad Numen ſalutare confugiunt; Eum eruditi advenae fama adtrahente conveniunt; Eum adſidue Viri diſciplinis omnibus inſtructi, Theologi, Philoſophi, Rhetores, tamquam alium* Alexandrum, Auguſtumque, *circumſtant. Eius cubiculum ſapientiae ſedes, doctrinae mora, litterarum ſtatio, iure optimo praedicetur, quod doctis ſemper ſermonibus perſonat, & a Muſis profugis non inutiliter celebratur. Et ecce ut ſenſim, & imprudens in Virorum illuſtrium, qui Tuam gentem titulis, & laudibus decorarunt, commemorationem inciderim, & ut limitem latiſsimum egerim ad illorum decora & praeconia celebranda, qui & armis, & toga, & infulis Tuam Proſapiam elariſsimam effecerunt. Et quidem mihi ſe ſtatim obfert* Richardus *miles ſtrenuiſsimus, qui quum* Carolus VIII. *Gallorum Rex Piſis verſaretur, egregia belli ſimula-*

cra

Digitized by Google

lacra ciens laudem omnium, & Regis commendationem promeruit: obfert ſe Gabriel, *qui Magni Etruriae Ducis Orator Legatione Romana apud Pontificem Maximum, & Hiſpanienſi, ut diximus, ſumma cum laude functus eſt: obfert ſe* Franciſcus *Senatoria dignitate praefulgens: obfert ſe ille idem* Franciſus *alter, quem proxime memorabam, Avus Tuus, qui & ipſe variis Legationibus dignitatibuſque perfunctus, quum Europam fere univerſam peragraſſet, & ſe exteris adprobavit, & apud ſuos maxime inclaruit, & ab omnibus aeque celebratus eſt. Quid quod obfert ſe* Coſmus *Pater veſter omnigenis laudibus praedicandus, qui primaria munera in Etruſcorum Principum aula ſplendide obivit? Tu Te ipſe obfers,* Princeps Amplissime, *& fratres Tui clariſſimi, qui omnes dignitates maximas non tam obtinetis, quam decoratis; &* Franciſcus Maria *praecipue, qui inter Romanos Praeſules nitet atque eminet, Eccleſiaſtici imperii inſignibus, & ornamentis merito decorandus. Sed quid ego per immenſa tantarum laudum & decorum ſpatia vago impetu excurro, & per revoluta ſaecula, veluti annales relegens, memorandos Viros requiro, quum Tu ante oculos meos obverſeris, in quo omnia Maiorum Tuorum decora, virtutes, titulos, cumulatos admiror, non amore in doctrinas, & egregias artes inferior; non dignitatibus, & publicis muneribus minor; non potentia, largitate, beneficentia ab ullo alio ſuperabilis? Et profecto quomodo Te Tuis aliis Progenitoribus non aequem, qui inſignem antiquorum aureorum ſericm, praeclaram celatarum gemmarum copiam, omnigenam Etruſcae monetae vim a ſuis exordiis uſque deductam, laudabili cura, & ſumtu incredibili comparaſti; ſtatuas inſuper, & idola, & alia venerandae antiquitatis lipſana; quibus* Richardo *illi Tuo vetuſto non facile laude concederes? Qui & Equeſtri Divi Stephani Ordini adſcriptus, & inter Senatores cooptatus, & ſupremo Gazophylacis munere inſignitus excellis; & per Germaniam, & Cymbricam Cherſoneſum, & Scandinaviam, Bataviam, Galliamque tranſcurrens, etiam in Britanniam conceſſiſti, ubi apud Regem illum potentiſſimum Tui Principis iuſſu legationem laudandus ſemper, & admirandus obires? Qui omnes mira humanitate proſequeris, ſingulari comitate excipis, & beneficentia incredibili iuvas; ipſa vultus modeſtia, & adfabilitate animi candorem, & ingenuitatem, virtutemque minime fucatam prae Te ferens; id quod raro admodum hiſce corruptis ſaeculis uſuvenire deprehendimus. Et haec eſt vera nobilitas, unica, & plurimi facienda, iis praerogativis & dotibus cluere, ut ambigendi locus relinquatur, an plus decoris aliquis, & claritatis a ſuis maioribus acceperit, quam illis reddat atque reflectat: non ſecus ac fax, quae non tam lumen ab alia mutuatur accenſa, quam eodem flammae ſubitoque proventu parem lucem ſplendoremque retri-*

buere

Digitized by Google

buere poſſe cognoſcitur. Exilis enim eſt, & ieiuna, ac monogramma nobilitas, & quae prae macie vix dignoſci, & ſpectari poteſt, quae ſuis omnino radiis deſtituta, aliena ſolum claritudine internitet; tumque tantum ſolida eſt, & firma, quum, etſi maiorum merita titulique deficerent, ſuis animoſa divitiis, eadem ſemper & plena, praeclara & admiranda, permaneret. Sed quum talis ac tantus ſis, quodnam munus Te tali ac tanto dignum nunc Tibi conſecro? quo Te congruo honore proſequor, VIR ILLVSTRISSIME? *Adde quod, praeterquamquod talis ac tantus es, innumeris ipſe Tibi, gentique Tuae, devinctus ſum beneficiis. Nam quum in ſtudiis litterarum & Muſarum otio vitam omnem exegiſſem, & a publicis negotiis, & vitiis, alienus magis pacatum ſeceſſum, & tranquillam ſolitudinem, quam populi ſtrepitus, auramque captarem; & adſentationem, blandimenta, dolos, circumcurſiones, ſalutationes, comitatus, deductiones, & id genus alia, quibus ſtultorum hominum gratiam, feminarumque benevolentiam praecipue demereri eſt, omnino refugerem, ea omnia Viro, qui Philoſophiam profiteri vellet, indigna prorſus exiſtimans; facile contigerat, ut a vaecordibus hominibus, ſuique plenis, & qui ſuis ludicris ſtolidiſque exercitamentis ſolummodo delectantur, ita contemnerer & inriderer, ut Principis etiam optimi & clementiſſimi promtam ad mihi benefaciendum proclivitatem non ſemel averterent, & ab munifico propoſito deſiſtere incautum inſigni fraude, doloque, compellerent. Itaque ego, qui qualiſcumque ſim, non vereor tamen ne mihi livor edax annos ignavos obiiciat, bonis artibus vacando oleum iam, & impenſam me perdidiſſe prope querebar, quum Tu,* VIR AMPLISSIME, *Paterque Tuus, ac Fratres illuſtriſſimi, quo commodius in litteras incumberem, Bibliothecae veſtrae praefeciſtis amplo ſtipendio conductum, & malas aliorum artes antevertendo cathedram in Florentino Atheneo a Principe indulgentiſſimo obtinuiſtis, non magnum quidem fortunae ſclatium, ſed praeſigne honoris, & amplitudinis incrementum. Si quid ergo in otio tranquillo commentatus in vulgus prodo; ſi qua eſt ingenii mei foecunditas, & lucubrationes non omnino ſpernendas litteris mando; ſi denique ullum mei nomen eſt, & doctorum hominum, qui Europam decorant, mereor adprobationem; id totum Vobis, Veſtraeque virtuti, & humanitati, accepto ferendum eſt. Quod quidem adeo inſuper verum eſt, ut optima quaeque, ſi qua in lucubrationibus meis ſunt, ex Bibliothecis Veſtris hactenus praedicatis a me in dies eruantur; & ut* Deliciae Eruditorum *toties* ἀνέκδοτα *monumenta Viris eruditis exhibeant, & ſtatis temporum intervallis, certaque annorum ſerie computentur ac prodeant; & ut Diſſertationes antiquariae exarentur, & multiiugis eruditionis amoenitate floreſcant; & ut Catalogum locupletiſſimum Veſtrorum Codicum MSS. accuratiſſime concinnem; brevi publici iuris facturus; &*

Digitized by Google

rus; & ut denique Hiſtoriam Eccleſiaſticam mediter, quam nemo hactenus ſcribendam ſuſcepit, & perutilem certe & iucundiſſimam fore mihi omnes concorditer congratulantur; multaque alia faciam, quae ſilentio tranſilire decet, ne praeter meritum, ut alias, vapulemus, & ſatyricis iterum ſanctorum, ſi Deo placet, hominum ſcommatis exerceamur. Quare mirari non ſubit, ſi haſce Meurſianorum operum primitias, grati animi argumentum, Tibi, VIR EXCELLENTISSIME, *dedico, quum reputem munus hoc meum eſſe poſſe Te dignum, Tibique conuenientiſſimum, quum Volumen ſit quod doctiſsimas Viri praeſtantiſſimi lucubrationes complectitur,* Ioan. Meursii *videlicet, ut dixi, cuius nomen & laudes notiores ſunt, quam ut nunc praedicare opus ſit. Hic enim ille eſt, qui celeberrimus Lugduni Batavorum ſaeculo ſuperiore Profeſſor, & tandem in Soranam Academiam a Rege Danorum evocatus, luculentos omniiugis litteraturae commentarios ad nos tranſmiſit, quos adeo egregios & copioſiſſimos antiquae eruditionis, & exactae critices, theſauros adpellaveris, ut de eo, quod de* Varrone *iam pronuntiatum fuit, merito dici poſsit; ubi ſcilicet, quantum legerit conſideretur, otium ei ad ſcribendum ſupereſſe potuiſſe minime percipi; ubi quantum ſcripſerit intelligatur, tempus ei ad tot libros evolvendos & perlegendos fuiſſe, videri omnino incredibile. Nam quis Graecus Vates, quis Hiſtoricus, quis Rhetor, quis Polyhiſtor, quis Philoſophus denique, Medicus, aut Geometra, quem* Meurſius, *homo diligentiſsimus &* φιλοπονώτατος, *non evolverit, legerit, perlegeritque: totum vero non defloraverit, & excerpſerit ex eo ſelecta & utilia illa, quibus tamquam floribus diverſo colore nitentibus, ſua commentationum eruditiſsimarum prata variavit atque diſtinxit? Quis autem e Latinis non totus ab eo luſtratus, & laudabiliter, ut ita dicam, populatus non fuit, quo divitias exquiſitae eruditionis inſignes in ſuos uſus induſtrie & laborioſe transferret, & mirifica illa, ac iucundiſsima opuſcula, coagmentaret atque contexeret? Quin & iis moribus ornatus fuit, ut licet ex iis eſſet, qui ab Eccleſia Romana ſeceſsionem fecere, tamen & aeternitatis cogitationem ſibi & aliis maxime commendaret; & nimis exſtantes Calvinianae ſuperſtitionis errores quodammodo averſaretur; quod in cauſsa fuit cur occaſionem e Batavia, ubi Synodus Dordracena praevaluerat, in Daniam proficiſcendi facile lubenterque adripuerit. Morum autem eius caſtorum probatorumque argumentum illud maximum & luculentiſsimum exſtitit, quod, quum ad liberiorem diſſolutioremqae vitae rationem ineundam nullo pacto adduci poſſet, & Poeticum illud cum* Ariſtippo *uſurpare indignaretur:*

——— καὶ γὰρ ἐν βακχεύμασιν
Οὖσ', ἥγε σώφρων οὐ διαφθαρήσεται.

— ne-

Digitized by Google

—— neque in ſacris Liberi
Patris, pudica mens umquam corrumpitur.

Homines quidam, eruditi profecto, & litteris adprime exculti, ſed paulo feſtiviores, laſciviореſque, ut, qua poßent, cornicum oculos configerent, & Meurſianam ſeveritatem luderent atque traducerent, aut libros quosdam obſceniores eius nomine praefixo procuderunt; aut Principi non nemini ſuaſerunt, ut in hilariore facetoque argumento tractando ſobrium gravemque hominem occuparet. Quales autem ſunt commentationes, quae hoc volumine continentur? Atticae, Athenarumque Atticarum deſcriptiones exactiſſimae; Athenienſium Regum, & Virorum rebus praeclare geſtis famoſorum, qui Atticam terram illuſtraverunt, Vitae & Hiſtoria; Heroum denique, Heroidumque, qualis Tu es, quales frequentes Tua gens domuſque produxit, praeclara monumenta: & haec omnia ad criticae normam exacta, & ad legentium voluptatem & eruditionem undique collecta, & ſimul adfatim cumulata. Vbi primum oculos in egregia opera conieceris, miraberis, arbitror, doctrinam hominis incredibilem; & ridebis ſimul temerariam quorumdam ignorantiam atque vaecordiam, qui inertiae patroni, & ſimplicioribus illudendis vana doctrinae ſpecie unice addicti, laudabile editionis huius procurandae coeptum elevarunt; & ſe numquam Meurſii *opera aut legiſſe, aut intellexiße, apertiſſima ſignificatione demonſtraverunt. Tu igitur planos huiuſmodi averſatus, Virorum vere ſapientum opinioni adſtipulaberis, qui ex omnibus Europae provinciis litteris vel ad me, vel ad alios, datis; & ſubſceptam a me provinciam miris laudibus tulere; & ut arduum opus ad umbilicum tamdem deduceretur repetitis votis optarunt; & mirificam deſiderii impatientiam crebris teſtificationibus prae ſe tulere. Sed & ſi hiſce laudibus ac decoribus munus hoc minime cenſeretur, & excellentiae Tuae comparatum, vile & exiguum deprehenderetur, illud nihilominus ſereno pacatoque vultu excipere non dedigneris; & ſi magni pendere non potes, voluntatem ſaltem meam, meumque Te honorandi devenerandique deſiderium conſidera, & aequi bonique conſule, quum huius propoſiti ratione, ut,*

—— fuſo taurorum ſanguine centum,
Sic capitur minimo turis honore Deus.

Ita memoriae proditum eſt, quum Princeps ille Perſarum potentiſſimus Artaxerxes Memor, qui non ſine ſuperbo, ac faſtidioſo, aliorum contemtu Rex Regum more maiorum adpellabatur, per ampliſſima ſua regna iter faceret, populos omnes certatim pro gentis inſtituto ad eum confluxiſſe, dona ſingulos tanti imperii arbitro ac moderatori deferentes, & obferentes, ut obſequium erga illum ſuum, & ſubiectionem teſtatiſſimam facerent; traditum eſt, inquam, quemdam, Sinaeten nomine pauper-

Digitized by Google

rimum, quum aliud quod ſuo Regi dono daret, non haberet, ad amnem liquidiſſimum cucurriſſe, & inde cavis palmis hauſtam aquam maximo illi Principi obtuliſſe; quod quidem munus a prudentiſſimo Aſiae Regnatore plurimi factum eſt, qui non muneris qualitatem, ſed promtam alacremque hominis voluntatem bene, ac ſapienter expendebat. Quum autem aequo animo acceperis, & Tibi ſacrum adgnoveris, iam munus ipſum Tua valida protectione dignare, & obferentem, ut hactenus feciſti, benigne tuere, & perampla auctoritate defende; ut contemtis omnibus difficultatibus, & remotis impedimentis, in hac arena feliciter ac proſpere ſudare pergat, eique tamdem optatiſſimam metam contingere a Deo Opt. Max. detur; a quo & Tibi & Tuis omnibus diuturnam vitam & longaevam, imo perpetuam felicitatem, ipſumque, cunctis in hoc mortalis vitae curriculo deſperatum, bonorum finem ſuppliciter peto, & enixe precor, & obſecranter efflagito. Vale. Dabam Florentiae Kal. Iunii Anno reparatae Salutis MDCCXLI.

PRAE-

Digitized by Google

PRAEFATIO.

Si qui umquam de Literaria Republica optime meriti sunt, illi certe fuere, qui, quum viderent varia & multiplicia doctissimorum & omnigena eruditione insignium Virorum opera in vulgus olim separatim, & diversis temporum intervallis, prodita esse, eaque de causa, & ob numerum quoque eorum, aut exiguitatem, comparatu omnia difficillima; veluti dispersa Sibyllae folia, ne rapidis ventis ludibria volitarent, in unum veluti corpus sedulo diligenterque conlegere. Ita enim effecerunt, ut, quorum vix unum, aut alterum, vel pauca quaedam, vel saltem non omnia, a singulis possiderentur; ea quidem opera universa facillime haberi, & summa cum utilitate evolvi ac perlegi ab omnibus possent. Id mihi in causa fuit, cur omnibus *Io. Meursii*, Viri longe clarissimi, innumeris prope, opusculis, & ita dispersis quidem, ut in celebrioribus orbis terrarum Bibliothecis reperiri simul universa minime potuerint, undiquaque comparandis, & in coactam voluminum molem redigendis, animum lubenter adplicuerim & laudabilem provinciam a Viro eruditissimo *Alexandro Polito* Clerico Regulari Scholarum Piarum indicatam, suscipiendam alacri mente censuerim; rem proficuam, & iucundissimam Viris doctis, & litterarum amantibus, me facturum ratus; id, quod & eventus comprobavit. Nec mirum profecto, nam & Batavi ipsi Typographi huius rei utilitatem perceperant, & quanto beneficio Viros doctos & litteratos ita obligaturi essent intellexerant, adeoque operi perficiendo manum admoverant, & singulare Meursianarum lucubrationum Volumen forma folii, ut vocant, Historiam Danicam continens publici iuris iam fecerant; quum, nescio quo casu, opus utilissimum abruptum, nec amplius continuatum; & spes Reipubl. literariae frustrata est. Multas quidem *Meursii* commentationes conlegit, atque edidit, *Iac. Gronovius*, Vir, cui litterae, & Graeca antiquitas, aeternum debebunt; sed non eo animo, ut Meursianas lucubrationes simul omnes coniungeret, & eruditis hominibus ita collectas exhiberet; verum id tantum fecerat, quod suscepti a se operis ratio illud exigeret, quum magna pars Meursianorum opusculorum res Graecas perspicue explicet, eleganter exornet, ac mirifice illustret. Integram igitur mihi hanc Spartam exornandam, laudemque, fere intactam, adsequendam, illi omnes reliquerunt, permiseruntque me recte, ac prudenter aliquid adgredi, quo de Literaria Repub. bene meritus praedicer; quod quidem futurum spero, quum vel prima ipsa susceptae a me provinciae fama totum paene litteratum orbem commoverit, & coeptum exoptatum, atque utile, Viri doctissimi non probaverint tantum, aliisque commendaverint; verum etiam litteris datis de eo mihi gratulati fuerint: quorum ut gaudium hac de re perceptum, & sententiam intelligere sit, ipsa eorum verba ex epistolis excerpta heic describere inserereque adrideret, nisi paullo inferius illas easdem epistolas integras, solidasque, opportunius proferre, & commodius exhibere animum induxissem. Porro horum Virorum eruditissimorum, & fama celebrium, sensus eo libentius exponam, quo mihi exploratius est non defuisse quosdam, maleferiatos profecto, & malignos vitilitigatores, qui ausa utilissima, & laudibus immodicis ferenda, adducto supercilio, sannisque crispatis, elevarent; & de *Io. Meursio*, tamquam

Digitized by Google

Viro minus exacto, & qui eruditionis verticem non adtigerit, contra omnium Virorum doctorum iudicia, contra veritatem ipsam ex eius operibus luculenter exstantem, multa temere insubideque effutirent. Et certe mirari subesset, si ipsi, qui vix ullam *Meursii* lucubrationem attente umquam evolverunt, perlegeruntque, aut perlectam animo penitus comprehenderunt, rectum de tanti Viri doctrina iudicium proferre valerent; quasi non tam exilis, & ieiuna, steriliſque, eorum eruditio sit, ut si in splendidissima, & immensa Meursianae eruditionis luce defigere tentet obtutus, praestringi statim, & caligare, hallucinarique minime deprehendatur. Sed solis huiusmodi praestigiis, offuciisque verborum caniculae illi, & ridicularii homines, simpliciorum opinionem captare opus habent, & imposturae velificantes, non melioribus commentationibus, quam *Meursius* ab iis contemtus fecerit, sed stolida tantum dicacitate, & improbitate temeraria, vulgo admirationi esse student. Et profecto *Io. Meursius* is fuit, qui non hominum tantum suae aetatis doctissimorum aestimationem, adprobationemque meruerit, quod litterae ei ab illis scriptae, quas undique collectas nos iam edituri sumus, luculente testantur; & eius in Lugdunensem Professorem a supremis Bataviae Ordinibus facta electio, ac deinde a Sereniſſimo *Christiano* Danorum Rege in Soranum Atheneum evocatio, manifeste, & indubitanter evincunt: sed ab omni etiam erudita posteritate plurimi semper factus fuerit; id quod Virorum literarum fama illustrium testimonia disertissima arguunt, qualia multa iam a Viris doctis collecta, ac publicata fuere; & qualia pluria a nobis legentium oculis opportune, atque apte subiicientur alicubi. Sed si talis ac tantus *Meursius* fuit, eiusque opera in maximo pretio habenda sunt, utpote adfluens ac dives eruditionis & litterarum thesaurus; non minima etiam cura fuit, ita novam hanc eius operum editionem adornare, ut splendore, magnificentia, & absolutione sua, tanto Scriptore, commentationibus tantis ac talibus, digniſſima censeretur. Id autem, ut sub manus succederet, tria potissimum nobis cordi fuere; primum, ut charta nitida, & capax, atque perampla; typi characterum elegantissimi, ac recentes, perfectique essent; quod quidem nos praestitisse, vel huius primi Voluminis specimen comprobat. Immo quum minutiores characteres, quibus in scholiis, & animadversionibus adscribendis usi sumus, elegantes quidem esse in hoc volumine satis intelligeremus; sed tamen eam perfectionem non adtingere, quam desiderabamus, e Batavia huc exactiores, pulcrioresque typos, nulli impensae parcentes, deferri iussimus, quibus secundum, ceteraque volumina, excuderentur. Vt autem ornatius, elegantius, & praestabilius opus hoc in vulgus prodiret, quibuscumque ornamentis utilibus illud instruximus, tabulis Geographicis, urbium imaginibus, antiquorum numorum, statuarum, anaglyphorum, aliorumque veterum monumentorum, picturis, ne multa recentiora commemorem, ut illustrium Virorum effigies, aliasque tabulas aere celatas, quae res gestas illustrant, atque confirmant. Secundum, ut opera *Io. Meursii* omnia quaecumque prodierant, undique gentium compararemus; quod quidem quanti nobis constiterit, facilius quis mente comprehendat, quam verbis edisserat; quum quorumdam interdum opusculorum vix unum exemplar in tota Europa nobis invenire, & inventum adquirere, datum fuerit. Imo Panegyricum a *Meursio* Iacobo I. Magnae Britanniae Regi dictum reperire, iam res prope conclamata videtur; quum nec in Italia, nec in Germania, Dania, Svecia, Gallia, Batavia, Britannia denique ipsa, Viris doctissimis, & humanissimis nobis opem ferentibus, & indagandi curam,

soli-

Digitized by Google

ſolicitudinemque iungentibus, illum offendere nondum potuerimus, quod ex eorum epiſtolis inferius adducendis evidenter emineat. Ex illis liquebit etiam quanta nos ſedulitate, & diligentia *Meurſii* opera ἀνέκδοτα, litteraſque ad eum a Viris doctis ſcriptas, & alia quaecumque ad eius opera, & vitam pertinerent, perquiſierimus; quod tamen melius ex tota noſtra hac editione elucebit, in qua tam multa nondum typis edita publici iuris facturi ſumus Non adeo tamen deſpondimus animum, curamque, & inquiſitionem remiſimus, ut Panegyricum memoratum, aliaque *Meurſii* opera, ſi qua ſunt latentque, reperire omnino deſperemus, & non contente adhuc, & adſidue Viris humaniſſimis, & publice utilitatis amantibus, per diverſos Europae tractus eorum inveſtigatio, adeptioque cordi ſit; quo tamdem noſtra haec editio locupletiſſima, numeriſque omnibus abſoluta iure cenſeri poſſit. Sed iam tempeſtivum videatur epiſtolas Virorum doctorum ad nos datas, & ad alteram hanc Meurſianorum operum, editionem adtinentes, ordine temporum digeſtas, qua integras, qua, ne ſuperflua atque importuna ingerantur, mutilas ac detruncatas, in medium producere, ut locupletiſsimos diligentiae noſtrae, & communis laborum noſtrorum adprobationis, teſtes adhibeamus.

Egregiis Viris, Tartinio & Franchio, Typographiae Regiae Sereniſſimi Magni Etruriae Ducis, quae Florentiae exſtat, Praefectis,

Ioannes Grammius, S. Reg. Maieſtatis Daniae, & Norvegiae &c. a Conſiliis, Bibliotheca, & Tabulis publicis, ac in Academia Hafnienſi Graecae Linguae Profeſſor,

S. P. D.

ADlata ad nos eſt nuperrime epiſtola a vobis Soranae Academiae Profeſſoribus inſcripta, qua de Cl. V. Io. Meurſii *operibus colligendis, ac typorum beneficio denuo evulgandis, cogitationem veſtram aperire, & ad laudabile inſtitutum noſtratium in primis adiumentum expetere vobis placuit. Quandoquidem in ea eſtis opinione vix aliter fieri poſſe, quam ut eo praecipue loco, cuius olim celebritatem claritas Meurſiani nominis, ſub ultimos Viri annos, augebat, quique eius cineres ſervat, nonnullae quoque reperiantur lucubrationum ipſius reliquiae, quarum adhuc fructu orbis litteratus careat. Ita autem vos credidiſſe, non magnopere mirari poſſunt, qui conſideraverint, quam rara fama, atque tenuis, rerum ſub hac Arcto noſtra geſtarum, in Italiam ſoleat permanare. Quare & vobis viciſſim, Viri egregii, minime videri mirum debet, ſi, quod a Soranis exſpectaviſtis, ab alterius, ſed ſub eodem caelo, Academiae Profeſſore, litteris veſtris reſcribatur. Hoc nimirum illud eſt, quod neſciebatis, Soranam iſtam Academiam hodie nullam eſſe; poſtquam temporum iniquitate factum, ut, quae Daniam, parentum noſtrorum memoria, vexarunt bella, amoeniſſimam Muſarum ſedem attriverint, accedentibus deinde & aliis, quae interitum ei maturarunt. Ad* Io. Meurſium *vero quod attinet, is quidem diu antea, florentibus quam maxime Sorae rebus, diem ſuum obierat: ſed eorum, quae in re libraria poſſederat, vel ipſe litteris conſignarat, nihil poſt mortem eius, aut quando gravia ipſa tempora inciderunt, apud Soranos adſervabatur. Ceſſerunt nempe illa primum filio, quam habebat cognominem, iuveni eruditione, & opuſculis quibusdam editis, haud incelebri; ipſoque non diu poſt extincto, in bibliothecam immigrarunt illuſtris cuiusdam Viri, Regni Daniae Senatoris,* (Georgio Seefeldio *nomen erat*) *qui, ut erat librorum omnis generis cupidiſſimus, emtionis iure theſaurum ſibi integrum vindicavit. Deinde inruentibus*

Digitized by Google

in insulam nostram Svecis, anno 1658. *cum Seefeldiana illa bibliotheca, direptioni hostium relicta, pro uno plures dominos invenerunt. Potissima spoliorum pars, atque cum aliis varioribus, Meursiana aliquot* ἀνέκδοτα, *Holmiam Svecorum, ornandae bibliothecae regiae, ducta. Non pauca tamen ad alios, maxime* Petrum Iulium Cogetum, *qui per eadem ista tempora apud Danos Svecici Regis negotia curabat, transierunt. Interim nequaquam dissimulandum, Meursianis laboribus non improspero haec auspicio evenisse, sed fortunam potius videri eis per hanc ipsam mutationem novum voluisse fatum struere. Vix enim unus, atque alter, annus effluxit, quum* Samuel Pufendorfius, *is scilicet, qui postea illustre in orbe nomen adeptus est, tunc vero* Cogeti *filiis a studiis erat,* Meursii Miscellanea Laconica *e MS. prolata, Amstelodami fecerit excudi, diserte in limine professus, sese ex patroni sui* Cogeti *liberalitate & hoc opus obtinuisse, & plura quaedam, nondum publici iuris facta, eiusdem* Meursii *scripta possidere, praeter curas secundas in pleraque antehac ab ipso edita. Circa idem tempus* Nicolaus Heinsius *legationem suam ad Svecos, Ordinum Foederati Belgii nomine, auspicabatur, atque in eius ad* Io. Fr. Gronovium *litteris, Holmiae an.* 1662. *d.* 10. *Aprilis exaratis, haec leguntur:* Figrelii *quia mentionem iniicis, non possum quin narrem, eius curae creditam esse bibliothecam regiam, cui ingens incrementum accesserit ex praeda Danica Polonicaque. Vidi illic* Meursii *complura inedita, praecipue magnam collectionem Antiquitatum Atticarum, tam editarum iam ante, quam edendarum. Tres praeterea peculiares commentarios de antiquitatibus* Rhodi, Cretae, Cypri, *praeter alia, quibus recensendis nunc non est locus. In primis* Regni Laconici, *sive Legum Spartanarum librum singularem, quam* Iustus Plugmerus Miscellaneis Laconicis *debebat addidisse, & ut addat, operam dabo. Confido enim proceres compelli posse ad permittendam editionem eorum, quae ex lucubrationibus Meursianis illic supersunt* ἀνέκδοτα. *Haec ille. Cuius quidem desiderio atque cunctorum eruditorum votis, ut satisfieret, omni deinde opera laboravit* Io. Geo. Graevius. *Is enim & suasor fuerat* Pufendorfio *illa, quae modo laudavimus, edendi, & ab eodem partim, partim vero ex ipsius Sveciae Regia bibliotheca plura eiusdem generis est nactus, quibus & publico bono in lucem proferendis ne sumtus denegarent Chalcographi, auctoritate sua effecit. Exstat testimoniorum de hisce satis in epistolis ad Lectores, quas* Graevius *nonnullis eorumdem librorum praefixit, ea praecipue, quae in fronte Commentariorum de Creta, Rhodo, & Cypro, Amstelodami an.* 1675. *editorum comparet; ibi nempe inter curae socios, & adiutores laudat Baronem* Edmundum Grypenhielmium *Regni Sveciae Senatorem, &* Nic. Heinsium. Grypenhielmius *idem ille est* Figrelius, *de quo* Heinsius *meminerat in verbis modo laudatis, eo enim* (Figrelii) *gentilitio cognomine adpellabatur, priusquam ad Senatorii honoris fastigium eveherctur, & insignem eruditionis laudem, conscripto* De Statuis Romanorum *libro, consequutus erat. Sed vereor, ne inani sedulitate patientiam vestram offenderim, nimis multa subgerendo eorum, quae praecepistis ipsi, certe nemo nominis Meursiani studiosus ignorare debet, postquam in Gronoviano Antiquitatum Graecarum Thesauro luculentam adeo copiam habemus laborum* Meursii, *ex chirographis eius, partim adauctorum, partim vero tunc primum orbi communicatorum.*

An vero in eisdem pluteis, unde haec ad Graevium *pervenerunt, plures ingenii Meursiani foetus exstiterint, vel adhuc recondantur, nusquam memoratum inveni. Sveci sane a nobis interrogati adfirmant, nihil illic reliqui esse, iam olim cunctis in editionum illarum usum diligenter excussis, & si quae restiterint, incendio, quod arcem regiam Holmiensem anno* 1687. *devastavit, periisse.*

Digitized by Google

riisse. Ceterum ex decem illis, quae enumeraſtis, nullum profecto eſt, quod hucuſque doctorum oculis ſe obtulerit, quantum nobis expiſcari licuit, ſi unam exceperitis Mantiſſam, *ſeu Obſervationum criticarum ſyllogen, primo vobis loco nominatam, utpote quam libello ſuo* De Luxu Romanorum *ſubiecit Auctor, in editione Hafniae iterata an.* 1631. *in* 4. *Quod ſi eius nondum poteſtas vobis facta, a me poſcite; quemadmodum &, ſi quae plura typis vulgatorum diligentiam veſtram effugerint. Eorum omnium, (de iis loquor, quae ad Graeca ſtudia pertinent,) accuratus Index eſt, quem* Bibliothecae Graecae *ſuae inſeruit Tomo* XIII. *pag.* 626. Io. Alb. Fabricius, *Vir iuvandis litteris natus. Contra, quod miremini, minus plena, quam ipſe Auctor prodidit enumerationem ſcriptorum ſuorum, in Athenis Batavis, pag.* 194. *Nam & liber* De Populis Atticae (*ut vocavit,*) *qui anno* 1616. *exierat, &* Cecropia, *an.* 1623. *illic omittuntur, ut opinor, typographi errore. Quod eo monendum duxi, quia indicaſtis, non adeo vos laborare de ſcriptorum ante annum* 1625. *notitia, ut ſi hanc forte ex ſolo iſto Athenarum Batavarum Libro petieritis, quam parum ei ſit fidendum, cognoſcatis. Poſt illud tempus, hoc eſt, ab adventu in Daniam, fatendum, illam eruditionis partem parcius adtigiſſe noſtrum, utpote in hiſtoriis Regni huius occupatum. Interea tamen ad amoeniora ſubinde divertebat, & Graecitatis ſtudioſorum commodis dicavit. Primum,* Denarium Pythagoricum, *an.* 1631. *ſecundum* Regnum Atticum, *an.* 1633. *utrumque apud Belgas, & tertium* Solonem, *an.* 1632. *Hafniae impreſſa, quibus* Theophraſtus, & Theophraſteae Lectiones, *poſt mortem eius, a filio acceſſerunt an.* 1640. *Lugduni Batavorum. Sed haec, ut noſtis, cuncta in Theſauro Gronoviano recuſa. Latinas autem ſcriptiones ſuas apud nos auxit his praeſertim operibus, quorum ecce Indices.* 1. Aelnothus Monachus Cantuarienſis, De Vita, & Paſsione S. Canuti Regis Daniae; *item* Anonymus De Paſſione S. Caroli Comitis Flandriae eius filio, Io. Meurſius ex Codice Bibliothecae Hafnienſis deſcripſit, edidit, & notas addidit. Hafniae apud Ioach. Moltkeu 1631. in 4. 2. Hiſtoria Danica De prioribus tribus Familiae Oldenburgicae Regibus. Hafn. 1630. in 4. 3. Hiſtoriae Danicae, De omnibus Regibus, & eorum rebus geſtis, a Dano, uſque ad Canutum VI. libri quinque priores. 4. Hiſt. Danicae Continuatio a Canuto VI. uſque ad Chriſtianum I. ſive libri quinque poſteriores. *Hos duos, anno* 1636 *abſolutos, una cum illo de tribus Familiae Oldenburgicae Regibus, miſit Amſtelodamum, ad* Blaevios, *qui ſe opera eius omnia edituros eſſe, ultro receperant. Sed promiſſis non ſtetere, haud ultra primum Tomum progreſſi. Huic ſcilicet anno* 1638. *in forma maiuſcula emiſſo, inſcriptionem fecerunt*: Ioannis Meurſii Hiſtorica, Danica pariter, & Belgica, uno Tomo comprehenſa. Omnium Operum Tomus primus. Amſtelodami apud Guilielmum, & Ioannem Blaeu 1638. in fol. *Cur autem in eo volumine, ab ipſo* Meurſio, *ut clariſſime adparet, digeſto, locus non datus ſit* AElnotho, *divinare equidem non poſſum: niſi quod Auctorem forte laboris eius poenituerit, in quo etiam non leves, in rebus medii aevi, ac noſtris, lapſus animadverterunt alii, prae ceteris doctiſſimi* Actorum Sanctorum *Scriptores, ad d.* 2. *Martii, pag.* 153. §. 5. *& alibi. Et quoniam de talibus ſermo oritur, incidit a vobis quaerere, Viri humaniſſimi, anne exiſtimabitis melius conſultum iri, tum honori* Meurſii, *tum praecipue ſtudioſorum commodis, ſi quae docti Viri duxerunt in ſcriptis eius caſtiganda eſſe, in editione veſtra non omiſeritis. Ita, ſi* Chalcidii *inter alia rationem habituri ſitis, quaeram, rectiuſne vobis ex editione optima* Fabricii, *in qua* Meurſii *quoque ſcholia ſubiiciuntur* (*ad calcem Operum* S. Hippolyti, *Hamburgi* 1716. *in fol.*) *quam ex Meurſiana, multis modis inferiore, repraeſentandus? Eodem modo cum*

aliis

Digitized by Google

aliis res ſe habet. Quis enim neſcit, in Variorum Divinorum *volumine nihil contineri, quod non ab aliis poſtea luculentius curatum? idemque de nonnullis profanorum tenendum, ex. gr. Muſices Auctoribus, quorum editio* Meibomiana *quantum praeferenda* Meurſianae, *Latina etiam verſione deſtitutae, iudicatu facile. Denique, quum decretum vobis ſit, omnia Auctoris veſtri undiquaque conquirere, tam edita, quam inedita, ne neglectis quidem epiſtolis, ne ad irritum omnino ſpes cadat, quam de Dania concepiſtis noſtra, ecce vobis offero inſignem ſyllogen epiſtolarum ad* Meurſium, *ex privata mea bibliotheca depromtam; quam in uſus veſtros integram curabo deſcribendam. Exceptum eſt exemplar manu perquam nitida* Zachariae Lundii, *praeſtantis oppido Viri, Graeceque, & Latine doctiſſimi, ex ipſis autographis, quando in bibliotheca* Seefeldiana *exſtabant, antequam ſcilicet in Svecorum venirent poteſtatem; continentque, ut dixi, non quidem epiſtolas ipſius* Meurſii, *ſed ad illum celeberrimorum hominum, eruditionis per Europam ea aetate Principum,* Ioſephi Scaligeri, Lipſii, Thuani, Pauli Petavii, Rigaltii, Iſ. Caſauboni, Iani Gruteri, Dan. & Nic. Heinſiorum, G. I. Volſii, Hug. Grotii, P. Cunaei, Andr. Schotti, Petri Scriverii, P. Berti, Ph. Iac. Mauſſaci, Erycii Puteani, Iani Rutgerſii, Bonav. Vulcanii, Peireſcii, Dominici Molini, Theod. Canteri, Dav. Hoeſchelii, P. Pantini, Fr. Taubmanni, &c. *Harum nonnullae iam olim lucem adſpexerunt, inter* Scaligerianas, Caſaubonianas, Voſſianas &c. *longe vero maxima pars numquam in dias luminis oras prolata. Rogabitis fortaſſe, (niſi id iamdudum vobis exploratum) quo autographae pervenerint, atque anne in Svecia reperiendae? Minime vero.* Samuel *enim* Pufendorfius *eas, una cum ſupra memoratis, illinc exportavit, (cuius herus, ut ſuperius referebam, olim apud nos in ſupellectilem librariam* Seefeldii, *tamquam in poſſeſſionem caducam involaverat,) & poſtquam multos annos ſervarat; tandem anno* 1689. *dono dedit Academiae* Lipſienſi, *in cuius bibliotheca, quam* Paulinam *adpellant, adhuc oſtenduntur. Et excerpta ex iis nonnulla reperietis evulgata in* Nova Librorum variorum Collectione faſcic. 3. (*Halis Magdeb. edit. ex officina Rengeriana an.* 1710. *in* 8.) *aliquot paginas implentia. Subdubitabam vere, an non rectius facturi ſitis, ſolicitando* Lipſienſes, *ut iſtum vobis Codicem concedant uſurpandum, vel ſaltem deſcribi faciant. Licet vix putem quemquam accuratius facturum hodie, quam praeſtitit iſto aevo meus* Zach. Lundius. *De eodem Lipſienſi Codice plures mentionem fecere, ut notavit* Io. Mollerus *Flensburgenſis in* Bibliotheca Septemtrionis eruditi, *cuius* Hypomnemata *ad* Alb. Bartolinum De Scriptis Danorum, *varia ſuppeditant* (*pag.* 284. *ad* 290.) *ad notitiam vitae ſcriptorumque* Meurſii, *utique non contemnenda. At quod idem* Mollerus *adtribuit* Meurſio *editionem ſcriptorum omnium* Porphyrii, *quae Lugd. Bat. ann.* 1620. *prodierit,* (*ex fide* Io. Ionſii de Scriptoribus Hiſtor. Philoſ.) *nihil eſſe puto. Meis certe oculis numquam ſe obtulit talis editio* Porphyrii, *neque vel aliis, vel diligentiſſimo* Fabricio *memoratam video.*

Valete, Viri egregii, & ſubitariam ſcriptionem boni conſulite, qua ſi id fuero conſequutus, ut ſaltem perſpiciatis, quanti vos, non ſolum ob hanc Meurſio *noſtro navatam operam, verum etiam ob ſtudium illud doctrinae eximiis operibus locupletandae, aeſtimem, ſatis mihi putabo factum, ut omnium, qui publico bono praeclari aliquid moliuntur, ita veſtrum, Viri optimi, amantiſſimus. Exarabam Hafniae* III. *Id. Septemb. an.* MDCCXXXV.

Ioan-

Digitized by Google

Viris Clariſſimis Domin. Tartinio & Franchio, Typographiae Regiae Seren. Magni Etruriae Ducis Praefectis ſ. p. d. Guſtavus Benzelptierna Praefectus Biblioth. Regiae Stocholmenſis.

Litterae veſtrae datae Idibus Iuliis huius anni IV. *Kal. Sept. mihi recte redditae ſunt, eoque nomine mihi fuerunt acceptiſſimae, quod ſignificaverint vos optimo inſtituto animum adieciſſe ad edenda opera omnia viri longe Celeberrimi* Io. Meurſii, *Senioris. Vt vero haec editio tanto fiat locupletior, requiritis ut ſi quae Meurſiana ſive adfecta ſive perfecta, adhuc autem inedita, exſtent in Bibliotheca S. R. Maieſtatis Sveciae, ea vobis indicem, ut eorum copiam habere poſſitis. Nihil mihi antiquius eſſet quam hac in re ſatisfacere deſiderio veſtro, praeſertim quum ex hac Bibliotheca olim prodierint* Meurſii *noſtri Ceramicus, Regnum Laconicum, Creta, Cyprus & Rhodus, & non pauca eius alia inedita heic olim exſtiterint, ſed quae perierunt incendio quod anno* 1697. *abſumſit arcem Regiam huius metropoleos. Quae ergo adſerunt viri quidam docti heic olim adſervatas fuiſſe* Meurſii *Familias Atticas, & Bibliothecam Graecam poſtea editam a* Gronovio, *ea intelligenda ſunt de tempore quod feralem illum annum anteceſſit. In vicina vero nobis Dania, quae totis annis fere quatuordecim eruditiſſimum hunc Batavum felici hoſpitio excepit, exſtiterunt adhuc an.* 1716. *ineditae eius Hiſtoriae Chriſtierni II. Frederici I. & Chriſtierni III. Regum Daniae, ac ne teſtem deſideretis, id nos docet* Sibbern *in Bibliotheca Hiſtorica Dano-Norvegica anno ſupradicto edita Hamburgi in* 8. *p.* 173. 177. *&* 180. *Quod ſi horum operum acceſſione locupletare velitis editionem veſtram, eorum, ut ſperamus, copia, ſi quidem adhuc exſtent, haberi poſſet per* Ioannem Gramm *Hiſtoriographum Regis Daniae, virum ſummae eruditionis & diligentiae. Quum vero & minima* Meurſii, *ut ſcribitis, publico impertiri velitis, non iniucundum vobis erit cognoſcere, in Bibliotheca fratris mei* Dom. Erici Benzelii *Epiſcopi Lincopenſis exſtare exempla impreſſa opuſculorum eius De Funere & Puerperio, manu auctoris paſſim notata & ſuppleta, quas adnotationes ab eodem exemplari deſcriptas vobiſcum communicare promittit, idque ab eo flagitare non intermittam. Id vero noſtrum uterque bona veſtra cum pace, exquiſito veſtro iudicio relinquimus, an quum Scriptorum non paucorum, quos in operibus ſuis adlegat* Meurſius, *editiones correctiores poſt eius aevum prodierint, eas conſulere & exinde lucem Meurſianis foenerare velitis, praeſertim ſi operibus eius adiungatis eos auctores Graecos, quos edidit ex verſione partim ſua, partim aliorum, quos inter vel ſoli* Conſtantinus Porphyrogenneta *&* Helladius *inde egregie illuſtrari poſſent.*

Epiſtolarum eius, ſi, ut auguramur, & eae editioni veſtrae accedere debeant, praeter eas, quae inter Voſſianas exſtant, aliquae, licet paucae, reperiuntur in Collectione Epiſtolarum Batava per Cl. Burmannum: *quibus etiam, ni fallimur, addi debent amoebaeae illae, quas in conlectione librorum variorum an.* 1709. *edi coepta exhibet* Groſchupfius.

Non opus eſt ut moneam (nec enim diligentiam veſtram id fugere poterit) de ſcriptis Meurſianis omnium diligentiſſime agere celeb. Bartholinum, *adque eum* Mollerum, *quem tamen de nomine patris* Meurſii *noſtri, quod erat non* Ioannes, *ſed* Iacobus, *errare notat* Io. Valent. Schramm *in Diſſert. an.* 1715. *Lipſiae edita* De Vita & Scriptis Meurſii.

Haec ad epiſtolam veſtram, Viri clariſſimi; pauca ſi addamus, quaeſo ne vobis grave ſit. Eſt id ut, quum vobis ſine dubio optime perſpecta ſint cimelia celebratiſſimae Bibliothecae Florentinae, veſtra ope nobis innoteſcat, an ibi exſtet manuſcriptum quoddam Dialogi de Oratoribus elegantiſſimi, qui hinc Tacito, *inde* Quintiliano, *tribuitur; itemque quem auctorem habeant Gloſſae Florentinae, id eſt, quae ab* Etymologis *citantur ſub titulo* Gloſſarii Latino-Teutonici *in Bibliotheca*

Digitized by Google

divi Laurentii, quarum initium eſt: Vnio, Merigriez. Crepundia, Giſteine. *Si quae a nobis officia veſtro uſui utilia proficiſci poterint, habebitis nos promtiſſimos. Valete. Dabamus Stocholmiae* XIX. *Dec.* MIↃCCXXXV.

Ioanni Lamio V. Cl. Io. Grammius S. D.

QVantum mihi gaudii attulerit iteratus ille a Vobis nuncius de editionis *Operum* Meurſianorum *progreſſu, verbis nequeo exprimere; non ſolum, quod confirmatam denuo optatiſsimam rem viderem, ſed praeſertim, quod eamdem perciperem Tui, celeberrimi, doctiſsimique Viri, arbitrio, & conſiliis dirigi, in quo omnino plurimum momenti ſitum eſſe, cuncti mecum gnari adgnoſcent. Id autem incredibile eſt, quam me delectarit, quod ex huiuſmodi occaſione iſtud mihi ortum eſt boni, ut, cum & ego tuum nomen, Vir praeſtantiſsime, inter prima Italiae ornamenta numerandum, iamdudum tacita veneratione proſequutus ſim, & tu ex meae in communia ſtudia voluntatis declaratione me noſſe aliquantulum coeperis, maioris cuiusdam notitiae, & forſitan quoque amicitiae fores, tibi, ſi utraque me dignam habueris, mihique, qui utriuſque ſum cupidiſsimus, aperte videantur. Ego certe modo ne tu conditionem ſpreveris, id operam dabo ſtudioſiſsime, ut, quandoquidem ea eſt ingenii mei tenuitas, & ita ſunt in me modicae litterae, ne ſperare ſemper poſsim, ab inopia mea homini omnis doctrinae theſauris abundanti ſatisfactum iri, tamen numquam non animadvertas, tui me eſſe obſervantiſsimum. Nunc ad diſertiſsimam epiſtolam tuam accedam, in qua primum illud, unde voluptatem cepi non mediocrem, fuit conſenſus cogitationum utriuſque noſtrum, cum de aliis, tum de illis ſcriptorum* Meurſii *editionibus, quas nunc praecipue oportet ob oculos habere poſitas, & exprimere. Quamobrem de iſto capite nullum amplius verbum faciam. Rogo autem potius, ut ſi in prioribus meis copioſior paullo, quam erat neceſſe fuerim in monendo, eo factum exiſtimes, quid cum typographis me tantummodo ſermonem miſcere, nec eſſe mihi cum aliis rem credebam. Te utique, Vir eruditiſsime, ipſo velo occultatum eſſe, qui cognoſcerem? Ad ſcriptionem vitae Meurſianae quod attinet, optarem profecto, ut tantum ego apparatum poſſem convehere, quantum te eſſe ad illam contexendam promptum atque ad quamvis materiam omni verborum ornatu egregie inſtruendam aptum, ex litteris tuis adgnoſco. Sed vereor, ne nimis infra exſpectationem tuam futura ſint, quae in eam rem tibi ex noſtris oris ſubmittentur. Illi potius adeundi, quorum in ſolo natales ſuos noſter habuit, & quibuſcum florentiorem vitae ſuae partem exegit. Etenim, quod aetate iam declivis in Dania noſtra eſt emenſus, annorum* XIV. *ſpatium, in Academico illo otio, nulla caſuum varietate diſtinctum, praeclara quadam, & perpetua aequabilitate, decurrebat. Niſi fortaſsis adriſerit, quando iſtuc perventum, digreſsione, & amplificandi modis uti, ac magnorum ſcriptorum exemplo in ſimili argumento, amoeniora quaedam παρεργα conſectando, extendere narrationem tuam: ita tamen, ut nihil dicatur, quod alienum cenſeri poſsit, ſed quod Meurſianae hiſtoriae aliqua ratione ſit connexum, & lectores ſimul, novorum, minuſque adhuc proditorum, qualia pleraque ſunt noſtratia, curioſos queat allicere. Nempe de* Sorana Academia, *eiusdemque ſub auctore ſuo glorioſiſsimo Rege Chriſtiano* IV. *ſtatu florentiſsimo, deque praeſtantibus Viris, qui ibidem* Meurſio *convixerunt, haud parva ſane eruditionis laude inclitis, ſermo poterit inſtitui. Itaque, ſi intelligamus tibi non diſplicere, de ſingulis nonnulla ſuppeditabimus, quae quia parciſsime noſtris fuerunt ingeniis celebrata, pene in oblivionem hic venerunt, exterorum*

omni-

Digitized by Google

omnino notitiae se subtraxere. Ista vero dum conquirere per maius otium meditamur, ex eis, quae adiecta hisce scheda continet, proprie ad Auctorem nostrum spectantia, capias rogo voluntatis nostrae specimen, bonique consulas, etiamsi nihil non tralaticium in illis offenderis. Ceterum maius quiddam est, & altioris quodammodo indaginis, quod ad historica Auctoris nostri opera poscis, Danica illa atque Belgica; quippe qui non tantum iconibus, tabulis aeneis numisque exornata, sed animadversionibus quoque supplementisque adaucta, hoc est, alio decore, quam quo olim resplenduerunt, illustrata, in publicum vis prodire. De quo nonnulla tecum video mihi esse differenda.

Et primum, quod de tabularum istis numorumque ornamentis significas, siquidem in talia lubet impensas facere, non admodum fere difficile factu arbitror, omnium minime quod ad Belgica. Adeo enim referta sunt, quae de Belgarum motibus, a Meursio *enarratis, eorum praesertim lingua exierunt, imaginibus, nummis, aliisque id genus oculiferiis, ut delectum potius adhibere, quam adoptare quaevis, par fuerit. Verum enimvero, cum haud amplam istiusmodi librorum copiam apud vos credam haberi, unum alterumque indicabo, quos ut meliores in ipso genere sequi poteritis. Primus est* Emmanuel Meteranus, *cuius historiarum Belgicarum Germanica versio in qualibet editione (sive illa anni* 1627. *sive* 1640. *sive posterior fuerit) icones Ducum Principumque exhibet satis elegantes: quarum & nonnullas habet* Teatro Belgico di Gregorio Leti, *liber Italice scriptus, Amstelod.* 1690. *a pag.* 51. *ad pag.* 78. *Tomo I. nam quae plures ibidem sequuntur, post an.* 1573. *in Meursiano opere locum non sortiuntur. Eaedem tamen figurae, quae* Gregorio Leti *inseruierunt, prius conspectae fuerunt in Historiae* Hugonis Grotii *Belgica interpretatione, quae exiit Amstelodami* 1681. *in fol. & forsan saepius. Maiorem tabularum aenearum & effigierum copiam, repraesentat liber, qui inscribitur:* Les Guerres de Nassau descrites par Guill. Baudart, *seu, ut alter libri titulus habet,* Portraicts en taille douce & descriptions des Sieges, Batailles &c. Amstel. 1616. *in forma oblonga.* Famiani *vero* Stradae S. I. *Historia eorumdem bellorum, in editione principe Romana anni* 1632. *in fol. nihil aliud aere expressum habet, praeterquam pugnas & obsidiones, effigies Ducum nullas, quibus tamen editiones eiusdem* Stradae *in minore forma* 8va *&* 12ma, *apud Antuerpienses & alibi publicatae, exornantur. Ad numos autem, eamdem turbarum in Belgio historiam illustrantes, duo sequentes comparandi, aut saltem alteruter habendus:* 1. L' Histoire des Provinces unies par M^{r} le Clerc, Tome I. avec les principales Medailles & leur explication, dépuis l' an 1560. imprimé a Amsterdam 1723. in fol. *in cuius Tomi primi (nam tribus opus constat,) altera parte exstat illa Explicatio numorum historica cum eorum ectypis, quam & seorsim vendere puto typographos Amstelodamenses. Sed qui Meursiano applicari operi ex his numi debeant, sunt tantum priores* 51. *quorum ultimus est* Ludovici Ricasenii *pag.* 32. *expressus.* 2. Gerardi Van Loon Histoire Metallique des XVII. Provinces des Pays-Bas, dépuis l' abdication de Charles V. iusqu' à la Paix de Bade en 1716. impr. à la Haye 1732. fol. Tome I. *qui liber multo priore auctior & pretiosior.*

In Danicis simile quid adornaturis fateor non adeo proclivem rem futuram esse, tum quod illa gentis nostrae tempora, quorum memoriae Meursius *consuluit, Belgicis iam memoratis, multo vetustiora sunt, ac variora de iis exstant a pictorum sculptorumque manibus monumenta, necdum enim ille mos invaluerat, tum quia nullus adhuc apud nos historicorum rationem istiusmodi ornatus habuit. Attamen, si ea Vobis stet omnino sententia, eodem honore nostra adficere, subministrabo non numismata tantum, a* Canuti M.

Digitized by Google

temporibus, hoc eſt, a Seculo XI. uſque ad Chriſtiernum II. in quo Auctor noſter deſinit; ſed & picturas, ſane elegantiſſimas, nondum unquam aeneis formis vulgatas, ſed, ni fallor, avorum noſtrorum aevo deſtinatas operi cuidam hiſtorico, quod numquam prodiit.

Deinde, ut de animadverſionibus agam & ſupplementis, quae ad hiſtorica illa ſcripta requiris, vereor profecto, ne conſilium iſtud fruſtra fuerit, quum neminem noverim, qui in Belgica Meurſii *hiſtoria hanc operam poſuerit, ſive adnotando aliquid, ſive addendo, ut pro eius continuatore haberetur. Adnotationes certe in eam ſcribere, docti alicuius Viri in Belgio foederato opus foret, non meum. Neque id opus eſſe omnino exiſtimo, poſtquam tantus eſt ſcriptorum numerus, qui commemorandis, quae inter Hiſpanos Belgaſque geſta ſunt, bellis incubuerunt, ut nihil novi quis amplius adferre queat. In Danicis vero non inficior, nonnulla illuſtrationem poſſe accipere. Ergo quid in his agendum, diſpiciam poſtea, & advocatis in conſilium cogitationibus meis, aliquid certi ſtatuam, de quo proximis meis ut certior fias, omni opera laborabo. Interim nolo te ita illud, quidquid fuerit, interpretari, quaſi continuationis aut ſupplementi quidquam adnecti* Meurſio *optarem: quod aeque puto fore incongruum, ac ſi quis* Varchii *veſtri, aut* Machiavelli, *aut* Io. Mich. Bruti *hiſtorias novis appendicibus auctas, lectoribus vellet, ad alia potius ablegandis, obtrudere. Id vero celare te nolo in praeſentia,* Meurſium, *licet nihil in hiſtoria Danica, quod ad ſucceſſores Chriſtierni II. pertineret, & emiſerit, & Fridericum I. qui proximus dicto Chriſtierno regnavit, numquam, quantum compertum nobis, attigerit; attamen habuiſſe prae manibus Friderici illius filium & ſucceſſorem Chriſtianum III. eiuſque regiminis annis, ab* 1533. *uſque ad* 1550. *abſolutis, novem reliquos, qui reſtabant ad mortem laudati Regis, pertexendos aliis reliquiſſe. Haec autem Chriſtiani III. hiſtoria latet adhuc abſcondita, neque in dias luminis auras exiit, etiam poſtquam continuatori eius* Stephano Ioannis Stephanio, *qui relictos novem annos perfecit, ſors melior, heredum viri cura, obtigit. Atque nunc videre te mihi videor, Vir amiciſſime, intentum, quam maxime in iſtam praedam, eamque omni ſpe & opinione tua devorare. Sed temperes paulliſper, te obſecro, deſiderio tuo, donec, quae iam a me cognoſces, aeſtimata fuerint, momentiſque ſuis ponderata.*

Erat ſine controverſia Vir magnus & eruditus in primis Io. *noſter* Meurſius, *ſed in regni noſtri hiſtoria, quam iuſſu Regis ſcribendam ſuſcepit, plane hoſpes, ſicut in praecedentibus meis dixi. Quid ergo fecit? Compilavit deceſſorum ſuorum ſcrinia, in tribus quidem Regibus, Chriſtiano I. Ioanne & Chriſtierno II.* Ioannem Suaningium *Seniorem (nam plures apud nos ſunt eo nomine) ſequutus, in antiquioribus etiam* Saxonem Grammaticum & Albertum Crantzium. *Et quod in* Suaningio *commiſit, latuit tanto ſecurius, quod pauciſſima eius viri publicam lucem adſpexere. Frederici I. vero res geſtas condere nemo adhuc tum temporis adgreſſus erat, praeter* Arnoldum Witfeldium, *Danica uſum lingua, quam neutiquam intelligebat* Meurſius. *Ergo eam hiſtoriae partem, quae decennio tantum conſtat, tranſiliit, deſtituentibus iam illum ſchedis* Suaningii. *Sed earum loco incidit in laborem* Nicolai Cragii, *quem ipſe egregius, ex eleganti opere de Republ. Lacedaem. litterato orbi notiſſimus, in Chriſtiani III. hiſtoria ſumſerat, eique, cum ad annum* 1550. *perveniſſet, erat immortuus. Huius itaque gloriam noſter in ſe ſtuduit tranſmovere, quaedam dumtaxat leviora in dictione* Cragii, *ſatis licet concinna & plerumque non incurioſe elaborata, immutando, in rebus nihil. Supereſt adhuc illud Cragianum opus, inque meis eſt manibus, haud prorſus,*

Digitized by Google

ſus aliis incognitum, dignum ſane, quod aliquando protrahatur in lucem, una cum laudato ſuperius ſupplemento, quod ea dudum potitum eſt, ſtilo nitidiſſimo, quippe quo Stephanius *in primis pollebat, ſcripto. Ergo cauſam modo habes, Vir eruditiſſime, quare vix exiſtimem, honori nominis Meurſiani recte ab iis conſultum iri, qui* ἀνέκδοτον *iſtud opus ſub eius nomine vulgaverint; quum fieri non poſſit, quin, ſtatim ut* Cragius *ſe oſtenderit, palam omnibus ſit futurum, eum eſſe genuinum parentem,* Meurſiumque *eius, ante triginta iam fere annos fato functi, foetum ſubduxiſſe. Sed & alia quaedam eſt ratio, quae, utut cetera expedita eſſent, videtur, ſi quid iudico, impedire, quo minus in Italia commode liber excudatur, qui Chriſtiani III. res comprehendat. Scilicet is eſt in Regum noſtrorum ſerie, qui, mutata divini cultus ratione, ſacris, quae Pontifici Romano damnata, ipſe olim parenſque ſuus capeſſiverant, univerſam ſuam gentem iuſſit initiari. Quumque hoc ipſum ſingulari conſiliorum dexteritate miriſque ſucceſſibus perpetratum, ita ab hiſtoricis noſtris, ſive* Cragius, *ſive* Meurſius, *ſive alii ſint, tractetur, ut nihil, quod ad lectorum animos adverterdos faciat, ornamenti aut adparatus verborum ſit omiſſum, inque hoc loco triumphare ſoleant ſcriptores noſtri, Tu ipſe iudices, Vir clariſſime, quibus apud Vos animis, ſi cenſorum oculos ſubirent, talia forent accipienda.*

De ſceleſtiſsimo libro, cuius prima editio, & fortaſſe plures, titulum praeferunt Elegantiarum Latini ſermonis Meurſii, *certius multo eſt iudicium, reſque nulla prorſus obſcuritate involuta. Neque enim magis eſt* Io. Meurſii *opus, quam meum, tuumve. Et ponamus tamen, rem aliter ſe habere, & exſecrabilem ſcriptionem ab Auctore noſtro profluxiſſe, noſne, qui litterarum incremento, qui virorum praeclare de iis meritorum gloriae, qui denique, quod maius eſt, virtuti & ſanctitati damus operam, recte exiſtimari poſſumus officio noſtro fungi, ſi quod a regia virtutis via in voluptatum praecipitia avocet, quodque cum perpetua auctorum infamia ſit coniunctum, conſecramus immortalitati? Dii meliora. Sed haud ulla hic opus diſceptatione, quandoquidem extra omnem ambiguitatem res eſt poſita, & iam olim, imo haud multo poſtquam abominandus iſte foetus excluſus erat, verus eius parens detectus. Meretur etiam hoc notari, quod, antequam proderetur auctor, nemo ullus eſſet eruditorum, ſive in Belgio, ſive in reliqua Germania, qui fidem libelli fronti adhibere, ac de* Io. Meurſio *tale quid potuit aut voluit ſubſpicari. Vſque adeo confirmata in omnium animis erat opinio de innocentia viri & ſanctitate, quam litterariis laboribus deditus, ne quidem in adoleſcentiae lubrico temeraverat, quam deinde per univerſam vitae aetatem eſt conſectatus, quam denique familiari dicto, quod ſemper in ore habebat,* AETERNITATEM COGITA, *omnibus locis, atque in amicorum albis ſeu philothecis, ut vocant, nec non effigiei ſuae adſcripto, aliis inſpirare ſtuduit. Erant autem, qui ſacerrimum librum* Iſaaco Voſſio, *utpote cuius ingenio aptius congruere videbatur, adſcribendum eſſe, coniectura ducti autumabant. Ita ſane* Morhofium *credidiſſe,* Chriſtianus Iunckerus *auctor eſt in* Centuria feminar. eruditar. *de* Aloyſia Sigea *agens. Etiamſi nihil definivit ipſe* Morhofius *in* Polyhiſtore *lib.* I. *cap.* 8. *ubi vir optimus & doctiſsimus integram pagellam & amplius impendit vindicandis nominibus &* Io. Meurſii *&* Aloyſiae Sigeae, *innocentiſsimae pariter feminae, ab infamia, qua impurus eam nebulo adſperſerat. Fuit vero iſte nebulo librique, de quo ſermo eſt, auctor Iuriſconſultus quidam in Batavia Hagienſis,* Ioannes Weſtrene *nomine. Id quod ex ipſius coram familiaribus confeſsione, nec non a ſodali eius* Hadriano Beverlando, *eiusdem farinae homine, quemque itidem ſcriptionum ſpurcities nobilem reddidit, compertum*

tum multis tum exſiſtit. De quo Chriſtiani Thomaſii *&* Wilhelmi Erneſti Tentzelii, *fuſius ea de re agentium in libris Germanica lingua ſcriptis, verba, ſi iubes, excepta a me habebis. Conſtat inſuper, quod nec praeteritum* Thomaſio, *rogatum aliquando* Weſtrenium, *quid ad praefigendum nequiſsimo ſcripto* Meurſii *potius, quam alterius nomen impuliſſet, reſpondiſſe, hoc minus recte de* Io. Meurſio *parente ab hominibus accipi, ſe vero filium intellexiſſe, fucumque facere voluiſſe lectoribus, ut profectum ab ipſo opus crederent, ſimilitudine ſtili inducti, quia tali uſus eſſet* Meurſius *iunior in* Arboreto ſacro, *lepido libello, & paullo antea in Belgio* Renati Rapini S. I. Hortorum libris IV. *adiuncto, Vltraiecti* 1672. *in* 8vo *Itaque & hoc nomine* Meurſio *ſeniori &* πολυγράφῳ *damnatum ſcriptum abiudicandum. Imo & iuniori. De quo cum ſermo iam incidit, non poſſum diſſimulare, me indignatum ſaepius fuiſſe, quod nuſquam repererim, quo anno doctiſſimus ille iuvenis rebus humanis ſit ereptus, uti nec quo vitam hanc ingreſſus. Vixiſſe autem ad annum* 1643. *ex epiſtola* Gerh. Io. Voſſii *in* Arboreto ſacro *edita, ſolum eſt quod didici. Et quum parvae molis ipſe liber ſit, ut & cetera eius, vix* 16. *aut* 20. *folia impletura, haud male vos facturos eſſe exiſtimem, gratiam vero potius inituros, ſi & illa parentis ſcriptis adiunxeritis. Sunt autem;* Maieſtas Veneta, *Lugduni Batav.* 1640. *in* 12. Obſervationes politicae miſcellaneae, *Hafniae* 1641. *in* 8. Collectanea de Tibiis veterum, *Sorae* 1641. *in* 8. Arboretum ſacrum, *Lugd. Bat.* 1642. *in* 8. De Coronis liber ſingularis, *Sorae* 1643. *in* 4.

Reſtat epiſtolae Tuae pars ultima, cui & paucis, antequam finiam, ſatisfaciam, poſtquam ex voluntate noſtra res ceſſit, quam mihi dediſti in mandatis. Expoſui enim Regi, quemadmodum iubebas, libello ſupplice deſiderium tuum, uſus rationibus, quas eleganter in litteris tuis habebam declaratas, adiectis etiam aliis, quas memorare nunc nihil attinet. Nec dicere poſſum, quanto fui gaudio adfectus, quum poſt unius alteriuſque dici intervallum, quo ſubſpenſus animi inter ſpem metumque eram, ipſe Rex indulgentiſſimus mira me clementia adloquutus, hanc totam ſolicitudinem exemit. Laudavit nimirum inſtitutum tuum, & quoniam eo ſpectaret, ut viri de Dania noſtra olim praeclare meriti ſcripta recuderentur, facile ſe paſſurum dixit, ut aliquod iſtorum voluminum ſuo nomini inſcriberetur, ſeque viri eius docti, qui in Italia didiciſſet honorifice de Danis ſentire & loqui, nonnullam rationem habiturum. Ceterum, Vir celeberrime, unum eſt, cuius & tu, ſi me audis, rationem habere poteris in iſta ad Regis Maieſtatem adloquutione, & cuius, utpote oppido recentis ac nondum maturi, nulla adhuc ad exterorum alios permanavit fama. Id eſt, quod noſter ille Auguſtus, ad ſalutem civium ſuorum numquam non intentus, ſtatutum cum animo ſuo ac deliberatum habet, ut Soranam ſcholam, eumdem ſcilicet ipſum locum, ubi vixit Meurſius, *novis clementiae radiis illuſtratam reddat. Atque eo quidem tendit conſilium, ut locus, qui flori nobilitatis ad praeclaras & patriae utiles artes omnemque vitae cultum erudiendo fuerat olim a Regibus deſtinatus, ſed ante annos fere ſeptuaginta potiorem decoris ſui partem amiſit, nunc inſtauretur denuo, atque in eiusdem ſpem gloriae, quam habuit Auctoris noſtri aevo, ſecundis auſpiciis erigatur. Habes ergo, Vir praeſtantiſſime, quod ceteris poſsis optimi Regis laudibus adiungere ac inſerere, natum quaſi ad ipſam rem argumentum, & quod tibi utique inter primos obtinget bonis ominibus proſequendum. Haec vero atque alia de piiſsimo Principe, qui & ante hos quatuor annos Hafnienſem ſuam Academiam magnis beneficiis & incrementis auxit, tuo praedicata ſtilo legere, ingenti nobis voluptati erit. Nobis, inquam,*

qui

Digitized by Google

qui Etruſci nominis amore, non ſecus, quam ſi doctrinae & eruditionis ipſum eſſet, plenos gerimus animos, primum quidem, quia apud vos, ſuperioribus ſeculis, experrectae veluti ſomno litterae, e feliciſſimis iſtis ſedibus per reliquas deinceps Europae partes ſe diffuderunt, ac deinde, quia adhuc omni opera laboratis, ut quam maiores veſtri, divini homines, adquiſiverunt, perennis ac vobis propria exſiſtat gloria. Atque in hoc ipſo ſtudio te, excellens vir, egregia cum laude verſari, iniquus omnino forem niſi adgnoſcerem, inhumanus vero, niſi &, hac occaſione uſus, gratularer. Vale. Hafniae XII. *Cal. April.* MDCCXXXVI.

Viro Eruditiſſimo, Celeberrimoque Dom. Ioanni Lamio Hiſt. Eccl. Prof. & Biblioth. Riccardianae Praefecto ſ. p. d. Iacobus Bruckerus, V. D. M. Conſiſtor. & Scholarcha, Regiae Berolin. Societ. Scient. Membrum.

Miraberis forte, nec immerito, qui fiat, ut homo ignotus prorſus tibi, iſque tanto terrarum ſpatio a te diſſitus, inexſpectatas ad te dare litteras ſubſtineat. Deſines vero mirari, ubi & ſcribendi occaſionem, & iuvandi bonas litteras intentionem perſpexeris. Adparuit nuper inter nos ſcheda, edita a Viris honeſtiſſimis Tartini & Franchi *bibliopolis Florentinis, qua conſilium ſuum edendorum operum* Io. Meurſii *cum erudito orbe communicant, te operis curatorem produnt, & in primis ab eruditis ea ſecum communicanda rogant, quae ex Meurſianis ſcriptis vobis nondum ad manus ſunt. Inter ea vidi notatam Herodis Inſcriptionem Graecam totidem verſibus, anno tamen impreſſionis non addito; quod quidem non miror, pauciſſimis enim prima viſa eſt verſio illa Latina* Meurſii *folio integro fugitivo conſtans. Ea tamen recuſa eſt in Germania Goslariae* 1608. 8. *hoc titulo:* Inſcriptio Vetus Graeca, continens dedicationem fundi, ab Herode M. Rege actam, nuper ad urbem Romam in via Appia effoſſam, cum Iſaac. Caſauboni notis: *adiecta eſt interpretatio Latina, ligata & ſoluta oratione; & ligata quidem per* C. Rittershuſium, G. Remum, Io. Meurſium, Mich. Piceartum, & Mart. Beremium; *diſparuit tamen & haec, ut hi ſolent libelli, editio. Eſt vero inter reculas meas prima celeberrimi* Caſauboni *editio, tribus foliis formae maioris, ſine mentione loci & anni impreſſa, quam nomine ſuo inſignem & notatam tranſmiſit Celeberrimo Auguſtano Bibliothecario* Davidi Hoeſchelio. *Hanc non ipſe tantum* Hoeſchelius, *Vir Graece doctiſſimus, cum alia deſcriptione contulit, ſuiſque adnotationibus ſua manu in eo, quo utor exemplari, auxit, & inde editionis Caſaubonianae textum emendavit; ſed adiecta quoque eſt, verſio Latina totidem verſibus Latinis reddita, & ipſius* Meurſii *manuſcripta, adeoque* αὐτόγραφον *eius, quam requiritis, Inſcriptionis. Quum itaque bibliopolae communia doctorum Virorum auxilia rogaverint, non ineptum iudicavi, ſi haec vobis innoteſcant, & ſciatis inde, me ad iuvandum praeſtantiſſimum conatum lubenter ac Meurſianam verſionem* αὐτόγραφον *cum Caſauboniano textu, & Hoeſchelianis obſervationibus, vobiſcum communicaturum, modo de commodo tutoque perferenda illa, ſine meis ſumtibus, & de recte reſtituenda, bibliopolae proſpexerint, & per noſtratem quempiam mercatorem vel bibliopolam caverint. Ceterum poſſideo ego inter ſupellectilem meam librariam Meurſiana ſequentia,* 1. *Miſcellanea Laconica,* 2. *Themidem Atticam,* 3. *De Fortuna Attica,* 4. *Cretam, Rhodum, Cyprum,* 5. *AEſchylum, Sophoclem, Euripidem. Quoniam vero vel in bibliopoliis adhuc ſuperſunt, vel n.* 3. *&* 5. Theſauro Gronoviano *inſerta, adeoque vobis iam praeſentia, illis opus eſſe vix credo; patebunt tamen veſtris uſibus, dicta ratio-*

Digitized by Google

tione ubi deſideraveritis. Ceterum dedit anno 1717. *Vir Cl.* Io. Val. Schrammius *diſſertationem ſive libellum Academicum, de Vita & Scriptis* Io. Meurſii *Patris, ubi diligenter & edita & inedita ſcripta recenſet, notatis illorum editionibus, horumque ubi adſervantur quaedam, locis. Quum vero eiuſmodi libelli raro patriae ſuae, certe Germaniae fines excedant, voſque hic ipſe ſine dubio lateat, dabo quoque, ubi deſideraveris, operam, ut eius ex mea penu libraria copia fiat. Quod reliquum eſt, multum tibi debebit Orbis litteratus, Vir Cl. de ſuſcepto hoc opere: praecipue, ubi obſervationes adiectae fuerint; ſolebat enim* Meurſius, *coniicere potius collectanea ſua, quam ea accurato ratiociniorum nexu diſponere; unde multa perperam intellexit, Vir cetera doctiſsimus, multa ſibi imponi paſſus eſt, cuius generis ſunt, v. g. quando in Themide Attica, leges in Rhetorum Scholis ſubinde fictas inter leges Atticas veras refert. In primis Diſſ. de Denario Pythagorico multa luce indigent; imparatus enim erat Vir doctiſsimus ab Hiſtoria Philoſophiae veteris, quae mihi ratio fuit cur peculiari diſſertatione de convenientia numerorum Pythagorae cum ideis Platonis, quae in Amoenitatibus litterariis* Cl. Schelhornii T. VII. *exſtat, lucem eidem paſsim foeneratus ſim. Verum de his tu, Vir celeberrime, non monitus optime diſpicies, & qua ratione tuo, & bibliopolarum, deſiderio velificare queam, niſi grave eſt, mature per litteras indicabis, quae vel ad Vlmenſem bibliopolam* Bartholomaei, *vel ad Auguſtanos* Merzium & Mayerum, *vel ad Auguſtanum Bibliothecarium, Dom.* Vhil. Iac. Crophium *directae (vicini enim ſumus Auguſtae, & ipſe ego patria Auguſtanus) vel etiam recta via per curſorem publicum ad nos, qui proximi Alpibus habitamus, accurate ad me pervenient. Quod ſi felici hac occaſione viam ad vos quaedam tranſmittendi reperero, adiiciam, ſi pace tua fieri queat, unam alteramque Scriptionum mearum, modo locum inter meliores meruerint. Vale. Scribebam Id. Mart. A. S. R.* cIↃ IↃ ccxxxvi. *Kaufbyrae in Algovia.*

Sequentem Epiſtolam V. Cl. *Abrah. Gronovius*, Ampliſſimo Viro, Pontificio tunc apud Belgas Oratori, Domino *Valentio Gonzagae* ſcripſit.

MAximo gaudio animus meus perfundebatur, quum ſub exitum ſuperioris hebdomadae ex impreſſa ſchedula, quam ad me curaverat Reverendus mihique amiciſsimus Vir P. Paulus Deſmantia, *eruditiſsimum* Lamium *manum admoviſſe editioni Operum* Ioannis Meurſii; *quod ſummo opere laudandum propoſitum poſtquam Excellentiam Tuam patrocinio tuo dignari cognoveram, mihi temperare non potui, quin hanc occaſionem Te, Illuſtriſsime Praeſul, litteris hiſce meis compellandi adriperem, atque inſimul, quo & exſpectationi Excellentiae Tuae, & voto doctiſsimi* Lamii *ſatisfacerem, cuncta incomparabilis iſtius Viri Opuſcula, quae vel inedita, vel nondum a Cl.* Lamio *adquiſita, Bibliothecae meae ſcriniis comprehendebantur, colligerem, eaque velut ſymbolam in novam Operum* Meurſii *editionem conferrentur. Nec tum quidquam tam exoptatum vel iucundum mihi evenire poterat, quam ut tandem reapſe probare exiſtimationem meam, quam erga Te, Illuſtriſsime Praeſul, Tuique ſimiles, iamdudum habui, & niſi nomine meo indignus videri vellem, me habere cogunt, tot ac tanta eaque certiſsima beneficentiae erga eos, in quorum nomen veluti legitimus heres ſucceſsi, ex Italia veſtra, benigna illa omnium bonarum artium & virtutum fautrice, profecta documenta, quae quotiens vel manibus tracto, vel oculis verſo, quod ſaepe facio, non poſſum non recordari felicitatis, qua olim iſtic uſi fuerunt Avus meus, Parens, atque Patruus; praecipuam vero eamque unicam iucunditatem in hac vita mi-*

li con-

Digitized by Google

hi contigisse arbitror, quod in dies mentem & oculos pascere variorum scriptorum monumentis, quibus cum Historia Graeca & Romana, tum veteris Ecclesiae ritus illustrantur, ex adytis Bibliothecarum Italiae, praesertim vero Mediceae, depromtis mihi fortuna mea concesserit. Verum ne te, Excellentissime Domine, in gravioribus studiis, atque negotiis occupatum diutius interpellem, ad Meursiana revertar.

In librorum a Meursio *editorum catalogo omissam deprehendi* Palladii *Episcopi Helenopoleos* Historiam Lausiacam, *sive* Historiam SS. Patrum, *editam Lugduni Batavorum* 1616. *Graece cum eiusdem notis, eamque* Palladii Historiam *Latine edidit* Gentianus Hervetus *Parisiis* 1588. *Eam nondum mihi comparare potui, verum non dubito, quin brevi in manus meas sit perventura. At de* Apuleii, *&* Porphyrii *editionibus, &* Panegyrico Iacobo I. *dicto vereor, ut facile adquirantur.* Meditationes in Psalmos *exspectare me iussit quidam ex amicis.* Poemata, & varia Divina, *quibus comprehenduntur* Tractatus Cyrilli, Anastasii, Andreae, Metochii, Timothei, & Hilarionis, *penes me sunt. Inter Epistolas a Viris doctis ad Avum meum datas duas* Meursii *manu conscriptas reperi, easque lubens transcribam: praeter hasce etiam aliquot Epistolas Virorum eruditorum ad* Meursium *scriptas possideo, quae ut puto non leve ornamentum editioni Meursianorum operum conciliarent, earumdem* αὐτόγραφα *veluti pignus meae erga Excellentiam tuam observantiae primo nutu tuo Bruxellas cum reliquis opusculis transmittam. Praeterea indicem contexam Epistolarum* Meursii *in variis collectionibus Epistolarum exstantium. Inedita vero* Meursii *opera, quae in schedula recensentur, frustra quaeri subspicor; quia pleraque* Meursii *scripta in* Bartholini *Bibliothecam pervenerunt, quae postea flammis consummata fuit. Porro, Illustrissime Praesul, te etiam atque etiam rogo, ut doctissimo* Lamio *auctor sis, ut in* Glossario Graeco-Barbaro *edendo sequatur editionem, quae prodiit ann.* 1610. *nec ullos tractatus a Veteris Ecclesiae Scriptoribus conscriptos omittat, & , si aliqui Codices MS. eorumdem Scriptorum in Bibliothecis Florentinis adserventur, eorum variantes lectiones adiungat : quae postrema ratio ingens decus addet novae editioni; sed & prior gloriam nominis* Meursiani *apud aequos ingeniorum aestimatores extollet. Ipse enim raro, & unico fere inter nostrates, exemplo editis hisce Scriptoribus ostendit, masculam Christianae Religionis, & Historiae Ecclesiasticae cognitionem absque adsidua lectione Antistitum veteris Ecclesiae adquiri haud posse, quamvis etiam hac sedula opera sua, & Christiano digna, ingens odium* Meursius *apud nescio quos, dum inter vivos agerent, in se contraxerit. Ego vero ab ipso iuventutis meae lubrico, paternis institutis ita formatus, eos, qui scripta vel ad ritus, vel ad historiam, veteris Ecclesiae spectantia primi luce donaverint, quales olim fuerunt* Canisius, Sirmondus, Schottus, Meursius, Labbaeus, Ducaeus, *aliique praestantissimi Viri, & qualis nunc est, & ut spero per longam annorum seriem erit, singulare illud Europae litteratae decus, cui me plurimum quantum debere semper adgnoscam,* Montefalconius, *velut arbitros rei Christianae, & litterariae venerari nunquam desinam.*

Interea Meursiana mihi cordi fore, Excellentissime Praesul, persuasum habeas velim, & si opera mea in aliis rebus tibi utilis esse queat, vel verbo iubeas quaeso. Ceterum & animo tibi, Illustrissime Domine, gratulor legationem, quam iussu Pontificis Maximi obiturus es apud Potentissimum Hispaniarum Regem, eamque ut per omnes numeros te abunde exornaturum confido, ita ut laetus & incolumis eamdem administres, voveo. Vale, Illustrissime Praesul, & favore tuo dignare,

Lugduni Batavorum A. D. XIV. *Kal. Mart.* MDCCXXXVI.

Illustriss. atque excellentiss. Nomini tuo addictum Abr. Gronovium.

Digitized by Google

Viro Ampliſs. & Eruditiſs. D. Io. Lamio S. P. D. Iacobus Bruckerus.

GRatum fuit, atque iucundum, V. C. ex humaniſſimis tuis ab Ampliſsimo Koepfio Auguſtano recto tempore ad me curatis intelligere, non diſplicuiſſe tibi meam qualemcumque officioſae voluntatis ſignificationem; cui enim non erit volupe, Viri doctiſſimi in promovendis honeſtiſſimis deſideriis velificare? quis non tibi, Vir praeſtantiſſime, quantum pote auxiliatrices manus iungat, qui tam laudabili conatu de Republica Literaria mereri ſatagis? Vt itaque voluntate tua fiat ſatis; ecce rariſſimam editionem Inſcriptionis fundi ab Herode dicati; ecce venerabiles manus Caſauboni, Hoeſchelii, Meurſii, magnorum inter eruditos heroes nominum; ecce αὐτόγραφον Verſionis Meurſianae, olim a magno hoc literatore ad Davidem Hoeſchelium noſtrum tranſmiſſum, quorum omnium deſcribendi, edendi, veſtroque operi inſerendi, tibi facultatem copiamque facio; ita tamen ut ad futurum SS. Angelorum feſtum, ſive initia Autumni ſarta tectaque omnia ad me redeant, de quo Ampliſsimus Koepfius fidem ſuam interpoſuit. Adiicio etiam deſideratam, & quod facile crediderim, fruſtra quaeſitam, diſſertationem Schrammii, de Vita Io. Meurſii Patris; δωριόλου loco a me accipias, retineaſque rogo. Ex meis commentationibus forte nonnulla lux accendi poteſt Meurſianae diſſertationi de Pythagoreo denario, quae ſcriptio, inter collectanea ſatis confuſe digeſta, ſilva ſine ordine & luce eſt. Adiicio itaque eam quoque commentationem de numeris Pythagorae, quam Tomo VII. Amoenitatum literariarum inſerui, quamque retinere quoque licebit: videbis ipſe, num aliquid in ea ex re tua ſit, dignum quod Meurſiano ſchediaſmati adparetur, cuius plenum tibi iudicium, & poteſtatem facio: certe ſine eiuſmodi explicatione obſcurus manebit Meurſianus denarius. Addo vero & Hiſtoriam meam de ideis, exiguum donarium, ante plures annos iam editam, cuius multa additamenta ad manus habeo. Vtinam tibi vernacula noſtra ſatis eſſet cognita, ut vaſtum Hiſtoriae Philoſophico-criticae opus, quod per partes hactenus edidi, & nuper abſolvi, legere poſſes, quantum eſſet, quo me ex oris veſtris iuvare poſſes? Erit tamen, quod ex tua erulitione in poſterum meliora edocendus quaeram, ſi ea mihi licuerit felicitate uti, ut continuetur noſtrum literarium commercium. Borealium eruditorum favorem, & in iuvando inſtituto tuo diligentiam impenſe gratulor: ita ferunt & regionis, & religionis noſtrae mores, & habitus, ut magnam in edendis, & iuvandis Viris bonis voluptatem ponamus. Vale, Vir Celeberrime, & ſi lubet, de recte tradito faſciculo, quamprimum licet, me edoce. Scribebam Kaufbyrae Pr. Cal. Iun. CIↃ IↃ CC XXXVI.

Viris Clariſsimis, & Doctiſsimis Dom. Io. Caiet. Tartinio, & Dom. Sanct. Franchio Regiae Magni Etruriae Ducis Typographiae Praefectis S. P. D. Guſtavus Benzelptierna Praefectus Bibl. Regiae Stockolmenſis.

REcte mihi allatae ſunt binae veſtrae litterae noviſsimae mihique acceptiſſimae, datae Non. Ianuar. & Idibus Martii huius anni. Quod vero ſerius iis reſpondeam, quam & vellem, & pro veſtro rem litterariam quantocius iuvandi ardore laudatiſsimo deberem, id iniquius, quaeſo, ne feratis, quum acciderit culpa non mea, ſed aliena. Tardius enim, quam optaveram, in manus accepi opuſculum, de quo mox, Meurſianum binis ab hinc prope menſibus mihi promiſſum, ut taceam tempore mihi aliquo opus fuiſſe ad inveſtigandum, ſi quae alia eius apud nos invenirentur ἀνέκδοτα. Vtrumque mihi tandem, quod lactor, feliciter ceſſit. Nam & in Bibliotheca Regia reperi exemplar editionis eius Heſychianae

adno-

Digitized by Google

adnotationibus idiographis paſſim ab eo ornatum, quarum heic vobis copiam facio; & quod vobis adhuc gratius futurum auguror, oſtendi heic in Bibliotheca quadam privata Epiſtolas Theophylacti *a celeberrimo hoc Viro Graece editas cum notis Lugduni Batavorum anno* 1617. *in* 4. *Quas quum videam a vobis alibi nondum inveniri potuiſſe, in uſum veſtrum redemi pretio perexiguo, Florentiam eas miſſurus, ut primum a vobis cognoverim tum an earum forte aliunde participes facti ſitis poſt impreſſas litteras veſtras* ἐγκυκλικὰς, *tum ni hoc factum, qua ratione eas mitti velitis, per publicum ne veredarium, an per alium quemdam iter ad vos facientem. Poſteriorem hanc rationem tardiorem fore video, priorem magis ſumtuoſam, ideoque optioni veſtrae id relinquo; opuſculum eſt non magni voluminis, & nonniſi quindecim plagulis conſtans. Quod ſi demto, ut parcatur ſumtibus, involucro libri tradendum ſit curſoribus publicis, rationes ipſi facile ſubducere poteritis expenſarum. Video vobis, Viri Clariſſimi, deeſſe etiam* Meurſii *Hiſtoriam induciarum Belli Belgici, quod ſane miror, quum facile obvium ſit hoc opuſculum. Id & ipſe poſſideo editum Amſtelodami ann.* 1638. *fol. plagulis* 6. *in uſus veſtros libenter ceſſurus, ni aliunde adhuc acceperitis. Porro unum adhuc opus Meurſianum video ſe ſubduxiſſe induſtriae veſtrae peregregiae, videlicet* Palladii *Epiſcopi Helenopoleos Hiſtoriam Lauſiacam Graece cum notis, Lugd. Batav.* 1616. *in* 4. *Eam vero vobis ſuppeditare poterit* Weidmannus *Bibliopola Lipſienſis nobiliſſimus, qui heic emi curavit per Inſtitorem ſuum* Ioh. Fridericum Lochnerum, *& Lipſiam mitti, unde, ut ſpero, eam facile impetrabitis: nec enim eam in collectione veſtra deſiderari facile paſſuri eſtis. Adiungo heic notata, quorum antea ſpem feci, Meurſiana ad lucubrationes ſuas De Funere, & Puerperio, deſcripta manu Rever. Dom. Epiſcopi Lincopenſis, cuius in Bibliotheca hoc exſtat exemplar. Fugere vos, ut arbitror, non poterit* Meurſii *noſtri praelectiones antea ineditas in* Callimachum *a* Graevio *inſertas eſſe Hymnorum huius Poetae editioni Vltraiectinae ann.* 1697. *ut & Codicem Epiſtolarum a Viris quibusdam doctis ad* Meurſium *ſcriptarum exſtare in Bibliotheca Ienenſi, quam eo donavit* Sam. Puffendorfius *ann.* 1698. *teſtante* Chechenbergio *in* Diſſertat. de uſu Epiſtolarum Clarorum Virorum.

Gaudeo vobis innotuiſſe Ioan. Grammium *Danum eruditiſſimum, a quo ſi obtinere poteritis Hiſtorias adhuc ineditas Regum Daniae, non parvum inde Collectioni veſtrae ornamentum accedet.*

Haec ad litteras veſtras, Viri Clariſſimi; humaniſſimas autem, quas continent, de meo vobis inſerviendi ſtudio teſtificationes eo, quo par eſt, ideſt, gratiſſimo, & veſtris meritis deditiſsimo, animo accipio. Valete.

Dabam Stocholmiae VI. *Id. Iunii* MDCCXXXVI.

Reverendiſsimo Eruditiſsimoque Viro D. Ioanni Lamio Abrahamus Gronovius S. P. D.

MAximo gaudio animus meus nuper ſuffundebatur ad conſpectum litterarum tuarum, e quibus intellexi qualemcumque operam noſtram, quam Tibi per Illuſtriſsimum Archiepiſcopum Nicaenum obtuleram, in adparando laudabili propoſito Tuo, quod tam alacriter cepiſti, & exornanda Operum Meurſianorum editione, minus iniucundam fore. Ne igitur officio, quod ſponte mea in me ſuſceperam, deeſſem, exeunte Aprili ad te curavi Meurſii *Poemata, &* Palladii Hiſtoriam Lauſiacam *a* Meurſio *Graece editam, nec non variorum Divinorum Librum, ſive Orationes Patrum, quos libros a Te deſide-*

Digitized by Google

rari, & Epiſtola, quae typis exarata eſt, cognovi. Verum ſummo cum dolore meo ante haſce quatuor hebdomadas inaudiveram faſciculum, quo iſti libri comprehendebantur, Bruxellas nondum perveniſſe: quam operam dedit Vir mihi amiciſsimus D. Deſmartin *Monachus Ordinis Carmelitarum Diſcalceatorum, ut inquireret, quo pacto faſciculus ille interiiſſet: nuper vero* ὁ φίλτατος *mihi indicavit faſciculum, ſchedula ad quem dirigeretur amiſſa, ab ipſis nautis Bruxellis fuiſſe adſervatum; adeoque ſpem habeo, libros iſtos hoc ipſo menſe in manus tuas recte perventuros fore. Indicem quoque Epiſtolarum* Meurſii *e variis Epiſtolarum collectionibus excerptum ante duos menſes ad Illuſtriſsimum Praeſulem miſi. Meditationes* Meurſii *in Pſalmos* CXVI. CXIX. *atque* Theophylacti *Epiſtolae, quae penes me ſunt, eaſque brevi ad te tranſmitti curabo. Interea perſuaſum habeas velim, me in colligendis reliquis* Meurſii *opuſculis, quae deſideras, non deſidem fore. Gloſſarii Graeco-Barbari editionem poſtremam, & priori longe locupletiorem, ut ſequereris Te monitum volui; ſi ſecus fecerim, calamus praecucurrit mentem. Nunc errorem corrigens, ut ignoſcas Te etiam atque etiam rogo. Duas treſve Epiſtolas* Meurſii *poſsidet Clariſsimus* VVolfius, *ut ediſco ex catalogo Epiſtolarum, quem nuper edidit, eaſque transſcribendas in ſe ſuſcepit Vir Doctus, qui brevi Hamburgum petiturus eſt. Diſſertationem de* Ioanne Meurſio *olim edidit* Daniel Guilelmus Mollerus, *quam ſi nondum nactus fueris, illico ut ad te perferatur, curabo. Summopere vero rem literariam tibi devincturus es opera tua, quam collocaſti in conferendis MSS. Codicibus Auctorum; praeſertim vero Eccleſiaſticorum, quos* ὁ πάνυ *edidit. Ego vero ipſe me hoc nomine tibi obſtrictum agnoſcam, ſiquidem ab aetatis meae lubrico mihi nihil iucundius fuit, quam floridiſsima illa veteris Eccleſiae prata inambulare, neque hactenus etiam abſtineo; imo vero cum maxime inedita ſcripta veterum Antiſtitum, quae noſtra ſupellectili Libraria continentur, excutio, aliquando ut ſpero in publicam lucem proferenda. Inter quae quum exſtent quaedam Homiliae* Xiphilini *Archiepiſcopi olim Conſtantinopolitani ex te reſcire cupio, num eaedem quoque reperirentur in Bibliothecis Italiae. Homiliam* Xiphilini, *quae an ullibi Graece exſtet valde addubito, Latine editam eſse obſervavi in Bibliotheca Veterum Patrum. Porro plurimum quantum tibi deberem, Eruditiſsime Vir, ſi variantes lectiones MS. Codicis* Celſi *de re Medica, qui exſtat in Bibliotheca Medicea, mecum communicare non graveris. Viciſsim ex aliis rebus operam meam tibi offero. Vale, meque amare perge, atque Illuſtriſsimum Praeſulem meis verbis ſaluta.*

Dabam Leidis A. D. XV. *Kal. Iul. A. C.* MDCCXXXVI.

Viro Nobiliſsimo, Ampliſsimo, Celeberrimo D. Ioanni Lamio in Acad. Florent. P. P. famigeratiſsimo, S. P. D. Iacobus Bruckerus.

RE*cte ad me his diebus, curante generoſiſsimo* Koepfio *noſtrate, redierunt tranſmiſſa folia, Inſcriptionem Herodianam complectentia, quae non ingrata tibi adveniſſe laetus ex humaniſsimis tuis perſpexi. Gratulor mihi, me obſtetricante folia iſta ampliſsima collectione tua non indigna ob famam virorum, quorum manum, & mentem de ea exhibent, in tuas manus deveniſſe, oblivioni ita ſubtrahenda. Faxit Numen, ut animi, corporiſque viribus integer, & valentiſsimus tum huic, tum reliquis, quae meditaris, operibus praeeſse valeas, ſicque aeternitatem nominis diu iam bene meritis partam laudibus augeas, & multiplices. Quod certe in his Germaniae noſtrae oris eo certius futurum eſt, quo magis eruditi noſtri, quam noſtri ſeculi felicitatem puto eſſe,*

in pre-

Digitized by Google

in pretio eruditioni ſtatuendo aequi tuae eruditionis honorem hactenus deprae-dicarunt, inter quos Lipſienſes in foliis hebdomadariis, quibus res geſtas e-ruditi Orbis in modum Novellarum, quas vocant, indicant, conatus tuos ma-ture indicarunt, & iam nupero Auguſto menſe conſilium edendorum ἀνεκδότων *recenſuerunt. Ego vero tibi morem geſturus illius exemplum tum ad Bi-bliopolam Auguſtanum* Dav. Raym. Merzium, *tum ad Vlmenſes* Bartholomaeos *patrem, & filium, hodie mittam, qui quum Italiae veſtrae propiores ſint, fa-cile tecum commercium litterarium inibunt, modo ipſe ad eos hac de re ſcri-bas: ita enim eos ſimili conſuetudine uti cum* Argelato *Mediolanenſi, & Venetis Bibliopolis* Herzio, *aliiſque, ſatis novi. Quod vero laudans ſchedas meas tam prolixa benevolentia dignaris, facis quidem, quod tua virtus, & praeſtantia in ſe pollicetur; & de quo maxime mihi gratulor, amor erga me immeritus ſuadet; oneras vero admodum pudorem, & modeſtiam meam, qui me laudibus tuis longe inferiorem ſatis ſentio. Erunt tamen illae mihi cal-caris inſtar, ut ſi non attingere earum culmen valeam, certe non deſidens fuiſſe in oſtenſo virtutis, & diligentiae campo emetiendo cenſear. Velim ta-men, ut, quod futurum ſpero, ſaepius ad me ſcripturus parcius iſtis erga me utaris, certus nihil mihi magis curae eſſe cordique, quam curtae ſu-pellectilis cognitionem, & ingenuam confeſſionem. Doleo vero valde te noſtrae linguae uſu deſtitui, in qua noſtri ſeculi mere pleraque mea conſcripſi, ut ha-berem, quae porro ad te mitterem. Sunt quoque multa, quae paſſim in Dia-riis eruditis interſperſae ſunt, quorum omnium hic habes notitiam, parem, ſi ita commodum eſt, de eruditiſſimis lucubrationibus tuis mihi facturus. Quod vero non humanitate ſolum, ſed & liberalitate erga me uti vis pror-ſus ſingulari, totum me tuo ære reddis devinctiſſimum. Notabo candido la-pillo diem, qui me tuis doctiſſimis lucubrationibus beabit, & Bibliotheca-lae meae novam ex egregiis lucubrationibus induet ſuperbiam. Tu modo, Vir eruditiſſime, impera, qua ratione tibi porro uſui commodove ſtudium meum, tibique inſerviendi diligentia eſſe queat, & favore tuo, quod facis, dignare porro me tibi devotiſſimum. Vale. Scrib. Idib. Octobr. A. S. R.* CIↃ IↃ CCXXXVI.

Ampliſſimo, & Eruditiſſimo Viro Dom. Iohanni Lamio Profeſſori Academiae Florentinae, & Riccardianae Bibl. Praefecto celeberrimo S. D. Guſtavus Benzelptierna.

SI tanto, ac non modo vellem, ſed & par eſſet, verborum ornatu reſpon-dere ſuſciperem Epiſtolae tuae humaniſſimae, & mihi perhonorificae, da-tae Nonis Octob. huius anni, vereor ne in grati animi teſtificatione impa-rem me adgnoſcerem ei in ſcribendo orationis elegantiae, quae genti ve-ſtrae fere propria eſt. Sic ergo habeto, Vir Celeberrime, me quidquid of-ficii a me praeſtari potuerit non tibi modo, ſed & ſpectatiſſimis concivibus tuis DD. Tartinio, & Franchio in ſuppeditandis quibusdam ad novam edi-tionem Operum Meurſianorum, quorum magna pars iam diu rariſſima fuit, & libentiſſime exhibuiſſe, & quam parum id tamen ſit, ultro confiteri, to-tamque hac in re gratiam vobismetipſis deberi ab Orbe Literario. Spe pro-pe certa foveor adlatum iam ante harum receptionem vobis eſſe faſciculum, cui immiſi Epiſtolas Theophylacti *Graecas, & Schediaſma* De Induciis Belli Belgici, *quem quatuor ab hinc ſeptimanis die videlicet* XIX. *Novembris tra-didi Tabellario publico, inſcriptum nominibus Tartiniano, & Francliano; gratiſſimumque mihi erit cognoſcere eum vobis recte adlatum eſſe.*

Vt

Digitized by Google

Vt Tomum unum recuſae huius editionis nomini Potentiſsimi Regis noſtri inſcribas, id Maieſtatem eius aegre non laturam confidenter ſperare poteris, eius rei venia eo, quo memoras, modo implorata; nec enim tales ſe venerandi formulas non admittere ſolent Reges, & Principes ſummi, in primis noſter, quo nemo eſt in demerendis omnium animis nec maior, nec clementior.

Quod de cetero ad Meurſiana attinet, iis, quae antea in prioribus litteris tetigi, pauca haec bona cum pace tua addo: Aelnothum *de* Vita S. Canuti *notis MSS. & figuris aeneis a doctiſſimo* Bircherodio Dano *illuſtratum iam anno* 1733. *venum proſtitiſſe in Dania, ut didici ex Ephemeride quadam litteraria, quae Germanice quotannis editur Hamburgi. Non dubito* Bircherodium *his notis illuſtraſſe editionem* Aelnothi *Meurſianam; earum vero ulteriorem notitiam ſi deſideres, eam, ut puto, omnium optime ſuppeditabit eruditiſſimus* Grammius.

Editionem opuſculi de Induciis belli Belgici Leidenſem an. 1612. *in* 4. *plane differre ab ea, quae biennio poſtea an.* 1614. *ibidem prodiit, didici notante* Groſchufio *in praefatione ad Collectionem librorum rariorum Lipſiae* 1709. *Tuo vero iudicio relinquo an has diſcrepantias ſectari velis, id quod forte non permittent occupationes tuae aliae litteratiſſimae, quum eo fini moleſte quaerendae ſint, praeter tranſmiſſam a me editionem huius opuſculi, binae reliquae iam memoratae.*

Apud Io. Chriſtoph. Wolfium *Paſtorem Hamburgenſem inveniri non modo epiſtolas pluſculas* Meurſii *autographas, ſed &* CCCXXVI. *apographas aliorum ad eum, conſtat ex eius conſpectu ſuppellectilis Epiſtolarum ineditarum non ita pridem edito Hamburgi.*

Emendationes Meurſianas Gloſſarii Tactici mixobarbari Rigaltiani exſtare in Bibliotheca publica Lubecenſi me docuit non dubio, ut certo ſcio, auctore (quem tamen feſtinanter ſcribens non nominat) frater meus Ericus Benzelius *Ep. Lincopenſis, qui tibi ſalutem & officia ſua per me quam diligentiſſime deferri rogat.*

Audeo & eius nomine te obſecrare, id quod iam antea ad Clariſſimos conterraneos tuos feci, ut videas an non in Bibliothecis veſtris exſtent vel Manuſcriptum quoddam Dialogi Tacito *partim, partim* Quintiliano *adſcripti de Oratoribus, vel Gloſſae communiter vocatae Florentinae quae nomine* Gloſſarii Latino-Teutonici in Bibliotheca Divi Laurentii Florentina *toties citantur a* Lindebrogio *in Gloſſario ad leges veteres,* Schiltero *in Gloſſario ad Scriptores Linguae Francicae & Flammanicae, aliiſque.*

Poſtremum ſi opuſcula Meurſii *iunioris editioni veſtrae adiungere velitis, conſtat ſine dubio, praeter eius* Collectanea de Tibiis *edita Sorae an.* 1641. *in* 8. *itemque opus* de Coronis *ibidem an.* 1643. Arboretum *eius* Sacrum *& prodiiſſe Lugduni Batavorum an.* 1642. *& additum eſſe* Hortis Renati Rapini, *poetae Galli praeſtantiſſimi.*

Iam vero venia verboſiori epiſtolae meae a te, Vir celeberrime, impetranda, & ut DD. Tartinium & Franchium a me perofficioſe ſalutes, magnopere rogandum. Vale. Dabam Stocholmiae XVI. *Kalend. Ianuar. anni* CIↃIↃCCXXXVII.

Viro

Digitized by Google

Viro Illuſtriſſimo Doctiſſimoque Domino Dom. Ioanni Lami, Hiſt. Eccleſiaſt. in Academia Florentina Profeſſori Publico, & Riccardianae Bibliothecae Praefecto, ſ. p. d. Ioannes Baltaſar Starkius, Sereniſſ. Ducis Saxo-Hildburghus. Conſiliarius.

Siſtunt ſe oculis tuis litterae a manu tibi prorſus ignota ſcriptae, at, ut facile coniicies, minime ad ignotum. Tanta iam dudum fama tua erat, quam tot tantaeque lucubrationes egregiae tibi peperere, ut Italorum limitibus contineri non poſſet, quin potius ad exteros cis & ultra montes degentes feſtinanti curſu penetraverit, Lamiique *nomen de re litteraria optime meritum ab omni poſterorum oblivione vindicaverit. Fieri adeo non potuit, Vir Illuſtriſsime, quin etiam Germanis, priſcae fidei heredibus, innoteſcerent merita, quibus litterarum & eruditionis amantes, de novo tibi devincire curae habes cordique, dum & edendis anecdotis diverſorum diverſi argumenti, quae adhuc in Bibliothecarum pluteis ſepulta quaſi iacuerant, & iterandae editioni Operum cel.* Meurſii, *in unum, ut ita loquar, agmen cogendorum, operam iam impendere humeris tuis non imparem, publicis litteris teſtatus fueras. Non multum temporis ante Venetias adire a Principe meo clementiſsimo iuſſus ſum, ad ibidem curanda, quae ad eum ſpectant, quam duplicem iſtum laborem a te, Vir doctiſsime, ſuſceptum iri in commune bonum, ex Novis noſtris litterariis comperi. Interim Vir, ſcriptis ſuis bene multis meritiſque ceteris itidem clariſsimus D. D.* Iacobus Guilielmus Feverlinus, *Praeceptor quondam meus, dum Philoſophiam in Vniverſitate Norica, quae Altorfii eſt, communi applauſu f. t. publice profiteretur (nunc paucis abhinc hebdomadibus ad Theologiae profeſſionem primariam obeundam in Academia Gottingenſi in Electoratu Hannoverano recens fundata, Decreto Regio vocatus) per litteras ad me datas mihi ſignificavit, ſe duas poſsidere* Diſsertationes de Vita & Scriptis Meurſii, *quarum una olim a D.* Mollero *Profeſſore Publico Altorfino, altera a D.* Schrammio *Lipſienſi ibidem an.* 1715. *publice ventilata fuit. Si forte binae hae Diſſertationes Academicae (quibus ea, quae de* Meurſii *Vita ſcriptiſque circumferuntur, ad minimum confirmantur, ſit ita, ut iisdem cauſae Meurſianae lumen novum non accendatur) in manu tua non fuerint, ipſe ſeſe offert, eaſdem aut impreſſas aut accurate deſcriptas tecum communicare. Vtrique & tibi & illi, quod ominor, inde naſcetur occaſio, ut per commercium quoddam litterarium, quod in primis Vir iſte magni nominis tecum ceu altero* Magliabechio, *inire exoptat, alter alteri magis magiſque innoteſcat. En adeo auctorem, Vir celeberrime, qui tacite me impulit, ut litteris hiſce animum praedicta ratione tibi inſerviendi cupidiſsimum declararem. Sin eas reſponſione dignas iudicaveris, reſponſorias, ſi placet, harum latori D.* Nagelio, *pictori vere Germano, in aedibus Stoſchianis adhuc commoranti, ut tradendas cures, rogaris.* Meurſii Liber Variorum Divinorum *in manus meas hic loci nuper incidit; refertur ille in Catalogo in numerum deſideratorum. Pretium, quo forte emi poſſet, adhuc ignoro; ſed iuſſus in id inquiram.* Notas in Aſtrampſychi Oneirocriticon, *quae inter* ἀνέκδοτα *l. c. referuntur, legiſse me memini, niſi me omnia fallant, aut in* Solone *eius, aut in Tr.* De Luxu Romanorum *appendicis loco adnexas. Sed haec quaſi per tranſennam dicta ſunto. Vale, Vir magne, Deoque, tibi, & Reipublicae litterariae quam diutiſsime vive.*

Dabam Venetiis ipſis Idib. Februarii A. R. S. cIↃ IↃ ccxxxvii.

Ve-

Digitized by Google

Ampliſs. & Eruditiſs. Viro Dom. Io. Lamio Profeſſori Academiae Florentinae & Riccardianae Bibliothecae Praefecto S. D. Guſtavus Benzelptierna.

GRatiſſimae *mihi fuerunt litterae tuae datae* XII. *Kal Nov. anni proxime praeterlapſi, interpretes & voluntatis in me tuae, & teſtes valetudinis, quorum altera mihi eſt perhonorifica & quantivis pretii, altera cum Reip. quaqua patet, litterariae ingenti emolumento coniuncta. Significas tibi innotuiſſe de* Obrechto, Heſychii Mileſii *manu* Meurſii *notati poſſeſſore. Licebit coniectari auctorem huius rei tibi fuiſſe* Baudelotum de Dairval *in libello Gallico de uſu Itinerum edito Lutetiae an.* 1686. *ubi p.* 679. *id ex* Obrechti *ipſius relatu teſtatur. Profeſſor ille eo tempore & uſque ad an.* 1697. *erat Vpſalenſis, omne illud elogium meritus, quo eum impertit* Baudelotus. *Inſtructiſſimam etiam Bibliothecam habuit, ſed quae incendio an.* 1702. *tota periit, poſtquam quinquennio fere antea, anno nimirum* 1698. *fatis ceſſiſſet ipſe. Potuit an.* 1686. *quo haec ſcripſit laudatus ille Gallus, in ea Bibliotheca adſervatum fuiſſe (id enim dubium non eſt) exemplar* Heſychii *illuſtratum emendationibus* Meurſii *MSS.; Sed ſi quidem aliud hoc erat exemplum operis Heſychiani ab illo, quod nunc ſervatur in Bibliotheca huius urbis Regia, id feralis hic caſus una cum reliquis libris Obrechtianis fere omnibus certo abſumſit. Putaverim vero potius eumdem hunc Codicem, qui heic nunc ſervatur notis* Meurſii *marginalibus, quarum tibi iam copiam feci, emendatum, poſt annum* 1686. *e Bibliotheca Obrechtiana perveniſſe in hanc Regiam; quum creditu proclive non ſit unius eiusdemque auctoris a* Meurſio *notati bina exſtitiſſe exemplaria praeſertim unius eiusdemque editionis. Adeo ne ſic quidem periere illuſtrationes hae Meurſianae manuſcriptae, licet alium poſtea poſſeſſorem nactae, quaſque tuis poſthac, Vir celeberrime, divitibus & feliciſſimis curis acceptas referent eruditi.*

De Gloſsario Latino-Teutonico *intelligo iam ulterius ex epiſtola tua, fruſtra id in cimeliis Florentiae veſtrae quaeri; ſi enim exſtaret, cur id magis quam alii Codices MSS. fugiſſet diligentiam & tuam & doctiſſimorum* Salvinii *&* Duccii. *Salutem tibi, Vir ſumme, impertit, & officia ſua defert frater meus Dom. Epiſcopus Lincopenſis, nihil in ſe deſiderari facile paſſurus ſi quapiam in re tibi inſervire poterit. Dici de cetero non poteſt quam metuam ut in manus tuas pervenerit faſciculus quo tanto abhinc temporis intervallo tibi miſi,* Epiſtolas Theophylacti, *& ſchediaſma Meurſianum* De Induciis belli Belgici. *De ſumtibus eorum adquiſitioni erogatis quaeris in epiſtola data Idib. Febr.* 1737. *Hi autem etiamſi maiores adhuc eſſent quam re ipſa ſunt, minore in loco a me habentur, quam certo & quamprimum cognoſcere an recte ad vos perlata ſint haec opuſcula. Spem eius rei ut plane non abiiciam, facit ſilentium de iis tuum in litteris noviſſimis. Si iam, ut enixe obſecro, feceris ut id certo & primo quovis tempore ſciam, abunde mihi ſatisfactum putabo. Quod ſi enim perierint, quid attinet loqui de impenſis factis in ea quae interciderunt?*

De operibus Meurſii Hiſtoriae Danicae *conſecratis video deſideria tua expleviſſe illuſtrem* Io. Grammium, *idque, ni fallor, iam antea, quam de Hiſtoriis his Danicis ineditis tibi quidquam per litteras ſignificaſſem. Diſco id ex erudita non minus, quam fuſa eius praefatione ad editam Hafniae iam triennio abhinc, ſed a me nuper demum viſam Hiſtoriam Chriſtiani III. per* Nicolaum Cragium *ubi & pag.* 35. *honorificam & Meurſiani & tui nominis mentionem iniicit ipſe omni encomio digniſsimus.*

Addam

Digitized by Google

Addam pace tua, quoniam Meurſianorum ſtudioſiſſimus ſis, quamquam tibi forte iam antea notiſſima, quae in Io. Vogt *Catalogo Hiſtorico-Critico librorum rariorum, edito Hamburgi an.* 1738. *nuper offendi de iis eius operibus, quae, ex eius quidem ſententia, inſigni raritate ſe commendant, puta ſequentia:* Rerum Belgicarum liber unus, in quo Induciarum Hiſtoria &c. Lugd. Batav. 1612. *in* 4. *Offenſam quorumdam in Belgio incurrens auctor ob non pauca, quae heic narravit, in poſteriori editione, quae ibidem prodiit an.* 1614. *quaedam omiſit, quaedam nova inſeruit, libroſque* IV. *priores denuo adiecit.*

Variorum Divinorum *liber unus, in quo Auctores Theologi Graeci varii antehac numquam vulgati. Ibid.* 1619. 4.

Diſſertationes Politicae Miſcellaneae. Hafniae 1641. *Rarioribus vero adhuc ab eodem* Vogtio *accenſentur eius* Exercitationes Criticae. Lugd. Batav. 1599. 8.

Criticus Arnobianus; *item* Hypercriticus Minutianus. *Ibid.* 1598. 8.

De Gloria *liber, cum* Auctario Philologico. *Ib.* 1601. 8.

Sed pluribus fortaſſe te iam tenui quam veltes, Vir Clariſſime, nihil adeo iam addens niſi vota pro incolumitate tua, utque te de ſtudio & obſequiis in te meis quam perſuaſiſſimum eſſe obſecrem. Vale. Dabam Stochol-miae a. d. XVIII. *Kal. Febr.* CIↃIↃCCXL.

Quum autem ex Viri Ampliſſimi *Guſt. Benzelptiernae* litteris, quas ſuperius produximus, nobis innotuiſſet exſtare in Lubecenſi Bibliotheca Emendationes Gloſſarii Tactici Mixobarbari Rigaltiani a *Io. Meurſio* conſcriptas; ne quid vigilantiae & ſolicitudini meae inauſum intentatumque relinqueretur, Viro Doctiſſimo & Celeberrimo D. *Wolfio* Hamburgenſi hac de re ſcribere auſus ſum, multum in bene perſpecta hominis beneficentiſſimi humanitate confidens, & eius operam auxiliumque imploravi ad eas Emendationes quacumque impenſa mihi comparandas, quibus hanc meam editionem magis atque magis locupletarem. Vt autem de mea hac diligentia Lectoribus conſtet, ecce Epiſtolam meam heic ſubdo.

Doctiſſimo & Celeberrimo Viro D. Io. Chriſtoph. Wolfio Profeſſori Clariſſimo
Ioannes Lamius S. D.

Miraberis forſan, Vir Ampliſſime, quod vota tua a communi amico noſtro, eruditione iuxta ac humanitate conſpicuo, D. Balthaſare Starkio *mihi ſignificata praecurram; & te mihi ſcribere pro tua benignitate meditantem datis ego ad te litteris antevertam, atque praeoccupem. Doctrina tua praeſignis, & ſingularis humanitas, cum ex eo quod* Palmerii *Scholia in quaſdam Io.* Meurſii *commentationes mihi liberaliter miſeris, tum quod epiſtolare commercium mecum ineundi deſiderium praetuleris, mihi perſpectiſſimae, praeterquamquod eas fama indefeſſa praedicare non deſinit, in cauſsa ſunt cur te hiſce litteris interpellem, & tua patientia fortaſsis abutar; niſi malis in vim quamdam & neceſsitatem culpam omnem refundere. Quum enim viderim ſponte tua editionem Meurſianorum Operum a me procuratam adiutum & illuſtratum veniſſe iterum per laudatum* D. Starkium, *non contentum quod iam per virum Celeberrimum* Io. Grammium *eadem* Palmerii *Scholia mihi tranſmittenda curaveras; quantam virtutem in animo tuo radices egiſſe crediderim, ut auſim alia etiam, ſi fieri poteſt, a Te implorare Meurſianis Operibus adiungenda; quum praecipue nulla alia mihi via ad ea, quae*

Digitized by Google

omnino neceſsaria mihi eſſe video, conſequenda iam pateat? Innotuit mihi, monente id Viro Ampliſſimo Guſt. Benzelptierna, *Sereniſſimi Svecorum Regis a Bibliotheca, in Bibliotheca publica Lubecenſi exſtare Emendationes Meurſianas* Gloſſarii Tactici Mixo-Barbari Rigaltiani; *quas quidem adquirere e re mea eſt, ut meam* Meurſii *editionem abſolutiſsimam praeſtem: nihil enim aliud mihi hactenus deeſt, praeter haſce Emendationes, & Panegyricum Iacobo I. Angliae Regi dictum. Iam vides quid a te expetam, Vir Celeberrime; opera tua, quaeſo, mihi liceat illas Rigaltiani Gloſſarii Emendationes obtinere, quocunque pretio erogato, quod tibi ſtatim per noſtrum amiciſsimum* Starkium *reſtituendum curabo. Lubeca quidem, ut mihi videtur, non adeo Hamburgo diſtat, ut per amicos ſaltem tuos, qui eam incolant, ſi qui ſunt, illas Emendationes mihi facile comparare non valeas. Hanc perfectionis ſuae coronidem editio mea tuae humanitati, & beneficentiae incredibili debebit: & tua quoad haec omnia merita laudibus ferre non ſuperſedebo, ingenue profitens per quem profecerim; & omni tempore, ac quacumque occaſione, gratias non modo acturum, ſed etiam pro virili portione me relaturum, ne dubita. Iam quid de* Sophoclis *Medicei collatione, a te expetita, praeſtantiſsimo* Starkio *noſtro reſponderim, ex eiusdem litteris tempeſtive intellexeris: ſed perſuaſum habeto non in hoc tantum, verum omni alia in re, quae ex me pendeat, tibi numquam defuturum, ſive Florentiae, ſive in quacumque alia Italiae urbe, in qua cum honeſtis, doctiſque Viris amicitiam aliquam, & familiaritatem inierim. Tanti enim apud me es, Vir Ampliſsime, ut te ob ſingularia tua in Litterariam Rempub. merita, honore omni ac veneratione proſequendum, cunctiſque eximiae humanitatis officiis demerendum exiſtimem; quare ad tua iuſſa quaecumque alacriter capeſsenda promtiſsimum, hominemque tibi addictiſsimum, ubique me ſemperque miraberis. Vale. Dabam Florentiae Idib. Maiis* MDCCXLI.

Itaque haſce Epiſtolas integras producere lubuit, ut non tam de diligentia noſtra, quam de communi coeptorum noſtrorum adprobatione, conſtaret; nunc huiuſmodi litterarum ἀποσπασμάτια quaedam adtexere in eumdem finem adridet, quod iam polliciti fuimus. Haec autem proferemus opere quodammodo tumultuario, niſi quod Auctori cuilibet ſua omnia ſimul tribuemus, ut in hoc ſaltem concinnus ordo ſervetur; & a Viro Clariſſimo *Io. Balthaſ. Starkio* initium faciemus, cuius humanitas ſingularis, & eruditio praeſignis, mirum quantam nos iuvandi voluntatem ſine ulla intermiſſione praetulerint. Vir hic conſpicuus, Patricius Noribergenſis, Venetiis in praeſens moratur, ſui Principis Sereniſſimi, cui a conſiliis eſt, negotia procurans; cuius Epiſtola elegantiſſima ſuperius quoque in medium producta fuit. Hic igitur anno MDCCXXXVIII. Nonis Auguſti haec inter alia mihi ſcripſit: *Accipe inſimul aliam adhuc diſſertatiunculam diu iam deſideratam, nempe* V. Molleri *de* Vita Io. Meurſii; *quam, ut ominatus ſum, vix redux in hanc Vrbem una cum litteris Feverlinianis offendi. Multis nominibus te ſalutare iubet Vir iſte incomparabilis, rogatque enixe, ut tarditati ſuae in ſcribendo ignoſcas. Prolixam, ut denuo ſpondet, meditatur epiſtolam ad te exarandam; at quum in Academia Gottingenſi, Regiis auſpiciis nuper erecta, primus adhuc faſces Prorectorales gerat, vix ſibi ſtudiiſque ſuis relictum eſſe queritur. Recuſam fuiſſe Noribergae* Diſſertationem *hancce* Mollerianam *paucis ab hinc annis, meminit in literis ſuis, nec, ut ipſe addit, ſine aliquibus vitiis typographicis. In eo tantum editionem alteram a prima differre ſcribit, quod eidem* Meurſii *imago æri inciſa ſit praemiſsa. Curabo ut proxime ad manus tuas*

veniat

Digitized by Google

veniat ἔκτυπον *iſtud*; *an* ἀρχέτυπῳ *reſponderit, ipſe ego non inquiram; tu forſan ex aliis iconiſmis iam viſis melius dignoſces. Spero fore ut* Meurſii *tractatus duo, qui ſoli tibi adhuc deſunt, illius ſcilicet* Panegyricus Iacobo A. R. *dictus, ac* Philoſtrati Epiſtolae, *in manus meas incidant. Hinc inde adii per litteras litteratos mihi notos. Incident adeo quoque in tuas ſimul ac ad meas ſunt perventuri. Dum idea Meurſiana menti meae obverſatur, unum eſt, quod ex te, Vir Ampl. bona tua pace, quaero, ſimulque rogo, ut ſi fieri poteſt, proxime mihi ſignifices, anne adhuc tempus ſit ad univerſum opus Meurſianum praenumerandi? (ut barbara hac voce utar) quaenam ſint ſubſcriptionis leges? quodnam pretium?* Quae ſequuntur, in alia Epiſtola exſtant ad me data Idib. Decembris eiusdem anni. *Quod ad litteras tuas humaniſſimas iam Menſe Septembri ad me benevole datas non prius reſponderim, in cauſſa eſt, quod & imago Meurſiana, quam tibi mittendam promiſi, non ſtatim ad manus meas pervenit, & ego ipſe reſponſiones fautorum, ac amicorum, eruditione & librorum copia illuſtrium, anxius adhuc exſpectavi, quo voto tuo, meo, ſatisfacere poſſem. Accipe tamdem iconem rudi licet ſcalpro expreſſam; verum, quod invitus addo, ſpes fere nulla amplius eſt, impetrandi duos, quos noſti, ſi quidem proſtant,* Meurſii *foetus: de poſteriori enim,* Philoſtrati *nempe Epiſtolis, dubitant tantum non omnes, quod umquam* Meurſii *curis lucem viderint. Certe ſi uſpiam in quocumque Franconiae, Saxoniae inferioris, & ſuperioris, angulo fuerit, imo & inter Batavos ipſos latitaret quaeſitorum libellus unus alterve, litterae ſane, quas ex iſtis regionibus accepi, id mihi ſignificaſſent. Forte per* Feverlinum (*ad quem iuſſa tua dedi*) Panegyrici *ad minimum compotes erimus. De die in diem reſponſorias ab eo exſpecto.* Idem VIII. Kal. Mart. anni inſequentis haec exaravit: Panegyricum Meurſianum, *ceu unicam adhuc margaritam, quae coronae tuae, quam nectis, deeſt, per novas hinc inde miſſas litteras perquirere tentavi. Dent Superi, ut ita dicam, ut illius compos fierem, illis me potius non omnino inviſum fore exiſtimarem, qui tot tantiſque conatibus irritis eum una cum Epiſtolis* Philoſtrati, *quas teſtibus litteris tuis, praeter opinionem, quod gaudeo, tamdem nactus es, adhuc conquiſivi.* Anno MDCCXL. v. Id. April. ſequentia ab eodem ſcripta fuere: *Duo fere menſes ſunt, ex quo litteras ad te dedi, forte ut ex ſilentio tuo coniicio; iuſto tempore tibi non redditas. Mentionem inter alia feci editionis cuiusdam Meurſianae* De Populis Atticae, & Archontibus Athenienſibus, *quam Celeb.* D. Wolfius *Hamburgenſis tenet, ipſa manu* Palmerii *adnotatiunculis hinc inde margini adſcriptis ornatam. Sponte ſe ſe obtulit Vir incomparabilis eamdem pro humanitate ſua tecum communicandi, ſi e re tua viſum fuerit, meque rogavit, ut hac de re certiorem te facerem, quod feci. Dubius vero an literae ad me pervenerint, ipſe modo dictas adnotatiunculas manu ſua accuratiſſime ex* Palmerii αὐτογράφῳ *deſcripſit, tibique prima occaſione mittendas denuo per litteras iniunxit, quas hic accipe, lege, iiſque utere.* Quum autem eruditiſſimus *Starkius* non ſemel viri pariter eruditiſſimi *I. Guil. Feverlini* mentionem fecerit, eius duarum Epiſtolarum fragmenta heic ſubiicere congruum aptumque eſſe arbitror. Epiſtola prima ſcripta eſt Gottingae VII. Id. Iun. MDCCXXXIX. & eius portio eſt, quod ſequitur: *Quum tua in rem litterariam merita, Vir Celeberrime, dudum veneratus ſim, & ex amico noſtro communi, doctiſſimo & humaniſſimo* D. Starkio *intellexerim, te bene mihi velle, diu circumſpicio de occaſione, & cauſſa, litteris ad te datis, in tuam amicitiam penitius me inſinuandi. Videbatur* Meurſii Panegyricus *in Iacobum I. Regem Angliae dictus, & a te, Vir Ampliſſime, unice deſideratus, ſi quidem a me reperire-*

Digitized by Google

rirctur, optimum argumentum Epiſtolae ſuppeditaturus, ſed ſine ſucceſſu, proh dolor! hucuſque non a me tantum, ſed etiam a Celeberrimo Wolfio *Hamburgenſi, per Germaniam, Belgium, Daniam, & Sveciam, quaeſitus. Videtur tamen vel ipſum hoc tibi ſcribendnm eſſe, ut, quamvis eventus voto meo non reſponderit, de mea tamen voluntate tibi conſtet. Vnica nunc ſupereſt Anglia, cuius Bibliothecae ſine dubio* Panegyricum *illum Meurſianum adſervant: ex te igitur quaero, Vir Ampliſsime, an forte apud Anglos libellum hunc iam quaeſiveris; an per me quaerendum exiſtimes; quod, ſi iuſſeris, lubentiſsime, & promtiſsime faciam, daturus operam, ut per me vel impreſſum exemplum, vel apographon exactum, accipias.* Kal. autem Decemb. eiuſdem anni haec ad me ſcripſit Vir ille celeberrimus: *Quam ſcripta tua doctiſsima, Vir Celeberrime, animo meo impreſſerunt doctrinae tuae variae & ſolidae, & mirae facilitatis, ac benignitatis imaginem, litterae tuae humaniſsimae vivis quaſi coloribus ita expreſſerunt, ut iam intimius te noſſe mihi videar, atque quaſi praeſentem omni amore, & veneratione amplectar. Adgnoſco inſigne tuum beneficium, Fautor Colendiſsime, quod mihi de* Albizio *tot tamque egregia excerpta liberaliſſime dediſti, tuamque operam benigniſsime obtuliſti, ſi, quod vellem, inſtauratorum bonarum litterarum Biographias, & Epiſtolas colligere mihi licuerit: ego viciſsim omnem dabo operam, ut officiorum meorum promtitudine animum gratum tibi ſignificem. In* Heſychium, Codinum, & Apuleium *a* Meurſio *editos per Germaniam inquirere coepi, apud exteros eosdem, &* Panegyricum *Iacobo I. R. Angl. dictum quaeſiturus, ſi in Germania non invenero. Doleo autem optimum* VVolfium, *qui lubentiſsime mecum quaeſiviſſet, nupera aeſtate diem ſupremum obiiſſe, magno ſui deſiderio litteratis omnibus relicto. Doleo etiam Bibliothecam Fabricianam citius fuiſſe venditam, quam tuas acceperam litteras: erat enim in illa* Heſychius Meurſii; *praeter hunc vero ex ſcriptis, quae deſideras, Meurſianis nullum: preſſo tamen hoc veſtigio ſequar, emtorem* Heſychii *Meurſiani ſine dubio indagaturus.* Quid autem de doctiſſimo, ac clariſſimo *Iac. Brukero* dicam, qui pro ſua humanitate incredibili, & multum in rarioribus *Meurſii* libris reperiendis inceſſanter laboravit, & ſubſceptam a me provinciam recte luculenterque commendavit? Iam de hiſce ex ſuperius adlatis eius litteris perſpicue ac liquido conſtat, ſed ulterius id demonſtrare eſt ex Epiſtola, quam Kal. Ianuarii anno MDCCXXXVIII. ad me dedit, in qua ita me interrogat: *Sed quid Meurſius? An recte procedit opus, quo immortalitatem mereberis?* In alia vero Epiſtola anno inſequenti ſcripta XVI. Kal. Decemb. ita infit: *Interim, quum anxie deſiderares aliquot libros Meurſianos, quos fruſtra in Italia quaeſiviſti, omnem movi lapidem, omnem pulſavi ianuam, ut tuis deſideriis velificarem: ſed, quod doleo, hactenus fruſtra ob inſignem raritatem eorum. Tamdem non ſine gaudio, precio, precibuſque, ex Bibliotheca quadam Viri alicuius celeberrimi extorſi:* Heſychii Mileſii Viri illuſtris opuſcula, partim hactenus non edita. Io. Meurſius Graece, ac Latine, primus ſimul vulgavit cum notis. His adiecta Beſſarionis Epiſtola Graecobarbara. Lugd. Bat. 1613. *Continet libellus utrumque, quem deſideras tractatum:* De Viris doctrina claris, & De rebus Patriis Conſtantinopolitanis, *ſed pretium libro rariſſimo ſtatutum eſt quatuor thalerorum imperialium; id quod tibi ſignificandum antea duxi, ut per aliquem noſtratium ſoluta illa pecuniae ſumma librum accipias. Rogo itaque, ut prima occaſione reſcribas, & quo modo liber a te tantopere deſideratus queat transferri indices. Reliquorum curas etiam amicis commendavi, ſi fuero nactus extemplo ſignificaturus.* Et haec quidem teſtimonia ſufficiant,

licet

Digitized by Google

licet multa alia huiuſmodi ſuppetant, quae Praefationis modum quaerentes conſulto omittimus, ſatis iſta eſſe exiſtimantes.

Hiſce igitur expeditis tempus eſt patefaciendi, quam nos adeo multiplicia variaque *Meurſii* Opera digerendi rationem potiſſimum inierimus, ut, quum tam varia, & diverſa inter ſe, diſcrepantiaque ſint, cum ob ſtilum, tum ob argumenta & materias, ad certa capita omnia, claſſeſque convenientes, apte ea, & cohaerenter revocaremus; aliaque etiam exponenda iam ſunt, quae illud tertium efficiunt, quo ſuperius diximus Editionis noſtrae perfectioni, & magnificentiae, conſuluiſſe. Itaque, quum Meurſianae lucubrationes, aliae quidem eius Marte perfectae, & elaboratae fuerint; aliae vero partim tantum, vel nihil aliud ab ipſo habuerint, quam in lucem publicaſque manus prodeundi fortunam; ideo eas δυχοτόμως partiti ſumus; & quae ſolidae integraeque *Meurſii* doctrinae, ac labori, adſerendae ſunt, prioribus Tomis, ut plurimum, comprehendere inſtitueram, alias inſequentibus. Eae enim praeferendae videbantur, utpote noſtri Auctoris integri foetus. Primi generis ſunt ea omnia, quibus res Graecorum, Romanorum, Batavorum, Danorumque, illuſtravit; Poemata item, Orationes, Lexica, & ſiqua ſunt id genus alia. Secundi vero generis habentur opera varia Graeca, ac Latina, quae ipſe vel primus in lucem edidit, & commentariis ediſſeruit, vel ſcholia tantum, & obſervationes adpoſuit. Et quod primum genus adtinet, ita fere ea diſtribuimus, ut libros, qui res Graecas tractant, loci praerogativa dignaremur: ut enim Graecia alias fere omnes gentes bellica gloria, & ſapientiae laude, praeceſſit; ita etiam eius hiſtoria, utpote clarior, atque praeſtabilior, ceterorum omnium populorum, ordine, & praeeminentia anteſtare debebat. Deinde libros, qui res Romanorum exponunt, ordine adpoſuimus; poſt hos vero alios ſubiungere volebamus, qui prima illa claſſe continerentur; ſed quum caſus tulerit, ut omnia, quae ad Hiſtoriae Danicae, & Belgicae editionem exornandam, & perficiendam, neceſſaria erant, in promtu non eſſent: turbare aliquantum propoſitum ordinem coacti fuimus, & in ulteriorem Tomum ea, aliaque, opuſcula reiicere. Inter eos tamen libros, qui Graecam hiſtoriam, reſque eorum geſtas, complectuntur, qui de rebus Atticis agunt primas obtinent, & iure optimo quidem; nam ſicuti Graecia univerſa nominis maieſtate, rerum praeclare geſtarum gloria, & ſapientiae doctrinaeque ſplendore, prae aliis omnibus gentibus coruſcavit; ita *Athenae Atticae* omnes alios Graeciae Populos, & Vrbes, laude, fama, celebritate, ſuperaverunt. Quod vero ſecundi generis lucubrationes adtinet, quum non aliud eae, quam vel anecdota ſeu Graeca, ſeu Latina, variae indolis monumenta contineant; vel ad antiquos Graecos, Romanoſque Auctores ſcholia, caſtigationes, obſervationes, & commentaria comprehendant, eas in ordinem redigendi viam hanc, & rationem inſiſtere elegeramus. Illas primum in duas claſſes diſtribuiſſemus; ita ut in ſecunda claſſe anecdota omnia, quae primus *Meurſius* edidit, quoad fieri poſſet collocarentur; hoc tamen inter ſe diſcrimine, ut Eccleſiaſticae, & Sacrae commentationes primum locum obtinerent; profanae, ſecundum; & in alterutra diviſione Graecae Latinas anteverterent: ut autem & quaelibet inter ſe ordinem aliquem aptum concinnumque ſervarent, temporum ferme, atque aetatum Auctorum rationem habuiſſemus. Ex iis vero Auctoribus, quos *Meurſius* vel caſtigavit tantum, vel ſcholiis & commentariis illuſtravit, & quos ante anecdota illa conſtituere ferebat animus, alios quidem integros typis iterum mandare animum induximus; alios vero rurſum excudere ſuperſedimus, ſed quae in illos *Meurſius* noſter commentatus eſt tantummodo pu-

Digitized by Google

do publici iuris iterum facimus. Huius autem diſcriminis ratio eſt, quia illorum Auctorum quidam exiguae molis ſunt, & minime obvii; quare eos iterum cudendo, & Reipubl. Literariae gratam rem nos facturos ſperamus, & in immenſum hoc noſtrum, quod molimur, opus non excreſcet, quod quidem nobis in primis propoſitum. Alios vero, qui iam omnium prope manibus teruntur, & prolixum habent rerum, & narrationum contextum, cur iterum chalcographico opere publicare, ut nos faſtidioſiorem noſtrae editionis moleſtiam ſuſcipiamus incaſſum, & doctos, eruditoſque homines inutilibus impenſis oneremus? Cur autem idem de Meurſianis anecdotis non iudicemus in cauſſa eſt, quia quae primus *Meurſius* ex Bibliothecarum pluteis cum blattis & tineis luctantia eruit, & in lucem protulit, tamquam *Meurſii*, ut ita dicam, foetus conſiderari poſſunt; utpote cuius opera, & ſtudio, quae hucuſque latuerant, & propemodum interierant, in vitam revocata, atque iterum compoſita quodammodo, & ſcripta, videantur. Si autem nobis ita ſors adriſerit, ut doctorum, & humaniſſimorum Virorum benignitate, & liberalitate, reliqua *Meurſii* opera, quae nondum edita ſunt, & in quibusdam Bibliothecis, ut fertur, adhuc deliteſcunt, ad nos aliquando pervenerint, & hiſce anecdotis, ut diximus, editionem noſtram locupletare haudquaquam ſuperſedebimus, cum id *Meurſii* doctiſſimi honori dantes, tum Litterariae Reipubl. bono, & utilitati conſulentes. Si autem Superis viſum fuerit, ut eiuſmodi ſcripta in noſtras manus perveniant, ſi minus ſuis opportune locis, ſecundum argumentorum, & materiarum genera, inſeri omnia poterunt ob iam ulterius progreſſam editionem, ea in finem reiiciemur, ut totius operis ſupplementa quaedam, & coronis, habeantur. Sed etſi *Meurſii* Epiſtolae eius foetus ſint, tamen iis in priore diviſione locum non dedimus; quum enim & Epiſtolas omnes, quotquot haberi potuerunt, ad *Meurſium* a Viris doctis ſcriptas publici iuris facere velimus, eaſque nonniſi in fine Editionis noſtrae adnectere centuerimus: optimum nobis viſum non eſt Meurſianas Epiſtolas ab aliarum Epiſtolarum ſerie corporeque ſeiungere, adeoque poſtremo operum volumini eas reſervavimus. Quamquam vero hic ordo nobis generaliter propoſitus fuiſſet, & non ſpernendus profecto videretur, tamen, ut diximus, eum ſemper conſtanterque ſervare non potuimus, quod non omnia *Meurſii* opuſcula praeſto eſſent, & typothetas ceſſantes, & ἀμίσθους, dum expectamus, otiari minime pateremur; ea de cauſſa praecipue, ne noſtra haec editio in nimis longum tempus protraheretur.

Hactenus cur *Meurſii* libros in eum ordinem, quem videmus, redegerimus dictum eſt, & expoſitum; iam quid nos in hac nova editione praeſtiterimus, ediſſeramus, ut quid ſtudii, laboris, diligentiae in eam impenderimus (quamquam, vel volumine tantum evolvendo oculis pererrantibus adpareat) praevia Lector eruditione cognoſcat. Et primo quidem nil nobis fuit antiquius, quam Meurſiana opera locupletiora, & caſtigatiora, quam antea eſſent, publici iuris iterum facere. Heinc quum vidiſſemus multa ab Auctore ipſo ſuis operibus iam editis vel addita, vel immutata, aut correcta fuiſſe, quae quidem Vir eruditiſſimus *Iac. Gronovius* communicatis ſecum autographis, ſed paulo ſerius, quam oporteret, ſuis Praefationibus plerumque inſeruit, nos in ſua loca opportune ea omnia tranſtulimus (quam quidem diligentiam Typographi Veneti in nova *Theſauri Graecarum Antiquitatum* editione non praeſtant) atque ita doctos, laborioſoſque *Meurſii* commentarios domeſticis opibus locupletavimus.

Digitized by Google

mus. Deinde Scholia quaedam, & obſervationes, quas *Notas* Barbari adpellant, Meurſianis Operibus idemtidem adſcripſimus; vel quia neceſſarium exiſtimavimus σφάλματα quaedam, quibus nec doctiſſimorum quidem Virorum opera ſemper carent, indicaremus, & corrigeremus; quod in iis *Meurſii* libris iterum una cum aliis ſui *Theſauri* commentariis edendis laudatus *Gronovius* facere non omiſerat; vel ut rem aliquam illuſtriorem faceremus, & ampliore eruditione, quando ſeſe obtulit occaſio, confirmaremus; vel denique, ut ſuppleremus quaedam, quae vel Auctoris noſtri ſolertiam fugerunt, vel ipſe ſcire non potuit, quum eius aetate huiuſmodi notitiae non exſiſterent. Vt veniam tamen poſcam neceſſe eſt, ſi quaedam illuſtrare omiſimus, quae opus fuerat; vel minorem eruditionis ſupellectilem explicavimus, quam par erat; vel ea, quae adnotavimus, minus interdum caſtigata ſunt, quam homini ſtudioſo, ac diligenti facere expediret; facile enim eam conſecuturum ſpero, ſi animadvertatur, nobis propoſitum non fuiſſe perpetuis ſcholiis, & elaboratis, atque hinc inde conraſis congeſtiſque Scriptorum locis Meurſianos commentarios otioſa ſedulitate exornare; quandoquidem non ea ſunt opera, quae id exigant, alioquin clara, & aperta legentibus; deinde *Meurſium* noſtrum tam immenſam eruditionis copiam in ſuos libros tranſtuliſſe, ut vix ſterile, ac tenue ſpicilegium aliis reliquerit: nos inſuper obſervationes noſtras, non otioſa induſtria, ac maturo labore perfeciſſe, ſed curſim, ac feſtinanter, inter mendoſas, quas typi nondum exacti, ac correcti dant, paginas recenſendum, ſi quid memoria ſubgeſſiſſet, adſcripſiſſe. Ceterum, ſi qua fuerant ab aliis animadverſa, aut illuſtrata, ea quidem ipſa iam occupata adnotavimus, ſed non ut plagiarii; quandoquidem vel per quos profecerimus ubique profeſſi ſumus, vel ipſiſſima eorum verba, characterum diſcrimine notata, laudato Auctore, retulimus. Verumenimvero quamquam iniqua ſpatia in has me anguſtias coegerint, non tamen animum omnino deſpondi; nervoſque omnes ſemper in illum intendi, ut Meurſiani commentarii in hac noſtra editione, & illuſtrati quammaxime, prout rei natura patitur, & ornatiſſimi prodirent. Hinc eſt, quod quum proclivitatem in Florentinis Typographis invenerim ad omnes ſumtus faciendos, quibus ornatus, & decus huic editioni comparari poſſet, non effigiem tantum *Io. Meurſii* ſingulis operis voluminibus multis ſpectandam ornamentis, praefiximus; ſed & varias tabulas interſeruimus, ut iam praecedenter diximus, & nunc latius repetimus, ut de iis diſtinctior, luculentiorque notitia Lectoribus detur, in quibus regionum ſitus, & tractus, urbes, oppida, & quaecumque alia univerſis contemplari liceat; & ſingula quoque interdum aedificia celebria, templa, theatra, ſimulacra, ſiqua adhuc in antiquis urbibus exſtant, a claſſicis Auctoribus, diligentiſſimiſque Itinerariorum Scriptoribus, mutuo accepta, picta & delineata ſubſpiciamus; gemmas inſuper vetuſtas, numos, ſtatuas, anaglypha, virorum illuſtrium imagines, & alia ex antiquitatis ruderibus eruta monumenta, quae lucem aliquam *Meurſianis* operibus foenerari poterant, expoſita in uſum noſtrum convertamus. Vt autem magis induſtria noſtra & ſtudium eluceret, & anecdota quaedam monumenta ex Vrbis noſtrae Muſeis celebrioribus educta, ſcalpello in ære incidenda curavimus, & ut inde noſtra volumina maius decus ſibi vindicarent, & Litteraria Reſp. harum rerum adhuc deliteſcentium cognitione, & opibus augeſceret. Sed ſi de antiquis ſolicitudo fuit, recentiora etiam quaedam non negleximus, eaque paribus eiusdem generis ornamentis decorare non omiſimus; opem ferente praecipue Viro Clariſsimo, & alias

lau-

Digitized by Google

laudato *Io. Grammio*, qui in eo quod Hiſtoriam Danicam ſpectat, adeo adſiduus, & laborioſus nos iuvit, ut non numos tantum Danorum Regum, & picturas varias, res Danicas illuſtrantes, ad me perferri voluerit; verum etiam ἀνέκδοτον Danicae Hiſtoriae continuationem a *Io. Meurſio* elucubratam, & libros quosdam opportunos donaverit; & ineditam pariter hactenus Danicam *Nic. Cragii* hiſtoriam excudi curaverit, quae meis animadverſionibus inſerviret: eam enim mihi laudaverat Vir doctiſsimus in ſuis litteris ſuperius productis; quumque in iis etiam obſervationes quasdam ad Danicam *Meurſii* Hiſtoriam promiſiſſet, dictis ille ſtetit, & illarum partem iam miſit, apte ac tempeſtive proferendam. Sed etſi diſertiſſima ſunt Clariſſimi *Grammii* in ſuperius producta Epiſtola verba, lubet ulterius heic adponere, quae de hac ipſa re idem ad *Nic. Cragii* Hiſtoriam a ſe editam praefatus eſt. Ipſiſſima eius verba ſunt, quae ſequuntur: *Quidquid vero ſit, id quod ſolum ſupereſſe novimus exemplum tamdiu deſiderati monumenti, illud ipſum ſcilicet, quod olim penes Laurentium Wlfeldium ſervabatur, Wlfeldiique propria manu, ad mediam fere partem, deſcriptum eſt, nunc in noſtram poſſeſſionem tranſivit ex Bibliotheca nuper defuncti Ampliſſimi Viri Nic. Slange, aere modico redemtum. Sed & antea ego ab laudato Viro, pro inſigni eius non tam in me, quam hiſtoriam, & res patriae adfectu, deſcriptum idem opus obtinueram, ut Florentiam ad egregium, & celeberrimum Io. Lamium, Profeſſorem ibidem, & Bibliothecae Riccardianae Praefectum, deſtinarem, operum Meurſianorum editioni, quae iamdudum felicibus auſpiciis prela exercere coepit, inſerendum. Itaque cum brevi ſit proditurum, integrum cuilibet poſthac futurum erit, examinare, & contendere, uter melius, ac luculentius de memoria rerum Chriſtiani III. Cragius noſter, an qui eum ſuo ſcribendi genere uſus reformavit, Io. Meurſius, ſit promeritus.* Atque ita quidem ille. Sed ut quanta Vir ille humaniſsimus, & liberalitate eximia conſpicuus in nos congeſſerit, Lector facilius ac plenius adgnoſcat, eius Epiſtolam hic proferemus in medium, quam Excellentiſsimo Danorum Regis apud Caeſarem Oratori ſcripſit, quum librorum faſciculum ad nos deferendum ei tranſmiſiſſet: ipſamque rerum ſeriem, quam ipſe deſcribens contexuit, Epiſtolae ſtatim ſubiiciemus. Epiſtola autem ita habet, e Danica lingua ad Latinas aures iuſſu eiusdem Clariſſimi Oratoris translata: *Reverentiae erga te meae intermiſſui nolim tribuas, Excellentiſsime Domine, quod tibi honori, mihi vero opprobrio, verti poteſt, dum omiſsis, quae huic ſcriptionis generi alias conſecratae ſunt, Germana ſcilicet, Gallica, vel Latina, linguis, Danicis te colere litteris ſuſtineo. Inter alia multa, quae ex proximo tuo, his in locis, conſpectu lucratus ſum, non minus hoc fuit, quod iam ſim plane perſuaſus, iſthaec, quae nunc mihi ſumo, ſine ulla difficultate fieri poſſe; tibique tam facile eſſe, audire, vel legere Danice, quam mihi difficile eſt, cogitata mea, alieno, quam patrio ſermone, verbis aut litteris, probe exprimere. Hoc ſi antea ſciviſſem, N. N. imitari, eoque, quo natus ſum, ſermone te adloqui haud erubuiſſem; & quidquid Germani mihi ſermonis notitiae eſt, ſervaſſem aliis, quorum ſcientia linguarum non aeque vaſta eſt, ac tua. Quod vero hac vice te, Excellentiſsime Domine, demiſſe rogo, eſt, ut hunc, qui ſubſequitur, librorum, ſcriptorumque faſcem tibi optime commendatum habeas, quo Dominis Florentinis, operum Meurſii editoribus recte tradatur: id quod & horum amicorum, & mea permagni intereſt. Nam ſi iſthaec ſcripta infeliciter deperderentur; vix biennio in eum, quo nunc ſunt, ſtatum reſtitui poſſent. Proinde ipſe probares ſolicitudinem, quam habeo, donec in locum ſuum veniſſe reſcivero; ſi ea, antequam ultra mittantur, perluſtrare tibi non diſpliceret. Continentur autem hoc faſciculo:* In-

Digitized by Google

Index eorum, quae fasciculo comprehenduntur.

1. Io. Meursii Historiae Danicae (*Regum ex domo Oldemburgica*) *Libri IV. V. VI. VII. & VIII. Historias continentes Regis* Friderici I. *Interregni; & Regis Christiani III. MSS. & numquam editi; ex unico, quod superesse nunc creditur, exemplo descripti, & comparati. MS. Indices, vel summaria, ut vocant, in oris paginarum adiecta, nequaquam a* Meursio *sunt, sed a* Nic. Glangio, *Codicis possessore; meo vero iudicio deleri, & abesse debent, nisi etiam ceteris Meursianae Historiae Libris summaria addantur.*

2. Stephani Ioannis Stephanii *Historia rerum a Christiano III Rege gestarum, ab an.* 1550. (*ubi* Meursius *suam historiam abrupit*) *usque ad laudati Regis mortem, h. e. ann.* 1559. *edita Sorae* 1650. *in* 4.

3. Nicol. Cragii *Historia Christiani III. edita Hafniae* 1738. *in fol. Quia ex hoc fonte* Meursius *suam & Interregni, & Christiani III. Historiam derivavit; & quia in Prolegomenis nonnulla, ad Meursianum opus spectantia, adsperguntur.*

4. *Adparatus ad Tabulas & figuras aeneas, Meursianae Historiae, si opus, aut si praestantissimis editoribus sic placitum fuerit, inserendas. Videl.*

Icones Regum Daniae, a primo Rege ad Christianum III. inclus. an. 1650 *Hafniae edit. in fol.*

Sedecim Historiae, pictoris manu delincatae, ad eas quas glor. memor. Rex Cristianus IIII. aulaeis arcis Coronaeburgensis intexi olim fecit.

Quinque Tabulae numismatum veterum, Regum Daniae; nec non Tabula una reliquias Absalonis Archiepiscopi exhibens. His sex tabellis explicatio adiecta.

5. *Initium Adnotationum ad Historias Danicas* Io. Meursii, *a pag.* 1. *usque ad* 35. *editionis earumdem Historiar. in fol. sunt* 20. *plagulae, quas mox plures sequentur.*

6. *Fasciculus, cui insunt:*

Io. Meursii *ipsius Epistolae nonnullae, hinc inde excerptae.*

Designatio Epistolarum Meursianarum, in Voluminibus a Cl. V. Petro Burmanno *publicatis reperiendarum, &c.*

Notulae Palmerianae ad quaedam Meursii, *Cl. V.* Io. Christoph. VVolfio *communicatae.*

Diploma Vniversitatis Aurelianensis, de Doctoratu in Iure Meursii *testimonium perhibens.*

7. *Epistolae Clarissimor. Viror. ad* Io Meursium, *videlicet.*

Balthaz. Lydii, ab an. 1585.	num. 7.	Dan. Heinsii	16.
Theod. Canteri, ab an. 1596.	17.	Andr. Schotti	42.
Petri Scriverii	19.	Petri a Leuwen	1.
Francisci Dousae	3.	Bonav. Vulcanii	14.
Iac. Brunonis, ab an. 1597.	3.	Georg. Bugserwych	1.
Io. Wowerii Hamburgensis	7.	Marci Velseri, ab an. 1599.	7.
Mars. Lydii	3.	Fred. Lindenbrogii	3.
Hug. Grotii, ab an. 1598.	23.	Ian. Gruteri	16.
Lamb van der Burch	1.	Isaaci Casauboni	13.
Andr. van der Burch	1.	Iac. Monavii	2.
Iani Gruteri	19.	Melch. Goldasti, ab an. 1600.	4.
Iusti Lipsii	1.	Iac. Bongarsii	5.

Digitized by Google

Io. Heurnii num. 1.
Otth. Heurnii 5.
Ioſ. Scaligeri 2.
Fred. Taubmanni 5.
Io. Commelini ab an. 1601. 1.
Iac. Gilloti 4.
Nic. Rigaltii 3.
Corn. Schollii 5.
Iac. Aug. Thuani 1.
Alb. Euphrenii ab an. 1602. 1.
Iac. Luntii 3.
Io. Druſii 1.
Pauli Petrarii 2.
Caroli Paſchalii 1.
Eitzonis Fiardae 12.
Georgii Coddaei 1.
Dav. Hoeſchelii, ab an. 1603. 5.
Dominici Baudii, ab an. 1604. 2.
Pauli Merulae 3.
Petri Bertii, ab an. 1605. 2.
Marq. Freheri 2.
Io. Matthiſii 1.
Theoph. Ryckewaert, 1606. 1.
Dion. Gothofredi, ab an. 1607. 1.
Ant. Fagi 1.
Petri Denaiſii 1.
Geo. Mich. Lingelsheinii 11.
Caſp. Barthii 2.
Conr. Rittershuſii 9.
Mich. Piccarti 6.
Geo. Queccii 1.
Alph. Miniati 1.
Franc. ab Aerſsens 7.
Io. Deodati, ab an. 1608. 1.
Nic. Vaſſanii 1.
Iani Rutgerſii 28.
Iac. Lectii 1.
Geverh. Elmenhorſtii, ab an. 1609. 21.
Everh. Vorſtii 1.
Io. Vytenbogardi, ab a. 1610. 1.
Petri Pantini 5.
Iac. Lydii, ab an. 1611. 2.
Maximil. Vrientii 1.
Sixti Arcerii 1.
Herib. Roſveidi 3.
Ioh. Brantii, ab an. 1612. 7.
Chriſtiani Aneſorgi, ab 1613. 2.
Phil. Iac. Mauſſaci 2.
Theoph. Douſae 2.
Vbbonis Emmii, ab an. 1614. 3.
Gaſp. Geraſtii, ab 1615. 6.
Edv. Hobii, ab an. 1616. 3.
Io. VVowerii Antuerpienſis 1.
Beniam. Mauſerii 9.
Euſtath. Sweertii 1.
Geo. Arch. Cantuar. ab 1617. 1.
Petri Caſtellani 10.
Hieron. Isbrandi 5.
Vincentii Marinerii 3.
Io. Phil. Parei 2.
Bilderbeccii, ab an. 1618. 3.
Rinaldi Brederodii 1.
Chriſtoph. Sig. Donawerii 1.
Nic. Claudii Peireſcii 2.
Erycii Puteani 8.
Iac. Omphalii 5.
Io. Geo. Henvarti 2.
Io. Bapt. Lauri, ab an. 1619. 1.
Corn. van der Myle 17.
Geo. de Bye, ab an. 1620. 1.
Corn. Pynackeri 1.
Dominici Molini, ab a. 1621. 30.
Balth. Bonifacii, ab a. 1622. 13.
Chriſtoph. Guriani 4.
Petri Gruteri 9.
F. Pauli Sarpii 1.
Chriſtiani Thomaei 4.
Lamp. Alardi, ab an. 1623. 8.
Olig. Roſencrantzii 13.
Iac. Schickardi 2.
Henr. Dormalii 6.
Laur. Reaelii, ab an. 1624. 1.
Ludov. Contareni 1.
Io. a VVoeſtenraedt 1.
Patricii Iunii, ab an. 1624. 1.
Lucae Holſtenii 4.
Franconis Berdennae 2.
Cyriaci Herdeſiani 1.
Geo. Io. Voſsii, ab a. 1625. 23.
Henr. Hudemanni 3.
Geo. Lud. Frobenii 3.
Io. Bodecheri, ab an. 1626. 2.
Andr. Riveti 2.
Nicol. Viſmari 3.
Chriſtoph. Bulaei, an. 1627. 1.
Sixtini Amamae, ab a. 1628. 1.
Caſp. Hofmanni 1.
Io. Kirchmanni 5.
Io. a Leſtich 1.
Wil. Alardi 1.
Henr. Spelmanni 2.

Digitized by Google

Caſp. Er. Brochmanni, ab 1629.	7.	Io. Cabeliavii, ab a. 1633.	7.
Caſp. Bartholini	1.	Io. Fred. Gronovii	5.
Arn. Buchellii	1.	Olai Worurii	3.
Io. Cluveri, ab an. 1630.	1.	Chriſtiani Friſii, ab a. 1634.	2.
Henr. Ernetii	2.	Chriſtiani Ravi, ab a. 1637.	2.
Io. Loccenii	1.	Helv. Dieterici, ab a. 1638.	1.
Franc. Mar. del Monaco	1.	Io. Ravii	3.
Adolphi Vorſtii	6.	Nic. Henelii, ab a. 1639.	1.
Davidis de VVillem	4.	Nicol. Foſſii	1.
Petri Cunaei, ab a. 1631.	4.	Chriſtoph. Coleri	1.
Frid. Guntheri, ab a. 1632.	1.	Egberti Verhorſtii, Siceano	1.
Steph. Io. Stephanii	1.	Io. Polyandri, epigr.	1.
		Summa 704.	

Numeri in fronte ſingularum Epiſtolarum plumbagine adnotati, nulli nunc uſui ſunt: quum adſcripti tantum fuerint, ut qua quaeque Epiſtola in Codice Zach. Lundii *pagina reperienda foret, ſciretur. Nam eo in Codice nullus ordo vel temporis, vel nominum ſervatus.*

Vir praeſtantiſſimus &, ob praeclara in literas merita, inclitae per orbem eruditum famae, Dn. Io. Chriſtophor. Wolfius, *Theologus, & Scholarcha Hamburgenſis, cum ab ipſo per literas ſciſcitarer, an aliquid in locuplete Bibliotheca haberet, ad novam* Meurſii *operum editionem utile, ſequentia mecum communicavit.*

1. *Duas* Meurſii *Epiſtolas ad* Lingelsheimium, *ex autographo deſcriptas.*

2. Iac. Palmerii *a Grentemesnil notas ad librum* De Populis Atticae, *ed. Lugd. Bat.* 1616. *in* 4. *nec non eiusdem notas ad* Archontas Athenienſes, *ed. Lugd. Bat.* 1622. *in* 4.

De his ita ad me laudatus D. Wolfius:

„ *Adieci &* Palmerii *notulas quasdam, quas ad oram librorum* Meurſii „ De Populis Atticae, & De Archontibus, *manu ſua adlevit, non magni* „ *quidem momenti illas, neque tamen prorſus contemnendas. Exemplum* „ *utriuſque libri ad me ex Bibliotheca Vffenbachiana pervenit.*

3. *Indicem operum* Meurſii, *a* Laurentio Odhelio *Sveco confectum. In quo hoc, prae ceteris, notabile, quod* Porphyrii *Philoſophi omnia, Graece, cum notis, inter edita memorentur: quae tamen numquam in lucem publicam exiiſſe, ut ſemper mihi, ſicut & aliis, perſuaſum fuit, ita, donec certiore teſtimonio convincar, erit porro. Et de iisdem quidem iam ante ad me ipſe* Wolfius *his verbis:*

„ Porphyrii *Philoſophi opera* Meurſii *cura, lucem vidiſſe numquam crediderim.* „ *Subſpicor fere, Dominos Florentinos id ſibi perſuaderi paſſos a* Niceronio, *in* „ *cuius* Memoriis *hiſtoriam celebrium Virorum illuſtrantibus*, Tom. XII. pa- „ gina 192. *haec leguntur*: Porphyrii Philoſophi opera, Graece cum notis, „ Lugdun. Batav. 1620. in 4. Ionſius fait cas de cette edition. *Enimvero* „ Ionſius *nihil eiuſmodi tradit, niſi cum prae feſtinatione oſcitanter inſpexi.* „ *At* I. C. Dornius, Ionſii *continuator, p.* 199. *operis Ionſiani*, Meurſium, „ Elenchum omnium Scriptorum Porphyrii Philoſophi, Platonici, Graece „ cum notis edidiſſe *praecipit. Ex hoc Elencho* Niceronius *fortaſſe* Porphyrii „ *opera effinxit: quamvis nec meminerim*, Meurſium *Elenchum talem ſeorſim* „ *edidiſſe* „

Poſtea vero, quum egregius Vir Odhelii *Indicem mihi mitteret, in litteris ſequentia adiecit.*

Digitized by Google

„ *Quae de Indice librorum Meurſianorum, a* Laur. Odhelio *Sveco, confecto,* „ *quaerebas, ea in ſchedula adiecta inveneris. Neſcio iam fere, quid de* Por- „ phyrii *ſcriptis, a* Meurſio *editis, ſtatuere debeam.* Odhelio *non parum in* „ *hoc negotio tribuendum videtur, qui ad Bibliothecas Sveciae varias provocet,* „ *in quibus libri ab ipſo editi exſtent. Dubius tamen haereo, quum nec locus,* „ *nec annus deſignatus ſit, ubi & quo anno lucem viderint (ſc. Porphyriani* „ *libri,) quod tamen ceteris addere conſuevit.*

Mitto autem hic iſta, quemadmodum a Dom. VVolfio *ad me pervenerunt, ipſius manu excepta omnia, tum Palmeriana illa, tum Odheliana.* Haec *Grammius.*

Opportunum minime credimus alios etiam eruditos, & humaniſſimos, Viros heic commemorare, quorum beneficentia, & in bonas artes amore, alia quaedam nacti ſumus, quibus recentiores hiſtorias a *Io. Meurſio* ſcriptas perfectiſſimas edere valeremus, quum & brevitati conſulendum ſit, & alibi tempeſtivior eorum laudatio eſſe poſſit.

Verum non intra ſuperius memoratos tantum fines noſtra cura & vigilantia conſtitit, ſed ulterius progreſſa, quum *Meurſii* Opera Graecis paſſim teſtimoniis, & Scriptorum eius gentis locis contexta ſint, ita ut veluti opere teſſellato emblemata in centonem commendandum excreverint, atque coaluerint; & non omnibus locis in medium adductis Latina interpretatio ab Auctore ſubiecta fuerit (nam nihil huiuſmodi occurrit in eius operibus, quae ante annum 1622. prodierunt, ut ipſe Auctor alicubi teſtatur) & ea, quae iterum *Gronovius* in ſuo *Theſauro* edidit, Viri eruditiſſimi cura etiam hac interpretatione locupletata fuerint: nos quidem alia omnia, quae minime Latine reddita in Commentariis ad hiſtoriam pertinentibus invenimus, interpretatione addita ad Romanas aures tranſtulimus: quae vero Latine quidem verſa fuerant, ſed non ſatis exacte ac diligenter, & idemtidem corrigere ac caſtigare, & melius pro virili interpretari, non deſtitimus: & eo libentius id fecimus, quod animadverterimus Graeca eorum voluminum, quae in *Theſauro Gronovii* habentur, non ab uno interprete, nec ab ipſo *Iac. Gronovio* in Latinum converſa fuiſſe: vix enim auſi eſſemus in Viri doctiſſimi lucubrationes audacem manum immittere, & in eius translationem virgulam cenſoriam adſumere. Haec noſtra diligentia facile eminere poterit, ſi quis Libellum *De Fortuna Athenarum* a nobis editum cum alia editione, quam *Gronovius* adornavit, contendat: licet enim haud potuerimus barbaram illam, & inconditam interpretationem ubique ad rectae translationis normam exigere: tamen in ea tam multa ſunt caſtigata & correcta, ut non minimum nitorem & elegantiam, ſitu & ſqualore depoſito, ex noſtra ſolertia illa contraxerint. Quum inſuper in *Solonis* Vita *Meurſius* ab ſuo inſtituto, & ſcribendi ratione, deſciſcens Graecorum Scriptorum teſtimonia, quae profert, Latine tantum praeter morem producat, ita ut in opere pereleganti voluptas illa, ac ſecuritas, quae ex originariae linguae lectione oritur, vehementer deſideretur; id quod *Gronovius* bona fide dolet, & quammaxime demiratur: nos & in id curam, & animum intendimus, ut hic defectus ubique ſuppleatur; & Graecorum Scriptorum loca ſua elegantiſſima lingua legenda ſiſtimus, iis ex ipſo fonte ſelectis, ac opportune adpoſitis, & inſertis. Quid autem de Hiſtoria *Archontum*, quid de *Attica Themide* dixerim? Nonne ea additamenta iis adtexuimus, eas appendices ſubſcripſimus, quibus opera ceteroquin minus perfecta, atque integra, omnibus prope numeris abſoluta facile evaderent; atque ita communi Litterariae

Rei-

Digitized by Google

Reipubl. utilitati prospiceretur? Si vero ad Tabulam, in qua Vrbs Athenienſis delineata eſt, animum aciemque convertimus, quamquam ea ſit, quam olim *Coronellius* deſcripſit, & publici iuris fecit, tamen in tam multis immutata, & correcta adparebit, ut quid amplius in ea nos praeſtiterimus, vel primore adſpectu omnes intelligere poſſint. Si ad Tabulam vero Atticae Topographicam deveniamus, nos eam longis vigiliis, & moleſtis lucubrationibus, ſolidam noſtro Marte deſcripſimus, nulli labori parcentes, ut recentiores *Sponii*, *Wheleri*, *Fevillei*, *Sanſonii*, & *Inſulani*, obſervationes religioſe ſectantes, in eam formam Tabularum difficillimam redigeremus, ut aliorum Geographorum errores hic correcti deprehenderentur; & urbium, pagorum, montium, fluminum, aliorumque locorum ſitus, & poſitura talis adgnoſceretur, qualem doctiſſimi Viri Graecae Hiſtoriae antiqua illa aetate, qua res Graecorum maxime florebant, Scriptores, in ſuis nobis voluminibus, *Meurſio* noſtro notitias & teſtimonia excerpente, tradiderunt.

Sed quum ea etiam omnia, quae nos, aut alii, in *Meurſii* libros adnotaverunt, locum aptum obtinere debeant; haec in calce paginae ſuis locis deſcribenda curavimus, ut quidquid obſervatum, illuſtratum, caſtigatumque, fuit, ſtatim legentium oculis occurrat, eoſque opportune erudiat, atque inſtruat. Verum, quum ſcholia fere omnia αὐτοσχεδιάζων non tam compoſuerim, quam effuderim, non ſolum brevia, ut diximus, fuerint oportet, & ieiuna; ſed multa etiam utilia, & neceſſaria, ſaepenumero omiſſa ſunt, quorum notitia poſtmodum vel in memoriam revocata fuit, vel etiam tunc primitus adquiſita: hinc factum eſt, ut multa, quae in fine cuiuſque paginae adnotare potuiſſem, ſi per otium licuiſſet, huic Praefationi reſervarim. Non tamen adeo conſtanter, quaecumque adnotationes in Praefationem reiiciendae non fuerant, in fine paginae adpoſitae fuerunt, ut non interdum in opuſculi ipſius calce deſcripſerim, vel quod id proficuum congruumque reputarem, vel quod Typographi ipſius deſiderium, & preces exigerent, ne paginae quaedam vacuae ſupereſſent. Aliquando etiam oblivio ſubrepſit, & quae ſuis locis tempeſtive inſerenda fuerant, ad alia transferre coacti ſumus: licet interdum, in alienis obſervationibus praecipue, id evenit, quod paullo ſerius eas nacti fuerimus. Iam aliquid etiam de ordine, quo picturas, & imagines diſpoſuimus, delibandum. Harum quaecumque univerſum opus ſpectarent, primo volumini praefiximus, ut Tabulam Graeciae univerſae, Graeciſſantiumque regionum; in qua quorumcumque locorum *Meurſius* noſter in effuſa ſuorum opuſculorum ſerie mentionem facit, ea συνοπτικῶς, & facile contemplari valeremus. Licet enim Tabulas etiam Geographicas particulares identidem adiunxerimus: non tamen id ubique fieri potuit, ne vel earum nimia, & ſuperflua eſſet multitudo; vel cuiuſque loci Topographiam ridicula ſuperſtitione ingereremus. Quid quod in generali locorum deſcriptione ſitus, ſpatia, terminos, confinia, regionum, urbium, marium, fluminum, montium, Caeli ipſius inclinationes, melius exactiuſque cognoſcimus? Particulares vero Tabulas, & picturas, & quae partem tantum operis adtinent, iis locis, aut libris adfiximus, quibus eſſent neceſſariae, utileſque, prout recta methodus, & ratio probabilis, poſtulabat.

Iam ratio a nobis adducenda eſt, cur *Io Meurſii* libros eo ordine diſpoſuerimus, quo noſtrum hoc primum volumen conſtare deprehenditur; praecipue, quum nec temporum ratio habita ſit, quibus *Meurſius*

Ope-

Digitized by Google

Opera haec varia, & multiiugia contexuit; nec *Iac. Gronovii* Viri eruditiſſimi, qui bonam Meurſianarum commentationum partem ſuo *Graecarum Antiquitatum Theſauro* inſeruit, veſtigiis ubique & ſemper inſtiterimus. Et ſingularem quidem librum *De Athenarum Fortuna* praecedere omnibus debuiſſe exiſtimavimus, quod notitiam quamdam generalem Reipubl. Athenienſium, regiminis, opum, rerum geſtarum, gloriae, ac laudum tam incluti populi comprehendat; ita ut in eo Libello, velut in Tabula quadam artificioſe elaborata, Atticam univerſam συνοπτικῶς contemplari ſit. Huic operi tres *De Athenis Atticis* libros ſubnexuimus: a generali enim Athenienſium rerum cognitione ad peculiarem Reip. partium deſcriptionem deſcendere, iuſta & recte compoſita rerum ſeries invitat; & ab Athenis quidem initium ſumendum fuit, utpote quae totius Atticae caput, & urbs mater, illae quidem ſunt; imo ſolae, quae ad Atticae regionis contemplationem, & rerum geſtarum amplitudine, & Heroum illuſtriumque virorum virtutibus, & ſui maieſtate ac magnificentia, mortalium animos mirabilitate perculſos adliciant. Cognita vero civitate primaria, & ut vocant metropoli, aequum eſt & alios pagos, ac populos, quibus Athenienſium imperium, ac ditio, conſtabat, intueri, & omnes inclutae, & celeberrimae Reipubl. partes, ac limites ſingillatim conſiderare; adeoque liber *De Populis*, ſeu *De Pagis Atticae*, triplex *De Athenis Atticis* volumen ſubſequitur; cui ſuccedunt *Cecropia*, & *Ceramicus Geminus*: nam poſtquam per univerſam Atticae regionem exſpatiati fuerimus, & ſingulos pagos accurate luſtraverimus, velut ex longo errore in Vrbem, unde diſceſſeramus, reverſi, atque ibi quieſcentes, Vrbem perantiquam, & clariſſimam, diligentius, ac maturius conſiderare, & ſubſpicere debemus, partes eius inſigniores pacatiore ſedulitate ſpectantes. Quare *Cecropiam* inde ſubiunximus, & utrumque *Ceramicum* uniter exhibuimus. Sed quia inde, velut animi recreandi gratia, in proximiorem agrum, moenibus pomoeriiſque relictis, ſecedentes exteriorem *Ceramicum* inviſimus, par quoque erat ad oram maritimam divertere, & Portum famigeratum, & in Hiſtoria crebro memoratum, *Piraeeum* ſcilicet, Athenienſium ἐπίνειον, admirari; quod quidem in cauſſa fuit, cur libellum *De Piraeeo*, *Ceramico Gemino* ſubiunxerimus. Sed quum Vrbem hanc, & regionem univerſam luſtraverimus, & partes, locoſque inſigniores demirati ſimus, veluti materiam ſcilicet, & fundamentum, in quo noſtrae contemplationis aedificium conſiſtere debet, ad eos Viros cognoſcendos tranſire iuvat, quibus vel res Athenienſium ſtetit, vel aucta eſt, & ad diverſam imperii, & adminiſtrationis formam, qua diverſis temporibus procurata fuit, intelligendam; atque eapropter tres libros *Regum Athenienſium* Hiſtoriam complectentes continuo adpoſui, quae quidem imperandi ratio primum Athenis obtinuit; deinde quatuor *De Archontibus* volumina adnectuntur, quae πολιτείας forma primam illam excepit. Sed quum inter eos, qui Athenienſium Rempubl. ſive legitime, ſive iniuria, obtinentes, rexere, atque adminiſtrarunt, duo maxime, & rerum praeclare geſtarum gloria, & imperandi ſapientia, eminuerint *Theſeus*, atque *Piſiſtratus*; & dignos eos *Meurſius* noſter cenſuerit, quorum hiſtoriam ſingularibus libellis complecteretur; ſtatim & primore adſpectu intelligitur eos hoc loco ſubnecti debuiſſe, ut poſt generalem Regum & Principum Athenienſium ſeriem, hiſtoriamque animo comprehenſam, in horum geſtis peculiariter cognoſcendis, non obiter ac perfunctorie, ſed, pro illorum Virorum merito, ſerio ac mature Lectoris immorantis animum periucunda lectio admirabili voluptate perfunderet.

Age

Digitized by Google

§. II.

Age iam a generalioribus hiſce ad magis particularia deſcendamus. Libellus itaque, qui *Fortuna Attica*, ſive *De Athenarum origine, incremento, magnitudine, potentia, gloria, vario ſtatu, decremento, & occaſu*, inſcriptus eſt, alios omnes in hoc volumine praecedit, ut diximus; cui tamen praeit Tabula Geographica Graeciam ipſam Graeciſſanteſque regiones univerſas exhibens, de qua ſtatim loquuti fuimus. Altera quoque Tabula medio commentario interſeritur numos Athenienſes LXI. Lectoribus obferens, qui ad generalem eorum, quae de Athenis, Atticaque, *Meurſius* commentatur, illuſtrationem mirifice conferre poſſunt: id quod in huius Praefationis decurſu facile evidenterque adparebit. Haec itaque Tabula non huic Voluminii tantum, verum inſequenti etiam inſerviet, quum hiſce duobus prioribus voluminibus, quaecumque noſter Auctor de rebus Atticis, lucubravit, ſimul iuncta complecti decreverimus; non ſecus atque illa Tabula prior univerſis operibus, quae de Graecorum rebus agunt, praeſidio & adiumento eſſe debet. Sed quum de hac ſatis iam diſſerueri-mus, paullo prolixius de illa iam diſputandum, quidque & quomodo in ea praeſtiterimus, exponendum. Numi itaque, qui in hac Tabula delineati ſunt, nec inediti omnes, ut quid novi propinaremus, reperiri potuerunt; nec tamen omnes iam vulgati, ut ignoti aliquid noſtra Tabula ingerens, utilior ac pretioſior evaderet. Qui primum a nobis proferuntur, priores XIII. ſunt, ex Muſeis *Mediceo*, & *Nicoliniano* producti, & ex *Mediceo* quidem XI. priores, & *Nicoliniano* poſteriores duo; reliqui vel ex *Franc. Haimi Theſauro Britannico*, vel ex *Hub. Goltzio* deſcripti ſunt. Averſas autem, ut plurimum, numorum facies, adverſis relictis, exhibuimus; quod eae facies varia, & utilia hiſtoriae monumenta contineant, quum anticus adſpectus nuda ferme capita, & eadem fere ſemper obiiciat, nec novas uſque & diverſas notitias ingerat. Eos autem ex tam multis, qui apud rei antiquariae Scriptores proſtant, numos elegimus, quos inſigniores, & *Meurſii* commentationibus congruentiores, utilioreſque, eſſe duximus: non enim omnes huc congerendi erant, ne eorum numerus nimis excreſceret, & huiuſmodi Tabulae ſuperfluo multiplicarentur; & ſi ſeligendi fuerunt, ea quidem ſeligendi ratio, utpote praeſtabilior, & neceſſaria, ſequenda erat. Poſtquam igitur de duabus hiſce Tabulis opportune ac apte verba fecimus, iam ad ea, quae ad libros & lucubrationes Meurſianas ſingulas, quae hoc primo Volumine continentur, commentari animum induximus, adgrediamur; quod nobis quidem exſequendum ſuperius innuimus.

Itaque ad *Caput I. Columna* 6. B obſervo, quum αὐτόχθονας Athenienſes ſe dicerent, hinc *Pherecydem* Athenienſem librum αὐτόχθονας inſcriptum compoſuiſſe, in quo de Attica antiquitate loquebatur, ut *Etymologicon magnum*, & *Suidas*, memoriae prodiderunt; de quo conſulendus *Meurſius* noſter *Tomo* huius editionis *ſecundo* in *Bibliotheca Attica Col.* 8. E. Quum vini & olei uſum primi Athenienſes finitimis tradidiſſe perhibeantur, non mirum ſi tam frequenter olea, & vitis, ſeu racemus, in numis Athenienſium occurrant, quos noſtra etiam *Tab. II. num.* XXXII. & XXXIII. partim exhibet, alios ſpectandos relinquens apud *Haimum*, & *Goltzium* laudatos: & quidem Atticam olei fuiſſe feraciſſimam

noſter

Digitized by Google

noſter quoque Auctor inferius obſervat. *Col.* 9. A. Etſi opportune adnotaverimus communem de legibus ex Graecia ad Romanos delatis traditionem a *Io. Baptiſta de Vico* Iureconſulto Neapolitano impugnatam fuiſſe; heic addendum nos eum paullo prolixiori animadverſione confutare conatos fuiſſe *Tomo II.* horum operum in *Solone* ad *Cap.* XXIII. ubi *Meurſius* rem hanc eamdem pertractat. *Col.* 10. D corrigendus eſt *Thucydidis* locus ex caſtigatiore editione, & pro ἐπαχιτῶνας, ἐπειδὴ χιτῶνας; pro ἐνέρσει autem, ἐν ἔρσει, reponendum.

Capite II. Columna 13. A. De Minervae ac Neptuni contentione mille verſibus ſcripſiſſe *Palaephatum* Poetam Epicum obſervari poterat, id quod *Meurſius* ipſe noſter in *Bibliotheca Attica* tradit. In numo vero, quem illic exhibemus, caelatoris errore factum eſt, ut AE, pro AR ſcriberetur; quum vere numus argenteus ſit, prout in Scholio animadvertimus.

Capite III. Columna 17. F. Haud iniuria in Scholio miratus eſse mihi videor, quod μετοίκια feſta *Meurſius* in ſua *Graecia Feriata* non commemoraverit, licet eadem ac συνοικία ſint, quum diverſa quoque nomina, licet ſibi proximiora, a diligenti Scriptore non omittenda fuiſse videantur; quamquam ea, quae hoc feſtum adtinent, ſatis leviter ibi *Meurſius* adtingit, alibi autem copioſius, & diligentius ediſerit. *Col.* 18. E. Circa *Stephanum* & *Strabonem* diſſidentes *Meurſii* conciliationem amplexus quoque eſt *Berckelius* ad *Stephanum*. *Col.* 19. A. Quoad oppidum Tetrapoleos Oenoem, *Berckelius* laudatus veretur ne οἴην, pro οἰνόην, apud *Stephanum* legendum ſit. *Col.* 20. B. Ipſe opinor *Ariſtarchum* illum Chronographum, qui ab *Hilduino* memoratur, ſuppoſititium Scriptorem probabiliter fuiſſe; *Hilduinus* enim minimi iudicii fuit, & ſua Dionyſiaca ex multis etiam fabulis texuit, quod a docto *Guil. Caveo* animadverſum; quodque etiam *Io. Alb. Fabricius Volum. VII.* ſuae *Graecae Bibliothecae* prodit. *Col.* 24. D. Haud abs re noſtra fuerit obſervare, quod forte Cephiſia Villa, quam *Gellius* memorat, a Cephiſso flumine nomen accepit, vel a fonte huius nominis, quem in agro Attico ſcaturire *Plinius Lib. IV. Cap. I.* tradit.

Capite IV. Col. 27. B. Monendum illo *Pollucis* loco, non τῶν δήμων legendum, ſed τὸν δῆμον, ut ex vetuſto Codice reſtituit *Kuhnius*, quod Graeca phraſis exigere videtur, quaſi κατὰ τὸν δῆμον. *Col.* 28. D. Alius eiusdem Auctoris locus corrigendus eſt, & legendum pro μέσοι, μίσει τῷ ἀριθμῷ, ut ex MS. docet *Iungermannus*; atque ita interpungendum μίσει τῷ ἀριθμῷ τῶν τριάκοντα, τεσσαράκοντα ἐγένοντο. Χίλιοι καὶ κ. τ. λ. Vertendus autem locus: *Poſt Triginta oligarchiam, odio numeri illorum Triginta, Quadraginta fuerunt. Ex his mille & ducenti, qui publica munia obirent, &c.*

Cap. V. Col. 32. C. Quae de iure civitatis habentur conferri poſſunt cum iis, quae traduntur *Tomo II.* huius editionis in *Supplemento Themidos Atticae Col.* 174. *Col.* 38. Multos ab Athenienſibus civitate donatos *Meurſius* recenſuit; ſed multo plures proferre poterat, ſi eos illuc transferre voluiſſet, quos ab iisdem civitate donatos in *Attica Bibliotheca* commemorat.

Cap. VI. Col. 40. C. In *Strabonis* loco, ubi Ἀποικῶ legitur, ex emendatiore editione ποίκνη: reſtituendum eſt. *Col.* 41. pro *Priene*, *Prene* legendum. *Col.* 42. D. Notandum Agryles meminiſse etiam *Pauſaniam* in *Phocicis*; ſed eius locus corruptus a *Berckelio* ad eumdem reſtituitur. *Col.* 44. B. Vbi *Strabo Lib. XII.* legitur *Lib. XIII.* reponendum eſt.

Digitized by Google

eſt. *Col.* 48. In calce Adnotationis addendum: Athenienſes quoque in Delo habitaviſse, & primaria munera obiiſse, ut obſervat *Sponius*, liquere poteſt ex Inſcriptionibus Athenienſium, quae in Delo ſunt, & a *Sponio* laudato referuntur *Tom. III. Itinerar.* Ecce:

ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΜΙΘΡΑΔΑΤΟΥ
ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ ΣΕΛΕΥΚΟΣ
ΜΑΡΑΘΩΝΙΟΣ ΓΥΜΝΑ
ΣΙΑΡΧΩΝ.

Et alia:

ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΜΙΘΡΑΔΑΤΟΥ ΕΥ
ΠΑΤΟΡΟΣ ΕΥΥΥΧ..(*Salvinius* ΕΥΥΥΧΟΥΣ reſtituit) ΤΟΥ
ΜΙΘΡΑΔΑΤΟΥ ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ
ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ ΝΕΣ.....ΝΟΣ
ΑΘΗΝΑΙΟΣ ΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΗ
ΣΑΣ ΑΝΕΘΗΧΕΝ.

Ita quidem apud laudatum *Sponium* habetur, ſed ἀνέθηκεν legendum eſset. Item alia:

ΠΟΠΛΙΟΣ.....
ΤΟΥΤΟ Ι.....
ΥΠΕΡ ΕΑΥΤΩΝ
ΤΩΝ ΙΔΙΩΝ ΣΑΡΑΠΙΔΙ
ΙΣΙΔΙ ΑΝΟΥΒΙΔΙ ΑΡΠΟ
ΧΡΑΤΕΙ ΔΙΟΣΚΟΥΡΟΙΣ
ΕΠΙ ΙΕΡΕΩΣ
ΣΤΑΣΕΟΥ ΤΟΥ ΦΙΛΟ
ΚΛΕΟΥΣ ΚΟΛΩΝΗΘΕΝ.

Ad hanc Inſcriptionem in ora libri obſervat Clariſſimus & Doctiſſimus *Ant. Mar. Salvinius* laudatus ſupplendum eſse ἐκ τῶν ἰδίων; & corrigendum ἀρτοκράτει, quod quidem ſtatim patet; notatque errare *Sponium*, qui in recto effert *Staſeus*, quum *Staſeas* dicere debuiſset. Iſthuc ipſum praeclare confirmat vetuſta Inſcriptio, quam ex *Grutero* adtulimus ad *Leges Atticas Lib.* II. *Col.* 70. & ad *Panathenaea* ex *Montefalconio* emendatiorem, *Col.* 591. Tomo huius editionis ſecundo; prae ceteris vero Lapis Oxonienſis, quem *Prideaux* adducit, atque ita habet:

ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΝ ΗΡΑΚΛΕΙΤΟΥ ΑΧΑΡΝΕΑ
ΕΠΙΜΕΛΗΤΗΝ ΔΗΛΟΥ ΓΕΝΟΜΕΝΟΝ ΑΘΗΝΑΙΩΝ
ΚΑΙ ΡΩΔΙΩΝ ΚΑΙ ΤΩΝ ΑΛΛΩΝ ΞΕΝΩΝ
ΚΑΤΟΙΚΟΥΝΤΕΣ ΚΑΙ ΠΑΡΕΠΙΔΗΜΟΥΝΤΕΣ ΕΝ ΔΗΛΩΙ
ΤΗΣ ΕΥΝΟΙΑΣ ΚΑΙ ΚΑΛΟΚΑΓΑΘΙΑΣ ΚΑΙ ΤΗΣ ΠΡΟΣ ΤΟΥΣ
ΘΕΟΥΣ ΕΥΣΕΒΕΙΑΣ ΑΝΕΘΗΚΑΝ
ΑΠΟΛΛΩΝΙ.

Ad *Cap. VIII. Col.* 68. A. Athenas quoque ſtudiorum cauſſa conceſſit *Olympiodorus* Thebanus Hiſtoricus, qui anno ccccxx. floruit, de quo videndi *Photius*, & *Tillemontius* in Vita *Honorii*. *Col.* 72. Quanti bonae artes, diſciplinaeque Athenis fierent, forte etiam ex eo conſtet, quod Athenienſes *Lollianum* Rhetorem publica Inſcriptione honoraverunt, & ſi in ea ſe id facere eius benevolentiam remunerandi ergo dicant; quae quidem Inſcriptio melius ad hoc *Caput* producta fuiſſet, quam ad *Caput VI. Col.* 47. ubi cur a me adlata fuerit, ratio memoriam meam nunc prorſus fugit; fortaſſis vero, typothetarum errore id factum eſt. Quando autem in hoc Capite de Athenienſibus Philoſophis & eruditis agitur, illud hic apte proferendum videtur, quod *Cicero Libro I. de Legibus* habet ex perſona *Attici* loquens: *Quia me Athenis audire ex Phaedro meo memini, Gallium familiarem tuum, quum Proconſul ex Praetura in Graeciam*

Digitized by Google

ciam veniſſet, Athenis Philoſophos, qui tum erant, in locum unum convocaſſe, ipſiſque magnopere auctorem fuiſſe, ut aliquando controverſiarum facerent modum. Quod ſi eſſent eo animo, ut nollent aetatem in litibus conterere, poſſe rem convenire, & ſimul operam ſuam illis eſſe pollicitum, ſi poſſet inter eos aliquod convenire. Illud quoque heic obſervandum, quum tot e Chriſtianis *Meurſius* memoret, qui Athenas ſtudiorum cauſſa profecti ſunt, nihil de fabuloſa illa Papiſſa *Ioanna* dixiſſe, quam Athenis doctrinis operam navaſſe fabellae venditatores adfirmare non erubeſcunt. Num Mileſia illa apud ſagacem *Meurſium* fidem non invenit?

Ad *Cap. IX. Col.* 73. D. & *Col.* 75. F. corrigenda ſunt Scholia quibus numus Athenienſis, qui in *Tabula II. num. LII.* exhibetur, Chriſtianorum temporum iudicatur. Quamquam enim eius ſymbola quaedam, neſcio qua fortuita convenientia, cum monumentorum Chriſtianorum ſymbolis, cum Chriſti ſcilicet Digrammate & palma, concurrunt; exploratae tamen fidei eſt illum numum ante Chriſtiana tempora cuſum eſſe; quum Chreſimon, quod vocant, nota fuerit ad alia quoque ſignificanda veruſtiſſimis temporibus uſurpata, ut eruditis perſpectum eſt; & palmae ramus ille aliud omne deſignet. *Col.* 75. C. Epiſtola *Hygini* Romani Pontificis ad Athenienſes, quam *Meurſius* laudat, ſuppoſititia eſt. *Col.* 77. A. Non videtur in *Balſamone* vertendum *Nicolaus Hagiotheodoreti F.* ſed *Nicolaus Hagiotheodoretus*; nam Graeci ſequioribus ſaeculis nomen patris adponere non multum conſuevere; & *Nicolaum Hagiotheodoretum* memorari video in Indice *Bibliothecae Graecae Io. Alb. Fabricii*; quem tamen tamquam Monachum & Iureconſultum tantum nominat *Tomo X.* eiusdem *Bibliothecae*. Illud inſuper obſervandum eadem *Columna* D. ἔξαρχος ἑλλάδος non bene forſan verti *Primas Graeciae*, quum *Exarchus* in Eccleſiaſticis Graeciae dignitatibus, nil aliud eſſet, quam Praefectus, ſeu Vicarius Patriarchae Conſtantinopolitani, ut docet etiam vir doctiſſimus *Carol. a Sancto Paulo* in ſua *Geographia Eccleſiaſtica*; & exemplis pluribus demonſtrare eſſet, quae videri poſſunt apud laudatum *Fabricium Tomo XIII. Bibliothecae Graecae pag.* 479. Item monendum cenſeo circa ordinem Archiepiſcopatus Athenarum, cum conſtitutione *Leonis* conſentire *Nilum Doxopatrium* in ſua *Deſcriptione* apud *Allatium Libro I. De conſenſu utriuſque Eccleſiae Cap. XXIV.*

Ad *Cap. X. Col.* 95. C. animadvertendum, Aquaeductum *Hadriani*, & Novas Athenas in imagine, quam exhibemus, Athenarum deſcriptas eſſe, ut *Tabula V.* videre eſt; ſed quod Aquaeductum ſpectat, Virum Clariſſimum *Ioſ. Ant. Saxium* in ſuo *De ſtudiis Mediolanenſibus Prodromo Cap. III.* & poſt eum *Pet. Gratiolum De praeclaris Mediolani aedificiis Cap. XII.* ſcripſiſſe, adlatam a *Meurſio* Gruterianam Inſcriptionem, non ad Athenas, ſed ad Mediolanum pertinere; quum lapis ille inſcriptus Mediolani effoſſus fuerit; nec vereri adfirmare Novarum Athenarum nomen Mediolano ſuo ab *Hadriano* & *Antonino* tributum fuiſſe. Mira quidem omnia, & Pyrrhoniſmo aetatis noſtrae digniſſima; quum *Iac. Sponius Tom. II.* ſui *Itinerarii* diſerte dicat, ſe illam Inſcriptionem Athenis vidiſſe & legiſſe; quibus quidem magis & proprius convenire inficiabitur nemo. Sed *Welherus*, *Sponii* in itinere comes, non inſcriptionem tantum refert, ſed ipſius Aquaeductus & Portae ſcenographiam, ut Athenis habent, quam & nos *Tabula V.* Lectoris oculis obiecimus; ut iam prope audacius ad Mediolanum vi detorqueatur, quod proprium eſt Athenarum; niſi & Mediolanum Novae Athenae adpellatum vere fuit ab illis Imperatoribus, & pari inſcripto monumento decoratum. *Col.* 99. B. *Claudiani* locus ex caſtiga-

Digitized by Google

ſtigatioribus editionibus ita reſtituendus eſt: *Non mare fumaſſet geminum, flagrante Corintho. Col.* 102. D. obſervandum Portam Hadriani, quam *Simeon Cabaſilas* memorat, a nobis ex *Welhero* in *Tabula V.* proferri, ut diximus una cum inſcriptionibus, quae in ea leguntur. *Col.* 103. *Hadriani* Imperatoris de oleo edictum, quod in ſecundo Scholio a me ex *Sponio* & *Welhero* memoratur, ad *Themin Atticam* Tomo huius editionis ſecundo, productum fuit. Quae ex eodem *Sponio* de Graecae Athenienſium linguae corruptione in Scholio tertio commentor, illuſtrari poſſunt iis, quae *Cangius* eruditiſſimus in Praefatione *Gloſſarii mediae & infimae Graecitatis* ediſſerit.

§. III.

Ad *Athenarum Atticarum Librum I. Cap. I. Col.* 109. A. obſervandum occurrit *Stephanum Byzantium* octo Athenas numerare, in Attica, in Laconia, in Caria, in Liguria, in Italia, in Boeotia, in Euboea, & in Acarnia; meminit etiam Novarum Athenarum, quae in Delo. *Plinius* Athenas etiam in Arabia collocat; *Arrianus* ad Pontum Euxinum quoque reperit, quae quidem *Sponio* diligentiſſimo accepta ferimus. Abs re quoque haud profecto fuerit heic feſtiviſſimum *Lyſippi* de Athenis Atticis Epigramma proferre, quod *Dicaearchus* Libello, cui titulus Βίος Ἑλλάδος, nobis conſervavit, atque ita habet:

Εἰ μὴ τεθέασαι τὰς Ἀθήνας, ϛέλεχος εἶ
Εἰ δὲ τεθέασαι, μὴ τεθηρεῦσαι δ', ὄνος·
Εἰ δ' εὐαρεϛῶν ἀποτρέχεις κανθήλιον.
Tu truncus es, ſi non Athenas videris;
Si viſae Athenae non ineſcant, aſinus;
Si non grave has relinquere, praegrandis aſinus.

Col. 114. A. quam celebres, & quam frequentes Mercurii Athenis fuerint, intelligendum etiam ex *Sponii* laudati *Diſſertationibus Miſcellaneis. Col.* 117. Scholio primo corrigendum eſt Germanicum plateae Vindobonenſis nomen, corrupte ibidem & perperam ſcriptum: Vindobona inſuper Pannoniae ſuperioris potius, quam Norici urbs eſt, *Petro Lambecio Tomo I. Comment. de Biblioth. Caeſar. Chriſtoph. Cellario in Geogr.* auctoribus.

Cap. V. Col. 122. C. pro ἱρηκότες, ἠρηκότες legendum eſt in *Pauſania. Col.* 123. F. corrigenda eſt *Meurſii* citatio, qua librum IV. *Athenarum Atticarum* laudat, quum nonniſi tres libri ſint: potius ei citandus fuerat *De Populis Atticis* liber, ubi in Μαραθῶν productum *Pauſaniae* locum emendat. *Col.* 128. B. editio Lipſienſis in alio *Pauſaniae* loco pro Λυκοῦργος habet Σελδικός.

Cap. VI. Col. 134. obſervandum Theſei Templi, quale adhuc Athenis exſtat, imaginem *Tabula IV.* a nobis exhiberi.

Cap. VII. Dioſcurorum Athenis cultum indicat etiam Athenienſis inſcriptio apud *Gruterum pag.* cccxix. Ea autem eſt quae ſequitur:

ΓΑΙΟΣ ΓΑΙΟΥ
ΑΧΑΡΝΕΥΣ ΙΕ
ΡΕΥΣ ΓΕΝΟΜΕ
ΝΟΣ ΘΕΩΝ ΜΕ
ΓΑΛΩΝ ΔΙΟΣ
ΚΟΡΩΝ ΚΑΒΕΙΡΩΝ
ΕΝ ΤΩι ΕΠΙ ΔΙΟ
ΝΥΣΙΟΥ ΤΟΥ ΜΕ
ΤΑ ΛΥΚΙΣΚΟΝ ΑΡ
ΧΟΝΤΟΣ ΕΝΙΑΥ
ΤΩι ΙΔΡΥΣΑΤΟ

Digitized by Google

Verum de Anaceo quae eruditiſſimus *Sam. Petitus* ad *Leges Atticas* commentatur, huc transferendum. *Exſtat*, inquit, *Legis fragmentum apud Athenaeum Lib. VI. quod huc reiecimus, quia de* Paraſitis *eſt, in haec verba:*

ΤΟΙΝ ΔΕ ΒΟΟΙΝ ΤΟΙΝ ΗΓΕΜΟΝΟΙΝ ΤΟΙΝ ΕΞΑΙΡΟΥΜΕΝΟΙΝ, ΤΟ ΜΕΝ ΤΡΙΤΟΝ ΜΕΡΟΣ ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΓΩΝΑ, ΤΑ ΔΕ ΔΥΟ ΜΕΡΗ, ΤΟ ΜΕΝ ΕΤΕΡΟΝ ΤΩι ΙΕΡΕΙ, ΤΟ ΔΕ, ΤΟΙΣ ΠΑΡΑΣΙΤΟΙΣ

Duorum boum praecidaneorum eximiorum tertia pars in certamen: reliquarum duarum una Sacerdoti; altera Paraſitis, cedunto.

Lex haec erat inſcripta columnae in Anaceo ſive Dioſcurorum Templo. Athenaeus Lib. VI. Ἀλλὰ μὴν, περὶ γὰρ τῶν Παρασίτων ὁ λόγ@, κἂν τῷ Ἀνακείῳ ἐπί τιν@ στήλης γέγραπται. ΤΟΙΝ ΔΕ ΒΟΟΙΝ, *&c. Huius aedis mentio apud Harpocrationem his verbis:* Ἀνακεῖον, τὸ ἀνάκτορον. Δημοσθένης ἐν τῷ καλὰ Στεφάνῳ, ἱερὸν τῶν Διοσκούρων. *Locus quem indicavit Harpocration, hic eſt e priore in Stephanum Oratione.* Πονηρὸς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πονηρὸς ἔστ@ ἄνωθεν ἐκ τοῦ ἀνακείου κ᾽ ἄδικ@. σημεῖον δέ· εἰ γὰρ ἦν δίκαι@, πένης ἂν ἦν, τὰ τοῦ δεσπότου διοικήσας. νῦν δ᾽ τοσούτων χρημάτων τὸ πλῆθ@ κύρι@ καταξὰς, ὥστε τοσαῦτα λαθεῖν ἀπ᾽ αὐτῶν κλέψας ὅσα νῦν κέκτηται, οὐκ ὀφέλειν ταῦτα, ἀλλὰ πατρῷα ἔχειν ἡγεῖται. *Locus hic etiam olim legebatur,* ἐκ τοῦ ἀνακαίου, *ut conſtat e gloſſa, quae in editione Pariſienſi e Suida adſcribitur:* ἀνάκαιον δεσμοτήριον, εἰς ὃ κατετίθεντο τοὺς πονηροὺς δούλους, *& ad hanc* διπτογραφίαν *ſpectant verba Etymologici M.* Ἀνάκαιόν τι δεσμοτήριον. ἀξιοῦσι δέ τινες ἀνάκειον γράφεσθ᾽· ὅπερ ἐστὶ τὸ Διοσκούρειον. Ἄνακες γὰρ οἱ Διοσκοῦροι. *Sed legi non poteſt* ἐκ τοῦ ἀνακαίου *eo ſenſu, quo interpretantur,* ἐκ τοῦ δεσμοτηρίου, *nam Apollodorus obiicit Phormioni vitam anteactam, non quam egerat in ergaſtulo, ſed ubi a Paſione Apollodori patre artem collybiſticam edoctus eſt, quod in praecedentibus dixit:* ἐπειδὴ ὁ πατὴρ ὁ ἡμέτερ@ τραπεζίτης ὢν ἐκτήσατ᾽ αὐτὸν, κ᾽ γράμματα ἐπαίδευσε, κ᾽ τὴν τέχνην ἐδίδαξε, κ᾽ χρημάτων ἐποίησε κύριον. *Noſtrae adſertionis fundus eſt ipſe Apollodorus, qui ubi Phormionem dixit eſſe* πονηρὸν ἄνωθεν ἐκ τοῦ ἀνακείου, κ᾽ ἄδικον, *addit immediate:* σημεῖον δ᾽, εἰ γὰρ δίκαι@ ἦν, πένης ἂν ἦν, τὰ τοῦ δεσπότου διοικήσας. *Neque item audiendus eſt eruditiſſimus Wolfius, qui legit quidem* ἐκ τοῦ Ἀνακείου, *ſed vertit, aedem Caſtoris & Pollucis, ſive Dioſcurorum, ad quam ſervos olim vaeniiſſe tradit, ſed ſine auctore & teſte: adde quod, ut iam diximus, non obiicitur Phormioni quid egerit antequam a Paſione emeretur, ſed quid fecerit, quum Paſioni ſervitutem ſerviret, & rebus admoveretur illius. Quare etiam exiſtimo nullomodo hanc vocem eſſe exponendam de aede Dioſcurorum, niſi quis dixerit menſam Paſionis argentariam fuiſſe ad Dioſcurorum aedem, id eſt, Caſtoris & Pollucis, quae ad forum erat, ut ex Pauſania Atticis conſtat: quamquam & hoc loquendi genus, ſi quidem de re ipſa liqueret, nobis non poſſet probari, ut plane inſolens. Dicam igitur, quod coniicio, iudicium eſto penes eruditos. Quare Dioſcuri dicti ſint* Ἄνακες, *variae adferuntur cauſſae e variis huius vocis originationibus, quas videre eſt apud Plutarchum & alios: earum una haec eſt, quam non praetermiſit in Theſeo Plutarchus.* Εἰσὶ δ᾽ οἱ λέγοντες, διὰ τῶν ἀστέρων ἐπιφάνειαν Ἄνακας ὀνομάζεσθαι. τὸ γὰρ ἄνω τοὺς Ἀττικοὺς ἀνέκας ὀνομάζειν, ἐξ ἀνέκαθεν τὸ ἄνωθεν. *Ex hac voce* ἀνέκας, *ſive potius* ἀνάκας, *quod oſtendit deductum hinc* Ἀνάκων *nomen, putem deducendum nomen* ἀνακεῖον, *non tamen eodem ſignificatu, quo ubi fit a nomine* Ἄνακες; *ſed idem ſignificabit, quod* ſuperius *ſive* prius, *ita ut idem ſit* ἐκ τοῦ ἀνακείου, *hoc in loco apud Demoſthenem, quod* ἄνωθεν: *& certe redundat hic* τὸ ἄνωθεν, *eſtque gloſſema ſequentis loquendi modi, quod e margine in contextum irrepſit: itaque locus ſic eſt legendus:* Πονηρὸς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πονηρὸς ἔστ@ ἐκ τοῦ ἀνακείου κ᾽ ἄδικ@. *Sed de hoc loco ſatis eſt.*

Cap.

Digitized by Google

Cap. VIII. Col. 136. Ad Prytaneum adtinet Graeca Inſcriptio apud *Gruterum pag.* cccclx. ita habens.

Η ΒΟΥΛΗ ΚΑΙ Ο ΔΑ
ΜΟΣ ΠΡΑΞΙΚΛΗΝ ΝΕΟ
ΜΗΔΟΥΣ ΕΤΙΜΗΣΑΝΤΟ
ΕΒΔΟΜΟΝ ΧΡΥΣΩι
ΣΤΕΦΑΝΩι ΑΡΙΣΤΕΙΩι
ΚΑΙ ΕΙΚΟΝΙ ΧΑΛΚΗι
ΚΑΙ ΠΡΟΕΔΡΙΩι ΕΝ ΤΟΙΣ
ΑΓΩΣΙΝ ΚΑΙ ΣΙΤΗΣΕΙ
ΕΝ ΠΡΥΤΑΝΕΙΩι ΑΡΗ
ΤΗΣ ΕΝΕΚΕΝ ΚΑΙ ΕΥ
ΝΟΙΑΣ ΚΑΙ ΕΥΕΡΓΕΣΙΑΣ
ΤΗΣ ΕΙΣ ΤΗΝ ΠΑΤΡΙΔΑ
ΚΑΙ ΕΠΙ ΤΗι ΠΡΟΣ
ΤΟΥΣ ΘΕΟΥΣ ΕΥΣΕ
ΒΕΙΑι ΚΑΙ ΕΠΙ ΤΩι
ΚΑΤΑ ΠΑΝΤΑ ΤΡΟΠΟΝ
ΑΡΙΣΤΑ ΠΕΠΟΛΙΤΕΥ
ΘΑΙ

Alia inſcriptio, quae huc facit, inferius ad *Populos Atticos* ex eruditiſſimo *Sponio* producta eſt, *Col.* 369. *Col.* 139. B. Nos in noſtra *Tabula II.* qua numos varios Athenienſes proferimus, *num. LX.* numum lichni imaginem praeferentem expoſuimus, qui an ad Prytanei lichnum, vel ad Parthenonis, adludat, animi pendeo.

Cap. IX. Col. 140. F. inſigne Typothetarum mendum in loco *Pauſaniae* corrigendum eſt, & pro Σερατίωνος, Σεράπιδος reponendum.

Cap. X. de Iovis Olympii templo ab Hadriano Imperatore conſtructo agitur; cuius templi ſcenographiam ex *Welhero* nos *Tabula V.* protulimus, Ichnographiam vero exhibet Vir eruditiſſimus *Prideaux* in ſuis ad Marmora Oxonienſia Commentariis, & ea eſt, quam heic ſubiicimus.



A. *Porticus duobus ordinibus columnarum ſubſtentata.* B. *Pronaos Decaſtylus.* C. *Poſticum.* D. *Aditus ad cellam in Pronao.* E. *Aditus ad cellam in Poſtico.* F. *Paries Templi.* G. *Porticus interior uno ordine columnarum in altitudine duplicium ſubſtentata.* H. *Medium ſub Dio ſine tecto.* I. *Coloſſus Hadriani.*

De

Digitized by Google

De hoc autem templo ita laudatus *Prideaux* loquitur: *Imperante autem Auguſto*, (Suetonius in Auguſti vita, cap. LX.) *in eius gratiam varii Reges ſocii, & amici, quum ſinguli in ſuis regnis urbes Caeſareas condidiſſent, cuncti ſimul hanc Iovis Olympii aedem perficere communi ſumtu deſtinaverunt, & eius Genio dedicare; ſed aut Auguſti obitu, aut aliquo alio caſu iterum interruptum opus, uſque ad Hadriani tempora imperfectum manſit; qui Imperium adeptus, inter cetera ea magnifica, quae exſtruxit & Diis dedicavit opera, huius etiam aedis ſtructuram, a tot Regibus toties fruſtra ſubſceptam,* (Anonymus Auctor ἀναγραφῆς Olympiadum a Scaligero in Euſebianis ſuis editae, ad Olymp. CCXXVII. an. III.) *anno tertio* CCXXVII. *Olympiadis circa ſex & ſeptingentos annos, poſtquam a Piſiſtrato primum inchoatum fuerat*, (Pauſanias in Atticis, Xiphilinus in vita Hadriani, Spartianus in vita Hadriani.) *ingenti ſumtu perfecit, illiuſque encaeniis multis ſacrificiis & hymnis*, (Philoſtratus Sophiſt. lib. I. in Polemone.) *quos inter alios accinebat Polemon Sophiſta, celebratis, Iovi Olympio iterum dedicavit, &* (Xiphilinus in vita Hadriani.) *Draconem ex India adlatum in eo conſecravit. Sed quum, praevalente contra impios Paganorum ritus Chriſtiana veritate, Conſtantini Maximi, & Theodoſii primi temporibus* (Euſebius in vita Conſtantini lib. III. Theodoret. lib. V. cap. XXI. Socrates lib. I. cap. XVIII. & lib. V. cap. XVI. Sozomenus lib. II. cap. V. & lib. VII. cap. XV. & XX. Eunapius in vita AEdeſii. Cedrenus lib. I. & ceteri Byzantini in vitis Conſtantini & Theodoſii.) *omnia Deorum Templa & Fana per totum Romanum Imperium eorum edictis deſtruerentur, hoc etiam tot ſeculorum opus, in cuius ſtructuram tot Reges totos ſuos expenderunt Theſauros, per alterutrum illorum dirutum uſque ad trecenteſimum annum a dedicatione ſua non videtur permanſiſſe. Templum ſane permagnificum erat omnibus Architectorum artibus adornatum. Quod aedificii genus* (Vitruvius lib. III. cap. I.) *Hypaethrum fuit, quod omnium apud antiquos Templorum quoad figuram maximum, & quoad formam praeſtantiſſimum fuiſſe perhibetur. Circumcirca enim habuit ingentem porticum duobus ordinibus columnarum* (Vitruvius in Praefatione, lib. VII.) *Corinthiacarum ſubſtentatam, quae in Pronao, & Poſtico Decaſtylum fecerunt*; (Lib. III. cap. I. in fine capitis.) *mendum enim plane eſt in Vitruvii editionibus, in quibus Templum Iovis Olympii Athenis Octaſtylum fuiſſe legitur. Quum enim ibi formationem Hypaethri Decaſtyli Vitruvius deſcribat, quis dubitet, quin Templum Iovis Olympii, quod poſt illam deſcriptionem pro exemplari adfert, Decaſtylum fuiſſet, qui totum caput attentius perlegit, & auctoris methodum & ſententiarum connexiones accuratius conſiderat, plures inveniet rationes, ob quas a recepta lectione omnino eſt diſcedendum. Illud autem Templum* (Vitruvius lib. III. cap. I.) *Decaſtylum dicitur, quod in fronte & poſtico decem columnas habuerat, Octaſtylum, quod octo. Intra parietem, quem porticus circuibat, erat cella, ad quam & in pronao, & in poſtico per valvas patebat aditus. Haec tantae* (Pauſanias in Atticis.) *magnitudinis fuit, ut tota tegi non potuerit*, (Vitruvius lib. III. cap. I.) *atque ideo intus etiam periſtylium, ſeu porticum circumcirca habuit uno ordine columnarum in altitudine duplicium ſubſtentatum. Medium autem eodem modo, quo medium* (Strabo lib. XIV.) *Templi Apollinis apud Mileſios ſub* (Vitruvius lib. III. cap. I.) *dio ſeu aethere ſine tecto fuerat apertum, & ob hanc rationem tam haec, quam omnia alia Deorum Templa ſecundum hanc formam aedificata, Hypaethra dicebantur; cuius generis fuiſſe Templum Ieroſolymitanum* (Lib. XXXVI.) *Dion Caſſius, cum illud* ἀχανὲς καὶ ἀνύφορον *fuiſſe ſcribat, niſi Atrium, in quo erat ara Holocauſti, pro Templo accipiat, ma-*

gno

Digitized by Google

gno errore, utpote qui multos annos poſt illius deſtructionem temporibus (illius enim temporibus bis Coſ. fuerat & Praefectus Pannoniae, Xiphilin. in vita Alexandri.) *Alexandri Severi vixerat, videtur exiſtimaſſe.*

Ad exteriores (Pauſanias in Atticis.) *columnas porticus externae ponebantur ſimulacra earum urbium, quae Athenienſium Coloniae fuerunt, in tabulis aeneis delineata. Extra autem Templum* (Pauſanias ib.) *in area circumcirca erant innumerae ſtatuae, quae a civitatibus Graeciae, in Hadriani honorem ei ibi dedicatae fuere; omnes autem longe ſuperarunt Athenienſes, qui prope Templi poſticum Coloſſum, nec Romanis, nec Rhodienſibus inferiorem Imperatori erigentes, dignum Templi magnificentia obtulerunt donarium. Spatium, quod hoc Templum occupabat, tam amplum fuit, ut in ambitu ſuo* (Pauſan. ib.) *quatuor ſtadia continens inter omnes Deorum AEdes, quarum menſurae ab aliquo Scriptore nobis traditae fuerunt, magnitudine ſolam AEdem* (Herodotus lib. I.) *Beli Babylonici, quae duplo maior erat, habuerit ſuperiorem. Celeberrimo illi* (Ioſephus Archaeologiae lib. XV. cap. XIV. Middoth. Per. II. Hal. I.) *Templo Ieroſolymitano ad amuſſim erat aequale. Tam ingens, & tot ſeculorum opus ſine ingenti ſumtu perfici non poterat. In illud, & Propylaeum arcis* (Dion Chryſoſtomus de Regno, Orat. II.) *pluſquam decies Talentorum millia impenſum fuiſſe perhibetur; in Propylaeum autem,* (Auctor Anonymus ἀναγραφῆς Olympiadum a Scaligero cum Euſebianis ſuis Editae ad Olympiadis LXXXV. annum quartum. Harpocration in Προπύλαια.) *cuius ſtructurae hiſtoria apud Plutarchum in vita Periclis habetur, duo tantum & duodecim millia erogata fuere; remanent igitur octo millia Talentorum, quorum impenſa hoc aedificium perfectum fuerat. Quum autem ſingula Talenta Attica contineant* (Pollux lib. IX. cap. VI.) 6000. *drachmas, quarum unaquaeque eſt octava pars unciae, ſeu Coronae Anglicanae, octo millia eorum efficiunt noſtrae monetae* 15000000. *libras, quae Athenis, ubi* (Plutarch. in Solone) *tres drachmae erant Bovis pretium, ingens ſumma fuerat, & ſi reducatur ad valorem noſtrae monetae in Anglia, ubi Bos minori pretio, quam ſex libris, raro venit, ſexagies, & quater multiplicanda eſt, efficietque* 96000000. *librarum, ſummam plane mirandam, & ſi uno ſeculo expenſa fuiſſet, fere incredibilem. Vt vero melius intelligatur qualis fuerat huius Templi forma, illius ἰχνογραφίαν ſubiecimus, qua magis dilucide indicabitur. In hoc Templo feſtum, quod in memoriam univerſalis diluvii inſtituerat Deucalion, Athenienſes, quotannis* (Plutarchus in Sylla) *primo die Antheſterionis celebrantes* (Pauſanias in Atticis) *in hiatum, qui in eo loco, quo diluvii tempore aquas defluxiſſe memorant, deducto ad cubiti inſtar ſolo, factus fuerat, polentam e melle & triticea farina oblationis loco ſolebant proiicere.* Hactenus quidem ille. Hadrianus autem Imperator fortaſſis eo quod Iovis Olympii templum conſtruxiſſet, Olympius & ipſe dictus eſt, ut conſtat ex variis Inſcriptionibus, quas ex *Sponio* inferius *Col.* 891. produximus; & ex numo maximi moduli Gazae Mediceae edito in *Muſeo Florentino Tab. XV.* ut numum ſimilem, quem pereruditus *Claud. Nicaſius* in *Diſſertatione de Numo Pantheo* illuſtravit, ſilentio praeteream. Hinc locus in Delo *Olympieum* dictus eſt, quod eum Hadriano ſumtum faciente Athenienſes condidiſſent, ut *Stephanus* auctor eſt.

Libro II. Athenarum Atticarum Cap. IV. non omittendum, quid de Muſarum ara & templo *Welherus Tomo II.* ſui *Itinerarii* tradat. De eo enim ita loquitur: *Superius progredientes ſecus Iliſſum flumen a ſiniſtris, fundamenta exigui, ſed rotundi, templi vidimus, quae aqua fluvii exundans non multis abhinc annis detexit, ingentiaque damna Athenienſibus intulit,*

vil-

Digitized by Google

villas, moenia, hortos, arbores, evertens ac diruens. Hoc Muſarum Iliſſiadum templum eſſe videtur, quandoquidem in Iliſſi ripa ſitum eſt, iuxta Pauſaniae deſcriptionem; ubi Boreas Orithyam Nympham turbine abripuit, dum per has ripas puella luderet. A dextris vero fluminis aliud templum, & quidem parvum, eſt, quod in Eccleſiam converſum Crucifixionis D. Petri memoriae dicatum fuit, quare Stauromenu Petru, vel Stauroſis Petru vulgo adpellatur, & candido marmore ſtructum ſolum habet muſivo opere inſigne. Hoc procul dubio Dianae Agroterae ſeu Venatricis templum vetuſtiſſimum eſt, cui circumiacens ager Iliſſo proximus Agra dictus eſt, eo quod Diana primum, ex Delo veniens, venata ſit in hac regione, Hymettum montem ambiente, & leporibus perdicibuſque frequente. Atque ita quidem ille, cuius interiora verba inſequens huius Libri Caput mirifice illuſtrant. Quod autem *Agram* attinet inter numos Athenienſes, quos *Tabula II.* produximus, *LIIII.* occurrit, qui Neſtore Mnaſeae F. A. A. A. flando feriundo cuſus eſſe videtur, in quo nota, ut puto, monetalis cervus eſt, & inferius litterae AΓ. forte ΑΓΡΑ, quod Neſtor ille Agraeus fuerit, & Dianae, quae Agrae colebatur, ſacrum animal cervum ſui notam in numo eſſe voluerit. *Col.* 162. E. animadverti poterit Cereris ſimulacrum quoddam Athenis inventum, a *Whelero Tom. II. Itiner.* exhiberi, quod nos in *Tabulam* noſtram *V.* opportune tranſtulimus. *Col.* 163. C. D. Heic tempeſtive deſcribenda videntur, quae de ſtadio & *Herode* habet *Whelerus* ſaepe laudatus *Tom. II. Itinerarii*: *Ex Muſeo ad Iliſſum Stadium conſpicitur, qui tumulus eſſe videtur. Ex urbe per vetuſtum Pontem tribus arcubus conſtantem, Iliſſoque incumbentem, lapidibus quadris, nullo cemento iunctis, exſtructum, & pedes longum circiter quadraginta ad illud itur. Iuxta hunc pontem alias Monaſterium erat, a capta a Turcis urbe iam deſertum. Stadium locus erat, in quo ludi & ſpectacula edebantur, & praecipue in Panathenaeis. Heic, ut videtur, mille ferarum venationem Hadrianus quotannis populum oblectaturus praebebat. Eius figura & magnitudo adhuc ſupereſt, etſi gradus omnes ablati fuerint. Eſt igitur longa platea, duobus hinc inde parietibus parallelis, in fine, qui Orientem ſpectat, curvo limite concluſa; in alio tamen termino patens. Centum viginti paſsus Geometricos longa, viginti ſex, vel viginti ſeptem, lata eſt. Stadium adpellabant, vulgarem itineris menſuram, Graeci; hiſque octo Romanum milliare conſtabat. Quum exacte illud menſus fuiſſet Vernonus, ſexcentos triginta pedes Britannicos exporrigi deprehendit; novitque iuſtum ſtadium ſexcentos vigintiquinque pedes Athenienſes protendi; id quod monſtrat horum pedem Britannico paullo maiorem fuiſſe, minorem tamen regio Gallorum pede. Pauſanias ubi de Stadio loquitur, Lectores monet, a ſe narratis vix eos fidem habituros, quod miraculum ſit omnia alia antiquitatis miracula ſuperans; & facile tumulum e candido marmore iuxta Iliſſum ſurgentem arbitraturos. Illud Herodes Atticus, omnium civium, quotquot habuerint Athenae, ditiſſimus inſtauravit, maximam Pentelicii marmoris partem in eo inſumens, quod deinde detractum fuit, vel Stadii ruinis eſt obrutum; quum in praeſens nihil aliud ſit niſi ruderum moles, quae veterem adhuc formam ſervant ac retinent. In fine tantum, qui ad Iliſſum eſt, opera quaedam lapidea cernuntur, ſed in agro nil aliud, quam terreum Stadium reſtat. Hic idem Herodes Atticus Stadium Delphis aedificavit, & pluria alia ſuperba aedificia in diverſis Graeciae locis; non autem Herodes, qui Iudaeam, quando Chriſtus natus eſt, procurabat, ut Sponius multis antiquitatis documentis, & Scriptorum teſtimoniis, comprobavit. Quum haec autem pleroſque lateant, ipſiſſima Sponii verba heic producam. Duae inſcriptiones, inquit, huius ſae-*

culi

tuli initio Romae repertae ſunt, quarum una ad hunc Herodem pertinet, alia ad eius uxorem Regillam. Caſaubonus primam ediſſeruit, ſed vir alioqui doctus falſus eſt dum putavit hunc Herodem, illum eſſe, qui in Iudaea regnavit. Felicius explicavit Arcudius, eamque de hoc illuſtri Herode Attico loqui oſtendit; qui quoniam non omnibus notus eſt, de eo nonnulla heic litteris mandabo. Herodes itaque, Marathone, Atticae pago, natus, Tribu Aeantide, ſub Traiano, Hadriano, Antonino, & Marco Aurelio, Principibus floruit. Avus eius Hipparchus, vel, quomodo Suidas adpellat, Plutarchus, fortunae bonis commodum adfluebat; ſed concuſſionis, & tyrannidis accuſati bona fiſco Imperator adiudicavit; eiuſque filius Atticus, Herodis noſtri pater, privatus, & re domi anguſta, Athenis vixit. Sed quum ingentem theſaurum in aedibus, quas iuxta Theatrum poſſidebat, reperiſſet, ditiſſimus extempore evaſit. Eius prudentia fortuna inferior haud fuit, timenſque ne id reſciretur, & theſaurus fiſco Principis adſereretur, de huius inventione Nervam Auguſtum certiorem fecit, & quid ſibi faciundum eſſet, rogavit; qui clementer reſcripſit, uteretur iis quae inveniſſet. Nihilo tamen minus Atticus adhuc ſibi metuens Imperatori iterum ſcripſit, a cuius munificentia idem reſcriptum accepit. Hac igitur via Atticus potentior effectus eſt, & locupletem feminam ſibi connubio iungens, filium ſuſcepit Herodem, qui eum divitiis & magnificentia longe ſuperavit; multa enim ſacra & profana aedificia in Graecia exſtruxit, & ſingulis Athenienſibus decem ſolidos teſtamento legavit. Eius merita fortuna minora non fuerunt, & adeo litteris & eloquentia polluit, ut lingua Athenarum *adpellatus fuerit, quum celebris Favorini auditor fuiſſet. Ille autem Marco Aurelio, & Lucio Vero Auguſtis auditoribus gloriatus eſt; eiuſque integra nomina fuerunt Tiberius Claudius Atticus Herodes*, ut conſtat ex Inſcriptionibus, quas nos inferius produximus, adeoque heic repetendas non putamus; & hactenus *Welherus* & *Sponius*; quorum verba huius capitis illuſtrationi conducere, nemo aequus rerum aeſtimator inficias ierit. Pluria tamen de Herode Attico nobis producenda ſuperſunt, ubi de eius Inſcriptione Romae reperta, & a *Sponio*, ut vidimus, memorata nobis in ſeptimo Volumine agendum erit.

Cap. VI. Col. 165. C. Theatri, cuius hic mentio eſt, figuram *Tabula V.* ex *Welhero* exhibuimus.

Cap. VII. Col. 167. F. Quae ibi de Venere τῇ πανδήμῳ habentur, illuſtrari poſſunt iis, quae *Meurſius* noſter in *Ceramico* & *Solone* commentatur. *Col.* 168 *Meurſius* de Dea, quae Κουροτρόφος cognomento diceretur, agit, & *Pauſaniae* ac *Suidae* auctoritate prodit, eam eſſe Tellurem; *Heſychii* vero teſtimonio, Cererem fuiſſe indicat; & Auctorum iſtorum diſcordiam conciliat *Procli* verba in medium adferendo, qui Tellurem & Cererem, eamdem eſſe confirmat. Adfert etiam *Herodoti* in *Vita Homeri*, ſi ille huius auctor eſt, locum, in quo τῆς Κουροτρόφου mentio habetur, putatque eo nomine Tellurem vel Cererem ſignificari; ſed eum in hoc non ſequitur Vir Cl. *Alexand. Politus*, Euſtathii, *Homeri* Scholiaſtae, interpres elegantiſſimus, *Tomo II.*, cui Vitam *Homeri* a ſe recenſitam, & Latine verſam, praemittit, haec alicubi ad eam adnotans: *Quaeri poteſt, quiſnam hic deus, aut quaenam dea haec* Κουροτρόφος. *Nam AEmilius Portus, & Ludolphus Kuſterus ad Suidam, Apollinem hic* Κουροτρόφον *intelligunt. Et quidem* Κουροτρόφον *dictum eſſe Apollinem ab alendis nutriendiſque iuvenibus, argumento eſſe poſſunt verſus illi Heſiodi in Theogonia, ubi de Tethyde, eiuſque liberis:*

Digitized by Google

Τίκτε δὲ θυγατέρων ἱερὸν γένος, αἳ κατὰ γαῖαν
Ἄνδρας κυρίζουσιν, Ἀπόλλωνι ξὺν ἄνακτι,
Καὶ ποταμοῖς.

Vbi κυρίζουσιν *eſt* ἀνατρέφουσι. *Qua de cauſſa ut notat Scholiaſta*, Ἀπόλλωνι, καὶ ποταμοῖς οἱ νέοι ἀπέτεμνον τὰς κόμας, διὰ τὸ αὐξήσεως, καὶ ἀνατροφῆς αἰτίους εἶναι. *Vnde Euſtathius ad Iliadem:* κυροτρόφοι ἔν ἐνομίζοντο οἱ ποταμοὶ διὰ τὴν ὑγρότητα· καθὰ καὶ ὁ ἥλιος Ἀπόλλων, διὰ θερμότητα. κυροτρόφους δέ φαμεν τοὺς τὴν νεότητα τρέφοντας. *Sed cui umquam perſuaſerint, Apollinem hunc eſſe* Κυροτρόφον, *cui mulieres illae Samiae ſacra in trivio faciebant? Peregrinus Allius, primus Vitae huius interpres, Lucinam hoc nomine accipiebat; idque omnino melius. Nam Lucina eadem fere, ac Diana.* Itaque, *ut recte Tullius lib.* II. *De Nat. Deorum*, ut apud Graecos Dianam, eamque Luciferam; ſic apud noſtros Iunonem Lucinam in pariendo invocant. *Eadem Graecis* Εἰλήθυια, *de qua ſic Cornutus, lib. De Natura Deorum, ex gentium Theologia:* δοκεῖ ἥ καὶ πλείοσις (Ἄρτεμις) ἡ αὐτὴ εἶναι καὶ Εἰλήθυια, ἀπαύστως ἀλγυμένη, καὶ θέουσα περὶ τὴν γῆν. ἣν εὔχονται ἐλθεῖν αὐταῖς ἠπίαν, καὶ λυσίζωνον αἱ ὠδίνουσαι, λύουσαν τὸ ἐσφιγμένον ἢ κόλπων πρὸς τὸ ῥᾷον, καὶ ἀπονώτερον ποιοῦσαν ποιεῖν τὸ κυϊσκομένον. *Atque hinc Diana, quippe quae parientibus opituletur, ipſa de ſeſe apud Callimachum:*

Οὔρεσιν οἰκήσω, πόλεσιν δ' ἐπιμίξομαι ἀνδρῶν
Μοῦνον, ὅτ' ὀξέαισιν ὑπ' ὠδίνεσσι γυναῖκες
Τερπόμεναι καλέουσι βοηθόον.

Vnde etiam apud Ciceronem lepidum illud, atque urbanum dictum Timaei: qui quum in hiſtoria dixiſſet, qua nocte natus Alexander eſſet, eadem Dianae Epheſiae templum deflagraviſſe, adiunxit, minime id eſſe mirandum, quod Diana, quum in partu Olympiadis adeſſe voluiſſet, abfuiſſet domo. *Diana autem,* Κυροτρόφος. *Diſerte Diodorus Siculus:* Ἄρτεμιν δέ φασιν εὑρεῖν τὴν τῶν νηπίων παιδίων θεραπείαν, καὶ τροφάς τινας ἁρμοζούσας τῇ φύσει τῶν βρεφῶν· ἀφ' ἧς αἰτίας καὶ Κυροτρόφον αὐτὴν ὀνομάζεσθαι. *tametſi idem Diodorus aliam Dianam a Lucina facere videatur: quum* Ἄρτεμιν *vocet* συνεργὸν Εἰλειθυίας. *Et Orpheus ad Dianam:*

Ὀρθία, ὠκυλόχεια, βροτῶν κυροτρόφε δαῖμον.

Rurſus Diana eadem, atque Hecate, ſic, ut videtur Cornuto, adpellata, διὰ τὸ ἑκάθεν δεῦρο ἀφιέναι, καὶ ἀποσέλλειν τὸ φῶς. *Atqui Hecate* Κυροτρόφος, *ut apud Heſiodum in Theogonia:* Θῆκε δέ μιν Κρονίδης κυροτρόφον, *quam Orpheus invocat:*

Ἑκάτην, νύμφιον, κυροτρόφον, ὑρεσιφοῖτιν.

Praeterea Dianae Κυροτρόφῳ *mulieres Samias ſacrificaſſe, illud fortaſſe eſt argumento, quod* Κυροτρόφῳ *ſacrificabant in trivio. Nam triviis praecipue praerat Diana; eaque in triviis colebatur; quod notat Scholiaſta Ariſtophanis ad Plutum:* τὴν ἐν ταῖς τριόδοις ἐτίμων τοπαλαιὸν, διὰ τὸ τὴν αὐτὴν Σελήνην, καὶ Ἄρτεμιδα, καὶ Ἑκάτην καλεῖσθαι. *Vnde Hecate* ἐνοδία, *&* τριοδῖτις *Orpheo, Latinis eadem* Trivia. *Nec me movet, quod & Ceres dicta eſt* Κυροτρόφος. *Heſychius:* Κυροτρόφος, παιδοτρόφος. ὑφ' ἑτέρων ἡ Δημήτηρ. *Vnde ad Cererem, ſive ad Tellurem referebat Ioannes Meurſius id, quod de* Κυροτρόφῳ, *factiſque ei ſacris, narratur in Vita hac Homeri. Nam plures certe* Κυροτρόφοι. *Sic Tellus, ut modo dicebamus,* Κυροτρόφος; *quam quidem videntur vulgo diverſam habuiſſe a Cerere. Praeco Ariſtophanicus in Theſmophoriazuſis:*

Εὔχεσθε ταῖν Θεσμοφόροιν,
Τῇ Δήμητρι, καὶ τῇ Κόρῃ,
Καὶ τῷ Πλούτῳ, καὶ τῇ Καλλιγυνείᾳ,
Καὶ τῇ Κυροτρόφῳ τῇ γῇ.

Pauſanias in Atticis. Ἔστι δὲ καὶ Γῆς κυροτρόφου, καὶ Δήμητρος ἱερὸν Χλόης. τὰ δὲ ἐς τὰς ἑπω-

ἐπωνυμίας ἐστὶν αὐτῶν διδαχθῆναι τοῖς ἱερεῦσιν ἐλθόντα ἐς λόγους. *Iam vero cognominis illius* Κυροτρόφου, *quod attributum eſt Terrae, rationem hanc reddidit ex Photio Auctor Magni Etymologici*: ὅτι Κυροτρόφον τὴν γῆν καλοῦσι, ἐπὶ τὸν ἐκ ταύτης καρπὸν, κόρην· ὅθεν καὶ τὸ πληρωθῆναι τῆς τροφῆς, κορεσθῆναι λέγουσιν· ἀπὸ τῆς Κόρης, ἣν παρὰ Πλούτωνι ἐκ κατὰ γῆν ὖσαν, καὶ κείνην νομιζομένην γυναῖκα, ὅμως κόρην λέγουσι, διὰ τὴν τῶν καρπῶν κατ' ἐνιαυτὸν γινομένην γέννησιν. *Latona quoque* Κυροτρόφος. *Theocritus Idyll.* XVIII.

Λατὼ μὲν δοίη, Λατὼ Κυροτρόφος ὑμμῖν
Εὐτεκνίην.

Sed quamvis plures Κυροτρόφοι, *ſacra tamen illa, quae mulieres Samiae faciebant in trivio, nulli cuiquam alteri videntur aptius quadrare, ac convenire, quam Triviae Dianae. His ego maxime confirmabam id, quod opinatus eſt Allius, mulieres illas Samias Lucinae ſacrificaſſe. Verumtamen non improbandum, ſiquis velit id, quod ego alias cenſebam,* Κυροτρόφον *hic, Venerem eſſe intelligendam. Siquidem his ipſis verſibus, quibus* Κυροτρόφῳ *ſupplicaſſe dicitur Homerus, uſus eſt ad Venerem Sophocles, quum provecta iam ipſe aetate Theoridem meretricem miſere deperiret. Sed de induſtria videtur Sophocles ad Venerem traduxiſſe, atque in rem ſuam vertiſſe ea carmina, quae alia longe mente, atque exſecrationis cauſſa, ad* Κυροτρόφον *Dianam in antiſtitam Samiam protuliſſe Homerus ferebatur.* Nos duas Cereris Κουροτρόφου imagines *Tabula IV.* exhibuimus, quarum unam in Gemma caelatam ex *Iac. Gronovii* Praefatione ad *Tom. IV.* ſui *Graecarum Antiquitatum Theſauri* deſumſimus; alteram ex *Parte I. Inſcriptionum Etruſcar. Vrbium*, quas V. C. *Ant. Franciſcus Gorius* collegit atque illuſtravit. Vtraque autem vel Cererem, vel Tellurem repraeſentari nulli dubium eſſe poteſt.

Cap. XIII. Col. 180. A. Eruditiſſimus *Sponius Libro V.* Itinerarii obſervat *Theodoſium*, ſeu melius *Theodorum*, *Zygomalan* reprehendendum eſſe, quod Parthenonem *Pantheon* eſſe cenſuerit; & equos ſupra portam exſtantes, Praxitelis opus, cum vulgo exiſtimaverit. Nam nec Minervae Templum *Pantheon* eſt: huiuſmodi enim fana rotunda conſtrui conſueverе, ut Deorum ſimulacra vultus in ſe invicem converſos haberent: & non ante Hadriani aetatem, Praxitelis ſcilicet multo poſterius, Parthenon aedificatus fuit. *Col.* 183. C. ubi corrupte *tres ſeſquiſetarii* legitur, *ſeſquiſextarium* reponendum eſt.

Libro III. Cap. IX. Col. 203. D. Turris marmoreae octogonae, quae Athenis adhuc viſitur, imaginem legentibus obtulimus *Tabula IV.* ex eruditis Itinerariorum Scriptoribus repetitam.

Cap. X. Col. 205. B. De *Epicuri* hortis praeter Auctores a *Meurſio* citatos, loquuntur *Petronius*, dum canit:

Ipſe pater veri, doctis Epicurus in hortis
Iuſſit; & hoc vitam dixit habere τέλος.

Statius Silvarum Libro I. *Carm.* III.

—— *luxuque carentes*
Deliciae, quas ipſe ſuis digreſſus Athenis
Mallet deſerto ſenior Gargettius horto.

Ad Epicuri quoque hortos adludere videtur Poeta in *Ceiri*:

Cecropius ſuaves exſpirans hortulus auras
Florentis viridi ſophiae complectitur umbra.

Hinc Epicurei οἱ ἀπὸ τῶν κήπων dicuntur *Sexto Empirico*; & *Themiſtius Oratione IV.* ὅτῳ μέλει ὁ κῆπος pro *Epicureo Philoſopho* uſurpavit. Conſulendus etiam *Plutarchus adverſus Coloten*; & forte Epicuri horti in ea Athenarum regiuncula erant, quam *Pauſanias hortos* adpellatam fuiſſe ait, ut ſubſpicatur *Gaſſendus Libro I. De Vita Epicuri Cap. VI.*

Digitized by Google

§. IV.

Ad Librum *De Populis Atticae* obſervandum in *Monitu ad Lectorem* ex *Strabone* & *Euſtathio* adnotari eos Populos ad ſummum CLXXIV. exſtitiſſe; ſed ſi hiſce omnibus, quos alios recenſet *Sponius*, addantur, numero eos multo plures fuiſſe, ut patet. Atticae regio, in qua Populi, ſeu Pagi, iſti ſparſi, erant *Ager* a *Statio* nuncupatur, *Libro* XII. *Thebaidos*:

Omnis ad arma rudes ager exſtimulavit alumnos.

De his autem Populis, praeter *Diodorum* & *Nicandrum* Thyatirenum, ſcripſiſſe videri poſſunt *Demon*, qui opus de Atthide compoſuit, & *Philochorus*, ut apud *Meurſium* noſtrum *Bibliotheca Attica* in *Philochorus* videre eſt. Hi vero Populi certis Tribubus accenſebantur; quae quidem Atticae Tribus quatuor tantum primitus fuere, ut *Meurſius Libro I. De Regib. Athenienſ. Cap. VII.* docet, hoc eſt *Cecropis*, *Autochthon*, *Actaea*, *Paralia*, ita a Cecrope nuncupatae; ſed nomina iisdem Cranaus, Cecropis ſucceſſor, immutavit, adpellavitque *Cranain*, *Atthin*, *Mediterraneam*, *Montanam*, ut *Meurſius* Libro laudato *Cap. XIII.* memoriae prodidit. Deinde alia urbis diſtributio facta eſt, & decem Tribus conſtitutae, ut idem Auctor noſter tradit citato *Cap. VII.* Tamdem tres aliae additae ſunt, ita ut omnes tredecim fuerint. Vt aliqui autem Populi etiam his Tribubus darentur, opus fuit quosdam ab aliis detrahere; quod in cauſſa fuit cur quidam Populi, modo uni, modo alii, Tribui a Scriptoribus attribuantur, quod recte quidem *Sponius* obſervabat; licet de numero Tribuum an ſatis conſtet non videam ex iis, quae adferentur inferius. Sed quum *Sponius* heic ſolertiſſimus multa in ſuo *Itinerario* commentetur, quae Tribuum Atticarum hiſtoriam illuſtrare & perficere poſſunt, heic ea tempeſtive tranſcribemus non aliter, quam eruditiſſimus *Iac. Gronovius* ea ſingulis Populis ſeu Pagis ſubiunxit, quae de illis idem Auctor elucubraverat; noſque pariter fecimus *Gronovii* veſtigiis inſiſtentes, & conſulentes Lectorum commodo. Scribit igitur ille *Tomo II. Itinerar. pag.* 245. *Atticae populus in decem Tribus antiquitus diſtributus erat, qui a totidem indigenis Heroibus nomen acceperant, & Vrbis partem, vicoſque nonnullos, quaelibet occupabant. Tres deinde additae fuere, ita ut tredecim numero exſtiterint; & aliis partem aliquam detrahere opus fuit, ut novae conſtituerentur; quare uſuvenit, ut quidam pagi modo uni, modo alii, Tribui ab Auctoribus accenſeantur. In gradu marmoreo Domini* Benaldi *pulcerrimam Inſcriptionem invenimus, quam* Velherus *comes meus deinde emtam in Britanniam deferendam curavit. En ordinem, quo Tribus illic recenſentur una cum quorumdam Pagorum ad eas pertinentium nominibus.* Erechtheis, *quae nomen a Rege Erechtheo mutuum acceperat*, Cephiſſiam, Lampran, & Phigunta *continebat*. Aegeis, *ab Aegeo Theſei patre nuncupata, pluribus pagis conſtabat, ſed Inſcriptio* Gargettum *tantum memorat, ubi Euriſthei tumulum fuiſſe* Stephanus *auctor eſt*. Pandionis, *in Pandionis Athenienſium Regis honorem ita dicta, Pagos* Stiram, Angelen, Myrinunta, & Cydathenas *ſubiectos habebat*. Leontis *ab Heroe Leonte, qui filias pro patriae ſalute devovit, dicta*, Oean, Paeonidas, & Eupyridas *habebat*. Ptolemais, *a Ptolemaeo Lagide adpellata*, Phlyan, & Berenicidas. Acamantis, *cui Acamas Theſei filius nomen dederat, & ſi plures Pagos complecteretur, duos tantum noſtrum Marmor memorat*, Cephalen, & Doron. Hadrianidi Briſan, Aphidnan, & Oan, *Vrbis partem, in qua ſervi venibant, tribuerunt*. Oeneis, *ab Oeneo Pandionis notho adpellata, inter alios Pagos* Acharnan, & Philaidas *habebat*; licet

licet Stephanus Philaidas *Tribui* Aegeidi *accenſeat*. Cecropis Meliten, Trinemin, Aexonen, & Epieicidas *poſſidebat*. *Hippothoon*, *Neptuni filius*, *Praeſtes* Hippothoontidis *erat*, *in qua* Piraceus *cenſebatur*. Aeantis, *Aiacis Telamonii nomine inſignis*, Marathonem, Phalerum, & Phaſin, *ab Oropo non procul*, *continebat*. Antiochis, *Antiochi Herculis F. nomine gloriabunda*, Pallenen, & Itean, *quas* Stephanus *Acamantidi tribuit*, *ſibi vindicabat*. Attalis, *quae a Pergameno Rege Attalo nomen ſumſerat*, Sunium, Apolloniam, & Agnunta, *quem aliqui ſecundum* Stephanum *in Acamantide collocabant*, *ſubiectos Pagos habuit*. Hactenus quidem *Sponius*, a quo memoratam Inſcriptionem heic ex eiuſdem Itinerario mutuam acceptam ſubiicimus, ſed a nobis, qua licuit, ſubpletam, iiſque Pagis additis, quos quidem in Inſcriptione memorari non oportuit, quando ea nihil aliud continet, ut videtur, quam nomina eorum, qui ad quoddam publicum munus electi fuerant, quemadmodum Inſcriptiones, quae *Col.* 225. 228. 257. 259. 265. 309. 321. 369. a nobis, vel *Gronovio*, ex *Sponio*, aliiſque, productae fuerunt. Nequis autem dubitato, quin haec Inſcriptio integra ſit, & omnes in ea Tribus recenſeantur; ſi forte alia Tribuum nomina inveniat apud Claſſicos Auctores, ut *Demetriadem*, & *Antigonidem*, quae in hoc marmore omittuntur; nam *Demetriadis* loco *Ptolemais* ſubfecta eſt; & *Attalis Antigonidi* ſucceſſit, ut ſcribit *Pollux Libro VIII Cap. IX. Sect.* 109 quamquam *Hermogenis* Scholiaſtes, *Ptolemaidem Antigonidi*, atque *Attalidem Demetriadi*, ſucceſſiſſe, non magno diſcrimine, exiſtimavit. Sed iam ad Inſcriptionem exhibendam deveniamus.

....ΟΥ ΠΑΛΛΗΝΕΩΣ ΑΝΕΓΡΑ
ΨΕΝ..... Π ΑΥΤΩ ΕΦΗΒΕΥ
ΣΑΝΤΑΣ .....ΣΟΣ ΠΑΛΛΗΝΕΥΣ

Si quid coniectare licet, prius nomen prope deletum, eſt Archontis ſub cuius magiſtratu, quicumque iuvenes ſe exercebant, quibus Coſmetae, ſive *Ephebarchi*, quod vocabulum in MSS. offendi adnotat eruditiſſimus *Ant. Mar. Salvinius*, praeerant, quidam Archontis illius popularis, Pallenenſis videlicet, deſcripſit atque recenſuit. In Inſcriptione, quam *Col.* 371. produximus, ita legitur: ΕΠΙ ΑΡΧΟΝΤΟΣ ΦΙΛΟΤΕΙΜΟΥ ΤΟΥ ΑΡΚΕΣΙΔΗΜΟΥ ΕΛΕΥΣΙΝΙΟΥ ΑΝΕΓΡΑΨΕΝ. Non diſſimiliter in hac Inſcriptione nomen Archontis, patriſque eius, praecedebat; & ubi in illa plures ſunt, qui deſcripſerunt; heic unus tantum eſt. Illud ...ΠΑΥΤΩ, legerem ΥΠ ΑΥΤΩ: illud vero ΕΦΗΒΕΥΣΑΝΤΑΣ obſervat *Salvinius* laudatus, adſcribitque in ora libri, niſi ſe memoria falleret, ΕΦΗΒΕΥΣΑΙ legiſſe: quod quidem corrupte certe haberetur; nam & in ſimili Inſcriptione *Col.* 321. ΤΟΥΣ ΕΦΗΒΕΥΣΑΝΤΑΣ habetur, ſententia quoque id exigente:

ΕΡΕΧΘΕΙΔΟΣ
....ΝΟΣ Ο ΚΑΙ ΕΛΕΥΣΙΝΙΟΣ
ΚΗΦ *ισιευς*
.....ΝΙΟΣ Ο ΚΑΙ ΠΑΙΔΕΣ ΛΟΥΣΙ *ευς*
.....ΟΣ ΚΗΦ *ισιευς*
.....ΡΟΣ ΕΥΠΟΡΟΥ ΚΗΦ *ισιευς*
.....ΤΗΤΟΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΛΑΜ *πρευς*
.....ΑΩΝΙΟΣ ΣΟΦΟΥ ΚΗ *φισιευς*
.....ΙΛΙΟΣ ΕΝΓΟΝΟΥ ΚΗ *φισιευς*.
.....ΙΓΕΝΗΣ ΘΑΛΛΟΥ ΦΗ *γουσιος*
ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ ΟΝΗΣΙΜ *ου* ΚΗ *φισιευς*
.....ΗΣ ΖΩΠΥΡΟΥ ΕΚΚΗ *δων*

Sub

Digitized by Google

Sub *Erechtheide* Tribu tres tantum Populi heic recenſentur, quum tamen, exploratae fidei ſit, alios plures in ea fuiſſe, ſcilicet *Agrylen*, *Anagyrunta*, *Evonymiam*, *Themacos*, *Pambotadas*, *Pergaſen*, & *Lybridas*. Quid ſibi velit illud Ο ΚΑΙ ΕΛΕΤΣΙΝΙΟΣ, ignoro prorſus; niſi ita indicatur non uno populo illum cenſendum fuiſſe, utpote non tam Cephiſienſem, quam Eleuſinium. In ſecundo verſu, ubi legitur Ο ΚΑΙ ΠΑΙΔΕΣ nullo ſenſu, ut videtur, num reſtituendum Ο ΚΑΙ ΠΑΙΩΝΙΔΗΣ, ita ut & Paeonides, & Luſienſis fuiſſe intelligatur? Hic autem *Luſia* Tribui *Erechtheidi* adſcritur, quum alii *Oeneidi* tribuant.

ΑΙΓΕΙΔΟΣ

αγ ΑΘΟΚΛΗΣ ΑΤΤΙΚΟΥ ΓΑΡ γητ̃ιος
. . . . . ΝΕΡΗ ΚΟΥΡΙΑΝΟΣ ΓΑΡ γητ̃ιος

Sed in *Aegeide* Tribu ſunt praeter *Gargettum*, *Alae Araphenides*, *Araphena*, *Bata*, *Diomia*, *Erechthia*, *Ericia*, *Erchia*, *Icaria*, *Ionidae*, *Colyttus*, *Cydathenae*, *Colypes*, *Plotheia*, *Tithras*, *Phegaea*, *Philaedae*, *Chollidae*.

ΠΑΝΔΙΟΝΙΔΟΣ

ΑΦΡΟΔΕΙΤΟΣ ΑΦΡΟΔΕΙ ΣΤΕΙ ριευς
. . . . ΑΛΟΥΚΙΟΣ ΑΓΓΕ λη̃θεν
. . . . ΤΑΒΙΟΣ ΕΛΠΙΝΕΙΚΟΥ ΜΥΡΙ νουσιος
ΕΛΠΙΝΕΙΚΟΣ ΜΥΡΙ νουσιος
ΜΟΥΣΟΝΙΟΣ ΠΡΟΞΕΝ ου ΣΤΕΙ ριευς
. . . . ΓΕΝΗΣ ΣΠΟΡΟΥ ΚΥΔΑ θηναιευς
. . . . ΕΣΟΣ ΚΥΘ ηριος.

Pandionidis tamen ſunt & alii Populi, *Conthyle*, *Cytheron*, *Oa*, *Praſiae*, *Probalinthus*, *Phegaea*. *Myrrhinus* vero huic Tribui donanda deprehenditur, quum ignotae Tribus *Meurſio* noſtro fuiſſet.

ΛΕΟΝΤΙΔΟΣ

. . . . . ΕΞ ΟΙ ου
. . . . . ΕΞ ΟΙ ου
. . . . . ΕΞ ΟΙ ου
. . . . . ΠΑΙΟ νιδης
. . . . . ΤΙΜΟΙΡΚΑ ΛΕΥΚ ονιευς
. . . . . ΙΛΗΤΟΥ ΕΥΠ υριδης
. . . . . ΕΞ ΟΙ ου

Tribus *Leontis* continet alios Atticos Populos, *Aethalidas*, *Alimunta*, *Aphidnam*, *Deiradas*, *Hecalen*, *Cettos*, *Cropian*, *Leupoſcuran*, *Marathona*, *Oeum*, *Pelecas*, *Potamon*, *Scambonidas*, *Hybam*, *Phrearos*. Diligentiſſimus *Sponius* exponit ΛΕΥΚΟΝΙΕΥΣ magis, quam ΛΕΥΚΟΠΥΡΑΙΟΣ, quod cenſeat *Leucopyran*, ad Tribum *Antiochida* pertinere. Sed nos iam, & ille quoque, ſuperius animadvertebamus, eumdem Populum interdum diverſis Tribubus accenſeri: & vere Auctores exſtant, qui *Leucopyran Leontidis* Tribus eſſe confirment.

ΠΤΟΛΕΜΑΙΔΟΣ

. . . . Ω Ν . . . . . ΦΑΥ ευς
. . . . Ο Σ ΗΡΑΚΛΕΩ ς ΦΑΥ ευς
. . . . ΔΩΡΟΣ ΑΡΤΕΜΩ ΦΑΥ ευς
. . . . Ν Δ Ο Σ ΡΗΤΟΡΙΚΟΥ ΒΕΡ ενικιδης

Pto-

Ptolemais autem Tribus etiam *Thyrgonidas*, *Conthylen*, *Oenaſque* complectitur.

ΑΚΑΜΑΝΤΙΔΟΣ
.....ΜΑΣ ΠΡΟΣΔΕΚΤΟΝ ΚΕΦΑλησθεν
.....ΑΤΤΙΚΟΣ ΠΟΡτος
.....ΑΜΟΝΟΣ ΜΟΣΧΟΥ
.....ΤΣΟΔΩΡΟΣ ΜΟΣΧ

Praeter hos Populos *Acamantis* habebat *Agnunta*, *Ireſidas*, *Hermon*, *Hephestiadas*, *Itean*, *Cicynnan*, *Cyrtiadas*, *Sphetton*, *Cholargon*.

ΑΔΡΙΑΝΙΔΟΣ
ΕΥΠΟΡΟΣ ΑΠΟΛΛΟΝΙΟΥ ΒΗΣ αιευς
ΖΟΥΣΙΜΟΣ ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ ΒΗΣ αιευς
ΗΔΙΑΝΟΣ ΦΗΓ αιευς
ΜΗΝΑΝΔΡΟΣ ΗΔΙΑΝΟΥ ΦΗΓ αιευς
ΡΑΔΙΝΟΣ ΩΑΘων
ΑΓΑΘΟΠΟΥΣ ΕΙΣΙΔΩΡ. ΑΦΙδναιος
ΝΕΙΚΕΦΟΡΟΣ ΓΛΥΚΩΝΟΣ ΒΗΣ αιευς.

In hac Inſcriptione *Beſa* Tribui *Hadrianidi* datur, quum alii eam *Antiochidis* faciant. Sic *Oan* tribuunt alii *Oeneidi*, quum hic eidem *Hadrianidi* adſignetur.

ΟΙΝΕΙΔΟΣ
ΧΑΡΙΤΩΝ ΦΙΛΗΤΟΥ ΑΧΑΡ νευς
ΓΑΡΓΗΤΤΙΟΣ ΦΙΛΗΤΟΥ ΑΧΑΡ νευς
ΑΙΛ. ΦΙΛΩΝΙΔΗΣ ΑΧΑΡ νευς
ΣΤΡΑΤΩΝ ΟΡΘΑΓΟΡΟΥ ΦΙΛΑ ιδης
ΑΘΗΝΑΙΟΣ ΦΙΛΟΣΤΡΑΤου ΑΧΑΡ νευς

Praeter duos Populos illos *Oeneis* continebat *Beteian*, *Epicepheſian*, *Thrian*, *Hippotadamas*, *Lacian*, *Luſian*, *Meliten*, *Oam*, *Peritoedas*, *Ptelean*, *Tyrmidas*, *Phylen*.

ΚΕΚΡΟΠΙΔΟΣ
ΦΙΛΕΜΟΝ ΤΡΙΝΕμευς
ΙΣΙΔΟΤΟΣ ΦΙΛΗΜΟΝΟΣ ΤΡΙΝΕμευς
ΕΥΟΔΙΑΝΟΣ ΑΙΞΟΝευς
ΑΘΗΝΑΙΟΣ ΣΤΕΦΑΝΟΥ ΕΠΙΕΙΚιδες
ΖΩΣΙΜΟΣ ΠΟΛΥΚΤΗΤΟΥ ΜΕΛΙτευς.

Praeterea *Cecropis* habebat *Athmoniam*, *Aexonem*, *Alas*, *Aexonides*, *Daedalidas*, *Epycidas*, *Xipetas*, *Python*, *Sypalettum*, *Trinemenſes*, *Phylan*.

ΙΠΠΟΘΟΩΝΤΙΔΟΣ
ΠΙΣΤΟΚΡΑΤΗΣ ΠΙΣΤΙΚΟΥ ΠΕΙΡ αιευς
ΔΙΟΝΤΣΙΟΣ ΓΕΝΕΘΛΙΟΥ ΠΕΙΡ αιευς
ΔΙΟΝΤΣΙΟΣ ΙΣΙΔΟΤΟΥ ΕΚΚΟΙ λης
ΕΡΜΕΙΑΣ ΖΩΣΙΜΟΥ ΠΕΙΡ αιευς
ΦΙΛΟΚΡΑΤΗΣ ΓΕΝΕΘΛΙΟΥ ΠΕΙΡ αιευς.

Alii Populi, qui ad Tribum *Hippothoontidem* pertinebant, ſunt *Azenia*, *Amaxanthea*, *Anacaea*, *Acherdus*, *Decelia*, *Elaeeus*, *Eleuſis*, *Eroeadae*, *Thyrmentadae*, *Ciriadae*, *Corydallus*, *Oeum*, *Sphendale*. Ex hac Inſcriptione cognoſcimus *Coelen* fuiſſe Tribus huiuſce, quum id *Meurſius* noſter, aliique ignoraverint.

Digitized by Google

ΑΙΑΝΤΙΔΟΣ

ΚΛ. ΕΛΕΝΟΣ ΜΑΡΑθωνιος
ΑΤΡ. ΛΥΚΟΥΡΓΟΣ ΜΑΡΑθωνιος
ΚΡΑΤΩΝ ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΦΑΛΗρευς
ΑΡΙΣΤΩΝ ΨΑΦΙδευς

Acantis Cycalan etiam, *Rhamnunta*, *Titacidas*, *Tricorythum*, *Phegaeam*, complectebatur.

ΑΝΤΙΟΧΙΔΟΣ

ΚΛ....ΡΟΥΦΕΙΝΟΣ ΠΑΛληνευς
ΠΟΜΠΙΛΙΑΝΟΣ ΕΥΝΟΜΟΥ ΠΑΛληνευς
ΕΡΜΕΙΑΣ ΚΛΕΟΝΥΜΟΥ ΦΥΡΝ
ΦΙΑΩΝ ΙΤΙΑios

Antiochidis erant pariter *Aegilia*, *Alopece*, *Amphitrope*, *Anaphlystus*, *Besa*, *Athena*, *Thorae*, *Thoricos*, *Crioa*, *Lecion*, *Melaenae*, *Pallenae*, *Pentele*, *Perrhidae*, *Semachidae*, *Phalerum*.

ΑΥΤΑΛΙΔΟΣ

ΓΟΡΓΙΑΣ ΗΡΑΚΛΕΙΔΟΥ ΣΟΥνιεις
ΜΟΣΚΟΣ ΚΟΡΝΗΛΙΑ νου ΑΓΝουσιος
ΒΑΚΧΥΛΟΣ ΕΥΚΑΡΠΟΥ ΑΠΟΛλονιευς

Et hinc discimus cuius Tribus *Sunion* esset, quod *Meursium* latuerat.

ΕΠΕΝΓΡΑΦΟΙ

ΑΙΛΙΩΝ ΑΦΡΟΔΕΙΣΙΟΥ
ΣΥΜΦΟΡΟΣ
ΣΧΟΛΟΣ ΣΩΣΙΠΑΤΡΟΥ
ΜΑΝΙΟΣ ΠΕΙΕΡΙΩΝ
ΕΡΜΕΙΑΣ
ΝΕΙΚΗΤΗΣ
..ΤΙΚΟΣ ΜΗΤΡΟΔΩΡΟΥ
ΕΠΙΚΤΗΤΟΣ
ΤΥΧΙΑΝΟΣ ΠΕΡΣΕΥΣ
ΛΟΞΕΡΑΠΙΣ ΖΩΣΙΜΟΥ
ΑΡΙΣΤΟΚΛΕΙΔΗΣ
ΛΑΙΟΣ ΝΕΡΕΩΣ
ΕΠΙΧΑΡΗΣ ΙΣΙΔΩΡΟΥ
ΖΩΣΙΜΟΣ ΧΡΥΣΙΩΝΟΣ
ΝΕΙΚΗΦΟΡΟΣ ΖΩΣΙΜΟΥ
...ΕΛΩΣ
ΟΛΥΜΠΟΣ ΑΓΑΘΗΜΕΡΟΥ
ΕΥΤΥΧΟΣ ΟΝΗΣΙΜΟΥ
ΠΑΜΦΙΛΟΣ
ΑΤΡ. ΣΩΤΗΡΙΧΟΣ
ΠΡΑΞΙΤΕΛΗΣ
ΔΟΜΕΤΙΑΝΟΣ ΜΑΡΚΕΛΛΟΥ
ΑΡΕΣΚΩΝ
ΜΗΝΟΦΙΛΟΣ ΣΩΤΟΥ
ΖΩΣΙΜΟΣ ΑΥΓΑΙΟΥ
ΙΠΠΕΥΣ ΕΙΣΑ
ΠΑΡΑΜΟΝΟΣ
ΕΥΤΥΧΟΣ ΑΣΚΛΗΠΙΑΔΟΣ
ΖΩΣΙΜΟΣ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΥ
ΑΤΤΙΚΟΣ ΙΚΕΛΟΥ

ANTI-

Digitized by Google

ΑΝΤΙΠΑΣ ΝΕΙΚΩΝΟΣ
ΣΤΡΑΤΟΚΛΗΣ ΠΡΕΙΜΟΥ
ΔΑΦΝΟΣ
ΑΓΑΘΟΠΟΥΣ ΕΥΦΗΜΟΥ
ΕΠΑΦΡΟΔΕΙΤΟΣ ΕΥΦΗΜΟΥ
ΑΥΡ. ΗΡΑΣ
ΕΥΗΜΕΡΟΣ ΑΠΟΛΕΙΝΑΡΙΟΥ
ΝΕΙΚΗΦΟΡΟΣ ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ
ΘΥΡΩΡΟΣ ΚΟΡΝΗΛΙΟΣ ΔΗ
ΜΗΤΡΙΟΥ
ΑΕΝΤΙΑΡΙΟΣ ΜΕΛΙΣΣΟΣ ΔΙΟ
ΦΑΝΤΟΥ

Poſtquam ita Inſcriptionem produximus, & illuſtravimus, animadvertendum eſt, tres alias Tribus *Demetriadem*, *Aeolidem*, & *Aegicoridem*, ut diximus, memoratas inveniri, & primae quidem *Agnunta* tribui; *Agnunta*, *Athenamque* ſecundae; de quibus vide ſis *Col.* 226. 231. 328. quamquam id omne temperandum eruditiſſimis Obſervationibus *Iac. Palmerii* quas mox in medium proferemus; quemadmodum recenſionem Populorum incertae Tribus: nam nos *Meurſium* ut plurimum ſequuti ſumus. Nos inſuper eumdem Populum non uni Tribui aliquando accenſuimus, quod, ut iam monuimus, pluribus Tribubus unus idemque Populus interdum ſecundum tempora diverſa convenerit. Sed etſi multa diligentia in cuiuſvis populi Tribu reperienda viri docti uſi fuerint, tamen fatendum eſt multorum adhuc Tribus ignorari, ut ſunt *Chelidae*, *Atalanta*, *Agra*, *Argilia*, *Aſtypalaea*, *Achradus*, *Belbina*, *Brauron*, *Enna*, *Thebe*, *Hiſtiaea*, *Cale*, *Ceramicus*, *Cedae*, *Cathocidae*, *Coelae*, *Zoſter*, *Thrion*, *Cynoſarges*, *Laurion*, *Lenaeum*, *Limnae*, *Lycabettos*, *Miletum*, *Munichia*, *Othrynenſes*, *Paeania*, *Parnes*, *Placiadae*, *Pnyx*, *Patrocli vallum*, *Salamis*, *Sciron*, *Sporgilius*, *Hydruſa*, *Hymettus*, *Hyſiae*, *Pharmacitae*, *Phaura*, *Phormiſus*, *Phrittii*, *Phoron*, *Chantienſes*, *Chitone*, *Pſyttalia*, *Oropus*, ſi tamen omnes demi ſunt.

Iam quid nos in libro Meurſiano *De Populis Atticis* edendo praeſtiterimus paucis Lector admonendus eſt. In huius editione igitur Viri Celeberrimi *Iac. Gronovii* veſtigiis inſtitimus, & ſuis opportune locis ſupplementa, quae *Meurſius* ipſe compoſuit, & *Reliqua Attica* inſcripſit, & *Iac. Sponii* obſervationes, in calce paginae adiunximus. Id tamen nobis ſatis non fuit; praeter ea, quae ex memoratis Auctoribus *Gronovius* adiecerat, Epigrammata alia, & animadverſiones adtexuimus; licet multa nos fugerint, quae paullo poſt heic producere animum induximus. Vnum tamen heic advertendum eſt, eſſe aliquem, puta *Alex. Politum*, Virum eruditiſſimum, cuius ſtatim mentionem fecimus, qui a nobis *Reliqua Attica* ſuis locis *Gronovio* praeeunte inſerta fuiſſe, minime probat; quod *Reliquorum Atticorum* libellus Meurſianarum Commentationum numerum augere, ut ipſe cenſet, debuiſſet; non ita lacerum & diſcerptum per alterius primariique libri diſiuncta membra diſpergi. Nos tamen, pace tanti Viri, non poenitet, *Gronovium* doctiſſimum etiam in hoc imitatos fuiſſe, quum parum legentium interſit, integram compactamque *Meurſii* lucubrationem in toto eius Operum corpore reperiri; modo commodius eam & opportunius in eo libro ſuis locis offendat, pro quibus ſupplendis *Meurſius* illam elaboraverat, interſertam proculdubio & ipſe daturus, ſi aliquando novam huius libri editionem faciendam, dum viveret, curaviſſet. Nil ſatius fieri poteſt, quam Lectorum commoditati conſulere, & animum ſententiamque Auctoris ſcrutari, deprehendere, exſequi. Quum

Digitized by Google

itaque Viri doctiſſimi difficultati ſatisfactum fuerit, antequam obſervationes noſtras adferamus, lubet in medium proferre, quae Vir eruditiſſimus *Iac. Palmerius* in hunc ipſum *Meurſii* libellum obſervaverat; & quae mecum V. C. *Io. Chriſtophorus Wolfius* Hamburgenſis, duplici via perhumaniter a ſe deſcripta communicavit; per virum ſcilicet celeberrimum *Ioan. Grammium*, Sereniſſimi Danorum Regis a Bibliotheca & Tabulis publicis, cuius ſuperius tempeſtive mentionem fecimus; & per humaniſſimum & mihi amiciſſimum *Balthaſ. Starchium*, de quo etiam ſuperius prolixe egimus.

Iac. Palmerii in Ioan. Meurſii De Populis Atticae libellum animadverſiones.

Ad Col. 225. *Primo* IV. *tribus, poſtea* X. *& tamdem* XIII. *vid. Vbb. Emmium Tom. III. pag.* 25. *ex his mutationibus fit, ut quaedam gentes & pagi ſub hac aliquando, & alias ſub alia recenſeantur, quia aucto tribuum numero, primum coloni diminui, & pars eorum ad novas debuit tranſire.*

Ibid. Ἀγρέλη *hod.* Ἀγρελοκίπους, *& per corruptionem* ἀμβελοκίπους horti vinearum. *Vid. Sponium in fin. Itinerarii.*

Ad Col. 226. *Ab arbore agno caſto;* Ἀγνόσιος *dicebatur, qui ex illa tribu erat.*

Ad Col. 227. Ἄγρα *Sponius l. c. dicit, male collocari inter populos Atticae, cum eſſet territorium portis Athenarum adiacens & venationi commodum; unde Dianae templum. Male in Dictionario Ferrarii, Agra dicitur locus Boeotiae; & Atticae dicendum.*

Ad Col. 228. ἡ τῆς Ἀτταλίδος) *Non eſt opus ea emendatione. Nam cum Attalis tribus addita fuerit, antiqui illi attributi ſunt populi, qui antea ad alias tribus pertinebant. Agraule igitur amborum fuit; olim Erechtheidis, poſtea Attalidis.*

Ibid. Ἄγχεσμος) *Iac. Spon. loc. cit. dicit male collocari inter populos, cum eſſet mons vel ſaxum incultum, cui tantum ſtatua Iovis, & nulli coloni; nunc* ἄγιος γεώργιος.

Ad Col. 235. Ἀλαὶ Αἰξωνίδες.

Ibid. Ἀλαὶ Ἀραφηνίδες.

Ibid. *At Sponius loc. cit. habet inſcriptionem, ubi* Ἀχαιεύς.

Ad Col 239. Ἀμφιαλὴ *dicit tantum Strabo: eſt promontorium, & nulla ibi urbis aut pagi veſtigia.*

Ad Col. 243. Ἀργιλία) *forſan* Ἀργυλέων δῆμος *non longe a ſtadio, de quo Harpocration in* Ἄρδηττος.

Ibid. Ἄρμα *Vrbs & populus Atticae, teſte Stephano in hac voce; & illa cum urbe Boeotiae cognomine memoratur a Strabone.*

Ad Col. 244. *AEolidis*) *at nulla tribus huius nominis.*

Ibid. *Attali regis de nomine dicta eſt una tribus, eumque inter generis ſui auctores nominari voluerunt Athenienſes in amicitiae ſignum. Polyb. Excerpt. Legat. pag.* 786.

Ad Col. 246. *Tamdem tribui Hadrianidi attributa eſt, cum in gratiam Hadriani adiecta eſt.*

Ad Col. 249. Βελβίνα) *Inter populos non nominanda, eſt ſcopulus dumtaxat vel inſula adeo parva, ut incolis non ſufficeret collocandis.*

Ad Col. 250. Βερονικίδαι) *non ita male; nam ſcribitur* Βερενίκη; *ſcribitur etiam* Βερονίκη.

Ad Col. 252. prope Marathonem) *& nunc Vrana dicitur.*

Ad

Digitized by Google

Ad Col. 255. Βρίλησσ@) *Mons quidem erat, ſed non populus.*

Ad Col. 263. Διομεῖς) *Forte non male. Nam eſt plurale* τῦ Διομεὺς, *quod habet Euſtathius, ut citat & mutat in fine capituli* Meurſius.

Ad Col 265. Δρυμός. *Vrbs iuxta Boeotiam, de qua Harpocration, & Heſychius.*

Ibid. Ἐδαιτέων. *Eius mentio in inſcriptione apud Spon. Tom. III. pag.* 114.

Ad Col. 267. Ἑλεῦσα. *Inſula ſcopuloſa ad ſinum Saronicum, gentem habens inter populos Atticos nominatam, & ad tribum Hadrianitidem pertinentem, ut ex Inſcript. apud Spon. Part. III. pag.* 115. *patet.*

Ad Col. 273. Εὐκονθεύς. *Nullibi reperitur niſi Salamine in Inſcriptione mentionem faciente Theophraſti Dionyſii* Εὐκονθέως *apud Spon. Part. III. pag.* 131.

Ad Col. 275 Ἐχελίδαι. *Non longe a Piraceo.*

Ibid. Ζωστήρ. *Promontorium non longe a Sunio.*

Ad Col. 277. Θήσῃ. *Ignotae tribus. Stephanus ſextam huius nominis urbem facit.*

Ad Col. 280. Θυμοιτάδης) *Imo leg.* Θυμοιτάδαι.

Ad Col. 283. Ἰτέα. *Tamdem Antiochidi tribui accenſus populus ſecundum Inſcriptiones.*

Ad Col. 295. Κολλυτεὺς) *At Spon. teſtatur in marmoribus ſcribi cum duplici* λ.

Ad Col. 302 Κρωπία) *Inde uti patr. quidam Neſtor &* Κρώπι@ *dicitur apud Polyb. in fragmentis a Valeſio publicatis pag.* 130. *Nam* ἀναλόγως *dici poteſt* κρώπι@ *a* κρωπία *licet, non tam Attice.*

Ad Col. 303. Minus recte editur) *Quare? cum expreſſe dent Suidas, & Harpocration.*

Ad Col. 306. Κυρτιάδαι. *Populus Acamantidis tribus Heſych.*

Ad Col. 308. Λαρίσα. *Stephanus.*

Ad Col. 309. Λέκκον. *Antiochidis tribus. Heſychius.*

Ad Col. 312. Λυκαβηττός. *Mons Atticus, ſed nullis populis inſignis, niſi lupi fuerint, a quibus denominatus.*

Ad Col. 319. Μαραθὼν Tribus Leontidis) *At marmora, & Inſcript. Aiantidi tribuunt.*

Ad Col. 321. Μέλητον. *Miletum, popularis Mileſius ad Atticam ſpectans verſus Boeotiam, de quo Plinius de Attica, & plures Inſcriptiones.*

Ad Col. 327. *Heſychius:* Μόλσ@, ὁ δῆμ@ Αἰολεῖς. *Soping putat legendum* Αἰολιδῶς, *& populum eſſe Atticum, at nulla tribus* Αἰολεῖς, *& probabilius eſt Heſychium velle docere hunc populum AEolicum eſſe,*

Ad Col. 333. Οἰνόη. *Bini populi.*

Ad Col. 336. Παιανία. *Bina.*

Ad Col. 352. Apud Ariſtophanem in Equitibus) *Ridiculum. Nam Ariſtophanes ludit in eo loco, &* Δῆμ@ *facit nomen proprium, ſic* Πυκνίτης *ridiculi cauſa detorquet, tamquam* πυκνίτης *foret adiectivum, & gentile nomen a* πυκνὸξ *deductum. Sed platea non erat* δῆμ@.

Ad Col. 377. Ἐδρῦσα. *Scopulus tantum iuxta Athenas populis carens, & inter populos nullibi memoratur.*

Ibid. Pauſanias in Atticis) *Ex hoc loco videtur, non fuiſſe populum vel demum, ſed montem ſine apibus aut favo.*

Ad Col. 385. Φαρμακῦσαι. *Inſulae aut ſcopuli, quibus populi non adſignantur.*

Ibid. Φαῦρα. *Parva inſula habitatoribus carens.*

Digitized by Google

Ad Col. 391. Φυρν. . . . *inter populos ſub Antiochide tribu conſtitutos*
Ad Col. 392. Ψαφίδαι. *Ex Inſcript. & ex Strabone memorat Sponius.*
Ibid. Ψυτταλία. *Inſula deſerta ſecundum Strabonem.*
Ad Col. 394. Ω'ρωπός. *Nunc Ropo.*

Hiſce Viri Clariſſimi Obſervationibus adſcriptis, monere iuvat ea nos ſcholia plerumque huic de Populis Atticae commentationi adpoſuiſſe, quae caſtigationes & animadverſiones Viri eruditiſſimi *Ant. Mar. Salvinii* perſaepe continerent; nam in ora librorum Itineris *Iac. Sponii* multa vir ille ſummus inter legendum de more adnotaverat, quae & res mirifice illuſtrarent, atque perficerent; & quanto iudicio & eruditione ipſe praeſtaret, luculenter oſtenderent. Inſuper in ſcholiis noſtris multas alias Atticas Inſcriptiones protulimus, quam *Iac. Gronovius* fecerit; & utinam ad nos perveniſſent Attica *Philochori* Epigrammata, quibus hanc Meurſianam Commentationem exornare potuiſſemus; ſi ea Epigrammata erant, quae huic inſtituto noſtro conducerent. Et quidem *Suidas* eiuſdem *Philochori* Athenienſis meminit, aitque eum pluria de Athenienſibus ſcripſiſſe, & Inſcriptiones, quae ſuo aevo in Attica erant, collegiſſe. Nam & veteres huiuſmodi ſtudiis incubuere, *Athenaeuſque Polemonem* commemorat, qui ſub *Ptolemaeo Epiphane* vivebat, cognomento στηλοκόπαν, quod columnarum, cipporum, ſtatuarumque inſcriptiones exſcribendo, multum laboris impenderet; cuius quidem *Polemonis* mentio habetur quoque in *Cecropia Cap. II.* Scholiaſtes *Apollonii*, *Ariſtodemum* quemdam laudat, qui Thebarum Epitaphia & Inſcriptiones exſcripſerat, in cuiuſmodi ſtudio etiam *Neoptolemus* Parianus eminuit. Sed quoniam de Atticae Populis, ſeu Pagis ſermo iam nobis futurus eſt, non inutile & iniucundum fore confido, ſi Pagorum Atticae hodiernae quorumdam Catalogus, quem *Sponius* laudatus *Tom. II.* ſui *Itinerarii* exhibet, heic adponatur, cum nominibus recentioribus ac barbaris. En *Sponii* verba: *Quod agrum attinet, multum illi deeſt ex ea populorum frequentia, qua antiquitus colebatur; nam Pagi in eo*
CLXXIV. *numerabantur, quorum aliqui urbibus aequivalebant. In praeſens, licet bella, & Piratarum inſultus multum obfuerint, nihilominus pagorum ingens numerus exſtat, & in Meſogea praecipue, quae fertilis planities eſt ad montis Hymetti Orientem, & Auſtrum; in qua pagi ſunt qui ſequuntur, ut mihi Dominus Giraudus patefecit.*

Mitropis.
Keratia.
Chovarades) *iuxta Raſti.*
Miſochori)
Elada.
Marcopulo, cui & alius cognominis exſtat.
Curſala.
Phyglià, alias Phyea.
Carelà.
Alopeki.
Cocla.
Balambaſi.
Boura.
Arvato.
Agioupi.

Et hi fere diruti ſunt, quare tantum zeugalatia ſeu praedia adpellantur. Item in Meſogia:

Pikerni.
Baſì.
Lecambaſi.
Lambrianò.
Lambricà, in via, quae Athenis ad Caput Columnae ducit.
Palaeo-Lambrica, quae ſunt veteris Lamprae ruinae.

Elim-

Digitized by Google

Elimbò.
Egnapyrgi.
Spitià.
Vraona.

In reliquo Athenarum territorio.

Caramamet, ad radices montis Hymetti.
Marouſi, iuxta Pentelicum, deſertus.
Calandi, in via quae ad Pentelicum ducit.
Giphiſſia, in via quae ducit Marathonem.
Baphicoumaria, poſt Pentelicum.
Stamati, deſertus in Via Marathonia.
Belouſa, deſertus.
Chiourka.
Grammaticò.
Calingi, iuxta viam Marathoniam verſus Euboeam.
Varnada.
Limicò)
Calamò) *iuxta Euripum.*
Marcopulo)

Ad Athenas inter oliveta ſunt.

Sepollia, vel Sopollia.
Mainidi.
Cacovaones.
Patiſcha.
Ancbelokipous in via Pentelicia.
Callirhoe, quae ſunt aedificia iuxta fontem.

Col. 225. A. Inventa eſt in Chio Inſula Inſcriptio, quae adfertur ab *Heſſelio* in Appendice Praefationis *Inſcriptionum Gudianarum*, in qua eſt φαινόμενος ἀγγελεύς; ſed quum ex *Stephano* intelligamus Angeles Atticae incolam ἐπιῤῥηματικῶς ἀγγέλῃθεν denotari, ἀγγελεὺς in illa Inſcriptione aliam *Angelam*, ut videtur, ſignificat, quae forte in Chio fuerit. Inſcriptio eſt quae ſequitur:

ΦΑΙΝΟΜΕΝΟΣ ΑΓΓΕΛΕΥΣ
ΥΠΕΡ ΤΗΣ ΓΥΝΑΙΚΟΣ ΒΙΣΤΑΣ
ΤΗΣ ΦΕΙΔΟΛΕΩ ΘΥΓΑΤΡΟΣ
ΑΡΤΕΜΙΔΙ

Col. 227. A. Ad Agram pertinere prope non dubitarem numum Tabulae noſtrae LIV. in quo ΝΕΣΤΩΡ ΜΝΑΣΕΑΣ, forte legendum ΜΝΑΣΕΑ, ΑΓ. hoc eſt ΑΓΡΙΕΥΣ; & indicio etiam eſſe poteſt cervus, qui in Numo exſtat, animal Dianae, quae Agrae colebatur, ſacrum. Si quis tamen ad Agraulen retulerit, aut duos pagos praecedentes, non omnino repugnaverim, quum praeſertim viderimus exploratae fidei non eſſe, utrum Agra inter Pagos numeranda ſit.

Col. 229. A. Exſtat Inſcriptio apud *Gruterum*, cuius pars exhibetur inferius in ταινία.

ΠΑΝΤΟΧΙΔΗΣ
ΠΑΝΤΟΧΙΔΟΥ
ΑΘΜΟΝΕΥΣ

Quae quidem Inſcriptio apud *Babinum* corrupta eſſe videtur.

Col. 233. C. Inſcriptio vetus apud Clariſſimum *Gorium* Inſcriptionibus Florentinis Mediceis.

ΑΡΙΣΤΟΚΛΗΑ
ΥΛΛΟΥ ΑΙΞΩΝΕΟΣ ΘΥΓΑ
ΤΗΡ

Apud

Digitized by Google

Apud *Reineſium Claſs.* XIV. *n.* XV.

ΧΧ
ΕΤΤΤΧΟΣ
ΑΣΚΛΑΠΩΝΟΣ ΑΙΞΩΝΕΤΣ
ΜΙΟΤ. ΑΜΙΛΛΑ ΛΕΤΚΙΟΤ ΕΞ ΑΖΗΝΙ

Et *Claſ.* XVII. *n.* CII.

ΡΟΔΩΝ
ΑΡΙΣΤΟΣ
ΑΙΞΟΝΕΤΣ

Col. 236. F. Male legit *Sponius* in Inſcriptione Auguſti apud *Gruterum* Α'λαιεῖς, quum Α'λαιέως legendum fuiſſet, ut eſt apud *Gruterum*; & haec eadem Inſcriptio producta eſt ſuperius ad *Cap. X. De Fortuna Athenarum.*

Col. 243. E. Obſervandum eſt *Harman* Atticae vicum prope *Phylen* memorari a *Strabone* in Deſcriptione *Boeotiae*. & *litt.* F. mancam eſſe Inſcriptionem, quae ex *Grutero* refertur ΕΠΙ ΘΕΩΝΟΣ ΑΡΧΟΝΤΟΣ ΜΑΡΚΟΣ, &c. quum integra ſit Ε. Θ. Α. ΚΟΣΜΗΤΟΤ ΔΙΟΝΤΣΙΟΤ Μ. &c. ut eſt apud *Iac. Paullum Babinum* in *Athenarum Deſcriptione*.

Col. 246 A. Apud laudatum *Babinum* habetur Inſcriptio, quae Eleuſinae exſtat, atque ita habet:

ΘΕΣΙΚΛΕΙΑ ΑΠΟΛ
ΛΩΝΙΟΤ ΑΧΑΡΝΕΩΣ
ΟΡΓΙΑΣΤΗΝ ΤΟΝ ΕΑΤ
ΤΗΣ ΑΝΔΡΑ ΣΩΦΟΚΛΗΝ
ΞΕΝΟΚΛΕΤΣ ΑΧΑΡ
ΝΕΑ ΔΑΔΟΤΧΗΣΑΝΤΑ
ΔΗΜΗΤΡΙ ΚΑΙ ΚΟΡΗΙ
ΔΙΣ ΑΝΕΘΗΚΕΝ

Col. 250. A. Vetus Inſcriptio apud *Sponium Itinerario.*

. . . . . ΝΔΟΣ ΡΗΤΟΡΙΧΟΤ ΒΕΡ.

Hoc eſt *Berenicides*.

Col. 250. B. Apud *Sponium Libro V. Itinerarii.*

ΦΙΛΟΠΑΠΠΟΣ
ΕΠΙΦΑΝΟΤΣ
ΒΗΣΑΙΕΤΣ

Col. 251. E. Animadvertendum in ſecundo ſcholio nos ex *Tab. LXXVII. Tomi II. Muſei Florentini* effigiem *Minervae Poliadis*, Clariſſimi *Gorii* fidem ſequutos, producere credidiſſe; ſed falſi fuimus, quum in illa *Gemma* omne aliud quam *Polias Minerva* exhiberi videatur. *Polias* enim ſeu *Poliarchos Minerva* cum ſerpente ad eius pedes repraeſentari conſuevit, ut Eruditis patet, & inferius ex Cecropia conſtabit; & conſtat etiam ex Numis Athe-

Digitized by Google

thenienſibus, quos in Tabula noſtra exhibuimus; unum nunc primum ex Muſeo Mediceo a nobis editum *n. IX.* alios *n. XXXIV.* & *XXXVII.* ex *Fr. Haimi Theſauro Britannico*, *Minervae Poliados* mentio occurrit in Inſcriptione apud *Gruterum*.

ΑΘΕΝΑΙΑΙ ΠΟΛΙΑΔΙ
ΧΑΡΙΣΤΗΡΙΟΝ
ΥΠΕΡ ΤΗΣ ΤΟΥ ΠΑΤΡΩΝΟΣ
ΣΩΤΗΡΙΑΣ

Et in alia Inſcriptione apud eumdem, quam integram ad *Cap. X. Fortunae Athenar.* produximus:

. . . . . .
ΕΠΙ ΙΕΡΕΙΑΣ ΑΘΗΝΑΣ
ΠΟΛΙΑΔΟΣ ΜΕΓΙΣΤΗΣ

Ad *Col.* 255. A. In Inſcriptione veteri apud *Sponium Itinerario*.

. . . . . ΘΟΚΛΗΣ ΑΤΤΙΚΟΥ ΓΑΡ.
. . . . . ΝΕΡΗ ΚΟΥΡΙΑΝΟΣ ΓΑΡ.

Ad *Col.* 259. F. In ſcholio quinto forte legendum eſt ἐγμυρινόντος, ut etiam legitur in Οἶνοι.

Ad *Col* 267. C. Non videntur omittendi elegantes verſiculi *Ovidii Libro* IV. *Faſtorum* de Cerere loquentis:

Sic venit ad portus, Attica terra, tuos.
Hic primum ſedit gelido maeſtiſſima ſaxo,
Illud Cecropidae nunc quoque triſte vocant.
Sub Ioue duravit multis immota diebus,
Et Lunae patiens, & pluvialis aquae.
Fors ſua cuique loco eſt; quo nunc Cerealis Eleuſin,
Dicitur hoc Celei rura fuiſſe ſenis.

Triptolemum in curru a draconibus tracto exhibemus in noſtra Tabula *num. XXXXIII.*

Ad *Col.* 268. C. τῆς ἐν ἑλδσῖνι λεωφόρου male verti videtur *in ſuburbio proſtitutae feminae Eleuſiniae*; quum potius vertendum ſit *in ſuburbio viae, quae eſt Eleuſine*, vel Athenis Eleuſin ducit. Adeoque corrigendus eſt etiam *Meurſius*, qui putat ſacram ficum eſſe Eleuſinis ſuburbium; quum revera ſuburbium ſit Athenarum, ut ex Tabula Geographica, & Imagine Athenarum Ichnographica, quam heic damus, aperte conſtat.

Ad *Col.* 270. A. Ad Erechthian, vel ad proxime inſequentes pagos referendus videtur numus noſtrae Tabulae LIX. in quo legitur ΜΝΑΣΕΑΣ ΝΕΣΤΩΡ ΕΡ. hoc eſt Ἐρεχθεύς. Quamquam vero in Numo LIIII. prope idem nomen legitur ΜΝΕΣΤΩΡ ΜΝΑΣΕΑΣ; tamen in hoc *Neſtor* poſtponitur, id quod diſcrimen aliquod inducere poſſe videtur.

Ad *Col.* 273. A. Inſcriptio vetus apud *Sponium Itinerario*:

. . . . ΙΑΗΤΟΥ ΕΥΠΥ

Ad *Col.* 275. A. Numus noſtrae Tabulae XXVI. ad miraculum confirmare videtur opinionem noſtram quoad expoſitionem litterarum in exergo Numorum Athenienſium exſtantium: nam in eo, licet paullo corrupte, Ἐχελίδης, legendum videtur. Ipſe enim opinatus ſum litteras, quae in exergo & inferiori parte numorum Athenienſium interdum occurrunt,

feriun-

Digitized by Google

ſignificare poſſe populum, ex quo erat ille auro, argento, aere flando feriundo, qui in numo, ut videtur, nominatur. Moris enim erat apud Athenienſes non nomen tantum ſuum, & patris, ſed Demi etiam adponere, ut alibi quoque obſervavimus, & ex inſcriptionibus, quas paſſim producimus, conſtat. Sed quum videam in quibusdam numis HP. & HPA. offendi, vel illi monetae praeſides non ſemper Athenienſes erant, vel quod arbitratus ſum, nimis incertun eſt. Quid ſi mendum aliquando ſubeſt, & pro HP legendum HΦ? Tunc enim legi poſſet ΗΦΑΙΣΤΙΑΔΗΣ. Sed certe ſententiam nunc mutare non poſſum, & potius crediderim praeſides illos non ſemper Athenienſes fuiſſe, adeoque in huiuſcemodi numis legendum forte Ἡρακλεεὺς *Heracleenſis*. Ecce in numorum Athenienſium *Tabula n. I.* habetur ΑΘΕ . ΜΕΝΕΔ . ΕΠΙΓΕΝΟ . ΟΦΕΛΟΥ . ΗΡ . hoc eſt, ut puto: *Athenienſium. Menedemus Epigenis Opheli Heracleenſis*, vel *Hephaeſtiades*. n. vero XXIV. ΜΟΣ XI. ΕΠΙΓΕΝΕΟΣ ΑΝΔΡΟΣ ΗΡΑ. Hoc eſt, *Heracleenſis*, *&c.*

Ad *Col.* 280. A. *Meurſio* adſentiri non poſſum, dum ſubſpicatur & amnem quemdam *Thriaſium* adpellatum fuiſſe; ſed in loco *Senecae* adducto *amnis Thriaſii* adpellatione *Cephiſſum* ſignificari arbitror, quod campum Thriaſium praeterlabatur.

Ad *Col.* 281. E. Icarienſem populum indicari puto a *Statio* XII. *Thebaidos*, ubi canit:

Mittit in arma manus, genialibus hoſpita divis,
Icarii, Celeique domus.

Ad *Col.* 290. B. Vetus Inſcriptio apud *Sponium Itinerario* ad Tribum Acamantidem:

. . . . ΜΑΣ ΠΡΟΣΔΕΚΤΟΥ ΚΕΦ.

Ad *Col.* 291. C. Inſcriptionem ad Cepheſiam ſpectantem profert V. Cl. *Scipio Maffeius* Epiſtola XVIII. *De Gall. Antiquit.* quae ita habet:

ΦΙΛΟΚΑΡΗΣ
ΦΙΛΟΝΙΔΟΥ
ΚΕΦΙΣΙΕΥΣ

Hanc ita corrigendam exiſtimo: Φιλοχάρης Φιλονίδου κηφισιεύς.

Ad *Col.* 292. A. Vetus Inſcriptio apud *Sponium Tom. II. Itinerar.*

ΛΥΣΙΚΡΑΤΗΣ ΛΥΣΙΘΕΙΔΟΥ ΚΙΚΥΝΝΕΥΣ ΕΧΟΡΗΓΕΙ
ΑΚΑΜΑΝΤΙΣ ΠΑΙΔΩΝ ΕΝΙΚΑ ΘΕΩΝ
ΘΕΩΝ ΗΓΑΕΙ
ΛΥΣΙΑΔΗΣ ΑΘΗΝΑΙΟΣ ΕΔΙΔΑΣΚΕ
ΕΥΑΙΝΕΤΟΣ ΗΡΧΕ

Ad *Col.* 295. C. Inſcriptio apud *Sponium Tom. I. Itiner.*

ΠΟΠΛΙΟΣ.....
ΤΟΥΤΩ Ι.....
ΥΠΕΡ ΕΑΥΤΟΝ.....
ΤΩΝ ΙΔΙΩΝ ΣΑΡΑΠΙΔΙ
ΙΣΙΔΙ ΑΝΟΥΒΙΔΙ ΑΡΠΟ-
ΚΡΑΤΕΙ ΔΙΟΣΚΟΥΡΟΙΣ
ΕΠΙ ΙΕΡΕΩΣ
ΣΤΑΣΕΟΥ ΤΟΥ ΦΙΛΟ
ΚΛΕΟΥΣ ΚΟΛΟΝΗΘΕΝ

Ad *Col.* 303. A. Numus apud *Goltzium* habet: Α'θε. Α'ρχέτιμος Δημήτ. κυ. quod

Digitized by Google

quod interpretari poſſumus de uno ex ſex populis, quorum nomen hilitteris incipit. Hunc numum exhibemus in noſtra *Tabula n. XXI.* Inſcriptio vetus apud laudatum *Sponium* ad Tribum Pandionida:

.....ΓΕΝΗΣ ΣΠΟΡΟΥ ΚΥΔΑ....;

Ad *Col.* 304. B. Inſcriptio vetus apud *Sponium*:

.....ΕΣΟΣ ΚΥΘ.

Ad *Col.* 309. A. Inſcriptio apud *Sponium*, ubi de Tribu Leontide:

.....ΙΜΟΡΚΑ ΛΕΥΚ.

Ad *Col.* 312. B. Inſcriptio apud *Sponium*:

.....ΝΙΟΣ Ο ΚΑΙ ΠΑΙΔΕΣ ΛΟΥΣΙ..;

Ad *Col.* 314. A. Inſcriptio apud *Sponium Itinerario*:

ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΜΙΘΡΑΔΑ
ΤΟΥ ΕΥΕΡΓΕΤΟΥ ΣΕΛΕΥ
ΚΟΣ· ΜΑΡΑΘΩΝΙΟΣ
ΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΩΝ

Inſcriptio Auguſti apud *Gruterum*.

. . . . . .
ΣΤΡΑΤΗΓΟΥΝΤΟΣ
ΕΠΙ ΤΟΥΣ ΠΟΛΙΤΑΣ ΠΑΜ-
ΜΕΝΟΥΣ ΤΟΥ ΞΕΝΩΝΟΣ
ΜΑΡΑΘΩΝΙΟΥ
. . . . . .

Ad *Col.* 315. F. Quod in ſcholio dicitur, emendatur ad *Caput* XVI. *vitae Theſei*.

Ad *Col.* 321. A. In Tabula noſtra numus VII. habet ΑΝΤΙΟΧΟΣ ΧΑΡΑΧΟΣ ΣΚΥ. ΜΕ. quod forte interpretari poſſis Μελαινεὺς, vel μελιτεύς. Eodemque modo explicandos cenſeo numos XVII. & XVIII. & XXII. Fertilem, herbidumque locum Melaenas fuiſſe oportet, quum apud *Statium XII. Thebaidos* occurrat:

—— *virideſque Melaenae.*

Ad *Col.* 323. E. Ita Inſcriptionem corrige:

ΚΟΣΜΗΤΕΥΟΝΤΟΣ ΣΤΑ. ΣΕ
ΡΑΠΙΩΝΟΣ ΧΟΛΛΕΙΔΟΥ

Ad *Col.* 331. A. Vix dubito, quin Inſcriptio numi noſtrae Tabulae XII. in quo ΞΕΝΟΚΛΗΣ ΕΡΜΟΞΕΝΟΣ, vel potius, ΕΡΜΟΞΕΝΟΥ, ΟΙ legitur ad ΟΙΗΝ pagum, vel ad duos inſequentes referenda ſit.

Ad *Col.* 334. D. Apud *Stephanum* ne legendum ſit οἴλω pro οἰνόλω vereri *Berkelium* iam alibi monuimus. Et *littera A.* Inſcriptio vetus apud *Sponium Itinerario*.

. . . . . ΕΞ ΟΙ
. . . . . ΕΞ ΟΙ
. . . . . ΕΞ ΟΙ

Inſcriptio quoque, quam in Γάργεττῳ produximus, ΕΞ ΟΙ habet:

Digitized by Google

Ad *Col.* 336. D. Alia Inſcriptio exſtat apud *Sponium Tom. II. Itinerar.* quae eſt Athenis apud *Ianum Maſtrigum*, & in fine habet:

....ΔΙΑ ΤΗΣ ΠΡΟΝΟΙΑΣ ΤΟΥ ΕΠΙΜΕΛΕΙΤΟΥ
ΤΗΣ ΠΟΛΕΩΣ ΤΙΒ. ΚΛΑΥΔΙΟΥ ΘΕΟΓΕΝΟΥΣ
ΠΑΙΑΝΙΕΩΣ

Ad *Col.* 337. D. Inſcriptio vetus apud *Sponium Itinerario*.

.....ΠΑΙΟ.

Ad *Col.* 353. D. Vetus Inſcriptio apud *Sponium Itinerario*.

..... ΑΤΤΙΚΟΣ ΠΟΡΙ.

Ad *Col.* 357. F. Inſcriptio Doniana *Claſ. I. n.* 57.

ΕΛΕΥΘΕΡΙΑΣ
ΧΑΡΙΣΤΗΡΙΑ ΤΗΙ ΝΕΜΕΣΕΙ ΤΗΙ
ΡΑΜΝΟΥΝΤΟΘΕΝ ΝΕΑΙΡΑ
ΑΘΗΝΑΙΑ ΧΑΡΙΤΟΒΛΕΦΑ
ΡΟΣ ΑΝΕΘΗΚΕΝ

Ad *Col.* 361. F. Corrigenda videtur Inſcriptio ex *Iacobo Paullo Babino* in *Athenarum deſcriptione*:

ΝΕΙΚΟΣΤΡΑΤΗΝ ΜΕΝΕΘΕΡΝΕΙΔΟΥ ΘΥΓ &c.

Ad *Col.* 365. F. *Statius Libro* XII. *Thebaidos*;

Linquitur Eois longe ſpeculabile proris
Sunion, unde vagi caſurum in nomina ponti
Creſſa decepit falſo ratis Aegea velo.

Ovidius IV. *Faſtorum*:

Sunion expoſitum, Piraeeaque tuta receſſu
Linquit.

Ad *Col.* 384. A. Apud *Reineſium* in *Appendice* n. XLII.

Quaerere ceſſavi numquam, nec perdere deſi;
Mors intervenit, nunc ab utroque vaco.

ΑΔΡΑΣΤΟΣ ΑΔΡΑΣΤΟΥ ΙΟΣΕΙΣΕΤΣ

Reineſius legendum putat ΤΣΙΕΤΣ. *Littera* E. Dele ex ſcholio II. illud: *Vide etiam Sponii Ignotorum Deorum Aras*. Ignoti Dii memorantur etiam a *Statio I. Achilleidos*:

---- ubi littora ſumma
Oceani, & genitor tepet illabentibus aſtris
Pontus, ubi ignotis horrenda piacula divis,
Donaque.

Dii anonymi apud *Laertium* in *Epimenide* occurrunt.

Ad *Col.* 385. B. Inſcriptio vetus apud *Sponium Itiner. Tom. III.* ubi de Erechtheide Tribu agit, huc facit, noſque ſuperius protulimus; & producta fuit etiam ad *Lib. II. De Reg. Athenienſ.*

§. V.

Digitized by Google

§. V.

Ad *Cecropiae Cap. VIII. Col.* 411. B. Obſervandum apud *Gruterum* occurrere Inſcriptionem:

PALLADI VICTRICI
SACRVM

Ad *Cap. X. Col.* 413. F. Apud *Graterum* Inſcriptio exſtat, ita habens:

MINERVAE MEDICAE
CABARDIAE
VALERIA SAMMONIA
VERCELLESIS V. S. L. M.

Pantheum *Minervae Medicae* Romae erat in Eſquilini regione a *Rufo* & *Victore* memoratum; eiuſque ichnographiam, & Minervae illius ſimulacrum, exhibet praeſtantiſſimus *Monsfalconius Cap.* VIII. *Diar. Italic.* Nos quoque in noſtra Tabula aliud *Minervae Medicae*, ſeu *Hygiae*, vel *Salutaris*, ſimulacrum in Tabula noſtra V. ex Muſeo Mediceo produximus, anguem convolutum dextra tenens; quamquam illud *Valentia* potius a Clariſsimo *Ant. Franciſco Gorio* in ſuo *Muſeo Etruſco* iudicatum fuit, non ſatis probabilibus argumentis ducto. Et quidem viri antiquitatis conſultiſſimi *Sebaſt. Blancus*, & *Oliverius Abbatius* Piſaurienſis, & illud Minervam Hygiam eſſe arbitrati ſunt, & antiquitatibus Etruſcis non immerito abiudicarunt.

Ad *Cap. XII. Col.* 416. D. Apud *Gorium Par. I. Inſcript. Etruſc. Tab. VIII. Gem. V.* Victoria occurrit Tauro inequitans, & eius iugulo gladium intentans cum Epigraphe: VICTO . THES . MINOT . hoc eſt *Victoria Theſei Minotauri*; & nos in Tabula noſtra exhibuimus. Aſt ego alias vidi ſimiles Gemmas vel nulla, vel diverſa Inſcriptione, & magis Taurobolium aliquod, aut Mithram referentes, quam Theſeum. Num Inſcriptio illa ab indocto aliquo deinde addita fuerit? Aliorum peritiorum iudicium eſto.

Ad *Caput XIV. Col.* 418. A. Eruditiſſimus *Sponius Libro V. Itiner.* ita hoc templum deſcribit: *Huius templi longitudo latitudinis duplex eſt. Porticus illud ambit, quae in antica parte & poſtica octo columnis, a lateribus vero utrimque ſeptemdecim, innititur, ſi bis eas, quae in angulis ſunt, numeraveris, ita ut omnes ſint quadraginta ſex. Ante templum pronaos eſt, qui tertiam fere aedificii partem occupat. Structura Dorica eſt: columnae vero canalibus cavatae, & ſine baſi. Gradus, qui quinque ſunt, baſis loco, poſiti videntur; in iis enim illae quieſcunt. Columnarum longitudo* XXXXII. *pedum regiorum eſt: ambitus vero prope baſim decem & ſeptem cum dimidio; ſpatium, quod columnas intercedit, ſeptem pedum & quatuor pollicum. Itaque aedificii longitudo una cum porticibus, ducentorum & duodeviginti pedum eſt; latitudo autem nonaginta octo cum dimidio. Sed longitudo templi, & pronai tantum, excluſis porticibus, eſt pedum* XLVIII. *latitudo vero exterior* XLVII. *Et tota navis ſine pronao longa eſt pedes* XC. *interius; quibus ſi ſex aut ſeptem adiceris, ut ad Athenienſes pedes reducantur (ii enim erant noſtris pollice minores) una cum tribus aut quatuor pedibus craſſitudinis muri, centum pedum Athenienſium fuiſſe deprehendetur; quamobrem templum hoc Hecatompedon adpellabant. Atque ita haud opus eſt ab obvio ſenſu recedere, ut Harpocra-*

Digitized by Google

tion & Suidas faciunt, dum ſcribunt ita adpellatum fuiſſe, non ob magnitudinem, ſed ob elegantiam & ſymmetriam. Faciei templi faſtigium, quod Aquilam Graeci nuncupant, marmorearum ſtatuarum eleganter elaboratarum adgregatione, quae naturalis magnitudinis, ex imo ſolo ſubſpectae, videntur, ornatum eſt. Pauſanias nihil aliud de iis dicit, niſi quod eae ad Minervae nativitatem adtinent. Exactam ipſe imaginem praeſtare poſſe deſiderarem, at ſaltem ita meum animi conceptum exponam. Iupiter, qui ſub angulo faſtigii ſuperiore eſt, dextrum brachium, quo forte fulmen tenebat, fractum habet: crura parum divaricata ſunt, quod forte inter illa Aquila locata fuerat. Quamquam vero his duobus ſymbolis caret, ſatis eum eſſe Iovem, & barba, & maieſtas, qua eum ſculptor donavit, indicio ſunt. Nudus eſt, ſicut plerumque eum repraeſentant, & Graecì praecipue, qui ut plurimum nudas figuras effingebant. A dextris ſtatuam habet capite & brachiis minutam, mediorum crurum tenus indutam, quam Victoriam putare eſt, Minervae currum, cuius duos equos ducit, praeeuntem. Equi opus ſunt Artificis non minus audacis, quam diligentis, & qui in fingendis equis, Phidiae vel Praxiteli non conceſſiſſet. Vim quamdam igneam, quamdamque ferocitatem praeſeferre videntur, a Minerva, cuius currum trahunt, adſtatam. Ipſa ſupra ſedet habitu magis Deae doctrinarum praeſtitis, quam belligerae: non enim bellatricis ritu induta eſt, quum neque caſſidem, neque clipeum, neque Gorgonem in pectore habeat. Iuvenculae adſpectu eſt, & capitis ornatus ei, quem Venus habet, ſimilis eſt. Alia feminea figura, capite trunca, poſt eam adſidet, cum infanti, qui ſuper eius genua ſedet. Quamquam quae illa eſſet non novi; alias tamen duas, quae poſtremae in eo loco ſunt, facile recognovi; ſunt enim Imperator Hadrianus ſedens & feminudus, & iuxta eum Sabina coniux, qui Deae triumphum reſpicere videntur. A Iovis ſiniſtris quinque vel ſex figurae ſunt, quarum quaedam ſine capite; & ſunt, ut videtur, Deorum circulus, in quem Iupiter Minervam introducit, ut tamquam ſuam natam adgnoſcant; quod quidem loco in Pauſaniam commentarii eſſe poteſt. Faſtigium poſticum, iuxta eumdem Auctorem, contentionem Minervae cum Neptuno pro nomine Vrbi dando repraeſentabat; ſed ſtatuae omnes lapſae ſunt, marino equo excepto, quo Deus ille utplurimum vehebatur. Hae duorum faſtigiorum ſtatuae non antiquae erant, ut reliqua templi ſtructura a Pericle facta; id quod Hadriani ſtatua evincit, cuius quoque marmor candidius eſt. Intra porticum in eodem templi pariete zoophoros eſt apere anaglypto antiquo iuxta, ac aedificium. Anaglyphum minus exſtat, quam ea, quae ſequiorum temporum ſunt, ſed elegantiſſimum eſt. Pompas quasdam, ſacrificia, aliaſque veterum Athenienſium ceremonias repraeſentat. In parte faſtigii extrinſeca circum, qua ſe zoophoros protendit, tabulae ſunt, in quibus anaglyptas figuras aut equos domantes, aut cum Centauris pugnantes, videre eſt: ſed earum pleraeque mutilatae ſunt . . . . . Sub porticu in latere frontiſpicii duae columnae ſurgunt, & in utraque Inſcriptio eſt, una Lucii Egnatii Victoris Lolliani Oratoris Athenienſis, & altera Proconſulis cuiuſdam Graeciae, qui Rufus Feſtus adpellabatur, & quem Athenienſes Areopagitae titulo decoraverant . . . . . Priuſquam ulterius progrediar, errorem recentiorum quorumdam ad hoc templum ſpectantem arguere eſt, qui Theodoſii Zygomalae apud Martinum Cruſium auctoritate innixi, hoc Templum Pantheon eſſe putaverunt, ut Meurſius Athenar. Atticarum Commentario quum evidens ſit eſſe illud Minervae templum, eique omnia convenire, quae de eo antiqui Scriptores memoriae prodiderunt. Simonis Cabaſilae Epiſtola haud quidem melior eſt, quum in ea auctor cenſeat templum hoc eſſe Ignoti Dei . . . . . *Quum in Pronaon ingreſſi eſſemus . . . . .*

& in

Digitized by Google

& in ipſum templum, eius obſcuritatem mirati fuimus, quum nulla feneſtra in eo pateat, ex qua lucem accipiat . . . . . Intrinſecus templum circumeunt duo marmorearum columnarum ordines; & XXIII. *ſuperius ſunt, inferius autem* XXII. *ne portae aditus impediretur*. Hactenus *Sponius*, cuius interdum non tam narrationem, quam excerpta prodidimus.

Ad *Cap. XV. Col.* 420. C. Minervae Poliadis effigies cernitur in Athenienſium numis, quos exhibemus in Tabula *n. IX.* & *XXXIV. & XXXVII.* & numum quidem nonum nos primi omnium ex Mediceo Muſeo protulimus. Minervae autem draco adpoſitus, non tantum in iis numis cernitur, verum etiam in vetuſto Anaglypho apud Clariſſimum *Gorium* in *Donianis Inſcriptionibus*, ubi *Dea Magarſis* adpellatur. Laudatus autem vir eruditiſſimus falſus eſſe videtur, ubi *Tomo I. Muſei Florentini* Minervam Poliadem eſſe putavit in Gemma, in qua figura nullum ſymbolum praefert, ex quo *Minerva Polias* diiudicari poſſit; nam illa ſine dracone adſiſtente numquam fuiſſe videatur, ut inferius *Cap. XX.* oſtenditur. Hinc forte in duobus numis Athenienſium apud *Goltzium* ſerpens occurrit, in quorum altero virgae circumplicatus eſt.

Ad *Cap. XX. Col.* 434. B. In Athenienſium numis noctua paſſim occurrit, ut in Tabula noſtra videre eſt, quod haec avis Minervae ſacra eſſet, ob eas rationes, quas *Phurnutus*, aliique Mythologi tradunt. Hinc *Plutarchus* in *Lyſandro* dictum illum Gylippi ſervi apud Lacedaemonios refert ὑπὸ τῷ κεραμικῷ κοιλάζειν πολλὰς γλαῦκας: *multa ſub tegulis cubare noctuas*; pecuniam Athenienſium innuens ibi a Gylippo hero abſconditam. *Iulius Pollux* auctor eſt, diobolum Atticorum noctuam inſculptam habuiſſe: tetrobolum vero, Iovis faciem, & duas noctuas.

Ad *Cap. XXI. Col.* 435. B. Lychnus Minervae inextinctus exhiberi videtur in Tabulae noſtrae numis quibuſdam ut cenſet *Nic. Franc. Haymus*, ex cuius Theſauro Britannico eos mutuos accepimus.

Ad *Cap. XXII. Col.* 438. B. Ipſe quidem crediderim Gemmam a *Gronovio* productam Iovis Hercei aram minime referre; quum arbor illa palmam potius repraeſentet, quam oleam.

Ad *Cap. XXIII. Col.* 439. E. De Canephoris vide quae plura commentatus ſum in mea *Diſſertatione de Ciſtis Myſticis*. Nunc addere tantum lubet elegantes *Ovidii II. Metamorphoſ.* verſiculos, qui ſic habent:

Illa forte die caſtae de more puellae
Vertice ſuppoſito feſtas in Palladis arces
Pura coronatis portabant ſacra caniſtris.

§. VI.

Ad *Ceramici Gemini Cap. III. Col.* 470. C. *Kuhnius* ad *Pauſaniam* duas porticus regias ex *Heſychio* facit; ſed perperam ut videtur, ſi *Meurſii* emendatio *Cap. IV.* ſubſiſtit. *Col.* 471. E. Iupiter Servator in antiquis Inſcriptionibus occurrit, & in ſequenti etiam, quae legitur in limine cuiuſdam Eccleſiae ad Caſtrum Florentinum, quamque refert eruditiſſimus *Ant. Mar. Salvinius* in *Notis MSS.* ad Inſcriptiones *Vignolii:*

IOVI . S . V . S . L

Ad *Cap. IV. Col.* 473. E. Didymi ſententiam confirmat *Strabo Libro* IX. & huc pertinet Epigramma *Simonidis*, quod *Anthologiae libro* VI. *cap.* XIX. legitur.

Ad

Digitized by Google

Ad *Cap. V. Col.* 476. A. *Suidae* locus a *Meurſio* adductus, Metroum Archivum, & Nomophylacium Athenienſium fuiſſe minime probat, ſi vera *Ludolphus Kuſterus* opinatur, dum verba illa ἔχρυντο ἡ τῷ μετρῴῳ ἀρχείῳ καὶ νομοφυλακείῳ expungit e textu, in quem ex ora libri inrepſiſſe cenſet.

Ad *Cap. XI. Col.* 486. Odei picturam ex *Welhero* in Tabula noſtra V. exhibuimus; illud autem quid fuerit diſputant Viri docti ad citatum *Strabonis* locum, qui omnino conſulendi. De Odeo tamen haec habet praeſtantiſſimus *Monsfalconius Cap.* XVI. *Diar. Italic. Excitavit Domitianus, narrante Suetonio, ſtadium, & odeum, & naumachiam, e cuius poſtea lapide maximus circus, demtis utrinque lateribus, exſtructus eſt. Odeum vero cuius generis aedificium fuerit, haud ſatis perſpectum; nec de forma Odei modo, ſed de vocis etiam origine diſceptatur. Sunt enim qui* ἀπὸ τῆς ὁδοῦ, *a via nimirum, vocem derivent; alii a vocabulo* ᾠδὴ *cantilena, aut* ᾠδὸς *cantor, ductum nomen autumant, indeque* ᾠδεῖον *Odeum factum: iuxta alterutram ſignificationem in varias divertunt ſententias; cum poſtremis ego libentius calculum feram.* Hactenus ille.

§. VII.

De Regibus Athenienſium ſcripſit antiquitus *Praxagoras* Athenienſis, Ethnicus homo, qui ſub Conſtantino Magno, ſeu Conſtantio, floruit, & de quo loquitur *Photius Cod. LXII.* Sed ante *Praxagoram* de Regum eorum temporibus egit vetuſtus ille Marmorum Oxonienſium Scriptor, qui quum *Regnum Atticum Meurſii* ederemus, memoriae non occurrit; ideoque ea, quae adnotat, in opportuna ſcholia noſtra transferre non potuimus. Nunc igitur defectum hunc ſuppleturi, ea monumenta antiquiſſima heic Lectoris oculis ſubiicimus.

. . . . . *Deſcripſi ſuperiora tempora orſus a Cecrope, qui primus regnavit Athenis, uſque ad Archontem in Paro quidem Aſtynactem, Athenis vero Diognetum.*

A quo Cecrops Athenas regnavit, & regio Cecropia dicta eſt, quae prius dicebatur Actica ab Actaeo indigena, anni MCCCXVIII.

A quo Deucalion apud Parnaſſum in Lycoria regnavit, regnante Athenis Cecrope, anni MCCCX.

A quo lis Athenis interceſsit Marti, & Neptuno ſuper Hallirrhothio Neptuni filio, & locus dictus eſt Arius Pagus, anni MCCLXVIII. *regnante Athenis Cranao.*

A quo Diluvium tempore Deucalionis evenit, & Deucalion imbres fugit e Lycoria Athenas ad Cranaum, & Iovis Phyxii & Olympii Templum exſtruxit, & ſacra pro ſalute fecit, anni MCCLXV. *regnante Athenis Cranao.*

A quo Amphictyon Deucalionis filius regnavit Thermopylis, & congregavit populos in vicinia habitantes, & adpellavit Amphyctionas, & Pylaeam, ubi etiam nunc adhuc

. . . οὐ . . . νταν . . . ων . . . νων ἀνέγραψα τὰς ἄνωθεν χρόνους ἀρξάμενος ἀπὸ Κέκροπος τοῦ πρώτου βασιλεύσαντος Ἀθηνῶν, εἴως ἄρχοντος ἐν Πάρῳ Ἀστυάνακτος, Ἀθήνησι δὲ Διογνήτου.

Ἀφ' οὗ Κέκροψ Ἀθηνῶν ἐβασίλευσε, ἧς ἡ χώρα Κεκροπία ἐκλήθη, τὸ πρότερον καλουμένη Ἀττικὴ ἀπὸ Ἀκταίου τοῦ Αὐτόχθονος, ἔτη ΧΗΗΗΔΠΙΙ.

Ἀφ' οὗ Δευκαλίων παρὰ τὸν Παρνασσὸν ἐν Λυκωρείᾳ ἐβασίλευσε, βασιλεύσαντος Ἀθηνῶν Κέκροπος, ἔτη ΧΗΗΗΔ.

Ἀφ' οὗ δίκη Ἀθήνησιν ἐγένετο Ἄρει καὶ Ποσειδῶνι ὑπὲρ Ἁλιρρόθιου τοῦ Ποσειδῶνος, καὶ ὁ τόπος ἐκλήθη Ἄρειος πάγος, ἔτη ΧΗΗΓΔΠΔΙΙΙ. βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Κραναοῦ.

Ἀφ' οὗ κατακλυσμὸς ἐπὶ Δευκαλίωνος ἐγένετο, καὶ Δευκαλίων τὸν ὄμβρον ἔφυγεν ἐκ Λυκωρείας εἰς Ἀθήνας πρὸς Κραναὸν, καὶ τοῦ Διὸς Φυξίου καὶ Ὀλυμπίου τὸ ἱερὸν ἱδρύσατο, καὶ τὰ σωτήρια ἔθυσεν ἔτη ΧΗΗΓΔΠ. βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Κραναοῦ.

Ἀφ' οὗ Ἀμφικτύων Δευκαλίωνος ἐβασίλευσεν ἐν Θερμοπύλαις, καὶ συνῆγε λαοὺς περὶ τὸν ὄρον οἰκοῦντας, καὶ ὠνόμασεν Ἀμφικτύονας, καὶ Πυλαίαν, ἥπερ καὶ νῦν ἔτι θύουσιν

Ἀμ-

Digitized by Google

Ἀμφικτύονες, ἔτη ΧΗΗΙΔ[1]ΠΙΙΙ. βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Ἀμφικτύονος.

ſacrificant Amphictyone, anni MCCLVII. *regnante Athenis Amphictyone.*

Ἀφ' οὗ Ἕλλην ὁ Δευκαλίωνος Φθιώτιδος ἐβασίλευσε, καὶ Ἕλληνες ὠνομάσθησαν τὸ πρότερον Γραικοὶ καλούμενοι, καὶ τὸν ἀγῶνα Παναθηναϊκὸν συνεστήσαντο, ἔτη ΧΗΗΙΔ[1]ΠΙΙ. βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Ἀμφικτύονος.

A quo Hellen filius Deucalionis in Phthiotide regnavit, & Hellenes appellati ſunt, qui prius Graeci dicebantur, & agonem Panathenaicum inſtituerunt, anni MCCLVII. *regnante Athenis Amphictyone.*

Ἀφ' οὗ Κάδμος ὁ Ἀγήνορος εἰς Θήβας ἀφίκετο κατὰ χρησμὸν, καὶ ἔκτισε τὴν Καδμείαν, ἔτη ΧΗΗΙΔ[1]Π. βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Ἀμφικτύονος.

A quo Cadmus Agenoris filius Thebas advenit ſecundum oraculum, & Cadmeam condidit, anni MCCLV. *regnante Athenis Amphictyone.*

Ἀφ' οὗ Εὐρώτας καὶ Λακεδαίμων Λακωνικῆς ἐβασίλευσαν, ἔτη ΧΗΗΙΔ[1]ΙΙ. βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Ἀμφικτύονος.

A quo Eurotas & Lacedaemon in Laconia regnarunt, anni MCCLII. *regnante Athenis Amphictyone.*

Ἀφ' ἧς ναῦς πρώτη ἀναπλῶν ἐξ Αἰγύπτου εἰς τὴν Ἑλλάδα ἔπλευσε, καὶ ὠνομάσθη Πεντηκόντορος, καὶ αἱ Δαναοῦ θυγατέρες Ἀμυμώνη, καὶ Βα . . . . . ραω, καὶ Ἑλικὴ, καὶ Ἀρχεδικὴ ἀποκληρωθεῖσαι ὑπὸ τῶν λοιπῶν ἱερὸν ἱδρύσαντο, καὶ ἔθυσαν ἐπὶ τῆς ἀκτῆς ἐν παραλίαδι ἐν Λίνδῳ τῆς Ῥοδίας, ἔτη ΧΗΗΔΔΔΔΠΙΙ. βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Ἐριχθονίου.

A quo navis prima ex Aegypto ſolvens in Graeciam adpulit, & vocata eſt Penteconterus, & Danai filiae Amymone, & B . . . . . & Helice, & Archedice ſorte lectae a ceteris filiabus templum condidere, & ſacrificabant ſuper littus in maritima regione in Lindo, quae Rhodi urbs eſt, anni MCCXLVII. *regnante Athenis Erichthonio.*

Ἀφ' οὗ Ἐριχθόνιος Παναθηναίοις τοῖς πρώτοις γενομένοις ἅρμα ἔζευξε, καὶ τὸν ἀγῶνα ἐδείκνυε, καὶ Ἀθηναίους μετωνόμασε, καὶ ἄγαλμα τῆς θεῶν μητρὸς ἐφάνη ἐν Κυβέλοις, καὶ Τάγνις ὁ Φρὺξ αὐλὸς πρῶτος ηὗρεν ἐν Κελαίναις τῆς Φρυγίας, καὶ τὴν ἁρμονίαν τὴν καλουμένην Φρυγιστὶ πρῶτος ἤυλησε, καὶ ἄλλους νόμους Μητρὸς, Διονύσου, Πανὸς, καὶ τῶν ἐπιχωρίων θεῶν, καὶ ἡρώων, ἔτη ΧΗΗΔΔΔΔΙΙ. βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Ἐριχθονίου τὸ τοῦ ἅρματος ζεύξαντος.

A quo Erichthonius Panathenaeis primo celebratis currum iunxit, & certamen edidit, & Athenienſes eo nomine adpellavit, & ſimulacrum matris Deorum adparuit in Cybelis montibus, & Hyagnis Phryx tibias primus invenit in Celaenis urbe Phrygiae, & harmoniam dictam iuxta Phrygium modum primus tibiis cecinit, & alios nomos magnae Matris, Dionyſii, Panis, & illum deorum patriorum, & Heroum anni MCCXLII. *regnante Athenis Erichthonio, qui currum iunxit.*

Ἀφ' οὗ Μίνως ὁ πρῶτος ἐβασίλευσε, καὶ Κυδωνίαν ᾤκισε, καὶ σίδηρος εὑρέθη ἐν τῇ Ἴδῃ, εὑρόντων τῶν Ἰδαίων Δακτύλων Κέλμις, καὶ Δαμναναίος, ἔτη ΧΗΙΔ[1]ΔΠΙΙΙ. βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Παιδίονος.

A quo Minos eius nominis primus regnavit, & Cydoniam condidit, & ferrum inventum eſt in Ida, inventoribus Idaeis Dactylis Celmi, & Damnaneo, anni MCLXVIII. *regnante Athenis Pandione.*

Ἀφ' ἧς Δημήτηρ ἀφικομένη εἰς Ἀθήνας καρπὸν, ἐφύτευσεν, καὶ σπὸς ἄλλους ἔπεμψε πρώτη διὰ Τριπτολέμου τοῦ Κελέου καὶ Νεαίρας, ἔτη ΧΗΔΔΔΔΠ. βασιλεύοντος Ἀθηναίων Ἐριχθέως.

A quo Ceres adveniens Athenas fruges ſeminavit, & ad alias gentes emiſit per Triptolemum filium Celei & Neaerae, anni MCXLV. *regnante Athenis Erichtheo.*

Ἀφ' οὗ Τριπτόλεμος καρπὸν ἔσπειρεν ἐν τῇ Ῥαρίᾳ καλουμένῃ Ἐλευσῖνι, ἔτη ΧΗΔΔΔΔΙΙ. βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Ἐριχθέως.

A quo Triptolemus fruges ſevit in Rharia dicta Eleuſine, anni MCXLII. *regnante Athenis Erichtheo.*

Ἀφ' οὗ . . . . υιο . . . . ν . . . . αὐτοῦ ποίησιν ἐξέθηκε κόρης τε ἁρπαγὴν καὶ Δημήτρος ζήτησιν, καὶ ἡ αὐτοῦ . . . . . καὶ μύθους τῶν ὑποδεξαμένων τὸν καρπὸν, ἔτη ΧΗΔΔΔΠ. βασιλεύοντος Ἀθηνῶν Ἐριχθέως.

A quo . . . . . eius Poeſin edidit, & puellae raptum, & Cereris inveſtigationem . . . . . & fabulas de iis, qui fruges accipiebant, anni MCXXXV. *regnante Athenis Erichtheo.*

Ἀφ' οὗ Εὔμολπος ὁ Μουσαίου τὰ μυστήρια ἀνεφῄνεν ἐν Ἐλευσῖνι, καὶ τὰς τοῦ πατρὸς Μουσαίου ποιήσεις ἐξέ-

A quo Eumolpus Muſaei filius Myſteria exhibebat in Eleuſine, & patris ſui Muſaei poe-

ma-

Digitized by Google

mata edidit, anni ..... regnante Athenis Erichtheo filio Pandionis.

A quo luſtratio primo facta fuit per caedem ..... anni MLXII. *regnante Athenis Pandione filio Cecropis.*

A quo Gymnicum certamen in Eleuſine proponebatur, anni ..... regnante Athenis Pandione filio Cecropis.

A quo humana ſacrificia, & Lycaea celebrata fuere in Arcadia ..... Lycaonis dabantur inter Graecos, anni M..... *regnante Athenis Pandione filio Cecropis.*

A quo luſtratio facta fuit Athenis, & Hercules primus initiatus fuit Agris, & Sacellum conditum fuit, anni M..... *regnante Athenis Aegeo.*

A quo Athenis ſterilitas frugum contigit, conſultus Apollo reſponſum dedit, ut poenas ſubirent, quaſcumque Minos poſtularet, anni MXXXI. *regnante Athenis Aegeo.*

A quo Theſeus duodecim Atticae urbes in unam civitatem collegit, & reipublicae formam, & ſtatum popularem conſtituit, ſe ipſo Athenis regnante, & Iſthmiorum certamen propoſuit, poſtquam Sinin occiderat, anni DCCCCLXXXXV.

A quo ..... anni DCCCCLXXXXII. *regnante Athenis Theſeo.*

A quo Eteoclus, Adraſtus, & Amphiraus Argis regnarunt, & in Nemea certamen primi celebrarunt, anni DCCCCLXXXVII. *regnante Athenis Theſeo.*

A quo Graeci ad Troiam expeditionem ſubſceperunt, anni DCCCCLIV. *regn. Athenis Meneſtheo an. reg. illius decimo tertio.*

A quo Troia capta fuit, an. DCCCCXLV. *regnante Athenis Meneſtheo an. regni illius viceſimo ſecundo menſis Thargelionis die ſeptimo ante finem.*

A quo Oreſtes in Scythia inſania ſua ſanatus fuit, & lis in Areopago interceſſit illi & Erigonae filiae Aegiſthi de Aegiſtho, in qua vicit Oreſtes ſuffragiis numero aequalibus exiſtentibus, anni DCCCCXLII. *regnante Athenis Aemophonte.*

A quo Teucer Salamina in Cypro condidit, anni DCCCCXXXVIII. *regnante Athenis Demophonte.*

A quo Neleus incoluit Miletum in Caria gentem congregans Ionum, qui condiderunt Epheſum, Erythras, Clazomenas, Teon, & Leb-

ϑηκεν, ἔτη ..... βασιλεύοντ⊙ Α'ϑηνῶν Ε'ριχϑέως κ᾽ Πανδίον⊙.

Α'φ' ὗ καϑαρμὸς πρῶτον ἐγένετο διὰ φόνυ πρῶτῳ αον . . . εαντ . . . ἔτη ΧΙΔ¹ΔΙΙ βασιλεύοντ⊙ Α'ϑηνῶν Πανδίον⊙ τῦ Κέκροπ⊙.

Α'φ' ὗ ἐν Ε'λευσῖνι ὁ γυμνικὸς ἀγὼν ἐξετέϑη, ἔτη ..... βασιλεύοντ⊙ Α'ϑηνῶν Πανδίον⊙ τῦ Κέκροπ⊙.

Α'φ' ὗ αἱ ἀνϑρωποϑυσίαι καὶ τὰ Λυκαῖα ἐν Α'ρκαδίᾳ ἐγένετο, καὶ λ . . . κκε . . . . Λυκάον⊙ ἐδόϑησαν ἐν τοῖς Ε"λλησιν, ἔτη ΧΗ. . . . βασιλεύοντ⊙ Α'ϑηνῶν Πανδίον⊙ τῦ Κέκροπ⊙.

Α'φ' ὗ καϑάρσια ἐγένετο Α'ϑήνησι, καὶ Η'ρακλῆς ἐμυήϑη ἐν Α'γραῖς πρῶτ⊙, κ᾽ ἕδ⊙ ἐποιήϑη, ἔτη Χ ..... βασιλεύοντ⊙ Α'ϑήνησιν Αἰγέως.

Α'φ' ὗ Α'ϑήνησι σείρωσις τῶν καρπῶν ἐγένετο, καὶ] μαντϑόμ⊙ τοῖς Α'ϑηναίοις Α'πόλλων ἤνεγκεν δίκας ἐκτοχεῖν ἃς ἂμ Μίνως ἀξιώσειε, ἔτη ΧΔΔΔΙ. βασιλεύοντ⊙ Α'ϑηνῶν Αἰγέως.

Α'φ' ὗ Θησεὺς Α'ϑηνῶν τὰς δώδεκα πόλεις εἰς τὸ αὐτὸ συνῴκισεν, καὶ πολιτείαν, καὶ τὴν δημοκρατείαν κατέσηκεν, ἑαυτῦ βασιλεύοντ⊙ Α'ϑηνῶν, καὶ τὸν τῶν Ι'σθμίων ἀγῶνα ἔϑηκε Σίνιν ἀποκτείνας, ἔτη ΗΗΗΗΗΔΔΔΔΔΠ.

Α'φ' ὗ, ἀπὸ τ᾽ Αμμον . . . . ἔτη ΗΗΗΗΗΔΔΔΔΔΙΙ. βασιλεύοντ⊙ Α'ϑηνῶν Θησέως.

Α'φ' οὗ Α'ργείων Ε'τεόκλ⊙, Α"δρας⊙, κ᾽ Α'μφιαρὰος ἐβασίλευσαν, ἐ τὸν ἀγῶνα ἐν Νεμέᾳ συνήϑλευσαν πρῶτοι, ἔτη ΗΗΗΗΗΔΔΔΠΙΙ. βασιλεύοντ⊙ Α'ϑηνῶν Θησέως.

Α'φ' οὗ οἱ Ε'λληνες εἰς Τροΐαν ἐστράτευσαν, ἔτη ΗΗΗΗΗΔΙΙΙΙ. βασιλεύοντ⊙ Α'ϑηνῶν Μενεσϑέως τρισκαιδεκάτῳ ἔτους.

Α'φ' οὗ Τροΐα ἥλω, ἔτη ΗΗΗΗΗΔΔΔΔΠ. βασιλεύοντ⊙ Α'ϑηνῶν Μενεσϑέως δευτέρῳ καὶ εἰκοστοῦ ἔτους μηνὸς Θαργελίων⊙ ἑβδόμῃ φθίνοντ⊙.

Α'φ' οὗ Ορέστης ἐν Σκυθίᾳ τῶν αὐτῶν αὐτοῦ μανιῶν ἰάϑη, ἐ Αἰγίϑῳ φυγατρὶ Η'ριγόνῃ ὑπὲρ Αἰγίσῳ, κ᾽ αὐτῷ δίκη ἐγένετο ἐν Α'ρείῳ πάγῳ, ἣν Ο'ρέστης ἐνίκησεν ἰσῶν ψήφων ὐσῶν, ἔτη ΗΗΗΗΔΔΔΔΙΙ. βασιλεύοντ⊙ Α'ϑηνῶν Δημοφῶντ⊙.

Α'φ' οὗ Σαλαμῖνα ἐν Κύπρῳ Τεῦκρ⊙ ᾤκισεν, ἔτη ΗΗΗΗΔΔΔΠΙΙΙ. βασιλεύοντ⊙ Α'ϑηνῶν Δημοφῶντ⊙.

Α'φ' οὗ Νηλεὺς ᾤκισε Μίλητον ἐγ Καρίᾳ λαὸν ἀγείρας Ι'ώνων οἳ ἔκτισαν Ε"φεσον, Ε'ρυθρὰς, Κλαζομενὰς, Τέων, καὶ Λέβεδον, καὶ Κολοφῶνα,

Μυῦν-

Digitized by Google

Μυῆντα, Φωκαίαν, Πριήνην, Σάμον, Χίον, καὶ τὰ Πανιώνια ἐγένετο, ἔτη ΗΗΗΗΔΙΙΙ. βασιλεύοντ Α'θηνῶν μὲν Νηλέως τρισκαιδεκάτυ ἔτυς.

Α'φ' οὗ Η'σίοδ, ὁ Ποιητὴς ἐφάνη, ἔτη ΗΗΗΔΔΔ. βασιλεύοντ Α'θηνῶν Μεγακλῆς.

Α'φ' οὗ Ο''μηρ ὁ Ποιητὴς ἐφάνη, ἔτη ΗΗΔΔΔΔΙΙΙ. βασιλεύοντ Α'θηνῶν Διογνήτυ.

Α'φ' οὗ Φείδων ὁ Α'ργεῖ ἐδημοσίωσεν ἐν Α''ργει, καὶ μέτρα, καὶ στάθμα ἐσκεύασε, καὶ νόμισμα ἀργυρῆν ἐν Αἰγίνῃ ἐποίησεν, ἐνδέκατος ὢν ἀφ' Η'ρακλέυς, ἔτη ΗΗΔΔΔΙ. βασιλεύοντ Α'θηνῶν Διογνήτυ.

Α'φ' οὗ Α'ρχίας Εὐαγήτυ δέκατ ὢν ἀπὸ Τεμένυ ἐκ Κορίνθυ ἦγαγε τὴν ἀποικίαν εἰς Συρακύσας, ἔτη ΗΗΗΗΔΔΔΔΙΙΙΙ. βασιλεύονλος Α'θηνῶν Αἰσχύλυ, ἔτυς εἰκοστῦ ϛ ἑνός.

deum, & Colophonem, Myuntem, Phocaeam, Prienen, Samum, Chium, & Panionia inſtituta fuere, an. DCCCXIII. *regnante Athenis quidem Neleo an. decimo tertio.*

A quo Heſiodus Poeta claruit, anni DCLXXX. *regnante Athenis Megacle.*

A quo Homerus Poeta claruit, anni DCXLIII. *regnante Athenis Diogneto.*

A quo Pheidon Argivus Argis rempublicam adminiſtrabat, menſuras & pondera fecit, & nummum argenteum in Aegina cudit, quum eſſet undecimus ab Hercule, anni DCXXXI. *regnante Athenis Diogneto.*

A quo Archias Evageti filius, cum decimus eſſet a Temeno, e Corintho coloniam eduxit Syracuſas, anni CCCCXCIV. *regnante Athenis Aeſchylo, anno viceſimo primo.*

Ad *Cap. VI.* ubi de Cecrope agitur adponenda erat Cecropis ſtatua inſignis, quae Florentiae in Equitis *Borgherinii* aedibus exſtat, quamque, ne praetermiſſa omnino videatur, hic damus.



Digitized by Google

Cecropem effigiem ex Gemma apud *Gronovium* exhibuimus etiam in Tabula noſtra V.

Ad *Librum II. Cap. I.* ubi de Erichthonio Athenienſium rege agitur, obſervandum eius hiſtoriae occaſione, de curribus antiquorum eruditam Diſſertationem concinnaſſe V. Cl. *Alex. Politum* in Epiſtola ad me data; quare heic eam integram ſubiicere e re noſtra eſſe cenſeo.

Alexander Politus Io. Lamio Viro Cl. S. P. D.

SCriptorum Ioannis Meurſii, viri, ſi quis alius, de Graeca antiquitate optime meriti, quorum ſimul omnium edendorum auctor ego & ſuaſor Io. Caietano Tartinio, typographo Florentino, fueram, curam te colligendorum, recenſendorum, atque illuſtrandorum, Ioannes Lami, Vir Clariſſime, ſubſcepiſſe vehementer gaudeo. Nota mihi eruditio tua, nota diligentia, nota interiorum noſtrarum litterarum recondita tua, & exquiſita cognitio, quae ut in aliis plurimis variiſque argumentis praeclare, atque utiliter verſetur; tamen nuſquam alibi praeclarius, atque utilius, quam in Meurſio, occupari mihi potuiſſe viſa eſt. Eſt Meurſius quidam veluti penus totius veteris eruditionis, unde facile atque ubertim expromas, quae ad antiquitatem illuſtrandam pertinent: quae quum tute omnia, Lami, de theſauris tuis locupletes atque augeas, una ſimul eademque opera facis, ut & de Meurſio, & de omnibus hiſce liberalioribus atque reconditioribus ſtudiis optime promereare. Ego, quum Meurſii nuper libellos de rebus Atticis relegerem, tua quidem probavi omnia, mi Lami: ſed, quod, pro amicitiae noſtrae neceſſitudine atque iure, dicere mihi liceat, minus commode factum puto, ut typographus tuus libellum De Populis Atticae *talem nobis exhiberet, qualem ex veteri & nova Meurſii editione in Antiquitatibus Graecis conſarcinaverat Iacobus Gronovius. Tibi quum propoſitum ſit, Vir Clariſſime, ſcripta Meurſii ſumma fide atque integritate edere omnia, qualia ab auctore ſuo profecta ſunt, longe conſultius typographum tuum facturum fuiſſe iudico, ſi, quae Meurſius ſeorſum ſcripſerat, ſeorſum etiam repraeſentaſſet, nec, quod ſibi licere voluit Gronovius, quidquam prorſus in Meurſii verbis mutilaſſet. Itaque primum, meo quidem iudicio referendus fuerat, quem Meurſius primum ediderat, liber* De Populis Atticae. *Deinde huic libro ſubiungenda ſtatim erant, quae curis ſecundis, pluribus poſt annis, Meurſius eodem de argumento conſcripſit, atque iuſti libelli inſtar, in capita ſua, ſuoſque titulos diſtinxit,* Reliqua Attica, ſive ad librum De Populis Atticae Paralipomena. *Sic enim alterum hunc librum ſingularem ſuum inſcripſit Meurſius, praefatus ibidem, dediſſe ſeſe pridem* De Populis Atticae; *atque id ſeſe opus nunc refecturum, &, quae ſibi poſtea obſervata fuerant, adiecturum. Quae quidem ſingula, prout Meurſius dederat, religioſe ſervanda, ac repraeſentanda videbantur. Quamquam incommodo huic qualicumque integrum adhuc tibi eſt, ſi ita tibi videbitur, Vir Clariſsime, occurrere ac mederi, ſi nempe ad voluminis ipſius calcem reliqua illa Attica adiungenda cures, qualia ab ipſo Meurſio exierunt. Tu, pro ſapientia atque iudicio tuo, multo quam egomet, melius hac de re iudicaveris. Ego id quidem praemonendum duxi.*

Accipe nunc, Vir Clariſsime, quam mihi quaeſtionem ab hinc paucis menſibus adoleſcentes quidam, auditores mei, & Graecarum ſimul ac Romanarum rerum ſtudioſiſsimi, hic Piſis propoſuerunt: ſi forte ea quidquam conferat ad Regnum Atticum Meurſianum. Traditum eſt de Erichthonio, vetuſtiſſimo Athenienſium rege, eum primum omnium ad currum quaternos equos in Panathenaeis iunxiſſe. Ferunt, hunc Erichthonium filium fuiſſe Minervae. Vnde

& qua-

Digitized by Google

& *quadrigas inventum Minervae fuiſſe fabulantur; tametſi alii inventionem quadrigarum Trochilo cuidam Callirheae filio tribuerint. Id igitur qua ratione factum fuerit, ut quaterni ad unum currum equi iungerentur, atque utrum uno, an vero duplici, ſive etiam pluribus temonibus, equi illi iuncti fuerint, diligenter a me auditores mei quaeſiverunt. Quae eorum quaeſtio atque interrogatio effecit, ut de antiquiſſimo quadrigarum uſu paullo etiam amplius, quam eorum res atque occupationes ferebant, coram eis diſputare. Equidem, quum ex Homero in primis vetuſtiſſimi rerum uſus, priſcaeque conſuetudines eruantur, atque innoteſcant, nec, niſi docente Homero, quidquam Graecarum primis illis temporibus conſuetudinum ſciri plane poſſit, certum eſt, Homerum* δίῤῥυμον ἅρμα *nullo modo adgnoviſſe. Tantum abeſt, ut* ἅρμα *cognoverit* πολύῤῥυμον. *Etſi enim dicit alicubi Homerus* πρῶτον ῥυμὸν, primum temonem; *tamen* πρῶτον *intelligit* ἄκρον, ſummum, *id eſt, ſummitatem temonis in illo verſu:*

Ἄρξαντ' ἐν πρώτῳ ῥυμῷ αὐτὼ μὲν ἐβέτην.

Primo ipſi effracto curſum temone capeſſunt.

Euſtathius: Ὅρα ἢ τὸ ἐν πρώτῳ ῥυμῷ, ἀντὶ τοῦ ἐν ἄκρῳ. Οὐ γὰρ δήπου νοητέον ἅρμα πολύῤῥυμον. Τοιαῦτα γὰρ οὐκ οἶδεν ὁ Ποιητὴς, ἀλλὰ παρὰ τοῖς ὕστερον ἐπινενόηνται, ὡς καὶ ἀλλαχοῦ δηλοῦται. *i. e.* Vide vero τὸ ἐν πρώτῳ ῥυμῷ, in primo temone, pro ἐν ἄκρῳ, in ſummo, ſeu in temonis ſummitate. Non enim quidem certe intelligendus currus multiiugis, qui multos nimirum temones habuerit. Iſtiuſmodi enim currus minime omnium novit Poeta; ſed poſterioribus hi temporibus excogitati ſunt, atque adinventi, ut & alibi declaratur. *Vnde lux loco illi Virgiliano de Erichthonio:*

Primus Erichthonius currus, & quatuor auſus
Iungere equos, rapiduſque rotis inſiſtere victor.

Vnus tunc in curru erat temo, ad quem equi duo eodem iugo iuncti, qui idcirco iugales, Graecis ζύγιοι, οἱ ὑπερβαλλόμενοι τῷ τοῦ ἅρματος ζυγῷ. *His ſiquando, ut in trigis, tertius equus adiungebatur, erat hic funalis; ideſt, fune, ſeu vinculo, ad equorum iugalium latus, extra iugum, ſeu currum, adligabatur. Funalis hic equus, Graecis* σειραῖος, *qui idem Homero* παρήορος; *ideſt,* παρεζευγμένος, ὁ ἐγγὺς ὢν τῶν ζυγίων ἵππων, *ut explicat quidem alicubi Euſtathius, Dionyſius Halicarnaſſenſis Antiquit. Romanar. lib.* VII. Ὁ παρ' Ἕλλησι μὲν ἐκλέλοιπεν, ἀρχαῖον ἐπιτήδευμα, & ἡρωϊκὸν, ᾧ ποιεῖται τοὺς Ἕλληνας Ὅμηρος ἐν ταῖς μάχαις χρωμένους. δυσὶ γὰρ ἵπποις ἐζευγμένοις, ὃν τρόπον ζεύγνυται συνωρὶς, τρίτος παρέπετο σειραῖος ἵππος ἡνίαις συνεχόμενος· ὃν ἀπὸ τοῦ παρηωρῆσθαι, καὶ συνεζεῦχθαι παρήορον ἐκάλουν οἱ παλαιοί. *Vnde manifeſte adparet, non de Heroicis, neque de Homericis, ſed de ſubſequutis deinde temporibus intelligendum eſſe id, quod de duplici quadrigarum temone tradit Iſidorus Originum lib.* XVII. *cap.* XXXV. Quadrigarum vero currus duplici temone olim erant, perpetuoque, &, quod omnibus equis iniiceretur, iugo. Primus Cliſthenes Sicyonius tantum medios iugavit, eiſque ſingulos ex utraque parte ſimplici vinculo adplicuit, quos Graeci σειραφόρους, Latini *funarios* vocant, a genere vinculi, quo prius adligabantur. *Quadrigarum etiam meminit Homerus in Odyſſea:*

Ὡς δ' ἐν πεδίῳ τετράοροι ἄρσενες ἵπποι,
Πάντες ἅμ' ὁρμηθέντες ὑπὸ πληγῆσιν ἰμάσθης.

ubi Euſtathius: οἶδεν ὧν, φασὶν, Ὅμηρος & τὸ τέτρωρον, καθὰ καὶ πρὸ τούτου τὸν κέλητα, ὃς καὶ μὴ ποιεῖται χρωμένους αὐτοῖς τοὺς ἥρωας. *Sed quomodo Heroicis illis temporibus quaterni equi ad currum iungerentur, docet aperte Euripides Iphigenia in Aulide, ubi de quadrigis Eumali:*

Ὡς καλλίσης ἁβρόμαν

Digitized by Google

Χρυσοδαιδάλτυς τομίοισι πώλυς
Κέντρῳ θαινομένυς· τὺς
Μὲν μέσυς ζυγίυς λευ-
κοςίκτῳ τριχὶ βαλιὺς,
Τὺς δ' ἔξω σειραφόρυς
Ἀντήρεις καμπαῖσι δρόμων
Πυῤῥότριχας.

Erant igitur medii dumtaxat equi ζύγιοι, *iugales, atque adeo unus ſoluſque quadrigarum illarum temo, inter medios illos equos interiectus: alii duo equi, ſinguli utrimque ad latus, alter ad dextrum, alter ad ſiniſtrum, extra iugum atque currum,* σειραφόροι, *funales. Sic ergo & qui Homero* τετράοροι, *ſeu* τετράορες ἵπποι, *erant illi quidem* ὁμῦ συνεζόυγμένοι, *neque illi tamen omnes* ζύγιοι· *Sed medii duo ad temonem, atque ad iugum,* ζύγιοι· *ceteri, qui ad latera ſingula erant, cum dexter, tum ſiniſter,* σειραφόροι. *Sic ex uſu etiam Heroicorum temporum deſcriptae quadrigae a Polluce:* Λίβυες δὴ, καὶ ἀπὸ δίφρων, καὶ ἵππων ἐπιζευγνυμένων, ὥσπερ οἱ Ὁμήρυ ἥρωες, μάχονται (ὕτως γὰρ ὐκ οἶδε μονίππυς ἱππέας) ὧν οἱ μὲν ὑπὸ τῷ ζυγῷ, ζύγιοι· οἱ δ' ἑκατέρωθεν, παρήωροι (*ita enim ſcriptum, ut & alibi, cum* ώ) καὶ παράσειροι, καὶ σειραφόροι, καὶ σειραῖοι· καὶ αἱ τύτων ἡνίαι, σειραὶ, καὶ παρηωρίαι. *Scribit autem Herodotus in Melpomene, Graecos a Libybus* τέτρερας ἵππυς συζευγνύναι *didiciſſe. Huiuſmodi etiam quadrigas ſignificare videtur Sophocles in Electra, ubi Oreſtis & aliorum, in quibus &* δύο Λίβυες ζυγωτῶν ἁρμάτων ἐπισάται, *curule certamen deſcribit: non quaternos nimirum ad currum ſimul equos omnes iugales, quibus, interiecto inter binos & binos temone, perpetuum omnibus iugum iniectum eſſet; ſed, praeter medios iugales, ſingulos utrimque funales, & dextrum & ſiniſtrum. Namque hos quidem clare adgnoſcit, atque exprimit Sophocles in illa deſcriptione:*

Κἄν τῷ δ' ὑπ' αὐτὴν ἐσχάτῳ ςήλῳ ἔχων,
Εὖ χριμπτ' ἀεὶ σύριγγα· δεξιὸν τ' ἀνεὶς
Σειραῖον ἵππον, εἶργε τὸν προσκώμιον.

Ecce tibi in illo Oreſtis curru dexter equus funalis, σειραῖος. Τὸν προσκώμιον *dicit Sophocles funalem alterum ſiniſtrum, quippe qui* προσκώμιος *eſſet* τῷ καμπτῆρι. *Vetus Scholiaſta:* σειραῖον ἵππον, τὸν ἔξω τῦ ζυγῦ, τὸν δεξιόν. προσκώμιον δὴ τῷ καμπτῆρι, ἀριςερόν. *Itaque Oreſtes, in agendo curru, dextro funali equo habenas remittebat; ſiniſtro, qui interiori proxime metam curſu circumagebatur, adducebat. Omnino ex arte circenſi, ut breviſſimo nimirum, quam fieri poſſet, gyro, propius a meta ſpatium conficeret. Quare & paullo poſt dicit Tragicus, imprudenter Oreſtem currum tamdem ſuum in columnam extremam impegiſſe, quod ſiniſtrum lorum, flectente ſeſe equo, laxaviſſet.*

Εἶτα λύων ἡνίαν ἀριςερὰν,
Κάμπτοντος ἵππυς, λανθάνει ςέλῳ ἄκραν
Παίσας.

Atque hinc illuſtratur deſcriptio illa quadrigarum certantium Papiniana, quam Papinius in ludis Nemeaeis, a Graecis ducibus Archemoro celebratis, ad Heroicorum illorum temporum conſuetudinem accomodat lib. VI. *Thebaidos:*

Nam flavus Arion
Vt vidit, ſaliere iubae, atque erectus in armos,
Stat, ſociumque iugi, comiteſque utrimque laboris
Secum alte ſubſpendit equos.

Statianas has quadrigas conatur Salmaſius ad trigas reducere; itaque legit in Statio:

Nam flavus Arion

Stat

Stat, ſociumque iugi, comitemque utrique laboris,
Secum alte ſubſpendit equos.

Quaſi ſcilicet Arion ſiniſter iugalis fuerit; ſocius ille iugi, iugalis alter; comes laboris utrique, hoc eſt, Arioni ſocioque iugi, funarius ad dextram. Quod eſt omnino contra Statium: ex quo conſtat, quadriiugum certamen illud fuiſſe:

Haud procul Herculeam Nemeen clamore reductus
Adſpicit, atque illic ingens certaminis inſtar
Quadriiugi.

Neque enim certamen triiugum inde Salmaſius oſtenderit, quod tres tantum equos, ſeu potius equas, in curru Admeti Statius nominet.

Nominibuſque cient Pholoen Admetus & Irin,
Funalemque Thoen.

Siquidem & ſtatim in Amphiarai curru equos dumtaxat duos; in reliquis vero curribus equum unum nominat.

Rapidum Danarius augur
Aſcheton increpitans, meritumque vocabula Cycnum.
Audit, & Herculeum ſtrymon Chromin. Euneon audit
Igneus Aechion. tardum Calydona laceſſit
Hippodamus, variumque Thoas rogat ire Podarcem.

Neque inde tamen Salmaſius heroas illos bigis, aut μονίπωϕ etiam curru, certaſſe probaverit. Quod autem urget Salmaſius, belli Thebani ac Troici temporibus, bigis & trigis, tam in bello, quam in ludicris certaminibus, heroas uſos fuiſſe; id porro ſi ita intelligit, ut non niſi bigis & trigis vel in ludicris certaminibus uſi fuerint, falſum mehercule eſt, falſumque id a nobis ex quadrigarum apud heroas uſu demonſtratum. Niſi ſi forte, quod ſibi ius Salmaſius in Statium adrogat, id ſibi etiam in Poetas Graecos, praeſertim Tragicos, atque in primis Euripidem, permittat, ut, ubi quadrigas heroibus in ludis attribuunt, totos eos refingat, atque ad ſententiam ſuam vel invitos trahat. Nam & Hippolyto, ut de pleriſque aliis Poetarum locis taceam, diſerte dat Euripides τέθριππον ὄχον, *&* τέτρωρον ὄχον. *itemque Pelopi* τεθριππο-βάμονα ϛόλον *in Oreſte. Quid quod Philoſtratus, ut vetuſtiſſimos illos heroas quadrigas fere neget in bello tractaſſe, tamen quadrigas ad ludos, ſeu certamina, adhibuiſſe teſtatur? Sic enim lib.* I. *Iconum in Pelope, de Oenomai curru:* ϖέπτωκε δέ. συντριβὲν τὸ ἅρμα, τέχνῃ Μυρτίλου. τὸ δὴ ἵππων ξύγκειται τεττάρων. τυτὶ γὰρ ἐς μὲν τὰ ϖολεμικὰ ὕπω ἐθαρσεῖτο· οἱ ϑ' ἀγῶνες ἐγίνωσκόν τε αὐτὸ, κ' ἐτίμων. κ' οἱ Λυδοὶ δὲ, ϕιλιππότατοι ὄντες, ἐπὶ μὲν Πέλοπϊ τέθριπποί τε ἦσαν, καὶ ἤδη ἁρματῖται. *Ergo fruſtra eſt tota illa Salmaſii ad Papinium in curuli quadrigarum certamine emendatio. At obiicit Salmaſius, Arionem equum, qui in Phynicis quadrigis bonitate ceteris equis praeſtaret, funalem ſiniſteriorem eſſe debuiſſe; & tamen Statium in illis verſibus, ut a nobis quidem leguntur, contra circi diſciplinam, facere eum equum ſiniſtrum iugalem. Sed vehementer hac in re errat Salmaſius, quae in alios eum errores impulit. Quis enim eum unquam docuit, honoratiſſimum in quadrigis locum eſſe equi funalis ſiniſtimi, & hunc ipſum equum funalem plurimum inter ceteros ad victoriam contuliſſe? Immo vero in meta circumeunda prima & maxima opera erat equi iugalis ſiniſtri, & ex hoc iugali equo prae ceteris omnibus pendere victoria putabatur. Quum enim in flectendo circa metam curru totus rei cardo praecipue verſaretur, cui magis equorum accepta victoria referenda erat, quam iugali ſiniſtro, cuius, ut in bigis & trigis, ſic etiam in quadrigis, potiſſimum erat temonem ad laevam flectere, atque ad metam currum interiori ſiniſtroque gyro admovere, mi-*

nimo-

Digitized by Google

nimoque intervallo circumagere? ut non minus in quadrigis, quam in bigis, locum habeat praeceptum illud Neſtoris ad Antilochum, de iugali ſiniſtro:

Ε'ν νύρῃ μὲ τοι ἵππος ἀριστερὸς ἐγχριμφθήτω.

Nam funalis quidem equus currum non agit, nec temonem flectit: ut proinde neque eius ſit currum propius metam circumagere. Hinc funalis, παρήορος, *qui currit extra currum, ad differentiam equi iugalis, qui nimirum intra currum. Heſychio* παρήορος ἵππος ὁ παράσαρος ὁ ἐκ τῦ ἅρματος τρέχων. *Legendum eſt vel cum Bulengero,* ἔξω τῦ ἅρματος. *ut Scholiaſtae Homerico ad lib.* ψ'. *Il.* παρήορος ὁ ἔξω ζυγῦ ἵππος, παράσαρος λεγόμενος. *ut & Scholiaſtae Sophocleo ad Electram* σειραῖος ἵππος ὁ ἔξω τῦ ζυγῦ· *& Ariſtophanico ad Nubes* σειραφόρος ὁ ἔξω τῦ ζυγῦ. *pariter atque Euripides dicit* τὰς ἔξω σειραφόρους. *Vel certe in Heſychio legendum cum Salmaſio,* ὁ ἐκτὸς ἅρματος. *ut apud Scholiaſtam Homericum ad lib.* ή. *Il.* λέγα δὲ ὅτως ποτὲ (παρήορον) καὶ τὸν παρεζευγμένον ἐκτὸς τοῦ ζυγοῦ ἵππον. *Vnde corrigendus Etymologus v.* Παρήορος· ἢ ὁ ἐντὸς τῦ ζυγῦ παραζευγμένος ἵππος. *Scribendum namque eſt:* ἢ ὁ ἐκτὸς τῦ ζυγῦ. Οἱ παρὰ τὸ ζυγὸν *dicti equi funales Pauſaniae. quod non percepit interpres Pauſaniae Latinus. Sicuti igitur in temone ad laevam flectendo, curruque ad metam circumagendo primae praecipuaeque partes erant equi iugalis ſiniſtri, ita & hic locus maximo in honore erat, ibique optimus & praeſtantiſſimus totius quadrigae equus collocabatur. Quare & hunc locum, tamquam honoratiſſimum, inter alios eximiae notae equos, dat Auſonius Phoſphoro, equo quondam celebratiſſimo Auguſti, cui & maxime in deliciis fuerat:*

Hunc titulum vani ſolatia ſume ſepulcri,
Et gradere Elyſios praepes ad alipedes.
Pegaſus hinc dexter currat tibi. Laevus Arion
Funis eat. Quartum det tibi Caſtor equum.

Hic etiam Auſonio vim infert Salmaſius, atque, ut ex illa ſua praeiudicata opinione Phoſphorum funalem faciat ſiniſteriorem, Auſonianos illos verſus ſic concipit, atque interpungit:

Pegaſus hinc dexter currant ibi, laevus Arion.
Funi ſed quartum det tibi Caſtor aequum.

Vult nimirum Salmaſius, ibi in ea quadriga, dextrum Pegaſum, laevum Arionem ad iugum currere; ad funem vero, tamquam optimos quadrigae, equum Caſtoris, & Phoſphorum: ſed dextrum equum Caſtoris, ſiniſtrum Phoſphorum, tamquam primum quadrigae: quippe ſiniſtri funalis equi locum eſſe in quadrigis primum atque honoratiorem. At enim Auſonius non obſcure Phoſphorum in iis quadrigis iugalem ſtatuit ſiniſtrum, cui a dextra Pegaſum collocat, alterum nimirum iugalem. Vnde Salmaſius primum in quadrigis locum iugalis ſiniſtri fuiſſe, quippe in quo maxima victoriae ſpes niteretur, diſcere & potuiſſet, & debuiſſet, non ex eo, quem ipſe ſibi arbitratu ſuo fingit, loco quadrigarum honoratiori, veterum Poetarum ſententias totas pervertere atque depravare. Scriptum antea erat in Auſonio:

Pegaſus hinc dexter currat tibi. Laevus Arion
Funis e ad quartum det tibi Caſtor equum.

Vnde Stephanus Charpinus in Lugdunenſi ſua editione fuerat: Funis & ad quartum. *Elias Vinetus pro* Funis e ad, *ſcribebat* Funalis. *qui & totum locum ſic legendum arbitrabatur:*

Pegaſus hinc dexter currat tibi, laevus Arion
Funalis, quartum det tibi Caſtor equum.

Sed veriſsima eſt Iulii Caeſaris Bulengeri emendatio legentis:

laevus Arion
Funis eat. Quartum det tibi Caſtor equum.

Sciunt

Sciunt omnes, qui in vetuſtis codicibus paullo diligentius ſunt verſati, has litteras, τ, *&* d, *ex mala fortaſſe dictantium pronuntiatione, ſaepe inter ſeſe ab amanuenſibus commutari. Vult autem Auſonius, in iis quadrigis, quarum primum locum teneat Phoſphorus, equus ſiniſter iugalis, equos currere funales, Arionem & Cyllarum; Arionem ad ſiniſtram Phoſphori, Cyllarum, qui eſt quartus equus, ad dextram Pegaſi. Quod iugalibus duobus mediis ſinguli utrimque ad latus fune, vel loro adiungerentur, quaterni hi ſimul omnes equi non* τετράορες *modo dicti, ſeu* τετράοροι, παρὰ τὸ ἀείρω τὸ συζεύγνύω, *ſed etiam* τετράσειροι, παρὰ τὴν σειρὰν, *ut teſtatur Euſtathius ad illud Odyſſeae:* τετράοροι ἄρσενες ἵπποι· οἱ ᾗ τοιοῦτοι καὶ τετράσειροι λέγονται παρὰ τὴν σειράν· ἀφ' ἧς καὶ ἄσειρος ἵππος, ὁ ἄδετος, καὶ παράσειρος, ὁ παρήορος. *Et viciſsim quod medii illi duo equi ad iugum iungerentur, quaterni ſimul omnes* quadriiuges, *&* quadriiugi, *a Latinis adpellati: ut &* quadrigae, *quaſi* quadriiugae. *Quamquam alicui fortaſſe videri poſsint dicti quadriiugi, quod unum aliquando omnibus equis perpetuumque iugum iniicerentur. Sed tamen multo veriſimilius, e mediis duobus iugatis equis, tamquam a parte, totas quadrigas, quaternoſque ſimul equos, quadriiugos vocatos fuiſſe: ut, quamvis non omnes ii funibus ad currum adligati eſſent; ſed duo dumtaxat, qui funales idcirco dicebantur; tamen ab his funalibus,* σειραίοις, *&* σειραφόροις, *tamquam a parte, quaterni ſimul omnes equi,* τετράσειροι *ſunt nominati: quum ipſi funales ſpeciatim, atque ad iugalium equorum diſtinctionem,* παράσειροι, *pariter atque* παρήοροι, *nuncuparentur. Nam falſa quidem interpretatio eſt illa veteris Scholiaſtae ad Oreſtem Euripidis:* παράσειρος, κυρίως ὁ ὀπίσω τοῦ ἅρματος ἐπόμενος ἵππος. *Neque modo falſa haec eſt interprctatio veteris Scholiaſtae; ſed neque in Euripidis locum ſatis quadrat, in quo venienti, ac veluti* ἕρποντι *Oreſti ſocius ad latus adiungitur Pylades, beneque* παθητικῶς *deſcribitur:*

ὅ, τε πιςότατος πάντων Πυλάδης,
ἰσάδελφος ἀνὴρ,
ἰθύνων νοσερὸν κῶλον Ὀρέςᾳ,
ποδὶ κηδοσύνῳ παράσειρος.

Hic Scholiaſtae ποδὶ κηδοσύνῳ παράσειρος *idem eſt atque* συνεζευγμένος ἐν ποδὶ κηδοσύνῳ, ἤτοι ἐν πορείᾳ κηδεμονικῇ. *Pylades igitur non pone ſequebatur, ſed pari, atque Oreſtes, paſſu, ad latus eius procedebat, eiuſque languidum atque aegrum corpus regebat atque ſubſtentabat,* κυβερνῶν, *ut* παραφραστικῶς *ait Scholiaſta,* τὸ νοσερὸν σῶμα τῷ Ὀρέςᾳ πορείᾳ κηδεμονικῇ, ἤγουν κατὰ πορείαν κηδεμονικὴν παρασυνεζευγμένον. *Hinc Pylades Euripidi perbelle & pereleganter dictus* παράσειρος, *ducta metaphora ab equo* παρασείρῳ, *eodemque* παρηόρῳ. *Quippe his equus tum in trigis, tum in quadrigis, ad latus currebat iugalium equorum. Euſtathius ad lib.* Θ'. *Il.* Ο' ᾧ παρήορος ἀπὸ τοῦ παραείρω τὸ παραζεύγνύω γίνεται, ἵνα ᾖ παρήορος ὁ παρεζευγμένος, ἤγουν ὁ ἐγγὺς ὢν τῶν ζυγιτῶν, ἢ τῶν ζυγίων, κατὰ τὸν Κωμικόν. ὁ ᾗ τοιοῦτος, παράσειρος λέγεται παρὰ τοῖς ὕςερον. *Vnde certiſſime corrigendum illud Dionyſii Halicarnaſſenſis, quod ſupra nos protulimus:* δυσὶ γὰρ ἵπποις ἐζευγμένοις, ὃν τρόπον ζεύγνυται συνωρὶς, τρίτος παρέπετο σειραῖος ἵππος, ῥυτῆρσι συνεχόμενος. *Vbi pro* τρίτος παρέπετο, *ſine dubio legendum,* τρίτος παρηέρητο. *Euſtathius idem ad lib.* Ψ'. *Il. ubi meminit* τῶν παρηόρων ἵππων· αὐτοὶ δὲ κατὰ τὰς ζυγίας, ἀσφαλῶς, καὶ σερεῶς, ὅμοιον δ' ἂν εἴη εἰπεῖν καὶ ἀραρότως, συνδεδεμένῳ τῷ ἅρματι, ἀλλ' ἄφετοι παραείρονται, ἤτοι παραζεύγνυνται. *Simile eſt verbum* συναείρω, *ſeu* συναείρομαι, *quo uſum aliqui volebant Homerum lib.* ὁ. *Il. in illo verſu:*

Οἵς' ἐπεὶ ἐκ πολέων πίσυρας συναγείρεται ἵππους.

Vbi pro συναγείρεται *Philemon legebat* συναείρεται· *cuius etiam ſcripturae ad eum ipſum locum meminit Euſtathius:* ἃ δὲ γράφει συναείρεται, τὸ συζεύγνύειν, καὶ ἁμᾶ εἶρειν ἡ λέξις δηλοῖ. ὡς καὶ τὸ, Σὺν δ' ἔειρεν ἱμᾶσιν. ἐξ οὗ καὶ παρήορος. *Atque hanc eamdem ſignifica-*

ficationem habet τὸ παραιωρεῖσθαι, *ex quo* παρήωρ *cum* ώ., *ut patet in ſequentibus verbis Dionyſii:* ὃν [σειραῖον ἵππον] ἀπὸ τῦ παρηωρῆσθ καὶ συνεζεῦχθαι παρήορον ἐκάλεν οἱ παλαιοί. *Quamquam Homero & pleriſque aliis ſcribitur* παρήορ, *cum* ὁ. *Heſychius:* Παρήορ, ὁ παραιωρύμεν. Παρήορ *item Scholiaſtae Homerico exponitur* παραιωρύμεν, *ſeu* παρηωρημέν. *Et ſic etiam Auctori Magni Etymologici: qui & vocis etymologiam hanc ſubiungit:* γίνονται δὲ ἀμφότερα ἀπὸ τῦ ἀείρω. ῥηματικὸν ὄνομα, κατὰ ἀποβολὴν τῦ ί, ἄορ· καὶ μετὰ τῆς παρὰ προθέσεως, καὶ ἐκτάσει τῦ ά εἰς ή, παρήορος, ἡ Ὅμηρ παρηορίας λέγει τὰς τῦ παρήορυ ἵππυ ἡνίας, ὑφ' ἃς ὁ τρίτ ἵππ τῇ ξυνοδίᾳ δέδε. *Rurſus in quadrigis inter equos funales,* παρασείρες, σειραίες, σειραφόρες, παρήορες, *medii iugales equi,* ζύγιοι, ὁ μέσος δεξιὸς, καὶ ὁ μέσος ἀριςερὸς, *ut diſtincte ad Nubes explicat interpres ille Ariſtophanicus. Quod non bene cohaereret, niſi, qui ad latera erant, equi* παράσειροι *aequata cum iugalibus fronte proceſſiſſent. Sicuti etiam Indi ternos ita camelos iungere conſueverant, ut media iret femina, in qua Indus veheretur, mares utrimque* σειρόφοροι *latus ſinguli cingerent, ut narrat quidem Herodotus in Thalia. Atque haec ad rem noſtram ſatis de quadrigis, quas antiquiſſimis etiam & Heroicis temporibus manifeſtum eſt unum ſolumque temonem (neque enim* δίῤῥυμον ἅρμα *adgnovit, ut diximus, Homerus, quum tamen adgnoverit* τὸ τέτρωρον) *habuiſſe, quaternoſque ita equos diſpoſitos, ut bini medii ad temonem eſſent iugales, bini ad latera, utrimque ſinguli, funales, alter* δεξιόσειρ, *alter* ἀριςερόσειρ. *Videtur tamen poſtea ratio haec immutata fuiſſe, atque inſtitutum, ut quadrigarum currus temone eſſet duplici, omnibuſque pariter equis perpetuum iugum imponeretur. Sed priſtinum quadrigarum morem innovavit atque reſtituit Cliſthenes Sicyonius: qui idcirco primo viſus eſt Iſidoro equos tantum medios iugaſſe, eiſque utrinque ſingulos fune, vel loro adligatos adplicuiſſe, quos* σειραφόρες *Graeci, Latini funales vocarunt. Cliſthenem hunc Sicyonium, Ariſtonymi filium, memorant, in Olympiis atque Pythiis quadrigarum curſu certaſſe, victoremque evaſiſſe. Auctores Herodotus & Pauſanias. Male autem Samuel Bochartus Sicyonium hunc Cliſthenem confundit cum Cleoſthene Epidamnio, qui Olympia quadrigis vicit Olympiade* LXVI. *quo de Cleoſthene haec in Eliacis Poſterioribus Pauſanias:* ἐνίκα μὲν δὴ τὴν ἕκτλω Ὀλυμπιάδ, καὶ ἑξηκοςὴν ὁ Κλεοσθένης. ἀνέθηκε δὲ ὁμῦ τοῖς ἵπποις αὐτῦ καὶ εἰκόνα, καὶ τὸν ἡνίοχον. ἐπιγέγραπται δὲ καὶ τῶν ἵππων τὰ ὀνόματα, Φοῖνιξ, καὶ Κόραξ. ἐκατέρωθεν δὲ οἱ παρὰ τὸ ζυγὸν, κατὰ μὲν τὰ δεξιὰ Κνακίας, ἐν ᾧ τῇ ἀριςερᾷ Σάμ. *i. e.* Vicit Cleoſthenes Olympiadem ſextam & ſexageſimam; dedicavitque ſimul cum equis & ſui ipſius imaginem, & aurigae. Inſcripta ſunt etiam equorum nomina, Phoenix, & Corax. Vtrimque vero equi funales, a dextra Cnacias, a ſiniſtra Samus. *Atque ego ſatis de quadrigis. Quae vero in his temporum ac ſtudiorum anguſtiis praetermiſſa a me ſunt, tu, Vir doctiſſime, facile ſuppleveris. Vale. Ex Muſeo meo Piſano a. d.* VII. *Kalend. Octobr.* MDCCXXXIX. Hactenus Vir ille eruditiſſimus, cuius de *Reliquis Atticis* ſententiae, quae e re erant, ſuperius tempeſtive repoſuimus.

§. VIII.

Ad Meurſii Libros *De Archontibus Athenienſium* addendae ſunt obſervationes & cenſurae *Iacobi Palmerii*, quas non ſecus ac illas, quas Libro *De Populis Atticis* in hac Praefatione adnexuimus, mecum communicavit Vir Eruditiſſimus *Io. Chriſtophorus Wolfius*. Eae ſunt quae ſequuntur.

Ad Col. 753. E. non implevit) *at ſupra hac pagina citat Euſebium contra ſentientem.*

Ad

Digitized by Google

Ad Col. 770. D. Σίμων@) *& quidem melius; nam marmor linea* 53. *habet* Σίμον@.

Ibid. E. Olymp. XXXV. anno I.) *ergo male ſubduxit calculos; nam ſi Damaſias fuit Archon anno* I. *Olymp.* XXXV. *ſexto anno poſt Simonidem, ſequitur Simonidem fuiſſe Archontem anno* III. *Olymp.* XXXIII.

Ad Col. 771. C. ignorantur) *Dropilus Archon invenitur Olymp.* XXXIV.

Ad Col. 774. C. Dropides) *At marmor Arundelianum Damaſiam ponit.*

Ibid. Α'θηναίων ἦρξεν) *fortaſſe illud* ἦρξεν *non debet intelligi de magiſtratu, ſed de auctoritate. Nam Pericles nunquam fuit* Α"ρχων, *qui* ✻ Α'θηναίων ἦρξεν.

Ad Col. 775. B. Duorum) *imo trium ex ipſius auctoris calculo.*

Ad Col. 776. E. aliunde indicato) *Sed id non indicat: nam Comias & Hegeſtratus multum inferius ponendi, ſi anonymi calculo fidit; nam Piſiſtrati iudicium multo inferius collocandum eſſe patet ex Thucydide, Ariſtotele, & marmore ſcilicet Olymp.* LV. *vel circiter.*

Ad Col. 777. A. Eiuſdem Olympiadis) *imo Olymp.* L.

Ad Col. 778. C. quinque exciderunt) *hoc loco ponendi ſunt Comias & Hegeſtratus ſecundum computum Thucydidis & Ariſtotelis. Comiam etiam hoc loco marmor Arundelianum memorare videtur Olymp.* LV.

Ad Col. 779. B. quatuordecim exciderunt) *fugit auctorem Thericles archon Olymp.* LXI. *de quo in Excerptis Diodori p.* 241.

Ibid. E. quindecim ignorantur) *ego vero Cliſthenem non ignoro, qui fuit Archon eo anno, quo Piſiſtratidae eiecti fuerunt Athenis, anno ſcil. Olymp.* LXVII. *ut computat Marmor Arundelianum & Thucydides.*

Ad Col. 784. B. Ariſtides forte fuerit) *male; nam Ariſtides poſt Phanippum a Plutarcho ponitur annis ſex inferius. Sed ignoravit Meurſius Pythocritum, cuius nomen exſtat in marmore Arundeliano, & poſt eum Themiſtocles ex Dionyſio Halicarn.*

Ad Col. 785. C. ἡ ἐν Μαραθῶνι μάχη) *at Plutarchus eam pugnam diſerte ponit biennio poſt Phanippo Archonte. Vide eum in Ariſtidis vita.*

Ibid. D. in Olymp. LXVIII. annum I.) *ita ſecundum Dionyſium Halicarnaſſeum, ſed ab aliis regifugium ponitur duobus annis antea: conſentit Scaliger in emend. temp. p.* 404.

Ibid. archon Diognetus) *ſed non conſtat ratio calculi Meurſio. Nam, ſecundum Dionyſium Halicarnaſſeum, & Polybium, regifugium accidit Olympiad.* LXVIII. *anno* I. *quibus addendo annos* XVI. *pugna Marathonia cadit in annum* III. *Olymp.* LXXII. *quod & firmius indicat marmor Arundelianum.*

Ibid. F. Conſentit etiam) *calculus qui a Romae conditu putatur, non eſt idoneus ad epochas Graecas firmandas ob diverſam auctorum de anno, quo condita fuit, ſententiam.*

Ad Col. 786. B. de tempore nihil dicit) *at marmor Arundelianum videtur Phanippum ponere, & pugnam Marathoniam anno* III. *Olymp.* LXXII.

Ibid. C. *Oblitus eſt ſui hoc loco Meurſius; non enim controverſiam movet Demetrius de Phanippo, de quo non meminit, ſed de Ariſtide, de quo non loquitur hoc loco Meurſius.*

Ad Col. 787. A. ignorantur) *male; nam Phanippus & Ariſtides ſequuntur eum.*

Ad Col. 789. B. poſt devictos apud Marathonem Medos) *male explicat Meurſius hoc loco verba Graeca Plutarchi* μετὰ τὰ Μηδικὰ, *nam debebat vertere poſt bellum Medicum vel Perſicum conflatum, quod interiici debet poſt Plataeenſem pugnam; ergo nullus eſt fingendus Phaedon archon inter Marathona & Plataeas, niſi aliunde adſtruatur.*

Digitized by Google

Ibid. D. Olymp. LXXVII. anno IV.) *ſed eo anno marmora Arundeliana videntur ponere Apſephionem.*

Ibid. Olympiadis LXXIV. anno I. Leoſtratus) *ante Leoſtratum anno* IV. *Olymp.* LXXIII. *Philocrates Archon elicitur ex marmore Arundeliano.*

Ad Col. 791. A. Cenſeo autem) *male cenſes, o Meurſi, idcirco non eo in ſententiam tuam; cum Diogene ſtant marmora Arundeliana, quae eo anno non Phaedonem, ſed Aphepſionem habent diſerte. Sed corrigendus eſt Diodorus, ubi varie legitur, Phaedon, & in aliis exemplaribus* Φαίων; *& reponendus ſuo loco* Α'φηψίων.

Ad Col. 800. E. Phaedon fuit) *ſupra monuimus, emendandum eſſe Diodorum in nomine* Φαίδων, *& reponendum* Α'ψηφίων *ex marmore Arudeliano & Diogene Laertio.*

Ad Col. 839. F. victorem memorat) *errat cum Diodoro in verbis citatis.*

Ad Col. 843. A. Micio fuit) *Marmora* Miconem *vocant.*

Ibid. F. ſed corruptum illic verbum) *male cenſet Meurſius; nam legendum eſt* τῶν ἔνδεκα, *qui miniſtri fuerant caedium & violentiae* τῶν λ.

Ad Col. 844. A. etiam ibi reſcribendum) *at etiam ibi nihil mutandum, & recta eſt lectio vulgata.*

Ad Col. 853. C. Phanoſtratus) *ſeu Phaneſiſtratus.*

Ad Col. 882. F. ſubſtitutum habuit) *ſed potuit Phocion fuiſſe Archon, non vero eponymus.*

Ad Col. 886. F. ψηφισάμενοι) *igitur forte excuſſo Diphilo Philippum Archontem elegerunt.*

Ad Col. 888. E. ἑκατοστῆς) γρ. εἰκοστῆς πρὸς ἑκατόν.

Ad Col. 889. D. nomina excidere) *at in marmoribus Arundelianis notatur Diognetus anno* I. *Olymp.* CXXIX.

Ad Col. 891. B. Olymp. CCXXIII. annum IV.) *ſed ſecundum Baronianum computum triennio amplius ponendus eſt, ſecundum Catonianum biennio.*

Ad Col. 92. DCCCCIX.) *ſecundum me* DCCCCXVII.

Heic quidem eruditiſſimus *Palmerius* multa ex marmore Arundeliano, ſeu Oxonienſi, ut videmus, obſervat, atque caſtigat; multa & nos in ſcholiis & animadverſionibus noſtris paſſim ex eodem correximus: nihilo tamen minus, quum *gratius ex ipſo fonte bibantur aquae*, heic marmor ipſum integrum, ubi in eo de Archontibus Athenienſium agitur, exhibere fert animus, non aliter ac ſuperius quoad Reges Athenienſium fecimus: nam hoc inſigniſſimum marmor Athenienſem hiſtoriam aliquatenus perficere iure optimo videatur. Illud igitur ita habet:

A quo annuus Archon exſtitit primus Creon an. CCCCXX.

Α'φ' οὗ κατ' ἐνιαυτὸν ἦρξεν ὁ Κρέων, ἔτη ΗΗΗΗΔΔ.

A quo Tyrtaeus Lacedaemoniis commilitabat, anni CCCCXVIII. *Archonte Athenis Lyſia.*

Α'φ' οὗ Λακεδαιμονίοις Τυρταῖος συνεμάχησεν, ἔτη ΗΗΗΗΔΠΙΙΙ. Α"ρχοντος Α'θήνησι Λυσίου.

A quo Terpander Derdenei filius Lesbius nomos Lyricos, & auleticos docuit, quos cum tibicinibus ſimul tibiis cecinit, & actionem coram populo depulit, anni CCCLXXXI *Archonte Athenis Dropilo.*

Α'φ' οὗ Τέρπανδρος ὁ Δερδενέος ὁ Λέσβιος τοὺς νόμους τοὺς Λύρας ϛ αὐλῶν ἐδίδαξεν, ὡς κ) αὐλήταις συννήλησε. ϛ τὴν δίκλω μετέσησεν, ἔτη ΗΗΗΠΔΔΔΙ Α"ρχοντος Α'θήνησι Δροπίλου.

A quo Alyattes Lydis imperavit, anni CCCXLI. *Archonte Athenis Ariſtocle.*

Α'φ' οὗ Α'λύαττης Λύδοις ἐβασίλευσεν, ἔτη ΗΗΗΔΔΔΔΙ. Α"ρχοντος Α'θήνησιν Α'ριστοκλέους.

Α'φ'

Digitized by Google

Α'φ' ὗ Σαπφὼ ἐγ Μιτυλήνης ἐις Σικελίαν ἔπλευσε φυγοῦσα,...ολ..θ..ἔτη ΗΗΗΔΔΔ, Α"ρχοντ@ Α'θήνησιν μὲν Κριτίᾳ τῷ πρoτέρῳ, ἐν Συρακούσαις δ' τ ὁμόρων κατεχόντων τὴν ἀρχήν.

A quo Sappho e Mitylene in Siciliam traiecit fugiens..... anni CCCXXX, *Archonte Athenis quidem Cretia priore, Syracusius vero rerum potientibus finitimis.*

Α'φ' ὗ Α'μφικτύονες ἐνίκησαν ἑλόντες Κύρραν, καὶ ὁ ἀγὼν ὁ γυμνικὸς ἐτέθη χρηματίτης ἀπὸ τ λαφύρων, ἔτη ΗΗΗ ΔΔΠΙΙ, Α"ρχοντ@ Α'θήνησι Σίμων@.

A quo Amphictyones victoriam obtinuerunt Cyrrham capientes, & Agon gymnicus editus fuit Chrematites dictus e spoliis, anni CCCXXVII, *Archonte Athenis Simone.*

Α'φ' ὗ Στεφανίτης ἀγὼν πάλιν ἐτέθη, ἔτη ΗΗΗΔΠΙΙΙ, Α"ρχοντ@ Α'θήνησι Δαμασίᾳ τῷ δευτέρῳ.

A quo Stephanites agon denuo editus fuit, anni CCCXVIII, *Archonte Athenis Damasia secundo.*

Α'φ' ὗ ἐν Α'θήναις Κωμῳδία πρῶτον ἐτέθη ἐν σάνισι, τῶν Ἰκαριέων εὑρόντων Συσαρίων@, καὶ Δόλων@, οἳ τεθρίππῳ τῶν ἰχάδων ἄρσιχον, καὶ πίθον οἴνου ἀνέφερον, ἔτη ΗΗΙΔ[1].., Α"ρχοντ@ Α'θήνησι.....

A quo Athenis Comoedia primum acta est in scena tabulata, inventoribus Susarione, & Dolone Icariensibus, qui pro praemio ficuum cophinum, & vini dolium quadriga exportarunt, anni CCL..., *Archonte Athenis.....*

Α'φ' ὗ Πεισίστρατ@ Α'θηνῶν ἐτυράννευσεν, ἔτη ΗΗΙΔ[1]ΔΔΔΔΠΙΙ, Α"ρχοντος Α'θήνησι Κωμίᾳ.

A quo Pisistratus Athenis Tyrannidem occupavit, an. CCLXXXVII, *Archonte Athenis Comia.*

Α'φ' ὗ Κροῖσ@ τ Α'σίας ἐβασίλευσε, καὶ ἐις Δέλφους ἀπέστειλεν, ἔτη ΗΗ ΙΔ[1]ΔΔΔΔΙΙ, Α"ρχοντος Α'θήνησιν Εὐθυδήμου.

A quo Croesus in Asia regnavit, & ad Delphos legatos misit, an. CCXCII, *Archonte Athenis Euthydemo.*

Α'φ' ὗ Κῦρος ὁ Πέρσων βασιλεὺς Σάρδεις ἔλαβε, καὶ Κροῖσον ἰσὸ Πυθίης σφαλλόμενον ἐζώγρησεν, ἔτη ΗΗΙΔ[1]ΔΔΠΙΙΙ, Α"ρχοντος Α'θήνησι..... καὶ Ἱππώναξ κατὰ τοῦτον ὁ Ἰαμβοποιός.

A quo Cyrus Persarum Rex Sardes expugnavit, & Croesum a Pythia deceptum vivum cepit, anni CCLXXVIII, *Archonte Athenis..... & huius tempore floruit Hipponax Iambicus Poeta.*

Α'φ' ὗ Θέστις ὁ ποιητὴς ἐξ ἁμάξης πρῶτ@ ἐδίδαξεν Α"λκεσιν, καὶ ἐτέθη τράγος ἆθλον νενικηκότι, ἔτη ΗΗΙΔ[1]ΔΔΙΙ, Α"ρχοντος Α'θήνησιν Α'λκαίου τοῦ πρoτέρου.

A quo Thespis Poeta e plaustro primus docuit Alcestin, & hircus pro praemio victori proponebatur, anni CCLXXII, *Archonte Athenis Alcaeo priore.*

Α'φ' ὗ Δαρεῖος Πέρσων ἐβασίλευσε, Μάγου τελευτήσαντ@, ἔτη ΗΗΙΔ[1]ΙΙΙ, Α"ρχοντος Α'θήνησι.....

A quo Darius in Persia regnavit mago occiso, anni CCLIII, *Archonte Athenis.....*

Α'φ' ὗ Α'ρμόδιος καὶ Α'ριστογείτων ἀπέκτειναν Ἱ"ππαρχον Πεισιστράτου Α'θηνῶν Τύραννον, καὶ Α'θηναῖοι συμπαρέσησαν τὸς Πισιστρατίδας ἐκχωρεῖν τοῦ Πελασγικοῦ τέιχους, ἔτη ΗΗΔΔΔΔΠΙΙ, Α"ρχοντος Α'θήνησι Κλισθένους.

A quo Harmodius, & Aristogiton interfecerunt Hipparchum Pisistrati filium Athenarum Tyrannum, & Athenienses pacti sunt cum Pisistratidis, eos muro Pelasgico excedere, anni CCXLVIII, *Archonte Athenis Clisthene.*

Α'φ' ὗ Χοροὶ πρῶτον ἠγωνίσαντο ἀνδρων, ὃν διδάξας Ἱ'ππόδικος Χαλκιδεὺς ἐνίκησεν, ἔτη ΗΗΔΔΔΔΙΙΙΙ, Α"ρχοντος Α'θήνησιν Ἰσαγόρου.

A quo Chori primum certarunt virorum cuiusmodi primum docuit Hippodicus Chalcidensis, & vicit anni CCXXXXIV, *Archonte Athenis Isagora.*

Α'φ' ὗ νε..... Ἱ"ππια..... ἐν Α'θήνησιν, ἔτη ΗΗΔΔΔΙ, Α"ρχοντος Α'θήνησι Πυθοκρίτου.

A quo.... Hippias .....Athenis, anni CCXXXI, *Archonte Athenis Pythocrite.*

Α'φ' ὗ ἐμ Μαραθῶνι μάχη ἐγενετο Α'θηναίοις πρὸς τὸς Πέρσας, καὶ Α'ρταφέρνεα Σατράπην τῶν Δαρείου ἀδελφιδῶν τὸν στρατηγὸν ἐνίκων Α'θηναῖοι ἔτη ΗΗΔΔΠΙΙ, Α"ρχοντος Α'θήνησι τῷ δευτέρῳ Φαινίππου καὶ ἐμ μάχῃ συνηγωνίσατο Αἰσχύλ@ ὁ Ποιητὴς ἐτῶν ὢν ΔΔΔΠ.

A quo in Marathone pugna commissa est ab Atheniensibus contra Persas, & Artaphernem Satrapam, unum e Darii Nepotibus, Ducem superarunt Athenienses, anni CCXXVII, *Archonte Athenis Phaenippo secundo, & in praelio una certavit AEschylus Poeta, quando erat annorum* XXXV.

Α'φ' ὗ Σιμωνίδης ὁ Σιμωνίδου πάππος τοῦ ποιητοῦ, ποιητὴς ὢν καὶ αὐτὸς ἐφάνη

A quo Simonides avus Simonidis Poetae, qui etiam & ipse Poeta fuit, Athenis claruit, &

Darius mortuus eſt, Xerxes vero filius illius regnat, anni CCXXV, *Archonte Athenis Ariſtide.*

A quo AEschylus Poeta Tragoedia primo vicit, & Euripides Poeta naſcitur, & Steſichorus Poeta in Graeciam venit, anni CCXXII, *Archonte Athenis Philocrate.*

A quo Xerxes navigiorum pontem iunxit in Helleſponto, & a Graecis in Thermopylis commiſſa eſt pugna, & etiam pugna navalis ad Salaminem a Graecis contra Perſas, in qua vicerunt Graeci, an. CCXVII, *Archonte Athenis Calliade.*

A quo ad Plataeas commiſſa eſt pugna ab Athenienſibus contra Mardonium Xerxis Ducem, in qua vicerunt Athenienſes, & Mardonius occubuit in pugna, & ignis diffluebat in Sicilia circa AEtnam, anni CCXVI, *Archonte Athenis Xantippo.*

A quo Gelon Dinomenis filius Syracuſis Tyrannidem occupavit, ann. CCXV, *Archonte Athenis Timoſthene.*

A quo Simonides Leoprepis filius Ceius, qui memorandi artem invenit, eam docens Athenis vicit, & poſitae ſunt imagines Harmodii, & Ariſtogitonis, anni CCXIV, *Archonte Athenis Adimanto.*

A quo Hiero Syracuſis Tyrannidem occupavit, anni CCVIII, *Archonte Athenis Charete; claruit autem Epicharmus Poeta huius tempore.*

A quo Sophocles Sophilli filius, qui e Colono fuit, Tragoedia vicit, quum eſſet annorum XXVIII, *anni* CCVI, *Archonte Athenis Apſephione.*

A quo in AEgoſpotamis lapis cecidit, & Simonides Poeta obiit XC *annos natus, anni* CCV, *Archonte Athenis Theagenida.*

A quo Alexander mortuus eſt, filius autem illius Perdiccas apud Macedonas regnavit, anni CXCIX, *Archonte Athenis Euthippo.*

A quo AEschylus Poeta, quum vixiſſet ann. LXIX, *diem obiit in Gela Siciliae, anni* CXCIII, *Archonte Athenis Callia primo.*

A quo Euripides, quum annos natus eſſet XLIII, *Tragoedia primum vicit, anni* CLXXIX, *Archonte Athenis Diphilo, vixerunt autem tempore Euripidis Socrates, & Anaxagoras*

A quo Archelaus apud Macedones regnavit Perdicca defuncto, anni CLVI, *Archonte Athenis Aſtyphilo.*

A quo Dionyſius Syracuſis Tyrannidem occupavit, an. CXLVII, *Archonte Athenis Euctemone.*

A quo Euripides mortuus eſt, quum vixiſſet an. LXXVII, *an.* CXLV, *Archonte Athenis Antigene.*

A quo

Α'θήνησι, ϗ Δαρεῖος τελεῦτα. Ξέρξης ϑ' ὁ υἱὸς βασιλεύει, ἔτη ΗΗΔΔΠ, Α"ρχοντος Α'θήνησιν Α'ριϛείδου.

Α'φ' ἧ Αἰσχύλος ὁ Ποιητὴς τραγῳδίᾳ πρῶτον ἐνίκησε, ϗ Εὐριπίδης ὁ ποιητὴς ἐγένετο, καὶ Στησίχορος ποιητὴς εἰς τὴν Ε'λλάδα ἀφίκετο, ἔτη ΗΗΔΔΙΙ, Α"ρχοντος Α'θήνησι Φιλοκράτους.

Α'φ' ἧ Ξέρξης τὴν σχεδίαν ἔζευξεν ἐν Ε'λλησπόντῳ, ϗ Ε'λλήνων ἐν Θερμοπύλαις μάχη ἐγένετο, καὶ Ναυμαχία Ε"λλησι περὶ Σαλαμῖνα πρὸς τοὺς Πέρσας, ἣν ἐνίκων οἱ Ε"λληνες, ἔτη ΗΗΔΠΙΙ, Α"ρχοντος Α'θήνησι Καλλιάδου.

Α'φ' ἧ ἡ ἐν Πλαταίαις μάχη ἐγένετο Α'θηναίοις πρὸς Μαρδόνιον τὸν Ξέρξου στρατηγὸν, ἣν ἐνίκων Α'θηναῖοι, ϗ Μαρδόνιος ἐτελεύτησεν ἐν τῇ μάχῃ, καὶ τὸ πῦρ ἔρρευκεν ἐν Σικελίᾳ περὶ τὴν Αἰτνίαν, ἔτη ΗΗΔΠΙ, Α"ρχοντος Α'θήνησι Ξανθίππου.

Α'φ' ἧ Γέλων ὁ Δεινομένους Συρακουσῶν ἐτυράννευσεν, ἔτη ΗΗΔΠ, Α"ρχοντος Α'θήνησι Τιμοσθένους.

Α'φ' ἧ Σιμονίδης ὁ Λεοπρέπους ὁ Κεῖος, ὁ τὸ μνημονικὸν εὑρὼν, ἐνίκησεν Α'θήνησι διδάσκων, καὶ αἱ εἰκόνες ἐϛάθησαν Α'ρμοδίου καὶ Α'ριϛογείτονος, ἔτη ΗΗ. ΔΙΙΙ, Α"ρχοντος Α'θήνησιν Α'δειμάντου.

Α'φ' ἧ Γέρων Συρακουσῶν ἐτυράννευσεν. ἔτη ΗΗΠΙΙΙ, Α"ρχοντος Α'θήνησι Χάρητος. Η'ν ϑ' καὶ Ε'πίχαρμος ὁ Ποιητὴς κατὰ τοῦτον.

Α'φ' ἧ Σοφοκλῆς ὁ Σοφίλλου ὁ ἐκ Κολωνοῦ ἐνίκησε τραγῳδίᾳ, ἐτῶν ὢν ΔΔΠΙΙΙ, ἔτη ΗΗΠΙ, Α"ρχοντος Α'θήνησιν Α'ψεφίονος.

Α'φ' ἧ ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς ὁ λίθος ἔπεσε, ϗ Σιμωνίδης ὁ Ποιητὴς ἐτελεύτησε, βιοὺς ἔτη ΙΔ'ΔΔΔΔ, ἔτη ΗΗΠ, Α"ρχοντος Α'θήνησι Θεαγηνίδου.

Α'φ' ἧ Α'λέξανδρος ἐτελεύτησεν, ὁ ϑ' υἱὸς Περδίκκας Μακεδόνων βασιλεύει, ἔτη ΗΙΔ'ΔΔΔΔΠΙΙΙΙ, Α"ρχοντος Α'θήνησιν Εὐθίππου.

Α'φ' ἧ Αἰσχύλος ὁ ποιητὴς βιώσας ἔτη ΙΔ'ΔΠΙΙΙΙ, ἐτελεύτησεν ἐν Γέλᾳ τῆς Σικελίας, ἔτη ΗΙΔ'ΔΔΔΔΙΙΙ, Α"ρχοντος Α'θήνησι Καλλίου τοῦ προτέρου.

Α'φ' ἧ Εὐριπίδης ἐτῶν ὢν ΔΔΔΔΙΙΙ, Τραγῳδίᾳ πρῶτον ἐνίκησεν, ἔτη ΗΙΔ'ΔΔΠΙΙΙ, Α"ρχοντος Α'θήνησι Διφίλου, ἐβίωσαν ϑ' κατὰ Εὐριπίδην Σωκράτης, ϗ Α'ναξαγόρας.

Α'φ' ἧ Α'ρχέλαος Μακεδόνων ἐβασίλευσε Περδίκκου τελευτήσαντος, ἔτη ΗΙΔ'ΠΙ, Α"ρχοντος Α'θήνησιν Α'ϛυφίλου.

Α'φ' ἧ Διονύσιος Συρακουσῶν ἐτυράννευσεν, ἔτη ΗΔΔΔΔΠΙΙ, Α"ρχοντος Α'θήνησι Εὐκτήμονος.

Α'φ' ἧ Εὐριπίδης βιώσας ἔτη ΙΗ'ΔΔΠΙΙ, ἐτελεύτησεν, ἔτη ΗΔΔΔΔΠ, Α"ρχοντος Α'θήνησιν Α'ντιγένους.

Α'φ'

Α'φ' ὗ Σοφοκλῆς ὁ Ποιητὴς βιώσας ἔτη ΙΔ²ΔΔΔΔΙ ἐτελεύτησε, καὶ Κῦρος ἀνέβη εἰς Περσίαν, ἔτη ΗΔΔΔΔΙΙΙ, Α"ρχοντος Α'θήνησιν Καλλίου τοῦ δευτέρου.

Α'φ' ὗ Τελέστης Σελινούντιος ἐνίκησεν Α'θήνησιν, ἔτη ΗΔΔΔΠΙΙΙ, Α"ρχοντος Α'θήνησι Μυκῶνος.

Α'φ' ὗ ἐπάνελθον οἱ μετὰ Κύρου ἀναβάντες, & Σωκράτης ὁ Φιλόσοφος ἐτελεύτησε βιοὺς ἔτη ΙΔ²ΔΔ, ἔτη ΗΔΔΔΠΙΙ, Α"ρχοντος Α'θήνησι Λάχητος.

Α'φ' ὗ ..... Α'θήνησιν, ἔτη ΗΔΔΔΠ, Α"ρχοντος Α'θήνησιν Α'ριστοκράτους.

Α'φ' ὗ ..... ος Με..... ριανος διθυράμβῳ ἐνίκησεν Α'θήνησιν, ἔτη Η..... Α"ρχοντος Α'θήνησι .....

Α'φ' ὗ Φιλόξενος ὁ Διθυραμβοποιὸς τελευτᾷ βιοὺς ἔτη ΙΔ²Δ, ἔτη ΗΔΠΙ, Α"ρχοντος Α'θήνησι Πυθέου.

Α'φ' ὗ Α'ναξανδρίδης ὁ Κωμῳδοποιὸς ἐνίκησεν Α'θήνησιν ἔτη ΗΔΙΙΙ, Α"ρχοντος Α'θήνησι Καλλίου.

Α'φ' ὗ Α'στυδάμας Α'θήνησιν ἐνίκησεν, ἔτη ΗΠΙΙΙ, Α"ρχοντος Α'θήνησιν Α'ρέου. Κατεκάη ὃ τότε ἐν οὐρανῷ μέγας κομήτης.

Α'φ' ὗ ἐν Λευκτροῖς μάχη ἐγένετο Θεβαίων καὶ Λακεδαιμονίων, ἣν ἐνίκων Θεβαῖοι, ἔτη ΗΠΙΙ, Α"ρχοντος Α'θήνησι Φρασικλείδου, ᾧ ἐτελεύτησε Κλεόμβροτος Λακεδαιμονίων βασιλεύς.

Α'φ' ὗ Στησίχορος ὁ Ἱμεραῖος, ὁ δεύτερος ἐνίκησεν Α'θήνησιν, & ᾠκίσθη Μεγάλη πόλις ἐν Α'ρκαδίᾳ, ἔτη ΗΠΙ, Α"ρχοντος Α'θήνησι Δυσκινήτου.

Α'φ' ὗ Διονύσιος ὁ Σικελιώτης ἐτελεύτησεν, ὁ ὃς υἱὸς Διονύσιος ἐτυραννύσεν, & Α'λέξανδρος ἐν Φεραῖς βασιλεύει, ἔτη ΗΙΙΙΙ, Α"ρχοντος Α'θήνησι Ναυσιγένους.

Α'φ' ὗ Φωκεῖς τὸ ἐν Δέλφοις ἱερὸν ἐσυλεύσαν, ἔτη ΙΔ²ΔΔΔΔΙΙΙΙ, Α"ρχοντος Α'θήνησι Κηφισοδότου.

Α'φ' ὗ Τιμόθεος βιώσας ἔτη ΙΔ²ΔΔΔΔ ἐτελεύτησεν ἐν Α'θήνησι, ᾧ Φιλιππους τὴν πόλιν ἔκτισεν ὁ Φιλιππος Μακεδόνων βασιλεὺς, ᾧ Α'λέξανδρος ὁ Φεραῖος ἐτελεύτησεν καὶ τοὺς Διονυσίου στρατηγοὺς ὁ Δίων ἐνίκησεν ἔτη ΙΔ²ΔΔΔΔΙΙΙ, Α"ρχοντος Α'θήνησιν Α'γαθοκλέους.

Α'φ' ὗ Α'λέξανδρος Μακεδόνων βασιλεὺς ἐγένετο ἔτη ΙΔ²ΔΔΔΔΙ, Α"ρχοντος Α'θήνησι Καλλιστράτου, ᾧ Α'ριστοτέλης ὁ Φιλόσοφος κατὰ τοῦτον.

Α'φ' ὗ Κάλιππος Δίονα ἀποκτείνας Συρακοσίων ἐτυράννευσεν, ἔτη ΙΔ²ΔΔΔΔ, Α"ρχοντος Α'θήνησι Διοτίμου.

A quo Sophocles Poeta, quum vixisset annos XCI, *mortuus est, & Cyrus in Persiam adscendebat, an.* CXLIII, *Archonte Athenis Callia secundo.*

A quo Telestes Selinuntius vicit Athenis, an. CXXXIX, *Archonte Athenis Mycone.*

A quo rediere, qui cum Cyro adscenderunt, & Socrates Philosophus occubuit, quum vixisset an. LXX, *anni* CXXXVII, *Archonte Athenis Lachete.*

A quo..... Athenis anni CXXXV, *Archonte Athenis Aristocrate.*

A quo.....rianus Dithyrambo vicit Athenis, anni..... Archonte Athenis.....

A quo Philoxenus Dithyramborum Scriptor occubuit, quum vixisset annos LX, *anni* CXVI, *Archonte Athenis Pythea.*

A quo Anaxandrides Comicus vicit Athenis, Anni CXIII, *Archonte Athenis Callia.*

A quo Astydamas Athenis vicit, anni CIX, *Archonte Athenis Areo. Arsit vero tunc in coelo magnus cometa.*

A quo in Leuctris pugna commissa fuit inter Thebanos, & Lacedaemonios, in qua vicere Thebani, anni CVII, *Archonte Athenis Phrasiclide, & occubuit Cleombrotus Lacedaemoniorum Rex.*

A quo Stesichorus secundus Himeraeus vicit Athenis, & condita fuit Megalopolis in Arcadia, anni CVI, *Archonte Athenis Dyscineto.*

A quo Dionysius Siculus obiit, filius autem eius Dionysius Tyrannidem occupavit, & Alexander Pheris regnat, anni CIV, *Archonte Athenis Nausigene.*

A quo Phocenses templum Delphicum expilarunt, an. LXXXXIIII, *Archonte Athenis Cephisodoto.*

A quo Timotheus annos natus LXXXX, *diem obiit Athenis, & Philippos urbem condidit Philippus Macedonum Rex, & Alexander Pheraeus occubuit, & Dionysii praefectos Dion superavit, anni* LXXXXIII, *Archonte Athenis Agathocle.*

A quo Alexander Macedonum Rex nasceba-tur, anni LXXXXI, *Archonte Athenis Callistrato, quo tempore floruit Aristoteles Philosophus.*

A quo Calippus, quum Dionem interfecisset Tyrannidem Syracusis occupavit, anni LXXXX, *Archonte Athenis Diotimo.*

Quum vero *Humfridus Prideaux* Athenienſium Archontum Canonem Chronologicum adducat, & illum huc transferre e re noſtra viſum eſt. Eſt igitur inſequens:

A R-

Digitized by Google

ARCHONTES.	A. M.	Ante Ev.	Olymp.	
Creon.	3321.	712.	24. 1.	M. Chr. Epoch. 33.
Lyſias.	3323.	710.	24. 3.	M. Chr. Epoch. 34.
Tleſias.	3324.	709.	24. 4.	
Leoſtratus.	3334.	699.	27. 2.	
Piſiſtratus.	3336.	697.	27. 4.	
Autoſthenes.	3337.	696.	28. 1.	
Miltiades.	3341.	692.	29. 1.	
Miltiades II.	3346.	687.	30. 2.	
Dropides.	3360.	673.	33. 4.	M. Chr. Epoch. 35.
Damaſias.	3365.	668.	35. 1.	
Epaenetus.	3369.	664.	36. 1.	
Dracon.	3381.	652.	39. 1.	
Heniochides.	3390.	643.	41. 2.	
Ariſtocles.	3400.	633.	43. 4.	M. Chr. Epoch. 36.
Critias I.	340 *.	62 *.	44 *.	M. Chr. Epoch. 37.
Megacles.	340 *.	62 *.	45. *.	
Philombrotus. Cleombr.	3410.	623.	46. 2.	
Solon.	3411.	622.	46. 3.	
Dropides II.	3412.	621.	46. 4.	
Eucrates.	3413	620.	47. 1.	
Simon. *	3414.	619.	47. 2.	M. Chr. Epoch. 38.
Phaenippus.	3417.	616.	48. 1.	M. Chr. Epoch. 39.
Damaſias II. *	3423.	610.	49. 3.	
Archeſtratides.	3428.	605.	50. 4.	
Ariſtomenes.	3435.	598.	52. 3.	
Hippoclides.	3443.	590.	54. 3.	
Comias. *	3444.	589.	54. 4.	M. Chr. Epoch. 41.
Hegeſiſtratus.	3445.	588.	55. 1.	
Euthydemus.	3449.	584.	56. 1.	M. Chr. Epoch. 42.
Erxiclides.	3457.	576.	58. 1.	
Alcaeus prior.	3468.	565.	60. 4.	M. Chr. Epoch. 44.
Thericles.	3469.	564.	61. 4.	
Heraclides.	3472.	561.	61. 4.	
Miltiades III.	3481.	552.	64. 1	
Piſiſtratus Hip. f.	3493.	540.	67. 1.	
Iſagoras.	3497.	536.	68. 1.	M. Chr. Epoch. 47.
Aceſtorides.	3501.	532.	69. 1.	
Myrus.	3505.	528.	70. 1.	
Hipparchus.	3509.	524.	71. 1.	
Pythocritus.	3510.	523.	71. 2.	M. Chr. Epoch. 48.
Lacratides.	3511.	522.	71. 3.	
Themiſtocles.	3512.	521.	71. 4.	
Diognetus.	3513.	520.	72. 1.	
Phaenippus II.	3514.	519.	72. 2.	M. Chr. Epoch. 49.
Ariſtides.	3515	518.	72. 3	M. Chr. Epoch. 50.
Hybrilides. *	3516.	517.	72. 4.	
Anchiſes.	3517.	516.	73. 1.	
Philippus.	3518.	515.	73. 2.	
Philocrates.	3519.	514.	73. 3.	M. Chr. Epoch. 51.
Phaedon.	3520.	513.	73. 4.	
Leoſtratus.	3521.	512.	74. 1.	
Nicodemus.	3522.	511.	74. 2.	
Aphepſion.	3523.	510.	74. 3.	
Calliades, -lias.	3524.	509.	74. 4.	M. Chr. Epoch. 52.
Xantippus.	3525.	508.	75. 1.	M. Chr. Epoch. 53.
Timoſthenes.	3526.	507.	75. 2.	M. Chr. Epoch. 54.
Adimantus.	3527.	506.	75. 3.	M. Chr. Epoch. 55.
Themiſt. Neocl. f. *	3528.	505.	75. 4.	
Phaedon II.	3529	504.	76. 1.	
Dromoclides.	3530.	503.	76 2.	
Aceſtorides.	3531.	502.	76. 3.	
Menon.	3532.	501.	76. 4.	
Chares.	3533.	500.	77. 1.	M. Chr. Epoch. 56.
Praxiergus.	3534.	499.	77. 2.	
Demotion.	3535.	498.	77. 3.	
Apſephion. *	3535.	498.	77. 3.	M. Chr. Epoch. 57.

Thea-

Digitized by Google

ARCHONTES.	A. M.	Ante Ev.	Olymp.	
Theagenidas.	3536.	497.	77. 4.	M. Chr. Epoch. 58.
Phaedon. Ariſtides II.	3537.	496.	78. 1.	
Lyſiſtratus.	3538.	495.	78. 2.	
Lyſanias.	3539.	494.	78. 3.	
Lyſitheus.	3540.	493.	78. 4.	
Archidemides.	3541.	492.	79. 1.	
Tlepolemus.	3542.	491.	79. 2.	
Conon.	3543.	490.	79. 3.	
Euthippus. Evippus.	3544.	489.	79. 4.	*M. Chr. Epoch. 59.
Phraſicles. Phraſiclides.	3545.	488.	80. 1.	
Philocles.	3546.	487.	80. 2.	
Bion.	3547.	486.	80. 3.	
Mneſithides.	3548.	485.	80. 4.	
Callias I.	3549.	484.	81. 1.	*M. Chr. Epoch. 60.
Soſiſtratus.	3550.	483.	81. 2.	
Ariſton.	3551.	482.	81. 3.	
Lyſicrates.	3552.	481.	81. 4.	
Chaerephanes.	3553.	480.	82. 1.	
Antidotus.	3554.	479.	82. 2.	
Euthydemus.	3555.	478.	82. 3.	
Pedieus.	3556.	477.	82. 4.	
Philiſcus.	3557.	476.	83. 1.	
Timarchides.	3558.	475.	83. 2.	
Callimachus.	3559.	474.	83. 3.	
Lyſimachides.	3560.	473.	83. 4.	
Praxiteles.	3561.	472.	84. 1.	
Lyſanias.	3562.	471.	84. 2.	
Diphilus.	3563.	470.	84. 3.	M. Chr. Epoch. 61.
Timocles.	3564.	469.	84. 4.	
Myrichides:	3565.	468.	85. 1.	
Glaucides.	3566.	467.	85. 2.	
Theodorus.	3567.	466.	85. 3.	
Euthymenes.	3568.	465.	85. 4.	
Nauſimachus. Lyſi.	3569.	464.	86. 1.	
Antilochides, tioch.	3570.	463.	86. 2.	
Chares.	3571.	462.	86. 3.	
Apſeudes.	3572.	461.	86. 4.	
Pythodorus.	3573.	460.	87. 1.	
Euthydemus.	3574.	459.	87. 2.	
Apollodorus.	3575.	458.	87. 3.	
Epameinon. Epaminondas. Aminias.	3576.	457.	87. 4.	
Diotimus.	3577.	456.	88. 1.	
Euclides. Euclees.	3578.	455.	88. 2.	
Euthydemus. Scythodorus. Philoch.	3579	454.	88. 3.	
Stratocles.	3580.	453.	88. 4	
Iſarchus. Hipparchus.	3581.	452.	89. 1.	
Aminias.*	3582.	451.	89. 2.	
Alcaeus.	3583.	450.	89. 3.	
Ariſtion.	3584.	449.	89. 4.	
Aſtyphilus. Ariſtoph.	3585.	448.	90. 1.	M. Chr. Epoch. 62.
Archias.	3586.	447.	90. 2.	
Antiphon.	3587.	446.	90. 3.	
Euphemus.	3588.	445.	90. 4.	
Ariſtomneſtus.	3589.	444.	91. 1.	
Chabrias.	3590.	443.	91. 2.	
Piſander.	3591.	442.	91. 3.	
Cleocritus. Clearchus.	3592.	441.	91. 4.	
Callias II.	3593.	440.	92. 1.	
Theopompus.	3594.	439.	92. 2.	
Glaucippus.	3595.	438.	92. 3.	
Diocles.	3596.	437.	92. 4.	
Euctemon.	3597.	436.	93. 1.	*M. Chr. Epoch. 63.
Antigenes.	3598.	435.	93. 2.	*M. Chr. Epoch. 64.
Callias. *	3599.	434.	93. 3.	M. Chr. Epoch. 65.
Alexias.	3600.	433.	93. 4.	
Pythodorus, ſive Anarch.	3601.	432.	94. 1.	Captis a Lyſandro Lacedaemonio Athenis. Xenoph. Hellenic. l. 2.

Eu-

Digitized by Google

ARCHONTES.	A. M.	Ante Ev.	Olymp.	
Euclides.	3602.	431.	94. 2.	
Micion. Micon.	3603.	430.	94. 3.	*M. Chr. Epoch. 66.
Exaenetus. Epaen. Xaenen.	3604.	429.	94. 4.	
Laches.	3605.	428.	95. 1.	*M. Chr. Epoch. 67.
Ariſtocrates.	3606.	427.	95. 2.	M. Chr. Epoch. 68.
Ithycles.	3607.	426.	95. 3.	
Lyſiades.	3608.	425.	95. 4.	
Phormio.	3609.	424.	96. 1.	
Diophantus.	3610.	423.	96. 2.	
Eubulides.	3611.	422.	96. 3.	
Demoſtratus.	3612.	421.	96. 4.	
Philocles.	3613.	420.	97. 1.	
Nicoteles.	3614.	419.	97. 2.	
Demoſthenes.	3615.	418.	97. 3.	
Antipater.	3616.	417.	97. 4.	
Pyrgion. Pyrrhion.	3617.	416.	98. 1.	
Theodotus.	3618.	415.	98. 2.	
Myſtichides.	3619.	414.	98. 3.	
Dexitheus.	3620.	413.	98. 4.	
Diotrephes.	3621.	412.	99. 1.	
Phanoſtratus.	3622.	411.	99. 2.	
Evander. Menan.	3623.	410.	99. 3.	
Demophilus.	3624.	409.	99. 4.	
Pytheas.	3625.	408.	100. 1.	M. Chr. Epoch. 70.
Nicon.	3626.	407.	100. 2.	
Nauſinicus.	3627.	406.	100. 3.	
Callias. Calleas.	3628.	405.	100. 4.	M. Chr. Epoch. 71.
Chariander.	3629.	404.	101. 1.	
Hippodamus.	3630.	403.	101. 2.	
Socratides.	3631.	402.	101. 3.	
Aſteius. Ariſteus.	3632.	401.	101. 4.	M. Chr. Epoch. 72.
Alciſthenes.	3633.	400.	102. 1.	
Phraſiclides.	3634.	399.	102. 2.	M. Chr. Epoch. 73.
Dyſcinetus.	3635.	398.	102. 3.	
Lyſiſtratus.	3636.	397.	102. 4.	
Nauſigenes.	3637.	396.	103. 1.	M. Chr. Epoch. 75.
Polyzelus.	3638.	395.	103. 2.	
Cephiſodorus.	3639.	394.	103. 3.	M. Chr. Epoch. 76.
Chion.	3640.	393.	103. 4.	
Timocrates.	3641.	392.	104. 1.	
Chariclides.	3642.	391.	104. 2.	
Molon.	3643.	390.	104. 3.	
Nicophemus.	3644.	389.	104. 4.	
Callimides. Callidemid.	3645	388.	105. 1.	
Euchariſtus.	3646.	387.	105. 2.	
Cephiſodotus.	3647.	386.	105. 3.	
Agathocles.	3648.	385.	105. 4.	M. Chr. Epoch. 77.
Epines. Elpinices.	3649.	384.	106. 1.	
Calliſtratus.	3650.	383.	106. 2.	M. Chr. Epoch. 79. Hinc deficit.
Diotimus.	3651.	382.	106. 3.	
Eudemus.	3652.	381.	106. 4.	
Ariſtodemus.	3653.	380.	107. 1.	
Theſſalus.	3654.	379.	107. 2.	
Apollodorus.	3655.	378.	107. 3.	
Callimachus.	3656.	377.	107. 4.	
Theophilus.	3657.	376.	108. 1.	
Themiſtocles.	3658.	375.	108. 2.	
Archias.	3659.	374.	108. 3.	
Eubulus.	3660.	373.	108. 4.	
Lyciſcus.	3661.	372.	109. 1.	
Pythodorus, vel dotus.	3662.	371.	109. 2.	
Soſigenes.	3663.	370.	109. 3.	
Nicomachus.	3664.	369.	109. 4.	
Theophraſtus.	3665.	368.	110. 1.	
Lyſimachides.	3666.	367.	110. 2.	
Charondas. Chaer.	3667.	366.	110. 3.	

Phry-

Digitized by Google

ARCHONTES.	A. M.	Ante Ev.	Olymp.
Phrynicus.	3668.	465.	110. 4.
Pythodemus, dorus.	3669.	464.	111. 1.
Evaenetus.	3670.	463.	111. 2.
Cteſicles.	3671.	462.	111. 3.
Nicocrates.	3672.	461.	111. 4.
Nicetes. Niceratus.	3673.	460.	112. 1.
Ariſtophanes.	3674.	459.	112. 2.
Ariſtophon.	3675.	458.	112. 3.
Cephiſophon.	3676.	457.	112. 4.
Euthycritus, crates.	3677.	456.	113. 1.
Chremes. Hegemon.	3678.	455.	113. 2.
Chremes. Anticles.	3679.	454.	113. 3.
Anticles. Soſicles.	3680.	453.	113. 4.
Hegeſias.	3681.	452.	114. 1.
Cephiſodorus.	3682.	451.	114. 2.
Philocles. Polycl. Diocl.	3683.	450.	114. 3.
Apollodorus. Archip.	3684.	449.	114. 4
Archippus. Neaech.	3685.	448.	115. 1.
Apollodorus.	3686.	447.	115. 2.
Phocion. Archip.	3687.	446.	115. 3.
Demogenes.	3688.	445.	115. 4.
Democlides.	3689.	444.	116. 1.
Praxibulus.	3690.	443.	116. 2.
Nicodorus.	3691.	442.	116. 3.
Theophraſtus.	3692.	442.	116. 4.
Polemon.	3693.	440.	117. 1.
Simonides.	3694.	439.	117. 2.
Hieromnemon.	3695.	438.	117. 3.
Demetrius Phal.	3696.	437.	117. 4.
Charinus.	3697.	436.	118. 1.
Anaxicrates.	3698.	435.	118. 2.
Chorebus, vel Xenias.	3699.	434.	118. 3.
Xenippus. Euxen. Xeni.	3700.	333.	118. 4.
Pherecles.	3701.	332.	119. 1.
Leoſtratus.	3702.	331.	119. 2.
Nicocles.	3703.	330.	119. 3.
Calliarchus.	3704.	329.	119. 4.
Hegemachus.	3705.	328.	120. 1.
Euctemon.	3706.	327.	120. 2.
Mneſidemus.	3707.	326.	120. 3.
Antiphates.	3708.	325.	120. 4.
Nicias.	3709.	324.	121. 1.
Nicoſtratus.	3710.	323.	121. 2.
Olympiodorus.	3711.	322.	121. 3.
Philippus. Diphilus.	3712.	321.	121. 4.

Hinc defecit continuata Archontum Series, auctoribus deinceps mutilis, nec amplius exſtantibus; annis 28. five ſeptem Olympiadibus ante citimam Marmorei Chronici Epocham.

At iuvat alium Archontum Catalogum ſecundum elementorum ordinem digeſtum, & ex Bibliographia Antiquaria *Io. Alb. Fabricii* deſumtum pariter adnectere quando haud abs re fore credimus, quum eo praeſertim ſuppleatur ille, qui in calce Commentationis Meurſianae productus eſt. Hic autem, talis eſt.

Digitized by Google

Regum Atticorum a Cecrope, Archontumque, ſeries Alphabetico ordine diſpoſita, cum annis, quibus honorem quiſque inivit, Periodi ante annuos Archontas Iulianae, poſtea vero ipſarum Olympiadum.

Periodi Iulianae numerus prior, Chronici Marmorei Arundeliani, poſterior Dodvvelli.

A

ABion, forte Olymp. 80. $\frac{1}{4}$.
Acaſtus, 3646. Ox. 3665. Dodvvello.
Aceſtorides, 69. $\frac{1}{2}$. 76. $\frac{3}{4}$.
Adimantus, 75. $\frac{3}{4}$.
Adrianus Imp. 222. 4.
Aegeus, 3406. Marm. Oxon. 3432. Dodvv.
Aeſchylus, 3935. Marm. Ox. 3936. Dodvvello.
Aeſimedes, 9. 1. Iul. P. 3971.
Agameſtor, 3895. Mar. Oxon. 3916. Dodvvello.
Agathocles, 183. 2. 105. 4.
Agyrrhus, ante Andocidem. *incert.*
Alcaeus, 89. 3.
Alcibiades, incert. Pollux.
Alciſthenes, 102. 1.
Alcmaeon, 3958. Marm. Ox. 3959. Dodvvello.
Alexias, 93. 4.
Aminias, 89. 2. 87. 4.
Amphictyon, 3191. 3217. Dodvvello.
Anarchia, Olympiad. 94. 1. 215. 3.
Anaxicrates, 125. 2. 118. 2.
Anchiſes, 73. $\frac{1}{3}$.
Anicetus, 112. 1.
Anticles, 113. 3. 4.
Antidotus, 82. $\frac{3}{4}$.
Antigenes, 93. 2.
Antilochides, 86. $\frac{1}{3}$.
Antipater, 97. 4. 206. 1.
Antiphates, 120. 4.
Antiphon, 90. 3.
Antitheus, 160. 1. Meurſ. Rectius, 158. 3. vid.
Aphepſion, 74. $\frac{3}{4}$.
Aphidas, 3556. Marm. Ox. 3578. Dodvvello.
Apollodorus, 87. 3. 107. 3. 114. 4. 115. 2.
Apollonius, incert. Vnus e Sophiſtis Philoſtrati.
Apſander, 19. 1. Iul. Per. 4011.
Apſephion, 74. 3. 77. $\frac{3}{4}$.
Apſeudes, 86. 4.
Archeſtratides, $\frac{50}{51}$. $\frac{4}{1}$.
Archias, 90. 2. 108. 3.
Archidas, 108. 3.
Archidemides, Olymp. 79. $\frac{1}{3}$.
Archimedes, 29. 1. male Pauſan. pro 79. $\frac{1}{3}$. Vid. *Meurſ.* Arch. Ath. Lib. II. c. 15.
Archippus, 3679. Marm. Ox. (3701. Dodvvello) 114. 4. 115. 1. 3.
Areus, Grut. Inſcr. p. 105. 9. incert. ſub Auguſto aliquo.
Arimneſtus, 91. 1.
Ariphron, 3837. Marm. Ox. 3869. Dodvvello.
Ariſtaechmus, incert. Gruter. Inſcr. pag. 405. 1. ſub *Romanis*.
Ariſtaeus, Ariſtotel. Meteor. Lib. I. c. 6. forte 101. 4.
Ariſtides. $\frac{72}{73}$. $\frac{4}{1}$.
Ariſtion, 89. 4.
Ariſtocles, 43. 4.
Ariſtocrates, 95. 2.
Ariſtodemus, 107. 1.
Ariſtomenes, 52. $\frac{3}{4}$.
Ariſtomneſtus, 91. 1.
Ariſton, 82 $\frac{3}{4}$. 89. 4.
Ariſtophanes, 112. 2,
Ariſtophon, 112. 3.
Ariſtophylus, 90. 1.
Arrhenides poſt Zenon. Citieum, incert. Laert.
Aſteus, 101. 4.
Aſtyphilus, 90. 1.
Athenaeus, — *ναῖος πρότερος*, 61. 1.
Attalus, Cl. incertus. Grut. p. 79. 6. 317. 3. ſub *Romanis*.
Aurelius Ancharenus, circa temp. Severi. Inſcr. Spon. Miſcell. p. 369.
Autoſthenes, 28. 1.

B

Bentidius Sota, circa temp. Severi. Inſcript. Sponii Miſcell. p. 369.
Bion, 80. $\frac{3}{4}$.

C

Caerimus, 118. 1. male.
Calamio, poſt Olymp. 104. 1. ſub quo victi Athenienſes ad ἐννέα ὁδοὺς ſub duce Timotheo. Incert. e Schol. MS. in Aeſchin.
Calliades, $\frac{74}{75}$. $\frac{4}{2}$
Calliarchus, 119. 4.
Callias male, $\frac{74}{75}$. $\frac{4}{2}$. 81. $\frac{1}{4}$. *πρότερος*, Mar. Oxon. (Ergo priori anno Calliades) II. 92. 1. III. 93. 3. IV. 100. 4.
Callidemides, 105. 1.
Callimachus, 83. $\frac{3}{4}$. 107. 4.
Callimedes, 105. 1.
Calliſtratus, 106. 2.
Cebris, incert. ante Philoch. Heſych. *Ἀγοραῖος*.
Cecrops I. 3132. Mar. Oxon. 3158. Dodvvello.
--- II. 3341. Marm. Oxon. 3367. Dodvvello.
Cephiſodorus, 103. 3. 104. 2.
Cephiſodotus, 105. 3.
Cephiſon, 112. 1.
Cephiſophon, 112. 4.
Chabrias, 91. 2.
Cherephanes, 82. $\frac{1}{2}$.
Chaerondas, 110. 3.
Chares, 77. $\frac{1}{2}$. 86. $\frac{3}{4}$.
Chariander, Olymp. 101. 1.
Chariclides, 104. 2.
Charinus, 118. 1.
Charondas, 110. 3.
Charops, Marm. Ox. 3961. Dodvvello.
Chion, 103. 4.
Chremes, 113. 2. 3.
Claudius Attalus, vid. Attalus.
Clearchus, 91. 4.
Cleocritus, 91. 4.
Clidicus, 3980. M. Ox. 3981. Dodvvello.
Cliſthenes, 67. $\frac{3}{4}$.
Codrus, 3603. M. Ox. 3624. Dodvvello.
Comias, $\frac{54}{55}$ $\frac{4}{1}$.
Conon, 79. $\frac{3}{4}$. 208. 4.
Coroebus, 118. 3.
Corybus, 118. 3.
Cranaus, 3182. M. Ox. 3208. Dodvvello.
Creon, Per. Iul. 4031. Olympiad. 24. 1. 2.
Critias prior, 44. 1.
Cteſicles, 111. 3.
Cteſicles antiquior, Lyſ. incert.

D

Damaſias *πρότερος*, 35. 1. 2. Dionyſ. Hal. II. 49. $\frac{3}{3}$. Sed 48. $\frac{4}{1}$. Schol. Pind. Argum. Pyt.
Damaſis, 48. $\frac{4}{1}$. Schol. Pindar. Arg. Pyth.
Demetrius Phalereus, 117. 4.
Democles, 125. 3.
Democlides, 116. 1.

Demo-

Demogenes, 115. 4.
Demonicus, Demosthen. pro Coron. Non, ut videtur, Eponymus.
Demophilus, 99. 4.
Demophon, 3507. Mar. Ox. 3533. Dodvvello.
Demosthenes, 116. 1.
Demostratus, 96. 4. 97. 3, 211. 1.
Demotion, 77. $\frac{3}{4}$.
Dexitheus, 98. 4.
Dimylus, Laert. male 93. 4
Dinophilus, 207. 1.
Diocles, 92. 4. 114. 3.
Diognetus, 3793. Mar. Oxon. (3822, Dodvvell.) 72. $\frac{1}{2}$. 129. 1. incert. Reinef. Cl. I 206. Sed *Smyrnaens* forte, non *Athenienſis*.
Dionyſius, poſt Lyciſcum, incert. Grut. p. 319. 2. ſub Romanis.
Dionyſodorus, 208. 1.
Diophantus, 96. 2.
Diotimus, 88. 1. 106. 3.
Diotrephes, 99. 1.
Diphilus, 84. $\frac{3}{4}$. 121. 4.
Draco, 39. 1.
Dromoclides, 76. $\frac{2}{3}$.
Dropides, $\frac{46}{47}$. $\frac{4}{1}$.
Dropilus, 33 4.
Dyſcinetus, 102. 3.

E

Elpines, 106. 1.
Elpinices, 106. 1.
Epaenetus, Olympiad. 36. 1. 94 4.
Epaminon. 87. 4. pro ἐπ' Αμεινίᾳ. Nec enim nomen *Aminon*.
Epaminondas, 87. 4. Doric. non Atticum. Pro ἐπ' Αμεινίᾳ.
Epiginus, 85. $\frac{2}{3}$.
Erechtheus, 3291. Mar. Ox. 3317. Dodvvello.
Erichthonius, 3201. M, Ox. 3227. Dodvvello.
Eryxias, 21. 3. Iul. Per. 4021.
Erxiclides, 58. $\frac{1}{3}$.
Evaenetus, 111. 2.
Evander, 99, 3.
Eubulides, 96. 3.
Eubulus, 108. 4.
Euchariſtus, 105. 2.
Euclees, 88. 2. Ariſtoteli, Olympiod. Alex. Aphrodiſaeo, & Schol. MS. in Aeſchin. περὶ Παραπρεσβ.
Euclides, 88. 2. 94. 2.
Eucrates, 47. $\frac{1}{3}$.
Euctemon, 93. 1. 120. 2.
Eudemus, 106. 4.
Eudorus, 108. 4.
Evippus, $\frac{79}{80}$. $\frac{4}{1}$.
Euphemus, 90. 4.
Euthippus, $\frac{22}{86}$. $\frac{4}{1}$.
Euthycles, Demosthen. pro Coron. Sed non Eponymus. Incert.
Euthycrates, 113. 1. ſi Auctorem habuerit cur illum ita adpellaret Scaliger.
Euthycritus, 113. 1. An ille? Reinef. Claſſ. v. 36. Sic putat ipſe.
Euthydemus, 56. $\frac{1}{2}$ 82. $\frac{3}{4}$. 87. 2. 88. 3. 106. 4. ſi Auctor fuerit Scaliger.
Eutymenes, $\frac{85}{86}$ $\frac{1}{4}$.
Euxenippus, 118. 4.
Exaenetus, 94. 4.

G

Gallienus Imp. 260. 1.
Glaucides, 85. $\frac{2}{3}$
Glaucippus, 92. 3.
Gorgias, 125. 1.

H

Hadrianus Imp. 222. 4.
Hegemachus, 120. 1.
Hegemon, 113. 2.
Hegeſias, 114. 1.
Hegeſtratus, 55. $\frac{1}{3}$.
Heniochides, 41. 2.
Heraclides, 61. $\frac{3}{4}$. ſi habuit Auctorem Scaliger.
Heraclitus, 162. 1.
Hercules, 61. $\frac{3}{4}$.
Herodes, 180. 1.
Heropythes, Demosthen. pro Coron. non Eponymus.
Hieromnemon, 117. 3.
Hipparchus, 71. $\frac{1}{2}$.
Hippoclides, 53. $\frac{3}{4}$.
Hippodamus, 101. 2.
Hippomenes, 14. 1. Iul. Pet. 3991.
Hybrilides, 72. $\frac{2}{3}$.

I

Iaſon, Olymp. 163. 4.
Iſagoras, 68. $\frac{1}{2}$.
Iſarchus, 89. 1.
Ithycles, 95, 3.

L

Laches, 95. 1.
Lacratides, 73. $\frac{2}{3}$.
Leocrates, 16. 3. Iul. Per. 4001.
Leocritus, 91. 4.
Leoſtratus, 27. 2. 74. $\frac{1}{3}$. 119. 2.
Lyciſcus, 109. 1. incert. Grut. p. 319. 2. ante Dionyſium. Sub Romanis.
Lycoſtratus, 102. 4.
Lyſagoras, 68. $\frac{1}{3}$.
Lyſanias, 78. $\frac{1}{4}$. 84. $\frac{2}{3}$.
Lyſiades, 95. 4.
Lyſias, 20. 3.
Lyſicrates. $\frac{81}{82}$. $\frac{4}{1}$.
Lyſimachides, $\frac{83}{84}$. $\frac{4}{1}$. 110. 2.
Lyſimachus, 86. $\frac{1}{2}$.
Lyſiſtratus, 78. $\frac{2}{3}$. 102. 4.
Lyſitheus, $\frac{73}{74}$. $\frac{4}{1}$.

M

Macrinus, 223. 4.
Medon, 3624. M. Ox. 3645. Dodvvello.
Megacles, 3765. Marm. Ox. 3792. Dodvv. 45. 1.
Melanthus, 3566. Mar. Ox. 3587. Dodvvello.
Menander, 99. 3.
Meneſtheus, 3484. Mar. Ox. 3510. Dodvvello.
Menon, $\frac{76}{77}$. $\frac{4}{1}$.
Micion, 94. 3.
Miltiades, 29. 1. 30. 2. 64. $\frac{1}{2}$.
Mneſidemus, 120. 3.
Mneſiphilus, incert. Demoſthen pro Coron. non Eponymus.
Mneſitheus, $\frac{80}{81}$. $\frac{4}{1}$
Mneſithides, incert. Demoſth. pro Coron. non Eponymus.
Molon, 104. 3.
Morychides, 85. $\frac{1}{2}$.
Myrichides, 85. $\frac{1}{6}$.
Myrus, 70. $\frac{1}{2}$
Myſtichides, 98. 3.

N

Nauſias, incert Reinef. Cl. I. 135. & Selden de Synedr. l. 2. c. 3. §. 3. p. 56.
Nauſicles, incert. Demoſth. pro Coron Non Eponym.
Nauſigenes, 103. 1.
Nauſimachus, 86. $\frac{1}{2}$.
Nauſinichus, 100. 3.
Neaechmus, 115. 1.
Neocles, incert Demoſt. pro Coron. Non. Eponym.
Niceratus, 112. 1.
Nicetes, 112. 1.
Nicias. 121. 1. 106. 1. It. Nic. antiquior. Incert. Plut. Nic.
Nicocles, 119. 3.
Nicocrates, 111. 4.
Nicodemus, 74. $\frac{2}{3}$. 104. 4.
Nicodorus, 116. 3.
Nicomachus, 109. 4.
Nicon, Olympiad. 100. 2.
Nicophemus, 104. 4.
Nicoſtratus, 111. 4. 121. 2.
Nicoteles, 97. 2.

O

Olympiodorus, 121. 3.
Oxyntes, 3542. Marmor. Ox. 3566. Dodvvello.

Digitized by Google

P

Pandion I. 3251. Marm. Ox. 3277. Dodvvello.
Pandion II. 3381. Marm. Ox. 3407. not. Dodvvello.
Pedieus, $\frac{82}{83}$. $\frac{4}{1}$.
Phaedon. $\frac{73}{74}$. $\frac{4}{1}$. 76. $\frac{1}{2}$. $\frac{77}{78}$. $\frac{4}{1}$.
Phaedrias, incert. Inſcript. Spon. Miſcell. pag. 343. & Weheler. p. 54. poſt Hadrianum.
Phaenippus I. 48. 1. II. 72. $\frac{3}{4}$.
Phanippus, 72. $\frac{3}{4}$.
Phanoſtratus, 99. 2.
Pherecles, 3818. Marm. Ox. 3850. Dodvvello 119. 1.
Philinus, 250. 1.
Philippus, 48. $\frac{1}{2}$. 121. 4. 122. 2.
Philiſcus, 83. $\frac{1}{2}$.
Philocles, 79. $\frac{2}{3}$. 97. 1. 114. 3.
Philocrates, 73. $\frac{3}{4}$.
Philombrotus, 46. $\frac{2}{3}$.
Phocion, 115. 3.
Phorbas, 3735. Marm. Oxon. 3761. Dodvvello.
Phormio, 96. 1.
Phraſicles, 80. $\frac{1}{2}$.
Phraſiclides. 80. $\frac{1}{2}$. 102. 2.
Phrynichus, 110. 4.
Piſander, 91. 3.
Piſiſtratus, 27. 4. Et alius iunior Piſiſtratus Piſiſtratida, Incert. Thucyd. l. VI.
Polemon, 117. 1.
Polycles, 114. 3. Forte non Archon Eponymus.
Polyzelus, 103. 2.
Praxibulus, 116. 2.
Praxiergus, 77. $\frac{2}{3}$.
Prexiteles, 84. $\frac{1}{2}$.
Prexurgus, 77. $\frac{2}{3}$. ſi Auctorem habuerit Scaliger.
Procles, incert. Clem. Alex. in Protrept.
Prulades, forte incert. Grut. p. 464. 7.
Pyrgion, 98. 1.
Pyrrhion, 98. 1.
Pytharatus, 127. 2.
Pytheas, 100. 1.
Pythocritus, 71. $\frac{2}{3}$.
Pythodemus, 111. 1.
Pythodorus, 87. 1. 94. 1. 111. 1.
Pythodotus, 109. 2.

S

Scamandrius, incert. Andoeid. περὶ Μυςηρίων.
Scythodorus, 88. 3. Rectius fortaſſe.
Simon, 33. 3. 47. $\frac{2}{3}$.
Simonides, 33. 3. 117. 2. 47. $\frac{2}{3}$.
Socratides, 101. 3.
Solon, 46. $\frac{3}{4}$.
Soſicles, 113. 4.
Soſigenes, 109. 3.
Soſiſtratus, 81. $\frac{2}{3}$.
Stratocles, 88. 4.
Syniades, 95. 4.

T

Theagenides, Olymp. 78. $\frac{1}{2}$.
Theellus, 107. 2.
Thellus, 107. 2.
Themiſtocles, $\frac{75}{76}$. $\frac{4}{1}$. 108. 2.
Theodamus, male 106. 4.
Theodorus, 85. $\frac{3}{4}$.
Theodotus, 98. 2.
Theomneſtus, 108. 1.
Theon, incertus. Gruter. p. 317. 2.
Theophilus, 108. 1.
Theophraſtus, 110. 1. 116. 4.
Theopompus, 92. 2.
Thericles, 61. $\frac{3}{4}$.
Therſippus, 3694. Mar. Ox. 3720. Dodvvello.
Theſeus, 3454. Marm. Oxon. 3480. Dodvvello.
Theſpieus, 3868. Marm. Ox. 3889. Dodvvello.
Theſſalus, 107. 2.
Thraſyllus, 210. 1.
Thumedus, 108. 1.
Thymoetes, 3557. Mar. Ox. 3579. Dodvvello.
Timarchides, 83. $\frac{2}{3}$.
Timocles, $\frac{84}{85}$ $\frac{4}{1}$.
Timocrates, 104. 1.
Timoſthenes, 75. $\frac{2}{3}$.
Tiſander, incert. Marcellin. vit. Thucydidis, ante Hippoclidem, Ol. 53. $\frac{3}{4}$.
Tlepolemus, 79. $\frac{2}{3}$.
Tleſias, 24. 3. 23. 4. Pauſ. Meſſ. 15.

V

Ventidius Sota, circa temp. Severi. Inſcript. Spon. Miſcell. p. 369.

X

Xantippides, 75. $\frac{1}{2}$. Plutarch.
Xanthippus, 75. $\frac{1}{2}$.
Xenaenetus, 94. 4.
Xenias, 118. 4.
Xenippus. 118. 4.

Z

Zeno, incert. Marm. Arundell. VI. Reineſ. Claſs. I. 55. Oxon. 132. Archon Delius.

Porro, ut melius, & plenius, quae fuerint Archontum annuorum munera, & unde eorum nomina diverſa defluxerint, & quid cuique conveniret, intelligamus; quum haec *Meurſius* noſter, non ſatis diſtincte tractaverit, haec ex Archaeologia Graeca *Io. Potteri* huc tranſcribenda cenſuimus: *Praecipui Athenienſium Magiſtratuum novem erant numero, omnibuſque iis commune nomen, Archontes. Sorte hi legebantur, ſed ad munera ſua, antequam duplex examen, in ſenaculo unum, quod* Ἀνάκρισις, *in foro alterum, quod* Δοκιμασία *dicebatur, ſubiiſſent, non admittebantur. Quaeſtiones, quae a Senatu iis proponebantur, huiuſmodi fere erant. Vtrum nati eſſent proavis, qui a tertia retro generatione cives Athenienſes fuiſſent? E qua tribu, vel e qua centuria eſſent, atque num cognationem quamdam ad Apollinem, & Iovem Herceum haberent? An parentibus rite morem geſſiſſent? An in bellis meruiſſent? An opibus ſatis eſſent inſtructi? Vid. Demoſthen. in Eubulid. Pollux Onomaſt. lib.* VIII. *cap.* IX. *Denique an eſſent* ἀφελεῖς corpore integri? *mutili enim ad Magiſtratum non admittebantur. Quod vero attinet ad quaeſtionem, qua interrogabant de Apolline Patrio, & Iove Herceo, ſenſus eius fuiſſe videtur, an indigenae cives eſſent?*

nam

Digitized by Google

nam cives Athenienſes univerſi cognationem quamdam ad hos Deos habere credebantur. Ariſtophanis Interpres Nub. De Apolline Patrio verba faciens: Ὡς πρόγονον ἦν αὐτὸν ἐτίμων καὶ οἱ Ἄρχοντες, ὅτε ἐχειροτονοῦντο, ἐκ γὰρ τοῦ μὴ εἰδέναι, ξένους αὐτοὺς ἐνόμιζον, ipſum igitur tamquam proavum colebant quoque Archontes, quum ſuffragiis creabantur, qui enim non noverant, peregrinos exiſtimabant. *Hinc Comicus ille Avib. pag. 596. Edit. Amſtelod.*

——— ὐ γάρ ἐσι βάρβαροι,
Ὅθεν ὁ πατρῷός ἐσιν. ———
——— non enim ſunt barbari,
Vnde patrius eſt (Apollo.) ———

Poſtea tamen, quum Athenienſes rebus haud ita proſperis uti coepiſſent, datum eſt, non modo indigenis, verum etiam civium adſcitorum liberis, matre cive genitis, Archontes fieri; quinetiam id tamdem ipſis adſcriptis civibus conceſſum fuiſſe colligit Petitus e Plutarcho, qui refert ſe Athenienſi civitate donatum, & in tribum Leontidem relatum, Archonta creatum fuiſſe, Sympoſiac. lib. 1. Probl. x. & lib. x. Probl. ult. Quin &, iuxta quorumdam ſententiam, aliis omnibus Magiſtratibus eaedem quaeſtiones proponebantur, ut tradit Dicaearchus contra Ariſtogit.

Ad hos autem Magiſtratus propius ſpectabat iusiurandum, quod ab iis in porticu (quae βασίλεως στοὰ, *ſive* regia porticus, *vocabatur vel in foro* πρὸς τῷ λίθῳ, ad lapidem, *exigi ſolitum erat antequam admitterentur, idque hunc in finem, ut leges obſervarent, ius dicerent nullo partium ſtudio abrepti, nulliſque muneribus ſe corrumpi paterentur, vel, ſi ſecus accideret, ſtatuam auream, ſibi parem magnitudine, Delphico Apollini ponerent, dedicarentque. Hinc in arcem ſe conferebant, & idem repetebant iusiurandum. Quod inſtitutum fuiſſe Solonis narrat Plutarchus, etſi is ſolummodo Theſmothetarum meminit; ceteros tamen Novemviros eodem iureiurando obſtrictos fuiſſe memorat Phaedrus Platonicus:* Καί σοι ἐγὼ ὥσπερ οἱ ἐννέα Ἄρχοντες, ὑπισχνοῦμαι χρυσῆν εἰκόνα ἰσομέτρητον εἰς Δελφοὺς ἀναθήσειν. Ac tibi ego, ſicut novem Archontes, polliceor auream imaginem aequalis menſurae ad Delphos poſiturum.

Hiſce peractis munus ſuum ſuſcipiebant, cuius nonnullae partes ab illis ſeorſim, prout mutua ipſorum officia id exigebant, peragendae erant, nonnullae vero ex aequo ad omnes ſpectabant. Penes eos omnes morte mulctandi maleficos poteſtas erat, omneſque myrtea corona caput cingebantur; commune ipſorum officium erat ſorte deſignare Δικαστὰς, *&* Ἀθλοθέτας *e ſingulis tribubus ſingulos eligendo, uti etiam* Ἱππάρχους, Φυλάρχους, *&* Στρατηγοὺς *creare, & in ceterorum Magiſtratuum mores, & vitae rationem inquirere, nec non eos, qui collato in ipſos munere indigni iudicati eſſent ſuffragiis populi, ordine movere. Vid. ibid. Pollux, qui ubique laudatur in his capitibus. Atque, quod praeſtitorum officiorum quaſi merces erat ab omnibus tributis, & vectigalibus, quae ab aliis civibus ad conſcribendos milites exigebantur, immunes erant, neminique praeterquam ipſis haec immunitas umquam conceſſa fuit. Et ſi quis Theſmothetam, aut Archontem coronatum, aliumve quemlibet eorum, quibus civitas immunitatem aliquam, aut coronam, aliumve honorem contulit, contumelia adfecerat, pulſaverat, aut maledixerat, ignominia notabatur, quod non tam privatum hominem, quam ipſam civitatem iniuria adfeciſſet. Vid. Demoſth. in Midiam.*

Atque haec ſuffecerint de Novem Archontibus ſimul ſumtis, nunc de ſingulis ſeorſim agam; id mihi tantum dicere liceat, nihil certi de prima origine nominis ipſorum memoriae traditum eſſe; ſed tamen Sigonius coniicit nomina Βασιλεὺς, *&* Ἄρχων *per imitationem deſumta eſſe a praecipuis priorum ſaeculorum*

Magi-

Magiſtratibus, quum civitas primum imperio Regum, deinde Archontum pareret, ut & nomen Πολέμαρχος, *in memoriam praefecti exercitus, qui ab primis Regibus plerumque creabatur, ut ipſis belli tempore auxilio eſſet. Videntur etiam* Θεσμοθέται (*prout & ipſum nomen indicat*) *in gratiam populi conſtituti eſſe, ut ſcilicet ipſius leges, ac privilegia contra aliorum Archontum vim, & iniuriam defenderent, atque haec poteſtas, antequam Rempublicam ordinaret Solon, longe maior, nec tam arctis limitibus coercita, quam inſequentibus temporibus, videtur fuiſſe; ille enim Legislator ſanxerat, ut eorum munus praecipue in hiſce, quae ſequuntur conſiſteret.*

Ἄρχων, *ita quaſi per excellentiam dictus, princeps illorum Novem erat; nonnumquam etiam* Ἐπώνυμος *vocatur, quia eius de nomine annus denominabatur. Ipſius imperium ad eccleſiaſticas ſimul, & civiles res ſpectabat; quin & ipſius erat omnes lites inter maritos, & uxores dirimere; veluti de uxoribus, quae poſt maritorum ſuorum mortem peperiſſent, de ſupremis voluntatibus, & teſtamentis, de dotibus, & legatis; cura etiam ipſi habenda erat orphanorum, iiſque tutores, ac curatores dare debebat, ut & querelas eorum, qui a vicinis ſuis aliqua iniuria eſſent adfecti, audire; atque eos, qui ebrietati dediti eſſent, punire; quin & primus inquirere in nonnullas publicas actiones, ex quarum genere erant, quae* Εἰσαγγελίαι, Φάσεις, Ἐνδείξεις, Ἐφηγήσεις *dicebantur, de quibus poſtea agemus. Locus, ubi ius dicere ſolebat Archon, erat Odeum, ibique de victu aliiſque ad vitam ſubſtentandam neceſſariis rebus cauſae ad eum deferebantur. Eius item officium erat Curatores,* Ἐπιμελητὰς *dictos, conſtituere, rationem celebrandorum feſtorum, quae* Διονύσια, & Θαργήλια *vocabantur, habere, praeter alia nonnulla ſolemnia; quin & ludorum ſcenicorum, cantorum, choreutarum, aliorumque, quae ad eos requirebantur, cura ei incumbebat. Quod ſi vino madere deprehenſus foret, capital erat. Vid. Pollux Onomaſt. hic, & ubique, Lyſias in Alcibiadem, Demoſthenes in Macartatum, Suidas, Harpocration, ubique in his capitibus.*

Βασιλεὺς *in Regia Porticu ius dicebat, ibique eiuſmodi dirimebat lites, quae inter Sacerdotes, & ſacras intercedebant familias, e quarum genere erant Ceryces, Eteobutadae, &c. quarumque nonnulla officia in divino cultu peragendo iure hereditario competebant. Coram eo etiam adducebantur ii, qui impietatis, vel profanatorum myſteriorum quorumdam, templorum, aliarumve rerum ſacrarum inſimulabantur. Praeterea praeſentem ſe ſiſtebat in celebrandis Eleuſiniis, & Lenaeis feſtis, & in iis omnibus, in quibus faces manibus gerentes curſu contendebant, videlicet in Panathenaeis, Hephaeſtiis, ac Promethеis; publica etiam ſacrificia pro incolumitate, & proſperitate Reipublicae debebat offerre. Eius uxor, quam* Βασιλίσσαν *nuncupabant, ei adſtabat in plurimis; ſi vero non ex iſtiuſmodi oriunda eſſet familia, quae ex integro Athenienſi ſanguine progenita, vel ſi alteri marito, antequam* Βασιλεῖ *nuberet, iuncta fuiſſet, ſecundum legem munus ſuum haud debito modo obire poterat. Nam lege tenebatur virginem civem ducere (quod etiam Iudaeorum Pontifici iniunctum) alias haud idoneus putabatur ſacris publicis praeeſſe. Vid. Demoſthenes in Neaeram. Ad eum praeterea res quaedam civiles pertingebant; quippe quaeſtiones de rebus inanimatis coram eo proponebant, ut & delationes de homicidio, ipſiuſque munus erat in eas inquirere, & deinde ad Areopagitas, inter quos ius habebat ſuffragii deferre, ſed vero coronam ſuam (quae inſigne quoddam muneris ipſius erat) interea dum cauſa agebatur, deponere debebat. Leg. Demoſthen. in Lacritum, & Neaeram.*

Πολέμαρχος *omnium peregrinorum, & inquilinorum Athenienſium gerebat curam, eademque in ipſos auctoritate, qua in cives Archon, pollebat. Munus*

ipſius

ipſius erat Enyalio (qui ab aliis pro Marte, ab aliis vero pro quodam ex eius comitibus habetur) ut & Dianae Ἀγροτέρᾳ *ab pago quodam Atheniensi sic dictae, sacra facere; praeterea celebris illius patriae defensoris Harmodii exsequias celebrare, & curare, ut liberi eorum, qui pro patria sua mortem obiissent, ex publico aerario debita ratione alerentur.*

Verum enimvero, quandoquidem tres hi Magistratus prae iuventute saepe in legibus, ritibusque patriae suae non tam versati essent, quam quidem optandum fuisse, ne sibi solis plane relinquerentur, in more positum erat, singulis socios dare duos viros aetate, morum gravitate, & existimatione conspicuos, qui ipsis in obeundo munere suo auxilio essent, &, si offerretur occasio, nonnumquam eos docerent, informarentque. Hos autem viros Παρέδρους, *sive* Adsessores, *vocabant, iidemque se examini in Senaculo, & publico Foro, quod alii subibant Magistratus subiicere, quin etiam illos rerum, dum munere suo fungerentur, gestarum, postquam Magistratu abiissent, rationem reddere cogebant.*

Reliqui sex Archontes communi nomine Thesmothetae *dicebantur. Delationes hi audiebant adversus eos, qui falsae criminationis, & calumniae, corruptionis, impietatis accusabantur, quod etiam pars erat Regii muneris, hac tamen cum differentia, quod adcusatores solebant φαίνειν τὸν ἀσεβῆ, sive oretenus impium deferre ad tribunal Regis, quum contra Thesmothetis γράφειν, hoc est, scriptam delationem tradere deberent. Coram iis etiam omnes causae, & lites inter cives, & peregrinos, inquilinos, vel servos, controversiaeque de mercatura, & mercibu disceptabantur. Ab iis provocationes ad populum instituebantur, publica examina variorum Magistratuum peragebantur, & in publicis concionibus suffragia colligebantur. Omnia publica pacta, & foedera rata faciebant, dies, quibus Iudices causas in variis suis curis audituri essent, adsignabant, curam etiam gerebant, ne ullae leges ferrentur, praeterquam istiusmodi, quae ad Reipublicae salutem, & incolumitatem conducerent, eorumque nomina deferebant, qui incautam multitudinem pellicere, eique, ut consentiret in omnibus iis, quae Reipubl. commodis adversarentur, persuadere studuissent.*

Εὔθυνοι *decem Magistratus erant, eum in finem creati, ut Archontibus auxilio essent, & Magistratuum rationes examinarent, mulctamque imponerent iis. quos publicam pecuniam intervertisse, vel ullo modo Reipblicae iniuriam res male administrando intulisse comperiissent. Hos nonnumquam* Ἐξετασὰς, & Συνηγόρους *vocatos fuisse narrat Aristoteles Polit. lib.* VI. *cap. ultimo; nonnulli autem ipsos eosdem fuisse, ac* Λογισὰς *volunt, tamen secundum Aristotelem ab illis distincti dicuntur.* Ita *Io. Potterus* eruditissimus: & haec quidem omnia apte, & adposite, ut videtur, praemisimus, quo Athenienſium Archontum historiam luculentiorem, exactioremque efficeremus, &, qua licuit, *Meursii* Commentarios aliquatenus suppleremus; quibus illustrandis *Lib.* I. *Cap.* IX. idoneam etiam Inscriptionem vetustam existimamus, quam docti Viatores *Whelerus*, & *Sponius* protulerunt, & est, quae sequitur:

Η ΒΟΥΛΗ
ΝΕΙΚΙΑΝ ΕΡΜΕΙΟΥ
ΒΑΣΙΛΕΥΣΑΝΤΑ
ΑΡΕΤΗΣ ΧΑΡΙΝ.

In ea enim agitur de *Archonte Rege*. Sed praestantissimus *Monsfalconius* in primis in sua *Palaeographia Graeca pag.* 150. ea refert ac differit, quae huic eidem Capiti, & reliquo Commentario, lucem non modicam foenerentur, & sunt quae sequuntur.

Ἀρ-

Ἄρχων	Archon
Καὶ ἱερεὺς Δρύσου ὑπάτου	Et Sacerdos Druſo Conſule
Ξένων Μεννέου Φλυεὺς,	Xenon Mennei Phlyeus,
Βασιλεὺς	Rex
Ἡράκλιτος Ἀριστοκλέους Σφήττιος,	Heraclitus Ariſtoclis Sphettius,
Πολέμαρχος,	Polemarchus,
Ἀλκέτης Ἀλκέτου Περιθοίδης,	Alcetes Alcetae Perithoides,
Θεσμοθέται,	Theſmothetae,
Λεύκιος Σέπτιος Κηφισιεὺς,	Lucius Seppius Cephiſieus,
Φιλώτας Θεοδώρου ἐγ Μυρινούττης,	Philotas Theodori ex Myrinuſſa,
Δημήτριος Κινέου Κυδαθηναιεὺς,	Demetrius Cineae Cydathenaeus,
Σέξτος Λουκίου Διραδιώτης;	Sextus Lucii Diradiotes,
Ἀθηνόδωρος Εὐγίτονος (Φρεάρριος,)	Athenodorus Eugitonis Phrearrhius,
Ἀλέξανδρος Ἀλεξάνδρου (Θριάσιος.)	Alexander Alexandri Thriaſius.
Κήρυξ τῆς ἐξ Ἀρειοπάγου βουλῆς	Praeco Senatus Areopagi
Λεωνίδης Λεωνίδου Μελιτεὺς,	Leonides Leonidis Meliteus:
Κήρυξ Ἄρχοντι	Praeco Archonti
Διόδωρος Ἑρμέου,	Diodorus Hermeae,
Αὐλητὴς	Tibicen
Ἰσίφιλος Ἀσκληπιάδου Ἀθμονεὺς,	Iſiphilus Aſclepiadis Athmoneus
Λειτουργὸς	Miniſter
Ἑστιαίος Διονυσίου Μιλήσιος.	Heſtiaeus Dionyſii Mileſius.

Hic notantur Magiſtratus annui Athenienſes Druſo Conſule, qui cum C. Norbano Flacco Conſulatum iniit anno Chriſti XV. *qui erat Tiberii ſecundus. Sed hic Conſul unus ex duobus, ut alibi ſaepiſſime in marmoribus, nominatur: cuius rei exempla multa ſuppeditat Gruterus in Theſauro. Druſi ergo Conſulatu non ipſe Druſus, ut fert depravata Sponii lectio, ſed Xenon Mennei filius Phlyeus Archon primus, ſive* Ἄρχων ἐπώνυμος, *erat. Etſi namque Auguſti ac Caeſares Archontum Athenienſium munus quandoque dedignati non fuerint, v. g. Hadrianus & Gallienus; ut probe commonſtrat Antonius Vandale in erudito opere de Antiquitatibus & marmoribus, p.* 221. *nuſpiam, ut puto, legitur Druſum Tiberii filium hoc munere functum eſſe: nam quod ille vir doctus inter Archontas Athenienſes Druſum numeraverit, id ex vitiata per Sponium inſcriptione mutuatus eſt: neque enim poterat inconſulto marmore veram lectionem adſequi.*

Hic igitur novem Athenienſium Archontes annui notati recenſentur, additis ſingulorum tribubus. Primus erat Ἄρχων ἐπώνυμος; *ſecundus* βασιλεὺς, *ſive* Rex; *tertius Polemarchus; ſex reliqui Theſmothetae. Ignorat nemo, poſtquam Reges Athenis deſierant, Magiſtratus perpetuos, qui* Ἄρχοντες *adpellabantur, creatos fuiſſe: hi autem annis* CCCXVI. *rempublicam adminiſtrarunt; donec mutato regimine Archontes decennales conſtituerentur, qui ſeptem numero, annis* LXX. *hoc munus geſſerunt. His ſubſtituti ſunt Archontes annui: quorum primus* ἐπώνυμος, Eponymus *vocatus, ceteris dignitate praeerat, atque ut Conſules Romae, ſic Archon ille primus & Eponymus Athenis, pro anno deſignando uſurpabatur. Archon igitur Eponymus Druſo Conſule erat Xenon Mennei filius, idemque* ἱερεὺς *ſive Sacerdos dicitur: hi quippe Archontes Eponymi ſacris praeerant, praeſertimque magnis Dionyſiacis ſive Bacchicis ſolemnitatibus, ut ex Iulio Polluce obſervat idem Ant. Vandale. Hic porro Dionyſiacorum ſymbola adſunt ad imum marmoris, ut vides in Tabula ſupra, nempe palmes cum uva, &c.*

Poſt

Digitized by Google

Post Archontem Eponymum, qui erat Xenon Mennei filius, Tribu Phlyeus, sequitur βασιλεὺς, *Rex, qui inter Archontes Athenienses secundas tenebat: is erat Heraclitus Aristoclis, Tribu Sphettius.* Βασιλεὺς *autem, sive Rex, iam a priscis temporibus secundus inter Archontes Athenienses numerabatur: cuius officium erat Mysteriis praeesse, illaque administrare, quae ad patria sacrificia pertinerent. Iudicia de rebus sacris ad illum deferebantur. Ipse lites super caede ad Areopagum referebat: ubi deposita corona, cum Areopagitis iudex sedebat. Adversariis denuntiabat, ut abstinerent a Mysteriis, aliisque legalibus. Vxorem autem eius* βασίλισσαν, *sive* Reginam *adpellabant. Haec Regis sacrorum munia fuse & docte suo more prosequitur Antonius Vandale eodem in opere, p. 203. & seqq.*

Archontum tertius erat Polemarchus, πολέμαρχος, *ab Harpocratione descriptus in Lexico: quod munus hic obtinere dicitur Alcetes Alcetae filius, Perithoides, ex Tribu videlicet eius nominis.* Πολέμαρχος, *principio quidem rem bellicam administrabat; sed postquam Athenienses Romanis paruerunt, rebus tantum urbanis Polemarchi prospiciebant. Horum autem munia Iulius Pollux & alii descripserunt: Polemarchus, Dianae Agroterae sive Agresti sacrificabat, & Enyalio, sive Marti; disponebat item Epitaphium eorum, qui in bello ceciderant. De causis litigantium iudicabat inter peregrinos, & advenas: atque, ut ait Aristoteles, idipsum erat Polemarchus erga peregrinos, quod Archon erga cives.*

Sex Thesmothetae novem Archontum numerum complebant: Drusi autem Consulatu hi Thesmothetae erant, Lucius Seppius Cephisieus, Philotas Theodori ex Myrinussa, Demetrius Cineae Cydathenaeeus, Sextus Lucii Diradiotes, Athenodorus Eugitonis Phrearrhius, Alexander Alexandri Thriasius. Thesmothetarum munus erat, ut leges in publico singulis annis corrigerent, διορθῶν, *& accurate dispicerent essetne lex aliqua alteri adversa; an aliqua inter ratas abrogata; essentne plures de unaquaque re perscriptae. Tum si quae huiusmodi essent, in concione proponebantur, & si opus esset abrogabantur. Illa autem legum emendatio non apud Athenienses tantum, sed etiam in aliis Graeciae civitatibus in usu erat: sic in Corcyraea inscriptione, de qua superius:* εἰ δὲ καὶ διόρθωσις τῶν νόμων γίνηται, ταξάντων οἱ διορθωτῆρες εἰς τοὺς νόμους, καθὼς καὶ δὴ τὸ ἀργύριον χειρίζεσθαι. *Id est,* Quod si legum emendatio accesserit, statuant legum correctores in ipsis legibus, quo pacto eadem ipsa pecunia administranda sit. *Leges igitur istae tales erant ut, si quid usus & experientia melius esse doceret, facile mutarentur: iidem vero praescribebant, quando in Tribunalibus iudicia exerceri, quando delationes deferri deberent ad populum, & alia huiusmodi civilia officia gerebant, quae pluribus explicantur a Budaeo in Pandectis.* Hactenus doctissimus ille Monachus, cuius verba heic referri oportere iudicavi, quod inscriptionem explicent, qua insigniorem ad Archontum historiam inlustrandam reperire vix possumus. Heic insuper observandum, quum Archontes myrto coronarentur, num anaglyphum illud, caput coronatum exhibens, quod alicubi in hoc opere produximus, Archontem aliquem repraesentare possit magis, quam *Themistoclem;* modo sertum illud non tam oleaginum, quam myrteum iudicari possit.

Ad Lib. III. Cap. III. adferenda est antiqua Inscriptio Graeca, quae Athenis Lutetiam Parisiorum advecta est, cuius postremam partem vulgavit *Sponius*, sed diminute ac corrupte; particulam exhibuit etiam *Montfalconius* in *Palaeographia*; & tamdem Clarissimus *Scipio Maffeius* in suis Antiquitatibus Gallicis *Epist.* xix. integriorem produxit, licet non univer-

Digitized by Google

ſam, quum ex tribus, & forte pluribus Tabulis marmoreis, duae tantum ſuperſint, licet *Sponius* tertiam quoque Athenis inſpexerit. Haec non ſunt niſi nomina eorum Athenienſium, qui in diverſis bellis occubuerunt; huiuſmodi enim honoribus Athenienſis civitas ſuos milites ſtrenuos, qui pro patria decertaverant, & pugnando ceciderant, proſequi conſuevit. Inſcriptio igitur eſt quae ſequitur, atque ad tempora belli Peloponneſiaci referenda eſſe videtur.

ΕΡΕΧΘΕΙΔΟΣ

ΗΟΙΔΕ. ΕΝΤΟΙ. ΠΟΛΕΜΟΙ. ΑΠΕΘΑΝΟΝ. ΕΝ ΚΥΠΡΟΙ. ΕΝ ΑΙΓΥΠΤΟΙ. ΕΝ ΦΟΙΝΙΚΕΙ. ΕΝ ΑΛΙΕΤΣΙΝ. ΕΝ ΑΙΓΙΝΕΙ. ΜΕΓΑΡΟΣ ΕΝ ΤΟ ΑΤΤΟ ΕΝΙΑΤΤΟ

. . . . ΤΕΓΟΝ
Φ . . . . ΧΟΣ
Π . . . . ΑΛΕΟΝ
. . . . ΤΣΤΡΑΤΟΣ
ΑΚΟΝΤΙΔΕΣ
. . ΜΟΣΤΡΑΤΟΣ
. . ΜΕΑΣ . .
. . . ΛΕΙΔΕΣ
. . . ΡΑΤΕΣ
. . . ΡΕΔΕΜΟΣ
. . . . ΕΣΙΑΣ
. . . ΣΑΝΔΡΟΣ
. . ΡΟΦ . . .
ΑΠΟΛΛΟΔΟΡΟΣ
ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΕΣ
ΚΟΤΙΑΣ
. . . . ΙΑΛΟΣ
. . ΕΧΑΝΙΟΝ
. . . ΛΙΣΤΙΔΕΣ
ΤΙΜΟΓΕΝΕΣ
ΑΡΙΣΑΝΔΡΟΣ
ΜΕΝΕΚΛΕΣ
ΜΕΛΑΝΟΡΟΣ
ΚΛΕΟΜΒΡΟΤΟΣ
ΑΡΙΣΤΟΚΛΕΙΔΕΣ
ΘΟΚΙΔΙΔΕΣ
ΕΥΘΥΔΕΜΟΣ
ΚΑΛΛΙΚΡΑΤΕΣ
. . . ΣΕΦΕΣ
ΦΑΝΤΑΛΟΣ
ΧΙ . . . ΝΙΟΣ
Ε . . . ΕΙΤΟΝ
Γ . . . ΚΙΠΠΟΣ
ΛΥΣΙΚΛΕΣ
ΚΕΛΕΥΣΟΣ
ΕΥΘΥΔΕΜΟΣ
ΔΙΝΑΙΟΣ
ΟΙΛΙΝΟΣ
ΚΑΛΛΙΚΛΕΣ
ΝΑΥΣΙΚΛΕΣ
. . . ΜΕΣΙΘΕΟΣ
. . ΝΕΣΙΓΕΝΕΣ
ΠΟΛΥΚΛΕΣ
ΑΛΕΞΙΑΣ
ΑΜΥΔΡΙΠΠΟΣ
ΑΠΟΛΛΟΔΟΡΟΣ
ΓΟΡΓΙΑΣ
Ν . . ΘΑΡΧΟΣ
ΠΑΡΜΟΝΙΔΕΣ
ΕΑΚΟΝ
ΠΙΘΟΝ

ΛΥΣΙΑΣ
ΣΟΣΤΡΑΤΟΣ
ΦΙΛΙΝΟΣ
ΦΙΛΑΙΘΟΣ
ΦΙΛΕΤΑΙΡΟΣ
ΣΩΤΕΛΕΣ
ΛΥΣΙΑΣ
ΑΚΡΥΠΤΟΣ
ΤΙΜΟΚΡΑΤΕΣ
ΑΡΚΕΛΑΣ
ΕΥΘΥΚΡΑΤΕΣ
ΠΑΤΡΟΚΛΕΙΔΕΣ
ΑΛΚΜΕΟΝΙΔΕΣ
ΓΛΑΥΚΩΝ
ΔΕΜΟΝΙΔΟΣ
ΑΝΑΧΣΙΔΟΡΟΣ
ΓΛΑΥΚΩΝ
ΠΡΟΚΛΕΣ
ΑΝΤΙΘΩΝ
ΑΝΑΧΣΙΛΑΣ
ΑΡΧΕΠΟΛΙΣ
ΚΑΛΛΕΑΣ
ΘΑΛΛΙΑΡΧΟΣ
ΦΙΛΟΝΙΧΟΣ
ΕΥΚΛΕΙΔΕΣ
ΔΙΟΔΟΡΟΣ
ΝΙΚΑΡΧΟΣ
ΕΠΙΤΕΛΕΣ
ΚΥΒΩΝ
Χ . . . ΙΡΙΑΣ
ΔΕΜΕΤΡΙΟΣ
ΑΡΧΕΣΙΛΑΣ
ΕΥΘΟΙΝΟΣ
ΔΕΜΕΤΡΙΟΣ
ΓΟΡΓΩΝ
ΣΤΡΑΤΩΝ
ΑΡΙΣΤΕΙΔΕΣ
ΙΣΟΔΕΜΟΣ
ΚΕΦΙΣΟΔΟΤΟΣ
. . . ΟΙΛΟΣ
. . ΤΙΜΕΝΕ
. . . ΠΑΙΝΕΤΟΣ
. . . . ΕΡΔΑΙΟΣ
ΔΙΟΓΕΝΕΣ
ΟΡΤΝΟΣ
. . ΤΕΣΙΑΔΕΣ
. . ΟΡΟΙ . . . ΟΣ
. . ΡΑΤΤΑΛΟΣ
. . ΤΝΦΕΡΜΙΟΣ
ΝΙΚΙΑΣ
ΜΕΣΙΚΛΕΙΔΕΣ

. . . ΟΤΡΑΡΧΟΣ
ΧΑ . . ΙΑΝΔΡΟΣ
. . . . ΟΑΡΑΤΟΣ
. . . . . ΟΣ
. . . . ΙΛΟΣ
ΣΟΣΙΑΣ
ΑΡΧΙ . . . ΟΣ
ΛΥΚΙΝΟΣ
ΚΑΛΛΙΑΣ
ΜΝΕΣΙΜΕΝΕΣ
ΣΙΚΩΝ
ΑΜΦΙ . . . ΕΔΕΣ
ΧΣΕΝΤΑΛΟΣ
ΑΡΙΣΤΟΓΕΝΕΣ
ΦΙΛΙΝΟΣ
ΔΙΟΤΙΜΟΣ
ΚΑΛΛΟΝΙΔΕΣ
ΚΑΛΛΙΧΣΕΝΟΣ
ΔΕΙΝΙΑΣ
ΣΝΙΚΤΘΟΣ
ΤΙΜΟΔΕΜΟΣ
ΛΥΣΙΣ
ΑΚΕΣΙΑΣ
ΕΠΙΧΑΡΕΣ
ΗΙΕΡΩΝΙΜΟΣ
ΑΝΑΧΣΙΛΑΣ
ΧΑΙΡΙΑΣ
ΗΡΑΚΛΕΙΔΕΣ
ΑΓΑΣΙΚΛΕΣ
ΑΛΚΑΣ
ΚΕΦΙΣΟΔΟΤΟΣ
ΚΑΛΛΙΚΛΕΣ
ΚΕΦΙΣΟΔΟΡΟΣ
ΝΟΜΕΝΙΟΣ
ΧΣΕΝΟΦΙΛΟΣ
ΗΙΠΕΡΛΙΟΣ
ΗΑΓΝΩΝ
ΠΟΛΥΧΣΕΝΟΣ
ΕΡΧΣΙΜΕΝΕΣ
ΝΙΚΩΝ
ΑΡΙΣΤΟΦΑΝΕΣ
ΓΛΑΥΚΩΝ
ΦΥΣ . . . ΙΔΕΣ
ΗΑΓΑΘΟΔΕΜΟΣ
ΔΙΟΚΛΕΣ
ΦΑΝΟΣΤΡΑΤΟΣ
ΕΥΜΕΝΙΟΣ
ΘΕΟΔΟΡΟΣ
. . . ΥΛΕΟΣ
. . . . . ΑΟΝ
. . . ΙΧΑΡΕΣ

. . . ΔΟΧ-

Digitized by Google

. . ΔΟΧΣΟΣ
ΠΟΛΥΞΕΛΟΣ
ΓΛΑΥΚΙΑΣ
ΕΠΙΓΕΝΕΣ
ΑΝΤΙΧΑΡΕΣ
ΦΙΛΙΣΤΙΔΕΣ
ΑΜΦΙΚΛΕΙΔΕΣ
ΦΡΟΥΡΟΣ
ΤΙΤΩΝ
ΕΥΛΙΟΣ
ΚΑΛΛΙΒΙΟΣ
ΣΜΙΚΡΟΣ
ΝΕΑΙΟΣ
ΕΡΓΟΤΕΣ
ΦΟΚΙΩΝ
ΑΚΑ . . . Θ . . .

ΣΤΡΑΤΕΓΟΣ ΕΝ ΑΙΓΥΠΤΟΙ

ΗΙΠΠΟΔΑΜΑΣ
ΕΝΘΥΜΑΧΟΣ
ΤΕΛΕΝΙΚΟΣ
ΜΑΝΤΙΣ
ΕΥΜΕΛΟΣ
ΑΝΔΡΟΣΘΕΝΕΣ
ΤΟΞΟΤΑΙ ΦΡΙΝΟΣ
ΤΑΥΡΟΣ
ΘΕΟΔΟΡΟΣ
ΑΛΕΞΙΜΑΧΟΣ

. . . . . .
ΛΥΚΙΝΟΣ . . . . . .
ΑΡΧΙΑΣ . . . . . .
ΦΟΚΙΩΝ ΤΡΙΕ . . . . . .
ΘΟΚΤΩΙΔΕΣ . . . . . .
ΑΝΔΡΩΝ . . . . . .
ΘΕΟΔΟΤΟΣ . . . . . .
ΛΥΣΙΜΑΧΙΔΕΣ . . . . . .
ΠΥΡΡΑΝΔΡΟΣ . . . . . .
ΒΛΕΠΥΡΟΣ . . . . . .
ΤΙΜΟΔΕΜΟΣ . . . . . .
ΧΑΡΙΑΔΕΣ . . . . . .
ΛΥΣΙΣ . . . . . .
ΚΑΛΛΙΠΠΟΣ . . . . . .
ΕΡΕΤΡΙΕΥΣ . . . . . .
ΑΝΤΙΜΑΧΟΣ . . . . . .
ΚΕΦΙΣΟΔΟΤΟΣ . . . . . .
ΑΝΤΙΚΛΕΙΔΕΣ Χ . . . . . .
ΕΥΦΡΑΝΟΡΙΔΕΣ Ν . . . . . .
ΠΟΣΕΙΔΙΠΠΟΣ ΟΝ . . . . . .
ΕΠΙΔΕΘΕΣ ΔΕΜΟ . . . . . .
ΜΝΕΣΙΚΡΑΤΕΣ ΑΝΑΧΣ . . . . .
ΜΙΜΝΟΝ ΦΙΛΟΝ . . . . . .
ΘΕΟΓΕΝΕΣ . . ΣΤΙΑ . . . . .
ΑΘΕΝΟΔΟΡΟΣ ΜΕΝ . . . ΟΣ
ΑΜΦΙΑΝΑΞ ΛΕΟΝΤΙΔΟΣ
ΣΟΣΡΑΤΟΣ ΑΡΙΣΤΙΔΕΣ
. . . . . ΠΑΡ . . . ΒΑΤΕΣ
ΚΑ . . . . . ΕΥΦΑΝΕΣ
ΠΤΘ . . . . . ΑΡΧΙΚΛΕΣ
ΝΙΚΟ . . . . . ΦΑΝΟΚΛΕΙΔΕΣ
ΝΙΚΟ . . . . . ΕΥΕΡΓΙΔΕΣ
ΚΤΕΣ . . . . . ΑΡΙΣΤΟΝΥΜΟΣ
ΑΥΧ . . . . . ΚΕΦΙΣΟΔΟΡΟΣ
ΛΥΣΙΜΑΧΟΣ ΘΕΟΦΑΝΕΣ
ΦΙΛΟ ΟΦΣΙΑΔΕΣ
ΠΙΝΔΑΡΟΣ ΝΙΚΙΑΔΕΣ
ΧΑΡΙΔΕΜΟΣ ΚΑΛΛΙΤΕΛΕΣ
ΣΟΚΡΑΤΙΔΕΣ ΣΑΤΥΡΟΣ
ΑΡΙΣΤΟΚΡΑΤΕΣ ΑΡΙΣΤΥΛΛΟΣ
ΔΙΟΦΑΝΕΣ ΕΡΓΟΤΙΜΟΣ
ΜΕΝΕΚΛΕΣ ΕΥΦΙΛΕΤΟΣ
ΑΡΙΣΤΑΡΧΟΣ ΕΠΙΔΡΟΜΟΣ
ΣΟΣΙΠΠΟΣ ΛΥΚΕΑΣΤΡΙΕ
ΑΙΣΧΥΛΙΔΕΣ ΤΛΕΣΩΝΙΔΕΣ
ΕΦΙΑΛΤΕΣ ΑΡΙΣΤΑΡΧΟΣ
ΑΛΚΑΜΕΝΕΣ ΕΥΦΡΑΝΟΡ
ΦΙΛΕΑΣ ΑΥΤΟΚΡΑΤΕΣ
ΠΑΤΣΑΝΙΑΣ ΑΡΙΣΤΟΜΕΔΕΣ
. . . . . ΛΥΣΙΦΑΝΕΣ
. . . . . ΚΑΛΛΙΦΩΝ
. . . . . ΑΝΤΙΚΛΕΣ
ΚΑΛΛΙΑΣ
ΕΥΠΟΛΙΣ
ΑΝΤΙΦΑΝΤΟΣ
ΓΟΡΔΟΣ
ΣΩΤΙΜΟΣ
ΑΡΙΣΤΟΚΛΕΣ
ΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΣ
ΕΥΘΥΚΛΕΙΔΕΣ
ΑΡΧΕΣΤΡΑΤΟΣ
ΑΜΕΝΙΤΟΣ
ΚΑΛΛΙΘΑΛΕΣ
ΝΕ . . . ΕΙΔΕΣ
ΠΑΝΘΑΡΟΣ
ΕΣΙ . . . ΧΟΣ
ΦΙΛΙΠΠΟΣ
ΤΙΜΟΚΡΑΤΕΣ
ΘΕΟΚΡΙΤΟΣ
ΜΝΕΣΙΚΡΑΤΕΣ
ΠΕΡΙΚΛΕΣ
ΑΝΤΙΔΟΤΟΣ
ΘΕΟΦΑΝΕΣ
ΘΕΟΓΝΕΤΟΣ
ΛΥΣΙΜΑΧΟΣ
ΑΡΙΣΤΟΚΛΕΣ
ΑΔΕΙΜΑΝΤΟΣ
ΦΙΛΟΔΕΜΟΣ
ΧΣΕΝΟΧΑΡΕΣ
ΠΑΤΣΑΝΙΑΣ
ΧΑΡΙΝΟΣ
ΚΑΛΛΙΦΩΝ
ΝΙΚΙΑΣ
ΚΑΛΛΙΑΣ
ΦΙΛΕΑΣ
ΑΝΤΙΧΑΡΕΣ
ΕΥΘΟΙΝΟΣ
ΧΑΙΡΕΣΤΡΑΤΟΣ
ΔΙΦΙΛΟΣ
ΑΡΙΣΤΑΡΧΟΣ
ΗΓΝΩΝ
ΣΜΥΚΥΘΟΣ
ΚΤΕΣΙΦΩΝ
ΕΠΙΛΥΣΑΜΕΝΟΣ
ΧΑΛ . . . ΩΝ
ΧΑΙΡΕΣΤΡΑΤΟΣ
ΦΥΣΙ . . . . ΟΣΔΙΟΚΛ . . .
ΑΡΧΕΔΑΜΑΣ
ΛΥΣΙΣΤΡΑΤΟΣ
ΠΟΛΥΚΡΑΤΕΣ
ΝΙΚΟΚΛΕΣ
ΑΚΑΜΑΝΤΙΔΟΣ
ΟΛΥΜΠΙΑΡΑΤΟΣ

Digitized by Google

ΑΤΤΟΜΑΘΕΣ	ΔΙΕΙΤΡΕΦΕΣ	ΠΥΘΟΔΟΡΟΣ
ΛΕΟΝΙΔΕΣ	ΛΕΟΧΑΡΕΣ	ΗΑΓΝΟΣΤΡΑΤΟΣ
ΔΕΜΕΤΡΙΟΣ	ΔΟΡΟΘΕΟΣ	. . . . ΜΑΣΟΣ
ΡΙΝΟΝ	ΑΡΧΙΑΣ	. . . . .
ΑΛΕΧΣΙΠΠΟΣ	ΠΡΟΜΑΧΟΣ	ΜΝΕΣΙΚΛΕΣ
ΑΡΧΙΑΣ	ΗΙΠΠΟΘΟΝΤΙΔΟΣ	. . . . .
ΧΑΙΡΕΦΩΝ	ΠΥΘΟΔΟΡΟΣ ΦΓΑΑΡΧ	. . . . .
ΟΙΝΕΙΔΟΣ	ΦΑΝΟΚΛΕΣ	. . . . .
ΔΙΟΚΛΕΙΔΕΣ	ΦΙΛΟΝ	. . . . .
ΑΜΕΙΝΟΚΡΑΤΕΣ	ΔΕΙΝΙΑΣ	ΛΙΣΙΜΙΔΕΣ
ΤΙΜΟΘΕΟΣ	ΣΠΕΤΣΟΝ	ΣΟΣΙΜΑΧΟΣ
ΚΕΚΡΟΠΙΔΟΣ	ΑΝΤΙΑΣ	ΠΡΟΜΑΧΟΣ
ΤΕΛΕΣΕΓΟΡΟΣ	ΞΙΛΑΝΟΣ	. . . . .
ΣΑΤΥΡΟΣ	ΗΙΠΠΟΝ	. . . . .
. . . . .		

Ad Lib. IV. *Cap.* X. *Col.* 873 F. Magiſtratus Nicomachi memoratur in antiqua Inſcriptione apud *Sponium Tom.* III. *Itiner.* quae ita habet:

ΕΡΕΧΘΗΙΣ ΑΝΔΡΩΝ ΕΝΙΚΑ
ΕΝΕΤΕΛΗΣ ΜΕΝΗΤΟΣ ΑΝΑΓΥ
ΡΑΣΙΟΣ ΕΧΟΡΗΓΕΙ
ΑΡΑΤΟ. . . . ΗΥ. . . .
ΝΙΚΟΜΑΧΟΣ. . . . .

In additamentis a nobis factis in fine *Libri* IV. quaedam corrigenda, vel adiicienda eſſe videntur. *Col.* 896. E. Non ſtatim *Rhoemetalcem* Archontem facerem, quum Inſcriptio illa manca ſit, nec liquido conſtet ad quem vox illa Ἄρχοντ@ referatur. *Nicias* Sarapionis filius Athmonenſis Archon legitur in Inſcriptione, quae Athenis in Templi frontiſpicio viſitur, & profertur a *Sponio Tom.* II. *Itinerarii*, quumque ita habet:

. . . . . .
. . . . ΚΑΙ ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΘΕΟΥ ΥΙΟΥ ΣΕΒΑΣΤΟΥ
ΑΘΗΝΑΙ ΑΡΧΗΓΕΤΙΑΙ ΣΤΡΑΤΗΓΟΥΝΤΟΣ ΕΠΙ ΤΟΥΣ ΟΠΛΙΤΑΣ
ΕΥΚΛΕΟΥΣ ΜΑΡΑΘΩΝΙΟΥ
ΤΟΥ ΚΑΙ ΔΙΑΔΕΞΑΜΕΝΟΥ ΤΗΝ ΕΠΙΜΕΛΕΙΑΝ ΤΟΥ ΠΑΤΡΟΣ
ΗΡΩΔΟΥ ΤΟΥ ΚΑΙ ΠΡΕΣΒΕΥΣΑΝΤΟΣ
ΕΠΙ ΑΡΧΟΝΤΟΣ ΝΙΚΙΟΥ ΤΟΥ ΣΑΡΑΠΙΩΝΟΣ ΑΘΜΟΝΕΩΣ,

Col. 897. D. Corrupta eſt Inſcriptio, in qua legi videtur *Druſus* Archon, ſed reſtituitur a doctiſſimo *Montefalconio*, atque ita correcta Xenonem Archontem praefert, ut ſupra iam tempeſtive eiusdem *Montisfalconii* verbis in medium adlatis demonſtravimus.

Col. 899. A. Quum Inſcriptio manca, & mutila ſit, *Tiberius Claudius Soſpis* ex ea Archon forte non arguatur, praeſertim quum *Daduchus* ibidem dicatur. *Col.* 900. D. *Whelerus* legit *Iulium Ponticum* in corrupta Inſcriptione, quae ibi profertur. *Zeno* vero an Athenis Archon fuerit, non ſtatim dixerim, quum Inſcriptio Athenienſes, qui in Delo habitabant, reſpiciat; licet pro ἀθηναίων *Prideaux* δηλίων legat; eoſque ſubſpicer proprium Archontem habuiſſe; licet *Prideaux* pro Athenienſi Archonte illum acceperit.

In eadem Inſcriptione, pro χλυε. legendum cum *Prideaux* φλυεα.

Col. 901. A. pro *Nauſias* forte legendum cum *Prideaux*, *Pauſias*, vel *Pauſanias*, quod addit *Reineſius*. In Inſcript. Graeca, quae eſt *Col.* 902. B. pro φύλαστ, φλύαστ legendum videtur; quare & Latina interpretatio corrigenda eſt.

Ar-

Digitized by Google

Archontem quoque reperio Gnium Iulium Caſium, de quo vetus Inſcriptio apud *Sponium Tom. III.* Itinerarii:

ΕΙΚΟΝΑ ΤΗΝΔΕ ΠΟΘΕΙΝΟΣ ΕΝ ΕΥΦΗΒΟΙΣΙ ΠΑΛΑΙΣΤΡΑ
ΤΕΥΞΑΣ ΚΟΣΜΗΤΟΥ ΘΗΚΑΤΟ ΝΥΜΦΟΔΟΤΟΥ
ΕΠΙ ΤΗΣ ΓΑΙΟΥ ΙΟΥΛΙΟΥ ΚΑΣΙΟΥ ΣΤΕΙΡΙΕΩΣ ΑΡΧΗΣ.

Verum huius mentio etiam in Fabriciano Catalogo occurrit, ut ſupra videre eſt; Conſtantinum Magnum vero Archontem fuiſse adnotavit etiam *Meurſius* noſter.

§. IX.

Ad Theſei Cap. VI. Col. 926. F. *Stephani* locus ita legendus eſt: Κρεμμύων, κώμη Κορίνθου . . . . . ἐν ᾗ μυθεύουσι τὰ περὶ τὴν κρεμμυωνίαν ὗν, ἣν μητέρα τοῦ Καλυδωνίου κάπρου φασὶ, καὶ ἑνὰ τῶν Θησέως ἄθλων. Φαβωρῖνος δὲ ὅτι τοῦ ἐρυμανθίου, ᾗ τῦ Καλυδωνίου μητὴρ ἦν. τὸ κύριον, &c.

Ad Cap. VIII. Col. 933. E. Locus *Ovidii* mutilus eſt; & *Col.* 934. C. in Ovidiano verſu, pro *in hoſpite*, *ſoſpite* legendum.

Ad Cap. XII. Obſervandum in Dianae Epheſinae Veſte, ut habetur *Tom. III. Muſei Florentini*, Venerem hirco marino vectam repraeſentari, ad libidinem indicandam.

Ad Cap. XXXI. Col. 1014. *in fin.* delenda eſt Nota adſcripta, utpote falſa.

Et haec quidem in primum Meurſianorum Commentariorum Volumen obſervare lubuit, multis praetermiſſis, quae hanc Praefationem in immenſum creſcere coegiſſent; iam ad Elogia, quae de *Ioanne Meurſio* Viri eruditi ſcripſere, in medium proferenda tranſeamus; ſunt vero ea, quae ſequuntur.

DAN.

Digitized by Google

DAN. GVIL. MOLLERI Com. Palat. Caef. Hiſt. & Metaphyſ. Profeſſ. publ. & Bibliothecarii Altdorfini quondam celeberrimi, Diſſertatio de IO. MEVRSIO, recudi curavit FRIDERICVS ROTH-SCHOLZIVS HERRENSTODIO-SILESIVS.

§. I.

IOHANNES MEVRSIVS, *Hiſtoricus Latinus, Anno* CIↃ. Ic. LXXIX. *non tam Lugduni Batavorum, ceu quidem ab* HENN. WITTE *in Diar. Biograph. ad An.* 1639. *die* 20. *Septemb. proditum eſt, quam* Losduni, *vulgo* Loozduynen, *Hollandiae in oppidulo, uno dumtaxat milliari ab Haga Comitis, maximo totius Europae pago, diſſito, & fabuloſa* CCCLXV. *liberorum uno partu a Margarita, ſive Mathilde Florentii* IV. *Hollandiae Comitis filia, Hermanno Hennebergenſi Comiti nupta, Ann.* MCCLXXVI. *editorum hiſtoria inclito, ſuaviſſimam hanc primo lucem adſpexit. Parentes illius uti tolerabilioris non minus conditionis, quam famae melioris fuiſſe conſtat, ita haud ignotum, credo, erit, familiam* Meurſiorum *a* Meurſia *Comitatus cognominis urbe, intra limites ditionis Colonienſis poſita, & duo milliaribus Germanicis a Rhinberga in meridiem diſtante, nomine ſibi forte adſcito, ceu patritiam aeque, ac antiquam ab uno alterove Auctore celebrari.*

§. II.

Parentes iſti officio, quod ſibi competere ſciebant, haud cunctanter defuncturi, filii huius ſui educationem probitate, moribus, exemplo, atque ſcientiarum recte adprehendendarum cura ſtudioſe ſunt moderati; praeterquam enim, quod ipſe Pater puerum vix ſexennem primis Latinae linguae elementis fideliter inſtruxit, profecto ad reliqua etiam bonarum artium tyrocinia bene, proſpereque ponenda eumdem annorum iam ſeptenum Hagam, utpote urbem maxime propinquam amandavit, ubi quidem is, quatuor annorum ſpatio dexterrimorum ſcholae Rectorum BERNARDI BEIEME, *&* FOLQVERI WESTERWOLTII *opera ſalutariter uſus, Lugdunum deinceps Batavorum fama potiſſimum* NICOLAI STOCHII, *iuventutem optime formantis adlectus conceſſit, cuius paternis prorſus conſiliis id conſequutus eſt, ut intra* XII. *&* XIII. *aetatis annum, nunc Graeco, nunc Latino ſermone, & orationes ſcribere, & poemata pangere auderet.*

§. III.

Singulariter autem Graecis viſus eſt litteris incubuiſſe, non tantum, quod proniore in eas ingenio ſe ferri animadverteret, ſed quod ex interiore quoque earumdem cultura utilitatem oppido mirandam in ſolidiorem aeque linguae Latinae cognitionem, ac univerſam rem litterariam redundare ſibi haud vane perſuaderet. Cuius φιλελληνισμῦ *teſtes adoleſcens adhuc productaurus, partim anno aetatis ſexto decimo, in* LYCOPHRONEM *obſcuriſſimum alias Poetam commentari, poſt* ISAAC. TZETZEN *inſtituit; partim ſequente ſeptimo decimo, in* THEOCRITI *Syracuſani Idyllia, poſt* HENR. STEPHANVM, IS. CASAVBONVM, & IOS. SCALIGERVM *Triumviros litterarios, Spicilegium ſcribere adgreſſus eſt. Quibus ipſis ſtudiorum primitiis uti remotiſſimam Graeciae hiſtoriam Patriae ſuae denuo intulit, ita ſepultas pene cum ipſo tempore antiquitates laudabiliter animavit.*

§. IV.

Hoc praeſidio munitus, Romanas etiam Muſas propitias ſibi facere laboravit, haud una tum ſolutae, tum ligatae eloquentiae in ſtadio reportata laudis corona. Ab ipſis enim Romae incunabulis ad virilem uſque aetatem fata urbis expendens, nunc in Curas Plautinas, *nunc in* Animadverſiones miſcellaneas, *nunc in* Luxum Romanorum *animum intendit. Quem relaxaturus,* Zephyris agitata Tempe poeticis, *non tam cum mora aliqua diuturniore ingreſſus, quam ſine ea aliorſum egreſſus eſt. Sane natura eius non penitus ab hoc ſtudiorum genere abhorrente, debita ſi acceſſiſſet cultura; optimi idem ille nomine Poetae ſine dubio condecoratus fuiſſet; quamvis & ea, quae intra ſemeſtre tempus fudiſſe magis, quam elaboraſſe dicitur poemata:* Iambi morales, Elegiae, Heroidum Epiſtolae, & Epigrammata, *pretio ſuo honoreque haudquaquam defraudanda erunt, utpote poetico ubique & charactere elucente, & ſpiritu ſe prodente,* HVGONIS GROTII, *at quanti viri! exaſciatum ſequenti Tridiſticho inſertum iudicium veriſſime promerentia:*

Cetera quae toto fulgent miracula libro
Quid repetam? praeſens omnia Numen habent.
Scilicet in verſu Phoebus micat, ipſaque, MEVRSI,
Gaudet in amplexus Muſa venire tuos.

Quem-

Digitized by Google

Quemque canis crater, erat hic Aganippidos undae,
Quaeque arbor meruit carmina, Laurus erat.

§. V.

Ampliſſimo iſti artium optimarum adparatui MEVRSIVS *ſtudium ſapientiae, quae* Philoſophia *dicitur, additurus, non ſcholaſticas illas ingeniorum ſidiculas, non Scotiſticas diſtinctionum tendiculas, non inſidioſas terminorum monſtroſiſſimorum decipulas diſponere, ſtruere, & adplicare didicit, ſed maſculam, erectam, & cordatam veterum Sophorum bene vivendi, moriendique ſcientiam ſectatus, egregia virtutum laudatiſſimarum ſtudia coluit, & rerum maxime proficuarum, & neceſſariarum notitiam ſibi comparavit, omiſſis illis, quae pleriſque diſciplinis vel ex curioſitate acceſſiſſe, vel ex otio adhaeſiſſe, vel obſtentatione adſtructa fuiſſe videret.*

§. VI.

Quum primis vero Hiſtoriam, *in qua quidquid uſpiam humanae eſt ſapientiae, deliteſcere ſciebat, familiarem ſibi reddere omnibus viribus eſt adniſus, quippe, quod haud ignoraret, antiquitatis mores, populorum inſtituta, geſta temporum, inventa prudentum, totamque, ut ſic loquar, prudentiae hiſtoriam, ſive omnis hiſtoriae prudentiam, ſive utriuſque profunditatem ſibi proponere ad perfectionem non tantum diffuſiſſimae eruditionis eſſe negotium, ſed etiam ad* ſtudium Iuris, *cui ſe poſtea mancipaturus erat, non praeter propter tractandum, vel unice neceſsarium requiſitum. Sola enim Legum cognitione, quantacumque etiam illa ſit, exactam Iuris reconditioris peritiam haudquaquam poſſe obtineri, vel eorum exemplis conſtiterit, quos ſub Iureconſultorum titulo, non tam hoc nomen quocumque ſaepe modo adſcitum, quam plurimae cumulatiſſimi pectoris artes, ac promtiſſimae ingenii dotes supra Iuriſprudentiae faſtigium extulerunt.*

§. VII.

Tam variis igitur, & exquiſitis diſciplinis ille innutritus, ſeveriſſimo tamdem Legum Iuris *ſtudio animum adiecit, quod ut in ſocietate civili uſum habere egregium, ita difficultatibus quamplurimis intricari, probe intellexit: quam etiam ob cauſam ingenium ſuum alias iam ſatis exercitum, & expolitum, hic denuo omne coepit explicare ac intendere, nevel in tam auguſta ſcientia parum diligenter verſando, nihil magnopere litteris, omnia forenſi videretur volubilitati tribuere, vel alienas commentationes, & Doctorum opiniones ita ediſceret, ut de utrarumque rationibus, ac fundamentis, in ipſo ſcilicet interioris Iuriſprudentiae penetrali reconditis, parum cogitaret.*

§. VIII.

Neque mirandum erit MEVRSIVM ſanctioribus *itidem* ſtudiis *operam ſuam addixiſſe; quotuſquiſque enim ex provectioribus doctrina viris, ſpeciatim Chriſtianis, generaliori ſaltem aliqua Theologiae cognitione animum imbuere non laboravit? Vt taceam indiſſolubilem Iurisprudentiae ſolidioris non tantum cum omnibus Philologiae diſciplinis, ſed etiam cum ipſa maxime Theologia, graviore, diviniore que prudentia, connexionem.* Quocirca pernicioſus in publicum error, *iudice* BOECLERO *in Diſſert. de Polit.* IVSTI LYPSII, exiſtimandus fuerit, ſi accurata Sac. Litterarum meditatio, & Theologicarum commentationum cognitio ſolis relinquatur Theologis, quorum ore ſubinde ſolent loqui eximii publicarum utilitatum tractatores, ut rectius loquantur. *Sane* MEVRSIVS *haud leviter ſcientia Theologica ſe tinctum fuiſſe, meditationibus, quas in unum, alterumve Pſalmum pie, ſancteque contulit, abunde comprobavit.*

§. IX.

Ita nobilitatam intra Academiam egregiis eruditionis praeſtantiſſimae ſpeciminibus induſtriam, extra eam haud minus declaravit, filiis doctrina inſtituendis IOANNIS BARNEVELDII, *Neſtoris Reip. Batavinae, omni laude cumulati, admotus; quorum aetatem adoleſcentem rerum peritia indigam, ſapientiae rudimentis, lubrico adfectum ambiguam, elementis virtutum, errorum facilitate mobilem, bonae mentis fulcimento, dubium ſolertius, an felicius inſtruxit, firmavit, ſtabilivit. Nimirum ſciebat* MEVRSIVS *optimus optime, nullum munus Reip. adferri maius, meliuſve poſſe, quam ſi iuxta* CIC. de divin. L. 2. c. 2. *doceamus, atque erudiamus iuventutem, iis praeſertim moribus, atque temporibus, quibus ita prolapſa eſt, ut omnium opibus refraenanda, atque coercenda ſit.*

§. X.

Decennii ſpacio mira dexteritate, & induſtria officio hocce ſuo defunctus, profectionem animo deſtinabat ad exteras nationes, occaſionem facientibus iisdem, quos curae ſuae hactenus habuit commiſsos, diſcipuli: hi enim ipſi ex prudenti patris voluntate peregrinationi tem-

pus

Digitized by Google

pus aliquod utiliter daturi, non poterant meliori cuiusdam fidei concredi, quam Meurſiae domi iam expertae. Itaque comitibus iſtis MEVRSIVS *feliciter viam ingreſsus e non tam aulas., urbes, arces, palatia, hortos, otioſe adſpicere, quam Imperiorum artes, conſilia, rationes, omnemque adeo non extrinſecae tantum dignationis ſcenam, quam difficillimae adminiſtrationis curam introſpicere eſt anniſus. Quin etiam inſuper amicitia cum pleriſque doctioribus contracta, Bibliothecarum non tantum clariſſimarum notitiam ſibi accuratiorem comparavit, ſed eadem opera ex iisdem haud pauca ἀνέκδοτα celeberrimorum virorum monumenta benevole impetrata, diverſo temporis articulo, nunc ſolitarie, nunc notis adiunctis excudenda Typographis tradidit.*

§. XI.

Quum autem in peregrinatione iſta ſua Aureliam, *vulgo* Orleans, *urbem in* Belſia, *communiter* Beauſſe, *maxime frugifera Galliae regione ſitam, & ſplendidiſſima Ducatus dignitate gaudentem adtigiſset, ſupremos, quos Iuriſconſult. decernit ordo, honores ibidem Anno* 1608. *eſt conſequutus; non quidem, ceu fieri haud raro ſolet, vana tituli grandioris cupiditate inſtigatus, quippe cui in pleriſque melioris notae Auctoribus verſatiſſimo;* miſerrimam omnino, *iuxta Cicer. Offic. lib.* 1. *effatum*, eſſe ambitionem, honorumque contentionem, *non poterat non eſse notiſſimum, ſed voluntati eorum, quorum intererat, non amplius refragaturus.*

§. XII.

Hoc quaſi corollario tum peregrinationi, tum ſtudiis ſuis feliciter adiecto, ad ultimum Bataviam reverti, inque ea Lugdunenſem rurſus adire Academiam ſecum conſtituit, ampliſſimas ingenii hactenus partas opes litterariae diſtributurus iuventuti, cui fini certius obtinendo, a Curatoribus dictae Academiae Anno 1610. *ad* Hiſtoriae *primum, deinde* linguae *pariter* Graecae *profeſſionem exornandam eſt promotus; quas geminas uti Spartas animo gaudenti, ac libenti ſubſcepit, ita Anno ſtatim inſequente* 1611. *a praepotentibus foederatarum Belgii provinciarum ordinibus par fuit aeſtimatus, qui* functionem Hiſtoriae patriae conſcribendae *ſubſtineret, quorum etiam iudicio, tantum abeſt, ut opere ipſo haud reſponderit, ut potius libris rerum Belgicarum editis, haud parum nominis ſui famam amplificarit.*

§. XIII.

Paullo iam tricennario maior, fortiori ſe vinculo, Reip. in qua vivebat, obligaturus, ultimum ad uxorem adpulit, adſumta in Matrimonium Anno 1612. ANNA CATHARINA, *e nobiliſſima pariter, & antiquiſſima in Argivariis, natione ad caput Amiſsae, & Viſurgis, Lupiaeque ripa conſidente,* Bilderbecciorum familia *oriunda, quae coniugalis vitae ſocietas, praeterquamquod divina benedictione omni genere felicitatis foecundata fuit, profecto filium etiam ſibi homonymum ex eadem ſubſtulit, libris luci datis pluribus exaſciatiſſimis in Dania clariſſimum.*

§. XIV.

In ſtadio Profeſſionum antea memoratarum, quatuordecim amplius annis, illuſtria eius merita, rariſſimo prorſus exemplo, multis occaſionibus inſtincta, magnis acceſsionibus cumulata, & optimis ſucceſſionibus propagata, in oculis litterati orbis, inter bonornm adplauſus, & doctorum admirationem, decurrerunt. Nam *ut nihil de Lectionibus, quas pari cum Collegis diligentia, & fide is ipſe obivit, hic adferam, certe non prolixo adeo hoc functionum ſuarum tempore, qua recentium librorum compoſitione, qua plurium Graecorum numquam antea vulgatorum Auctorum editione ita omnem veterni incuſationem amolitum ivit, ut unum eum plures eruditis conſpiciendos libros exhibuiſſe, quam omnes a primis Academiae incunabulis, in ſuam uſque aetatem numeratos Profeſsores, haud falſi nuncia fama circumtulerit.*

§. XV.

Enim vero induſtria, laboriſque adſiduitas portenti ſimillima, *uti non ſine valetudinis ſaepe diſpendio in omni eius vita eminuit, ita diffuſam illam omnigenam eruditionem in Iurisprudentia ſolidiore, in Latinis, Graecis, Hiſtoria, & Antiquitate Romana, in primis vero Graia, ac poſterioris etiam aevi, barbarie iam ſua obvoluti haud alia, quam ea ipſa pararia obtinuit. Vt adeo vehementer illos falli exiſtimem, qui per definita quaedam exigua temporis, & operae ſpatia, ſine magno molimine, ſudore, & conatu, ulli aetati, abſtruſiſſimas ſcientiarum abyſsos recludi, & univerſam ſic dictarum quatuor Facultatum notitiam inſtillari poſse, ampullantur.*

§. XVI.

Quum autem ſedulitas huius viri fideliſsima, indoles praeſtantiſsima, dexteritas ſingularis, eruditio haud vulgaris, & merita oppido inſignia quaquaverſum in orbe ſe diffunderent, Sereniſsimo etiam, ac potentiſsimo Daniae Regi CRISTIANO IV. *ignota eadem eſse haud potue-*

Digitized by Google

tuerunt, qui hanc ſine dubio ob cauſam, litteris eumdem gratioſiſſimis, A. C. 1625. *e Lugdunenſi Bataviae in* Soranam Daniae Academiam *ad ampliſſimum* Hiſtoriographi Regii *munus, & geminas* Hiſtoriarum, ac Politices Profeſſiones *evocando, Muſis vindicare Danicis conſtituit. Cui clementiſſimae voluntati illum obſequioſe adnuentem, & feliciter in Daniam devenientem, dici non poteſt, quanta deinceps Regis praemia, quantique honores exceperint, quibus ſi non denuo inſtigatum, ſaltem in laudabili illa ſua* φιλοτονία *conſervatum, iure meritoque credo fuerit dicendum.*

§. XVII.

Exſtant Operis ipſius egregii, ceu de Paulino Idatius *ſub Anno Dom.* 440. *loquutus eſt, ſtudia praedicanda, nimirum* PRIMO, Auctores Graeci, primum ab eo vulgati, & notis additis emendati, aut illuſtrati, I. CONSTANTINVS PORPHYROGENNETA, De Adminiſtrando Imperio, *Graece, & Latine, Lugduni Batav. An.* 1612. II. LEONIS IMP. Tactica, *Graece, & Latine, Lugd. Batav. An.* 1612. III. HESYCHII MILESII Orig. Conſtantinopolitanae, *Graece, & Latine An.* 1613. IV. PROCOPIVS GAZAEVS in Lib. Regum, & Paralyp. *Graece, An.* 1615. V. ARISTOXENI Elementa Harmonica, *Graece An.* 1616. VI. NICOMACHI Enchirid. Harmonices, *Graec. Ann.* 1616. VII. ALYPII Iſagoge Muſica, *Graec. An.* 1616. VIII. PHILOSTRATI Epiſtolae, *Graec. &* Diſſertatiuncula de Philoſtratis, *An.* 1616. IX. PALLADII Hiſtoria Lauſiaca, *Gr. Ann.* 1616. X CONSTANTINI MANASSIS Annales *Graec. & Latin. Ann.* 1616. XI. EVSEBIVS in Cantic. Canticorum, *Graec. Ann.* 1617. XII. POLYCHRONIVS in Cantic. Canticorum, *Graece Ann.* 1617. XIII. PSELLVS in Cantic. Canticor. *Gr. An.* 1617. XIV. THEOPHYLACTI Bulgar. Archiepiſc. Epiſtolae, *Gr. Ann.* 1617. XV. CONSTANTINI PORPHYROGENNETAE Tactica, *Graec. cum ceteris eius Operibus, Gr. & Lat. An.* 1617. XVI. THEODORI METOCHITAE Hiſtor. Rom. a Iulio Caeſare ad Conſtantin. M. *Graece, & Latine Ann.* 1618. XVII. Anaſtaſius Antiochenus Epiſc. in laetum nuncium Immaculatae Deiparae adlatum, *Gr. An.* 1619. XVIII. ANDR. HIEROSOLYMITANVS Cretae Archiepiſc. in Vitam Humanam, & Defunctos, *Gr. An.* 1619. XIX. METHODIVS, De Libero Arbitr. *Gr. An.* 1619. XX. TIMOTHEVS Presb. Conſtantinop. De accedentibus ad S. Eccleſiam, *Gr. An.* 1619. XXI. Idem, De duabus Ieſu Chriſti naturis, *Gr. An.* 1619. XXII. HILARION Monachus, De myſterio Graecorum, & azymo Latinorum, *Graec. An.* 1619. XXIII. CHALCID. in Timae. Plat., *Ann.* 1617. SECVNDO, Auctores iam antea quidem vulgati, ſed ab eo rurſus editi, atque Commentariis, ſive Notis clariores redditi, ſunt qui ſequ. I. LYCOPHRON *An.* 1597. & iterum *An.* 1599. *Lugd. Batav.* II. MACROBIVS *An.* 1597. III. CATO *De Re Ruſt. Ann.* 1598. IV. CODINVS *De Origin. Conſtantinopolitanis, Ann.* 1607. *Aurel. Allobrog in* 8. V. APVLEII *Apologia, Ann.* 1607. VI. HESYCHIVS MILES. *De Viris doctrina claris, Ann.* 1613. VII. BESSARIONIS *Epiſtolae Graeco-barbarae, Ann.* 1613. VIII. PHAEDRVS, *An.* 1617. IX. ANTIGONI CARYSTII *Hiſtoriae mirabiles, Ann.* 1619. X. PHLEGONTIS TRALLIANI *Opuſcula varia, An.* 1619. XI. APOLLONII ALEXANDRINI *Hiſtoria commentitia, An.* 1619. Item *Syntagma de multis Scriptoribus Apolloniorum, exſtat cum* APOLLONII ALEXANDRINI *Mirabilibus Hiſtoriis, Lugdun. Batav. An.* 1620. *&* 1622. *in* 4. XII. AELNOTHVS *Cantuar. Monach. De Vita, & Paſſione S. Canuti Regis Daniae, Hafn. An.* 1631. *in* 4. *& Lubec.* 1657. *in* 4. XIII. PORPHYR. *Philoſ.* 1620. *in* 4. (a) TERTIO, Lucubrationes variae Theologicae, Philoſophicae, Hiſtoricae, & inprimis Philologicae, ad Antiquitatum Graecarum, & Latinarum illuſtrationem plurimum conducentes; *quarum editiones ordine mihi innotuerunt iſto:* I. Spicilegium Theocriticum, *Lugdun. Batav. An.* 1597. II. Criticus Arnobianus *An.* 1598. *& iterum An.* 1599. III. Hypercriticus Minutianus, *An.* 1598. *& rurſus An.* 1599. IV. Curae Plautinae, *An.* 1599. *in* 8. *Iſte, & ſequentis numeri libri prodierunt etiam hoc ſub tit.* Exercitation. Criticarum *Partes* 2. *Lugdun. Ann.* 1599. *in* 8. V. Animadverſiones miſcellaneae, *Lugd. Batav. An.* 1599. *in* 8. VI. *De Gloria cum auctario philologico, Lugdun. An.* 1601. *&* 1633. *in* 8. VII. Poemata, *Lugd. An.* 1602. 8. VIII. Panegyricus *dictus Iacobo* I. *quum is Magnae Britanniae regnum adiret, An.* 1603. IX. Areopagus, *ſive de Senatu Areopagitico, Lugdun. Batav. Ann.* 1624. *in* 4. *& Francof. Ann.* 1636. *in* 4. X. Gloſſarium Graeco-barbarum, 3600. *vocabula continens, Lugdun. Ann.* 1610. *in* 4. *& iterum adiectis* 1800. *vocabulis, ibid. Ann.* 1614. *in fol.* XI. Rerum Belgicarum, *liber unus, in quo Induciarum Hiſtoria, Lugdun. Batav. An.* 1612. *in* 4. XII. Ferdinandus Albanus, *cum Induciarum Hiſtoria, Lugd. Batav. An.* 1614. *in* 4. XIII. Rerum Belgic. libb. IV. *Lugd.* 1614. *in* 4. XIV. Guilielmus Auriacus, *ſive de rebus in toto Belgio geſtis*, libb. X. *Amſtel.* 1621. *in* 4. XV. Rerum Belgic. lib. XV. *h. e. Guilielmus Auriacus, cum Ferdinando Alb. & Induciarum Hiſtoria, Amſtel. An.* 1638. *fol.* XVI. Athenae Batavae, *ſive de Leidenſis urbis antiquitatibus, & viris claris, qui ingenio eam, aut ſcriptis illuſtrarunt, Lugd. An.* 1625. *in* 4. XVII. Hiſtoria Danica, *h. e. de prioribus Daniae Regibus*, libb. V. *Hafn. An.* 1630. 4. XVIII. De proximis Danorum Regibus *ab A. C.* 1182. *ad A. C.* 1448. libb. V. *Hafn.* 1630. *in* 4. XIX. De Danorum Regibus *ex Oldemburgica familia natis, ab A. C.* 1448. *ad A C.* 1532. libb. III. *Hafn. An.* 1631. *in* 4. XX. Hiſtoria Danica, *hoc eſt, omnes trede-*

(a) Hoc opus hactenus nobis reperire non licuit.

Digitized by Google

tredecim, de Regibus Daniae antea memorati libri, Amſtel. 1638. *fol.* XXI. Denarius Pythagoricus, *h. e. de numerorum uſque ad denarium qualitate, & nominibus, ſecundum Pythagoricos, Lugd. An.* 1631. *in* 4. XXII. Orcheſtra, *ſeu de ſaltationibus veterum, Lugd.* 1600. *in* 8. *& ibid. An.* 1618. *in* 4. XXIII. De Funere, *h. e. de Graecorum, atque Romanorum ritibus ad funera pertinentibus, Hagae Com. An.* 1604. *in* 8. XXIV. De Puerperio, *h. e. de Graec. atque Rom. circa puerperium conſuetudinibus: hoc ſyntagma libro de Funere ſubiunctum prodiit, Hag. Comit. An.* 1604. *in* 8. XXV. Graecia Feriata, *h. e. de Graecorum Feſtis*, libb. VI. *Lugd.* 1619. *in* 4. XXVI. Eleuſinia, *h. e. de Cereris Eleuſiniae in Graecia feſto, Lugd.* 1619. *in* 4. XXVII. De ludis Graecorum, *lib. ſingularis, Lugdun.* 1622. *in* 8. XXVIII. Fortuna Attica, *h. e. de Athenarum origine, incremento, vario ſtatu, & occaſu, Lugd. An.* 1622. *in* 4. XXIX. Atticas Lectiones, libb. VI. *Lugd.* 1617. *in* 4. XXX. Athenae Atticae, *ideſt, de praecipuis Athenarum antiquitatibus*, libb. III. *Lugdun. Ann.* 1624. XXXI. Cecropia, *ideſt, de Athenarum arce, & eiusdem antiquitatibus, Lugd. An.* 1622. *in* 4. XXXII. De Populis Atticae, *Lugd.* 1616. *in* 4. XXXIII. Regnum Atticum, *ideſt, de Regibus Athenienſium*, lib. III. *Amſtel.* 1633. *in* 4. XXXIV. Piſiſtratus, *ideſt, de Piſiſtrati, Athenienſium Tyranni vita, & tyrannide, Lugdun.* 1623. *in* 4. XXXV. Archontes Athenienſes, *ideſt, de iis, qui poſt eiectos Reges, ſummum Athenis Magiſtratum geſſerunt, Lugdun.* 1622. *in* 4. XXXVI. Solon, *ideſt, de Solonis vita, legibus, dictis, atque ſcriptis, Hafn.* 1632. *in* 4. XXXVII. Panathenaea, *ideſt, de Athenienſium gemino Minervae feſto, Lugd. An.* 1619. *in* 4. XXXVIII. Aeſchylus, Sophocles, Euripides, *ſive de tragoediis eorum, Lugd.* 1619. *in* 4. XXXIX. De Theophraſto, & eius ſcriptis, *Amſtel.* 1640. *in* 12. *accedit Theophraſtearum lectionum libellus, ibid.* XL. Luxurians Roma, *ideſt, de Romanorum Luxu, cum mantiſſa philolog Hagae* 1605. *& Hafniae* 1631. *in* 4. XLI. Meditationes Chriſtianae in Pſal. 116. & tres priores partes Pſal. 119. *An.* 1604. QVARTO, *poſt obitum* MEVRSII SAM. PVFENDORFIVS *ſuam erudito dedit orbi fidem, de publicandis ineditis adhuc eiusdem ſcriptis, quae quidem una cum curis ſecundis in pleraque antehac iam edita, ex liberalitate Viri per-illuſtris Dom.* PETR. IVL. COYET Equ. Aur. S. R. M. Sveciae Conſiliarii Aul. *faſsus eſt ſe poſsidere, hinc etiam promiſsa perfecturus, edidit* tum Miſcellanea Laconica, *ſive variarum antiqq.* lib. IV. *Amſtel.* 1661. *in* 4. tum Ceramicum geminum, *ſive de Ceramici Athenienſium utriuſque antiquitatibus librum, Vltrai. An.* 1633. *in* 4. *Deinde dicti* PVFENDORFII *ope, &* IO. GEORG. GRAEVII *opera prodiere opuſcula Meurſiana ſeqq.* I. *de vita Theſei.* II. Themis Attica, *ſive de Legibus Atticis*, libb. II *Vltrai.* 1685. *in* 4. III. Creta, Rhodus, Cyprus, *ſive de nobiliſsimarum harum inſularum rebus, & antiqq. Amſtel.* 1695. *in* 4. *quos libellos Illuſtriſs. Baronis* EDMONDI GRYPENHIELMI *Regni Svecici Senatoris auctoritate, ac fide interpoſita Graevius ex Bibl. Regia ſe accepiſse depraedicat.* IV. De Regno Laconico, libb. II. *de Piraeeo liber ſingularis, & animadverſiones in* HELLADII *Chreſtomathiam, Vltrai.* 1687. *in* 4. *Denique* GRAEVIVS *in praef. Cretae praemiſsa, pluribus adhuc eiuſmodi opuſculis doctiſsimis orbem ſe obligaturum ſibi, hac verborum ſerie innuit:* Speramus brevi futurum, ſi optatiſſima pax reſpexerit Europam, ut & alia inedita MEVRSII opuſcula videas, inter quae in primis eminent liber *de Regibus Lacedaemoniis, de vita* THESEI, *Bibliotheca Attica, & Paralipomena* plerorumque Scriptorum, quae vivus olim edidit. Haec te iubemus exſpectare. Interea his fruere.

§. XVIII.

MEVRSIO *quoque adtributam videas* Verſionem *aliquam libelli Hiſpanici Latinam, tali cum titulo:* Aloyſiae Sigeae Toletanae Satyra Sotadica, de arcanis Amoris & Veneris, Aloyſia Hiſpanice ſcripſit, Latinitate donavit IOHANNES MEVRSIVS V. C. *quae Aloyſia, ſi ex praefat. huius libelli de illa iudicandum ſit,* TOLETI *in Hiſpania nata, ante annos centum & triginta vixit, ingenio, eruditione, famaque praeſtitit, & omnibus virtutum dotibus, quae laudari ſolent plurimum, & ingenuas maxime decent, excelluit. Quo maiore autem reprehenſione ob laſciviam, obſcenitatem, ſpurcitiem, ſalacitatem, nequitiam, & impietatem opuſculum iſtud dignum ſemper eſt viſum, eo minore ſine dubio cupiditate non tantum id ipſum legendi, ſed etiam in Latinam linguam traducendi* MEVRSIVM *flagraſse dicendum erit, utpote cui a prima ſtatim ad ſeram uſque aetatem, poſt Dei timorem, nihil aeque cordi fuiſse conſtat, ac ſinceram & veram morum animique probitatem. Taceo exactiorem linguae Hiſpanicae notitiam, tenerioribus praecipue illis annis, ſine inſigni Graeci, Latinique ſermonis ſi non detrimento, ſaltem impedimento, haud potuiſse obtineri. Vix ergo calumnia caruerint, quae in dicti libelli Monito Lectori dato legere licet h. m.* Aloyſia Hiſpanice ſcripſit, vir doctus IO. MEVRSIVS Lugdunenſis apud Batavos Academiae lumen clariſſimum, adoleſcens, & vix ex ephebo egreſſus, Latinitate donavit, etiam de ſuo adiecit quaedam, quae Aloyſiae vix perſuaſerim mihi veniſſe in mentem. Sed periit liber Aloyſiae; manuſcripta MEVRSII haec tantum lucubratio, aut ſi mavis commentatio, pervenit ad me; nihil auſim pro certo adfirmare. Quidquid id eſt, non infelicis ingenii, non proletariae eruditionis partus ſunt haec colloquia, quae nec faſtidium legenti creent, nec ſtomachum vere ſapienti moveant.

§. XIX.

Digitized by Google

§. XIX.

Iudicia de IO. MEVRSIO *haud incongruum fuerit produxiſse ſequentia:* I. CASP. BART. Adverſar. l. 1. c. 1. Adſentiendum eſt eruditiſſimo, nobiſque amiciſſimo viro IO. MEVRSIO. *Ibid. cap.* 4. recte id reſtituit MEVRSIVS. *Idem lib.* 2. *cap.* 8. de quo vide notata eruditiſſimo MEVRSIO in Gloſſar. *Ibid. c.* 22. ut optime eruditiſſimus MEVRSIVS. *Id. l.* 3. *cap.* 7. quae produxit amiciſſimus noſter, vir impenſe bono publico benefaciens IO. MEVRS. *Id. lib.* 5. *cap.* 7. Vir longe eruditiſſimus, & optime de antiquis Scriptoribus meritus IO. MEVRS. *Id. l.* 6. *cap.* 1. hoc huius Poetae (*Martialis*) *nomen* (Cocus) fruſtra corrigere voluerunt IO. MEVRS. & L. RAMIRESIVS. *Id. l.* 7. *c.* 9. quae eruditiſſimi viri GENTILES & MEVRSIVS adferunt, nequaquam ſententiae auctoris ſatisfaciunt. *Idem lib.* 11. *cap.* 3. MEVRSII additio ex editione Mangonaria, non eſt audienda prorſus, neque enim MSS. libris Victorianis nobilior eſt. *Ibid. cap.* 14. vide quae notant doctiſſimi viri GIFANIVS *indice* LVCRET. MEVRSIVS, *& alii ad* PLAVTVM. *Idem lib.* 15. *cap.* 13. de quo vide notata eruditiſſimo viro IO. MEVRSIO in Lex. Graeco-barb. *Idem lib.* 18. *cap.* 5. ut notavit vir doctiſſimus IO. MEVRS. *Id. l.* 19. *c.* 20. ut ab eruditiſſimo viro IO. MEVRS. didicimus. *Ibid. c.* 4. eruditiſſimus, & optimus vir IO. MEVRS. in Gloſſario illo rerum bonarum pleno. *Idem lib.* 21. *cap.* 1. quo in loco minime corrigendo aliud agit IO. MEVRS. & domi ſuae, & alibi terrarum nobis vir viſus, & amatus. *Idem lib.* 23. *cap.* 8. adſertum puto ab eruditiſſimo MEVRSIO. *Id. l.* 24. *c.* 11. recte emaculatum IO. MEVRSIO eruditiſſimo viro. *Id. l.* 26. *cap.* 3. vir eruditiſſimus nobiſque amiciſſimus IO. MEVRSIVS aliud agebat, quum ad Lycophronem ſcribens Troianas naves, & Ἰλιοπέτας Paridis interpretaretur. *Et paulo poſt:* eadem opera dicemus clare, nos minime eidem eruditiſſimo viro adſentiri poſſe. *Id. lib.* 26 *cap.* 4. quod contra eruditiſſimos viros GODESCHALCVM STEWECHIVM & IO. MEVRSIVM tuebimur. *Ibid. c.* 26. MEVRSIVS noſter. *Id. lib.* 27. *cap.* 18. recte praeſtantiſſimus amicus noſter IO. MEVRS. *Id. l.* 29. *c.* 13. quorum poſtremum nollem ab eruditiſſimo MEVRSIO, amico noſtro, mutari. *Ibid. cap.* 16. cuius generis alia videre te volumus apud IO. MEVRSIVM optimum, eruditiſſimum, nobiſque amiciſſimum virum in animadv. miſcell. *Id. l.* 32. *c.* 13. Sunt duo eruditiſſimi homines IO. MEVRSIVS & PHILIPP. MAVSSACVS, quorum ille Gloſſarium Latino Graeco-barbarum, hic merum barbarum, compoſituros polliciti ſunt; quae duo opera neceſſario a nobis exſpectanda videntur, utpote & multum demtura operae, & in multis fortaſſe nos manuductura; nec enim ſolius laboris inibi res agitur, ſed plurima ex profundiſſimis ritibus, & ſuperſtitionibus, ceremoniiſque eruenda; Scriptores enim ad ſexcentorum & ſupra annorum eo opere illuſtrabuntur. *Id. l.* 42. *c.* 10. Oratricem pro Breviario, quod eruditiſſimus MEVRSIVS voluit, accipi, ſit ſatis longe petitum. *Ibid. cap.* 16. vide quae notat doctiſſimus vir IO. MEVRS. in Gloſſar. *Id. lib.* 44. *cap.* 1. MEVRSIVS legendum cenſuit: *demoretur iners*, &c. ſed languida haec correctio, nec litteris ſcriptis multum debens, e quibus vix fidiculis hanc extorſeris, nec puto auctori ſuo cordi fuiſſe, *Ibid. c.* 15. MEVRS. vir optimus, & eruditiſſimus in Gloſſar. *Id. l.* 46. *c.* 19. eruditiſſimus MEVRS. in bonarum rerum theſauro Gloſſario Graeco-barbaro. *Ibid. c.* 21. nec reprehendendum putem Moſchopulum, cui Nonna κύρται dicitur, quod fecit IO. MEVRSIVS. *Id. l.* 46. *c.* 10. contranitente MEVRSIO, viro inſigniter docto. *Ibid. l. c.* ambiguitas in voce peccatum, virum eruditiſſimum IO. MEVRSIVM amicum noſtrum fefellit. *Ibid. l. c.* quod IO. MEVRSIVS ſuperiores fabellas mancas eſſe voluit, nequaquam nobis perſuadet. *Id. l.* 49. *c.* 10. docuit MEVRSIVS amicus & hoſpes noſter. *Id. l.* 50. *c.* 1. dudum notarunt praeclariſſime de poſteritate meriti viri NIC. RIGALTIVS & IO. MEVRS. in Gloſſariis mixto-barbaricis. II. THEODOR. DOVSA in Not. ad GEORG. ACROPOLITAE LOGOTHETAE *Chronic. compendiar. cap.* 85. quae in Notis ad CODINVM eximiae eruditionis. & diligentiae vir IO. MEVRSIVS adnotavit. III. FELIX OSIVS *in Not. ad* ALBERTINI MVSSATI *de Italicorum geſtis lib.* 1. *rubric.* 3. IO. MEVRS. Muſarum Graecarum, & Latinarum pullus. IV. LAVR. RAMIREZIVS *hypomnem. ad* MARTIALIS *ſpectaculorum librum, epigram.* 1. *not.* 2. aetate puer, ſed iudicio ſenex IO. MEVRS. V. GEBHARD. ELMENHORST *obſervat. ad* ARNOB. *lib.* 1. *adv. gentes.* ut eruditiſſime obſervat vir doctiſſimus IO. MEVRS. VI. HERM. CONRING. *Diſſert. MS. de Rebuspubl. in tr. de Batav. foeder.* Quae contigerunt in Belgio, FERDINANDO ALBANO imperante, ſingulatim perſequutus eſt peregregie; item quae geſta ſunt WILHELMO AVRIACO VIVO, inſigni Commentario illuſtravit IO. MEVRS. niſi quod in nonnullis credatur iniquior fortaſſe Hiſpanis. *Id. de civ. prud. cap.* 14. *pag.* 309. poſt VBBONEM (EMMIVM) multum adeo laboravit in Atticis IO. MEVRS. ut omnium diligentiam longo intervallo ſuperaverit, in grammaticum tamen uſum potius, quam politicum, cui ſolo ſuo AREOPAGITICO & SOLONE commodum ſeſe praeſtitit. *Ibidem pag.* 332. IO. MEVRSIVS, magnum illud in litteris nomen, cuius, GVILIELMVS AVRIACVS & FERDINANDVS ALBANVS, *ut & de Induciis libri* digni profecto ſunt, qui & politicae diſcendae cauſa legantur cum cura. *Ibid. pag.* 334. Dania Batavis duobus debet ſapientem ſuarum rerum hiſtoriam, IO. MEVRSIO & ISAACIO PONTANO. *Id. de Antiqq. Academ. ſuplem.* 7. MEVRSIVS vir de Atticis rebus omnium optime meri-

Digitized by Google

tus. VII. GERH. IO. VOSSIVS *de Idololatr. l.* 1. *c.* 2. MEVRSIVS magnus vir, & quae rara virtus, ſine ambitione litteras colens. *Ibid. cap.* 13. ut alio non uno nomine laudatiſſimus, ita egregius Graecanicae antiquitatis Vindex MEVRSIVS. *Id. de Mathemat. ſcientiis cap.* 10. §. 11. nomina vero numerorum Pythagorica optime, paucis licet, CAMERARIVS exponit, in explicatione libri 1. Nicomachi, cui ut dixi, adduntur Symbolae Arithmeticae. Ac accurate in primis docteque eam rem pertractat IO. MEVRSIVS in Denario ſuo. *Id. l. c.* 22. §. 4. IO. MEVRS. vir multis nominibus praeclare meritus de litteris Graecis. VIII. I. A. BOSIVS *de comp. prud. civ. n.* 53. Multo fertilius (*ac Anglia, Scotiaque*) bonorum hiſtoricorum fuit Belgium, eoque orti non ſuas tantum, ſed aliarum quoque gentium res tradidere. Suas quidem BAVDIVS *de Induciis Belli Belgici*, & in eiuſdem argumenti opuſculo IO. MEVRSIVS, BAVDIO aut par prudentia, aut ſuperior. Idem qui & Belgicarum rerum libris 6. ſexennium ALBANI DVCIS perſequutus eſt tanta diligentia, & cura, ut idcirco BALTH. BONIFACIO luculentiſſimus rerum Belgic. ſcriptor audiat, ac cum XENOPHONTE & Caeſare componendus videatur. IX. CHRISTIAN. WILHELM. EYBEN *in Eponymologico Critico-Magiriano pag* 593. IO. MEVRSIVS I. Conſultus, EVSTAT. SWARTIVS *analect. l.* 2. *c.* 3. nec non (*adhibe quae a*) clariſſimo IANO MEVRSIO noſtro, cuius meritis in rem litteratam omnia verba ſunt inferiora, *miſcellan. l.* 3. *num.* 23. ſcripta ſunt. X. PHILIPP. LABB. *tom.* 1. *diſſert. de Scriptor. Eccleſ.* miror tamen, bonos illos (ARNOBII) editionis tam curatae curatores omiſiſſe IO. MEVRS. Profeſſoris quondam Leidenſ. & Lugduno-Batavarum Athenarum illuſtratoris, de tota Hollandia, adeoque de univerſa re litteraria bene meriti Arnobianum Criticum. XI. STANISL. KOBIERZYCKIVS *Praef. de Roman. Luxu*. Fuſius (*de Luxu Rom privato, quam* LIPSIVS) IO. MEVRSIVS, vir litteris, qua Graecis, qua Latinis inſtructiſſimus diſſeruit, pleraque nihilominus intacta reliquit. *Id. l.* 2. *c.* 5. *de Luxu Rom.* adi eruditiſſimum MEVRSIVM *lib. de Lux. cap.* 11. is omnia pro ſumma doctrina, qua hominem magnopere imbutum eſſe ſcio, ad unguem expedivit, adeo ut nihil addi poſsit. XII. IO. IONSIVS *de Scriptor. Hiſtor. Philoſ. cap.* 19. IO. MEVRS. vir prae ceteris de Graeca antiquitate bene meritus. *Ibid. cap.* 20. IO. MEVRS. Antiquitatis Graece, Atticae tamen imprimis, peritiſſimus fuit, cui & ipſae Athenae, & Atticarum Antiquitatum ſtudioſi plurimum debent. XIII. NIC. PINELLVS *additament. ad* ONVPHR. PANVIN. *de Ludis Circenſ. l.* 2. *c.* 1. de Graecorum Feſtis ſcripſit libros 6. maximo cum litterarum emolumento, & litteratorum plauſu IO. MEVRSIVS, Hiſtoriae Graecae apud Batavos Profeſſor fideliſſimus, ac diligentiſſimus. XIV. BALTH. BONIFACIVS *in excerptis de Roman. Hiſt. Scriptorib. cap.* 28. IO. MEVRS. rerum Belgic. ſcriptor luculentiſſimus, quam ſumma apud invictiſſimum Daniae Regem dignitas, altiſſima eruditio, gloria ſcriptis parta, ſed virtus praecipue, tibi, DOMINE MOLINE, praebuit unice amandum, mihi etiam colendum, atque admirandum. XV. IO. MICHAEL DILHERR. *Diſput. Acad. Tom.* 2. *pag.* 85. quamvis haec ſententia fautores habeat non ex ima cavea, ſed viros doctiſſimos, atque Antiquitatis peritiſſimos, nominatim IO. MEVRSIVM. *Id. ibid. pag.* 191. in lucem ſacra illa abſtruſiſſima (ELEVSINIA) produxit publicam, curioſiſſimus talium indagator IO. MEVRSIVS, cuius nos legemus veſtigia; ita autem ille in edecumato ſuo Eleuſiniorum opere. *Id. ibid. pag.* 217. Videatur praecipue IO. MEVRS. teſſellatum de Puerperio ſyntagma. *Id. ibid. pag.* 311. vulgavit vir meritorum in Rempub. litterariam clariſſimorum IO. MEVRSIVS, annis ſuperioribus, Hiſtoriae Romanae, a Iulio Caeſare ad Conſtantinum M. librum ſingularem THEODORI METOCHITAE, magni Logothetae in aula Imperatoris Andronici Palaeologi ſenioris, in quo nonnulla occurrunt laurànda, non tamen etiam nulla vituperanda, utpote Siculis gerris vaniora. XVI. THOM. *de* PINEDO *in* STEPH. *de urbib. obſerv.* 87. *pag.* 29. Tot ſunt, quae de Athenis Atticis dici poterant, & de Athenienſibus, ut exactiorum calamum, quam meum deſiderent, nec adhuc pro rerum magnitudine his fecit ſatis MEVRSIVS. XVII. IO. LOCCEN. *Hiſtor. Svecan. l.* 2. *pag.* 43. MEVRSIVS *Hiſtoriae Danicae ſcriptor. Id. ib. l.* 5. *p.* 153. clariſſimus rerum Danicarum ſcriptor. *Ibid. pag.* 168. *Rex ad infelix* illud bellum Dithmarſicum, ab aliis, in primis HVITFELDIO & MEVRSIO adcurate deſcriptum, ſe confert. XVIII. C. BARTH *animadverſ. ad Papin. Stat.* 3. *Thebaid. pag.* 875. Vidit eamdem hanc reſtitutionem (*Venis pro Ventis*) ſine ope libri, amicus olim noſter, vir doctiſſimus, inſigniſque meritorum in rem litterariam IO. MEVRSIVS, animadverſ. miſcellan. l. 3. c. 14. cui ſua etiam laus debetur. *Id. ibid. ad Stat.* 4. *Theb. pag.* 873. Id ex Scholiaſte Euripidis notatum pridem amico noſtro doctiſſimo IO. MEVRSIO ad LYCOPHRONIS CASSANDRAM, ante quem tamen idem obſervarat IO. PARRHASIVS admirandae doctrinae ſcriptor. *Idem ibid. ad Stat.* 5. *Theb. pag.* 145. Serpentes pro geniis locorum habitos illuſtrat doctiſſimus MEVRSIVS extremo Commentario in Lycophronem. *Id. ibid. ad* 6. *Theb. pag.* 457. IO. MEVRSIVS in miſcellis animadverſionibus malebat littore in unco, quem non attendimus. Nec inſolenti loquutioni adſentitur quiſquam ſcriptus liber; ignoſcimus tum adoleſcenti, non enim vir factus tale quid adſeverarit. *Id. ibid. ad* 6. *Theb. pag.* 715. vide elegantem IO. MEVRSII de Eleuſiniis commentarium. *Id. ibid. ad Stat.* 8. *Theb. pag.* 888. multis doctiſſimus MEVRSIVS l. 2. Graeciae Feriatae, ubi Papiniana iſta, aliaque diſertim enarrantur. *Id. ibid. ad* 12. *Theb. pag.* 1435. quorum verborum (*ſcil. ex* EVRIPIDE) pars, celebris apud veteres, decepit doctiſſimum quondam amicum noſtrum IO. MEVRSIVM, ut

Euri-

Digitized by Google

Euripidem Tragoediam, Capanei titulo ſcriptam putaret, eamque catalogo eius Poetae Dramatum inſereret, utique expungendam. *Id. ibid. ad* 12. *Theb. pag.* 1447. de rebus Eleuſiniis elegantem librum dedit IO. MEVRSIVS, neque nullum tamen, par fere ipſi meſſi, Spicilegium reliquit curioſioribus. *Id. ibid. ad* 12. *Theb. pag.* 1532. de potentia Athenienſium multis iam commentatus eſt doctiſſimus MEVRSIVS. *Id. ibid. pag.* 1533. de hoc & Piraeeo, vide ſcripta doctiſſimo quondam amico noſtro IO. MEVRSIO in Lectionib. Atticis, & alibi Commentariorum. *Id. ibid. pag.* 1534. de duplici hoc Atticae Populo videas doctiſſimum MEVRSIVM in eorum Catalogo, hac voce. XIX. IO. IMPERIALIS *in Muſeo, pag.* 204. Vnus hic (MEVRSIVS) verendus antiquitatis arbiter, ac deliteſcentium eius Scriptorum indagator, & heluo, plura ex Graecis revocavit in lucem, Latineque reddidit, quam alii centenis retro annis praeſtitiſſe dicantur. XX. M. ZEILLER *in epiſt.* 502. *pag.* 685. *in marg.* Aureus ille de Regibus Athenienſium tractatus D. IO. MEVRSII, cuius obitum totus orbis litteratus immenſo dolore proſequitur. XXI. IO. GEORG. GRAEVIVS *in Praefat. tribus Inſulis praemiſſa*: Habes hic Antiqq trium Inſularum IO. MEVRSII, viri celeberrimi, cuius infinita paene de Antiquitatibus Graeciae monumenta iam pridem verſantur in manibus eruditorum, a quibus tanti fiunt, ut nomine habeant, quem in hoc genere ei anteponant. Nihil enim hoc viro in evolvendis omnibus omnium aetatum Scriptoribus, qui ex illaetabili illa barbarici nocte ſolvi in lucem horum temporum emerſerunt, fieri potuit diligentius & in obſervando, & conquirendo, quidquid ad veterem Graeciam illuſtrandam pertinet, ſtudioſius. In reliquis illius lucubrationibus, quas de priſco Graeciae ſtatu memoriae prodidit, hic Commentarius facile principem tenet locum, & argumenti nobilitate, quia nihil Inſulis iſtis in omni hiſtoria eſt celebrius, & decantatius, & eorum raritate, qui huic curae ſuam mancipare voluerunt induſtriam. Pauci enim, aut ſi verum dicere fas eſt, nemo fuit, qui in illarum rebus eruendis elaboravit. Nam res erat ardui laboris, immenſi ſtudii, & lectionis infinitae. Hinc nulli dubitamus, quin omnibus interiorum litterarum ſtudioſis hae diatribae ſint futurae gratiſſimae. XXII. GEORG. MATH. COENIG *in Bibliothec. voc.* HESYCHIVS: Exſtat Heſychii Mileſii compendium de vitis Philoſophorum, quod IO. MEVRSIVS erudito commentariolo illuſtravit. *Idem loc. citato voc.* MEVRSIVS. IO. MEVRSIVS Philologus eximius. *Id. loc. cit.* MEVRSIVS Latinos auctores, ut ARNOBIVM, APVLEIVM, &c. adnotationibus doctiſſimis meliores reddidit. *Id. loc. cit.* De Athenienſium rebus in primis bene mereri voluit MEVRSIVS, edendo Regnum Atticum, Archontes Athen. &c. *Id. ibid.* Scripta certe MEVRSII digniſſima ſunt, ut de novo recudantur, & in certos tomos diſtribuantur. XXIII. *Acta Eruditorum Lipſiae An.* 1685. *publicata pag.* 533. Graeciae Antiquitatibus e melioris notae, & genuinis Scriptoribus eorumque fragmentis eruendis, adſervandiſque praecipuam ſtudii ſui partem eſſe voluit MEVRSIVS, quod collectanea eius teſtantur, quae vel vivus ipſe edidit, vel poſt obitum eius clariſſimi viri SAM. PVFENDORFIVS, & IO. GEORG. GRAEVIVS a ſitu, & tenebris vindicata in publicum emiſere, praeclare de bonis litteris hac cura meriti. *Eadem illa* 1687. *pag.* 401. Antiquitates Graecanicas. ſi quis umquam ſtudioſe, ac erudite a prima uſque origine eruit, & illuſtravit, ſane IO. MEVRSIVS id egregie prae ceteris feciſſe dicendus eſt. Tot enim illuſtria eius in hoc genere monumenta, ut ſi quis eorum copiam pariter atque dotis conſideret, non unius hominis, ſed complurium ſummorum ingeniorum fructus legere videatur.

§. XX.

Huic iudiciorum Catalogo, *ſi non inſerere, ſaltem adnectere licuerit* quinquaginta Anagrammatiſmos, *ex nomine* MEVRSIVS, *dum Meurſiana exponere fatago, intra ſemihorulae circiter ſpacium, mihi natos.* (1) Ver Muſis, (2) Eruis Mus, (3) Servimus, (4) Me uſuris, (5) Sim eurus, (6) Vis me rus, (7) Vis ſerum, (8) Sis verum, (9) Vir fumes, (10) Mirus eſu, (11) Eis murus, (12) Ei ſum rus, (13) Sim verus, (14) Sum veris, (15) Meus irus, (16) Surſum ei, (17) Is rem uſu, (18) Vis me rus, (19) Vis mures, (20) Vſſi reum, (21) Mi verſus, (22) Rue miſſu, (23) Rem iuſſu. (24) Mire uſus, (25) Res viſum, (26) Viſus rem, (27) Vſu meris, (28) Res ſumus, (29) Remus vis, (30) Ei mus rus, (31) Ius ſerum, (32) Ius mores, (33) Sume ruis, (34) Serus vim, (35) Vir es ſum, (36) Si rem uſu, (37) Res viſum, (38) I ſum reus, (39) Remi uſus, (40) I es murus, (41) Veris mus. (42) Seu mirus, (43) Si me urus, (44) Seu riſum, (45) Meus riſu, (46) Eſus rumis, (47) Ruſſi eum, (48) Si ſervum, (49) Sis eruum, (50) Eſurimus. *Ex quorum numero tres priores tribus ſubſternere volui diſtichis ſeqq.*

A caeli axe velut floreſcens Ver redit orbi,
  Ver quoque ſic Muſis Meurſii ab arte redit.
Eruis ex Graecis Mus gazas atque Latinis
  Ruderibus, Meurſi: hinc alter Eraſmus eris.
Servimus, Meurſi, clamat ſtudioſa iuventus,
  Te duce Romana, & diſcere Graeca iuvat.

§. XXI.

Digitized by Google

§. XXI.

Vti autem MEVRSIVS *erat natura ſua* Φιλοπονώτατος, *ita malo nimiae plerumque comite induſtriae ſe ſenſit acriter infeſtari: praeterquam enim, quod graviſsimos hypocondriae dolores, & adſperrimos calculi cruciatus patienter ſuſtinuit, profecto tabem etiam, qua ſenſum lenteque corporis vires confici animadvertebat, toleranter tulit, tentaturus ſine dubio, quantum tali proficere poſsit patientiae in ſtudio. Tandem vero laborum ſaturo, & morbis ſatis explorato*, vivendi finem eidem Sorae in Dania, die 20. Sept. Anni 1639. *poſt laudabiliter exactum en hac mortalitate* 60. *annorum curriculum, ſupremus vitae arbiter impoſuit.*

§. XXII.

Ceterum verbis non poteſt ſatis exprimi, quam impenſo ſublatam hanc ex oculis virtutem deſiderio non tantum univerſa Respubl. Litteraria, ſed Sereniſsimus etiam Daniae Rex proſequutus ſit: non quidem, ceu res ipſa comprobavit, ſine cauſsa, quippe quod illa vindicem, & Statorem reconditiorum ſcientiarum, & antiquitatum, iſte fidelem rerum in Regno ſuo glorioſe geſtarum Praeconem, Hiſtoriographumque ſe amiſiſse intellexerint. Ita nimirum dum demum bona noſtra intelligimus, quando ea, quae in poteſtate habuimus, amiſimus.

§. XXIII.

Memoriam tam deſiderabilis Viri, ut cedrina eius nomen praeferentia ſcripta interire haud umquam permiſsura ſunt, grati tamen animi, adfectus, & obſervantiae, etiam poſt funera ſuperſtitis, teſtandae cauſsae, tum Sorae e lapidea columna ſuſpenſum legere licet Epitaphium hiſce verbis conceptum: ASPICE HEIC IOANNEM MEVRSIVM, NEC MAIORA QVAERE ELOGIA: TESTANTVR VIRI SCRIPTA, QVOD MAIVS HOC NOMINE NIHIL HABVERIS SORA, *tum ab* A. BVCHELLIO *I. Conſulto tetradiſticho incluſum Lectorum ſubiicitur oculis iſtud:*

MEVRSIVS Arctoa Batavus requieſcit in urna,
Graecia quem civem dicere iure poteſt.
Qui tot Scriptores perituros reddidit orbi,
Ingens cui pectus Bibliotheca fuit.
Ille quidem patria iacet a tellure remotus;
Patria ſed forti creditur omne ſolum.
Spiritus aethereum meritis tranſcendit Olympum,
Famaque per populos non moritura volat.

§. XXIV.

Coronidis vicem par ſuppleverit Epigrammatum elogiaſticorum, *quorum alterum in effigiem* MEVRSII *a* DAN. HEINSIO *elaboratum ſe habet hoc modo:*

Talis erat, Famam cui priſtina tempora debent,
MEVRSIVS, & debent tempora noſtra ſuam.
Qui Siculi Vatis, noctemque Lycophronis atri
Diſpulit, & Phoebus poſt tria luſtra fuit.
Nunc patriae annales venturos mittit in annos,
Vtrumque ingenii eſt, hoc pietatis opus.
LOSDVNVM peperit, quod poſt miracula tantae,
Hoc, ſed quod credas, conſpiciaſque dedit.

Alterum a VINCENTIO MARINERIO *Valentino concinnatum, in quo litterae dictionem quamlibet inchoantes, nomen* MEVRSII *cum Elogio repraeſentant iſto:*

Inclytus, Orbis Honos, Adfulgens Nomine Noto,
Et Superas Muſas, Et Vincis Robore Sacri
Ingenii, Variis Semper Virtutibus Ingens,
Reſtauras Doctrinam Omnem, Contraria Tollens:
In Summa Sede Ipſe Manes Vtrimque Supremus.

Ad ultimum meo itidem qualicumque Elogio, Meurſiano litaturus honori, diſtichon ſuffecerit adtuliſse hocce.

Herculeo reperit, qui plura abſtruſa labore,
MEVRSIVS haud, at ovans MARTIVS HECTOR erit.

Q. D. B. V.

Digitized by Google

Q. D. B. V. De Vita, & Scriptis IO. MEVRSII Patris, Diſſertationem indultu, & auctoritate Ampliſſimi Philoſophorum Ordinis publicae Eruditorum diſquiſitioni ſubiicit Praeſes M. IO. VALENTIN. SCHRAMM Iſenaco-Thuringus, reſpondente IO. FRIDERICO REINHOLD Mariaemontano ad d. XXVI. Septemb. A. O. R. CIↃ IↃCCXV.

A. & Ω.

§. I.

DE Vita IOANNIS MEVRSII *Sen. ſcripturus, eumdem merito inter Vitae propriae Scriptores refero; & quamquam ſatis concinne hic Commentarius* (a) *ſit confectus, negari tamen non poteſt, hanc brevem licet deſcriptionem reliquis omnibus viam munire, quum plerumque tutius iis incedamus, quae ex morum quadam fiducia Auctorum ipſorum, ut cum* TACITO (b) *loquar, quam ex adrogantia proveniunt. Ex illa vero morum fiducia* MEVRSII *noſtri verba profecta eſſe ſatis perſpicue elucet, ac iure contra malevolorum voces defenditur. Sed ad rem: dabimus brevem aſt vero ſufficientem deſcriptionem de Vita Magni* MEVRSII *niſi ipſa Auctoris relatione, quam tamen ex variis aliorum documentis augebimus.*

§. II.

IOANNES *igitur* MEVRSIVS *Senior natus eſt Anno* CIↃ IↃLXXIX. *Patre Iacobo non* ὁμωνύμῳ (c) *ex familia Meurſia & patritia, & antiqua. Locus natali ipſis fuit Losdunum, pagus haud longe Haga diſtans, quem poſteritati Hiſtoria de partu miraculoſo Margaritae Hollandicae Comiti Hennebergenſi nuptae commendavit* (d). *Pater eius Eccleſiaſtes Losdunenſis, privata opera noſtrum elementa Latinae linguae edocuit, ac quum annorum ſeptem eſſet, Hagam miſit, ut ibidem reliquarum litterarum tirocinium poneret; ibique per quadriennium ſubſtitit, operaque uſus eſt Virorum doctiſſimorum* BERNARDI BEIEMAE & FOLQVERI WESTERWOLTII *Rectorum. Dein Lugdunum Batavorum tranſiit in diſciplinam* NICOLAI STOCHII, *qui eo tempore Scholae praeerat, cuius fideli manuductione eo provectus eſt, ut iam duodecennas Orationes ſcribere potuerit. Verum natura ingenium eius pronius erat ad Linguae Graecae ſtudium, quippe iam Anno aetatis* XIII. *carmen Graecum ſuo Auctori haud inficiandum elaborabat.*

§. III.

Sed haec hactenus inter parietes domeſticos, ac ductu praeceptorum agebantur. Iam noſter ſcriptis ſuis in publicum prodire volebat, aeque annos natus XVI. *primum* LYCOPHRONEM *totius Graeciae obſcuriſsimum Poetam Commentario, ac Notis illuſtratum dedit. Quem Auctorem deinde inſequutum eſt* Spicilegium Theocriticum, *ſive Notae ad* THEOCRITI *ſcripta, quas poſt* HENR. STEPHANVM, ISAAC. CASAVBONVM, IOSEPHVMQVE SCALIGERVM, *Viros, & Commentatores* THEOCRITI *maximos conſcripſit. Exin vero ingenium ad omne genus litterarum adplicuit, ac Hiſtoriam Graeciae paullum curatius inſpexit, omnemque lapidem in eruendis Antiquitatibus movit. Ne vero ipſius obtrectatores (hi enim minime deerant) ſub ſpecie quadam veritatis neglectum Latinarum Litterarum ipſi exprobrare poſſent, ad Latinas litteras ſe convertit, atque a primis Romae cunabulis orſus, omnem Antiquitatis notitiam eruit, ac revocare conatur. Huius rei in teſtimonium eiusdem Libros* Exercitationum Criticarum, & Animadverſionum Miſcellanearum *vocare poſſem, niſi longe maiora, auguſtioraque Libri* De Funere, & Luxu Romanorum *loquerentur. Extraordinarium quoddam animi oblectamentum hinc ex Poeticis cepit, quum unius ſemeſtris opera varia poemata ſcriberet, in quo tamen ſtudio, prout ipſe fatetur, plus praeſtitiſſet, ſi ad naturam & curam, & ſtudium adieciſſet. Inde Philoſophorum caſtra ingreſſus, Librum* De Gloria *nobis dedit, quem foetum non ex Scholaſtica illa Philoſophia, cuius acerrimus hoſtis erat, ſed ex maſcula, quae generoſas mentes ad virtutem excitat, & ducit proficiſci voluit.*

§. IV.

(a) Conf. Athenae Batavae pag. 192. ſeqq.
(b) De Vita Agricol. c. 1. n. 3.
(c) Fallitur igitur C. V. *Io. Mollerus* in Hypomnemat. ad *Alb. Bartholini* opus poſthum. de Scriptis Danorum pag. m. 284. vid. Dedic. noſtri *Hypocrit. Minut.* praemiſſam.
(d) Effigiem noſtri *Dan. Heinſius* ornavit Epigrammate, cuius communicationem Lectori non ingratam fore exiſtimo, ubi poſtremo Diſticho admodum argute ad hanc fabulam adludit:

Alis erat, famam cui priſtina tempora debent,
MEVRSIVS, *& debent tempora noſtra ſuam:*
Qui Siculi Vatis, noctemque Lycophronis atri,
Diſpulit, & Phoebus poſt tria luſtra fuit.
Nunc patriae Annales venturos mittit in annos;
Vtrumque, ingenii eſt: hoc, pietatis opus;
Losdunum peperit, quod poſt miracula tanta
Hoc, ſed quod credas, conſpiciaſque dedit.

Vid. Athenae Batavae pag. m. 198. Non igitur hoc octoſtichon primus publicavit Cl. *Mollerus*, in Spicilegio Hypomn. ad *Barthol.* ubi ἀνέκδοτον vocat.

Digitized by Google

§. IV.

Atque hoc temporis ſpatium Philologicis potiſſimum Lucubrationibus tribuit; ſed nec Theologiam intactam reliquit, probe ſciens, quod omnis eruditio admodum ſiculneo inſiſteret fundamento, niſi quae omnia fulcit, ac corroborat vera pietas erga Deum accederet; hinc eius ſymbolum AETERNITATEM COGITA *ipſius perpetuo oculis inhaerebat; cogitabat enim non ineptam, ac vanam aliorum cupidinem, qui omni labore adnituntur, quo nomen illorum apud poſteros ſempiternae conſecretur memoriae; ſed veram, ac genuinam, quae firmiſſimo ſuperſtructa eſt fundamento. Teſtantur hoc eius* Meditationes Chriſtianae, *in quaedam commata Pſalmorum, ac eius verba, quae apud* WITTENIVM (a) *ex Epiſtola quadam ad* THEODORVM CANTERVM *legas Amor tamen erga Graecas litteras omnia alia eius ſtudia facile ſuperavit, quippe ſuam Operam rurſus Graeciae addixit, atque Opus barbariem Imperii Orientalis mire illuſtrans, nempe* Gloſſarium Graeco-Barbarum *vulgavit, in quo ad vocabula* CIↃ CIↃ CIↃ IↃC *prioris editionis, quum iterum praelo ſubmitteret, hunc laborem adhuc* CIↃ IↃ CCC. *alia adiecit.*

§. V.

Tanta igitur huius Viri merita litteraria apud IOANNEM BARNEVELDIVM [*quem Reipublicae Neſtorem ipſe* MEVRSIVS *vocat* (b)] *tanti fuere, ut eum filiis ſuis praeficeret, & eos privata eius opera inſtrui voluerit, cui muneri, & fidelis per decennium interfuit, atque dum peregre cum iis profectus eſt maximorum totius orbis Chriſtiani principium aulas, & celeberrimas Bibliothecas inviſit. Comitabantur noſtrum, & in hoc itinere ſummi in Iurisprudentia honores* [*ad quam eum abs humanioribus, ut vocantur, litteris dehortatus eſt* THEOD. CANTERVS (c)] *quippe Aureliani anno ſaeculi* CIↃ IↃCVIII. *Doctoris titulo cohoneſtatus eſt. Eruditione igitur, ac prudentia invidenda ſtipatus in patriam redux, ibidem complures elegantiſſimos ingenii, ac diligentiae foetus edidit, inter quos varia, ac rara monumenta invenies, quae ex Bibliothecis hauſta, ac deſcripta, numquam vero hactenus typis exſcripta, Iuris publici fecit.*

§. VI.

Interea Academiae celeberrimae Leydenſi Anno CIↃ IↃCX. *operam addixit ſuam, & iniunctam a Curatoribus Academiae Hiſtoriae primum, deinde Linguae etiam Graecae Profeſſionem in ſe ſuſcepit. Ad hanc quoque Anno inſequente* CIↃ IↃCXI. *partes Hiſtoria patriae conſcribendae accedebat, quas tamen ab Illuſtriſſimis, ac Potentiſſimis Ordinibus foederatarum Belgii Provinciarum accipiebat, licet & multi ex amicis eius hoc officium ipſi inviderent, & omnibus artibus ei hoc praeripere conarentur, prout ſaepius conqueſtus eſt in Epiſtolis ad* EL-MENHORSTIVM, RVTGERSIVM, *alioſque, id quod eorumdem reſponſiones edocent, quas excerptas dedit* GROSCVPFIVS *l. c.*

§. VII.

Functus autem eſt hac profeſſione per annos quatuordecim, ac ita ſe geſſit, ut omnes ſuas Lectiones pari cum diligentia, ac fide cum ceteris Collegis obierit. Nec defuit Reipubl. Litterariae per hoc tempus, quippe plura ſcripta [*de quibus infra uberior dicendi locus erit*] *publicavit, quam ante eum ceteri Profeſſores a primis incunabulis Academiae, quinquaginta retro annis, quotquot iſthic exſtiterunt. Quae eius diligentia, conſtantiaque in labore, quam his Operibus ſatis omnibus probarat, &* CHRISTIANVM IV. *Regem Daniae movit, ut Noſtrum in Soranam Academiam novam evocaret, eique Hiſtorici Regii munus, ac Profeſſionem Hiſtoriarum, itemque Politices delegaret, atque eo cum familia tranſiit anno* CIↃ IↃCXXV.

§. VIII.

Soram veniens, quam urbem, & a ſitu amoeniſſimo laudat (d) *ſummo amore exceptus eſt, ideoque Regis munificentiam, Regnique Procerum, praeprimis Cancellarii a Roſenkranz ſatis depraedicare non poteſt: ita* (*verba eius recito* (e)) *ut me poenitere non debeat, quod novercam tam iniquam, neque mei quidquam amantem* [*hanc temporum infelicitatem, & alii experti ſunt, docente* VOSSIO (f)] *quum benigna adeo matre commutaverim. Conceſſerat enim huc eo facilius, quod ipſi potentia nimis magna adverſariorum* BARNEVELDII *taedioſa eſſet, cui & accedebat Proſcriptio Remonſtrantium, quibus tamen favebat noſter.*

§. IX.

(a) In Memor. Philoſ. Dec. IV. p. 478. 486. verba ſunt ſeq. *Mortalem me eſſe novi, & deberi hunc ſpiritum Creatori, & Redemtori meo DEO, quem evocantem me lubens ſequar, ita me ille amet! O Dies, quae me caelo locabis apud magnum illum Monarcham, quando illucebis? Exorere, exorere. Quid enim in immundo hoc corporis folliculo (cum Arnobio ſic dicam) ex hac lacrimarum valle ad vitam longam optandam hominem Chriſtianum, quae tamen nihil minus, quam longa, ſi paulum modo attendas, & ad aeviternitatem com-*

A

ponas, invitet?

(b) Athen Batav. pag. 193.

(c) In Epiſtolis Anecdotis, de quibus inf. & apud Auctorem Collect. Lib. rarior. Faſcic. III. p. 548. ſeqq.

(d) Epiſt. LXVII. ad *Voſſ.* quae P. II. Epiſtol. *Voſſii* pag. 45. reperitur, ed. in fol.

(e) Ead Epiſt.

(f) *Voſſius* Epiſt. CCXXXVI. ad MEVRS. p. m. 271.

Digitized by Google

§. IX.

Ac hic per tria luſtra ſumma in laude, ſummoque in amore Danorum verſatus, omniumque votis, ac opinionibus de ipſo conceptis ſatis fecit; licetque non adeo multi ipſi eſſent auditores, qua de infelicitate ignorantiam ſeculi teſtante ſaepius conqueſtus eſt, tamen minus ſubſtitit, ſed contra audentius ivit, ac hic varios Auctores explicavit, atque interpretatus eſt, ediditque varias lucubrationes, quo ſe etiam in otio minus otioſum oſtenderet.

§. X.

Proinde eius diſceſſus ex hac vita acerbior optimo cuique erat. Natura quidem eum corpore ſano donaverat, niſi quod aetate iam provectiore ſaepius calculi torturam experiebatur, ac praeprimis anno cIↃ IↃCXXXIIX., *de quo diro, ac diuturno morbo ipſe ad* VOSSIVM *ſuum ſcribit* (a), *quem vero quum evaſerat, ac munia ſua denuo per temporis exiguum ſpatium obierat, en rurſus eum invaſit haec carnificina dira calculi, ubi tamdem tabe lenta confectus die* XX. *Septembris anni* cIↃ IↃCXXXIX. (b) *huic tortori ſuccubuit, moerore Clariſſimorum Virorum, & in primis Regis ipſius, qui palam, ac non uno audiente profeſſus eſt, ipſi in votis fuiſſe, ut viro Daniae Regno utiliſſimo Deus vitam dare voluerit longiorem. Ac quo eo magis omnium pietas erga defunctum pateret, actus funebris haditus die* IIX. *Octobr.* (c) *magnatum, & equeſtris Ordinis hominum more. Iure igitur meritoque ipſi Vxor ſuperſtes* ANNA CATHARINA BILDERBECCIA (*ex antiquiſſima, & nobiliſſima Bilderbecciorum Familia in Angrivariis, quam ſibi fauſto ſidere Anno* cIↃ IↃCXII. *iunxerat, atque ex quo matrimonio filium* δμώνυμον, *filiamque ſuſceperat*) *ac filius hoc Sorae erexere* (d) *Epitaphium:*

ASPICE HIC IOANNEM MEVRSIVM NEC MAIORA QVAERE ELOGIA TESTANTVR VIRI SCRIPTA, QVOD MAIVS HOC NOMINE NIHIL HABVERIT SORA.

§. XI.

Habes B. L. breviſſime conſcriptam Vitam MEVRSII, *ad cuius ſcripta priuſquam devenio, paucis ſaltim verbis quaedam de eius moribus dicenda mihi incumbunt. Erat vir placidiſſimi ingenii, quique digladiationes litterarias nocivas omni modo effugiebat, licetque ipſi non raro a quibusdam cauſsae rixandi adlatae eſsent, ſemper omni ſtudio adniſus eſt, quo in tempore componerentur, numquam vero commiſit longiora inde enaſci bella. Quibuscum amicitiam inierat, eam coluit inviolabilem, ac fide antiqua, ſemperque in Epiſtolis ad Amicos indoluit, quod* DAN. HEINSIVS *magnum illud illo tempore Bataviae orbiſque eruditi ſidus ſimultate amicitiae vincula rumpere conaretur.*

§. XII.

Et quamquam ſatis argute Cl. HEINSIVS *in Epiſtolis ſuis* MEVRSIO *ſubſpicionem, in quam incurrit, eximere conaretur, tamen nimis aperte omnia tela in eum detorſit, quum ei controverſia de ſcribendarum Hiſtoriarum provincia mota eſset, de qua vide ſupra* §. VI. *huc quoque referre poſsum* SCALIGERVM *Iun. qui paſſim Epiſtolis ſuis nequiter in* MEVRSIVM *adpetit* [*quod in magno hoc Viro non probat,* MEVRSII *amicus, ſingularique ſinceritate praeditus Vir* G. I. VOSSIVS (e)] *quippe ei ſolenne eſt, optimos quoſque Viros ſugillare* (f) *ac eos variorum vitiorum inſimulare, cuius rei egregium documentum dedit, ubi* MEVRSIO (g) *Pedantiſmi, Ignorantiae, Adrogantiae, & Superbiae crimina intentare non erubuit, quas tamen incuſationes ex nimio faſtu, atque adfectatione principatus inter Eruditos, profectas eſse ceterarum iudicia facile evincunt, quae collecta dabunt Cl.* THO. POPEBLOVNTIVS (h), & M. HANCKIVS (i).

§. XIII.

Sententiam ſuam, quam de recto, ac vero DEI *cultu habebat, iam in* Meditationibus *ſuis* Chriſtianis *ad* Pſalmorum *quosdam verſus ſatis declararat noſter, tamen ei in Dania Theologus quidam profeſsione, & quidam Paſtor Soranus litem de Religione movit* (k). *Verum*

(a) Epiſt. CCLXXXII. ad *Voſſium* ſcript. pag. 206. P. II. Ipſe quoque per totum hanc hiemem peſſime habui, vexabat nephritis, ut excernerem calculos plures; accedebat novum ulcus, quod per totum quadrimeſtre ſanguine, & pure manavit, etiam tertiana febris, eaque duplex; inſuper magna laſſitudo, deiectio virium, & adpetitus. Sed haec mala DEI beneficio nunc evaſi. Eadem fere verba in Epiſt. CCLX. in Epiſt. ad *Voſſ.* p. m. 189.

(b) Non igitur Anno cIↃ IↃXLI. ut putat Cl. *Hanckius* de Rer. Rom. Script. L. I. 2. 88. p. 285. ſeq. qui forte ſequutus eſt *Val. Andream Deſſelium* in Biblioth. Belgic. qui eodem Anno MEVRSIVM donatum eſſe ſcribit p. 536.

(c) Vid. Epiſtol. IO. MEVRSII Fil. ad *G. I. Voſſium* P. II. A Epiſt. Voſſianar. n. CCLXXXVII. p. 319. quae ſcripta eſt Sorae die XVI. Octob. Anno cIↃIↃCXXXIX.

(d) Vid. *Hadriani* Pars. I. Index Batavicus, of Naam rol var de Bataviſe en Hollandſe ſchryvers, pag. 275.

(e) Epiſt. CIX. p. 160. P. I. *Epiſt. Voſſianar.*

(f) Vid. *Voſſ.* Epiſt. iam cit.

(g) In *Scaligerianis* alteris pag. 157. vid. *Molleri* Hypomnem. ad *Barthol.* de Script. Dan. p. 285.

(h) In Cenſura Celeb. Auctorum p. 953. 954. 955.

(i) Lib. I. de Rer. Rom. Script. c. 88.

(k) Vid. MEVRSII Epiſt. ad *Voſſ.* quae eſt CXLV. Par. II. Epiſt. Voſſian. p. 107.

Digitized by Google

fruſtraneus erat conatus, quippe Viro hereticae pravitatis inquiſitori adverſabantur non modo Rex ipſe, ſed & Primates Regni, imo & alii Theologi Daniae, quos ob manſuetudinem placidam, & moderationem animi valde laudat.

§. XIV.

Potiores hi erant eius adverſarii, ad quos alii quoque accedebant, quorum tamen ſuſurris mordacibus, quos diſſeminabant, iam aliorum clariorumque Virorum amicitiae documenta reſponſionem dederunt. Hanc enim ſancte colebat cum quibuſque ſuae aetatis eruditis, RVTGERSIO, RIGALTIO, VOSSIO, DOVSIS, HEVRNIIS, GRVTERO, ELMENHORSTIO, HEINSIO, VVLCANIO, *atque aliis, quorum recenſionem in aliud tempus reſervamus. Praecipue & exterorum amicitiam, & laudem promeruit, non modo eruditione ſua invidenda, ſed etiam ſinceritate, atque reliquis animi virtutibus.*

§. XV.

De ſtatu domeſtico ipſius nihil addo, quam quod felix aeſtimandus ſit, quod ex Matrimonio Filium ipſi cognominem, doctaque veſtigia Patris legentem ſubſceperit, de cuius Vita, ſi DEO *viſum fuerit alio, atque opportuniore loco plura commemorabo. Dolent ſaltim omnes, eumdem morte praematura ereptum, quum primitiae Studiorum eiusdem ſatis luculentum teſtimonium dederint, quantum eius felix ingenium valeret* (a). *Sine dubio Opera Patris publicaviſset, quae adhuc inter Anecdota latent, niſi mors eius propoſitum occupaviſſet. Illud tamen neceſsario obſervandum eſt, hunc Parenti ὁμώνυμον Filium cum ipſo confundi facile poſſe, prout exemplo nobis eſt* PHIL. LABBEVS (b) & BEVGHEMIVS (c).

§. XVI.

Devenio nunc ad ſcripta eius, quorum Catalogum omnium primus Noſter ipſe confecit in Athenis Batavis (d), *quem poſtea auctum* VOSSIO *ſuo mittebat* (e), *novaeque editioni operum, quam moliebatur, addi cupiebat* (f) *quem adhuc in ſchedis MStis latitare exiſtimo. Refert quidem Cl.* MOLLERVS (g) *prodiiſſe Sorae Catalogum tam editorum quam ineditorum ſcriptorum* MEVRSII, *anno poſt eius obitum, ſecundo, nempe.* CIↃIↃCXLI. *in 4. qui vero nec mihi nec ipſi* MOLLERO *umquam viſus eſt. Forte idem ille Catalogus intelligitur, quo* IOANNES FIL. VOSSIVM *donabat, id quod ex epiſtola eius quadam patet* (h). *Verum illud definire non audeo num typis exſcriptus ſit, quippe de ea re ex epiſtola illa nihil certi ſtatui aut adfirmari poſſe puto. Indicem ſcriptorum quoque exhibent,* HANKIVS (i), V. ANDR. DESSELIVS (k), WITTENIVS (l), *& qui omnes ſuperat* ALB. BARTHOLINVS (m) *cum Hypomnematibus Cl. V.* IO. MOLLERI, *quem Catalogum paſſim a nobis auctum atque titulis librorum non una vice uberius recitatis ſubiungimus.*

Auctores Graeci, quos primus vulgavit, & Notis additis emendavit aut illuſtravit.

Conſtantinus Imperator Porphyrogenneta, de Adminiſtrando Imperio Graece & Latine. Anno CIↃIↃCX. *Lugd. Bat.* 8. (n)

Leonis Imp. Tactica S. de re militari Graece & Latine ibid. CIↃIↃCXII. 4.

Heſychii Mileſii origines Conſtantinopolitanae Graece & Latine CIↃIↃCXIII. *Leidae.* 8. *cum eiusd. lib. de viris doctrina claris.*

Ariſtoxeni Elementa Harmonica, Graece CIↃIↃCXVI. 4. *Accedunt.*

1. *Nicomachi Enchiridion Harmonices, Graece.*
2. *Alypii Iſagoge Muſica Graece* (o).

Philoſtrati Epiſtolae aliquot, Graece. It. Diſſertatiuncula de Philoſtratis CIↃIↃCXVI. *Leidae.* 4.

Pal-

(a) De Scriptis *Io. Meurſ.* Fil. tria tantum nominat *V. Andr. Deſſel.* in Biblioth. Belgic. pag. 538. Add. *Albert. Bartholin.* de Scriptis Danor. p. m. 82. edit. *Moller.* & eiusd. Hypomnem. pag. 290.

(b) In Mantiſſa Supell. Antiq. Bibliothecae Biblioth. ſubiuncta p. m. 613 qui Patri Filii Arboretum Sacrum tribuit.

(c) In Bibliograph. Hiſtor. p. 175. ap. *Moller.* in Hypomnem. ad *Bartholin.* pag. 290.

(d) p. m. 194. 195. 196. 197.

(e) Vid. Epiſtol. *Meurſii* ad *Voſſ.* CCXL. Part. II. Epiſt. Voſſianar. p. 175.

(f) Omnes Lucubrationes in IV. Tomos dividi poſſe putabat. Tom. I. continere debebat Attica. II. Opera hiſtorica. III Miſcella. IV. Auctores, quos notis illuſtraverat. Singulo Volumini Nova inſerere volebat. Vid. Epiſt. CLXVI. p. 120. Part. II. Epiſt. Voſſian. Ad horum operum editionem & *G. I. Voſſius* Fil. *Io. Meurſium* adhortatur, operamque ſuam ipſi ſancte pollicetur. Vid. *Voſſ.* Epiſt. Parte II. n. CDXXIX.

(g) Conf. Hypomnem. ad *Barthol.* p. 286.

(h) Epiſtola eſt CDXXXIX. Part. II. Ep. Voſſ.

(i) De Script. Rer. Rom. Lib. I. cap. LXXXVIII. p. 285. 286. & Libr. II. cap. LXXXVIII. p. 406. 412.

(k) Biblioth. Belgica pag. 536. ſeq. vid. de eo iudicium *Ionſii* Lib. III. de Script. Hiſt. Phil p. 313.

(l) Dec. IV. Memor. Philoſ. Renov. p. 478-486. Id. Tom. I. Diar. Biograph. A. C. MDCXXXIX. d. XX Sept.

(m) Prodiit primum cura *Tho. Bartholini Fr.* MDCLXVI. 8. Hafn. poſt cum Hypomnem. & Spicilegio Hypomnem. cura *Io. Molleri* Hamburgi MDCXCIX. 8. exſtat Catalogus in Nov. edit. p. 76. ſqq.

(n) Hunc librum etiam an. MDCXVII. prodiiſſe ſcribit *VVittenius* loc. cit.

(o) Praemiſit his libris Prolegomena de Scriptoribus Muſices antiquis: in notis ad Ariſtoxeni lib. II. omnino viginti recenſet, quibus olim Pythagorae nomen inditum fuit. Agit quoque in notis de Ariſtoxenis, Nicomachis, ac Alypiis. Vid. *Labbe* in Biblioth. Bibliothec. p. 204. *Mollerus* in Homonymo ſc. p. 915. 917. 921.

Digitized by Google

Palladii Hiſtoria Lauſiaca, Graece cIↃIↃcxvi. 4.
Conſtantini Manaſſis Annales, Graece & Latine cIↃIↃcxvi. *Leid.* 4. *Pariſ.* 1655. *fol.*
Euſebius in Canticum Canticorum Graece cIↃIↃcxvi. *Lugd. Bat.* 4. *Accedunt.*
1. *Polychronius in Cantic. Canticorum. Graece.*
2. *Pſellus in Canticum Canticorum. Graece.*
Theophylacti, Bulgariae Archiepiſcopi, Epiſtolae, Graece cIↃIↃcxvii.
Conſtantini Imp. Porphyrogennetae Tactica, Graece cum ceteris eius operibus Graece & Latine cIↃIↃcxvii.
Theodori Metochitae Hiſtoria Romana, a Iulio Caeſare ad Conſtantinum Magnum. Graece & Latine Leidae cIↃIↃcxviii. 4.
Variorum divinorum liber quo exhibentur.
1. *Anaſtaſius Antiochiae Epiſcopus, in laetum nuncium immaculatae Deiparae adlatum. Graece.*
2. *Andreas Ieroſolymitanus Cretae Archiepiſcopus in vitam humanam & defunctos. Graece.*
3. *Methodius de Libero arbitrio, Graece.*
4. *Timotheus, Presbyter Conſtantinopolitanus de accidentibus ad S. Eccleſiam. Graece.*
5. *Idem de duabus Ieſu Chriſti naturis, Graece.*
6. *Hilarion Monachus, de Myſterio Graecorum & Azymo Latinorum, Graece. Leidae in* 4. cIↃIↃcxix. *Wittenius l. c. etiam editionem anno* cIↃIↃcxxi. *recenſet.*
Procopius Gazaeus in libros Regum & Paralipomenon, Graece & Lat. cIↃIↃcxx. *in* 4. *Leid.*

Auctores quidem antea editi, ſed quos ipſe Commentariis ſive Notis, illuſtravit.

Graeci.

Lycophronis Chalcidenſis Caſſandra Leid. cIↃIↃcxvii. *& iterum* cIↃIↃcxcix. 8. (a)
Georgius Codinus de Originibus Conſtantinopolitanis Graece, cum verſ. Latin. Georg. Douſae, at Meurſii Notis. Aurel. Allobr. 1607. *in* 8. *& in editione Lambec: Pariſ.* 1655. *fol.*
Heſychius Mileſius, de viris doctrina claris cIↃIↃcxiii. *Leid.* 8. *cum ſuis, Hadr. Iunii & Henr. Stephani Notis. Accedit.*
Beſſarionis Epiſtola, Graeco-Barbara.
Antigoni Caryſtii παράδοξα hiſtoriarum mirabilium collectanea cIↃIↃcxix. *ib.* 4.
Phlegontis Tralliani opuſcula de rebus mirabilibus ib. eod. 4.
Apollonii Dyſcoli Alexandrini θαυμάσια ſ. hiſtoriae commentitiae liber. Graece cum Commentario & Syntagmate de huius nominis ſcriptoribus. cIↃIↃcxx. *ib. in* 4.

Latini.

Macrobius, Leid. cIↃIↃcxvii. *in* 8. *Notae ſubiunctae ſunt editioni I. Iſ. Pontani. Recuſas exhibet I. Gronov. in ſua editione Lugd. Bat.* cIↃIↃcxciv. *in* 8.
Cato de Re Ruſtica, Leid. cIↃIↃcxviii. *in* 8. *& Franequerae* cIↃIↃcxx. 8.
Apuleii Apologia. cIↃIↃcvii. 8.
Phaedrus cIↃIↃcx. *&* cIↃIↃcxvii. 8.
Aelnothus Monachus Cantuarienſis de Vita & paſſione S. Canuti, Regis Daniae, & Anonymus de Paſſione S. Caroli Comitis Flandriae cum Notis Hafn. cIↃIↃcxxxi. 4. *Ibid. &* cIↃIↃclvii. 4. (b)

Lucubrationes variae; Theologicae, Philoſophicae, Hiſtoricae & in primis Philologicae, quibus Antiquitates Graecas Latinaſque illuſtravit.

Spicilegium Theocriticum cIↃIↃcxvii. *Leid. in* 8.
Criticus Arnobianus cIↃIↃcxviii. *& iterum* cIↃIↃcxix. 8. *Leid. una cum*
Hypocritico Minutiano (c)
Exercitationum Criticarum Pars I. ſive Curae Plautinae & Pars II. ſ. Animadverſionum Miſcellanear. Libr. IV. Leid. cIↃIↃcxix. *in* 8.
De Gloria & Auctarium Philologicum. ib. cIↃIↃci. *in* 8.
Poemata varia ib. cIↃIↃcii. 8. (d)
Panegyricus dictus Iacobo I. cum is Magnae Britanniae Regnum adiret. cIↃIↃciii. *Leid.*
De Funere Lib. in quo Graeci & Romani ritus explicantur, unacum Syntagmate.
De Puerperio Hagae. cIↃIↃciv. 8. *Recuſus eſt hic liber in Theſ. Antiq. Graec. Gronov. T. XI. & VIII.*

Meurſii Tom. I. r 2 *Me-*

(a) Prodiere Notae in editione Oxonienſ. an. MDCXCVII. fol. curante Pottero.
(b) Hos inter auctores a *Bartholin.* enarratos non reperitur: I. Chalcidii Commentarius in Timaeum Platonis, qui teſtim. Ath. Batav. p. 196. MDCXVII. editus eſt. 4. Vid. Hypomn. *Moller* loc. cit. II. Editio Scriptorum Porphyrii Philoſophi omnium c. Not. Anno MDCXX. in 4. Vid. *Ionſius* Lib. III. de Script. Hiſtor. Philoſ. p. 313. *VVittenium* in Memor. Phil. loc. cit. III. Herodis Inſcriptio Graeca, totidem verſibus expreſſa in 4. ap. *VVitten.* loc. cit. IV. Notae in Callimachum, quas inſertas leginus Editioni Graevianae An. MDCXCVII. 8. Vid. Clar. V. *Fabricii* Bibl. Gr. Libr. III. c. XIX. p. 491.
(c) Oppoſuit huic libro *P. Scriverius* Anti-Criticum conf. *Baillet* Script. in Ant. Tom. II. p. 299.
(d) Auctior editio Poematum prodire debebat Tom. I. Oper. Vid. Ep. CLXXV. P. II. Ep. Voſſ. p. 126.

Digitized by Google

Meditationes Chriſtianae, in Pſalmum CXVI. *& tres priores partes Pſ.* CXIX. *Heidelb. in* 12. *an.* CIↃIↃCIV.

Roma Laxurians ſive de Luxu Romanorum liber ſingularis, cum Mantiſſa ſive obſervationibus criticis & notis in Aſtrampſychi oneirocriticon ſ. de ſomniorum iudiciis Leid. CIↃIↃCV. *& iterum Hafniae* CIↃIↃCXXXI. *in* 4. *Rurſus inſertus eſt hic Tract. Tom. VIII. Theſ. Antiquit. Rom. Cl. Graevii.*

Gloſſarium Graeco-Barbarum (*vid. §. IV.*) *editio prima Leidae* CIↃIↃCX. *iterum* CIↃIↃCXIV. 4. *&* CIↃIↃCLII. *fol.*

Lib. de Inductiis Belli Belgici, Leid. CIↃIↃCXII. *& iterum* CIↃIↃCXIV. 4. *it.* CIↃIↃCXXXIIX. *Amſtelod. fol.*

Ferdinandus Albanus ſ. De rebus ab eo per ſexennium in Belgio geſtis, Leid. CIↃIↃCXIV. 4. *& Amſt.* CIↃIↃCXXXVIII. *fol.*

Liber de Populis Atticae CIↃIↃCXVI. *Leid.* 4. *Reperitur & in Tom. IV. Theſ. Antiq. Graec. Gronov. cum Supplementis Auctoris & Iac. Sponii.*

Lectionum Atticarum Libr. VI. CIↃIↃCXVII. *Leid. in* 4. *Vid. Theſ. Gron. Tom. V. ubi hunc librum ex auctoris chirographo auctum habes.*

Orcheſtra ſ. de ſaltationibus veterum. Leid. CIↃIↃCXVIII. 4. *Tom. VIII. dicti Theſ. Gronov. hunc librum etiam exhibet.*

Graecia Feriata: ſive de Feſtis Graecor. Libri VI. ib. CIↃIↃCXIX. 4. *Vid. Tom. VII. Theſ. Gron.*

Eleuſinia ſ. de Cereris Eleuſinae ſacro & feſto. Ibid. An. CIↃIↃCXIX. *in* 4. *Eodem Tom. VII. Theſ. Gronov. auctus ex MSt. exhibetur.*

Panathenaea; ſive de Minervae illo gemino feſto, Ib. CIↃIↃCXIX. 4. *Similiter ex MS. auctus exſtat in Tom. VII. Theſ. Gronov.*

AEſchylus, Sophocles, Euripides: ſive libri III. de Tragoediis eorum ib. CIↃIↃCXIX. *in* 4. *Aucti ex chirographo Auctoris inveniuntur in Tom. X. Theſ. Gronov.*

Guilielmus Auriacus: ſive de Rebus ab eo geſtis uſque ad Ludovic. Requeſentium libri X. Leid. CIↃIↃCXX. *in* 4. *& iterum Amſtel.* CIↃIↃCXXXIIX. *fol.*

Archontes Athenienſes: ſive de iis, qui Athenis ſummum illum magiſtratum obierunt. Libri IV. An. CIↃIↃCXXII. *Leid.* 4. *auctus ex MSt. legitur hic Tract. in Tom. IV. Theſ. Gronov.*

Fortuna Attica: ſive de Athenarum origine, incremento, vario ſtatu, decremento & occaſu. CIↃIↃCXXII. *Leid.* 4. *auctam exhibet ex chirographo auctoris Gronovius Tom. V. Theſ. Gr. Ant. Cecropia; ſeu de Athenarum arce & eiusdem antiquitatibus. Ib.* CIↃIↃCXXII. 4. *Tom. IV. Theſ. Gronov. exſtat auctus ex MSt. auctoris.*

Graecia ludibunda ſ. de Ludis Graecorum: Leid. CIↃIↃCXXII. *in* 8. *cum ſupplementis Cl. Salmaſii exſtat in Tom. VII. Theſaur. antiq. graec. Gronov.*

Piſiſtratus; ſive de eius liberorumque vita & tyrannide CIↃIↃCXIII. *Leid. in* 4. *auctus ex chirographo auctoris in Tom. V. Theſ. Gronov. Areopagus, ſive de Senatu Areopagitico lib. Leid.* CIↃIↃCXXIV. *in* 4. *Tom. V. Theſ. Gronov. auctus ex MS.* (a)

Athenae Atticae, ſive Libri III. de praecipuis Athenarum Antiquitatibus CIↃIↃCXXIV. *Leidae in* 4. *Aucta ex chirographo auctoris Tom IV. Theſ. Gronov. exhibet.*

Athenae Batavae, ſive Lib. II. de Leidenſis Vrbis antiquitatibus & Viris Claris, qui ingenio eam ac ſcriptis illuſtrarunt. Leidae in 4. CIↃIↃCXXV. *Liber ſecundus de viris claris ſub tit. Illuſtris Acad. Lugduno-Batava ſolus Anno* CIↃIↃCXIII. *&* CIↃIↃCXIV. *bis ſed ἀνωνύμως prodiit conf. Praefat. praemiſſ.*

Hiſtoria Danica, de prioribus tribus familiae Oldemburgicae Regibus CIↃIↃCXXX. *Hafn.* 4. *ſunt Ill. poſtremi Libri. vid. paull. infer.*

Denarius Pythagoricus, ſive de numerorum uſque ad denarium qualitate & nominibus ſecundum Pythagoricos CIↃIↃCXXXI. *Leidae* 4. *Exſtat etiam in Theſ. Gronov. Tom. IX.*

Solon, ſive de eius vita, legibus, dictis atque ſcriptis. Hafn. CIↃIↃCXXXII. 4. *auctum ex chirographo auctoris nobis dedit Gronovius Tom. V. Theſaur. ant. Graec. Regnum Atticum, ſive de Regibus Athenienſium lib. III. Amſtel.* CIↃIↃCXXXIII. *in* 4. *Auctum ex MSt. Tom. IV. Theſ. Gron.*

Hiſtoria Danica: ſive de Regibus Daniae, qui familiam Oldemburgicam praeceſſerunt & eorum rebus geſtis a Dano ad Canutum VI. in quo deſinit Saxo libri V. priores. Amſt. CIↃIↃCXXXVIII. *fol.*

Hiſtoriae Danicae continuatio: ſive de Regibus Daniae a Canuto VI. ad Chriſtianum I. libri V. poſteriores Amſtel. eod. fol.

Theophraſtus, ſive de illius libris, qui iniuria temporis interciderunt liber ſing. Leid. CIↃIↃCXL. *in* 12. *Accedunt lectiones Theophraſteae, in quibus eorum librorum qui ſuperſunt, loca aliquot emendantur. Editi ſunt bilibelli & a Gronovio Tom. X. Theſ. antiq.*

§. XVII.

Ponenda nunc ſunt ea ſcripta, quae diutius paullum poſt obitum MEVRSII *noſtri lucem adſpiciebant, praeprimis hic opera Illuſtr. Vir.* PVFENDORFI GRAEVII *ac* GRONOVII *lau-*

(a) Hic liber in linguam Italicam verſus eſt per *Franciſc. Corniani*, prout docet *Struvius* in Act. Litterar. ex MS. erutis | Faſc. VI. p. 18. ex epiſtol. *Dominici Molino*. Conf. Collect. Libr. Rar. Faſc. III. p. 573.

Digitized by Google

laudanda eſt, quippe qui varia monimenta adhuc inedita typis exſcribi curarunt; forteque plura a GRAEVIO *exſpectanda fuiſſent, niſi mors eius mentem occupaſſet.* (a)

Publicata tamen ſunt abiis ſequentia: Laconica Miſcellanea, ſive variarum antiquitatum Laconicarum Libri IV. Amſtel. clɔlɔclxi. 4. *ed. a Pufend. Inſerta ſunt Theſ. Gronov. Tom. V.*
Athenienſium Ceramicus Geminus edit. a I. G. Graevio Vltraiecti clɔlɔclxiii. *in* 4. *Et in Theſ. Gronov. Tom. IV.*
Creta, Cyprus, Rhodus, ſive de inſularum harum nobiliſſimarum Rebus & antiquitatibus commentarii poſthumi a I. G. Graevio editi. Amſtel. clɔlɔclxxv. *in* 4.
Theſeus, ſeu de eius vita rebuſque geſtis Lib. poſthumus edit. a I. G. Graevio una cum Paralipomen. ad Meurſii librum de Pagis & Populis Atticae cum Sponii ſupplement. vid. ſup. Vltraiecti in 4. clɔlɔlxxxiv.
Theſeus inſertus quoque eſt Tom. X. Theſaur. Gronov.
Themis Attica, ſeu de Legibus Atticis libri II. a I. G. Graevio editi Vltraiecti clɔlɔclxxxv. *in* 4. *Vide eosdem Libros apud Gronov. in Theſ. Antiq. Tom. V.*
De Regno Laconico Libri II. de Piraeeo & animadverſiones in Helladii Chreſtomathiam ed. a I. G. Graevio Vltraiect. clɔlɔclxxxvii. *in* 4. *Exhibentur quoque in Theſauro Gronov. & quidem Tract. I. Tom. V. ſecundus Tom. eod. tertius vero Tom. X. in quo ſimul Dionyſios recenſet.*
Bibliotheca Attica, ſive de antiquis Atticae Scriptoribus eorumque item operibus libri IX. ex chirographo auctoris nunc primum editi a I. Gronovio in Theſauro antiquit. Graec. Tom. X.
Bibliothecae Graece libri tres ex auctoris chirographo nunc primum editi in Theſauri Gronov. Tom. X. (b)
Dionyſius, ſive de auctoribus iſtius nominis eorumque ſcriptis liber ſingularis. Tom. eod. Theſ. Gron. primum editus eſt.
De Heraclide aliiſque eius nominis, & eor. operibus diſſertatio. Exſtat Tom. eod. ap. Gronov. primum ex chirographo edita.

§. XVIII.

Nondum vero prodiere ex eius monimentis quae pollicitus eſt p. 197. *Ath. Batav. ac forte adhuc latent in Bibliotheca Svecica ex qua* PVFENDORFIVS CEL. *&* I. G. GRAEVIVS, *cum quo plura iſte communicaverat* (c), *evulgarunt ac ſane optandum eſſet, ut & haec lucem adſpicerent omnibus auro chariora* κειμήλια. *Brevibus has lucubrationes quas ipſe l. c. inter adfecta non perfecta ac nondum edita eſt ad editionem parata poſuit, iam recenſebimus.*

Theodori Metochitae Hiſtoriarum Libri IV. hactenus non editi, Graece & Latine cum notis.
Athenaei Mechanica numquam edita Graece cum Notis.
Apollodori Poliorcetica, numquam edita, Graece cum Notis.
Iulii Africani Ceſti, numquam editi, Graece cum Notis.
Meletius de natura hominis, Graece numquam editus, Graece & Latine.
Harpocrationis Lexicon, Graece cum animadverſionibus.
Menander Rhetor de diviſione cauſarum in genere demonſtrativo, Graece & Latine cum Notis.
Familiae Atticae.
Dionyſia, ſive de Bacchi apud Athenienſes feſto.

§. XIX.

His quoque addi poſſent alia anecdota atque adfecta, quorum ſaepius mentio fit in Epiſtolis ad VOSSIVM *alioſque. Sic ſupra adnotavi ſupplementa eum feciſſe ad Poemata varia, accedunt quoque adnotata Graeca loca Scriptorum quae excuſo Soloni addi cupiebat, nec non Attica Feriata, quam quoque ſeorſim exhibere ſtatuit, cum antea Tom. I. operum comparere deberet. Alia nunc lubens praetereo, cum alio loco propediem eor. mentio fieri debeat.*

§. XX.

Priuſquam vero finem huic diſſertationi meae impono, merito promiſſi ſupra §. V. memor quaedam de codice Epiſtolarum a viris doctis ad IO. MEVRSIVM *ſcriptarum addenda duco. Donavit eo Almae Matris Philureae Noſtrae Bibliothecam Illuſtris Dn.* SAM A PVFENDORF. BEROLINI clɔlɔclxxxix. *d.* xv. *April. prout ipſius manus teſtatur, ac, qui publico nomine Viro Ampliſſimo gratias decernit Magnif. ac ſumme Reverendus Dn. D. Ad.* RECHEMBERGIVS *Patronus noſter ſumme colendus* (d). *Excerpta ex hoc praeſtantiſſimo eruditionis Theſauro dedit V. C.* H. A. GROSCHVPFIVS *in Collectionis Novae Librorum Rar. Faſc. III. p.* 548.

(a) Conf. Praef. eiusd. ad *Meurſium* de Creta &c. ubi nos varia inedita ac Paralipomena plerorumque ſcriptorum ab ipſo exſpectare iubet, in quo tamen propoſito eum praevertit ſaepe *I. Gronovius* in Theſ. Antiq. Graec.
(b) De his agit *Ionſius* Lib. III. de Script. Hiſt. Phil. p. m. 313. & *Meurſius* in epiſtola quadam ad *Voſſium* inp. CC. p. 140. P. II. Epiſt. Voſſ. quae reſpondet Epiſtolae CCXXII. Voſſianae P. I. p. 260.
(c) Conf. Dedic. praemiſſ. Regno Laconico *Meurſii*.
(d) In Diſſert. de Vſu Epiſtol. Clar. & Illuſt. Virorum §. XII. quam inſeruit Vol. Exercitat. in N. T. a p. 425. 486. Vid. & Morhofius in Polyh. l. c.

Digitized by Google

p. 548. *Itemque vir Excell.* B. G. STRVVIVS *in Actis Litterariis MS. erutis & ex quidem Fascic. VII. p. 82. & Fasc. VI. p. 18. seqq. Centuririam istarum publici Iuris facturum esse pollicitus est V. C.* IO. FRID. FELLERVS *prout Hypomnemata Cl.* MOLLERI *ad* BARTHOL. *l. c. dicunt. Notavit insimul supra laudatus* GROSCHVPFIVS *l. c. quemdam* Reinhardum. *Iuniorem* Dresdae *hoc integrum commercio litterarum ex codice descripsisse eo animo, ut typis emitteret, de qua re nobis nihil constat. Vtinam vero propediem nobis liceat conspicere editionem, quae omnes facile superabit, quamque ad praelum paratam habet Vir Excellentissimus atque Consultissimus Dn. D.* CAROL. OTTO RECHEMBERGIVS *P. P. Lipsi. Fautor subspiciendus, qui easdem Epistolas Notis historicis illustrabit, additis Argumentis Epistolarum atque Appendice aliarum Epistolarum ad* MEVRSIVM *augebit.*

§. XXI.

Atque haec hactenus. Finem imponimus huic nostrae dissertationi, quam ea qua potuimus brevitate composuimus, insertis insimul omnibus iis, quae notatu digniora reperta sunt, reliqua vero quae iustis ex causis praetermissa sunt, aliud in tempus proferenda reiicio. Si quae tamen aliis necessaria visa sunt omissa, eorum modestam indicationem grato animo adgnoscemus, eiusdemque rei veniam apud aequos ac idoneos lectores facile facile habituros nos esse confidimus.

Oblit A. C. MDCXLI.

IOANNES MEVRSIVS Ex Frekero Part. IV. de vitis Philosophor. Philologor. Historicor. &c. pagina 1535.

Lvgduni, pago uno milliari ab Haga Comitis *distante, natus A. C.* CIↃIↃLXXIX. *Ad Graecae linguae studium natura pronior an. aetatis* VII. Hagam *amandatus, ibique exacto quadriennio, sub Rectoribus* BERNARDO BEIEMA, *&* FOLQVERO WESTERWOLTIO, Lugdunum Batavorum *transiit in disciplinam* NICOLAI STOCHII, *sub quo an. aetatis* XII. *Orationes, & Carmina graeca scribere coepit. An aetatis* XVI. *in studiorum suorum primitiis remotissimam* Graeciae *Historiam, & antiquitates revocavit, in* Lycophronem *obscurum Poetam graecum commentari instituit, & in Idyllia* Theocriti *Spicilegium scripsit. Mox ad latinas litteras ordine praeposterо, imitatus* IOSEPHVM SCALIGERVM, *animum adiecit, Poesi, Philosophiae, & Theologiae quoque operam dedit. Deinde a* IOANNE BARNEVELDIO *ad erudiendos privatim filios evocatus, decennium in eius familia & consuetudine egit, & peregre cum filiis profectus, variorum Principum Aulas, & Bibliothecas vidit, atque ex his monumenta praeclara numquam antea edita publicavit.*

Orationes, & Carmina graeca scripsit an. aetat. XII.

Graeca primum scripsit.

Deinde Latina.

Praeceptor filior. Ioan. Barnefeldii.

An. CIↃIↃCVIII. Aureliae *summo in Iurisprudentia Doctoris titulo cohonestatus est. In patriam redux, in Academiae* Lugduno-Batavae *operam addixit, & iniunctam a Dnn. Curatoribus Historiae primum, deinde linguae etiam Graecae Professionem, mox Historiae quoque patriae conscribendae partes suscepit. Ibi morte beata vitam clausit An. C.* CIↃIↃCXLI. *aetatis* LXII.

Iur. Doctor Aureliae.

Moritur.

Ex vitis Professor Leyd. Io. Meursii, & ex Athenis Belgicis Francisci Svveertii.

Frekeri Catalogus Operum Ioannis Meursii.

Lycophron Cassandra cum Comment.
Spicilegium in Idyllia Theocriti.
Macrobius cum brevibus notis.
Curae Plautinae, & Animadversiones Miscellanear. Lib. IV.
De Gloria.
Poemata varia.
Panegyricus dictus Iacobo I. *Britanniae Regi in auspiciis Regni.*
Meditationes Christianae in Psalmum 116. *&* 119.
De Funere Liber, in quo prisci ritus Graeci, & Romani.
De Puerperio Syntagma.
De Luxu Romanorum.
Mantissa, sive Observationes Criticae.
Notae in Astrampsychi Oneirocriticon.
Codinus de Originibus Constantinopolitanis cum notis.
Herodis Inscriptio Graeca totidem versibus latine reddita.
Apuleii Apologia cum notis brevioribus.
Phaedrus cum animadversionibus.
Inductarum belli Belgici Historia.
Rerum Belgicarum lib. IV. in quibus sexennium Ferdinandi Ducis Albani.

Glos-

Digitized by Google

Gloſſarium Graeco-Barbarum.
Hiſtoria Danica pariter & Belgica.
Conſtantinus Imp. de Adminiſtrando Imperio antea non editus, Graece & Latine, cum Notis.
Leonis Imperatoris Tactica, Graece & Latine cum Notis.
Animadverſionum Miſcellanear. lib. IV.
Denarius Pythagoricus, ſive de numerorum uſque ad denarium qualitate & nominibus ſecundum Pythagoricos.
Orcheſtra de ſaltationibus veterum.
Graecia Feriata de Feſtis Graecor. Libri VI.
De Ludis Graecorum.
Codinus de Officiis Aulae Conſtantinopolitanae, cum verſione Lat. & Notis.
Porphyrii Philoſophi opera omnia Graece cum Notis.
Chalcidius, Graece cum Notis.
Phlegontis Tralliani opuſcula de rebus mirabilibus, cum Notis.
Gullielmus Auriacus: ſive de rebus ab eo geſtis lib. X.
Athenae Batavae, ſive de Vrbe Leidenſi, & Academia, Viriſque in ea claris, lib. II.
Heſychii Mileſii opuſcula Greco-Latina cum Notis.
Beſſarionis Card. Epiſtola, Graeco-latina cum Notis.
Antigoni Caryſtii paradoxa, ſive hiſtoriarum mirabilium collectanea.
Palladii Hiſtoria Lauſiaca, Graece & Latine cum Notis.
Gloſſarium Latino barbarum.
De Populis Atticae.
Fortuna Attica: ſive de Athenarum origine, incremento, magnitudine, decremento & occaſu.
Archontes Athenienſes.
Hiſtoriarum rerum memorabilium auctores Graeci, cum Notis, & Comment.
Piſiſtratus, ſive de eius vita, & tyrannide.
Atticarum Lectionum Libr. VI.
Harpocrationis Lexicon X. Rhetorum, cum animadverſ.
Bibliothecae Graecae lib. IX.
Conſtantini Manaſſis Annales Graece, cum Notis.
Euſebii, Polychronii, Pſelli expoſitiones in Canticum Canticorum Graece, cum Notis.
Ariſtoxeni, Nicomachi, & Alypii Muſica, cum Notis.
Philoſtrati Epiſtolae aliquot, partim non editae, partim auctiores, cum Diſſertatione de Philoſtratis.
Procopius Gazaeus in libros Regum & Paralipomenon.
Theodori Metochitae Hiſtoria Romana, a Iulio Caeſare ad Conſtantinum Magnum, Graeco-Lat. cum Notis.
Apollonii Alexandrini hiſtoriae commentitiae lib. Graece cum Comment.
Variorum divinorum liber, ſive Orationes Patrum numquam editae.
Panathenaea, ſive de Minervae feſto gemino.
Eleuſinia, de Cereris ſacro & feſto.
AEſchylus, Sophocles, Euripides, ſive de Tragoediis eorum libri III.
Theophylacti, Bulgariae Archiepiſcopi Epiſtolae, cum Notis.
Cecropia, ſive de Athenarum Arce, & eiusdem antiquitatibus.
Athenae Atticae, ſive Libri III. de praecipuis Athenarum Antiquitatibus.
Areopagus, ſive de Senatu Areopagitico.
Solon, ſive de eius vita, legibus, dictis, & ſcriptis.
Criticus Arnobianus Lib. VII. digeſtus
Hypocriticus Minutianus.
Cato de Re Ruſtica, cum Notis.

Alia Io. Meurſii Opera, quae in Frekeri Catalogo deſiderantur.

Regnum Atticum, ſeu de Regibus Atticis 4. *Amſt.* cIↃIↃcxxxIII.
Exercitationum Criticarum Partes II. 8.
Miſcellanea Laconica 4. *Amſt.* cIↃIↃcLxI.
Creta, Rhodus, Cyprus 4. *Amſtel.* cIↃIↃcLxxv.
De Legibus, ſeu Themis Attica 4. *Traiect.*
De Regno Laconico Libri II.
De Piraeeo.
Arboretum ſacrum Io. Meurſii filii. Lugd. Bat. cIↃIↃcxLII.
Theophraſtus, ſive de illius libris, qui iniuria temporum interciderunt 12. *Lugd. Bat.* cIↃIↃcxL.
Lectiones Theophraſteae, in quibus eorum librorum, qui ſuperſunt, loca aliquot emendantur. 12. *Lugd. Bat.* cIↃIↃcxL.
Aelnothi Monachi de Vita, & paſſione S. Canuti Regis Daniae; & Anonymus de Paſſione S. Caroli eius filii, cum Notis Io. Meurſii. Hafn. cIↃIↃcxxxI.
Adolphi Worſtii de obitu Io. Meurſii Epiſtola 12.
Theſeus, ſeu de eius vita.
Aloyſiae Sigeae De arcanis Amoris.

IOAN-

Digitized by Google

IOANNI MEVRSIO

IOAN. τῦ μακαρίτυ F.

ADOLFVS VORSTIVS S. D.

ADflixit me, *ſuperiore anno, non leviter, Iuvenum praeſtantiſſime, inexſpectatus optimi doctiſſimique parentis tui deceſſus; quem ſexagenario iam maiorem, & lenta confectum tabe per diram calculi carnificinam*, xx. *Septembris dies caelo ſuo repoſuit. Virum, ita me Deus amet, non vita modo dignum productiore, ſed faciliore inſuper exitu; atque ea in primis* εὐθανασίᾳ, *quam ſibi ſuiſque Caeſar Auguſtus precabatur, quoties audiſſet, cito ac nullo cruciatu defunctum quempiam. Ea enim illius virtus erat ac probitas, ea eruditio, ut vitioſo hoc ſaeculo, quo ad occaſum, fatali quadam ruina, vergunt litterae, diutius ſupereſſe debuiſſet; quum in exemplum vitae emendatioris, tum vero uti remp. litterariam, quam hactenus editis tot ſcriptis ſuis, tot illuſtratis auctoribus, auxit ornavitque, porro iuvaret ac labantem fulciret cum paucis,* quos aequus amavit Iuppiter, atque ardens evexit ad aethera virtus. *Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἐκ τοιαύτα ἐκ τῶν ὲκ ἐφ' ἡμῖν ἐϛι, καὶ Θεῦ ἐν γόναϲι κεῖται· ᾧ τινι πείθεϲθαι ἡμᾶϛ χρὴ, ὥϲπερ διοικοῦντά τὰ ὅλα καλῶϛ καὶ δικαίωϛ. Quid prohibet autem, quominus in veſtibulo huiuſce opuſculi, cuius dedicationem veteris & illibatae amicitiae noſtrae ſacrum apud poſteros parens tuus eſſe voluit monumentum, digrediar pauliſper in veras laudes tam doctae candidaeque animae?* Paſcitur in vivis livor, poſt fata quieſcit. *Quod ſi quiſquam tam Stoica rigidaque eſt mente, ut ne defunctorum quidem iuſta praeconia, a ſuperſtitibus profecta amicis, ferre queat, ſuo iſte relinquatur ingenio. Saltem nulla hic, vel in ſpeciem, adulationis fuerit ſuſpicio; utpote cui rei apud mortuos locus eſt nullus. Equidem dum reputo mecum Meurſii noſtri vitam, per omnes aetatis gradus honeſte laudabiliterque decurſam, ita cenſeo; non eſſe cur Bataviam noſtram illius pigeat, imo cur glorietur potius tali cive: qui non tantum domi, & in patria Academia, quamdiu temporum id patiebatur ratio, gratus fuit, verum & foris plurimas apud gentes, quibus litterae in pretio ſunt, aeſtimari meruit, eruditionis nomine ac virtutis. Qua ex re eveniſſe certum eſt, quod Sereniſſimus Danorum rex, & gelidae metuendus orae, fama tanti viri excitus, in nobilem Soranam Academiam, hiſtoriaeque ſcribendae ad munus eumdem avocandum iudicaverit, &, quae vere regia eſt munificentia, iam ſui factum iuris ampliſſimis tum honoribus, tum praemiis conſtanter cumulaverit. Qui, extincto quoque eodem, ac morte eius nuntiata, non ſecus fertur indoluiſſe, ac ſi damnum illud, quod Rempub. Litterariam attingebat univerſam, ad ſe unum modo pertineret. Nec dedignatus eſt palam, audiente non uno, profiteri, & Daniae regno utiliſſimum hunc, dum viveret, exſtitiſſe virum, &, ſi per fati vim maiorem licuiſſet, id in votis ſibi fuiſſe, uti vitae finem, quam tardiſſime potuiſſet implere. Ita ſemper, quoties egregia aliqua virtus e medio ſublata eſt, acrius eam impenſiuſque ſolemus quaerere, ac deſiderare. Et profecto, quis non admiretur variam illam ac diffuſam eruditionem in Latinis, Graecis, hiſtoria, & antiquitate Romana, in primis vero Graeca, ac poſterioris etiam aevi, barbarie iam ſua involuti? Multa utique in hanc rem dicenda nobis forent, & ſingula ſuis ornanda encomiis, niſi publica monumenta, quae, ut erat* φιλοπονώτατος, *labore maximo, nec ſine valetudinis diſpendio, perfecit vulgavitque quamplurima, teſtes horum omnium eſſent ſatis luculenti, orbique erudito iamdudum per illa innotuiſſet, celebritate maxima. Aliud eſt, quod ſilentio minime tranſmittendum duco, quodque ad eius commendationem facit, vel maxime. Etenim tenet literatorum pleroſque aeternitatis perpetuaeque famae cupido, ſed inconſulta, & plena inanitatis. Quinimo amabilis haec inſania ita nonnumquam miſellos dementat, eo redigit loci, ut, dum noti nimis eſſe ſtudent omnibus, ignoti moriantur ſibimet ipſis. Ex hoc* κενοδοξίας *fonte, cuius* τρεφὴ τιμαὶ καὶ ἔπαινοι, *iuxta Chryſoſtomum, duella iſta litteraria ſunt, quibus docti inter ſeſe ſaepenumero colliduntur; hinc ſcaturiunt implacabilia illa, & pluſquam Vatiniana, quae gerunt, odia; dum quilibet gloriae tantummodo ſtudet ſuae, dum* ὑπερόχως ἔμμανναι ἄλλων *viis omnibus adfectat, maiorique famae urgetur ſiti, quam virtutis. Nam ubi harum rerum invaluit cupiditas, ibi ſanctam ſervare concordiam difficile eſt, ne dicam impoſſibile. Aeternitatem etiamnum cogitabat ac ſpirabat Meurſius* ὁ πάνυ, *& placidiſſimi vir ingenii, ſed genuinam illam ac veram, quae in caelis obtinetur, quae bono cuique ac probo athletae Chriſtiano a Deo confertur, quaeque ſolidiori longe innixa eſt fundamento, quam periturae aliquando chartae, aut nomini inter homines obliterando. Audiat poſteritas, quae olim perſcripſit in hanc ſententiam ad Ampliſſ. Theodorum Canterum.* Mortalem me eſſe novi, & deberi ſpiritum hunc creatori, & redemtori meo Deo; quem evocantem me lubens ſequar, ita me ille amet. O dies, quae me caelo locabis apud magnum illum Monarcham, quando illucebis? Exorere, exorere. Quid enim in immundo hoc corporis folliculo (cum Arnobio ſic dicam) ex hac lacrimarum valle ad vitam longam optandam hominem Chriſtianum, quae tamen nihil minus, quam longa, ſi paullum modo attendas, & ad aeviternitatem componas, invitet? *Aureae revera voces, ac votum praeclarum, omnibuſque aliis merito anteferendum; in quo ſicuti verae felicitatis continetur ſumma, ita viri pietas ſingularis eluceſcit egregie. Quam virtutum omnium ducem ac reginam ita univerſa vita ac moribus inculpatis expreſſit, ut ab hac ipſa laudem mereatur peculiarem. Non enim, quod vulgus facere ſolet hominum, ex rerum dumtaxat multiplici ſcientia literatos ſpectandos arbitror, verum ex vitae inſuper probitate. Imo ampliſſime laudari exiſtimo eruditum, ita qui laudatur. Quamquam enim ipſa per ſe* εὐσέβεια *poſſeſſorem ſuum apud Deum hominesque gratioſum ſatis reddat ac commendabilem, ſi tamen ad hanc rerum ac diſciplinarum utilium cognitio, litteraeque acceſſerint humaniores, longe eum faciunt plerumque illuſtriorem. Vide, iuvenum decus, quo me provexerit ampliſſimi parentis tui ſtudium atque amor, & coniunctio vetus? Oblitus propemodum eram epiſtolam me ſcribere, non autem panegyricum pertexere, quod integrae laudationis opus eſt, nec huius loci. Deſinam itaque ſi dixero, viri ab eruditione, probitate, candore, ac fide ſpectatiſſimi, mihique amiciſſimi memoriam in perpetua apud me futuram veneratione; cuius veſtigiis quemadmodum inſiſtere iam cepiſti, ita ut eadem magis magiſque premas in poſterum, te ſedulo & moneo, & hortor. Vale ac ſalve, iuvenis praeſtantiſſime, cum matre tua, nobili matrona, & ſorore lectiſſima; quibus ego iuxta ac tibi, in hac triſtiſſima orbitate, vera ſolatia omnia ex animo opto.*

Lugd. Bat. Anno cIↃ IↃcxL.

FOR-

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

FORTVNA ATTICA

SIVE

DE ATHENARVM ORIGINE,

INCREMENTO, MAGNITVDINE,

POTENTIA, GLORIA, VARIO STATV, DECREMENTO, ET OCCASV.

LIBER SINGVLARIS.

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO, ET CELSISSIMO PRINCIPI

FRIDERICO

D. G. HEREDI NORVEGIAE,

DVCI SLESVIGAE, HOLSATIAE, STORMARIAE, DITHMARSIAE;
COMITI IN HOLDENBVRG, & DELMENHORST, &c.

ILLVSTRISSIME, ET CELSISSIME PRINCEPS.

HAEC quorumdam eſt ſententia, neque ea heri, hodieve nata; infra dignitatem veſtram Literas eſſe; nec decorum, uti eas aut ſciatis, aut diſcatis. Sed profecto, iſtos homines qui cum ratione inſanire dixerit, nihil a vero aberraverit. Aliter Alphonſus ſenſit Rex Arragonum, qui, quum quidam indignas Principe Literas diceret, bovis ſe, non hominis, vocem audire dixit. Et de rege Romanorum quodam narrat Ioannes Saresberienſis, monuiſſe Galliae regem, ut inprimis liberos ſuos diſciplinis liberalibus erudiri adcuraret; quippe regem illiteratum, aſinum coronatum eſſe. Non hic verba multa perdam; ſed, ut Neoptolemus ille Ennianus, paucis agam; utque omittam rationes, quas non capiunt, certe exemplis Regum, Caeſarumque victi, manus dabunt. Quis Macedonem Philippum, nato ſibi Alexandro, ſcripſiſſe Ariſtoteli neſcit, non tam filio ſe gaudere, quam quod praeceptore ipſo uſurus eſſet? Apud Romanos Iulio Caeſare nihil maius; tamen hic fortunae ſuae magnitudinem cum doctrina eſt partitus. Auguſti imperium longe clarius ſtudium in doctos fecit. Hadrianus bibliothecam, & gymnaſium Athenis dedit. Antoninus non Philoſophi cognomentum ſe indignum exiſtimavit, & Athenis Profeſſores, annuamque his mercedem eſt largitus. Carolus Magnus, & Franciſcus, rebus geſtis longe maximi, maiores tamen ſuo in ſtudia adfectu habentur. Carolus Quinctus, poſtquam in aetate prima Hadriani praeceptoris negligentiorem ſeſe praebuiſſet, mox Imperio potitus, culpam ſuam intellexit, publiceque profiteri non erubuit. Atque ut alios nunc praeteream, numero multos, advocabo Illuſtriſsimam Celſitudinis Tuae domum. In hac eſt Avus tuus Adolphus, Princeps bello, & pace clariſsimus, qui Dithmarſos, gentem longe ferociſſimam, & invictam ad id tempus, cum fratre Ioanne, & Friderico II. Daniae Rege in ordinem coegit. Ille ipſe, uti verus Martis pullus, bellicaque laude ſummus, ſic Muſarum antiſtes maximus habebatur. Eumdem animum liberi eius accepere; in quibus Fridericus erat, Selsvicenſis Epiſcopus, inter alias virtutes eruditione praeſtans. Philippus, patris ſui aemulus, plane in exemplum factus. Quid Ioannem Adolphum dicam, Celſitudinis Tuae patrem? Ille, ut & ipſe doctus, ſic doctorum adeo amans, ut Moecenas ſui aevi cenſeretur. Inter doctos, quos complexus, Ioannes a Wowver memorandus vir inſignis, quem, amore literarum, dignitatibus ſummis auxit. Bibliothecam inſignem in regia vere arce Gottorpia libris optimis, Graecis pariter, ac Latinis, nummis veteribus, ceteriſque Antiquitatis inſtrumentis exornatam: e qua Procli De Platonis Philoſophia *monumenta nobis promſit. Nec contentus ipſum exemplar liberaliter protuliſſe, ut adfectum illum in doctos manifeſtiorem faceret, ſua impenſa in Latinam linguam verti, & excudi adcuravit. Qua re ſane orbem totum literatum ita arcte ſibi obſtrinxit, ut non magis quiſquam poſsit; beneficiumque ſummum mox profeſſae ipſae Muſae, poſt receptam coelo animam, nomen eius in Aeternitatis templo conſecratum, immortale effecere. Non hic poſſum, quin ad ſequiorem quoque ſexum tranſeam, & Chriſtinam Celſ. Tuae amitam, per occaſionem praedicem; quae quum feminas ſui ordinis multis modis antecelleret, dignum certe tot virtutibus matrimonium conſequuta eſt. Itaque nupta Carolo IX. Svecorum, Gothorum, Vandalorumque Regi, filium huic Guſtavum peperit; quem qui ſaeculi noſtri Auguſtum, ſicut ipſum nominis anagramma habet, adpellaverit, nihil ille praeter veritatem dixerit. Ego certe, qui reipſa ſum expertus, ſummam eius erga doctos benevolentiam praedicare numquam deſinam. Neque ille alia matre naſci debuit, neque parere filium illa alium potuit. His maioribus Tu prognatus,* FRIDERICE, *ita excellis, ut virtutes Principum omnium, quos familia iſta illuſtriſsima hactenus habuit, blandior natura quaedam in Te unum derivaſſe videatur. Summa ipſe eruditione praeditus, amas doctos, aeſtimaſque; nec prolixo in hos adfectu ulli cedis; atque ut nuper Celſ. Tuae parens, Ioannes Adolphus, Proclum nobis eſt largitus, ita a Te Nicolaum Methonenſem expectamus. In quo ſtudio laudatiſsimo miniſtrum habes, ut in aliis rebus omnibus, fideliſsimum, virum inſignem, & magnificum, Martinum Chemnitium Celſ. Tuae Cancellarium, Te Principe, & iſto munere ſane digniſsimum. Nil hic, Illuſtriſs. & Celſiſs. Princeps, de virtutibus tuis ceteris delibabo, quas, praeconio inferiore ne quid deteram, tacitus venerari malo. Illud dicam, vehementer me nonnunquam admiratum, quum ingentes laudes tuas memoraret Vir Nobiliſsimus, & Ampliſsimus, Ianus Rutgerſius, cui Te coram noſſe contigit, quum is nuper, a Sereniſs. Sveciae Rege ad Celſ. Tuam legatus, ſplendidiſſimo adparatu, & immenſa comitate abs Te exceptus, aliquandiu tecum ageret. Et ille quidem, ut eſt alias facundus, numquam tamen magis videtur, quam quum de virtutibus tuis verba facit. Macte vero iſto in eruditos animo, Illuſtriſs. & Celſiſs. Princeps; ſic devotos Celſ. Tuae habebis, quotquot uſpiam inter Muſarum cultores nomen ſuum profitentur. In iſtis, qui humillimae obſervantiae teſtimonium librum iſtum* De Fortuna Athenarum *Celſ. Tuae offero. Vtinam autem ita placeat, ut placere eum opto; quin, ut placeat, quanta poſſum animi demiſsione etiam precor.*

Lugduni Batavorum ad diem XI. *Martii*, CIↃ IↃ CXXII.

Illuſtriſs. Celſit. Tuae humillime devotus
IOANNES MEVRSIVS.

Digitized by Google

IOANNIS MEVRSI
DE
FORTVNA ATHENARVM
LIBER SINGVLARIS.

CAPVT PRIMVM.

Antiquitas Vrbis. Athenienſes ſe αὐτόχθονας eſſe volebant. Fruges ibi loci inventae; item leges, quas & Lacedaemonii inde, & Romani petierunt. Matrimonium etiam illic inſtitutum a Rege Cecrope, qui & Διφυὴς inde dictus. Cicadae geſtari ſolitae. Sopatri locus emendatus. Quando tandem is mos deſitus.

QVVM Athenas illuſtraſsem, viſum etiam *De Fortuna eius Vrbis* ſingillatim quaedam dicere. Quomodo autem, qui nobilitatem iactant, quae Fortunae primum bonum, annos putant, & ab iis aeſtimari illam cupiunt; ita mihi, quum haec urbs ſit toto orbe nobiliſſima, primo loco de antiquitate eius ſermo erit, quae profecto longe maxima. Teſtis locuples Iſocrates in Panegyrico: Ὁμολογεῖται μὲν γὰρ ἡ πόλιν ἡμῶν ἀρχαιοτάτην εἶναι. *In confeſſo enim quidem eſt, urbem noſtram eſſe veterrimam.* Quin αὐτόχθονας, *Indigenas*, Athenienſes ſe dicebant. Plato de iis in Menexeno: Τῆς δ' εὐγενείας πρῶτον ὑπῆρξε τοῖσδε ἡ τῶν προγόνων γένεσις, οὐκ ἔπηλυς ὄσα, οὐδὲ τοὺς ἐκγόνους τῇδε ἀποφηναμένη μετοικοῦντας ἐν τῇ χώρᾳ, ἄλλοθεν σφῶν ἡκόντων, ἀλλ' αὐτόχθονας. *Prima quidem generis horum laus eſt, quod maiorum origo haud peregrina fuit, neque ſucceſſores hos ita hic reliquit velut inquilinos novoſque homines, ex advenis genitos, ſed indigenas.* Demoſthenes in Orat. Fun. Ἡ γὰρ εὐγένεια τῶνδε τῶν ἀνδρῶν ἐκ πλείστου χρόνου παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις ἀνομολογεῖται. οὐ γὰρ μόνον εἰς πατέρ' αὐτοῖς, οὐ τῶν ἄνω προγόνων κατ' ἄνδρα ἀνενεγκεῖν ἑκάστῳ τὴν φύσιν ἐστίν. ἀλλ' εἰς ὅλην κοινὴν ἅπασαν τὴν ὑπάρχουσαν πατρίδα, ἧς αὐτόχθονες ὁμολογοῦνται εἶναι. μόνοι γὰρ πάντων ἀνθρώπων ἐξ ἧσπερ ἔφυσαν, ταύτην ᾤκησαν, οὐ τοῖς ἐξ αὐτῶν παρέδοσαν. *Nobilitas enim horum virorum ex plurimo tempore apud omnes homines agnoſcitur. Non enim modo ad patrem illis, & ad maiores, viritim referre unicuique originem licet: ſed ad univerſam communiter patriam, cuius indigenae exiſtimantur eſſe. Soli enim omnium hominum eam, unde nati ſunt, incolunt, & ſuis ex ſe natis tradiderunt.* Euripides Ione:

——— ἐλθὼν λαὸν εἰς αὐτόχθονα
Κεκροπῶν Ἀθηνῶν ———
veniens populum ad indigenam
Inclitarum Athenarum ———

Et poſtea iterum:

Ἄκουσον, εἶναί φασι τὰς αὐτόχθονας
Κλεινὰς Ἀθήνας, οὐκ ἐπείσακτον γένος.
Audi eſſe dicunt indigenas
Inclitas Athenas, non introductam nationem.

Ita Γηγενεῖς *terra nati* dicuntur a Phalaride (a) in Epiſtola quadam ad ipſos. Ἐγὼ μὲν, ὦ σοφώτατοι γηγενεῖς Ἀθηναῖοι, ἐν τούτῳ τὰ ὑμέτερα ἤθη ἐμιμησάμην. *Ego quidem, o ſapientiſſimi terrae filii Athenienſes, etiam in hoc mores veſtros imitatus ſum.* Et *Terrigenae* ab Auſonio in Catalogo Vrbium.

Nunc & terrigenis patribus memoremus Athenas. (b)

Immo cum ſole nati eſſe dicebantur. Menander Rhetor lib. 1. cap. xv. Τρίτον ἔφαμεν τῦ γένους εἶναι τὸν χρόνον τρίσιν ὅροις, ἢ τῶν παλαιοτάτων, ὅταν ἢ πρὸ ἄστρων φάσκομεν, ἢ πρὸ κατακλυσμοῦ, ἢ μετὰ κατακλυσμὸν, ὡκίσθηναι ἢ πόλιν, ἢ χώραν. ἢ ὥσπερ Ἀθηναῖοι μεθ' ἥλιον γενέσθαι φασίν. Ἀρκάδες δὲ πρὸ σελήνης. *Tertium diximus generis eſſe tempus tribus terminis, aut vetuſtiſſimorum, quando aut ante aſtra dicimus, aut ante diluvium, aut poſt diluvium, habitatam fuiſſe vel urbem, vel regionem; & ſicut Athenienſes cum ſole fuiſſe dicunt; Arcades vero ante lunam.* Sane antiquitatem ſuam iactitaſse Athenienſes etiam Libanius teſtis Declam. xix. Ἡ Ἀθηναίων πόλις ταῦτα εἴργασται, ἀεὶ σεμνυνομένη πρεσβεῖα γένους. *Athenienſium urbs iſta fecit, ſemper iactans privilegia generis.* Et, ut Latinos advocemus, Cicero pro L. Flacco: *Adſunt Athenienſes, unde doctrina, humanitas, religio, fruges, iura, leges ortae, atque in omnes terras diſtributae putantur: de quorum urbis poſitione, propter pulcritudinem, etiam inter deos certamen fuiſſe proditum eſt, quae vetuſtate ea eſt, ut ipſa ex ſeſe cives ſuos genuiſſe dicatur.* Iuſtinus ubi de Athenienſibus agit lib. II. *Praeterquam incremento, etiam origine gloriantur;*

(a) Phalaridis Epiſtolae ὑποβεβλημέναι.
(b) Haud omittendi profecto erant inſignes Homeri verſus Iliad. B.

Οἱ δ' ἀρ' Ἀθήνας εἶχον ὑψίμεδοντος ἀλαλήθρου
Δήμου Ἐρεχθῆος μεγαλήτορος, ὃν ποθ' Ἀθήνη
Θρέψε Διὸς θυγάτηρ, τέκε δὲ ζείδωρος ἄρουρα.

Digitized by Google

quippe non advenae, neque passim collecta populi colluvies originem urbi dedit, sed eodem innati solo, quod incolunt; & quae illis sedes, eadem origo est. Hilduinus in Vita Dionysii Areopagitae, ubi de Athenis agit, lib. 11. *Vrbs incluta, & antiqua; sola, praeter externum incrementum, glorioſa; cuius civibus non dedit initium collecta nativitas; ſed quae illis ſedes, eadem eſt & origo.* Antiquitatem tribuit quoque Aemilius Probus in Vita Attici: *Hoc ſpecimen prudentiae, quod quum in eam civitatem* (Athenas intelligit) *ſe contuliſſet, quae antiquitate, humanitate, doctrina praeſtaret omnes, ei unus ante alios fuerit cariſſimus.* Et *Vrbs vetuſta* dicitur Tacito Annal. 11. *Hinc ventum Athenas; foederique ſociae, & vetuſtae urbis dedit, ut uno lictore uteretur.* Quidam tamen colonos Saitarum Aegyptiorum Athenienſes dictitabant. Diodorus Siculus lib. 1. Καὶ τὰς Ἀθηναίας δέ φασιν ἀποίκους εἶναι Σαϊτῶν τῶν ἐξ Αἰγύπτου, καὶ πειρῶνται τῆς οἰκειότητος ταύτης φέρειν ἀποδείξεις. παρὰ μόνοις γὰρ τῶν Ἑλλήνων τὴν πόλιν ἄσυ καλεῖσθαι, μετενηνεγμένης τῆς προσηγορίας ἀπὸ τῆ παρ' αὐτοῖς ἄσεος. *Sed & Athenienſes ferunt colonos eſſe Saitarum ex Aegypto, & conantur cognationis iſtius ferre demonſtrationes. Apud ſolos enim ex Graecis urbem adpellari aſty, transportata adpellatione ab eo, quod apud ipſos eſt aſty.* Vide quae illic plura ſequuntur, Iulius Africanus, Chronographiae lib. 111. apud Euſebium De Praep. Evang. lib. Ὅτι τε Ἀθηναίους τῶν αὐτῶν Ἀθηναίοις ἀποδοῦναι εἰκὸς ἦν, ἀποίκους ἐκείνων ὑπονοουμένους, ὡς φασιν ἄλλοι τε, καὶ ἐν τῷ Τρικαρήνῳ Θεόπομπος. *Athenienſes eorum Athenienſibus frui congruum eſſet, quum eorum coloni eſſe cognoſcantur, ut, & alii quidem perhibent, & in Tricareno Theopompus.* Platoni in Timaeo, Saitae Φιλαθήναιοι, καί τινα τρόπον οἰκεῖοι τῶνδε, *amici Athenienſium, & quodammodo propinqui horum* dicuntur. Ecce verba: Εἴ τις καλ' Αἴγυπτον, ἦδ' ὃς, ἐν τῷ Δέλτα, περὶ ὃ κατὰ κορυφὴν σχίζεται τὸ τοῦ Νείλου ῥεῦμα, Σαϊτικὸς ἐπικαλούμενος νομός. τούτου δὲ τοῦ νομοῦ μεγίστη πόλις Σάϊς· ὅθεν δὴ καὶ Ἄμασις ἦν ὁ βασιλεύς, οἵ τῆς πόλεως θεὸς ἀρχηγός ἐστιν, Αἰγυπτιστὶ μὲν τὄνομα Νηίθ, Ἑλληνιστὶ δὲ, ὡς ὁ ἐκείνων λόγος, Ἀθηνᾶ. μάλα γ' Φιλαθήναιοι, καί τινα τρόπον οἰκεῖοι τῶνδε εἶναι φασιν. *Eſt quaedam in Aegypto, inquiebat ille, in Delta, cuius e vertice ſcinduntur fluenta Nili, Saitica cognominata praefectura; eius vero praefecturae urbs maxima Sais; unde etiam Amaſis erat Rex, ubi urbis numen primarium eſt, Aegyptiace quidem nomen Neith; Graece autem, ut eorum ſermo eſt, Athena; valde autem amici Athenienſium, & quodammodo propinqui eorum eſſe dicuntur.* Ad quem locum ita Proclus Comment. 1. Τὰς δὲ Ἀθηναίους Καλλισθένης μὲν, καὶ Φανόδημος, πατέρας τ Σαϊτῶν ἱσορῦσι γενέσθαι. Θεόπομπος δὲ ἀνάπαλιν, ἐποίκους αὐτῶν εἶναί φησιν. Ἀτλικὸς δὲ ὁ Πλατωνικὸς διὰ βασκανίαν φησὶ μεταποιῆσαι τὴν ἱστορίαν τὸν Θεόπομπον· ἐπ' αὐτῆ γὰρ ἀφικέσθαι τινὰς ἐκ τῆς Σάεως, ἀνανεωμένους τὴν πρὸς Ἀθηναίους συγγένειαν. ὁ δὲ Πλάτων τοιοῦτον μόνον εἶπε περὶ αὐτῶν, ὅτι Φιλαθήναιοί τε οἱ Σαΐται καί τινα τρόπον οἰκεῖοι. *Athenienſes vero Calliſthenes quidem, & Phanodemus, patres Saitarum memorant eſſe. Theopompus autem vice verſa, colonos eorum eſſe dicit. Atticus vero Platonicus per invidiam ait immutaſſe hiſtoriam Theopompum: ſuo enim tempore veniſſe quosdam ex Sai renovantes cognationem cum Athenienſibus. Plato autem id ſolum dixit de illis: Athenienſium amicos eſſe Saitas, & quodammodo propinquos.* Vbi illud mihi obſerva, contra dictum a Phanodemo, & Calliſthene, Saitas ortos Athenienſibus. Ita quoque Apollonius Tyaneus in Epiſtola ad Saitas. Ἀθηναίων ἀπόγονοι ἔστε, καθάπερ ἐν Τιμαίῳ Πλάτων φησίν. *Ex Athenienſibus oriundi eſtis, ut ait Plato in Timaeo.* Atque antiquitatis ſuae argumentum oſtentabant Athenienſes repertas fruges (a). Res eſt nota. Cicero in citatis verbis. *Adſunt Athenienſes, unde doctrina, humanitas, religio, fruges, iura, leges ortae.* Demetrius Phalereus apud Rutilium Lupum de Fig. Sent. lib. 11. *Nobis primum dii immortales fruges dederunt; nos, quod ſoli accepimus, per omnes terras diſtribuimus.* Inſignis maxime eſt Iſocratis locus in Panegyrico. Πρῶτον μὲν οὖν, ὃ πρῶτον ἡ φύσις ἡμῶν ἐδεήθη, διὰ τῆς πόλεως ἡμετέρας ἐπορίσθη. καὶ γὰρ εἰ μυθώδης ὁ λόγος γέγονεν, ὅμως αὐτὸν καὶ νῦν ῥηθῆναι προσήκει. Δήμητρος γὰρ ἀφικνουμένης εἰς τὴν χώραν ἡμῶν, ὅτε ἐπλανήθη, τῆς Κόρης ἁρπασθείσης, καὶ πρὸς τοὺς προγόνους τοὺς ἡμετέρους εὐμενῶς διατεθείσης ἐκ τῶν εὐεργεσιῶν, ἃς οὐκ ὀλίγον τε ἄλλοις, ἢ τοῖς μεμυημένοις ἀκούειν, καὶ δύσης δωρεὰς διττὰς, αἵπερ μέγισαι τυγχάνουσιν οὖσαι, τούς τε καρποὺς, οἱ τοῦ μὴ θηριωδῶς ζῆν αἴτιοι γεγόνασι. *Primum quidem igitur, quo primum natura noſtra indiguit, per urbem noſtram acquiſitum fuit. Etenim, licet fabuloſus ſermo ſit, tamen eum nunc quoque memorari oportet. Cererem namque veniente in regionem noſtram, quum erraviſſet, ob Proſerpinam raptam, & circa maiores noſtros benigne adfecta propter beneficia, quae non debent alii, quam initiati audire, & praebente duo dona, quae ſunt maxima, fructuſque, qui in cauſa fuerunt, ne beſtiarum inſtar viveremus,* & quae ſequuntur. Ivo in Chronico. *Athenienſes vini, & olei uſum primi finitimis tradidiſſe feruntur.* Item leges ſibi etiam vindicabant. Cicero loco citato. *Leges ortae* (*apud Athenienſes*) *atque in omnes terras diſtributae putantur.* Et obſerva, in omnes terras diſtribuerunt; ac ab illis Lacedaemonii acceperunt. Iſocrates in Panathenaico, ubi de Lacedaemoniis agit. Ἐγὼ δὲ ὁμολογῶ μὲν ἐρεῖν πολλὰ τῶν καθεστώτων ἐκεῖ, οὐχ ὡς Λυκοῦργός τι τούτων εὑρόντος, ἢ διανοηθέντος, ἀλλ' ὡς μιμησαμένος τὴν διοίκησιν, ὡς δυνατὸν ἄριστα τῶν προγόνων τῶν ἡμετέρων, καὶ τήν τε δημοκρατίαν καταστήσαντος παρ' αὐτοῖς, τὴν ἀριστοκρατίᾳ μεμιγμένην. ἥπερ ἦν παρ' ἡμῖν. καὶ τὰς ἀρχὰς οὐ κληρωτὰς, ἀλλ' αἱρετὰς ποιήσαντος. *Ego quidem conſentio multa dicere de iis, quae illic obtinent, non quaſi Lycurgus aliqua eorum invenerit, aut excogitaverit, ſed qui imitatus fuerit adminiſtrationem, quam optime potuit noſtrorum maiorum, & populare imperium apud eos conſtitue-*

(a) Hinc in Athenienſium nummis Ceres aliquando, & Triptolemus illius curru vectus occurrit.

Digitized by Google

stituerit, temperatum regimine optimatum, quod erat apud nos; & magistratus non sorte, sed delectu creandos induxerit. Et Romanos item ab illis accepisse nemo ignorat. Narrat Dionysius Halicarnasseus lib. x. Livius lib. III. aliique. Et innuit Sedulius Scotus Commentario in Epistolam ad Romanos cap. VII.

Lex Romanis ex Athenis adlata est.

Silius lib. XIII.

Exin designat vates, qui iura sub armis
Poscenti dederint populo, primique petitas
Miscuerint Italis Piraeo litore leges (a).

Hilduinus in encomio Vrbis huius, loco paulo ante citato. *Prima cunctarum urbium leges tradidit, & aliis iura tradidit.* Atque inde explicari ista Hegesippi possunt, De Excidio Hierosolymorum lib. II. *Illae Athenae, quae leges aliis dabant, nunc alienis legibus famulantur.* Et matrimonium ibi primum institutum a Rege Cecrope; unde Διφυὴς ille dictus. Athenaeus lib. XIII. Ἐν δὲ Ἀθήναις πρῶτος Κέκροψ μίαν ἑνὶ ἔζευξεν, ἀνέδην τὸ πρότερον ἁπασῶν τ' συνόδων, κ) κοινογαμίων ὄντων. διὸ καὶ ἔδοξέ τισι διφυὴς νομισθῆναι. οὐκ εἰδότων τ' πρότερον διὰ τὸ πλῆθος τ' πατέρα. *Athenis vero primus Cecrops unam uni iunxit, promiscue antea congressibus permissis, & communione nuptiarum licita. Ideo etiam visus fuit nonnullis biformis existimari, quum priores ignoraverint patrem propter multitudinem.* Syrianus in Hermogenem. Κέκροψ πρῶτον συνήγαγεν ἄνδρα, καὶ γυναῖκα· ὃς ἀπὸ τούτου Διφυὴς ἐκλήθη. *Cecrops primo coniunxit virum, & mulierem; qui etiam ex hoc vocatus fuit biformis.* Iustinus lib. II. *Ante Deucalionis tempora Regem habuere (Athenae) Cecropem, quem, ut omnis antiquitas fabulosa est, biformem tradidere, quia primus marem feminae matrimonio iunxit* (b). Quin in capite aureas cicadas etiam, antiquitatis monumentum, Athenienses gestitabant. Scholiastes Thucidides lib. I. Ἐφόρουν δὲ χρυσοῦς τέττιγας οἱ Ἀθηναῖοι. *Gestabant vero aureas cicadas Athenienses.* Clemens Alexandrinus Paedag. lib. II. Ἀθηναίων δὲ ἔμπαλιν οἱ ἄρχοντες, οἱ τὸ ἀστικὸν πολίτευμα ἐζηλωκότες, ἐκλαθόμενοι τῆς ἀνδρογύνου, ἐχρυσοφόρουν, ποδήρεις χιτῶνας ἐνδυόμενοι, καὶ ποδήρης ἱμάτιον· κ) κρωβύλων, ὃ ἐμπλοκῆς ἐστιν εἶδος, ἀνεδοῦντο χρυσοῦν, ἐνέρσει τεττίγων κοσμούμενοι. τὸ γηγενὲς, ὡς ἀληθὲς, ἀτεροκαλίᾳ κινδύνου ἐνδεικνύμενοι. *Athenienſium vero rursum magistratus, quum civile genus vivendi adamarent, obliti virilitatis, aurum gestabant; talares tunicas induti, & talaribus amiciebantur; & crobylum, quod est spirae crinium genus, circumligabant aureum, immissione cicadarum ornati; originem terrestrem, quasi veram, adfectatione cinaedica ostentantes.* Gregorius Nazianzenus in Carm.

Κεκροτίδαι τέττιγα πλόκων ὑπὲρ υἷέα γαίης
Γηγενέες. κ) εἶδος ἔχῃ πατρώϊον εὖχος.
Cecropidae cicadam super crinium flexus prolem terrae
Ex terra nati; & patriam species habet gloriam.

Philostratus in Insulis, Iconum lib. II. Καὶ ὁ δράκων δὲ ὁ τῆς Ἀθηνᾶς, ὁ ἔτι καὶ νῦν ἐν ἀκροπόλει οἰκῶν, δοκεῖ μοι τὸν Ἀθηναίων ἀσπάζεσθαι δῆμον ἐπὶ τῷ χρυσῷ, ὃν ἐκεῖνοι τέττιγας ἐπὶ τῆς κεφαλῆς ἐποιοῦντο. *Verum & draco Minervae, etiam nunc in arce habitans, videtur mihi gratulari populo Athenienſi propter aurum, quod illi in cicadas conflatum capite gestabant.* Virgilius in Ciri.

Ergo omnis cano residebat cura capillo,
Aurea solenni comtum quem fibula ritu
Cecropiae tereti nectebat dente cicadae.

Sopater in Hermogenem. Ἔθος δὲ, νόμιμον ἔγγραφον, ἐκ συλλογῆς παρισάμενον παραδείγμάτων, ὡς τὸ τεττιγοφορεῖν Ἀθηναίοις. *Consuetudo autem, ius scriptum, ex collectione exemplorum compositum, ut cicadam gestare Atheniensibus.* Ita enim ibi scribendum. Perperam editur: ὡς τὸ τεττιγοφορεῖν ἢ ναίοις. *Vt cicadam gestare templis.* Et respexit Tertullianus De Vel. Virg. cap. X. *Debebunt etiam ipsi aliqua sibi insignia defendere, aut pennas Garamantum, aut crobylos Barbarorum, aut cicadas Atheniensium, aut cirros Germanorum, aut stigmata Britonum.* Videndus quoque AElianus Var. Hist. lib. IV. cap. XXII. item Scholiastes Comici ad Nubes, & Equites. Ac retinuere morem fere ad Thucydidis tempora, qui paulo ante desiisse tradit nobis lib. I. Καὶ οἱ πρεσβύτεροι αὐτοῖς (τοῖς Ἀθηναίοις) τῶν εὐδαιμόνων, διὰ τὸ ἁβροδίαιτον, ὀλίγου χρόνου ἐπιχιτῶνας τε λινοῦς ἐπαύσαντο φορέντες, καὶ χρυσῶν τεττίγων ἐνέρσει κρώβυλον ἀναδούμενοι τῶν ἐν τῇ κεφαλῇ τριχῶν. *Et seniores ex locupletibus apud eos (Athenienses) propter vitam volupem, non longum tempus est, postquam vestes lineas desiverunt gestare, & aurearum cicadarum immissione crobylum illigae crinibus capitis* (c).

CAP. II.

De earum conditoribus. Isidorus emendatus. Cecropia *primum, inde* Athenae *nominatae. Minervae, & Neptuni contentio; eaque quando facta. Boedromionis dies secundus mense exemtus.*

QVando de antiquitate a me actum, consectarium ut exponam, qui obtigerint conditores. De his autem antiquorum variae certe sunt sententiae. Strabo, ubi de iis agit lib. IX. Πολὺ δ' ἂν πλέων εἴη λόγος, εἰ τὰς ἀρχηγέτας τῦ κτίσματος ἐξετάζοι τις, ἀρξάμενος ἀπὸ Κέκροπος· Οὐδὲ γὰρ ὁμοίως λέγουσιν ἅπαντες. *Multo autem crebrior sermo foret, si conditores primos oppidi quis consideret, incipiens a Cecrope. Non enim similiter loquuntur omnes.* Sunt qui Cecropem Regem dicant (d). Isidorus in Chronico. *Cecrops Athenas condidit, & ex nomine Minervae Atticos Athenienses vocavit.* Et Orig. lib. XV. cap.

(a) Mirari autem subit rem adeo celebrem, & omnium consensu firmatam futilibus rationibus a Io. Baptista de Vico nostra aetate impugnatam fuisse.
(b) Vide Lib. I. Regni Attici Cap. VI
(c) Heinc in nummis Atheniensium Cicadae interdum occurrunt.
(d) Vide Lib. I. Reg. Attic. Cap. VI.

Digitized by Google

cap. I. *Athenas in Hellade Cecrops condidit, & ex ſuo nomine Cecropiam adpellavit. Amphictyon*, (ita ſcribo pro *Amphion*,) *qui in Graecia tertius poſt Cecropem regnavit. Minervae ſacravit, & nomen civitati Athenas dedit.* Et ecce, Cecropia primum a Cecrope, inde Athenae nuncupatae ab Amphictyone. De Cecropia etiam Plinius lib. VII. cap. LVI. *Oppidum* (*Athenas*) *Cecrops a ſe adpellavit Cecropiam.* Et Etymologici Auctor in Ἐπακρία χώρα. Ἀθηναίους πάλαι κωμηδὸν οἰκοῦντας, πρῶτος Κέκροψ συναγαγὼν, κατώκισεν εἰς πόλεις δυοκαίδεκα· καὶ τὴν τῶν πολιτῶν ἐπωνυμίαν ἀφ' ἑαυτῦ Κεκροπίαν προσηγόρευσε. *Athenienſes quondam vicatim habitantes primus Cecrops congregans, collocavit in urbibus duodecim; & civium adpellationem a ſe Cecropiam adpellavit.* Euripides Supplicibus.

Αὐτόν τ' ἄνακτα, παῖδα κλεινὸν Αἰγέως·
Καὶ τὰς σὺν αὐτῷ, δεξιὸν τεταγμένας
Κέρας, παλαιᾶς Κεκροπίας οἰκήτορας.
Ipſumque regem, filium inclitum AEgei;
Et qui cum illo, dextro locatos
Cornu, antiquae Cecropiae incolas.

Moxque, aucta in maius Vrbe, nomen iſtud arci manſit; qua de re in libro *De Arce* a me dictum cap. IV. Apollodorus totam Atticam ita dictam nobis tradidit lib. III. Κέκροψ αὐτόχθων συμφυὲς ἔχων σῶμα ἀνδρὸς, καὶ δράκοντος, τὴν Ἀττικῆς ἐβασίλευσε πρῶτος, καὶ τὴν γῆν, πρότερον λεγομένην Ἀκτὴν, ἀφ' ἑαυτῦ Κεκροπίαν ὠνόμασεν. *Cecrops indigena corpus habens cognatum viri, & draconis, in Attica regnavit primus, & regionem prius vocatam Acten, a ſe Cecropiam nominavit.* Alii Vrbem non Cecropiam dictam a Cecrope, ſed Athenas ſunt auctores. Cedrenus. Οἱ Κέκροψ διφυὴς ὠνομάσθη, ἢ διὰ μῆκος σώματος, ἢ ὅτι, Αἰγύπτιος ὤν, δύο γλώσσας ἠπίσατο. ἔτος μετὰ τὸν κατακλυσμὸν τῆς Ἀττικῆς Ἀθηνῶν ἐβασίλευσε χρόνους πεντήκοντα, καὶ ἀπὸ τῆς Ἀθηνᾶς τὴν πόλιν Ἀθήνας ὠνόμασε. *Cecrops biformis nominatus fuit, vel propter magnitudinem corporis, aut quod AEgyptius quum eſſet, duas linguas noſſet. His poſt diluvium Atticae fuit Athenarum Rex per annos quinquaginta, & a Minerva urbem Athenas nominavit.* Plutarchus Theſeum Athenis nomen dediſſe auctae in maius a ſe urbi auctor eſt in eius Vita. Τὸ ἄστυ, τὴν τε πόλιν, Ἀθήνας προσηγόρευσε. *Arcemque, & urbem Athenas nominavit.* De Athenis ab Amphictyone nuncupatis eſt Iuſtini quoque locus lib. II. *Poſt hunc Cranaum Amphictyon regnavit, qui primus Minervae urbem ſacravit, & nomen civitati Athenas dedit.* A Minervae nomine, quae Ἀθηνᾶ Graecis, dictas Athenas, res eſt certa; eſtque Sophoclis in hanc rem locus in Oed. Col.

Ἵτ' ὦ μεγίστης Παλλάδος καλούμεθαι
Πασῶν Ἀθῆναι τιμιωτάτη πόλις,
Age, o maximae Palladis vocatae
Omnium Athenae pretioſiſſima urbs.

Hyginus Minervam condidiſſe, & a ſe Athenas adpellaſſe dicit Fab. CLXIV. *Minerva ex ſuo nomine oppidum Athenas condidit* Iterum Fab. CCLXXV. *Minerva in Attide Athenas condidit, quas ex ſuo nomine adpellavit.* Conditam ab ea Vrbem etiam ait Iulius Firmicus De Err. Prof. Relig. *Vna* (*Minerva*) *eſt, Vulcani filia, quae Athenas condidit.* Et Prudentius contra Symmachum lib. II.

——— *ante,*
Quam Priami genitor conductis moenia fabris
Exſtrueret, quam virgo ſuas fundaret Athenas
Pallas. ———

Hinc Θεοδμήτους Ἀθήνας, *a numine conditas Athenas*, dixit Euripides in Hippolyto.

Καὶ μήτ' Ἀθήνας τὰς θεοδμήτους μόλῃς.
Et neque Athenas divinitus conditas veneris.

Vbi Scholiaſtes vetus. Καὶ μήτε εἰς τὴν πόλιν ταύτην εἰσέλθῃς, τὴν ὑπὸ Ἀθηνᾶς ᾠκοδομημένην. *Et neque in illam urbem intraveris, quae a Pallade eſt extructa.* Et Παλλάδος πόλιν. *Palladis urbem.* AEſchylus Perſis.

Θεοὶ πόλιν σώζουσι Παλλάδος θεᾶς.
Dei ſervant urbem Deae Palladis.

Item Eumenidibus,

——— μολὼν δὲ Παλλάδος ποτὶ πόλιν.
——— *Veniens autem Palladis ad urbem.*

Quintus Calaber adpellat Minervae ſacrum campum lib. VIII.

——— οὐδὲ μὲν ἐσθλὴ
Παλλὰς ἐν πεδίῳ Τρώων μένεν, ἀλλὰ κ' αὐτὴ
Ἴξεν Ἀθηναίων ἱερὸν πέδον. ———
——— *Ne quidem bona*
Pallas in campo Troum manſit, ſed & ipſa
Venit Athenienſium ſacrum in campum.

Et *Virgineas Cecropis arces* nuncupat Valerius Flaccus Argonautic. lib. V.

——— *virgineas praeder ſi Cecropis arces.*

Athenas autem adpellatas, regnante Erechtheo, tradit Marcianus in ſua Περιηγήσει.

Ἐξῆς Ἀθήνας φασὶν οἰκητὰς λαβεῖν,
Τὸ μὲν Πελασγοὺς πρῶτον, οὓς δὴ κ' λόγος
Κρανααὺς καλεῖσθαι, μετὰ δὲ ταῦτα Κεκροπίδας,
Κέκροπος δυναστεύσαντος· ὑστέροισι δὲ
Χρόνοις, Ἐρεχθέως τῆς πόλεως ἡγουμένου
Ἀπὸ τῆς Ἀθηνᾶς τὴν προσηγορίαν λαβεῖν.
Deinde Athenas inquiunt cives accepiſſe,
Primum quidem Pelaſgos, quos etiam ſermo eſt
Cranaos vocari, poſt haec autem Cecropidas,
Cecrope potente rerum; ſequutis vero
Temporibus, Erechtheo urbis praeſide,
A Minerva adpellationem accepiſſe.

Quod Cecropem adtinet, alii non conditam urbem ab eo, verum inſtauratam tradunt. Auguſtinus De Civ. Dei lib. XVIII. c. VIII. *Iam tamen Minerva tamquam dea celebratur, regnante Athenienſibus Cecrope; ſub quo rege etiam ipſam vel inſtauratam ferunt, vel conditam Civitatem.* Strabo duodecim tota Attica a Cecrope urbes conſtitutas eſſe ait; Cecropiam, Epacriam, Tetrapolim, Deceleam, Eleuſinem, Aphidnam, Thoricum, Brauronem, Cytherum, Sphettum, Cephiſiam, & Phalerum. Ecce verba lib. IX. Φησὶ Φιλόχορος Κέκροπα πρῶτον εἰς δυοκαίδεκα πόλεις συνοικίσαι τὸ πλῆθος, ὧν ὀνόματα, Κεκροπία, Τετράπολις, Ἐπακρία, Δεκέλεια, Ἐλευσὶς, Ἀφίδνα, Θόρικος, Βραύρων, Κύθηρος, Σφῆττος, Κηφισία, Φάληρος. *Dicit Philocharus, Cecropem primum in duodecim*

Digitized by Google

decim urbes deduxiſſe multitudinem, quarum nomina, Cecropia, Qradrurbs, Epacria, Decelia, Eleuſis, Aphidna, Thoricus, Brauron, Cytherus, Sphettus, Cephiſia, Phalerus. Porro, ut Minerva Vrbem condidiſſe a quibusdam memoratur, ita Iupiter muris eam incluſiſſe. Gotfridus Viterbienſis Chronici Parte v.

Iupiter ecce ſuas muris cingebat Athenas.

Et de nomine imponendo dii quoque, cum Minerva, tum Neptunus, contendiſſe perhibentur (a); itaut Fortuna illi ſumma omnia, a principio etiam ipſo, tribuiſſe videatur. Ac contentionem iſtam fuſe exponit Apollodorus lib. III. Ἐπὶ τούτῳ (τῷ Κέκροπός) φασιν, ἔδοξε τοῖς θεοῖς πόλεις καταλαβέσθαι. ἐν αἷς ἔμελλον ἔχειν τιμὰς ἰδίας ἕκαστος. ἦκεν οὖν πρῶτος Ποσειδῶν ἐπὶ τὴν Ἀττικὴν, καὶ πλήξας τῇ τριαίνῃ κατὰ μέσην τὴν ἀκρόπολιν, ἀνέφηνε θάλασσαν, ἣν νῦν Ἐρεχθηίδα καλοῦσι· μετὰ δὲ τοῦτον ἦκεν Ἀθηνᾶ, καὶ ποιησαμένη τῆς καταλήψεως Κέκροπα μάρτυρα, ἐφύτευσεν ἐλαίαν, ἣ νῦν ἐν τῷ Πανδροσίῳ δείκνυται. γενομένης δὲ ἔριδος ἀμφοῖν περὶ τῆς χώρας, Ἀθηνᾶν, καὶ Ποσειδῶνα διαλύσας Ζεὺς, κριτὰς ἔδωκεν· ἐκεῖ, ὡς εἶπόν τινες, Κέκροπα, καὶ Κραναὸν, οὐδὲ Ἐρεχθέα, θεοὺς δὲ τοὺς δώδεκα, καὶ, τούτων δικαζόντων, ἡ χώρα τῆς Ἀθηνᾶς ἐκρίθη· Κέκροπος μαρτυρήσαντος, ὅτι πρῶτον ἐλαίαν ἐφύτευσεν· Ἀθηνᾶ μὲν οὖν ἀφ' ἑαυτῆς τὴν πόλιν ἐκάλεσεν Ἀθήνας. *Huius (Cecropis) tempore, narrant, viſum fuit Deis urbes nanciſci, in quibus quiſque honores proprios habiturus erat. Venit igitur primus Neptunus in Atticam, & percutiens tridente mediam circiter arcem, exlibuit mare, quod nunc Erechtheum vocant. Poſt hunc venit Minerva, & quum teſtem acquiſitionis ſuae feciſſet Cecropem, plantavit oleam, quae nunc in Pandroſi fano oſtenditur. Orta autem lite utriſque de regione, Minervam, & Neptunum dirimens Iupiter, dedit iudices; non, ut dixerunt quidam, Cecropem, & Crunaum, & Erechthea, ſed deos duodecim; &, his iudicantibus, regio Minervae addicta eſt; Cecrope teſtante, primum oleam ab ea plantatam eſſe. Minerva igitur a ſe urbem Athenas adpellavit.* Certamen idem aliter narrat Conſtantinus Geoponic. lib. IX. cap. I. Ἐλαίαν παρῆχθαί φασιν ὕστως. τῆς γῆς ἁπάσης ἀρχῆθεν ὕδατι καλυπτομένης, πρῶτον δὲ ἐν Ἀθήναις ἀναφανείσης, Ἀθηνᾶ τε, καὶ Ποσειδῶν ἐρασθέντες τοῦ τόπου, ἅμιλλαν εἶχον κτίσαι πόλιν ἐπὶ τῷ τούτων ὀνόματι. Ζεὺς δὲ, ἀμφοτέρων τὴν ἔριν βουλόμενος διαλύσαι, φησὶν, ὃς ἂν κάλλιστον τῇ πόλει κτῆμα ἐπι-

(a) Hoc Neptuni, & Minervae certamen exhibet antiquus Nummus Athenienſium argenteus, qui in Theſauro Britannico habetur.

A δοίη, ἔτος ἐχέτω ταύτην. Ποσειδῶν μὲν οὖν λιμέσι, καὶ νεωρίοις ταύτην ἐκόσμει· ἡ δὲ Ἀθηνᾶ ἐλαίαν ἐν τῇ ἀκροπόλει ἀνέδωκεν, εὐθαλῆ τε καὶ εὔκαρπον. καὶ ταύτην σεφανωσαμένη, καὶ ὑπὸ πάντων ὁραθεῖσα, νενίκηκε, καὶ ἐπ' ὀνόματι ταύτης τὴν πόλιν Ἀθήνας ὠνόμασαν. *Oleam aiunt productam ita. Omni terra a principio aquis tecta, primum vero Athenis emergente, Minerva, & Neptunus, regionem amantes, certamen habuerunt de condenda urbe, quae ipſorum nomine cenſeretur. Iupiter autem, cupiens dirimere utriuſque controverſiam, ait: Qui optimam urbi poſſeſſionem addiderit, is habeto illam. Neptunus quidem igitur portubus, & navalibus eam ornabat; Minerva vero oleam in arce eduxit bene florentem, & fructuum proventu divitem; quumque hanc coronaſſet, & ab omnibus viſa fuiſſet, vicit, & ex ipſius nomine urbem nominaverunt Athenas.* Aliter etiam e Varrone Auguſtinus De Civ. Dei lib. XVIII. cap. IX. *Vt Athenae vocarentur, quod certe nomen a Minerva eſt, quae Graece* Ἀθηνᾶ *dicitur, hanc cauſam Varro indicat; quum adparuiſſet illic repente olivae arbor, & alio loco aqua erupiſſet, Regem prodigia iſta moverunt; & miſit ad Apollinem Delphicum ſciſcitatum, quid intelligendum eſſet, quidve faciendum. Ille reſpondit, quod olea Minervam ſignificaret, unda Neptunum; & quod eſſet in civium poteſtate, ex cuius nomine potius duorum deorum, quorum ſigna illa eſſent, civitas vocaretur. Iſto Cecrops oraculo accepto, cives omnes utriuſque ſexus, (mos enim tunc in iisdem locis erat, ut etiam feminae publicis conſultationibus intereſſent,) ad ferendum ſuffragium convocavit. Conſulta igitur multitudine, mares pro Neptuno, feminae pro Minerva tulere ſententias. Et quia una plus inventa eſt feminarum, Minerva vicit. Ita illa civitas, de victoria per feminas feminea, Athenas nomen accepit.* Cum Apollodori narratione conſentit Ovidius, ubi de Arachne agit, cum Minerva contendente, Metam. lib. VI.

Cecropia Pallas ſcopulum Mavortis in arce
Pingit, & antiquam terrae de nomine litem.
Bis ſex coelestes, medio Iove, ſedibus altis
Auguſta gravitate ſedent; ſua quemque deorum,
Inſcribit facies: Iovis eſt regalis imago.
Stare deum pelagi, longoque ferire tridente
Aſpera ſaxa facit, medioque e vulnere ſaxi
Exſiluiſſe fretum (b), quo pignore vindicet urbem.
At ſibi dat clypeum, dat acutae cuſpidis haſtam.
Dat galeam capiti, defenditur aegide pectus,
Percuſſamque ſua ſimulat de cuſpide terram
Edere cum baccis foetum canentis olivae;
Mirarique deos; operis victoria finis.

Meminere certaminis huius Auctores varii. Cicero in Orat. pro L. Flacco. *Adſunt Athenienſes, de quorum urbis poſitione propter pulcritudinem etiam inter deos certamen fuiſſe proditum eſt.* Menander Rhetor lib. I. cap. XVI. Τῆς μὲν θεοφιλότητος ἐκεῖνα ἐγκώμια, περὶ Ἀθηναίων μὲν, ὅτι Ἀθηνᾶ, καὶ Ποσειδῶν ἤρισαν περὶ

(a) *Ferum* legit hic *Meurſius Lib. I. De Reg. Athen. Cap. X.*

Digitized by Google

περὶ γῆς αὐτῶν. *Amoris Deorum quidem illa encomia; de Athenienſibus quidem, quod Minerva, & Neptunus litigaverunt de illorum terra.* Auſonius in Catalogo Vrbium.

Nunc & terrigenis patribus memoremus Athenas,
Pallados & Coſſi quondam certaminis arcem,
Paciferae primum cui contigit arbor olivae.

Videndi quoque Ariſtides in Panathenaica, Servius ad Georg. I. & AEneid. VII. Accidit autem Boedromionis menſis die ſecundo, quem propterea eximebant Athenienſes. Plutarchus Sympoſiac. lib. IX. Problem. XI. Καὶ τὴν δευτέραν τοῦ Βοηδρομιῶνος ἡμέραν ἐξαιροῦμεν, ὑ πρὸς τὴν σελήνην, ἀλλ' ὅτι ταύτῃ δοκοῦσιν ἐρίσαι περὶ τῆς χώρας οἱ θεοί. *Et ſecundam Boedromionis diem eximimus, non ad lunam, ſed quoniam hac videntur certaſſe Dii de regione.*

CAP III.

Veteres Athenae quales; ſitae in medio Atticae, Graeciae, & orbis denique univerſi. Initio parvae; & qui primi domos illic conſtituerint, quum in ſpecubus ad id tempus habitaſſent. Illae autem e luto ſtructae. Auctae poſtea valde a Theſeo. Παναθήναια, Μετοίκια, Συνοίκια, *ab eodem inſtituta. Stephanus, Strabo, & Etymologici Autor inter ſe conciliati.* Quadrurbs, Τετράπολις, *a Xutho condita. Attii locus explicatus. Feſti error indicatus. Pars una,* ἡ Ἄνω πόλις; *altera,* ἡ Κάτω *dicta; utraque autem in κώμας ſuas diſtributa. Anonymi de iis opus. Regiones item quinque.* Κρόνου πάγος. *Saturni ibi, & Priapi ſigna ex auro.* Πανὸς πάγος. *Terebinthus mirae magnitudinis. Silvani ſimulacrum.* Ποσειδῶνος πάγος. *Neptuni ſignum, & Dianae.* Ἀρειοπάγος. *Martis ſimulacrum, & Herculis.* Ἑρμοῦ πάγος. *Mercurii ſigillum quoddam. In aedibus tabulata erant, in vias publicas prominentia; ante eas gradus, item ſepimenta; & quarumdam quoque ianuae foras propulſae, quum aperiendae eſſent: unde Hippiae, & Iphicrati conquirendae pecuniae occaſio. Themiſtoclis, Ariſtidis, & Senatus Areopagitici iſtic cura. Vrbis univerſae ambitus. Demadis factum, propter quod iniuriarum accuſatus. Loca vacua. Aer purus, tenuisque, & ſol autumno maxime ſplendens. Anni ratio, & diei.*

QVales vero, poſtquam conditae eſſent, fuerint, & quo modo, a quibus auctae; deinde ad quam magnitudinem mox pervenerint videamus; & Fortunae etiam iſthic beneficium oſtendamus. Ac vetus quidem urbs quomodo habitata, diſcimus e Platonis Critia, cuius iſta ibi verba: Τὸ δ' ἄχυ καὶ ἰωκισμένον ὧδ' ἦν ἐν τῷ τότε χρόνῳ. πρῶτον μὲν τὸ τῆς ἀκροπόλεως εἶχε τότε, οὐχ ὡς ταννῦν ἔχει ..... ᾤκητο δὲ, τὰ μὲν ἔξωθεν, ὑπ' αὐτὰ τὰ πλάγια αὐτῆς, ὑπὸ τῶν δημιουργῶν, καὶ τῶν γεωργῶν, ὅσοι πλησίον ἐγεώργουν· τὰ δ' ἐπάνω, τὸ μάχιμον αὐτὸ καθ' αὑτὸ γένος μόνον περὶ τὸ τῆς Ἀθηνᾶς Ἡφαίστου τε ἱερὸν κατῳκήκει, οἷον μιᾶς οἰκίας κῆπον ἐνὶ περιβόλῳ προσπεριβεβλημένοι. τὰ γὰρ πρὸς βορρᾶν αὐτῆς ᾤκουν, οἰκίας κοινὰς, καὶ ξυσσίτια χειμερινὰ, κατεσκευασμένοι· καὶ πάντα, ὅσα πρέποντα ἦν τῇ κοινῇ πολιτείᾳ δι' οἰκοδομῆς, ὧν χρεὼν ὑπάρχειν αὐτῶν, καὶ τῶν ἱερῶν, ἄνευ χρυσοῦ, καὶ ἀργύρου. Τούτοις γὰρ οὐδεν οὐδαμόσε προσεχρῶντο, ἀλλὰ τὸ μέσον ὑπερφανίας. καὶ ἀνελευθερίας διώκοντες κοσμίας ᾠκοδομοῦντο οἰκήσεις, ἐν αἷς αὐτοί τε καὶ ἐκγόνων ἔκγονοι καταγηρῶντες, ἄλλοις ὁμοίας τὰς αὐτὰς ἀεὶ παραδίδοσαν. τὰ δὲ πρὸς νότον, κήπους, καὶ γυμνάσια, συσσίτιά τε ἀνέντες, οἷα θέρους, κατεχρῶντο ἐπὶ ταῦτα αὐτοῖς. κρήνη δ' ἦν μία, κατὰ τὴν τῆς νῦν ἀκροπόλεως τόπον· ἧς ἀποσβεσθείσης ὑπὸ τῶν σεισμῶν, τὰ νῦν ὕδατα σμικρὰ κύκλῳ καταλέλειπται. ταῖς δὲ τότε πᾶσι παρεῖχεν ἄφθονον ῥεῦμα, εὐκρὰς ἔσα πρὸς χειμῶνα τε καὶ θέρος. τούτῳ δὴ κατῴκουν τῷ σχήματι, τῶν μὲν αὐτῶν πολιτῶν φύλακες, τῶν δὲ ἄλλων Ἑλλήνων ἡγεμόνες ἑκόντων. *Vrbs autem eo tempore ſic erat aedificata. Primum quidem Arcis alia erat, quam nunc diſpoſitio.....Exteriora porro eius loca ad laevam incolebantur ab artificibus, & agricolis, qui proxime agros colebant. Superiora militares illi homines ſoli ſeorſim a ceteris hominibus tenebant, circa Minervae, & Vulcani fanum, unius ſepti ambitu, veluti unius aedis horto, undiquaque concluſi. Etenim eius loca ad Aquilonem verſus communes domos inhabitabant, conſtructis coenaculis, in quibus hyeme viverent communiter. A publico autem apparatu, ſive aedificia extruenda eſſent, ſive religionum ritus peragendi, aurum, & argentum ſummovebant. Illorum enim nullus in ulla re erat uſus: medium tamen inter ſuperbiam, & arrogantiam iter perſequentes, moderatas habitationes ſibi ſtruebant, in quibus & illi conſeneſcentes, & nati natorum eas poſteris ſuis ſimiliter relinquebant; hortis vero, gymnaſiis, coenaculis Auſtrum verſus expoſitis aeſtate utebantur. Erat fons unus eo in loco, ubi nunc ſita eſt arx: quo propter terraemotus exhauſto, exigui quidam rivuli circum relicti ſunt. Tunc vero fons ille maxime temperatus copioſam aquam ſufficiebat, & ad hiemem, & ad aeſtatem. Hoc illi habitu ea loca incolebant, civium quidem ſuorum cuſtodes, ceterorum vero Graecorum, & quidem ultro parentium duces.* Erat autem ſita in medio Atticae, quae in medio item Graeciae, ut illa in orbis univerſi. Ariſtides in Panathenaic. Ἡ μὲν Ἑλλὰς ἐν μέσῳ τῆς πάσης γῆς· ἡ δὲ Ἀττικὴ, τῆς Ἑλλάδος· τῆς δὲ χώρας, ἡ πόλις. *Graecia quidem in medio univerſae terrae; Attica vero, Graeciae; regionis autem, urbs.* Et eſt inſignis in hanc rem Xenophontis locus, lib. Περὶ προσόδων. Οὐκ ἂν ἀλόγως δέ τις οἰηθείη, τῆς Ἑλλάδος, καὶ πάσης δὲ τῆς οἰκουμένης, ἀμφὶ τὰ μέσα ᾠκῆσθαι τὴν πόλιν. ὅσῳ γὰρ ἂν τινες πλεῖον ἀπέχωσιν αὐτῆς, τοσούτῳ χαλεπωτέροις ἢ ψύχεσιν, ἢ θάλπεσιν, ἐντυγχάνουσιν. ὁπόσοι τ' ἂν ὧν βουληθῶσιν ἀπ' ἐσχάτων τῆς Ἑλλάδος ἐπ' ἔσχατα ἀφικέσθαι, πάντες ἴσοι, ὥσπερ κύκλου τόρνου, τὰς Ἀθήνας ἢ παραπλέουσιν, ἢ παρέρχονται. *Non autem temere quis opinetur, in Graeciae, & univerſae terrae medio conditam eſſe urbem. Quanto enim magis quidam ab illa diſtant, tanto gravioribus, vel frigoribus, vel aeſtubus ſubiecti ſunt. Quotquot igitur voluerint ab extremis Graeciae ad altera extrema de-*

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

devenire, omnes illi, velut circuli orbem Athenas aut praeternavigant, aut praetereunt. Initio Vrbs non magna erat, & pro domibus illic ſpecus: ac Hyperbius, & Euryalus primi domos exſtruxere. Plinius lib. VII. cap. LVI. *Domos conſtituerunt primi Euryalus, & Hyperbius fratres Athenis; antea ſpecus erant pro domibus.* Et e luto illae quidem; atque tales plurimae etiam ad Demoſthenis uſque aevum, iam florente maxime Vrbe. Obſervare eſt apud Plutarchum in vita Demoſthenis. Πρὸς δὲ τὸν κλέπτην, ὃς ἐπεκαλεῖτο Χαλκοῦς, ϗ αὐτὸν εἰς τὰς ἀγρυπνίας αὐτοῦ, καὶ νυκτογραφίας, πειρώμενόν τι λέγειν· οἶδα, εἶπεν, ὅτι σε λυπῶ, λύχνων καίων. ὑμεῖς δὲ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι μὴ θαυμάζετε τὰς γενομένας κλοπὰς, ὅταν τοὺς μὲν κλέπτας χαλκοῦς, τοὺς δὲ τοίχους πηλίνους ἔχομεν. *Ad furem, AEneum cognomento, vigilias eius, & lucubrationes ſugillare conantem, novi, aiebat, me tibi gravem eſſe dum lucernam cremo. Vos autem, o viri Athenienſes, ne miremini, quod furta fiant, quando fures quidem aeneos, muros vero luteos habemus.* Inde eſt, quod viles illic domos refert Dicaearchus in Deſcriptione Graeciae, ubi de Athenis agit: Αἱ μὲν πολλαὶ τῶν οἰκιῶν, εὐτελεῖς, ὀλίγαι δὲ χρήσιμαι. ἀπιςηθείη δ' ἄν, ἐξαίφνης ὑπὸ τῶν ξένων θεωρουμένη, ἃ αὐτή ἐςιν ἡ προσαγορευομένη τῶν Ἀθηναίων πόλις. *Multae quidem domorum viles, paucae vero pretioſae. Haud plane credant ſubito ſpectantes Peregrini eſſe illas Athenas.* Poſtea Theſeus Vrbem exiguam uti quam ampliſſimam faceret, univerſae regionis habitatores convocavit, & migrare in hanc unam omnes iuſſit. Plutarchus in eius Vita. Μετὰ δὲ τὴν Αἰγέως τελευτὴν, μέγα, καὶ θαυμαςὸν ἔργον εἰς νοῦν βαλλόμενος, συνῴκισε τοὺς τὴν Ἀτθικὴν κατοικοῦντας εἰς ἓν ἄςυ. καὶ μιᾶς πόλεως ἕνα δῆμον ἀπέφηνε, τέως σποράδας ὄντας, καὶ δυσανακλήτους πρὸς τὸ κοινὸν πάντων συμφέρον. *Sed poſt AEgei mortem, magnum, & mirabile opus animo concipiens, coegit incolas Atticae in unam urbem, & unius urbis unum populum effecit, quum antehac ſparſim degerent, & difficile convocari poſſent, ut communi omnium utilitati proſpicerent.* Val. Max. lib. v. cap. III. *Vicatim diſperſos cives ſuos in unam urbem (Theſeus) contraxit, ſeparatimque, & agreſti more viventi populo ampliſſimae civitatis formam, atque imaginem impoſuit.* Itaque, prytaneis omnibus, curiiſque diſſolutis, prytaneum unum cunctis, & communem curiam poſuit, inſtituitque ſacra Παναθηναΐα dicta, & Μετοίκια decimo ſexto Hecatombaeonis menſis. Plutarchus loco iam citato. Καταλύσας ὧν τὰ παρ' ἑκάστοις πρυτανεῖα, καὶ βουλευτήρια, ϗ ἀρχὰς, ἓν δὲ ποιήσας ἅπασι κοινὸν ἐνταῦθα πρυτανεῖον, ϗ βουλευτήριον, ὅπου νῦν ἵδρυται, τὸ ἄςυ, τήν τε πόλιν, Ἀθήνας προσηγόρευσε· ϗ Παναθηναΐα θυσίαν ἐποίησε κοινήν. ἔθυσε δὲ καὶ μετοίκια (a) τῇ ἕκτῃ ἐπὶ δέκα τοῦ Ἑκατομβαιῶνος, ἣν ἔτι νῦν θύουσι. *Diſſolvens igitur prytanea, & curias, & magiſtratus ſingulorum, unum vero faciens omnibus prytaneum illic commune, & curiam, ubi nunc condita eſt, arcem, & urbem adpellavit Athenas; & Panathenaea inſtituit, commune feſtum. Sacrificavit etiam Metoecia die Hecatombaeonis ſextadecima, qua nunc quoque ſacrificant.* Stephanus, in Ἀθῆναι undecim urbes coegiſſe, & feſtum Συνοίκια inſtituiſſe e Charace refert. Περὶ ἧς φησι Χάραξ, ὅτι ὁ Θησεὺς τὰς ἕνδεκα πόλεις τὰς ἐν τῇ Ἀτλικῇ, συνομίσας εἰς Ἀθήνας, συνοίκια ἑορτὴν κατεςήσατο. *De qua dicit Charax, Theſeum, quum undecim urbes, quae erant in Attica, congregaſſet in Athenas, Synoecia feſtum inſtituiſſe.* Thucydides lib. II. Ἔπειδὴ δὲ Θησεὺς ἐβασίλευσε, γενόμενος μετὰ τοῦ ξυνετοῦ ϗ δυνατὸς, τάτε ἄλλα διεκόσμησε τὴν χώραν, ϗ καταλύσας τῶν τε ἄλλων πόλεων, τά τε βουλευτήρια, ϗ τὰς ἀρχὰς, ἐς τὴν νῦν πόλιν οὖσαν, ἓν βουλευτήριον ἀποδείξας, ϗ πρυτανεῖον, ξυνῴκισε πάντας· καὶ νεμομένους τὰ αὐτῶν ἑκάστους, ἅπερ καὶ πρότερον, ἠνάγκασε μιᾷ πόλει ταύτῃ χρῆσθαι· ᾗ, ἁπάντων ἤδη ξυντελούντων ἐς αὐτὴν, μεγάλη γενομένη, παρεδόθη ὑπὸ Θησέως τοῖς ἔπειτα· καὶ ξυνοίκια ἐξ ἐκείνου Ἀθηναῖοι ἔτι ϗ νῦν τῇ θεῷ ἑορτὴν δημοτελῆ ποιοῦσι· *Poſtquam vero Theſeus regnavit, quum eſſet aeque ſapiens, ac potens, in reliquis exornavit regionem; & aliarum civitatum curias, magiſtratuſque diſſolvens, & in urbem, quae hodie eſt, unam curiam, & prytaneum conferens, ſimul omnes habitare fecit, & ſua quemque adminiſtrantem ſicut antea, hac una urbe uti coegit; quae, omnibus iam in eam contractis, magna facta, a Theſeo poſteris tradita eſt; & ex eo tempore Athenienſes etiamnum Synoecia, feſtum populare, in honorem Deae celebrant.* Strabo urbes duodecim narrat lib. IX. Φησὶ Φιλόχορος, Κέκροπα πρῶτον εἰς δυοκαίδεκα πόλεις συνοικίσαι τὸ πλῆθος, ὧν ὀνόματα, Κεκροπία, Τετράπολις, Ἐπακρία, Δεκέλεια, Ἐλευσὶς, Ἀφίδνα, Θόρικος, Βραύρων, Κύθηρος, Σφῆττος, Κηφισία, Φάληρος. πάλιν δ' ὕςερον εἰς μίαν πόλιν συναγαγεῖν λέγεται τὴν νῦν τὰς δώδεκα Θησεύς. *Dicit Philochorus, Cecropem primum in duodecim urbes convocaſſe multitudinem, quarum nomina, Cecropia, Tetrapolis, Epacria, Decelia, Eleuſis, Aphidna, Thoricus, Brauron, Cytherus, Sphettus, Cephiſia, Phalerus. Rurſus autem poſtea in unam urbem, quae nunc eſt, congregaviſſe illas dicitur Theſeus.* Sic Etymologici Auctor in Ἐπακρία χώρα. Ἀθηναίους πάλαι κωμηδὸν οἰκοῦντας, πρῶτος Κέκροψ συναγαγὼν κατῴκισεν εἰς πόλεις δυοκαίδεκα. *Athenienſes olim vicatim habitantes primus Cecrops congregans deduxit in urbes duodecim.* Sed componi hoc diſſidium facile poteſt; & Athenis urbes undecim additas Stephanus; Strabo vero, item Etymologici Auctor duodecim in unam coactas, quod eodem omnino recidit, dicere voluit. Iam quid Attio faciemus, qui *Quadrurbem* Athenas dixit, ceu compoſitas e Braurone, Eleuſine, Piraeeo, Sunioque? Ecce enim apud Feſtum. *Quadrurbem Athenas Attius adpellavit, quod ſcilicet ex quatuor urbibus in unam domicilia contulerunt, Braurone, Eleuſine, Piraeeo, Sunio.* Verum errat graviter Feſtus; quippe

(a) Mirum quod *Meurſius* noſter, & *Petrus* etiam *Caſtellanus* Catalogo Graecorum feſtorum Μετοίκια non inſerant: niſi eadem ſunt ac Συνοίκια, tunc enim *Meurſius* in ſua Graecia feriata eorum meminiſſet.

Digitized by Google

neque ex quatuor urbibus olim Athenae conſtitere, neque Athenas denique ipſas Attius notat, ſed Tetrapolim potius Atticae, quam Latino nomine efferre ita voluit. Τετράπολις vero dicebantur Oenoe, Probalinthus, Tricorythus, & Marathon. Stephanus: Τετράπολις, τῆς Ἀττικῆς ἔχουσα δήμους, καὶ πόλεις τέτταρας· Οἰνόην, Προβάλινθον, Τρικόρυθον, Μαραθῶνα. *Quadrurbs, Atticae habens populos, & urbes quatuor, Oenoen, Probalinthum, Tricorython, Marathona.* Condideratque Xuthus, ducta Erechthei regis filia. Strabo lib. VIII. Ξοῦθος δὲ τὴν Ἐρεχθέως θυγατέρα γήμας ᾤκισε τὴν Τετράπολιν τῆς Ἀττικῆς· Οἰνόην, Μαραθῶνα, Προβάλινθον, & Τρικόρυθον. *Xuthus autem, ducta uxore filia Erechthei, incoluit Tetrapolin Atticae: Oenoen, Marathona, Probalinthum, & Tricorython.* Itaque magnae poſt Theſei factum Athenae; & maiores etiam longe, quum Themiſtocles poſtea Piraeeum iunxit, uti dico in Deſcriptione Vrbis lib. I. cap. III. unde a Pindaro non iniuria Μεγαλαπόλεις dicuntur. Pythyon. Od. VII.

Κάλλιστον αἱ μεγαλοπόλιες Ἀθᾶναι
Προίμιον Ἀλκμαιονιδᾶν
Εὐρυσθενεῖ γενεᾷ.
Optimum magna urbs Athenae
Prooemium Alcmaeonidarum
Late potenti cognatione.

Item Μεγάλας, Nemeon. Od. II.

Εἴπερ καθ' ὁδὸν νιν εὐθύπομπος
Αἰὼν ταῖς μεγάλαις δέδωκε
Κόσμον Ἀθήναις.
Siquidem in via ipſa recte progrediens
AEvum magnis dedit
Ornamentum Athenis.

Bifariam autem diviſae erant; parſque una, in qua arx, ἡ Ἄνω πόλις, *Superior urbs*: altera, in qua Piraeeus, ἡ Κάτω, *Inferior* dicta. Et ἡ Ἄνω commemoratur apud Thucydidem lib. I. Τόν τε Πειραιᾶ ὠφελιμώτερον ἐνόμιζε τῆς ἄνω πόλεως. *Et Piraeea utiliorem iudicabat ſuperiori urbe.* Iterum lib. II. Ὕστερον δὲ καὶ εἰς τὴν ἄνω πόλιν ἀφίκετο, καὶ ἔθνησκον πολλῷ μᾶλλον ἤδη· *Poſtea vero & in ſuperiorem urbem venit, & iam multo magis moriebantur.* Plutarchus in Vita Sullae. Καίτοι χρόνον δὲ πολὺν ἀνασχομένῳ παρῆν ἀκινδύνως ἑλεῖν τὴν ἄνω πόλιν, ὑπὸ λιμοῦ συνηγμένην ἤδη τῇ χρείᾳ τῶν ἀναγκαίων εἰς τὸν ἔσχατον καιρόν. *Atqui, ſi pauliſper ſubſtinuiſſet, licebat ei ſine periculo occupare ſuperiorem urbem, prae fame iam ob rerum neceſſariarum inopiam ad extrema redactam.* Et in Phocionis. Προδεικνύοντος αὐτοῖς τὸ θεῖον φανερῶς, ὅτι τῶν κάτω, καὶ πρὸς θαλάσσῃ, στρηφέντες, τὴν ἄνω πόλιν διαφυλάξουσιν. *Praemonente eos Deo manifeſte, ut inferiore urbis parte, & verſus mare ſita orbati, ſuperiorem urbem cuſtodientes tuerentur.* In quibus verbis mentionem etiam τῆς Κάτω vides, cuius meminit & Pauſanias in Atticis ſuis. Καταβάντι δὲ ἐκ τὴν κάτω πόλιν, ἀλλ' ὅσον ὑπὸ τὰ προπύλαια, πηγή τε ὕδατός ἐστιν, καὶ πλησίον Ἀπόλλωνος ἱερὸν ἐν σπηλαίῳ, καὶ Πανός. *Si quis vero deſcendat, haudquaquam in inferiorem urbem, ſed donec advenerit ad Propylaea, & ſcaturigo aquae eſt, & prope Apollinis templum in ſpelunca, ac Panis.* Vtraque pars in Κώμας ſuas diſtributa, ut in Δήμους tota regio. Hac de re Iſocratis elegans locus exſtat in Areopagitica. Καὶ ταῦτ' οὐ νομοθετήσαντες, τὸν λοιπὸν χρόνον ὠλιγώρουν· ἀλλὰ διελόμενοι τὴν μὲν πόλιν κατὰ κώμας, τὴν χώραν δὲ κατὰ δήμους, ἐθεώρουν τὸν βίον τοῦ ἑκάστου, καὶ τοὺς ἐκοσμοῦντας εἰς τὴν βουλὴν ἦγον. *Et iſta, quum lege non eſſent ſtabilita, ſequuto tempore neglexerunt. Sed partiti urbem quidem in vicos, regionem vero in populos, ſpectabant vitam cuiuſque, & indecoros in ſenatum ducebant.* Ac de his Ammonii etiam Opus fuit, quod laudatur Harpocrationi in Θόλος. Ἀμμώνιος ἐν τετάρτῳ Περὶ κωμῶν γράφει ταυτί. *Ammonius in libro quarto De Vicis ita ſcribit.* Niſi forte, quod exiſtimo, legendum illic: Περὶ βωμῶν: *De Aris.* Nam tale Opus ab eo Auctore ſcriptum eſſe doceo plene in Bibliotheca mea Graeca, ubi Scripta illius indico. Illud novum, neque alibi mihi lectum, quod ex Ariſtarchi cuiusdam, Chronographi Graeci, ad Oneſiphorum Primicerium Epiſtola refert Hilduinus, regiones quinque fuiſſe, & primam quidem Κρόνου πάγον adpellatam, Saturni, & Priapi item ſigna aurea habuiſſe; ſecundam, Πανὸς πάγον dictam, terebintho, mirae omnino magnitudinis, ac Silvani, qui & Faunus, ſignis nobilem; tertiam, Ποσειδῶνος πάγον, Neptuni pariter, & Dianae, ſimulacris illuſtratam; quartam autem, Ἀρεοπάγον, Martis ſignum, Herculiſque habuiſſe; quintam denique, Ἑρμοῦ πάγον, Mercurii ſigillo quodam celebratam. Hilduini in Dionyſii Areopagitae Vita, iſta verba lib. II. *Quinque ſane regionibus (urbs Athenienſis) diſterminata ſignatur. Prima regio eſt, quae AEgaeum mare reſpicit; in qua ſitus mons exſtat, ſupereminens Urbi; ubi Saturni, & Priapi aureae ſtatuae variarum illuſionum colebantur dementiis. Haec enim regio* Κρόνου πάγος *adpellatur ex Saturni nomine, qui graece* Κρόνος *vocatur. Secunda regio Athenae eſt, quae reſpicit Thraciam; ubi terebinthus, mirae magnitudinis, ſub qua Silvani, & Fauni, agreſtium hominum, ſimulacra ſtatutis diebus a paſtoribus venerabantur; quae regio,* Πανὸς πάγος *adpellatur ex nomine Silvani, & Fauni; Graeci enim Silvanum* Πᾶνα *vocitant. Tertia regio* Ποσειδῶνος πάγος *adpellatur, quae intendit portum Neptuni;* Ποσειδῶν *namque graece Neptunus dicitur, cuius ſimulacrum, & Dianae effigiem, AEgaei ibidem colebant; & quo recurſus totius populi, luna renaſcente, in multis functionibus confluebat. Quarta regio in eadem urbe eſt, ubi idolum Martis, & ſimulacrum Herculis, in colle Tritonii montis, in medio urbis poſiti, ſteterat, ad colendum multis immolationibus, & deluſionibus Martem, & Herculem; quos illi deos maximos, & fortiſſimos adorabant. Ubi etiam exercebantur iudicia, & docebantur fora, ingeniique omnis ſolertia, qui locus* Ἀρειοπάγος *adpellatur a Marte; Mars enim* Ἄρης *a Graecis vocatur. Quinta regio civitatis eiuſdem verſa eſt ad portam Scaeam,* Ἑρμοῦ πάγος, *ex nomine Mercurii, qui* Ἑρμῆς *Graece dicitur, adpellata; in qua ſtaticulum ipſius Mercurii veneratione ſui, mente ceperat urbem.* Nunc ad aedes redeamus, de quibus initio

initio capitis dicere coeperam. Erant vero illae tales, ut in ſummo tabulata quaedam haberent, in vias publicas prominentia; & ante gradus, per quos in tabulata aſcenderent; tum praeſepimenta etiam, ianuaeque nonnullarum, quum aperiendae eſſent, foras propulſari ſolitae. Docet illud Ariſtoteles Oeconom. II. Vbi ait, Hippiam olim, quum pecunia opus foret, inde eam comparaſſe. Ecce verba: Ἱππίας ὁ Ἀθηναῖος τὰ ὑπερέχοντα τῶν ὑπερώων εἰς τὰς δημοσίας ὁδοὺς, καὶ τοὺς ἀναβαθμοὺς, καὶ τὰ προφράγματα, καὶ τὰς θύρας, ἃς ἀνοιγομένας ἔξω, ἐπώλησεν. ὠνοῦντο δὲ, ὧν ἦν ἃ κτήματα· καὶ συνελέγη χρήματα οὕτως συχνά. *Hippias Athenienſis ſupereminentia tabulatorum in publicas vias, & gradus, & ſuggrundas, & ianuas, quae extra aperiebantur, vendidit. Emebant vero, quorum erant praedia; & collectae ſunt ita pecuniae denſae.* Ac de tabulatis illis idem Iphicrates poſtea fecit. Narrat Polyaenus lib. III. Ἰφικράτης, ἐν ἀπορίᾳ χρημάτων ἔπεισεν Ἀθηναίους, τὰ ὑπερέχοντα τῶν οἰκοδομημάτων εἰς τὰς δημοσίας ὁδοὺς ἀποκόπτειν, ἢ πιπράσκειν. ὥστε οἱ δεσπόται τῶν οἰκιῶν πολλὰ εἰσήνεγκαν χρήματα, ὑπὲρ τοῦ μὴ περικοπῆναι, καὶ σαθρὰ γενέσθαι τὰ οἰκοδομήματα. *Iphicrates, in pecuniarum inopia, conſilium dedit Athenienſibus, ſupereminentia aedificiorum in publicas vias recidere, aut vendere; ita ut domini aedium intulerint multum pecuniae, ut ne recciderentur, & putrida fierent aedificia.* Poſtea Themiſtocles, Ariſtides, & Senatus Areopagiticus conſtituerunt, ne aut viae obſtruerentur, aut praeſepimenta iſta ſupra modum extenderentur. Heraclides de Rebuspubl. Θεμιστοκλῆς, καὶ Ἀριστείδης, καὶ ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴ, πολλὰ ἐδύναντο· καὶ τῶν ὁδῶν ἐπεμελοῦντο, ὅπως μήτινες ἀνοικοδομῶσιν αὐτὰς, ἢ δρυφάκτους ὑπερτείνωζιν. *Themiſtocles, & Ariſtides, & curia in Areopago multum potuerunt; & vias curabant, ne qui eas aedificando arctarent, aut cancellos ſuperextenderent.* Iam de magnitudine Vrbis, quam paulatim conſequuta eſt, aliquid commemorandum. Dionyſius Halicarnaſſeus Romae comparat lib. IV. Εἰ δὲ τῷ τείχει, τῷ δυσευρέτῳ μὲν ὄντι, διὰ τὰς περιλαμβανούσας αὐτὸ πολλαχόθεν οἰκήσεις, ἴχνη δέ τινα φυλάττοντι κατὰ πολλοὺς τόπους τῆς ἀρχαίας καλασκευῆς, βουληθείη μετρεῖν αὐτὴν κατὰ τὸ Ἀθηναῖον κύκλον, τὸν περιέχοντα τὸ ἄστυ, ὑ πολλῷ τινι μείζων ὁ τῆς Ρώμης φανείη κύκλος. *Sed ſi muro, difficili quidem ad inveniendum, propter domos eum undequaque complectentes, verum veſtigia quaedam ſervanti per plura loca veteris ſtructurae, voluerit menſurare illam iuxta Athenienſem circulum, qui circumit urbem, non multo maior ei colligetur Romae circuitus.* Iterum lib. IX. Τοῦ περιβόλου τῆς πόλεως ὄντος ἐν τῷ τότε χρόνῳ, ὅσος Ἀθηναίων τὸ ἄστεος κύκλος. *Septo urbis circa id tempus tam grandi, quantus eſt urbis Athenienſium circuitus.* Atque adeo eius ambitus diei iter habebatur. Ariſtides in Panathenaica: Τὰ δ' αὖ τοῦ μεγέθους, καὶ τῆς ἄλλης καλασκευῆς, τίς ἂν καὶ ἄξια τῆς ὅλης τύχης εἴποι, καὶ τὸ μεγάλου τῶν Ἀθηναίων ἀνάματος; τοῦτο μὲν αὐτὸν τὸν κύκλον τὸ ἄστεος, μέγιστον μὲν τῶν Ἑλληνικῶν, κάλλιστον δὲ τῶν πανλαχοῦ. καὶ σιωπῶ τείχη, καθήκοντά ποτε ἐπὶ θάλατταν, ἡμερησίας ὁδοῦ μῆ-

A καὶ τὰ σύμπαντα. *Rurſum vero reſpectu magnitudinis, ac reliquae ſtructurae, qui non dicat digna omnia univerſa fortuna, & magno Athenienſium nomine? Partim quidem ipſum urbis circulum, maximum quidem Graecarum, optimum vero omnium, quae ubique ſunt. Et taceo muros, aliquando profectos uſque ad mare, diurni itineris ſimul omnes.* Vis particulatim ſcire? Phalericus murus habebat ſtadia xxxv. exterior Vrbis, in quo poſitae excubiae, XLIII. longus, ad Piraeeum uſque, XL. B Piraeeus cum Munychia, LX. Adcurate tradit Tucydides lib. II. Τοῦ τε Φαληρικοῦ τέχους σάδιοι ἦσαν πέντε καὶ τριάκοντα, πρὸς τὴ κύκλον τῆ ἄστεως. καὶ αὐτῆ τῆ κύκλῳ τὸ φυλασσόμενον, τρεῖς καὶ τεσσαράκοντα. ἔστι δὲ αὐτοῦ ὃ καὶ ἀφύλακτον ἦν, τὸ μεταξὺ τοῦτε μακροῦ, καὶ τοῦ Φαληρικοῦ, τὰ δὲ μακρὰ τέχη πρὸς τὸν Πειραῖα, τεσσαράκοντα σαδίων, ὧν τὸ ἔξωθεν ἐτηρεῖτο, καὶ τὸ Πειραίεως ξὺν Μουνυχίᾳ, ἑξήκοντα μὲν σαδίων ὁ ἅπας περίβολος. *Et Phalerici muri ſtadia erant quinque ac triginta, ad circuitum urbis; & ipſius circuli, quod* C *ſervabatur tria & quadraginta. Sed & aliquid eius erat, quod non ſervabatur, inter longum murum, ac Phalericum. Longi vero muri ad Piraeeum XL. ſtadiorum, quorum exterior pars ſervabatur. Et Piraeei cum Munychia, ſexaginta quidem ſtadiorum omnis circuitus.* Ergo ambitus univerſus ſtadiorum CLXXVIII. Huic iſtud conſentaneum, quod Plutarchus Syracuſas Athenis comparat in Vita Niciae: Ὀλίγῳ χρόνῳ περιετείχισε Συρακούσας, πόλιν Ἀθηνῶν οὐκ ἐλάττονα. *Exiguo tempore munitionibus circumdedit Syracuſas,* D *urbem Athenis non minorem*; Et Thucydides lib. VII. Μηδ' ὡς ἀποζῆναι ἐκ Σικελίας, ἀλλ' ἐκεῖ Συρακούσας τῷ αὐτῷ τρόπῳ ἀνλιπολιορκεῖν, πόλιν οὐδὲν ἐλάττονα αὐτήν τε καθ' αὑτὴν τῶν Ἀθηνῶν. *Nec ſic diſcedere ab Sicilia, ſed illic Syracuſas eodem modo viciſſim obſidere, urbem minime minorem, ſi ipſa in ſe conſideretur, Athenis.* Earum vero ambitus erat ſtadiorum CLXXX. Strabo diſerte, ubi de iis ipſis agit lib. VI. Πενλάπολις γὰρ ἦν τὸ παλαιὸν, ἑκατὸν καὶ ὀγδοήκονλα σαδίων ἔχουσα τὸ τεῖχος· *Quinquurbium enim erat olim, centum & octoginta ſta-* E *diorum habens murum.* Dion Chryſoſtomus Athenis ducenta tribuit in Orat. VI. Καί τοι διακοσίων σαδίων εἶναι τὸ περίμετρον τῶν Ἀθηνῶν, τοῦ Πειραίεως συνλαθεμένου, καὶ τὰ διὰ μέσου τειχῶν, πρὸς τὸν περίβολον τοῦ ἄστεος. *Quamvis ducentorum ſtadiorum eſſe circuitum Athenarum, ſi Piraeeus ſimul ponatur, & muri in medio ad circuitum urbis.* Sed vetus Vrbs, quae proprie Ἄστυ dicebatur, quot in ambitu ſtadia habuit? Sexaginta. Accipio e Scholiaſte F Thucydidis ad citatum eius locum. Nam quum Thucydides murum urbis exteriorem ad ſtadia quadraginta tria cuſtodiri commemoraſſet; interiorem, qui intra murum longum eſſet, & Phalericum, ſine excubiis fuiſſe tradit. Ecce verba: Καὶ αὐτοῦ τοῦ κύκλου (loquitur de muro urbis veteris) τὸ φυλασσόμενον, τρεῖς καὶ τεσσαράκοντα, ἔστι δὲ αὐτοῦ ὃ καὶ ἀφύλακτον ἦν, τὸ μεταξὺ τοῦ τε μακροῦ καὶ τοῦ Φαληρικοῦ. *Et ipſius circuli quod ſervabatur, tres & quadraginta. Pars vero eius etiam ſine excubiis erat, illa nempe inter longum & Phalericum.*

Digitized by Google

Ibi notat is, quem dixi, Scholiastes : Οὐ κὴ ἀφύλακτον, μέρος δηλονότι· τελέσι, σταδίοι δεκαεπτὰ, ὁ γὰρ ὅλος κύκλος, σταδίων ἦν ἑξήκοντα. *Quod & sine excubiis, nempe spatium; hoc est, stadia septemdecim. Nam totus circulus erat stadiorum sexaginta.* Ergo ad priscam magnitudinem addita stadia, ut Thucydides, CXVIII. uti Dion, CXL. Demades ad Philippum missus, quum is quaereret magnitudinem, in mensa descripsit; quod quum ad iniuriam Vrbis pertinere visum esset Athenienſibus, domum postea reversum iniuriarum accusarunt, damnaruntque. Hermogenes refert, De Invent. lib. I. cap. II. Δημάδης, πρεσβεύσας παρὰ Φίλιππον, κὴ ἐρομένου ποταπαί εἰσιν αἱ Ἀθῆναι τοῦ Μακεδόνος, ἐπὶ τῆς τραπέζης αὐτὰς κατέγραψε· καὶ ἐπανελθὼν ὕβρεως κρίνεται. *Demades, legatione susceptа ad Philippum, & rogante Macedone, quales sint Athenae, in mensa eas descripsit; & quum reversus esset, condemnatur contumeliae.* Atque haec de magnitudine; & sciendum, non ubique habitatam; siquidem loca multa in ea aedibus vacua. Indicatur id a Thucydide lib. II. Ἐπειδὴ δὲ ἀφίκοντο ἐς τὸ ἄστυ, ὀλίγοις μὲν ἴσιν ὑπῆρχον οἰκήτειρ κὴ παρὰ φίλων ἴνας, ἢ οἰκείων, καταφυγή. οἱ δὲ πολλοὶ, ἴδε τε ἔρημα τῆς πόλεως ᾤκησαν, κὴ τὰ ἱερά. *Postquam autem venerunt in urbem, paucis quidem quibusdam domus erant, & nonnullis apud amicos necessarioque effugium; sed plerique deserta urbis colebant, & templa.* Xenophon. lib. De Reditibus: Ἐπειδὴ κὴ πολλὰ οἰκῶν ἔρημά ἐστιν ἐντὸς τῶν τειχῶν, καὶ οἰκόπεδα· καὶ ἡ πόλις διδοίη τοῖς οἰκοδομησαμένοις ἐγκεκτῆσθαι, οἳ ἂν αἰτούμενοι ἄξιοι δοκῶσιν εἶναι· πολὺ ἂν οἶομαι, καὶ διὰ ταῦτα πλέως τε, καὶ βελτίως, ὀρέγεσθαι τὴν Ἀθήνησιν οἰκήσεως. *Postquam & multae domus intra murum sunt desertae, & superficies domorum, & urbs dabatur aedificantibus inhabitanda, qui petentes videntur esse digni; multo opinor etiam per haec plures & meliores desiderare habitationem Athenis.* Aristides in Panathenaica: Αὖ δὲ τούτοις, τοιούτοις ἔστιν, ἕπεται, πολλὴ ῥᾳστώνη δεικνύναι, πεδίων τε κάλλη, κὴ χάριτας· τὰ μὲν, πρὸ τῆς πόλεως, εὐθὺς ἀπο τοῦ τείχους, μᾶλλον δὲ ἀπὸ τῆς ἀκροπόλεως, κεχυμένων, κὴ ἐγκαλαμιγνυμένων τῇ πόλει· τὰ δὲ, ἐφ' ἑκάστῃ τῇ θαλάττῃ τοῖς αἰγιαλοῖς ἐφορμώντων. *Quae autem his, talia quum sint, adduntur, multa tranquillitas est ostendere, tum camporum suavitates, & oblectamenta; aliorum quidem ante urbem statim ab muro, magis vero ab arce patentium, & urbi immixtorum; aliorum vero in unoquoque mari litoribus vicinorum.* Denique nec praetereundus, quod Fortunae non exiguum beneficium, supra Vrbem aer purus, tenuisque, & salubris; unde ingenia ibi item acutiora existimata. Cicero lib. De Fato; *Athenis tenue coelum; ex quo acutiores etiam putantur Attici.* Cassiodorus Var. lib. XII. Epist. XV. *Antiqui Athenas sedem sapientiae esse dixerunt, quae, aeris puritate peruncta, lucidissimos sensus ad contemplativam partem felici largitate praeparavit.* Aristides in Panathenaica: Τῶν μὲν αὐτοφυῶν, ἀήρ τε ὅτῳ ἐξαίρετῳ τῷ πολλῷ, κὴ λιμένες τοσοῦτοι. *Ex naturalibus quidem, & aer hic eximius prae reliquo, & tot ac tanti portus.* Et mox: Τῷ τῆς πάσης Ἀττικῆς ἀέρι οὕτως ἔχοντι, ἀρίστῳ, κὴ καθαρώτατός ἐστιν, ὁ τῆς πόλεως ὑπερέχων. *Omnis Atticae aere sic constituto, optimus, & purissimus est, qui urbi imminet.* Theodosius Zygomalas in Epistola De periculis Vrbis Constantinop. Θαυμάσιαι αἱ Ἀθῆναι διὰ τὸν ἀέρα, τὴν ὑγείας αἴτιον, μνήμης, εὐφωνίας, κὴ ἄλλων καλῶν. *Admirabiles Athenae propter aerem, originem sanitatis, memoriae, eloquentiae, & aliorum decorum.* Inde Menander Rhetor, quum laudanda urbs quaedam erit a bono aere, comparare cum Athenienſi iubet lib. III. cap. III. Τὸ δὲ πρὸς τὸν ἀέρα, συγκρινεῖς ἢ πρὸς τὸν Ἀθηναίων ἀέρα, ἢ πρὸς τὸν Ἴωνας. *Quod vero aerem adtinet, vel cum Athenienſium, vel cum Ionum aere comparabis.* In primis vero splendente sole, Autumnus amoenus. Philostratus in Vita Apollonii lib. IV. cap. VI. Ἐς δὲ τὸν Πειραιᾶ ἐσελεύσας περὶ μυστηρίων ὥραν, ὅτε Ἀθηναῖοι πολυανθρωποτάτα Ἑλλήνων πράττουσιν, ἀνίει ξυντείνας ἀπὸ τῆς νεὼς ἐς τὸ ἄστυ. προιὼν δὲ, πολλοῖς τῶν φιλοσοφούντων ἐνετύγχανε, φαληράδε καλιοῦσιν. ὧν οἱ μὲν γυμνοὶ ἐφέροντο· καὶ γὰρ τὸ μετόπωρον εὐήλιον τοῖς Ἀθηναίοις· οἱ δὲ ἐκ βιβλίων ἐσπούδαζον. *Digrediens inde in Piraeeum mysteriorum tempore, quae summa totius Graeciae frequentia Athenienſes celebrant, in urbem venit. Procedens autem Philosophos complures invenit, qui in Phalerum descenderant; quorum aliqui nudatis corporibus ad solem sese calefaciebant (est enim Athenarum civitas Autumni tempore ad solem bene exposita) nonnulli autem legendis libris incumbebant.* Estque etiam observare apud Gellium lib. I. cap. II. *Herodes Atticus, vir & Graeca facundia, & consulari honore praeditus, arcessebat saepe nos, quum apud magistros Athenis essemus, in villas, ei urbi proximas, me, & clarissimum virum Servilianum, complureſque alios nostrates, qui Roma in Graeciam ad capiendum ingenii cultum concesserant. Atque ibi tunc, quum essemus apud eum, in villa, cui nomen est Cephisia, & aestu anni, & sidere Autumni flagrantissimo, propulsabamus caloris incommoda lucorum umbra ingentium.* Postquam autem aeris constitutionem memoravi, ab hoc loco minime alienum erit, anni quoque rationem, & diei, explicare. Ac de anno, id sciendum; principium illi hic fuisse a solstitio aestivo. Simplicius ad Physicorum lib. V. Ἡμεῖς τοιούμεθα ἀρχὰς ἐνιαυτοῦ περὶ θερινὰς τροπὰς, ὡς Ἀθηναῖοι. *Nos anni exordia sumimus ab aestivo solstitio, ut Athenienses.* Diem vero incipiebant ab exortu uno solis, usque ad alterum. Plinius lib. II. cap. LXXVII. *Diem alii aliter observavere: Athenienses, inter duos solis exortus.* Sed contrarium nobis Censorinus memorat, ab occasu uno ad alterum. Verba eius ita habent, De die natali cap. XXIII. *Athenienses autem (diem statuunt) ab occasu solis, ad occasum.* Longissimus autem dies, erat horarum quatuordecim semis; & poli altitudo, graduum triginta sex (a); ut est videre apud Hipparchum

(a) Exactiores Astronomorum observationes Poli Athenis altitudinem graduum XXXVIII. & minutorum V. esse deprehenderunt, & *Vernhumi* Britanni in primis.

Digitized by Google

chum, uno atque altero loco, in Phaenomena Arati lib. 1.

CAP. IV.

Habitantium multitudo. Plutarchi locus emendatus. Civium, qui rempubl. capessebant, viginti millia a Cecropis tempore; pauperiores, qui remoti, duodecim millia; atque hi isti, quorum bona infra quinque talenta essent. Pollucis locus illustratus. Post mutatio ab Antipatro, & Cassandro isthic facta. Mille ducenti, & post trecenti a Demosthene constituti e ditissimis. Inquilini, decem millia; servi quadringenta millia. His alendis undique frumentum advectum, in primis Ponto, & Byzantio. Annonae vilitas. Bovis, ovis, porci, frumenti, ac vini pretium. Lex, ne ovis macta retur, antequam tonsa ea esset, aut peperisset; & ut bubus aliquamdiu abstineretur. Diurnum hominis frugalis; tum legati, & Lysimachi. Suidae locus emendatus. Socratis opes. Mendici nulli.

IN tanta Vrbe quot fuisse inhabitantes arbitramur? Certe plurimos. Nec immerito eam Critias πολυανθρωποτάτην τῶν Ἑλληνικῶν, *frequentissimam Graecarum* esse dicit apud Xenophontem Hist. Graec. lib. 11. Ecce verba: Πλείους δ' ἀνάγκη πολεμίους εἶναι τοῖς ἐς ὀλιγαρχίαν μεθιστᾶσι, διά τε τὸ πολυανθρωποτάτην τὴν πόλιν εἶναι τῶν Ἑλλήνων, καὶ διὰ τὸ πλεῖστον χρόνον ἐν ἐλευθερίᾳ τὸν δῆμον τετράφθαι. *Multos vero necesse est hostes esse illis, qui ad paucorum dominationem deficiunt, & quia frequentissima Graecarum urbs est, & quia plurimo tempore in libertate populus nutritus est.* Invenio autem civium ad viginti millia. Demosthenes Orat. in Aristogitonem: Σκοπᾶτε γάρ, ἔστιν ὁμοῦ δισμύριοι πάντες Ἀθηναῖοι. τούτων ἕκαστον ἔν τι γε πράττων κατὰ τὴν ἀγορὰν περιέρχεται, ἢτοι νὴ τὸν Ἡρακλέα τῶν κοινῶν, ἢ τῶν ἰδίων. *Considerate enim, sunt simul omnes Athenienses ad viginti millia. Horum unusquisque circa forum obversatur, aut mehercle publicarum, aut privatarum rerum aliquid agens.* Libanius Declam. XVI. Ἔτι τοίνυν, τίς οὐκ οἶδεν, ὡς Ἀθηναίων δισμυρίων ὄντων, σιωπῶσι μὲν οἱ πλείους, καὶ τῶν πολιτικῶν ἀφεστᾶσι. *Praeterea quis non novit, ex Athenienſium viginti millibus, plurimos quidem tacere, & publicis negotiis abstinere.* In Hesychii Glossis in voce Ὁμοῦ. Ἄνδρες Ἀθηναῖοι δισμύριοι ὁμόφρονες. *Viri Athenienses ad viginti millia concordes.* Inde Aristophanes Vespis.

Δύο μυριάδες τῶν δημοτικῶν ἔζων ἐν πᾶσι λαγώοις.

Viginti millia popularium leporibus omnis generis vescebantur.

Huc pertinet, quod sub Pericle, quum multis quaestio status sui mota esset, nothi quinque mille inventi; cives autem quatuordecim, & quadraginta. Plutarchus narrat in Vita Periclis. Ἐπεὶ δὲ, τοῦ βασιλέως τῶν Αἰγυπτίων δωρεὰς τῷ δήμῳ πέμψαντος τετρακισμυρίους πυρῶν μεδίμνους, ἔδει διανέμεσθαι τοὺς πολίτας, πολλοὶ μὲν ἀνεφύοντο δίκαι τοῖς νόθοις ἐκ τοῦ γράμματος ἐκείνου, τέως διαλανθάνουσαι, καὶ παρορώμεναι. πολλοὶ δὲ συκοφαντήμασι περιέπιπτον. ἐπράθησαν δὲ ἀλόντες ὀλίγῳ πεντακισχιλίων ἐλάττους, οἱ δὲ μείναντες ἐν τῇ πολιτείᾳ, καὶ κριθέντες Ἀθηναῖοι, μύριοι καὶ τετρακισχίλιοι καὶ τεσσαράκοντα τὸ πλῆθος ἐξητάσθησαν. *Quoniam vero, quum AEgyptiorum rex quadraginta millia medimnorum tritici populo dono misisset, distribuere civibus oportebat, multae exortae sunt lites nothis ex isto scripto, antehac caelatae, & neglectae; multi autem calumniis circumventi sunt. Venditi igitur sunt convicti paulo minus quinque millibus; eorum vero, qui manserunt in civitate, & iudicati sunt Athenienses, quatuordecim millia, & quadraginta numero reperta sunt.* Sed scribendum est, μύριοι, καὶ τετρακισχίλιοι, διακόσιοι, καὶ τετταράκοντα. Erant enim quatuordecim millia quadringenti quinquaginta. Scholiastes Aristophanis ad Vespas e Philochoro. Μήποτε δὲ περὶ τῆς Αἰγύπτου δωρεᾶς ὁ λόγος· ἣν Φιλόχορος Ψαμμήτιχον πέμψαι τῷ δήμῳ μυριάδας τέσσαρας. Πλὴν τὰ τῷ ἀριθμῷ οὐδαμῶς συμφωνεῖ. Ἑκάστῳ δὲ Ἀθηναίῳ, πέντε μεδίμνους. Τοὺς γὰρ λαβόντας γενέσθαι μυρίους τετρακισχιλίους διακοσίους τεσσαράκοντα. *Numquid vero de AEgypti dono sermo est? Cuius meminit Philochorus, scribens Psammitichum quatuor myriadas populo misisse. Verum numerus omnino non consonat, cuilibet vero Athenienſi quinque medimnos. Hos enim, qui acceperunt quatuordecim millia ducentos quadraginta fuisse.* Nempe tot erant, qui per aetatem bello apti. Clarus est Platonis locus iste in Critia: Τούτῳ δὲ κατῴκουν τῷ σχήματι, τῶν μὲν αὐτῶν πολιτῶν φύλακες, τῶν δὲ ἄλλων Ἑλλήνων ἡγεμόνες ἐκόντων. πλῆθος δὲ διαφυλάττοντες ὅτι μάλιστα ταυτὸν ἑαυτῶν εἶναι πρὸς τὰ ἀεὶ χρόνον ἀνδρῶν, καὶ γυναικῶν, τὸ δυνατὸν πολεμεῖν ἤδη κατὰ τὰ ἔτη, περὶ δύο μάλιστα ὄντας μυριάδας. *Hoc illi habitu ea loca incolebant, civium quidem suorum custodes, ceterorum vero Graecorum, & quidem ultro parentium duces. Hoc unum etiam, atque etiam cavebant, ut virorum, & mulierum idem semper esset numerus, ut praesto esset ad bellicas administrationes, iam & ad futuros eventus duae maxime erant seposita myriades.* Et iidem reipublicae partem aliquam capere poterant; a qua plurimi remoti ob inopiam, eorumque ad duodecim millia erant Phocionis tempore. Plutarchus in eius Vita: Τῶν δὲ ἀποψηφισθέντων τὸ πολιτεύματος διὰ πενίαν, ὑπὲρ μυρίους, καὶ δισχιλίους γενομένων, οἵ τε μένοντες ἐδόκουν σχέτλια, καὶ ἄτιμα πάσχειν. *Remota vero ex civitate propter inopiam, quum essent ultra duodecim millia, si qui remanebant, sibi videbantur gravia, & indigna pati.* Tales autem censebantur, quorum facultates infra quinque talenta essent. Hermogenes. Ἐμπέπλωκε δὲ ἐνταῦθα καὶ δεύτερόν τι, ὡς παραγραφικόν. οἷον, ὃς οὐκ ἔχων τὰ πέντε τάλαντα, οὐ δύναται λέγειν. *Incidit autem hic, & aliquid alterum, velut exceptio, qualis est: Qui non habet quinque talenta dicere non potest.* Ad quem locum Marcellinus. Πιθανότητος ἔχεται τὸ λεγόμενον, οὐ γὰρ δὴ ἰσχυρὸν, οὐδὲ ἀγωνιστικὸν, τὸ παραγραφικόν. ἐκ τῶν προσόλων δὲ παραγράφεται, λέγων· ὅτι οὐκ ἔξεστί σοι πολιτεύεσθαι, μὴ ἔχοντι τὰ πέντε τάλαντα. *Probabilitatem habet, quod dicitur: non enim profecto valida, & certamini apta*

Digitized by Google

ni apta exceptio eſt. Ex actione autem excipit dicens: non licet tibi civitate uti, quum minus habeas quinque talentis. Anonymus Probl. Rhet. XLIII. Πλούσιος, ἔχων ἐχθρὸν πένητα, καὶ ἐξερχόμενον εἰς πρεσβείαν τῆς πόλεως, ἔγραψε νόμον, ἵνα μὴ ὁ μὴ εὐπορῶν πέντε τάλαντα ἀνέρχηται εἰς κριτήριον. *Dives, quum inimicum pauperem, & qui legationem civitatis obibat, haberet, legem tulit, ne quis non quinque talentis locuples in iudicium aſcendat.* Et mox. Ἔστι δὲ παραγραφικὸν τοῦτο τοιοῦτον. οὐκ ἔχων, φησὶ, τὰ πέντε τάλαντα, οὐ δύνασαι λέγειν. ὁ γὰρ νόμος κωλύει σε λέγειν, ἐνδεῶς ἔχοντα τῶν πέντε ταλάντων. *Eſt vero exceptio huiuſmodi; non habens, dicit, quinque talenta non potes dicere, nam lex vetat te dicere minus habentem quinque talentis.* Atque hic eſt ille cenſus, quem inquiſiviſſe Pollux Theſmothetas nobis refert lib. VIII. cap. IX. Ἐκαλεῖτο δέ τις Θεσμοθετῶν ἀνάκρισις· εἰ Ἀθηναῖοί εἰσιν ἑκατέρωθεν ἐκ τριγονίας. καὶ ποθέν. καὶ, εἰ Ἀπόλλων ἐστὶν αὐτοῖς Πατρῷος, καὶ Ζεὺς Ἕρκειος. καὶ, εἰ τοὺς γονέας εὖ ποιοῦσι· καὶ, εἰ ἐστρατεύοντο ὑπὲρ τῆς πατρίδος· καὶ, εἰ τὸ τίμημά ἐστιν αὐτοῖς. *Vocabatur autem quaedam Theſmothetarum inquiſitio. An Athenienſes ſint utrimque ex tertia generatione; & ex quibus populis; &, an Apollo ſit illis Patrius, & Iupiter Hercius; &, an parentibus bene faciant; &, an militaverint pro patria; &, an cenſus illis ſit.* Sed hoc fuit, ſtante republica; poſt Antipater, Vrbis potens, immutavit; & conſtituit, ut drachmarum ſaltem duo millia haberent, ideſt, talenti unius trientem. Diodorus Siculus, ubi de ea re agit lib. XVIII. Ὁ δὲ δῆμος, οὐκ ὢν ἀξιόμαχος, ἠναγκάσθη τὴν ἐπιτροπὴν, καὶ τὴν ἐξουσίαν πᾶσαν Ἀντιπάτρῳ δοῦναι περὶ τῆς πόλεως. ὁ δὲ, φιλανθρώπως αὐτοῖς προσενεχθεὶς, συνεχώρησεν ἔχειν τήν τε πόλιν, καὶ τὰς κτήσεις, καὶ τἄλλα πάντα· τὴν δὲ πολιτείαν μετέστησεν ἐκ τῆς δημοκρατίας, καὶ προστάξεν ἀπὸ τιμήσεως εἶναι τὸ πολίτευμα· καὶ τοὺς μὲν κεκτημένους πλέω δραχμῶν δισχιλίων, κυρίους εἶναι τοῦ πολιτεύματος, καὶ τῆς χειροτονίας· τοὺς δὲ καταδεεστέρω τοῦ τιμήσεως, ἅπαντας, ὡς παραχώδεας ὄντας, καὶ πολεμικοὺς, ἀπήλασε τοῦ πολιτεύματος. *Populus vero, quum non eſſet bello par, coactus fuit adminiſtrationem urbis, & poteſtatem omnem dare Antipatro. Ille autem benigne cum illis agens conceſſit habere & urbem, & poſſeſſiones, & omnia alia. Sed populi imperium alia regiminis forma mutavit, iuſſitque eam a cenſu modum accipere. Illos enim, qui ultra drachmarum duo millia poſſiderent, adminiſtrationis dominos, & comitiorum eſſe voluit; qui vero infra hunc cenſum, omnes tamquam turbulentos, & bellicoſos a civitatis procuratione ſubmovit.* At hunc cenſum mox Caſſander ad dimidiam partem minuit, ſtatuitque, ut decem minas, ideſt, drachmas tantum mille poſſiderent. Diodorus ſub eiusdem libri finem, ubi de Caſſandri rebus. Γενομένων δὲ πλειόνων ἐντεύξεων, συνέθεντο τὴν εἰρήνην, ὥστε τοὺς Ἀθηναίους ἔχειν τὴν πόλιν τε καὶ χώραν, καὶ προσόδους, καὶ ναῦς, καὶ τἄλλα πάντα, φίλους ὄντας, καὶ συμμάχους Κασσάνδρου· τὴν δὲ Μουνυχίαν κατὰ τὸ παρὸν κρατεῖν Κάσσανδρον, ἕως ἂν διαπολεμήσῃ πρὸς τοὺς βασιλέας· καὶ τὸ πολίτευμα διοικεῖσθαι ἀπὸ τιμήσεων ἄχρι μνῶν δέκα. *Quum autem frequenter congreſſi, ac colloquuti eſſent, pacem compoſuere, ita ut Athenienſes haberent urbem, & regionem, & reditus, & naves, & alia omnia, & amici eſſent, ſociique Caſſandri; ſed Munychia Caſſander interim potiretur, donec bellum contra reges confeciſſet; civitas autem adminiſtraretur, habita ratione cenſus, qui ad decem minas aſcenderet.* Quod viginti millia adtinet, numerus ille uſque a Cecrope conſtitutus. Docet Scholiaſtes Pindari ex Philochoro ad Olympionic. Od. IX. Φιλόχορος φησι Κέκροπα βουλόμενον τὸν τῶν Ἀθηναίων δῆμον, καὶ τὸ πλῆθος ἐπιγνῶναι, κελεῦσαι αὐτοὺς λίθους εἰσφέρειν, καὶ βάλλειν εἰς τὸ μέσον· ἐξ ὧν ἐπιγνῶναι, δισμυρίους αὐτοὺς ὄντας. *Philochorus ait Cecropem, quum populum Athenienſium, & multitudinem cognoſcere vellet, iuſſiſſe illos adferre lapides, & iacere in medium, atque ex iis illos viginti millia eſſe deprehendiſſe.* Ex his mille, & ducenti opulentiſſimi, qui munia pleraque ſumtuoſa obirent. Harpocration. Οἱ πλουσιώτατοι Ἀθηναίων χίλιοι, καὶ διακόσιοι ἦσαν. μνημονεύουσι δ' αὐτῶν καὶ ἄλλοι ῥήτορες, καὶ Φιλόχορος ἐν ἕκτῃ. Λυσίας δ' ἐν τῷ πρὸς Κλινίαν, καὶ Ἰσαῖος ἐν τῇ ὑπὲρ Νικίου συνηγορίᾳ, τῷ ἀπηρτισμένῳ ἀριθμῷ ἐχρήσαντο χιλίους ἑπτὸν τε. *Ditiſſimi Athenienſium mille, & ducenti erant. Meminerunt eorum, & alii oratores, & Philochorus in ſexto. Lyſias vero in oratione contra Cliniam, & Iſaeus in defenſione pro Nicia, exacto numero uſi ſunt, dicentes mille.* Quae habes etiam apud Suidam. Iſaeus Orat. in Iſchomachum. Οὐδείς Λυσίδης ἐστὶ τῶν διακοσίων καὶ χιλίων. *Nullus Lyſides eſt ducentorum, & mille.* Sed id inſtitutum primum poſt ſublatos triginta tyrannos, moxque numerus a Demoſthene imminutus, & redactus ad trecentos. Pollux lib. VIII. cap. IX. ſect. XVII. Μετὰ τὴν τῶν τριάκοντα ὀλιγαρχίαν, μέσοι τῷ ἀριθμῷ τῶν τριάκοντα, καὶ τεσσαράκοντα, ἐγένοντο χίλιοι καὶ διακόσιοι, ἀπὸ τούτων ἦσαν οἱ λειτουργοῦντες. Δημοσθένης δὲ, νόμον γράψας, ἀντὶ τοσούτων τριακοσίους τοὺς πλουσιωτάτους ἐποίησε. *Poſt triginta tyrannorum dominatum, medii numeri trecentorum, & quadraginta, erant mille, & ducenti. Ex his erant miniſtri. Demoſthenes vero lege ſcripta pro tot fecit trecentos locupletiſſimos.* Iam ſervorum quantam illic multitudinem fuiſſe cenſes? Certe ad quadringenta millia. Ita fuit, quum Demetrius Phalereus Vrbi praeeſſet Olymp. CX. anno I. Anonymus in Deſcript. Olymp. ad iſtum annum diſerte notat. Ἐξετασμοῦ τῶν Ἀθηναίων γενομένου ὑπὸ Δημητρίου τοῦ Φαληρέως, εὑρέθησαν Ἀθηναίων μὲν δισμύριοι. οἰκετῶν δὲ μυριάδες τεσσαράκοντα. *Inquiſitione Athenienſium facta a Demetrio Phalereo, inventa ſunt Athenienſium viginti millia; ſervorum vero quadringenta millia.* Vbi vides civium quoque viginti millia, quae iam dixi. Adcurate ex Cteſicle Athenaeus ait, cives fuiſſe XXI. M. ſervos CCCC. M. inſuperque ad hos addit inquilinos X. M. Verba eius ita habent lib. VI. Κτησικλῆς δ' ἐν τρίτῃ Χρονικῶν, τῇ δεκάτῃ πρὸς τὰ ἑκατόν φησιν Ὀλυμπιάδι Ἀθήνησιν ἐξετασμὸν γενέσθαι ὑπὸ Δημητρίου τοῦ Φαληρέως τῶν κατοικούντων τὴν Ἀττικήν. καὶ εὑρεθῆναι Ἀθηναίους μὲν δισμυρίους πρὸς τοῖς χιλίοις. μετοίκους δὲ μυρίους, οἰκετῶν δὲ μυριάδας τεσσαράκοντα. *Cteſicles vero in*

Digitized by Google

in tertio Chronicorum, decima, & centeſima ait Olympiade Athenis inquiſitionem eſſe factam a Demetrio Phalereo eorum, qui habitarent in Attica; & inventa eſſe Athenienſium, viginti unum millia; inquilinorum, decem millia; ſervorum vero, quadringenta millia. Tantae multitudini alendae, ut hoc addam, frumentum undequaque advectum; verum plus ex uno Ponto, quam ex locis aliis omnibus. In hanc rem inſignis locus eſt Demoſthenis Orat. ad Leptinem. Ἴσε γὰρ δήπου τοῦθ', ὅτι πολέσῳ τῶν ἁπάντων ἀνθρώπων ἡμεῖς ἐπιδεέστατῳ σίτῳ χρώμεθα. πρὸς τοίνυν ἅπαντα, τὸν ἐκ τῶν ἄλλων ἐμπορίων ἀφικνούμενον, ὁ ἐκ τοῦ Πόντου σίτος εἰσπλέων ἐξίν ἐκπότως. *Noviſtis ſcilicet illud, nos prae omnibus hominibus maxime uti advecto frumento. Igitur cum omni, quod ex aliis emporiis devehitur, illud ex Ponto abnavigans iure comparari poteſt.* Philoſtratus in Lolliano Sophiſt. lib. I. Ἐπεὶ μὴ ἐφοίτα τοῖς Ἀθηναίοις ἐκ τοῦ πόντου σῖτος, ὧδε ἤκμασε· κέκλεῖσθαι τὸ στόμα τοῦ πόντου νόμῳ, καὶ τὰς Ἀθηναίων τροφὰς ὀλίγαι κωλύουσι συμβολαί. *Quoniam non adventabat Athenienſibus ex Ponto frumentum, ſic invaluit. Clauſum eſt Ponti os lege, & Athenienſium alimenta arcent paucae notae.* Maxime vero Byzantio, praecipua eius tractus urbe. Eunapius in AEdeſio. Ἡ μὲν γὰρ Κωνσταντίνου πόλις, τὸ ἀρχαῖον Βυζάντιον, κατὰ μὲν τοὺς παλαιοὺς χρόνους Ἀθηναίοις παρεῖχε τὴν σιτοπομπέαν, καὶ περιττὸν ἦν τὸ ἐκεῖθεν ἀγώγιμον. *Nam Conſtantinopolis, antiquitus Byzantium, priſcis temporibus Athenienſibus frumenta mittebat, & quae inde advehebantur, abundabant.* Et vis ſcire quantum id fuerit? Quadringenties centena millia medimnorum, aut non multo certe minus. Demoſthenes dicit in citata Oratione ad Leptinem. Αἱ τοίνυν παρ' ἐκείνου δεῦρο ἀφικνούμεναι σίτου μυριάδες περὶ τετταράκοντά εἰσι. καὶ τοῦτο ἐκ τῆς παρὰ τοὺς σιτοφύλακιν ἀπογραφῆς ἄν τις ἴδοι. *Illa igitur multa millia frumenti, quae inde huc adveniunt, circa quadringenta millia ſunt, atque illud ex deſcriptione, quae apud annonae cuſtodes exſtat, noviſſe quis poteſt.* Numquid autem in tanta hominum multitudine magnum etiam annonae pretium? Minime vero, quod mirandum. Ecce enim Solonis tempore quinque drachmas bos venibat; ovis una. Obſervare eſt apud Plutarchum in eius Vita. Λύκον δὲ τῷ κομίσαντι, πέντε δραχμὰς ἔδωκε· λυκίδια δὲ, μίαν, ὧν, φησὶν ὁ Φαληρεὺς Δημήτριος, τὸ μὲν, βοὸς εἶναι· τὸ δὲ, προβάτου τιμήν. *Ei, qui lupum adtulerat, dedit quinque drachmas; lupam vero unam; quorum ait Demetrius Phalereus unum, bovis eſſe; alterum, ovis pretium.* Ac de ove lege cautum, ne, priuſquam tonſa eſſet, aut peperiſſet, mactaretur; nempe ut creſcendi ſpatium pecudi permitteretur, quo meliori pretio eſſet. Athenaeus lib. IX. Ἦν δὲ καὶ παλαιὸς νόμος, ὥς φησιν Ἀνδροτίων, τὰ ἐπιγονῆς ἕνεκα τῶν θρεμμάτων μὴ σφάττειν πρόβατον ἄπεκτον, ἢ ἄτοκον. *Erat vero etiam lex vetus, ut ait Androtion, quae pecoris foeturae conſulens vetabat, ne ovis intonſa, & quae nondum pepererat occideretur.* Et libro primo dixerat, ab intonſa abſtinendum fuiſſe. Φιλόχορος ἡ ἱερεῖα, καὶ κεκωλύσθαι Ἀθήνησιν, ἀπέκτου ἀρνὸς μηδένα γεύεσθαι. *Philochorus vero memorat etiam probibitum fuiſſe Athenis, ne quis intonſum agnum guſtaret.* Diogiton in Bacchi feſto, ſe in agnum ſedecim drachmas impendiſſe referebat; ſed utcumque creverit pretium, quin hic modum longe exceſſerit, dubitari minime poteſt; itaque eum iſto nomine exagitat Lyſias in Oratione illa, quam adverſus ipſum habuit. Accipe Oratoris verba. Εἰς Διονύσια τοίνυν, ὦ ἄνδρες δικασταί, οὐκ ἄτοπον γάρ μοι δοκεῖ, καὶ περὶ τούτου μνησθῆναι, ἐκκαίδεκα δραχμῶν ἀπέφαινεν ἐωνημένον ἀρνίον· καὶ τούτων τὰς ὀκτὼ δραχμὰς ἐλογίζετο τοῖς παισίν. ἐφ' ὧν ἡμεῖς οὐχ ἥκιστα ὠργίσθημεν. *Ad Bacchanalia celebranda igitur, o viri iudices, non enim abſurdum mihi videtur etiam de hoc meminiſſe, ſedecim drachmis exhibuit emtum agnum; & ex his octo drachmas imputabat pueris, ob quae nos non minimum ſuccenſemus.* De bubus autem conſtitutum aliquando, ut omnino ad aliquod tempus abſtinerent. Athenaeus iam citato libro nono. Καὶ κατὰ χρόνον δέ τινα ἐκλιπόντων τῶν βοῶν, φησὶν ὁ Φιλόχορος νομοθετηθῆναι, διὰ τὴν σπάνιν, ἀπέχεσθαι αὐτοὺς τῶν ζώων, συνάγειν βουλομένους, καὶ πληθύναι, τῷ μὴ καταθύεσθαι. *Et aliquanto tempore deficientibus bubus, ait Philochorus lege cautum fuiſſe, propter infrequentiam abſtinere eos animalibus, volentes ea colligere, & augere non immolando.* Porcus, Ariſtophanis tempore, tribus drachmis aeſtimatus. Ipſe indicat in Comoedia ſua *Pace*, in qua ſic Trygaeum loquentem introducit.

Εἰς χοιρίδιόν μοι νῦν δάνειστον τρεῖς δραχμάς.
Ad porcellum mihi nunc foenori da tres drachmas.

Et Megarenſis quidam Acharnenſibus unum, alliorum manipulo; alterum, choenice ſalis, indicat. Nam, quum Dicaeogenes dixiſſet.

Πόσου πρίαμαί σου τὰ χοιρίδια; λέγε.
Quanti emo tuos porcellos? dicito.

Reſpondet ille:

Τὸ μὲν ἕτερον τούτων, σκορόδων τροπαλλίδιον.
Τὸ δ' ἕτερον, ἐὰν βούλῃ, χοίνικος μόνης ἁλῶν.
Alterum ex his alliorum faſciculo;
Alterum vero, ſi vis, choenice ſola ſalis.

Frumenti medimno, Demoſthenis aevo, quinque tantum drachmae pretium. Animadverto in Oratione eius in Phormionem. Εἰσαγαγόντος πλείους ἢ μυρίους μεδίμνους πυρῶν, διεμετρήσαμεν ὑμῖν τῆς καθεστηκυίας τιμῆς πέντε δραχμῶν τὸν μέδιμνον. *Quum introduxiſſet plura, quam decem millia medimnorum frumenti, vobis medimnum dimenſi ſumus, conſtituto pretio quinque drachmarum.* Farinae choenices quatuor obolo dividebantur. Arrianus in Homilia Prophetica apud Stobaeum Serm. XCV. Σωκράτης, Ἀρχελάου μεταπεμπομένου αὐτὸν ὡς ποιήσοντος πλούσιον, ἐκέλευσεν ἀπαγγεῖλαι αὐτῷ, διότι Ἀθήνησιν τέσσαρες εἰσι χοίνικες τῶν ἀλφίτων ὀβολοῦ ὠνιαι. *Socrates, quum Archelaus eum accerſiviſſet, tamquam divitem facturus iuſſit, ut illi nunciaretur, Athenis quatuor farinae choenicas obolo venundari.* Vinum quoque neutiquam carum; & erat, cuius tres cotylae uno obolo emerentur; unde etiam Τρικότυλος οἶνος dicebatur. Heſychius. Τρικότυλος οἶνος, ὃν τρεῖς κοτύλαι ὀβολοῦ πωλοῦνται. *Tricotylum vinum, cuius*

Digitized by Google

ius tres cotylae venduntur obolo. Ergo in tanta rerum omnium vilitate, quantum id fuisse putes, quo honeste homines frugi sublstinere se potuerint? Certe parum; & vix obolum in diem. Isthinc coniecturam facio, quod legatis, quibus magnifice, atque e publica dignitate vivendum erat, duas tantum in diem quemque drachmas dederint. Aristophanes mihi testis in Acharnensibus, ubi sic legatos ille, ad Persarum regem missos, loquentes facit.

Ἐ'πέμψαθ' ἡμᾶς πρὸς βασιλέα τ' μέγαν,
Μισθὸν φέρονλας δύο δραχμὰς τῆς ἡμέρας,
Ἐ'π' Εὐθυμένους ἄρχοντ@ ——
Misistis nos ad regem magnum,
Mercedem ferentes duas drachmas diurnas,
Euthymene Archonte. ——

Ac Lysimacho filio Aristidis, optime de republ. merito, quum munifici valde in eum haberi cuperent, ut magnifice ille viveret, drachmas quatuor dederunt. Plutarchus in Vita Aristidis. Λυσιμάχῳ δὲ, τῷ υἱῷ, μνᾶς μὲν ἑκατὸν ἀργυρίου, καὶ γῆς τοσαύτα πλέθρα πεφυτευμένης, ἔδωκεν ὁ δῆμ@· ἄλλας δ' δραχμὰς τέσσαρας εἰς ἡμέραν ἑκάστῳ ἐπέταξεν. *Lysimacho vero filio, minas quidem centum argenti, & totidem constitae terrae iugera populus dedit. Alias vero quatuor drachmas diurnas constituit.* Demosthenes Orat. ad Leptinem. Λυσιμάχῳ δωρεὰν, ἑνὶ τῶν τότε χρησίμων, ἑκατὸν μὲν ἐν Εὐβοίᾳ πλέθρα γῆς πεφυτευμένης ἔδοσαν, ἑκατὸν δὲ ψιλῆς· ἔτι δ' ἀργυρίου μνᾶς ἑκατὸν, καὶ τέτταρας τ' ἡμέρας δραχμάς. *Lysimacho civium uni tunc maxime utilium, centum quidem in Euboea iugera agri consiti, centum vero nudi, dono dederunt; minas praeterea argenti centum, & quatuor diurnas drachmas.* Emendandus Suidas in Πλέθρον. Καὶ Λυσιμάχῳ, τῷ παιδὶ (τῷ Ἀριστείδου) δ' δραχμὰς τῆς ἡμέρας (ἡ πόλις Ἀθηναίων) ἐδίδου. *Et Lysimacho filio (Aristidis) quatuor drachmas die quolibet (Athenienstium civitas) dabat.* Male editur δύο δραχμάς. Itaque parvo etiam censu locupletes aestimati; & vel paucae aliquot minae hic divitias faciebant. Neque multo plures quinque Socrates tenens, perhoneste vitam egit. Ipse de se apud Xenophontem ait in Oeconomico. Ἐ'γὼ μὲν οἶμαι, ἔφη ὁ Σωκράτης, εἰ ἀγαθοῦ ὠνητοῦ ἐπιτύχοιμι, εὑρεῖν ἄν μοι σὺν τῇ οἰκίᾳ τὰ ὄντα πάντα ῥᾳδίως πέντε μνᾶς. *Ego quidem opinor, inquit Socrates, si in bona venalia incurrerem, facile inventuras mihi cum domo omnia quinque minas.* Itaque nec admirandum, si egeni isthic nulli, aut mendici, bene constituta republica, quod Isocrates clare dicit in extrema Areopagitica. Τὸ δέ μέγιστον, τότε μὲν οὐδεὶς ἦν πολιτῶν, ἐνδεὴς τῶν ἀναγκαίων· οὐδὲ, προσαιτῶν τὰς ἐντυγχάνοντας, τὴν πόλιν κατῄσχυνε. *Quod vero maximum, tunc quidem nullus erat civium indigus necessariorum, neque mendicans, stipemque ab obviis petens, pudorem adferebat civitati.* Quis Fortunae magnum istud beneficium fuisse neget?

CAP. V.

Civitate donati. Ius civitatis quanto olim in pretio fuerit; quive eius dandi ritus. Actio legum violatarum cuivis erat, si indignis datum esset; itaque ereptum Pytholao, & Apollonidi. Ne daretur servis vetitum. Datum Euryfaci, & Philaeo, Aiacis filiis; datum etiam Leuconi, Bospori principi; Sitalci, Traciae; Evagorae, Cypri; Dionysio Siciliae regi, ac Sadoco Sitalcis filio, & Caryftioni. Plataeensibus, Rhodiisque, & Hippocrati, ac Gallieno Imp. Recusatum a Zenone, & Cleanthe, Atticoque. Postea imminuta dignitas; ac donatum inquilinis, & peregrinis; inceptumque etiam vendi; ac Chaerephilo sic datum, & Phidoni, Pamphilo, Philippo, Epigeni, ac Cononi; denique Chaerephili filiis, & Aristonico Caryftio. Ab Augusto interdictum, ne cuiquam venderetur. Formula dandi.

POstquam nunc de civibus dixi, eorumque multitudine, necessario & donatos civitate, & colonos his adiungam. Ac de istis quidem prius. Initio enim potentissimos quosque Graeciae bello pulsos, aut seditione aliqua intra urbem recipientes, civitate donavere, atque ita effecere, ut immensus habitantium numerus esset. Thucydides lib. 1. Ἐ'κ γὰρ τῆς ἄλλης Ἑλλάδ@ οἱ πολέμῳ, ἢ στάσει ἐκπίπλοντες, παρ' Ἀθηναίους οἱ δυνατώτατοι, ὡς βέβαιον ὄν, ἀνεχώρουν· καὶ πολῖται γιγνόμενοι, εὐθὺς ἀπὸ παλαιοῦ μέζω ἔτι ἐποίησαν πλῆθος ἀνθρώπων τὴν πόλιν. *Eorum enim, qui bello, aut seditione ex alia Graecia excidissent, potentissimi ad Athenienses, ut ad locum securum, se conferebant; & cives facti, statim ab antiquo tempore maiorem adhuc fecerunt turba hominum urbem.* Itaque advenas qualescumque statim cives faciebant; verum postea, quum iam multitudine sua laborarent, restrinxere. Scholiastes Thucydidis ad citata eius verba. Οἱ Ἀθηναῖοι τὸ παλαιὸν εὐθὺς μετεδίδοσαν πολιτείας· ὕστερον δὲ οὐκέτι διὰ τὸ πλῆθ@. *Athenienses antiquitus statim civitate donarunt; postea non item propter multitudinem.* Ac statutum, si quem honorare vellent, huic tantum, ut ius civitatis suae largirentur. Neque id temere tamen factum; adeoque Menoni Pharsalio, ac Perdiccae, Macedoniae regi, qui praeclare de repub. meriti erant, non dedere, sed immunitatem tantum concessere. Demosthenes in Orat. Περὶ συντάξεως. Ἐ'κεῖνοι (οἱ πρόγονοι ἡμέτεροι) Μένωνι τῷ Φαρσαλίῳ, δώδεκα μὲν τάλαντα ἀργυρίου δόντι πρὸς τὸν ἐπ' Ἠιόνι, τῷ πρὸς Ἀμφιτόλῃ, πόλεμον, διακοσίοις δὲ ἱππεῦσι πελτέσαις ἰδίοις βοηθήσαντι, οὐκ ἐψηφίσαντο πολιτείαν, ἀλλ' ἀτέλειαν ἔδωκαν μόνον. καὶ πρότερον τούτου Περδίκκᾳ, τῷ κατὰ τὴν τοῦ βαρβάρου ποτὲ ἐπιστρατείαν βασιλεύοντι Μακεδονίας, τοὺς ἀναθορόντας ἐκ Πλαταιῶν τῶν βαρβάρων ἀπὸ τ' ὕτλης διαφθείραντι, καὶ τέλεον ἀτύχημα ποιήσαντι τῷ βασιλεῖ, οὐκ ἐψηφίσαντο τὴν πολιτείαν, ἀλλ' ἀτέλειαν ἔδωκαν μόνον. μεγάλῳ, οἶμαι, καὶ λιμίαν, καὶ σεμνὴν τὴν αὐτῶν πατρίδα ἡγεμόνι, καὶ πάσης μείζονα εὐεργεσίας. *Illi (Maiores nostri) Menoni Pharsalio quum duodecim*

Digitized by Google

cim quidem argenti talenta in bellum, quod propter Eionem Amphipoli proximam gerebatur, dedisset, ducentis vero equitibus, servis suis opem tulisset, non decreverunt civitatem, sed immunitatem tantum dederunt. Et ante haec Perdiccae, qui tempore invasionis barbaricae regnabat in Macedonia, quum barbaros Plataeis a clade refugientes interemisset, & perfectum infortunium regi adtulisset, non decreverunt civitatem, sed immunitatem tantum dederunt; magnam opinor, & honoratam, ac venerandam patriam suam, & omni beneficentia maiorem existimantes. Quae ipsa iterum ille dicit Orat. in Aristocratem. Quin & leges habuere, praeter quas donare nefas. Demosthenes idem in Neaeram. Ὁ γὰρ δῆμος ὁ Ἀθηναίων, κυριώτατος ὢν τῶν ἐν τῇ πόλει ἁπάντων, καὶ ἐξὸν αὐτῷ ποιεῖν ὅ, τι ἂν βούληται, οὕτω καλὸν, καὶ σεμνὸν ἡγήσατ' εἶναι δῶρον, τὸ Ἀθηναῖον γενέσθαι, ὥστε νόμους ἔθετο αὐτὸς, καθ' οὓς ποιεῖσθαι δεῖ, ἐάν τινα βούλωνται πολίτην. *Populus enim Athenienſis, quum liber ſit, & abſolutus eorum omnium, quae in urbe ſunt, moderator, ac dominus, & quum ipſi liceat, quidquid lubuerit efficere, adeo tamen pulcrum, & venerandum munus eſſe exiſtimavit, ſi quis Athenienſis fieret, ut leges ſibi tulerit, ſecundum quas agere oportet, ſi quem civem eſſe volunt.* Itaque cautum in primis fuit, iis tantum ut daretur, qui praeclare de repub. meriti eſſent; quin iam datum, nullo modo ratum erat, niſi proxima concione viri amplius ſex mille occultis ſuffragiis comprobaſſent; ſenatores quoque & capſulas ponere, & calculos dare accedenti ad ipſos populo iubebantur, antequam peregrini illi ingrederentur; deinde, ut liber unuſquiſque, ac ſui iuris reputaret apud ſeſe, quem facturus civem eſſet, an honore eo dignus. Demoſthenes poſtea in eadem Oratione. Πρῶτον μὲν γὰρ νόμος ἐστὶ τῷ δήμῳ κείμενος, μὴ ἐξεῖναι ποιήσασθαι Ἀθηναῖον, ὃν ἂν μὴ δι' ἀνδραγαθίαν εἰς τὸν δῆμον τὸν Ἀθηναίων, ἄξιον ᾖ γενέσθαι πολίτην. ἔπειτ', ἐπειδὰν πεισθῇ ὁ δῆμος, μὴ δῶ τὴν δωρεὰν, ὐκ ἐᾷ κυρίαν γενέσθαι τὴν ποίησιν, ἐὰν μὴ τῇ ψήφῳ εἰς τὴν ἐπιοῦσαν ἐκκλησίαν ὑπὲρ ἑξακισχίλιοι Ἀθηναῖοι ψηφίζωνται, κρύβδην ψηφιζόμενοι, τοὺς δὲ πρυτάνεις κελεύῃ λιθέναι τοὺς καδίσκους ὁ νόμος, καὶ τὴν ψῆφον διδόναι προσιόντι τῷ δήμῳ, πρὶν τοὺς ξένους ἐσιέναι, καὶ τὰ γέρα ἀναιρεῖν. ἵνα κύριος ὢν αὐτὸς αὑτῷ ἕκαστος, σκοπῆται πρὸς αὐτὸν, ὅν τινα μέλλῃ πολίτην ποιήσεσθαι, εἰ ἄξιός ἐστι τῆς δορεᾶς; ὁ μέλλων λήψεσθαι. *Primum enim quidem lex eſt populo poſita, non licere facere Athenienſem, qui non aliqua re ſibi venue, ac praeclare erga populum Athenienſem geſta, fieri civem meruerit. Deinde, poſtquam populus iam perſuaſus munus conceſſerit, actum ratum eſſe non ſinit, niſi proxima concione Athenienſes amplius ſex mille occultis ſuffragiis comprobaverint. Prytanes vero lex iubet, & capſulas ponere, & calculos accedenti ad ipſos populo dare, antequam peregrini illi introeant, & ſepimenta tollant; ut quum liber, & ſui iuris unuſquiſque ſit, animo volvens conſideret, quemnam civitate donaturus ſit, & an dono dignus ſit is, qui accepturus eſt.* Poſt hae omnia, actio legum violatarum publica erat; licebatque in iudicium ingreſſo redarguere, nullo iure, meritove datam civitatem eſſe. Demoſthenes ibidem. Ἔπειτα μετὰ ταῦτα παρανόμων γραφὴν ἐποίησε κατ' αὐτοῦ τῷ βουλομένῳ Ἀθηναίων· καὶ ἔξεσιν εἰσελθόντα εἰς τὸ δικαστήριον, ἐξελέγξαι, ὡς οὐκ ἄξιός ἐστι τῆς δωρεᾶς, ἀλλὰ παρὰ τοὺς νόμους Ἀθηναῖος γέγονε. *Deinde iuris violati actionem contra eum cuique Athenienſium conceſſit, & licet forum ingreſſo arguendo demonſtrare, dono eum eſſe indignum, & contra legum diſpoſitionem Athenienſem eſſe factum.* Atque ita a Pytholao Theſſalo, & Apollonide Olynthio, praeter alios quamplurimos, repetitus iſte honos, tamquam perperam illis datus. Demoſthenes ibidem. Καὶ ἤδη ποτὲ τῷ δήμου δόντος τὴν δωρεὰν, λόγῳ ἐξαπατηθέντος ὑπὸ τοῦ αἰτούντων, παρανόμων γραφῆς γενομένης, καὶ εἰσελθούσης εἰς τὸ δικαστήριον, ἐξελεγχθῆναι συνέβη, τὸν εἰληχότα τὴν δωρεὰν μὴ ἄξιον εἶναι αὐτῆς. καὶ ἀφείλετο τὸ δικαστήριον. καὶ τοὺς μὲν πολλοὺς, καὶ παλαιοὺς, ἔργον διηγήσασθαι· ἃ δ' πάντες μνημονεύετε, Πυθόλαόν τε τὸν Θετταλὸν, καὶ Ἀπολλωνίδην τὸν Ὀλύνθιον, πολίτας ὑπὸ τοῦ δήμου γενομένους, ἀφέλετο τὸ δικαστήριον. *Et iam quum populus dediſſet nonnullis donum, oratione deceptus a petentibus, iuris violati lite mota, & introducta in tribunal, deprehendi contigit, eum, qui nactus eſſet, dignum illo non eſſe. Et dono illum privavit iudicium. Et multos quidem, ac veteres narrare labor eſt; quorum vero omnes meminiſtis, & Pytholaum Theſſalum, & Apollonidem Olynthium, cives a populo factos, iure hoc eos privavit iudicium.* In indignis ſervi habiti, qui natura, non calamitate aliqua tales eſſent; itaque, ne his daretur, lege vetitum. Dion Chryſoſtomus Orat. xv. Οὐκ οἶσθα τὴν Ἀθηναίων, ἔφη, νόμον· ὃς τὸν φύσει δοῦλον γενόμενον, οὐκ ἐᾷ μετέχειν τῆς πολιτείας. *Non noſti legem, ait, quae Athenis obtinet, quaeque eum, qui natura ſervus eſt, civitatis participem eſſe non patitur?* Sane priſci Athenienſes tanti civitatis ſuae ius fecere, ut nihil ſupra. Demoſthenes Orat. in Ariſtocratem. Πολιτείαν ἔδοσαν, καὶ ταύτην ἱκανὴν ὑπελάμβανον εἶναι τὴν τιμήν. *Civitatem dederunt, eamque honorem ſatis magnum duxerunt.* Et mox. Πολιτείαν ἔδωκαν μόνον· καὶ γὰρ τότε μὲν οὕτω τίμιον ἦν πᾶσιν ἀνθρώποις τὸ γίνεσθαι πολίτας παρ' ἡμῖν, ὥστ' ὑπὲρ τοῦ τυχεῖν τούτου, τηλικαῦτα ἡμᾶς ἀγαθὰ ἤθελον ποιεῖν. *Civitatem tantum dederunt; tunc enim noſtros cives fieri tanti ab omnibus hominibus ducebatur, ut, quo id conſequerentur, talia, ac tanta in nos bona conferre voluerint.* Inter eos, quibus honorem hunc habuere, Aiacis filii, Euryſaces, ac Philaeus exſtitere; qui & iis Salaminem, tamquam pretium civitatis tradidere. Plutarchus in Vita Solonis. Αὐτοὶ δ' Ἀθηναῖοι, ταῦτα μὲν οἴονται φλυαρίαν εἶναι. τὸν δὲ Σόλωνά φασιν ἀποδεῖξαι τοῖς δικασταῖς, ὅτι Φιλαίου, καὶ Εὐρυσάκης, Αἰακοῦ υἱοὶ, Ἀθήνησι πολιτείας μεταλαβόντες, παρέδοσαν τὴν νῆσον (τὴν Σαλαμῖνα) αὐτοῖς, καὶ κατῴκησαν, ὁ μὲν (Φιλαῖος) ἐν Βραυρῶνι τῆς Ἀττικῆς· ὁ δὲ (Εὐρυσάκης,) ἐν Μελίτῃ. *Ipſi autem Athenienſes iſta putant eſſe nugas. Solonem vero dicunt declaraviſſe iudicibus, Philaeum, & Euryſacem, Aiacis filios, Athenis civitatis iure gaudentes inſulam (Salamina) ipſis tradidiſſe; & habitaviſſe alterum quidem*

dem (Philaeum) Braurone Atticae; alterum vero (Euryſacem) Melitae). Dedere etiam Leuconi Boſpori principi. Demoſthenes in Orat. ad Leptinem. Ἀφαιρεῖ κ̀ Λεύκωνα, τ̀ ἄρχοντα Βοσπόρου, καὶ τοὺς παῖδας αὐτῶ τὴν δωρεὰν, ἣν ὑμεῖς ἔδοτε αὐταῖς. ἔστι γὰρ γένει μὲν δήπου ὁ Λεύκων ξένος, τῇ δ' παρ' ὑμῶν ποιήσει, πολίτης. *Privavit etiam Leuconem Boſpori principem, eiuſque filios munere, quod vos ipſis dederatis. Eſt enim genere quidem Leucon peregrinus; ſed veſtra adoptatione civis.* Sitalcae item, Thraciae regi. Philippus in Epiſtola ad Athenienſes. Καὶ Σιτάλκου μὲν ἀποθανόντος, ᾧ μετέδοτε τ̀ πολιτείας, εὐθὺς ποιήσασθαι πρὸς τ̀ ἀποκτείναντα φιλίαν. *Et mortuo Sitalce, cui ius civitatis dederatis, ſtatim amicitiam cum interfectore iniiſſe.* Etiam Evagorae Cyprio, & Dionyſio Syracuſano, poſteriſque utriuſque. Philippus in eadem Epiſtola. Ὑμεῖς ἔδοτε πολιτείαν Εὐαγόρᾳ τῷ Κυπρίῳ, κ̀ Διονυσίῳ τῷ Συρακουσίῳ, κ̀ τοῖς ἐκγόνοις τοῖς ἐκείνων. *Vos civitatem dediſtis Evagorae Cyprio, & Dionyſio Syracuſano, poſteriſque illorum.* Ac de Evagora eſt Iſocratis quoque locus in Encomio ipſius. Τὸν οὖν (Εὐαγόραν) διὰ πολλὰς, καὶ μεγάλας εὐεργεσίας, νόμῳ πολίτην ἐπεποίηντο. *Sed illum (Evagoram) propter multa, magnaque beneficia lege civem fecerunt.* Etiam Sadoco dederunt, Sitalcis eius, quem iam ſtatim, dixi filio. Thucydides lib. II. Ἐλθών τε ἐς τὰς Ἀθήνας ὁ Νυμφόδωρος, τήν τε τοῦ Σιτάλκου ξυμμαχίαν ἐπέδησε. κ̀ Σάδοκον, τὸν υἱὸν αὐτοῦ, Ἀθηναῖον. *Et quum Nymphodorus Athenas veniſſet, & cum Sitalce foedus iniit, & eius filium Sadocum Athenienſem fecit.* Et poſtea. Πέμψαι τ̀ Σάδοκον, τ̀ γνώμην Ἀθηναῖον. Σιτάλκου υἱόν. *Perſuadent Sadocum civem Athenienſem factum, Sitalcis filium.* Et deſignat Ariſtophanes in Acharnenſibus.

Ὅτ' ἐνταῦθα Θεόγνις ἠγωνίζετο,
Τοῦτον μεταξὺ Σιτάλκης ἔπινον τ̀ χρόνον. κ̀λ.
Ὁ δ' υἱὸς, ὃν Ἀθηναῖον ἐπεποιήμεθα,
Ἤρα φαγεῖν ἀλλᾶντας ἐξ Ἀπατουρίων.
Quando ibi Theognis certabat,
Interea cum Sitalce potabam &c.
Filius vero, quem Athenienſem feceramus,
Cupiebat edere tuceta ex Apaturiis.

Et Plataeenſibus. Iſocrates in Panathenaica. Οἱ δ' ἡμέτεροι, Μεσσηνίων μὲν τοὺς διασωθέντας, εἰς Ναύπακτον κατῴκισαν· Πλαταιέων δὲ τοὺς παραγενομένους, πολίτας ἐποιήσαντο. *Noſtri autem, quicumque ex Meſseniis ſervati fuerant, Naupactum colonos miſerunt; Plataeenſes autem, qui huc advenerant, cives fecerunt.* Ac decretum in rem illam exſtat apud eumdem Demoſthenem Orat. in Neaeram, cuius illud eſt principium. Ἱπποκράτης εἶπε, Πλαταιέας εἶναι Ἀθηναίους ἀπὸ τῆσδε τ̀ ἡμέρας, ἐντίμους, καθάπερ τοὺς ἄλλους Ἀθηναίους. *Hippocrates dixit, Plataeenſes eſſe Athenienſes ab illo die, honoratos perinde, ac alios Athenienſes.* Rhodiis quoque. Livius lib. XXXI. *Rhodii deinde legati auditi ſunt, quorum recens erat beneficium, quod naves longas quatuor Athenienſium, captas nuper a Macedonibus, recuperataſque remiſerant. Itaque ingenti conſenſu bellum adverſus Philippum decretum. Honores regi primum Attalo immodici, deinde & Rhodiis habiti; primum mentio illata de tribu, quam Attalida adpellarent, ad decem veteres tribus addenda; & Rhodiorum populus corona aurea virtutis ergo donatus, civitaſque Rhodiis data.* Et Polybius Legat. Eclog. III. Ἀπεδέξαντο δὴ κ̀ τὸς Ῥοδίους (οἱ Ἀθηναῖοι) μεγαλομερῶς· καὶ τόν τε δῆμον ἐξεφάνωσαν ἀριστέως στεφάνῳ, καὶ πᾶσι Ῥοδίοις ἰσοπολιτείαν ἐψηφίσαντο. *Exceperunt autem quoque Rhodios (Athenienſes) magnifice, & tum populum coronaverunt virtutis corona, tum omnibus Rhodiis aequum ius civitatis decreverunt.* Item Hippocrati. Ecce in Decreti verbis, quod infertum eius Operibus. Ἔδοξε τῇ βουλῇ, κ̀ τῷ δήμῳ τῶν Ἀθηναίων, εἶναι Ἱπποκράτει κ̀ πολιτείαν, κ̀ σίτησιν ἐν πρυτανείῳ διὰ βίου. *Placuit ſenatui, & populo Athenienſi, ut Hippocrates, quoad vixerit, & iure civitatis gaudeat, & in Prytaneo publicis impenſis alatur.* Soranus in eius Vita. Καὶ λαμπρῶν ἔτυχε τιμῶν παρὰ Κώοις· ἀλλὰ κ̀ Θεσσαλοῖς, κ̀ Ἀργείοις, κ̀ Ἀθηναίοις. οἵ τινες καὶ δεύτερον αὐτὸν ἀφ' Ἡρακλέους δημοσίᾳ τοῖς Ἐλευσινίοις ἐμύησαν, κ̀ πολίτην ἔγραψαν. *Et ſplendidos honores nactus eſt a Cois; ſed & a Theſſalis, & Argivis, & Athenienſibus, qui etiam illum ſecundum ab Hercule publice Eleuſiniis initiaverunt, & civem ſcripſerunt.* Vnde & Theſſalus eius filius in Presbeutico. Παρὰ δ τὰς ἄλλας πόλεις τὰ παρ' ὑμέων δοτέα μεγάλα ἦν. ἥ τε γὰρ πολιτεία ἡ ὑμετέρη ὑπερῆγε τὰς ἑτέρων. αἱ γὰρ Ἀθῆναι ὑψηλότερον τι τῶν ἄλλων πόλεων ες δόξαν. *Ea, quae vos dediſtis, aliarum dona urbium exſuperant. Civitas enim veſtra aliorum omnes ſupereminuit; ſiquidem ſublimius aliquid Athenae ſunt ad gloriam comparandum, quam aliae urbes.* Etiam Caryſtioni. Rem, & cauſam indicat Scholiaſtes Comici Veſpis. Σάμιοι καλεσκεύασαν μηχανήν τινα κατ' αὐτόν· ἣν μαθόντες Ἀθηναῖοι ὑπότινος Καρυστίους, ἐφυλάξαντο. καὶ Σαμίους μὲν κακῶς διέθηκαν· τ̀ δὲ Καρυστίονα, ἐτίμησαν φιλότιμα, μετὰ τοῦ γένους· καὶ τ̀ αὐτῶν πολιτείας ἠξίωσαν. *Samii machinam quamdam contra ipſum conſtruxerant. Quam quum didiciſſent a quodam Caryſtione Athenienſes, ſeſe cuſtodierunt. Et Samios quidem male habuerunt; Caryſtionem vero magnis honoribus adfecere, una cum eius genere, & civitate donaverunt.* Ac poſtremis temporibus etiam Gallienus ſibi petiit, & obtinuit. Trebellius in Gallienis. *Gallienus apud Athenas Archon erat, vanitate illa, qua & civis adſcribi deſiderabat.* Recuſarunt autem Zenon, & Cleanthes, ne patriae ſuae iniuriam facere viderentur. Plutarchus lib. Περὶ Στοϊκῶν ἐναντιωμάτων. Καὶ μὴν Ἀντίπατρος, ἐν τῷ περὶ τῆς Κλεάνθους, καὶ Χρυσίππου διαφορᾶς ἱστόρηκεν, ὅτι Ζήνων, κ̀ Κλεάνθης οὐκ ἠθέλησαν Ἀθηναῖοι γενέσθαι, μὴ δόξωσιν τὰς αὐτῶν πατρίδας ἀδικεῖν. *Et ſane Antipater in libro de differentia Cleanthis, & Chryſippi memoravit, Zenonem, & Cleanthen noluiſſe Athenienſes fieri, ne viderentur in ſuas patrias iniuſti eſſe.* Recuſavit etiam T. Pomponius Atticus. AEmilius Probus (a) in eius Vita. *Hic autem (Athenis) ſic ſe gerebat, ut communis infimis, par principibus vide-*

(a) Vitas excellentium Imperatorum, quaſi AEmilii Probi foetum, laudat *Meurſius*, quum illud Cornelii Nepotis opus ſit, quod tamen ipſe etiam alicubi agnoſcit.

videretur; quo factum eſt, ut huic omnes honores, quos poſsent, publice haberent; civemque facere ſtuderent; quo beneficio ille uti noluit; quod nonnulli ita interpretantur; amiſiti civitatem Romanam, alia adſcita. Sed non ſemper incorruptus civitatis honos manſit, ac promiſcue, quum adtriti valde eſsent; inquilinos, & peregrinos adſcivere, Olymp. XCIII. anno III. Diodorus Siculus in rebus geſtis eius anni lib. XIII. Ἀθηναῖοι δὲ κατὰ τὸ συνεχὲς ἐλαττώμασι περιπίπτοντες, ἐποιήσαντο πολίτας τοὺς μετοίκους, καὶ τῶν ἄλλων ξένων τοὺς βουλομένους συναγωνίσασθαι. *Athenienſes autem adſiduis calamitatibus adtriti, in civitatem adſciverunt inquilinos, aliorumque peregrinorum eos, qui volebant ſimul bellare.* Anonymus in Deſcript. Olymp. anno quarto inſequente Olympiadis nominatae factum narrat iſtis verbis. Ἀθηναῖοι τοὺς μετοίκους ἐπολιτογράφησαν. *Athenienſes civitati adſcripſerunt inquilinos.* Poſteaque & indignis donavere, aut vendidere. Queritur Demoſthenes ipſe in citata paulo ante Oratione. Περὶ συντάξεως. Νῦν δ', ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, φῦρες ἀνθρώπους, οἰκοτρίβων οἰκότριβας, τιμὴν ὥσπερ ἄλλου τινὸς ἢ ὠνίου λαμβάνοντες, ποιεῖσθε πολίτας. *Nunc autem, o viri Athenienſes, perditos homines, vernarum vernas, pretium velut alterius cuiusdam venalis rei adepti, facitis cives.* Ita Chaerephilum ſalſamentarium, Phidonem, Pamphilum, Philippum, denique Epigenem, & Cononem, nummularios, civitate donatos ait Dinarchus Orat. in Demoſthenem. Εἰπατέ μοι, πρὸς Διὸς, ὦ ἄνδρες, προῖκα τοῦτον οἴεσθε γράψαι Διφίλῳ τὴν ἐν πρυτανείῳ σίτησιν, καὶ τὴν εἰς τὴν ἀγορὰν ἀναθησομένην εἰκόνα; ἢ τὸ ποιῆσαι πολίτας ὑμᾶς Χαιρέφιλον, καὶ Φείδωνα, καὶ Πάμφιλον, καὶ Φίλιππον, καὶ πάλιν Ἐπιγένη, καὶ Κόνωνα, τοὺς τραπεζίτας. *Dicite mihi per Iovem, o viri, an putatis gratuito hunc decreviſſe Diphilo alimenta in prytaneo, & ſimulacrum conſecrandum in foro? aut feciſſe vos cives Chaerephilum, & Phidonem, & Pamphilum, & Philippum? & rurſus Epigenem, & Cononem trapezitas?* Ita quoque Caerephili filios. Athenaeus lib. III. Τοσαύτῃ δ' Ἀθηναῖοι σπουδὴν ἐποιοῦντο περὶ τὸ ταριχᾶσθαι, ὡς καὶ πολίτας ἀναγράψαι τοὺς Χαιρεφίλου τοῦ ταριχοπώλου υἱούς. *Tanto autem ſtudio Athenienſes inminebant ſalſamento, ut etiam cives adſcripſerint Chaerephili ſalſamentarii filios.* Item Ariſtonicum Caryſtium, ſphaeriſtam Alexandri Magni. Athenaeus lib. I. Ἀριστόνικον τὸν Καρύστιον, τὸν Ἀλεξάνδρου σφαιριστὴν, Ἀθηναῖοι πολίτην ἐποίησαν διὰ τὴν τέχνην. *Ariſtonicum Caryſtium, Alexandri ſphaeriſtam, Athenienſes fecerunt civem propter artem.* Meminitque Euſtathius ad Odyſſ. θ'. Τὸ δὲ ἀξίαν λόγου καὶ τὴν σφαιριστικὴν εἶναι, δῆλον καὶ Ἀθηναῖοι, πολίτην ποιησάμενοι Ἀλεξάνδρου τὸν Καρύστιον σφαιριστήν. *Eſſe vero ſphaeriſticam quoque in aliquo numero ponendam, fidem faciunt etiam Athenienſes, quum civem fecerint illum Caryſtium ſphaeriſtam Alexandri* (a). Poſtea Auguſtus, ne deinceps pretio darent interdixit. Dion Caſſius lib. LIV. Ὁ δὲ Αὔγουστος Ἀθηναίων τήν τε Αἴγιναν, καὶ τὴν Ἐρέτριαν, ἐκαρπώσατο γὰρ αὐτὰς, ὡς τινές φασιν, ἀφέλετο, ὅτι τὸν Ἀντώνιον ἐσπούδασαν· καὶ προσέτι καὶ ἀπηγόρευσε σφίσι, μηδένα πολίτην ἀργυρίου ποιεῖσθαι. *Auguſtus vero Athenienſibus, & AEginam, & Eretriam (fruebantur enim illis) ut nonnulli dicunt, abſtulit, quia Antonio faverant; & praeterea ipſis interdixit, ne quem civem pecunia facerent.* Formula dandae civitatis, iſta erat: ut illum talem ſe Athenienſem facere pronuntiarent, ab illo die eadem dignitate uſurum, qua Athenienſes ceteri; tum ius quoque habiturum & ſacrorum, & profanorum, quorum Athenienſes habeant; niſi ſi quod ſacerdotium, ſive feſtum, genti forte alicui proprium; & novemviratum excipi, quem patere tamen liberis; denique in tribum, populumque inferendum. Obſervare eſt in Decreto de donata Plataeenſibus civitate apud Demoſthenem Orat. in Neaeram, cuius ecce iſta verba. Ἱπποκράτης εἶπε, Πλαταιέας εἶναι Ἀθηναίους, ἀπὸ τῆσδε τῆς ἡμέρας, ἐντίμους, καθάπερ οἱ ἄλλοι Ἀθηναῖοι. καὶ μετεῖναι αὐτοῖς, ὥσπερ Ἀθηναίοις μέτεστι πάντων, καὶ ἱερῶν, καὶ ὁσίων. πλὴν εἴ τις ἱερωσύνη, ἢ τελετή ἐστιν ἐκ γένους· μηδὲ τῶν ἐννέα ἀρχόντων· τοῖς δ' ἐκ τούτων. καλεῖσθαι δὲ τοὺς Πλαταιέας εἰς τοὺς δήμους, καὶ τὰς φυλάς. *Hippocrates dixit, Plataeenſes eſse Athenienſes ab hoc die, honoratos perinde, ut alii Athenienſes, & communicare cum illis, quae communicata ſunt cum Athenienſibus, omnia & ſacra, & ſancta; praeterquam ſi quod ſacerdotium, aut feſtivitas propria generis ſit; ſed neque novem Archontes; verumtamen cum illis, qui ex his nati fuerint. Diſtribuere autem Plataeenſes in populos, ac tribus.* Ac tribum illi, populumque dari ſolitum, inde etiam nobis liquet, quod Philoſtratus, quum Phoenicem Hadrianum civem factum Athenienſem dicere vellet, populum illi Athenis, & tribum fuiſſe dixerit. Verba eius ecce iſta in Hadriani eius Vita, Sophiſt. lib. II. Οἱ δὲ προσήκοντες γράφονται τὸν τεθνεῶτα φόνου παρὰ τῷ τῆς Ἑλλάδος ἄρχοντι, ὡς ἕνα Ἀθηναίων· ἐπῳδὴ φυλή τε ἦν αὐτῷ, καὶ δῆμος, Ἀθήνησιν. *Propinqui vero acciuſant mortuum caedis apud Archontem Graeciae, ut unum Athenienſium; quoniam & tribus illi erat, & populus Athenis.* Sic de Ptolemaeo Naucratite dicit, eum Marathonis populo inſcriptum fuiſſe, civitate donatum innuens. Μαραθῶνα δὴ αὐτὸν ἐπωνόμαζον, ὡς μέν τινες, ἐπειδὴ τῷ Μαραθῶνι δήμῳ ἐνεγράφη Ἀθήνησιν. *Marathona vero eum cognominarunt, ut quidem nonnulli, quoniam Marathoni populo inſcriptus erat Athenis.*

(a) Marcus etiam Tullius quidam Apamenſis Athleta inſignis civitate ab Athenienſibus donatus intelligitur ex vetuſta Inſcript. apud *Spon. Tom. III. Itiner.*

CAP. VI.

Coloniae variae; partim urbes, regiones, inſulaeque. AElianus emendatus, item Suidas. Eretria ab Auguſto ademta, & AEgina. Lemni veſtigalia data a Senatu, & populo Romano. Antonii beneficentia. Inſulae venditae, & quo tempore imagines urbium ex aere, in Olympii Iovis templo, ab Hadriano Imp. dedicatae.

AD colonias, ſobolem quamdam civitatis, ordo vocat. De his eſt Iſocratis locus in Panegyrica. Περὶ ὧν τοὺς αὐτοὺς χρόνους, ὁρῶσα τοὺς

τὰς μὲν βαρβάρους τὴν πλείστην τῆς χώρας κατέχοντας, τοὺς δὲ Ἕλληνας εἰς μικρὸν τόπον καταπεκλεισμένους, καὶ διὰ σπανιότητα τῆς γῆς ἐπιβουλεύοντάς τε σφίσιν αὐτοῖς, καὶ στρατείας ἐπ' ἀλλήλους ποιουμένους, καὶ τοὺς μὲν δι' ἔνδειαν τῶν καθ' ἡμέραν, τοὺς δὲ διὰ τὸν πόλεμον ἀπολλυμένους, οὐδὲ ταῦθ' ὅτως ἔχοντα περιεῖδεν, ἀλλ' ἡγεμόνας εἰς τὰς πόλεις ἐξέπεμψεν, οἱ παραλαβόντες τοὺς μάλιστα βίου δεομένους, στρατηγοὶ καταστάντες αὐτῶν, καὶ πολέμῳ κρατήσαντες τοὺς βαρβάρους, πολλὰς μὲν ἐφ' ἑκάτερα τῇ ἠπείρῳ πόλεις ἔκτισαν· πᾶσαι δὲ τὰς νήσους κατῴκισαν. *Iisdem quoque temporibus nostra urbs quum Barbaros maximam terrae partem videret obtinere, Graecos autem velut in angustiam quamdam redactos, ob agri penuriam, alios aliis, & insidias, & bella facere, atque alios fame, alios armis perire: ne haec quidem neglexit, sed duces in civitates misit, qui, egentissimis quibusque adscitis, Barbaros ductu suo vicerunt, & multas in utraque continente urbes condiderunt, & in omnes insulas colonias deduxerunt.* Ecce tibi, in utraque continente urbes multas condiderunt; & in insulas quoque omnes colonias suas deduxerunt. Vbi quae de continente utraque dicit, eas intelligit, quae in Asia, & Europa sunt deductae. Ac de Asia hoc sciendum; eam partem, quae Ionia adpellata, coloniam Athenienſium factam esse. Aquila de Fig. Sent. *Athenienses Asiae partem eam, quae Ionia cognominata est, coloniis communierunt.* Herodotus lib. 1. Εἰσὶ δὲ πάντες Ἴωνες, ὅσοι ἀπ' Ἀθηνέων γεγόνασι, καὶ Ἀπατούρια ἄγουσιν ἑορτήν. *Sunt autem omnes Iones, quotquot Athenis venerunt, & Apaturia festum celebrant.* Thucydides l. 1. Καὶ Ἴωνας μὲν Ἀθηναῖοι, καὶ νησιωτῶν τοὺς πολλοὺς ᾤκισαν. *Et Iones quidem, & multi insularium coloni sunt Athenienſium.* Tertull. lib. de Pallio. *Iones, Nelei comites, Asiam novis urbibus instruunt.* Iterum lib. De Anima. *Vt Athenienses Asiam, ut Phryges Italiam, ut Phoenices Africam, dum solemnes etiam migrationes, quas μετοικίας adpellant, consilio exonerandae popularitatis, in alios fines examina gentis eructant.* Aristides in Panathenaica. Ὡς δ' αὐτῇ (τῇ τῶν Ἀθηναίων πόλει) διχόθεν κατεσκεύασο ἡ τῆς Ἑλλάδος φρουρὰ, καὶ συνεκέκλειστο ὥσπερ λιμέσι κλείσοις, ὅτως ἤδη καὶ μέχρι τῆς ὑπερορίας ἡ διὰ τῆς θαλάττης· καὶ διεβίβαζεν εἰς τὴν Ἀσίαν τὰς πολλὰς, καὶ μεγάλας ἀποικίας. *Sicut vero illi (Athenarum urbi) a duobus lateribus comparata est Graeciae custodia, & concluſa portubus clausis, ita iam quoque usque ad loca ultra limites procedebat per mare, & deducebat in Asiam multas, & magnas colonias.* Accidit autem sub Archippo, perpetuorum archontum tertio, uti nos Eusebius docet in Chronico suo; meminitque Tatianus contra Graecos, ubi de Homeri aetate illi sermo. Οἱ δὲ περὶ Ἀρίσαρχον κατὰ τὴν Ἰωνικὴν ἀποικίαν, ἥ ἐστι μετὰ ἑκατὸν καὶ τεσσαράκοντα ἔτη τῶν Ἰλιακῶν· Φιλόχορος δὲ μετὰ τὴν Ἰωνικὴν ἀποικίαν, ἐπὶ ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἀρχίππου. *Aristarchus vero quum Ionica colonia, quae Iliacis rebus posterior est annis centum, & quadraginta, deduceretur. Philochorus autem post Ionicam coloniam deductam, Archonte Athenis Archippo.* Quin tredecim in ea urbes condidere, Ephesum, Miletum; Myunta, Lebedon, Colophonem, Prienen, Teum, Erythras, Phocaeam, Clazomenas, Chium, Samum, Smyrnam. Strabo memorat lib. XIV. Ἄρξαι δέ φησιν Ἀνδρόκλον τὸν τῶν Ἰώνων ἀποικίας, ὕστερον τῆς Αἰολικῆς, υἱὸν γνήσιον Κόδρου, τοῦ βασιλέως Ἀθηνῶν· γενέσθαι τοῦτον ΕΦΕΣΟΥ κτίστην..... Καὶ ΜΙΛΗΤΟΝ δ' ἔκτισε Νηλεὺς ἐκ Πύλου τὸ γένος ὤν. οἵ τε Μεσσήνιοι, καὶ οἱ Πύλιοι, συγγένειάν τινα προσποιοῦνται, καθ' ἣν καὶ Μεσσήνιον τὸν Νέστορα οἱ νεώτεροί φασι ποιηταί. καὶ τοῖς περὶ Μέλανθον, τὸν Κόδρου πατέρα, πολλοὺς καὶ τῶν Πύλιων συνεξᾶραί φασιν εἰς τὰς Ἀθήνας· τοῦτον δὴ πάντα τὸν λαὸν μετὰ τῶν Ἰώνων κοινῇ σεῖλαι τὴν ἀποικίαν· τοῦ δὲ Νηλέως ἐπὶ τῷ Ποσειδίῳ βωμὸς ἵδρυμα δείκνυται. Κυδρῆλος δὲ, νόθος υἱὸς Κόδρου ΜΥΟΥΝΤΑ κτίζει. Ἀνδρόκοπος δὲ, ΛΕΒΕΔΟΝ, καταλαβόμενος τόπον τινὰ Ἄρτεω. ΚΟΛΟΦΩΝΑ δ' Ἀνδραίμων Πύλιος, ὥς φησι καὶ Μίμνερμος ἐν Ναννοῖ. ΠΡΙΗΝΗΝ δ' Αἴπυτος ὁ Νηλέως, εἶθ' ὕστερον Φιλώτας, ἐκ Θηβῶν λαὸν ἀγαγών. ΤΕΩ δὲ Ἀθάμας μὲν πρότερον, διὸ Ἀθαμανλίδα αὐτὴν καλεῖ Ἀνακρέων· κατὰ δὲ τὴν Ἰωνικὴν ἀποικίαν Ναῦκλος, υἱὸς Κόδρου νόθος· καὶ μετὰ τοῦτο Ἀποίκος, καὶ Δάμαθος, Ἀθηναῖοι· ἦν γὰρ ἦν ἐκ Βοιωτῶν. ΕΡΥΘΡΑΣ ἦ Κνῶπος, καὶ ἕτερος υἱὸς Κόδρου νόθος. ΦΩΚΑΙΑΝ δ' οἱ μετὰ Φιλογένους Ἀθηναῖοι. ΚΛΑΖΟΜΕΝΑΣ δὲ, Πάραλος. ΧΙΟΝ ἦ, Ἐγέρτιος, σύμμικτον ἐπαγόμενος πλῆθος. ΣΑΜΟΝ δὲ, Τυμβρίων. εἶθ' ὕστερον Προκλῆς. Αὗται μὲν δώδεκα Ἰωνικαὶ πόλεις· προσελήφθη δὲ καὶ ὕστερον ΣΜΥΡΝΑ, εἰς τὸ Ἰωνικὸν ἐναγαγόντων Ἐφεσίων. *Ducem coloniae Ionum ait fuisse Androclum, Codri Athenienſium Regis filium legitimum: qui eam post AEolicam deduxerit,* Ephesumque *condiderit*..... Miletum *etiam condidit Neleus, domo Pylius, Messenii autem, & Pylii quamdam inter se cognationem perhibent, propter quam etiam recentiores poetae Nestorem Messenium faciunt. Et cum Melantho Codri patre multos Pyliorum Athenas profectos aiunt; qui totus populus communiter cum Ionibus in coloniam abiverit: ara in Posidio visitur, a Neleo posita. Cydrelus Codri filius spurius* Myuntem *condidit. Androcopus* Lebedon, *occupato loco, cui nomen Artae.* Colophonem *Andraemon Pylius, ut & Mimnermus in Nannone scribit.* Prienen *AEpytus Nelei F. postea Philotas, populo secum Thebis adducto.* Teum *Athamas ante, unde & Athamantidem eam Anacreon vocat: post tempore Ionicae coloniae Nauclus Codri filius spurius: ac deinde Poecnes, & Damathus Athenienſis: erat enim, e Boeotis.* Erythras *vero Cnopus, spurius ipse etiam Codri filius.* Phocaeam *Athenienses cum Philogene.* Clazomenas *Paralus.* Chium *Egertius, promiscuam adducens multitudinem.* Samum *Tymbrio; ac postmodo Patrocles. Hae ergo sunt* XII. *urbes Ionicae: postea temporis adsumta in eum conventum est etiam* Smyrna, *auctoribus Ephesiis.* Herodotus lib. 1. Οἱ δὲ Ἴωνες ὅτοι. (a) ΜΙΛΗΤΟΣ μὲν αὐτῶν πρώτη κέεται πόλις πρὸς μεσαμβρίην, μετὰ δὲ ΜΥΟΥΣ τε καὶ ΠΡΙΗΝΗ. αὗται μὲν ἐν τῇ Καρίῃ, κατοίκηνται, κατὰ ταυτὰ διαλεγόμεναι σφι. αἱ δὲ ἐν τῇ Λυδίῃ, ΕΦΕΣΟΣ, ΚΟΛΟΦΩΝ, ΛΕΒΕΔΟΣ, ΤΕΩΣ, ΚΛΑΖΟΜΕΝΑΙ, ΦΩΚΑΙΑ, αὗται δὲ αἱ πόλις τῇσι πρότερον λεχθείζησι ὁμολογέουσι κατὰ γλῶσσαν οὐδέν, σφὶ δὲ

(a) Haec verba desunt in Herodoti editione Parisiensi ab H. Stephano adornata, & quidem neque cum iis, quae praecedunt, neque cum iis, quae subsequuntur, apte & cohaerenter iungi possunt.

Digitized by Google

δὲ ὁμοφωνέυζι. ἔτι δὲ τρεῖς ὑπόλοιποι Ἰάδες πόλεις. αἱ δύο μὲν, νήσυς οἰκέαι, ΣΑΜΟΝ τε καὶ ΧΙΟΝ· ἡ δὲ μία ἐν τῇ ἠπείρῳ ἵδρυται ΕΡΥΘΡΑΙ. *Iones autem bi ſunt.* Miletus *prima apud ipſos civitas, ad meridiem vergens. Poſt hanc* Myus, *&* Prienae. *Hae in Caria ſitae ſunt, eadem lingua utentes. Illae vero in Lydia,* Epheſus, Colophon, Lebedus, Teos, Clazomenae, Phocaea, *quae cum iam dictis civitatibus, quantum ad linguam adtinet, non conveniunt, inter ſe tamen eadem ſonant lingua. Reliquae ſunt tres civitates Ionicae, quarum duae inſulas habitant.* Samum *videlicet, &* Chium: *tertia in continenti ſita,* Erythrae. Vitruvius lib. 4. cap. 1. *Athenienſes ex reſponſis Apollinis Delphici, communi conſilio totius Hellados, tredecim colonias uno tempore in Aſiam deduxerunt; ducemque in ſingulis coloniis conſtituerunt; & ſummam imperii partem Ioni, Xuthi & Creuſae filio dederunt; quem etiam Apollo Delphis ſuum filium in reſponſis eſt profeſſus; iſque eas colonias in Aſiam deduxit, & Cariae fines occupavit, ibique civitates ampliſſimas conſtituit, Epheſum, Miletum, Myunta, (quae olim ab aqua eſt devorata: cuius ſacra, & ſuffragium Mileſiis Iones attribuerunt) Prienem, Samum, Teon, Colophona, Chium, Erytras, Phocaeam, Clazomenas, Lebedum, Meliten. Haec Melite propter civium arrogantiam ab his civitatibus, bello indicto, communi conſilio eſt ſublata; cuius loco poſtea regis Attali, & Arſinoes beneficio Smyrnaeorum civitas inter Ionas eſt recepta.* Videndus etiam eſt Pauſanias in *Achaicorum* initio. Emendandus autem obiter AElianus Var. Hiſt. lib. VIII. cap. V. Νηλεὺς δὲ εἰς τὴν Ἰωνίαν ἀφίκετο, καὶ πρῶτον μὲν ὤκησε Μίλητον, Κᾶρας ἐξελάζας, καὶ Μυγδόνας, καὶ Λέλεγας, καὶ ἄλλους βαρβάρους, ἀφ' ὧν αἱ δώδεκα πόλεις ἐκλήθησαν ἐν Ἰωνίᾳ. Εἰσὶ δὲ αἵδε, Μίλητος, Ἔφεσος, Ἐρυθραὶ, Κλαζομεναὶ, Πριήνη, Λέβεδος, Τέως, Κολοφὼν, Μυοῦς, Φώκαια, Σάμος, καὶ Χῖος. *Neleus in Ioniam profectus eſt, & primum tenuit Miletum, eiectis Caribus, Mygdonibus, Lelegibus, aliiſque Barbaris, a quibus duodecim Ioniae urbes nomen habuere, & ſunt hae: Miletus, Epheſus, Erythrae, Clazomenae, Priene, Lebedus, Teus, Colophon, Myus, Phocaea, Samus, & Chius.* Non recte editur, Πρήνη, Λέσβος, Τέως. *Priene, Lesbus, Teus.* Eodem mendo laborat Suidas in Ἰωνία. Imperfecta eſt Velleii narratio, qui urbes tantum novem memorat, omiſſis IV. lib. 3. *Iones, duce Ione profecti Athenis, nobiliſſimam partem regionis maritimae occupavere, quae hodieque adpellatur Ionia, urbeſque conſtituere, Epheſum, Miletum, Colophona, Prienem, Lebedum, Myuntem, Erythram, Clazomenas, Phocaeam.* Ac de Mileto ſeorſim quoque eſt apud Herodotum lib. 9. Τῆς Δήμητρος Ἐλευσινίης ἱερὸν, τὸ Φίλιος ὁ Πασικλέος ἱδρύσατο, Νηλέῳ τῷ Κόδρου ἐπισπόμενος ἐπὶ Μιλήτου κλισίν. *Cereris Eleuſiniae templum, quod Philiſtus Paſiclis F. extruxit, Neleum Codri filium ſequutus ad Miletum condendam.* Thales, Epiſtola ad Solonem (a), apud Diogenem Laertium, in eius vita, lib. 1. Γράψοις ἐξ Ἀθηναίων δοκέεις ἄν μοι ἁρμοδιώτατα ἐν Μιλήτῳ οἶκον ποιέεσθαι, παρὰ τοῖς ἀποίκοις ὑμέων. *Quum ab Athenienſibus ſeceſſeris, Mileti quidem aptiſſime ſedem figere mihi videaris apud veſtros colonos.* Euſtathius in Dionyſium. Διὰ μέσης δ' τ' Ἰώνων γῆς ὁ Μαίανδρος λιπαραῖς δίναις εἰς ἅλα κατέρχεται μεταξὺ τ' Πριήνης, καὶ τ' Μιλήτου, Ἰωνικῆς πόλεως ἀποίκου Ἀθηναίων. *Per mediam Ionum regionem Maeander pulcris ſinuoſus recurſibus, in mare deſcendit inter Prienem, & Miletum, Ionicam urbem coloniam Athenienſium.* Et quae ibi ſequuntur. Ammianus lib. 22. cap. 8. *Per haec ampliſſima ſpatia oppida ſunt diſperſa Graecorum, quae cuncta aetatibus variis, praeter pauca Athenienſium, coloni condidere Mileſii, inter Ionas alios in Aſia per Neleum multo ante locati, Codri illius filium, qui ſe pro patria bello fertur Dorico devoviſſe.* Iterum lib. XXVIII. cap. 1. *Erat enim Athenienſium colonia Miletus, deducta inter Ionas alios per Neleum, Codri F.* De Samo eſt videre apud Lucillum Tarrhaeum, in Proverb. Ἀττικὸς πάροικος, & Zenobium, Cent. II. Proverb. XXVIII. De Erythra, Harpocration. Ἐρυθρὰ, μία τῶν ὑπὸ Νηλέως τοῦ Κόδρου κλισθεισῶν, ὡς φησιν Ἑλλάνικος ἐν Ἀτθίσιν. *Erythra, una earum, quae a Neleo Codri F. conditae ſunt, ut ait Hellanicus in Atticis.* De Epheſo ſunt Platonis verba capienda, extremo Ione. Τί δ'; οὐκ Ἀθηναῖοι μέν ἐσε οἱ Ἐφέσιοι τὸ ἀρχαῖον; *Quid vero? nonne vos Epheſii priſca origine Athenienſes eſtis?* De Myunte Plinius lib. V. cap. XXIX. *Myus, quod primo condidiſſe Iones narrantur, Athenis profecti.* Sed nunc alias porro urbes, inſulaſque videamus. ADRAMYTTIUM. Strabo lib. XII. Πλησίον δ' εὐθὺς τὸ Ἀδραμύττιον, Ἀθηναίων ἄποικος πόλις. *Prope vero ſtatim Adramyttium, colonia Athenienſium.* Euſtathius ad Iliad. β'. Καὶ τὸ Ἀτραμύττιον ὃ Ἀθηναίων ἔσχεν ἀποικίαν. *Et Atramyttium colonia deducta eſt ab Athenienſibus.* AGRYLE. Stephanus in Ἀγραυλή. Ἔστι δὲ καὶ πόλις Ἀθηναίων ἄποικος ἐν Σαρδοῖ, ἀπὸ τοῦ δήμου κληθεῖσα Ἀγρυλή. *Eſt vero & Urbs, Athenienſium colonia, in Sardinia, a populo (b) vocata Agryle.* AMISUS. Strabo lib. XII. Ἀμισὸς, πόλις ἀξιόλογος, διέχουσα τῆς Σινώπης περὶ ἐνενακοσίους σταδίους· φησὶ δ' αὐτὴν Θεόπομπος πρώτους Μιλησίους κτίσαι· εἶτα Καππαδόκων ἄρχοντας, τρίτον δ' ὑπ' Ἀθηνοκλέους, καὶ Ἀθηναίων ἐποικισθεῖσαν, Πειραιᾶ μετονομασθῆναι. *Amiſus urbs commemoratione digna, diſtans Sinope ſtadiis circa nongentis. Dicit autem Theopompus primos hanc Mileſios condidiſſe: deinde Cappadocum principes, tertium vero ab Athenocle, & Athenienſibus nova colonia auctam, nominatam eſſe Piraeeum.* Euſtathius ad Iliad. β'. Ὅτι πολλαὶ Ἀθηναίων ἐγένοντο ἀποικίαι, τεθρύληται· καὶ Ἀμισὸς γε ἡ Ποντικὴ, κατὰ τὸν γεωγράφον, Ἀθηναίων ἐποικισάντων, Πειραιεὺς μετωνομάσθη, ὁμωνύμως τῷ Ἀττικῷ Πειραιεῖ. *Multas fuiſſe Athenienſium colonias pervulgatum eſt. Et Amiſus Pontica, iuxta Geographum, quum Athenienſes coloniam deduxiſſent, nominata eſt Piraeeus, eodem nomine, quo Piraeeus Athenienſis.* Appianus, De Bello Mithrid. Φαίνεται γὰρ καὶ Ἀμισὸν πόλιν Ἀττικῇ γένους, ἐπὶ δημοκρατίαν, ὡς πατρίαν σφίσι πολιτείαν ἀγαγών. *Videtur enim etiam Amiſum, Attici generis civitatem, ad populare imperium, tamquam patriam ipſis procurationem, adduxiſſe.* AMPHIPOLIS. Plutarchus in Ci-

(a) Epiſtola forte ὑποβεβλημένη.

(b) Vide *Lib. De Popul. Atticae* in Ἀγρυλή.

Digitized by Google

Cimonis Vita. Καὶ προσεκτήσαντο χώρας, αὐτήν τε τὴν Ἠϊόνα, καὶ Ἀμφίπολιν οἰκίσαντες. *Et quum possedissent insuper regiones, ipsamque Eiona, & Amphipolin incolis replevissent.* Diodorus lib. XI. Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις Ἀθηναῖοι θαλαττοκρατοῦντες, εἰς Ἀμφίπολιν ἐξέπεμψαν οἰκήτορας μυρίους. *Haec ubi facta sunt, Athenienses mari potentes miserunt Amphipolin decem millia colonorum.* Iterum lib. XII. Ἀθηναῖοι συνῴκισαν Ἀμφίπολιν· καὶ τῶν οἰκητόρων οὓς μὲν ἐκ τῶν πολλῶν κατέλεξαν, οὓς δὲ ἐκ τῶν σύνεγγυς φρουρίων. *Athenienses colonos miserunt Amphipolin, eosque collegerunt partim ex plebe, partim ex vicinis praesidiis.* AEmilius Probus in Cimone. *Oppidum Amphipolim constituit, eoque decem millia Athenienſium in coloniam misit.* Videndus quoque Polyaenus lib. VI. Strategemate penultimo, quod est Agnonis Athenienſis. ATHENAE DIADES. Strabo lib. X. Καὶ Ἀθῆναι αἱ Διάδες, κτίσμα Ἀθηναίων. *Et Athenae Diades, opus Athenienſium.* ATHENAE ACARNANIAE, sive CURETIDIS. Stephanus in Ἀθῆναι. Ἑβδόμη, Ἀκαρνανίας, ὡς Δημήτριος· Ἀθηναῖοι, ἐν τῇ Κυρήτιδι κτίσαντας πόλιν, Ἀθήνας προσαγορεῦσαι. τὴν γὰρ νῦν Ἀκαρνανίαν, Κυρῆτιν ὠνόμαζον. *Septima Acarnaniae, ut Demetrius: Athenienſes, quum urbem in Curetide condidissent, Athenas adpellavisse: quae enim nunc Acarnania dicitur, Curetin nominabant.* BREA. Hesychius. Βρέα. Κρατῖνος μέμνηται, τῆς εἰς Βρέαν ἀποικίας. ἐστὶ δὲ πόλις Θρακίας, εἰς ἣν Ἀθηναῖοι ἀποικίαν ἐξέπεμψαν. *Brea. Cratinus coloniae Brean deductae meminit. Est autem Thraciae urbs, in quam Athenienſes coloniam deduxerunt.* Stephanus. Βρέα, πόλις· εἰς ἣν ἀποικίαν ἐξείλαντο Ἀθηναῖοι. *Brea, urbs, in quam Athenienſes coloniam deduxere.* BYZANTIUM. Ammianus, lib. XXII. *Constantinopolis, vetus Byzantium, Atticorum colonia.* CHALCIS. Libanius in Argumento Olynth. I. Ὄλυνθος ἦν πόλις ἐπὶ Θρᾴκης. Ἑλληνικὸν ἦ ταύτῃ τῶν ἐνοικούντων τὸ γένος, ἀπὸ Χαλκίδος, τῆς ἐν Εὐβοίᾳ. ἡ δὲ Χαλκὶς Ἀθηναίων ἄποικος. *Olynthus Thraciae urbs erat, cuius incolae Graeci genus, Chalcide Euboeae urbe profecti; Chalcis vero Athenienſium colonia est.* Scholiastes Aristophanis Equitibus. Οἱ δὲ Χαλκιδεῖς εἰσι μὲν ἐπὶ τῆς Εὐβοίας ἄποικοι Ἀθηναίων. *Chalcidenſes vero sunt in Euboea coloni Athenienſium.* Marcianus in Periegesi.

——— ἐκ τῆς δ' Ἀττικῆς
Τὸν Ἐρεχθέως διαβάντα Πάνδωρον κτίσαι
Πόλιν μεγίστην τ' ἐν αὐτῇ Χαλκίδα.
——— *Ex Attica vero*
Profectum Erechthei F. Pandorum condidisse
Urbem omnium, quae in ea sunt, maximam,
Chalcidem

Velleius lib. I. *Athenienſes in Euboea Chalcida, Eretriam, colonis occupavere.* Et huc Strabonis quoque locus referendus, quem citabo statim infra, ubi de Eretria agam. Hinc Chalcidica dialectus dicta eadem, quae Attica. Isacius Tzetzes ad Lycophronem. Τὸ δὲ Πέφρικαν, ἀντὶ τῦ Πεφρίκασι, καὶ τὰ ὅμοια, Χαλκιδικῆς, ἤτοι Ἀττικῆς, διαλέκτου. *Illud vero* Πέφρικαν, *pro* Πεφρικασι, *& similia, Chalcidicae, hoc est Atticae dialecti sunt.* Et alibi. Ἐσχάζοσαν, χαλδαϊκὸν, ἤ τοι τῆς Ἀττικῆς διαλέκτου. Ἐσχαζόσαν *Chaldaicum, vel Atticae dialecti.* Vbi recte Καλ-

A

B

C

D

E

F

κιδικὸν, pro Χαλδαικὸν, legendum esse monet V. Cl. anus Rutgersius, Var. Lect. lib. V. cap. VI. CRITHOTE. Suidas. Κριθωτὴ, πόλις τῶν ἐν Χερρονήσῳ κατοικισθεῖσα ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων, τῶν μετὰ Μιλτιάδου ἐκεῖ παραγενομένων. *Crithote, Cherſoneſi urbs colonis occupata ab illis Athenienſibus, qui cum Miltiade illuc advenerant.* CYBELUM. Lucianus, in Iud. Voc. Ἐπεδήμουν ποτὲ Κυβέλῳ τὸ δὲ ἐστι πολίχνιον οὐκ ἀηδές, ἄποικον, ὡς ἐπέχει λόγος, Ἀθηναίων. *Peregrinabar olim Cybelum. Hoc vero est Oppidulum non iniucundum, colonia, ut fama fert, Athenienſium.* EION. Plutarchus in Vita Cimonis. Καὶ προσεκτήσαντο χώρας, αὐτήν τε τὴν Ἠϊόνα, καὶ τὴν Ἀμφίπολιν, οἰκίσαντες. *Et regiones insuper adquisierunt, quum & Eionem ipsam, & Amphipolin habitassent.* ELAEA. Strabo lib. XII. Στάδιοι δ' ἐπ' αὐτὴν τεσσαράκοντα· εἶθ' ἑβδομήκοντα εἰς Ἐλαίαν, λιμένα ἔχουσαν, καὶ ναύσταθμον τῶν Ἀτταλικῶν βασιλέων, Μενεσθέως κτίσμα, καὶ τὸν σὺν αὐτῷ Ἀθηναίων, τῶν συστρατευσάντων ἐπ' Ἴλιον. *Stadiis quadraginta distat: deinde Elaea ſeptuaginta, urbs portum, & Attalicorum Regum navium ſtationem habens, quam Meneſtheus, & qui cum illo contra Ilium militaverunt, Athenienſes condidere.* ERETRIA. Velleius in citatis paulo ante verbis: *Athenienſes in Euboea Chalcida, Eretriam colonis occupavere.* Strabo de illa, & Chalcide lib. X. Μετὰ δὲ τὴν Γέραιστον Ἐρέτρια πόλις· μεγίστη τῆς Εὐβοίας μετὰ Χαλκίδα· ἔπειθ' ἡ Χαλκὶς μητρόπολις τῆς νήσου τρόπον τινὰ, ἐπ' αὐτῷ τῷ Εὐρίπῳ ἱδρυμένη ἀμφότεραι δὲ πρὸ τῶν Τρωϊκῶν ὑπ' Ἀθηναίων ἐκλίσθαι λέγονται. καὶ μετὰ τὰ Τρωϊκὰ Αἰκλος, καὶ Κόθος ἐξ Ἀθηνῶν ὁρμηθέντες, ὁ μὲν τὴν Ἐρέτριαν ᾤκησε· Κόθος δὲ τὴν Χαλκίδα. *Poſt Geraeſtum vero Eretria urbs; maxima Euboeae poſt Chalcidem; deinde Chalcis metropolis inſulae quodammodo, ad ipſum Euripum poſita. Ambae vero ante Troiana tempora ab Athenienſibus conditae fuiſſe dicuntur. Et poſt Troica AEclus, & Cothus Athenis profecti, hic quidem Eretriam, Cothus vero Chalcidem colonis occupavit.* Euſtathius ad Iliad. β'. Ἀμφότεραι (Χαλκὶς, καὶ Ἐρέτρια) πρὸ τῶν Τρωϊκῶν ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων ἐκλίσθησαν. *Ambae (Chalcis, & Eretria) ante Troiana tempora ab Athenienſibus conditae ſunt.* Marcianus in ſua Periegesi, ubi de Euboea:

Αἰκλόν τ' Ἐρέτριάν τ' Ἀθηναῖον γένος.

Aeclumque, Eretriamque Athenienſem genus.

Atque hanc Augustus, ut Aeginam item insulam, quia Antonio faviſſent, Athenienſibus poſtea eripuit. Dion Cassius lib. LIV. Οὗτος δὲ Αὔγουστος Ἀθηναίων τήν τε Αἴγιναν, καὶ τὴν Ἐρέτρειαν, ἐκαρπῶντο γὰρ αὐτὰς, καὶ ὡς τινές φασιν, ἀφέλετο, ὅτι τὸν Ἀντώνιον ἐσπέδασαν. *Auguſtus vero Athenienſibus & Aeginam, & Eretriam (illas enim poſſidebant) eripuit, quia, ut quidam perhibent, Antonio faverant.* HESTIAEA. Plutarchus in Vita Periclis, ubi ab ipso deductam dicit: Ἑστιαεῖς ὃν πάντας ἀναστήσας ἐκ τῆς χώρας, Ἀθηναίους μόνους κατῴκισε. *Quum vero Heſtiaenſes omnes e regione migrare coegisset, ſolos Athenienſes in coloniam misit.* LETANVM. Diodorus Siculus lib. XII. Ἅμα δὲ τούτοις πραττομένοις, ἔκτισαν οἱ Ἀθηναῖοι πόλιν ἐν τῇ Προποντίδι, τὴν ὀνομαζομένην Λέτανον. *Simul atque iſta facta ſunt, condiderunt Athenienſes urbem in Propontide, nominatam Letanum.*

Digitized by Google

tanum. POTIDAEA. Demoſthenes Philipp. II. Πολίδαιαν ἢ ἐδίδυ, τοὺς Ἀθηναίων ἀποίκους ἐκβαλών. *Potidaeam vero dabat, Athenienſium colonis eiectis*. Huc Hegeſippi verba pertinent in Orat. De Haloneſo: Καίτοι Ἀθηναίων οἱ ἐν Ποτιδαίᾳ κατοικοῦντες, ὡς ὅτε αὐτοῖς πολέμιος πρὸς Φίλιππον, ἀφῃρέθησαν ὑπ' αὐτοῦ τὰ κτήματα. *Quamquam Athenienſibus, qui Potidaeae habitabant, quum bella contra Philippum minime gererent, ab eo ablatae ſunt opes.* SCYLLETIVM, poſtea SCYLACIVM dictum. Strabo lib. VI. Μετὰ δὲ τοῦτον Σκυλλήτιον, ἄποικος Ἀθηναίων μετὰ Μενεσθέως, νῦν δὲ Σκυλάκιον καλεῖται. *Poſt hanc Scylletium, illorum Athenienſium colonia, qui cum Meneſtheo fuerunt, nunc vero Scylacium vocatur*. SYBARIS, ſive THVRII. Hanc quoque coloniam ſuam dicebant Athenienſes. Diodorus Siculus lib. XII. Ἐπὶ δὲ τούτων κατὰ τὴν Ἰταλίαν οἱ τὸς Θουρίους οἰκοῦντες, ἐκ πολλῶν πόλεων συνεστηκότες, ἐσασίαζον πρὸς ἀλλήλους, ποίας πόλεως ἀποίκους δεῖ καλεῖσθαι τῆς Θυρίας, καὶ τίνα κτίστην δίκαιον ὀνομάζεσθαι. οἵ τε γὰρ Ἀθηναῖοι τῆς ἀποικίας ταύτης ἠμφισβήτουν, ἀποφαινόμενοι, πλείους οἰκήτορας ἐξ Ἀθηνῶν ἐληλυθέναι. *Poſt haec, qui in Italia Thurios habitabant ex multis urbibus collecti, inter ſe tumultuati ſunt, lite orta cuius urbis colonos oporteret vocari Thurios, & quem iure conditorem nominari. Nam Athenienſes de hac colonia ambigebant, oſtendentes, multos colonos Athenis profectos eſſe*. Plutarchus in Lyſia: Ἐπὶ δὲ τὴν εἰς Σύβαριν ἀποικίαν, ὕστερον Θυρίας μετονομασθεῖσαν, ἔστελλεν ἡ πόλις, ᾤχετο σὺν τῷ πρεσβυτάτῳ ἀδελφῷ Πολεμάρχῳ. *Quoniam vero Sybarim, quae deinde Thurii nominata eſt, coloniam urbs deducebat, cum maiore fratre Polemarcho illuc conceſſit*. Dionyſius Halicarnaſſeus in eodem Lyſia: Εἰς Θυρίους ᾤχετο, πλέων σὺν ἀδελφοῖς δυσὶ, κοινωνήσων τῆς ἀποικίας, ἣν ἔστελλον Ἀθηναῖοι. *Thurios contendit navigans cum fratribus duobus, pars futurus coloniae, quam Athenienſes deducebant*. Suidas, ubi de Herodoto: Ἐπειδὴ δὴ ὕστερον εἶδεν ἑαυτὸν φθονούμενον ὑπὸ τῶν πολιτῶν, εἰς τὸ Θούριον, ἀποικιζόμενον ὑπὸ Ἀθηναίων, ἐθελοντὴς ἦλθε. *Porro, quum ſe civibus inviſum agnoſceret, Thurium, quo coloniam Athenienſes deducebant, voluntarius ſe contulit*. Dux coloniae Lampon traditur. Suidas. Ὁ δὲ Λάμπων, θύτης ἦν χρησμολόγος, καὶ μάντις. ᾧ καὶ ἡ εἰς Σύβαριν ἀποικίαν Ἀθηναίων περιαπτοῦσιν. *Lampo vero, ſacrificulus erat, Ariolus & divinus; quem etiam Sybarim Athenienſium coloniam deduxiſſe perhibent*. Memorat idem Scholiaſtes Ariſtophanis ad Aves. Sed quid urbes nunc commemorem? Erant totae regiones. In his PLACIA. Heſychius: Πλακία, χώρα παρὰ τὴν Θράκην, εἰς ἣν ἀποικίαν ἔπεμψαν Ἀθηναῖοι. *Placia, regio propter Thraciam, quam Athenienſes colonis occuparunt*. Et CHERSONESVS, quam Miltiades deduxit. Aemilius Probus in Miltiade: *Accidit, ut Athenienſes Cherſoneſum colonos vellent mittere; eius generis quum magnus eſſet numerus, & multi eius demigrationis peterent ſocietatem, ex his delecti Delphos deliberatum miſſi ſunt, qui conſulerent Apollinem, quo potiſſimum duce uterentur. Thraces eas regiones tenebant, cum quibus armis erat dimicandum. His conſulentibus, nominatim Pythia praecepit, ut Miltiadem ſibi imperatorem ſumerent*. Et quae ſequuntur. Marcellinus in Vita Thucydidis. Διαδέχεται τὴν ἀρχὴν Μιλτιάδης, ὁμώνυμος μὲν τῷ πρώτῳ (τῆς Χερρονήσου) οἰκιστῇ. *Excipit Magiſtratum Miltiades cognominis illi primo, qui (in Cherſoneſum) coloniam deduxit*. Libanius in Argumento Orat. De Cherroneſo: Ἡ μὲν γὰρ Χερρόνησος ἡ πρὸς Θράκῃ τῶν Ἀθηναίων κτῆμα ἀρχαῖον. εἰς δὲ ταύτην ἀπεστέλλαν κατὰ τὸς Φιλίππου χρόνους κληρούχους ἑαυτῶν. ἔθος δὲ τοῦτο παλαιὸν τοῖς Ἀθηναίοις, ὅσοι πένητες ἦσαν αὐτῶν, καὶ ἀκτήμονες οἶκοι, τούτους πέμπειν ἀποίκους εἰς τὰς ἔξω πόλεις τὰς ἑαυτῶν. *Erat enim Cherſoneſus, quae ad Thraciam eſt, vetus Athenienſium poſſeſſio. In eam vero miſerunt colonos ſuos circa Philippi tempora. Mos autem iſte antiquus Athenienſibus, quotquot eorum pauperes erant, & inopes familiae, eos mittere colonos in urbes ſuas extraneas*. Videndus etiam Herodotus lib. VI. Neque tantum continentem poſſidebant, ſed & inſulas; e quibus hae commemorantur a Velleio lib. I. Samus, Chius, Andrus, Tenus, Pharus, Delus, aliaeque. Verba eius ita habent: *Multaſque (Iones, duce Ione Athenis profecti) in Aegaeo, atque Icario occupavere inſulas; Samum, Chium, Andrum, Tenum, Pharum, Delum, aliaſque ignobiles*. Eaedem, & aliae memorantur etiam Aeſchylo in Perſis:

Νᾶσοι θ' αἱ κατὰ πρῶν' ἅλιον περίκλυστοι,
τᾷ ὴ γᾷ προσήμεναι,
οἵα Λέσβος, ἐλαιόφυτός τε Σάμος,
Χίος, ἠδὲ Πάρος,
Νάξος, Μύκανος,
Τήνῳ τε συνάπλους
Ἄνδρος ἀγχιγείτων.

Et inſulae, quae tumido mari circumfluae, terrae autem adiacentes, ut Lesbus, & olivifera Samus, Chius, aut Parus, Naxus, Myconus, ac Teno contigua Andros terrae proxima. Ex his Andri meminit Plutarchus in Vita Periclis: Πρὸς δὲ τούτοις, χιλίους μὲν ἔστειλεν εἰς Χερρόνησον κληρούχους· εἰς δὲ Νάξον, πεντακοσίους· εἰς δὲ Ἄνδρον, ἡμίσεις τούτων. *Ad haec vero mille quidem miſit colonos in Cherroneſum; Naxum vero, quingentos; & Andrum, dimidiatum horum numerum*. De Delo eſt in veteri Inſcriptione: ΕΠΟΙΗΣΕΝ ΤΟΝ ΔΗΜΟΝ ΤΩΝ ΑΘΗΝΑΙΩΝ ΤΩΝ ΕΝ ΔΗΛΩΙ ΤΙΜΗΘΗΝΑΙ ΧΡΥΣΩΙ ΣΤΕΦΑΝΩΙ. *Fecit populum Athenienſium, qui ſunt in Delo, honorari aurea corona*. Et mox iterum: ΠΟΛΛΑ ΤΩΝ ΧΡΗΣΙΜΩΝ ΑΘΗΝΑΙΟΙΣ ΤΟΙΣ ΕΝ ΔΗΛΩΙ ΠΕΡΙΕΠΟΙΗΣΕΝ. *Multa profutura Athenienſibus, qui in Delo erant, ſervavit*(a). Memoratur etiam Naxus in citatis Plutarchi verbis; & de ea plene narrat Aelianus Var. Hiſt. lib. VIII. cap. V. Νηλεὺς ὁ Κάδρου, τῆς βασιλείας ἀμοιρήσας, ἀπέλιπε τὰς Ἀθήνας, διὰ τὸ τὴν Πυθίαν Μέδοντι τὴν ἀρχὴν περιάψαι, εἰς ἀποικίαν στελλομένῳ. τῇ Νάξῳ ὴ προσωρμίσθη οὐκ ἐκὼν, ἀλλ' ὑπὸ χειμῶνος βιασθείς. ἀπῆραι ὴ βουλόμενον, καταπνέοντες ἐναντίοι ἄνεμοι διεκώλυον. ἀπορῶντα δὲ αὐτῷ ὑπὲρ τῆ ἐνε-

(a) Athenienſes Delum incolentes memorantur etiam in vetuſta inſcriptione, quae adfertur inferius *Col.* 900.

Digitized by Google

ἢ ἐνεσώτων, οἱ μάντεις ἔφασαν δεῖν καθαρθῆναι τὸ στρατόπεδον, ὡς συμπλεόντων πολλῶν ἀ καθαρῶν τὰς χεῖρας. προσεποιήσατο ὴ καὶ αὐτὸς ἀποκλεῖναί τινα παῖδα, κ᾽ δεῖσθαι καθαρμῶ. κ᾽ αὐτὸς ἀνεχώρησε, καὶ τὸς ἄλλους ἔπεισε, τὸς συνειδότας ἑαυτοῖς. ὃ γνομένυ, ἐ γνωσθέντων ἐκείνων, αὐτὸς μὲν ἀπέλιπεν, οἱ ὴ ᾤκησαν τὴν Νάξον. *Neleus Codri filius, regno privatus Athenas reliquit, propterea quod Pythia Medontis in coloniam profecti imperium fore praedixerat. Hic tempestate coactus ad Naxum adpulit, unde quum vellet solvere, contrarii flatus prohibebant. Quum itaque ignoraret quid sibi agendum esset, dixerunt vates, expiandum exercitum, eo quod multi, qui impuris essent manibus, simul navigarent. Quare ipse quoque simulavit se puerum occidisse, & purgatione indigere, atque ipse recessit, & ut idem conscii facerent, persuasit. Quo facto, cognitisque iis, qui se ipsos caede polluerant, eos relinquens abiit: Illi vero Naxum habitaverunt.* AEGINA. Thucydides lib. II. Ἀνέστησαν ὴ κ᾽ Αἰγινήτας τῷ αὐτῷ θέρει τούτῳ ἐξ Αἰγίνης Ἀθηναῖοι, αὐτούς τε, κ᾽ παῖδας, κ᾽ γυναῖκας, ἐπικαλέσαντες ἐχ ἥκιστα τῦ πολέμυ σφίσιν αἰτίυς εἶναι, κ᾽ ἡ Αἴγιναν ἀσφαλέστερον ἐφαίνετο, τῇ Πελοποννήσῳ ἐπικειμένῃ, αὐτῶν πέμψαντας ἐποίκους ἔχειν. καὶ ἐξέπεμπον ὕστερον ὰ πολλῷ ἐς αὐτὴν τὸς οἰκήτορας. *Eadem aestate etiam Aeginetas ex Aegina migrare coegerunt Athenienses, ipsosque, & liberos, & uxores, quum eos non minimam bello causam dedisse insimulassent. Et tutius videbatur, Aeginam Peloponneso obiacentem, suis colonis missis, tenere; & non multo post in eam colonos miserunt.* Iterum lib. VIII. Ἦσαν ὴ καὶ Ἄνδριοι, καὶ Τήνιοι, καὶ Καρυστίων τριακόσιοι, καὶ Αἰγινητῶν ἡ ἐποίκων, ὅς οἱ Ἀθηναῖοι ἔπεμψαν οἰκήζαντας. *Erant vero & Andrii, & Tenii, & Carystiorum trecenti, & Aeginetarum colonorum, quos Athenienses in coloniam miserant.* SCYRVS. Thucydides lib. I. Ἔπειτα Σκύρον, ἣ ἐν τῷ Αἰγαίῳ νῆσον, ἣν ᾤκυν Δόλοπες, ἠνδραπόδισαν, καὶ ᾤκισαν αὐτοί. *Deinde Scyrum, insulam in Aegaeo, quam incolebant Dolopes, in servitutem redegerunt, & ipsi colonos occuparunt.* Plutarchus in Cimonis Vita. Ὤκισαν ὴ (οἱ Ἀθηναῖοι) κ᾽ Σκύρον, ἑλόντ᾽ Κίμων᾽. *In Scyrum etiam, quum eam Cimon cepisset, colonos Athenienses miserunt.* LEMNVS. Observare est apud Athenaeum lib. VI. Κόλακας δ᾽ εἶναί φησι φίλαρχ᾽ καὶ τὸς ἐν Λήμνῳ κατοικέντας Ἀθηναίων, ἐν τῇ τρισκαιδεκάτῃ ἡ Ἱστοριῶν. *Adulatores esse ait* XIII. *Historiarum libro Philarchus Athenienses illos, qui in Lemno habitant.* Certe inter subiectas Athenienſibus insulas nominatur quoque ab Aeschylo in Persis. Quomodo autem ea colonia Athenienſium facta fuerit, videndus Herodotus extremo VI. & Aemilius Probus in Miltiade. Et Senatus, Populusque Romanus, quum imperium postea eius ademisset, vectigalia tamen reddidit; ut refert Vitruvius lib. VII. cap. VII. *Non minus etiam Lemno, cuius insulae vectigalia Athenienſibus Senatus, Populusque Romanus concessit fruenda.* Denique universae CYCLADES. Isocrates in Panathenaica: Καὶ πρῶτον μὲν τὰς Κυκλάδας νήσυς, περὶ ἃς ἐγένοντο πολλαὶ πραγματεῖαι, κατὰ τὴν Μίνω τοῦ κρηῆς δυναστείαν, ταύτας τὸ τελευταῖον ὑπὸ Καρῶν κατεχομένας, ἐκβαλόντες ἐκείνυς, ὐκ ἐξιδιώσαθαι τὰς χώρας ἐτόλμησαν. ἀλλὰ τὸς μάλισα βίυ ἡ Ἑλλήνων δεομένυς κατῴκισαν ἐς αὐτάς. *Ac primum Cyclades insulas, de quibus, Minoe Cretenſi rerum potiente, multa certamina fuerunt, Caribus, qui postremo eas omnes occuparant, ejectis, non in suum peculium convertere ausi fuerunt, sed Graecorum egentissimis colendas tradidere.* Plutarchus lib. De Exilio. Τὰς ὴ Κυκλάδας πρότερον μὲν οἱ Μίνω παῖδες, ὕστερον ὴ οἱ Κόδρυ, κ᾽ Νηλέως κατῴκησαν. *Cycladas vero primum quidem Minois liberi, postea filii Codri, & Nelei incoluerunt.* Et ex his plurimas, si non omnes, mox Romani eripuerunt; & Antonius reddidit Tenum, Aeginam, Icum, Ceam, Sciathum, ac Peparethum. Appianus De Bell. Civil. lib. V. Ἀθηναίοις δ᾽ ἐς αὐτὸν ἐλθοῦσι μετὰ Τῆνον Αἴγιναν ἔδωκε, κ᾽ Ἴκον, κ᾽ Κέω, κ᾽ Σκίαθον, κ᾽ Πεπάρηθον. *Athenienſibus vero ad illum venientibus post Tenum Aeginam dedit, & Icum, & Ceam, & Sciathum, & Peparethum.* Aeginam vero rursum Augustus ademit, pariter atque urbem Eretriam, quia Antonio studuissent. Dion Cassius in citatis supra verbis: Οἵ δὲ Αὔγυς Ἀθηναίων τήν τε Αἴγιναν, κ᾽ ἡ Ἐρέτριαν, ἐκαρπῶντο γὰρ αὐτάς, ὥς τινές φασιν, ἀφείλετο, ὅτι ἡ Ἀντώνιον ἐσπούδασαν. *Augustus autem Aeginam, & Eretriam (illas enim possidebant) Athenienſibus eripuit, quod, ut nonnulli perhibent, Antonio studuissent.* Xiphilinus in Vita Augusti. Τὰς δὲ Ἀθηναίυς ἐκάκωσεν, Αἴγιναν ἀφελόμῳ᾽. *Athenienses vero male habuit, auferens Aeginam.* Ceteras autem, inopia pressi, vendidere; Hadriano, ut videtur, Imperatore; obnitente Lolliano, qui illius tempore vixit. Observo apud Philostratum in Sophistae eius Vita lib. I. Ἀνῃλέγων ὴ τοῖς Ἀθηναίοις, ἀπορίᾳ χρημάτων βυλομένοις πωλεῖν τὰς νήσυς, ᾧδε ἔπνευσε· λῦσον, ὦ Πόσειδον, τὴν ἐπὶ Δήλῳ (a) χάριν. συγχώρησον αὐτῇ πωλυμένῃ φυγεῖν. *Contradicens autem Athenienſibus, prae inopia pecuniae volentibus vendere insulas, ita exspiravit; solve, o Neptune, gratiam propter Delum; permitte illi, ut vendita fugiat.* Atque istae quidem sunt coloniae hactenus mihi observatae; urbes pariter, insulaeque. Et urbium quidem imagines ex aere positae ab Hadriano Imperatore in Olympii Iovis templo, a se extructo, & dedicato. Pausanias memorat in Atticis, ubi de eo agit: Ἐνταῦθα εἰκόνες Ἀδριανῦ. δύο μέν, εἰσι Θασίᾳ λίθῳ. δύο δὲ, Αἰγυπτίᾳ. χαλκαῖ ὴ ἔσασι πρὸ ἡ κιόνων, ἃς Ἀθηναῖοι ἐκάλουν ἀποίκυς πόλεις. *Ibi*

(a) In Delo habitavisse Athenienses manifestum etiam est ex inscriptione, quam *Lib. IV. De Archont. Athen. Cap. XX.* producimus *col.* 900. Non mirum itaque si Athenienses Lolliani erga se benevolentiam hac inscriptione, quam *Sponius* eruditissimus *Tom. III. Itinerarii* refert, testificati sunt.

ΑΓΑΘΗΙ ΤΥΧΗΙ
Η ΕΞ ΑΡΕΙΟΠΑΓΟΥ ΒΟΥΛΗ
Λ. ΕΓΝΑΤ. ΟΥΙΚΤΟΡΑ ΛΟΛΛΙΑ
ΝΟΝ ΑΝΤΙ ΤΗΣ ΠΡΟΣ ΕΑΥ
ΤΟΥΣ ΕΥΝΟΙΑΣ ΤΗΣ ΤΕ ΚΗ
ΔΕΜΟΝΙΑΣ ΤΩΝ ΑΘΗΝΩΝ
ΤΟΝ ΡΗΤΟΡΑ

Digitized by Google

Ibi imagines Hadriani; duae quidem ſunt ex lapide Thaſio; duae autem ex Aegyptio; aereae autem ſtant ante columnas, quas Athenienſes vocabant colonias urbes.

CAP. VII.

Potentia magna, a ſe, & ſociis; atque iſti quinam fuerint. Vrbes in his mille numero. Harpocration emendatus. Quod tributum Vrbis fuerit, Atticaeque; & quod item ſociorum; idque ab Ariſtide primum inſtitutum, mox a Pericle, Alcibiade, & Lycurgo, ac Demetrio Phalereo varie auctum. Diodorus emendatus, & Plutarchus, eiuſque item alter locus explicatus. Pauſanias quoque reſtitutus. Fodinae argenti in Laurio monte, civium initio propriae, poſtea Vrbis, ſuaſu Themiſtoclis. Copiae militares, & navales; quibus cum navale ſuum, tum armamentarium erat. Illud mille talentis ſtructum; a triginta autem tyrannis deſtruendum tribus datum; inde inſtauratum denuo, & perfectum a Lycurgo. Armamentarium a Philone aedificatum; & a Sulla poſt incenſum. Philonis ipſius de eo Opus.

AD haec potentia ſumma erat; & qualis nulli Graeciae urbi. Creon apud Sophoclem in Oed. Col.

Γέρων μέν εἰμι, πρὸς πόλιν δ' ἐτίσαμαι
Σθένουσαν ἥκων, εἴ τιν' Ἑλλάδ@, μέγα.
Senex quidem ſum, ad urbem vero ſcio
Gementem veniens, ſi quam Graeciae, graviter.

Certe terra, pariter, ac mari quam latiſſime imperabant; opibus publice, ac privatim, navibus, equis, armis, viris alios omnes ſuperabant; denique ſociis vectigalibus. Archidamus teſtatur in Oratione ſua ad Lacedaemonios apud Thucydidem lib. I. Πρὸς μὲν γὰρ τοὺς Πελοποννησίους, καὶ τοὺς ἀσυγγέτονας, παρόμοι@ ἡμῖν ἡ ἀλκή. καὶ διὰ ταχέων οἷόν τε ἐφ' ἕκαστα ἐλθεῖν, πρὸς ἤ ἄνδρας. (de Athenienſibus loquitur) οἱ γῆν τε ἑκὰς ἔχυσι, καὶ προσέτι θαλάσσης ἐμπιφρότατοί εἰσι, καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἄριστα ἐξήρτυν@, πλούτῳ τε ἰδίῳ καὶ δημοσίῳ, καὶ ναυσὶ, καὶ ἵπποις, καὶ ὅπλοις, καὶ ὄχλῳ, ὅσ@ ἐν ἄλλῳ ἑνί γε χωρίῳ Ἑλλήνικῷ ἐστιν· ἔτι δὲ καὶ ξυμμάχους πολλοὺς φόρου ὑποτελεῖς ἔχυσι. πῶς χρὴ πρὸς τούτους ῥᾳδίως πόλεμον ἀραισθαι; *Nam contra Peloponnenſes quidem, & vicinos par, & ſimile nobis robur; & quod celeriter ad ſingula pervenire poteſt: ſed adverſus viros, qui procul habent terras, & praeterea maris ſunt peritiſſimi, & optime prae reliquis omnibus inſtructi ſunt, divitiiſque & privatis, & publicis, navibuſque, & equis, & armis, & multitudine, quanta in ulla Graeca regione eſt, etiam qui ſocios multos tributo obnoxios habent, quomodo oportet contra illos facile arma ſumere?* Et Nicolaus in Orat. ad Syracuſanos apud Diodorum Siculum ait, eos tenuiſſe omnes prope Graeciae inſulas, & maritimum Aſiae, Europaeque tractum. Verba iſta lib. XIII. Μὴ γὰρ οἴεσθε τὸ τῶν Ἀθηναίων δῆμον τελέως ἐξησθενηκέναι διὰ τὴν ἐν Σικελίᾳ συμφορὰν, ὃς κρατεῖ σχεδὸν τῶν τε κατὰ τὴν Ἑλλάδα νήσων ἁπασῶν, καὶ τῆς παραλίου, τό τε κατὰ τὴν Εὐρώπην, καὶ τὴν Ἀσίαν, ἔχει τὴν ἡγεμονίαν. *Ne enim putetis populum Athenienſem penitus infirmatum eſſe ob cladem, quam in Sicilia accepit, qui obtinet ferme omnes Graeciae inſulas, & in maritimum tractum cum in Europa, tum in Aſia dominatur.* Tum in Africa etiam AEgypti tantam partem poſſedere, quae Siciliam univerſam adaequaret. Ariſtides Orat. Sic. II. Ἀναμιμνήσκομαι δὲ καὶ τῆς εἰς Αἴγυπτον στρατείας, ἣν καλῶς ἔτ@ ἀρίλιος περιέκρελλεν· ἣ διακοσίας ἡμῶν τριήρεις παρείλετο, καὶ ταῦτ' ἐχόντων μοῖραν ἤδη Αἰγύπτου οὐκ ἐλάττω τῆς πάσης Σικελίας. *Revocabo autem etiam memoriam expeditionis in AEgyptum, quam pulcre iſte modo obvelabat; quae ducentas nobis triremes abſtulit, idque quum haberemus partem iam AEgypti non minorem tota Sicilia.* Summatim Demoſthenes Philip. I. Ὑμεῖς ἦ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πλείω δύναμιν ἁπάντων ἔχοντες, τριήρεις, ὁπλίτας, ἱππέας, χρημάτων πρόσοδον, τούτων μὲν, μέχρι τῆς τήμερον ἡμέρας, οὐδενὶ πώποτε ἐν δέοντι κέχρησθε. *Vos autem, viri Athenienſes, maximam prae omnibus potentiam habentes, triremes, gravis armaturae milites, equites, pecuniarum reditum, his quidem uſque ad hodiernum diem nullo unquam opportuno tempore uſi eſtis.* Ac diſtincte ſocios ſcire ſi quis velit, hi erant: Chii, Lesbii, Plataeenſes, ac Meſſenii, qui Naupactum incolebant; tum plerique Acarnanum, Corcyraei, & Zacynthii, aliaeque civitates, inter iſtas vectigales; Caria quoque, quae ad mare ſita erat, ac finitimi Dorienſes; deinde Ionia, Helleſpontus, Thraciae urbes, inſulaeque, quotquot intra Peloponneſum, & Cretam, ad ſolem orientem; denique, praeter Melum, & Theram, Cyclades omnes. Adcurate enarrat Thucydides lib. II. Ἀθηναίων δὲ (ξυμμαχία) Χῖοι, Λέσβιοι, Πλαταιεῖς, Μεσσηνίοι οἱ ἐν Ναυπάκτῳ, Ἀκαρνάνων οἱ πολέις, Κερκυραῖοι, Ζακύνθιοι, καὶ ἄλλαι πόλεις, αἱ ὑποτελεῖς ὖσαι ἐν ἔθνεσι τοσοῖσδε· Καρία ἡ ἐπὶ θαλάσσῃ, Δωριεῖς Καρσὶ πρόσοικοι, Ἰωνία, Ἑλλήσποντ@, τὰ ἐπὶ Θρᾴκης, νῆσοι ὅσαι ἐντὸς Πελοποννήσου, καὶ Κρήτης, πρὸς ἥλιον ἀνίσχοντα. πᾶσαι αἱ ἄλλαι Κυκλάδες, πλὴν Μήλου, καὶ Θήρας. *Athenienſium vero (ſocietas belli) Chii, Lesbii, Plataeenſes, Meſſenii in Naupacto, Acarnanum maior pars, Corcyraei, Zacynthii, & aliae urbes, quae tributariae in his tot gentibus; Caria ad mare, Dorienſes Caribus finitimi, Ionia, Helleſpontus, vicina Thraciae, inſulae quaecumque intra Peloponneſum, & Cretam ad orientem ſitae; omnes aliae Cyclades praeter Melum, & Theram.* Non particulatim adeo Diodorus Siculus lib. XII. Τοῖς δ' Ἀθηναίοις συνεμάχων οἱ τὴν παράλιον τῆς Ἀσίας οἰκοῦντες. Κᾶρες, καὶ Δωριεῖς, καὶ Ἴωνες, καὶ Ἑλλησπόντιοι, καὶ νησιῶται πάντες, πλὴν τῶν ἐν Μήλῳ, καὶ Θήρᾳ κατοικούντων· ὁμοίως δὲ οἱ ἐπὶ Θράκην πλὴν Χαλκιδέων, καὶ Ποτιδαιατῶν. πρὸς δὲ τούτοις Μεσσήνιοι μὲν, οἱ τὸν Ναύπακτον οἰκοῦντες, Κερκυραῖοι. *Athenienſium ſocii in armis erant maritimam Aſiam colentes, Cares, & Dorienſes, & Ionas, & Helleſpontii, & omnes inſulares, praeter incolas Meli, & Therae; ſimiliter, & qui ad Thraciam, praeter Chalcidenſes, & Potidaeatas; inſuper vero Meſſenii qui-*

quidem, qui Naupactum habitant, Corcyraei, In his omnibus urbes mille, quae parebant. Aristophanes indicat Vespis.

Εἰσίν γε πόλις χιλίαι αἱ νῦν τ' φόρον ὑμῖν ἀπάγουσι.

Τούτων εἴκοσιν ἄνδρας βόσκειν εἴ τις προστέταξεν ἑκάστῃ.

Δύο μυριάδλες τῶν δημοτῶν ἔζων ἐν πᾶσι λαγώοις (a),

Sunt urbes mille, quae nobis nunc adferre tributa

Solitae: si quis viginti hominum cuique alimenta imperet uni

Gemina ex nostro populo myrias potuisset vivere laute

Inter lepores &c.

Iam quos reditus habuisse existimamus? Ipsa Vrbs quandoque fuit, quum talenta centum, & triginta tantum exhiberet; quae Fortuna deinde eius ita auxit, uti quadringenta essent. Demosthenes Philip. IV. Ἦν ποθ' ὑ πάλαι παρ' ἡμῖν, ὅτ' ὑ προσῆκε τῇ πόλῃ τάλαντα ὑπὲρ τριάκοντα, καὶ ἑκατόν· μετὰ ταῦτα ἡ τύχη, καλῶς ποιοῦσα, πολλὰ πεποίηκε τὰ κοινά· καὶ τετρακόσια, ἀντὶ τ ἑκατὸν ταλάντων, προσέρχετ, ὐδένος ὐδὲν ζημιωμένυ τῶν τὰς ὐσίας ἐχόντων. *Fuit aliquando, nec multum temporis elapsum est, quum triginta supra centum talenta civitati non proveniebant; Postea fortuna benefica reditus publicos auxit, & pro centum talentis, quadringenta obveniunt, quum tamen nemini locupletum quidquam damni inferatur*, Attica autem sena millia suppeditabat. Clarum ex Demosthene in Orat. Περὶ συμμοριῶν· Ἐπειδὰν δὲ ταῦτα οὕτως ἔχονλα ὑτάρχῃ, κελεύω, ἐπειδὴ τὸ τίμημά ἐσιν τὸ τῆς χώρας ἑξακισχιλίων ταλάντων. ἵν' ὑμῖν καὶ τὰ χρήμαλα ᾖ συντελαγμένα, διελεῖν τοῦτο, καὶ ποιῆσαι καθ' ἑξήκονλα τάλαντα ἑκατὸν μέρη. *Postquam haec ita confecta fuerint, iubeo, quum agri nostri aestimatio sit sex mille talentum, ut & pecuniae certus ordo ineatur, ea dividi, & centum fieri partes, quarum singulae sexagena talenta contineant.* Et mox. Ὑμῖν ᾖ τὸ τῆς χώρας τίμημα ὑπάρχων, ἀφορμὴν ἑξακισχίλια τάλανλα ἀνύσεται. *Vobis autem agri aestimationem sex millia talentum subsidio esse audiet.* Quem locum citat etiam Harpocration in Ὅτι ἑξακισχίλια, Sed perperam in ipsis Demosthenis verbis, quae ibi profert, editur hactenus ὀκτακισχίλια pro ἑξακισχίλια. Itaque restitue. Sed non tota haec sex millia talenta erant; ac ducenta quinquaginta deficiebant. Polybius nobis testis locuples lib. II. Τίς γὰρ ὑπὲρ Ἀθλωάων ὐχ' ἱσόρηκε, ᾗ ὁτι καθ' ὃς καιρὸς μετὰ Θηβαίων εἰς τὸν πρὸς τὺς Λακεδαιμονίυς ἀνέβαινον πόλεμον, καὶ μυρίυς μὲν ἐξέπεμπον σραλιώτας, ἑκατὸν δὲ ἐπλήρων τριήρς, ὅτι τότε, κρίνανλες ἀπὸ τ ἀξίας ποιεῖσθαι τὰς εἰς τὸν πόλεμον εἰσφορὰς, ἐτιμήσανλο τήν τε χώραν, καὶ τὴν Ἀτλικὴν ἅπασαν, καὶ τὰς οἰκίας, ὁμοίως δὲ καὶ τὴν λοιπὴν ὐσίαν. ἀλλ' ὅμως τὸ σύμπαν τίμημα τ ἀξίας ἐνέλιπε τῶν ἑξακισχιλίων διακοσίοις, καὶ πενλήκοντα ταλάντοις. *Nam quis legit historias, quin sciat, Athenienses, quo tempore una cum Thebanis bellum adversus Lacedaemonios suscipiebant, & militum decem millia armabant, triremes centum instruebant; postquam decrevissent ex censu pecuniam ad bellum conferre, & agrorum suorum universae Atticae, domorum quoque, & omnium pariter fortunarum aestimationem iniisse, & tantum census totius summam ad sex millia talentorum non pervenisse, deficientibus ducentis quinquaginta?* Ad haec socii tributum suum addidere, constitutum ab Aristide. Refert Dinarchus Or. in Demosthenem. Τὺς μὲν ἀρχαίυς ἐκείνυς, μακρὸν ἂν εἴη λέγειν, Ἀρισείδην, καὶ Θεμισοκλέα, τὺς ὀρθώσανλας τὰ λείχη πόλεως, καὶ τὺς φόρυς εἰς ἀκρόπολιν ἀνενεγκόνλας, παρ' ἐκόντων, καὶ βυλομένων τῶν Ἑλλήνων. *Veteres quidem illos longum foret dicere, Aristidem, & Themistoclem, qui erexerunt muros urbis, & tributa in arcem intulerunt, adsentientibus, & volentibus Graecis.* Scholiastes Thucydidis lib. I. Φόρ@ ὠνομάσθη, καὶ ἐτάχθη ὑτὸ Ἀρισείδυ τοῦ δικαίυ ὁ πρῶτ@. *Tributum nominatum fuit, & constitutum ab Aristide iusto primum.* Aeschines Orat. Περὶ παραπρεσβ. Ἀρισείδης, ὁ τὺς φόρυς τάξας τοῖς Ἕλλησιν, ὁ δικαι@ ἐπικαλούμεν@, δυσχεραίνῃ, καὶ καταπλύῃ δωροδοκίας. *Aristides, qui tributa constituit Graecis, iustus cognominatus, aversatur, & conspuit largitiones.* Iterum postea. Ὑπολαμβάνελε ὁρᾶν ἐπὶ τοῦ βήματ@, ὃ νῦν ἐγὼ λέγω, ἀνλιπαραλεταγμένυς πρὸς τὴν τούτων ἀσέλγειαν, τὺς τ πόλεως εὐεργέτας· Σόλωνα μὲν, τὸν καλλίσοις νόμοις κοσμήσανλα τὴν δημοκρατίαν· Ἀρισείδην δὲ, τ τὺς φόρυς τάξανλα τοῖς Ἕλλησιν. *Existimate spectare in tribunali, in quo nunc stans ego loquor, velut in facie contra illorum luxuriam ordinatos, benefactores civitatis; Solonem quidem, qui optimis legibus ornavit populi regimen; Aristiden vero, qui tributa Graecis constituit.* Quem locum citat etiam Alexander Rhetor lib. De Fig. Sent. cap. Περὶ προσωποποιΐας. Τῷ ᾗ δευτέρυ, τὸ Αἰσχίνυ· ὅταν ἐπὶ τελευτῆς ᾖδη τῷ λόγυ τὺς συνηγόρυς καλεῖ, καὶ τὺς κοινωνὺς αὐτῷ τ ὠροδοκίας παρακαλεῖ· Ὑπολαμβάνελε ὁρᾶν ἐπὶ τοῦ βήματ@. *Secundi vero, illud AEschinis; quum in fine iam orationis patronos vocat, & eius participes in largitione adhortatur. Existimate videre pro tribunali.* Et quae sequuntur. Demosthenes in Aristocratem. Τῷ κυρίῳ τῶν φόρων γρυομένῳ τάξαι Ἀριξείδῃ, ὐδεμιᾷ θρᾳχμῇ πλείω τὰ ὑπάρχονλα ἐγένονλο. *Qui libera auctoritate tributa ordinavit Aristides, nulla drachma habuit opes maiores.* Erat autem id tributum talentorum quadringentum sexaginta; moxque Pericles ad sexcenta, alii ultra, & ad mille trecenta usque intenderunt. Plutarchi hac de re est locus plane insignis in Aristide. Ὡς γὰρ οἱ παλαιοὶ τὸν ἐπὶ Κρόνυ βίον, ὕτως οἱ σύμμαχοι τῶν Ἀθηναίων τὸν ἐπ' Ἀρισείδυ φόρον, εὐτολμίαν τινὰ τῆς Ἑλλάδ@ ὀνομάζοντες ὕμνυν· καὶ μάλισα μεθ' ὑ πολὺν χρόνον διπλασιασθέντ@, ὃν μὲν γὰρ Ἀρισείδης ἔταξεν, ἦν εἰς ἑξήκονλα καὶ τετρακοσίων ταλάντων λόγον. τούτῳ δὲ Περικλῆς

(a) Locus Aristophanis integrior esset, si versus, qui sequitur, adderetur:

Καὶ σεφανοῖσιν παντοδαποῖσιν, καὶ πύᾳ καὶ πυαρίτῃ.

Et lac pressum omnigenis ornata coronis.

Ceterum πόλεις χιλίαι *urbes mille* interpretati sumus, contra Scholiastis sententiam, qui putat χιλίαι positum ἀντὶ τοῦ πολλαί; quamquam, & ipse subdit, ἢ ἀπὸ ἱσορίας τὸ τοιοῦτον ἔλαβε, quod ex his, quae heic *Meursius* congerit, veterum testimoniis, verum esse elucet, atque eminet.

Digitized by Google

μικλῆς μὲν ἐπέθηκεν ὀλίγῳ δεῖν τὶ τρίτον μέρ@. ἑξακόσια γὰρ τάλαντα Θυκυδίδης φησὶν ἀρχομένῳ τῷ πολέμῳ προσιέναι τοῖς Ἀθηναίοις ἀπὸ τῶν συμμάχων. Περικλέους δ' ἀποθανόντ@, ἐπιτείνοντες οἱ δημαγωγοὶ κατὰ μικρὸν, εἰς χιλίων καὶ τριακοσίων ταλάντων κεφάλαιον ἀνήγαγον. *Sicut enim veteres vitam tempore Saturni, ſic ſocii Athenienſium tributum ſub Ariſtide, felicitatem quamdam Graeciae nominantes laudabant; & maxime quum duplicatum fuiſſet non multo poſt tempore. Quod enim ſtatuerat Ariſtides, ad ſexaginta ſupra quadringenta talentorum ſummam aſcendebat. Huic autem Pericles adpoſuit ferme tertiam partem. Sexcenta enim talenta Thucydides ait, quum inchoaretur bellum, ſocios Athenienſibus contuliſſe. Mortuo autem Pericle, intendentes paulatim plebis rectores, ad mille, & trecentorum talentorum ſummam adduxerunt.* Ac de primis quadringentis ſexaginta, ab Ariſtide conſtitutis, confirmat Thucydides lib. I. Παραλαβόντες δὲ οἱ Ἀθηναῖοι τὴν ἡγεμονίαν τότῳ τῷ τρόπῳ, ἐκόντων τῶν ξυμμάχων, διὰ τὸ Παυσανίᾳ μῖζ@, ἔταξαν ἅς τε ἕδει παρέχειν τῶν πόλεων χρήματα πρὸς τ βάρβαρον, καὶ ἅς ναῦς. πρόσχημα γὰρ ἦν, ἀμύνεσθαι ὧν ἔπαθον, δῃοῦντας τὴν βασιλέως χώραν, καὶ Ἑλλησπαμίαι τότε πρῶτον Ἀθηναίοις κατέστη ἀρχὴ, οἱ ἐδέχοντο τὸν φόρον. οὕτω γὰρ ὠνομάσθη τῶν χρημάτων ἡ φορά. ἦν δ' ὁ πρῶτ@ φόρ@ ταχθεὶς τετρακόσια τάλαντα, καὶ ἑξήκοντα. *Adepti vero Athenienſes principatum iſto modo, volentibus ſociis, propter odium Pauſaniae, ſtatuerunt quas civitates oporteret praebere pecunias contra barbarum, quae vero naves. Praetextus enim erat ulciſci quae paſſi erant, vaſtando regionem regis. Et Graeciae quaeſtores nunc primum conſtituta eſt Athenis dignitas, qui accipiebant tributum. Sic enim adpellata fuit haec collatio pecuniarum. Erat autem primum tributum conſtitutum quadringenta talenta, & ſexaginta.* Et Suidas in Ἑλληνοταμίαι. Τετρακόσια τάλαντα, καὶ ἑξήκοντα, ἐτάχθη ὁ φόρ@ ὑπὸ Ἀριστείδου τοῦ δικαίου. *Quadringenta talenta, & ſexaginta ſtatutum erat tributum ab Ariſtide iuſto.* Pericles apud Diodorum lib. XII. Καὶ καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν ἀνεφέρετο τάλαντα τετρακόσια ἑξήκοντα. *Et quotannis deferebantur talenta quadringenta ſexaginta.* AEmilius Probus in Ariſtide. *Quantum pecuniae quaeque civitas daret, Ariſtides delectus eſt, qui conſtitueret. Eius arbitrio quadringenta, & ſexaginta talenta quotannis Delum collata ſunt. Quae omnis pecunia poſtero tempore Athenas translata eſt.* Itaque emendandus nobis Diodorus lib. XI. Εὐθὺς ἦν ὁ μὲν Ἀριστείδης συνεβούλευε τοῖς συμμάχοις ἅπασι, κοινὴν ἄγυσι σύνοδον, ἀποδεῖξαι τὴν Δῆλον κοινὸν ταμιεῖον· καὶ τὰ χρήματα πάντα, τὰ συναγόμενα, εἰς ταύτην καταθέσθαι. πρὸς δὲ τ ἀπὸ τ Περσῶν ὑποπολεμούμενον πόλεμον τάξαι φόρον τ πόλεσι πάσαις κατὰ δύναμιν, ὥστε γίνεσθαι τὸ πᾶν ἄθροισμα ταλάντων τετρακοσίων, καὶ ἑξήκοντα. ταχθεὶς δὲ ἐπὶ τὴν διάταξιν τῶν φόρων, οὕτως ἀκριβῶς, καὶ δικαίως, τὸν διαμερισμὸν ἐποίησεν, ὥστε πάσας τὰς πόλεις εὐδοκῆσαι. *Statim igitur Ariſtides quidem conſilium dedit omnibus ſociis communem conventum celebrantibus, ut deſignarent Delum commune aerarium, & omnes pecunias collectas in ea deponerent. Ad bellum vero, quod a Perſis timebatur, omnibus civitatibus, pro cuiuſque facultate, tributum conſtituere, ita ut quadringentorum, & ſexaginta talentorum eſſet univerſa collatio. Quum vero huius tributi ordinandi cura illi commiſſa fuiſſet, ita adcurate, ac iuſte portiones diviſit, ut ab omnibus civitatibus adprobarentur.* Non recte editur: ὥσε γίνεσθαι τὸ πᾶν ἄθροισμα ταλάντων πενταχοσίων καὶ ἑξήκοντα. *Vt quingentorum, & ſexaginta talentorum eſſet univerſa collatio.* Confuſi nempe inter ſe numeri, ut in talibus fieri amat, mendo originem praebuere. Hoc tributum eſt, quod τὸν ἐπ' Ἀριστείδου φόρον ſimpliciter vocat Thucydides lib. V. Τὰς δὲ πόλεις, φερούσας τὸν ἐπ' Ἀριστείδου φόρον, εὐπολμίαν τινὰ τῆς Ἑλλάδ@ ὀνομάζοντες ὕμνουν. *Vrbes vero, ferentes tributum tempore Ariſtidis impoſitum, felicitatem quamdam Graeciae nominantes laudabant.* De ſexcentis, ad quae Pericles redegit, eſt Thucydidis eiusdem iſte locus, quem Plutarchus in citatis verbis innuit lib. II. Θαρσεῖν τ' ἐκέλευε, προσιόντων μὲν ἑξακοσίων ταλάντων ὡς ἐπιταπολὺ φόρου καθ' ἑνιαυτὸν ἀπὸ τ ξυμμάχων τῇ πόλει, ἄνευ τ' ἄλλης προσόδου. *Iuſſitque bono animo eſſe, proventibus quidem urbi ſexcentis talentis, ut plurimum, tributi anniverſarii a ſociis, praeter alios reditus.* Non multo poſt Alcibiades duplum fere eſſe fecit, ut colligere inde detur, ad nongenta perduxiſſe. Teſtis locuples Andocides in Orat. κατὰ Ἀλκιβιάδου. Πρῶτον μὲν ὧν πείσας ὑμᾶς τ φόρον τ πόλεσιν ἐξ ἀρχῆς τάξαι, τὸν ὑπ' Ἀριστείδου πάντων δικαιότατα τεταγμένον, αἱρεθεὶς ἐπὶ τούτῳ δέκατ@ αὐτὸς, μάλιστα διπλάσιον αὐτὸν ἑκάστῳ τῶν συμμάχων ἐπέστησεν. *Primum quidem igitur perſuadens vobis tributum urbibus a principio conſtituere, illud ab Ariſtide omnium iuſtiſſime definitum, electus ad hoc ipſe decimus, maxime duplex id cuique ſociorum ſtatuit.* Huc reſpexit Plutarchus in citatis ſtatim verbis. Οἱ σύμμαχοι τῶν Ἀθηναίων τὸν ἐπ' Ἀριστείδου φόρον, εὐπολμίαν τινὰ τῆς Ἑλλάδ@ ὀνομάζοντες, ὕμνων· καὶ μάλιστα μετ' ὀλίγον χρόνον διπλασιασθέντ@. *Socii Athenienſium tributum ab Ariſtide conſtitutum, felicitatem quamdam Graeciae nominantes celebrabant; & maxime poſt tempus non longum eo duplicato.* De augmento a Pericle facto, & Alcibiade, capiendus iſte Ariſtidis locus in Platonica II. Οὔτε γὰρ τὰς φόρους Περικλῆς εἰς ἄπορόν ἐστιν ὁ ἐξαγαγών· ἀλλὰ καὶ ταύτης τῆς ἀμετρίας, ὦ φίλε Σώκρατες, εἰ ζητοίης τὸν αἴτιον, τὸν ἑταῖρον εὑρήσεις τ σεαυτοῦ. ἐκεῖν@ γάρ ἐστιν, ὁ πρὸς τοσοῦτον προαγαγὼν τὰς φόρους, ὅσον οὐδὲ βουλομένοις φέρειν ἐξῆν, οὔτε σοι πειθόμεν@ οὐδὲν, οὔτε τὸν Περικλέα μιμούμεν@. *Neque enim tributa Pericles in infinitum producit; ſed etiam huius exceſſus, o bone Socrates, ſi quaeſiveris eum, qui cauſa eſt, reperies amicum tuum. Ille enim eſt, qui in tantum extendit tributa, quantum nec vel volentes ferre poterant, nec tibi auſcultans, nec Periclem imitans.* Iam de mille, & trecentis non auctorem certum ponit in Vita Ariſtidis Plutarchus, ſed Lycurgum eum fuiſſe diſerte dicit in Vita eius lib. De X. Rhet. Τὸ μέγιστον, χίλια διακόσια τάλαντα προσόδου τῇ πόλει κατέστησε, πρότερον ἑξήκοντα προσιόντων. *Quod maximum eſt, mille*

mille ducenta talenta reditus conſtituit urbi, quum ante obvenirent ſexaginta. Sed inſigne illic mendum eſt; nam quum quadringenta initio, & ſexaginta ab Ariſtide ſint impoſita, quo reſpexit, omnino reſcribendum erit: πρότερον τετρακοσίων, καὶ ἑξήκοντα προσιόντων. *Prius quadringentis, & ſexaginta venientibus*. Origo mendi e confuſione numeri υξ'. & ξ. Verum & iſtud obſervandum; quum in Ariſtide dixerit, mille & trecenta talenta exſtitiſſe, quod hic mille ducenta dicat. Solvam nodum. Erant ſupra mille ducenta, nec trecenta tamen tota. AEſchines docet in Orat. περὶ παραπρεσβ. Φόρῳ δ' ἡμῖν καθ' ἑνιαυτὸν προσήει πλέον ἢ χίλια, καὶ διακόσια τάλαντα. *Tributum vero nobis annuum advenit ultra mille, & ducenta talenta*. Atque hinc diſſidium. Sed Pauſanias ſupra modo hic exorbitat. Ecce enim verba in Atticis. Λυκούργῳ δὲ ἐπορίθη μὲν τάλαντα πεντακοσίοις πλείονα καὶ ἑξακισχιλίοις, ἢ ὅσα Περικλῆς ὁ Ξανθίππου συνήγαγε. *Lycurgo vero data ſunt talenta pluria, quam ſexies mille, & quingenta, vel quotquot Pericles Xanthippi F. congeſſit*. Nam, qui ſodes, talenta ſexies mille, & quingenta poſt Periclem addidit, quum tributum univerſum vix mille trecenta repraeſentaret? tum ab Alcibiade factum incrementum cur Lycurgo item adſignat? Pericles autem ad ſexcenta talenta auxerat, inde acceſſerant ad ſummum altera ſexcenta quinquaginta. Ergo in numeris neceſſario a librariis eſt peccatum, ſcribendumque: Λυκούργῳ δὲ ἐπορίθη μὲν τάλαντα εἰς τὸ δημόσιον πεντήκοντα πλείονα καὶ ἑξακοσίοις, ἢ ὅσα Π. Et augmenti, a Lycurgo quidem facti, meminit Hyperides in Orat. ὑπὲρ Λυκούργου, apud Apſinem lib. De Arte Rhet. cap. περὶ προσοποποιΐας. Τίνα φήσουσιν οἱ περιόντες αὐτῷ τὸν τάφον; ὅτῳ ἐβίω μὲν σωφρόνως· ταχθεὶς δ' ἐπὶ τῇ διοικήσει τῶν χρημάτων, εὗρε πόρους. *Quaenam dicent eius ſepulcrum circumeuntes? Hic ſobrie quidem vixit, & arbiter diſpenſationis pecuniarum conſtitutus, rationem, qua ea recte fieret, invenit*. Poſt Lycurgum incrementum accepere a Demetrio Phalereo; at hoc quantum in incerto eſt. Diogenes Laertius in eius Vita lib. v. Πολλὰ δὲ, καὶ κάλλιστα τῇ πατρίδι ἐπολιτεύσατο. καὶ γὰρ προσόδοις, καὶ καλασκευαῖς ηὔξησε τὴν πόλιν. *Multa vero, & pulcerrima patriae procuravit; nam reditibus, & operibus auxit urbem*. Vniverſum incrementum innuit Iulianus in Encomio Conſtantii. Χρημάτων δὲ ἐπινοίας πόρους, οὐκ αὔξων τὰς φόρους, οὐδὲ τὰς συντάξεις, καθάπερ Ἀθηναῖοι πρόσθεν, εἰς τὸ διπλάσιον, ἢ καὶ ἐπὶ πλέον, καλασήσας. *Facultates vero qua ratione inveniantur, intelligis, non vectigalia augens, neque tributa, quemadmodum antea Athenienſes, dupla, & ampliora etiam conſtituens*. Ariſtophanes in Veſpis, quas Aminia Archonte edidit, Olympiadis LXXXIX. anno II. ait fuiſſe talentorum fere duo millia, iſtis verbis:

Ἀκροᾶσαι νῦν, ὦ παπίδιον, χαλάσας ὀλίγον τὸ μέτωπον,
Καὶ πρῶτον μὲν λόγισαι φαύλως μὴ ψήφοις, ἀλλ' ἀπὸ χειρὸς,
Τὸν φόρον ἡμῖν ἀπὸ τῶν πόλεων συλλήβδην τὸν προσιόντα.
Κἄξω τούτου τὰ τέλη χωρὶς, καὶ τὰς πολλὰς ἑκατοσάς,
Πρυτανεῖα, μέταλλ', ἀγορὰς, λιμένας, μισθοὺς, καὶ δημόσια πρατα.
Τούτων πλήρωμα, τάλαντ' ἐγγὺς δισχίλια γίνεται ἡμῖν.
Audi ergo, o Pappule, deque ſupercilio iam pauca remitte.
Ac primum rationem facili manu ini non calce, recenſens
Annua quae nobis ex omni procedunt urbe tributa,
Sepoſita debinc vectigalia, tum vel centeſima multa,
Prytanea, metalla, & fora, portus, merces, quaeque auctio fiunt
Publica, quae ſummam faciunt ſimul addita bis mille talentûm.

Ad haec adde, quod Fortuna, ne externo argento ſemper opus haberent, etiam domeſticum dederit, & fodinas in Laurio monte. Thucydides mentionem facit lib. II. παρῆλθον εἰς τὴν πάραλον γῆν καλουμένην, μέχρι Λαυρίου ὄρους, οὗ τὰ ἀργύρεια μέταλλά ἐστιν Ἀθηναίοις. *Acceſſerunt ad agrum, quem Paralum, vel Maritimum vocant, uſque ad Laurium montem, ubi Athenienſes poſſident argenti fodinas*. Et lib. VI. Καὶ τὰς τοῦ Λαυρίου τὰ ἀργυρείων μετάλλων προσόδους, καὶ ὅσα ἀπὸ γῆς, καὶ δικασηρίων νῦν ὠφελοῦνται, εὐθὺς ἀποστερήσονται. *Et Laurii argentifodinarum vectigalibus, & omnibus, quaecumque, aut ab agro, aut a tribunalibus nunc commoda accipiunt, ſtatim privabuntur*. Meminere item plures; Heſychius, Suidas, Scholiaſtes Ariſtophanis Equitibus, alii. Inde Γλαῦκες Λαυριωτικαὶ. *Noctuae Laurioticae*, nummi ex argento Lauriotico cuſi, & noctua ſignati. Ariſtophanes Avibus:

Γλαῦκες ὑμᾶς ἔποθ' ἑπιλείψουσι Λαυριωτικαί.
Noctuae vos numquam deſtituent Laurioticae.

Videndi Suidas, Lucilius Tarrhaeus, & Paroemiographi Graeci alii in Γλαῦκες Λαυριωτικαί (a). Sed fodinae hae initio non tam publicae erant Vrbis, quam privatim aliquot familiarum, civiumque. Inde Vitruvius lib. VII. cap. VII. *Athenis argenti fodinae, quum habuerunt familiae, tunc ſpecus ſub terra fodiebantur ad argentum inveniendum*. Itaque reditus inter cives diſtributi ad Themiſtoclis uſque tempora; qui effecit, ut deinceps publici eſſent, & ad bellum AEgineticum naves inde pararentur. Plutarchus in Themiſtocle: Καὶ πρῶτον μὲν τὴν Λαυριωτικὴν πρόσοδον ἀπὸ τῶν ἀργυρείων μετάλλων ἔθηκεν ἐχόντων Ἀθηναίων διανέμεσθαι, μόνον εἰπεῖν ἐτόλμησε, παρελθὼν εἰς τὴν δη-

(a) In nummis Athenienſium noctua paſſim occurrit, ut videre eſt in Tabulis, quibus hoc volumen exornavimus. *Plutarchus in Lyſandro* dictum Gylippi ſervi apud Lacedaemonios refert, ὑπὸ τῷ κεραμικῷ κοιτάζεσθαι πολλὰς Γλαῦκας. *Multas ſub tegulis cubare noctuas*. Pecuniam ibi a Gylippo hero abſconditam innuens. *Iulius Pollux* auctor eſt, Diobolum Atticorum noctuam inſculptam habuiſſe; Tetrobolum vero, Iovis faciem, & duas noctuas.

Digitized by Google

ϗ δῆμον, ὡς χρὴ, τὴν διανομὴν ἐάσαντας, ἐκ τ χρημάτων τούτων παρασκευάσασθαι τριήρεις, ἐπὶ τ πρὸς Αἰγινήτας πόλεμον. *Et primum quidem Lauriotsicum provenium ex argenti fodinis, quum ſolerent Athenienſes diſtribuere, primus auſus fuit dicere, progreſſus in concionem, oportere, omiſſa diſtributione, pecuniis illis fabricari triremes ad bellum contra AEginetas.* Libanius Declam. XX. Παρὰ τῆς λυπηρᾶς ἐκείνης ἐπιχειρύξεως, ὦ Θεμιστόκλεις, πάντα ἡμῖν τὰ πανταχῇ γῆς, καὶ θαλάττης θαυμαζόμενα· οἱ τ ἐκ Λαυρίου χρημάτων λόγοι δι' ὧν ἔπεισας Ἀθηναίους, ἀντὶ τοῦ νέμεσθαι, ναῦς ποιεῖν. *A moleſta illa denunciatione, o Themiſtocles, omnia nobis undique terra, & mari admiranda; ſermones de pecuniis ex Laurio, quibus perſuaſiſti Athenienſibus, ut fabricandis potius navibus impenderentur, quam diſtribuerentur.* Verum poſtea, exhauſtas tandem defeciſſe, indicium Pauſanias facit in ipſo Atticorum initio: Πλέουσι δὲ ἐς τὸ πρόσω Λαύριόν τε ἐστὶ, ἐνθά ποτε Ἀθηναίοις ἦν ἀργύρου μέταλλα. *Vitra autem naviganti Laurium eſt, ubi quondam Athenienſibus erant argenti fodinae.* Iam quae copiae militares ordinariae? Peditum XXIX. M. equitum MMDCCC. Ex peditibus tredecim mille gravis armaturae erant; ſedecim millia in praeſidiis collocata; ex equitibus mille ſexcenti ſagittarii. Obſervare eſt apud Thucydidem lib. II. Ὁπλίτας δὲ τρισχιλίους καὶ μυρίους εἶναι. ἄνευ τῶν ἐν τοῖς φρουρίοις, καὶ τῶν παρ' ἕκαλξιν, ἑξακισχιλίων καὶ μυρίων. ἱππέας δὲ ἐπέφαινε διακοσίους, καὶ χιλίους, ξὺν ἱπποτοξόταις. ἑξακοσίους δὲ, καὶ χιλίους τοξότας. *Gravis autem armaturae militum tredecim millia eſſe praeter illos, qui in praeſidiis erant, & apud murorum propugnacula, numero ſedecim millium; equites autem demonſtravit ducentos, & mille cum hippotoxotis; ſexcentos vero, & mille ſagittarios.* Et vide etiam Diodorum lib. XII. haec ad terreſtrem militiam; ad navalem habuere triremes aliis Graecis univerſis duplo plures; & quae pugnare cum bis totidem valerent. Iſocrates in Panegyrico. Κεκτημένοι τριήρεις διπλασίας μὲν ἢ σύμπαντες οἱ ἄλλοι, δυναμένας δὲ πρὸς δὶς τοσαύτας κινδυνεύειν. *Potentes triremium duplicium quidem, quam ſocii alii, quae valerent pugnare, vel cum duplo pluribus.* Et trecentae numero erant. Thucydides loco citato. Καὶ τριήρεις τὰς πλωίμους τριακοσίας. *Et triremes navigationi aptas trecentas.* Demoſthenes in Orat. Περὶ συμμοριῶν. Τότε δὲ, (ἂν ἄρα, ἃ νῦν οἰόμεθα ἡμεῖς, πράττητε) ῥᾳδίως δήπου τῶν ἁπάντων Ἑλλήνων τηλικοῦτον ἐφ' ἑαυτῷ φρονήσει, ὅστις ὁρῶν ὑμῖν χιλίους μὲν ἱππέας ὑπάρχειν, ὁπλίτας δὲ, ὅσους ἄν βούλῃ τις, ναῦς δὲ τριακοσίας, οὐχ ἥξει, καὶ δείσεται; *Tunc autem (ſiquidem, quae nunc nos cenſemus, faciatis) nullus ſane Graecorum omnium tantum ſibi adrogabit; quiſquis viderit vobis mille equites ad manum eſſe, milites gravis armaturae, quot quis voluerit, naves vero trecentas, non veniet, ac ſupplicabit?* Et mox iterum: Τὰς δὲ τριήρεις πῶς· τ ἅπαντα ἀριθμὸν κελεύω τριακοσίας ἀποδεξαντας, κ.τ.λ. *Triremes autem quomodo? univerſum numerum iubeo trecentas exhibere.* Deinde: Οἶδε μέν γε τριακοσίαις τριήρεσιν, ὧν ἑκατὸν, παρεσχόμεθ' ἡμεῖς, τὰς προγόνους αὐτῶν χιλίας ἀπολέσαι τὰς ναῦς. ἀκούσεσθε, τριακοσίας αὐτὰς ὑμᾶς παρεσκευασμένους τριήρεις. *Novit utique trecentis triremibus, quarum centum nos praebueramus, Maiores ipſius perdidiſſe naves mille; audiet etiam trecentas vos ſolos inſtruxiſſe triremes.* AEſchines Orat. περὶ παραπρεσβείας. Τριήρεις δ' ἐκτησάμεθα πλωίμους, καὶ ἐντελεῖς, οὐκ ἐλάττους ἢ τριακοσίας. *Triremes vero poſſedimus ad navigandum paratas, perfectaſque, non minus, quam trecentas.* Ariſtophanes Acharnenſibus:

Καὶ κάρτα μὲν τ' ἂν εὐθέως καθείλκεῖτε
Τριακοσίας ναῦς· ἦν δ' ἂν ἡ πόλις πλέα
Θορύβου στρατιωτῶν, περὶ τριηράρχου βοῆς.
Et maxime quidem ſtatim deducebatis
Trecentas naves; erat vero urbs plena
Tumultus militum, de trierarcho clamoris.

Ariſtides Orat. Sic. I. Ἦν γάρ ποτε χρόνος, ὦ Ἀθηναῖοι, ὅθ' οἱ μὲν τ βασιλέως χώραν κακῶς ἡμῶν ἐτοίμην τριήρεσι τριακοσίαις. *Erat enim olim tempus, o Athenienſes, quando illi quidem regionem regi ſubiectam infeſtarunt noſtris trecentis triremibus.* Repraeſentat nobis claſſem iſtam Cicero Verr. V. *Hic, te praetore, praedonum naviculae pervagatae ſunt, quo Athenienſium claſſis ſola poſt hominum memoriam trecentis navibus vi, ac multitudine invaſit.* Silius lib. XIV.

Spectatum proavis ter centum ante ora triremes
Vnum naufragium, merſaſque impune profundo
Clade pharetrigeri ſubnixas regis Atheras.

Poſtea Lycurgus rhetor effecit, ut eſſent CCCC. Pauſanias in Atticis, ubi de Lycurgo hoc agit. Κατεσκεύασε δὲ ταμιεῖα τῇ θεῷ, καὶ νίκας χρυσᾶς, καὶ παρθένοις κόσμον ἑκατόν. ἐς δὲ πόλεμον, ὅπλα, καὶ βέλη, καὶ τετρακοσίας ναυμαχοῦσιν εἶναι τριήρεις. *Exſtruxit etiam fercula ad pompam Deae, & victorias aureas, & puellis ornatum centum: ad bellum vero arma, & tela, & quadringentas mari pugnantibus voluit adeſſe triremes.* Plutarchus in eius Vita lib. De X. Rhet. Καὶ ἐπὶ τ τοῦ πολέμου παρασκευὴν χρήσιμος θεὶς, πολλὰ τ πόλεως ἐπιώρθωσε, καὶ τριήρεις παρεσκεύασε τῷ δήμῳ τεσσαράκοντα. *Et electus ad belli adminiſtrationem, multa urbis emendavit, & triremes populo fabricavit quadringentas.* Itaque totidem praefecti ſingulis annis conſtituti. Xenophon de Rep. Athen. Καὶ τριήραρχοι καθίστανται τετρακόσιοι ἑκάστου ἐνιαυτοῦ· καὶ τούτων τοῖς βουλομένοις διαδικάσαι ὅσα ἔτη. *Et triremium praefecti creantur quadringenti quoque anno; & horum quidam quot annos volunt, iudicant.* His convenit Strabonis locus, ubi, navale Piraeei deſcribens, de quadringentis agit lib. IX. Ἀξιόν τε ἦν ναύσταθμον τετρακοσίαις ναυσὶν, ὧν οὐκ ἐλάττους ἔστελλον Ἀθηναῖοι. *Et congruens receptaculum erat navium quadringentarum, quibus non minus mittebant Athenienſes.* Et navale ad has naves capiendas amplum erat; quod talentis mille ſtructum, tribus ſolis deſtruendum Triginta tyranni vendiderunt. Iſocrates in Areopagitica. Τοὺς δὲ τριάκοντα, τῶν μὲν ἀμελήσαντας, τοὺς δὲ συλήσαντας, τοὺς δὲ νεωστοίκους ἐπὶ καταισχύνῃ τριῶν ταλάντων ἀποδιδομένους, εἰς οὓς ἡ πόλις ἀνήλωσεν οὐκ ἐλάττω χιλίων ταλάντων. *Triginta viros autem*

Digitized by Google

autem haec quidem negligentes, alios autem A
ſpoliantes, navalia vero, ut deſtruerentur, tribus talentis vendentes, in quae impenderat urbs non minus mille talentis. Mox vero, dominatu eorum excuſſo, inſtauratum, ac perfectum a Lycurgo. Pauſanias in citatis Atticis. Οἰκοδομήματα ἐτετέλεσε μὲν τὸ θέατρον, ἑτέρων ὑπαρξαμένων· τὰ δ' ἐωὶ τῆς αὐτοῦ πολιτείας, ἃ ᾠκοδόμησεν, ἐν Πειραιεῖ νεὼς ἦσαν οἶκοι. *AEdificia abſolvit quidem theatrum, quod alii inchoaverant; quum vero rempub. adminiſtraret, quae exſtruxit, in Piraeeo erant navalia.* B
Plutarchus in eius Vita. Πολλὰ δὲ ἡμίεργα παραλαβὼν, ἐξετέλεζε· καὶ νεωσοίκους, καὶ τὴν σκευοθήκην. *Multa opera ſemiperfecta quum accepiſſet abſolvit; & navalia, & armamentarium.* Hyperides in Orat. ὑπὲρ Λυκούργου; apud Apſinem, loco ſtatim iam citato. Ὠκοδόμησε δὲ (ὁ Λυκοῦργος) τὸ θέατρον, τὸ ᾠδεῖον, νεώρια· τριήρεις ἐποιήσατο. *Exſtruxit vero (Lycurgus) theatrum, odeum, navalia; triremes fabricavit.* Vti vero navibus erat, ita armis ſuus locus; uterque vero in Piraeeo. Et armamentarium quidem inter admiranda erat, C
a Philone aedificatum. Strabo lib. IX. Προσλαμβάνει τῷ περιβόλῳ τὸν Πειραιᾶ, καὶ τοὺς λιμένας, πλείους νεωρίων· ἐν οἷς καὶ ἡ ὁπλοθήκη, Φίλωνος ἔργον. *Amplexa circuitu Piraeeum, & portus, pleraque navalium; in quibus & armamentarium, opus Philonis.* Plinius lib. VII. cap. XXXVII. *Laudatus eſt Cteſiphon Gnoſſius, aede Epheſiae Dianae, admirabiliter fabricata; Philo, Athenis armamentario.* Idque poſtea, capta Vrbe, Sulla incendit. Plutarchus in D
eius Vita. Εἶχε δὲ καὶ τὸν Πειραιᾶ μεθ' ὃ πολὺν χρόνον ὁ Σύλλας, καὶ τὰ πλεῖστα κατέκαυσεν. ὧν ἦν καὶ ἡ Φίλωνος ὁπλοθήκη, θαυμαζόμενον ἔργον. *Tenuit autem Piraeea quoque non multo poſt Sulla, & plurima combuſſit; in quibus erat etiam Philonis armamentarium, opus admirandum.* Appianus lib. De Bell. Mithrid. Ὁ δὲ Σύλλας τὸν Πειραιᾶ, τῷ ἄστει μᾶλλον ἐνοχλήσαντα οἱ, καὶ ἐπίμπρη φθόμῳ ὅτε τῆς ὁπλοθήκης, ὅτε τῶν νεωσοίκων, ὅτε τινὸς ἄλλου τῶν ἀοιδίμων. *Sulla vero Piraeeum, infeſtiorem ipſi, quam urbem, incendit, neque parcens armamentario, neque navalibus, nec alicui alii eorum, quae laudabantur.* Reſpexit Auſonius in Moſella. E

Non hoc ſpernat opus Gortynius aliger, aedis
Conditor Euboicae; caſus quem fingere in auro
Conantem Icarios patris pepulere dolores.
Non Philo Cecropius.

Ac deſcripſerat illud ipſe Philo. Vitruvius teſtatur in Praefatione lib. VII. *Philo (ſcripſit) de aedium ſacrarum ſymmetriis, & de armamentario, quod fecerat Piraeei portu.* F

CAP. VIII.

Studiorum illic gloria. Pueri ſtatim literas, & nare docti. Literae Atticorum veteres quot, & unde. Γράμματα Ἀττικὰ, ἀρχαῖα, ἐπιχώρια, Κάδμεα. Γραμματικὴ ἡ καλὰ Κάδμου. *Inde admiſſae Ionum viginti quatuor; idque quando.* Ἡ μεθ' Εὐκλείδου γραμματικὴ. *Philoſophiae profeſſores aliquando inde electi, verum anno inſequente revocati. Detrimentum aliquod datum a Maſſilia. Hadriani beneficentia, item M. Antonini, qui doctores; & mercedem annuam dedit. Merces autem illa qualis. Philoſtrati locus vindicatus. Studia quae ibi fuerint.* Οἱ τῆς νεότητος πρόεδροι, *quinam dicti, qui* οἱ νέοι. οἱ σοφισταί. ὁ τῶν σοφιστῶν θρόνος. ὁ πολιτικὸς θρόνος. *Dignitas cathedrae; eaque conceſſa nulli, niſi poſt experimentum: uno excepto Hadriano, propter famae claritatem: ac repulſi, qui indigni viderentur; in quibus Heraclides Lycius. Collata vero ab Imperatore. Profeſſorum numerus. Elogia Vrbis. Ingeniorum multitudo, & praeſtantia; tum illuſtris adeo gloria, ut praeclaris aliorum quoque factis famam addiderit.*

HAc potentia ad gloriam uſae, rebus geſtis longe maximis, eam ſummam reportarunt; ita ut Κλεινὰς Ἀθήνας ſolemni fere epitheto dicant Aeſchylus, Euripides, Sophocles, alii. Ac geſtarum rerum gloriam olim etiam Plutarchus libro de hac ſingulari pertractavit; verum eam altera quoque ſtudiorum comitatur: quam indictam ſi omittam, Muſas mihi iratas habeam, & Minervam, Vrbis praeſidem; quam idcirco cum Neptuno de ponendo ei nomine contendiſſe a veteribus dictum cenſeo; quia, ut maris beneficio potentiſſima, & illuſtriſſima, ita doctrinarum ſtudiis etiam evaſit. Parentes autem liberos ſuos ſtatim a pueris nare, & literas docebant; illud in Neptuni gratiam, & navalis rei ſuae; iſtud vero in Minervae, & ſtudiorum. Scholiaſtes Aphthonii. Οἱ Ἀθηναῖοι τὸ παλαιὸν τοὺς ἑαυτῶν παῖδας γράμματα, καὶ νήχεσθαι, ἐξεπαίδευον τὸ μὲν διὰ τοὺς νόμους, τὸ δὲ διὰ τὰς ναυμαχίας. *Athenienſes antiquitus ſuos liberos literas, & natare edocebant, partim propter leges, partim propter bella navalia.* Inde proverbio, qui indocti, Μήτε νεῖν, μήτε γράμματα ἐπίσασθαι, *neque natare, neque literas ſcire* dicebantur. Suidas. Μήτε νεῖν, μήτε γράμματα ἐπίσασθαι. ἐπὶ τῶν πανθάπασιν ἀμαθῶν. παρὰ γὰρ Ἀθηναίοις εὐθὺς ἐκ παιδὸς κολυμβᾶν, καὶ γράμματα ἐδιδάσκοντο. *Neque natare, neque literas ſcire; de hominibus omnium ignaris. Nam apud Athenienſes ſtatim a puero urinare, & literas docebantur.* Videndus quoque Diogenianus, Cent. VI. Proverb. LVI. & Vaticana Appendix, Cent. II. Proverb. LXXXI. Meminit Plato De Leg. lib. III. Ἂν καὶ, τὸ λεγόμενον, μήτε γράμματα, μήτε νεῖν ἐπίστανται. *Vel ſi, quod dicitur, neque literas, neque natare ſciant.* Habes quoque, cum apud Ariſtidem in Apologia Quatuorvirorum; tum etiam apud Senecam Rhethorem, Controverſ. XXVII. Ac de literis eſt Heliodori locus, apud quem Ariſtippus pater de Cnemone filio querens, Aethiopic. lib. I. Οὐκ ἐπὶ τοιαύταις μὲν ἐλπίσιν, ὦ Ἀθηναῖοι, τόνδε ἀνέτρεφον, ἔλεγεν· ἀλλὰ τοῦ γήρως τοῦ μὲ βακτηρίαν ἔσεσθαι προσδοκῶν, ἐπῳδὴ τάχιστά μοι ἐγένετο, ἐλευθερίᾳ τε τροφῆς μελαθείς, καὶ τὰ πρῶτα τῶν γραμμάτων διδαξάμενος, εἰς τὰς φράτορας, καὶ γνησίας εἰσαγαγὼν, εἰς ἐφήβους ἐγγράψας, καὶ πολίτην ὑμέτερον τοῖς νόμοις ἀποφήνας, πάντα τὸν βίον ἐπὶ τούτῳ τῷ ἐμὸν ἐσάλευον. *Non ad has ſpes quidem, o Athenienſes,*

Digitized by Google

ſes, hunc educavi, dicebat; ſed ſenectutis meae baculum futurum exſpectans, ſimul atque mihi datus fuit, liberalem educationem indulgens, & primas literas docens, in curiales, & agnatos inducens, inter ephebos inſcribens, & civem veſtrum legibus exhibens, omnem vitam meam propterea fatigabam. Literas autem, ut hoc obiter per occaſionem hanc dicam, tantum ſedecim habebant; quas a Cadmo (a) in Graeciam adlatas, primi in ea accepere Athenienſes; unde & inventum quoque illas ſuum, ſicut fruges, atque leges, iactitabant. Plinius Nepos, ubi de Achaia agit, Atticam praecipue intelligens, ita in rem iſtam ſcribit lib. VIII. Epiſt. XXIV. *Cogita te miſſum in provinciam Achaiam, illam veram, & meram Graeciam; in qua primum humanitas, literae, etium fruges inventae eſſe creduntur.* Hac de cauſa Ἀττικὰ γράμματα, *Atticas literas* adpellabant. Demoſthenes Orat. in Neaeram. Καὶ αὕτη ἡ στήλη ἔτι καὶ νῦν ἕστηκεν, ἀμυδροῖς γράμμασιν Ἀττικοῖς δηλοῦσα τὰ γεγραμμένα. *Et haec columna etiam nunc ſtat; evanidis literis Atticis aperiens ea, quae ſcripta fuere.* Quem locum exponens Harpocration, ita ait. Ἀττικοῖς γράμμασι. Δημοσθένης καὶ Νεαίρας· ἀντὶ τῶν παλαιοῖς. τὴν γὰρ εἰκοσι τεσσάρων στοιχείων γραμματικὴν ὀψέ ποτε παρὰ τοῖς Ἴωσιν εὑρεθῆναι. *Atticis literis. Demoſthenes contra Naeeram; hoc eſt, antiquis. Nam quatuor, & viginti elementorum grammaticam ſero denique ab Ionibus inventam eſſe.* Quae ipſa habes apud Suidam in Ἀττικισμός. Heſychius. Ἀττικὰ γράμματα, τὰ ἀρχαῖα, ἐπιχώρια. *Atticae literae, antiquae, vernae.* Vbi ἐπιχώρια vocat, quia, ut dixi, Athenienſes ſua in regione eas eſſe inventas cupiebant: Pauſanias de inſcriptione, quae in cornu Amaltheae, Eliac. II. Καὶ ἐπίγραμμα ἐπὶ τῷ κέρατί ἐστιν ἀρχαίοις Ἀττικοῖς γράμμασι. *Et inſcriptio in cornu eſt antiquis Atticis literis.* Et in Atticis. Γέγραπται δὲ ἐπὶ τῷ τοίχῳ γράμμασιν Ἀττικοῖς, ἔργα εἶναι Πραξιτέλους. *Scriptum vero eſt in muro litteris Atticis, Opera eſſe Praxitelis.* Idem ſimpliciter γράμματα ἀρχαῖα, *literas antiquas* dicit. Eliac. I. Τῶν δὲ ἐπὶ τῇ λάρνακι ἐπιγραμμάτων ἔπεσι τοῖς πλείοσι γράμμασι τοῖς ἀρχαίοις γεγραμμένα. *Ex inſcriptionibus vero arcae, quaedam ſunt pluribus literis antiquis conſcriptae.* Sic Harpocration in Ἑρμαῖ. Ἐφ' ἑνὸς δὲ αὐτῶν ἐπιγέγραπται γράμμασιν ἀρχαίοις.

Ἀντὶ εὐεργεσίης Ἀγαμέμνονα δῆσαν Ἀχαιοί.

In uno eorum inſcribitur literis antiquis:

Pro benefactis vinxerunt Agamemnona Achivi.

Dicebantur etiam Κάδμεα γράμματα, *Cadmeae literae*, nempe ab inventore Cadmo. Herodotus lib. V. Ἴδον δὲ καὶ αὐτὸς Καδμήια γράμματα ἐν ἱρῷ τῷ Ἀπόλλωνος. *Vidi autem & ipſe Cadmeas literas in templo Apollinis.* Inde & Grammatica ipſa, quae has literas tradebat, ἡ κατὰ Κάδμον γραμματικὴ, *Grammatica iuxta Cadmum* vocata fuit. Syrianus Comment. in Hermogenem. Ἡ γὰν κατὰ Κάδμον γραμματικὴ, ἐπί τε τῶν Τρωϊκῶν ἠσκεῖτο, ὡς Δίκτυς ἐν ταῖς Ἐφημερίσι φησί. καὶ μέχρι τῶν Εὐκλείδου, τῷ μετὰ ταῦτα ἄρξαντος, διέμεινε χρόνων. *Grammatica igitur iuxta Cadmum, & Troianis temporibus exercebatur, ſicut Dictys in Diariis inquit; & uſque ad Euclidae, qui poſtea Archon fuit, aetatem manſit.* Ac ſedecim quidem iſtis literis diu uſi, ſero tandem viginti quatuor ab Ionibus accepere. Inde ait Harpocration in citatis ſtatim verbis. Τὴν γὰρ εἰκοσι τεσσάρων στοιχείων γραμματικὴν ὀψέ ποτε παρὰ τοῖς Ἴωσιν εὑρεθῆναι. *Nam quatuor & viginti elementorum grammaticam ſero tandem ab Ionibus inventam eſſe.* Tenuere autem veteres uſque ad Archontem Euclidem; uti teſtis, quem citavi, Syrianus. Tunc, Archino id ſuadente, novas Ionum admiſere; & pro ſedecim ex eo tempore viginti quatuor habuere. Suidas in Σαμίων ὁ δῆμος. Τὸς δ' Ἀθηναίους ἔπεισε χρῆσθαι τῶν Ἰώνων γράμμασιν Ἀρχῖνος ὁ Ἀθηναίου, ἐπὶ ἄρχοντος Εὐκλείδου. *Athenienſibus autem perſuaſit uti Ionum literis Archinus Athenaei F. Archonte Euclide.* Quae totidem verbis Apoſtolius. Cent. XVII. Proverb. XXV. Eapropter mutata etiam Grammatica, ἡ μετ' Εὐκλείδην γραμματικὴ, *Grammatica poſt Eucliden* deinceps nuncupari coepta. Manifeſtum e Plutarcho in Ariſtide. Ἐλέγχῃ τὰ γράμματα, τὰ μετ' Εὐκλείδην ὄντα γραμματικῆς. *Deprehendit literas eſſe grammaticae, quae poſt Eucliden fuit.* Vide quae notavi nuper *De Archontibus* lib. III. cap. XVII. Quod ad ſtudia doctrinarum autem adtinet, res clariſſima eſt. Nam Lyceum, Academiam, Porticumve quis ignorat? aut quis Epicuri hortos (b)? quis philoſophos tot praeſtantes? quorum Vitas tradit nobis Diogenes Laertius? (c) Habe elogium Nicolai in Oratione ſua ad Syracuſanos apud Diodorum Siculum lib. XIII. Ὅσοι λόγου, καὶ παιδείας ἐν τῇ πόλει μετεχήκατε, δότε τὸν ἔλεον τοῖς τὴ πατρίδα κοινὸν παιδευτήριον παρεχομένοις πᾶσιν ἀνθρώποις. *Quotquot rationis, ac doctrinae in urbe participes eſtis, miſeremini illorum, qui patriam communem ſcholam praebent omnibus hominibus.* Ecce, communem omnibus hominibus honeſtae diſciplinae officinam vocat. Et mox. Ποῖος γὰρ τόπος τοῖς ξένοις βάσιμος εἰς παιδείαν ἐλεύθεριον, τῶν Ἀθηναίων πόλεως ἀνηρημένης; *Quis enim locus extraneis non inacceſſus ad liberalem eruditionem, ubi Athenienſium urbs deleta fuerit?* Nec immerito ortam hic doctrinam eſſe praedicarunt. Cicero pro L. Flac-

(a) Quamquam communis opinio fert Cadmum Phoenicum Claſſe in Booetiam vectum ſcribendi ſcientiam Graecis adtuliſſe; de huius rei tamen fide dubitandum prudentioribus videatur, quum a vero prorſus abludat Cecropem Aegyptium Athenarum conditorem, qui integro ſaeculo Cadmum anteceſſit, vel litteraturam ignoraſſe, vel ſuis eam non tradidiſſe; quamobrem, & ante Cadmum litteris Graecos uſos fuiſſe probabiliter *Voſſius* adfirmat.

(b) De his omnibus locis Conſule *Meurſium* noſtrum *Lib. II. Athen. Attic. Cap. II. & III. & Lib. III. Cap. X. & Ceramic. Cap. XX.* & ſequentibus. Iis tamen, quae habet de Epicuri hortis, *Lib. III. Athen. Attic. Cap. X.* haec addi poſſent: *Statius Silv. Lib. I. Carm. III.*

——— Luxuque carentes
Deliciae, quas ipſe ſuis digreſſus Athonis
Mallet deſerto Senior Gargettius horto.

Ad Epicuri hortum reſpicere videtur Epicureus Virgilius in Ceiri, vel quicumque auctor.

Cecropius ſuaves expirans hortulus auras
Florentis viridi ſophiae complectitur umbra.

(c) Non ſolum Laertius Philoſophorum vitas ſcripſit, ſed Auctores alii quamplures, quorum hiſtoriam *Io. Ionſius* exaravit.

Digitized by Google

Flacco: *Adſunt Athenienſes, unde humanitas,* DOCTRINA, *religio, fruges, iura, leges ortae.* Et De Oratore lib. I. *Vt omittam Graeciam, quae ſemper eloquentiae princeps eſſe voluit; atque illas* OMNIVM DOCTRINARVM INVENTRICES *Athenas.* Mamertinus in Panegyrico Iuliani. *Ipſae illae* BONARVM ARTIVM MAGISTRAE, ATQVE INVENTRICES *Athenae omnem cultum publice, privatimque perdiderant.* Aemilius Probus in Vita Attici omnibus aliis doctrina praeſtitiſſe dicit. *Hoc ſpecimen prudentiae, quod quum in eam civitatem ſe contuliſſet, quae antiquitate, humanitate,* DOCTRINAQVE *praeſtaret omneis, unus ante alios fuerit cariſſimus.* Portius Latro in Catilinam. *Non ita placuit Athenienſibus, urbi ſine dubio* DOCTISSIMAE, *atque* ERVDITISSIMAE. Propertius lib. III. Eleg. XX.

Magnum iter ad DOCTAS *proficiſci cogor Athenas,*
Vt me longa gravi ſolvat amore via.

Hilduinus de hac urbe in Vita Dionyſii Areopagitae lib. II. *Vrbs fandi, & eloquentiae nutrix; philoſophorum genitrix;* ARTIVM LIBERALIVM, *& divitiarum omnium copia prae urbibus cunctis emicuit.* Sane Athenis magnam ſtudiis literarum gloriam fuiſſe etiam Quinctiliani iſta indicant, Inſtit. Orat. lib. III. cap. VII. *Minus Lacedaemone* STVDIA LITERARVM, *quam Athenis honoris merebuntur.* Et Arnobius lib. V. *Athenas etiam probemus ipſas* HVMANITATIS ARTIBVS, STVDIISQVE POLLENTES, *tam in deos dicere contumelioſa, quam dicitent alii.* Vere certe Sapientiae, & Literarum regnum Athenas nuncupaveris. Tamen factum, ut philoſophi tota Attica pellerentur. Athenaeus lib. XIII. Ὁ Μύρτιλος ἔφη. εἶτ' ὐκ ἐγὼ δικαίως πάντας τὺς φιλοσόφυς μισῶ, μισοφιλολόγυς, ὃς ὐ μόνον Λυσίμαχ@ ὁ βασιλεὺς ἐξεκήρυξε τῆς ἰδίας βασιλείας ἐξελαύνων, ὡς ὁ Καρύςιός φησιν ἐν Ἱςορικοῖς Ὑπομνήμασιν, ἀλλὰ καὶ Ἀθηναῖοι; *Myrtilus dixit, ergo ego iniuſte omnes philoſophos odio proſequor, oſores philologiae, quos non modo Lyſimachus rex per praecones exire iuſſit regno ſuo expellens, ut ait Caryſtius in hiſtoricis commentariis, verum etiam Athenienſes?* Accidit autem, quum Demetrius Vrbem in poteſtate haberet; nempe circa Olympiadem CXX. Accipio ex Alexide in Equo fabula,

Τῦτ' ἔςιν Ἀκαδημία, τῦτο Ξενοκράτης.
Πολλ' ἀγαθὰ δοῖεν οἱ θεοὶ Δημητρίῳ,
Καὶ τοῖς νομοθέταις, διότι τὺς τὰς τῶν λόγων
Ὡ'ς φασι, δυνάμεῖς παραδιδόντας τοῖς νέοις,
Ε'ς κόραχας αἴρειν φασὶν ἐκ τῆς Ατλικῆς.
Hoc eſt Academia, hoc Xenocrates,
Multa bona dent Dei Demetrio,
Et legumlatoribus, quod ſermonum,
Vt aiunt, vires tradentes adoleſcentibus.
Ad corvos ire iubent ex Attica.

Inter ceteros expulſus quoque Theophraſtus, qui ſuccedens Ariſtoteli, tenuit ſcholam ab Olympiade CXIV. uſque ad CXXIII. Diogenes Laertius in eius Vita lib. V. Ταῦτ@ δὲ ὢν, ὥμως ἀπεδήμησε καὶ ἔτος, καὶ πάντες οἱ λοιποὶ φιλόζοφοι· Σοφοκλέυς τῦ Ἀμφικλέδυ νόμον ἐσενεγκόντ@, μηδένα τῶν φιλοσόφων σχολῆς ἄφηγεῖσθαι, ἂν μὴ τῇ βυλῇ, καὶ τῷ δήμῳ δόξῃ. ἐὰν ὃ μὴ, θάνατον εἶναι τὴν ζημίαν, *Talis quum eſſet, tamen peregrinatus etiam fuit hic, & omnes reliqui philoſophi, quum Sophocles Amphiclidis F. legem tuliſſet, ne quis Philoſophorum ſcholae praeeſſe auderet, niſi ita Senatui, & populo placuiſſet; ſin minus, capitale foret.* Vbi illud quoque obſerva; decreti auctorem fuiſſe Sophoclem, Amphiclidis F. Meminit etiam Pollux lib. IX. cap. V. Ε'ςι ὃ καὶ νόμ@ Ἀττικὸς κατὰ τῶν φιλοσοφόντων γραφὲις, ὃν Σοφοκλῆς Ἀμφικλέδυ Συνιεὺς εἶπεν. ἐν ᾧ ἵνα καῖ' αὐτῶν προειπὼν ἐπήγαγεν, μὴ ἐξεῖναι μηδενὶ τ σοφισῶν διατριβὴν καῖασκευάζεσθαι. *Eſt autem quoque lex Attica contra philoſophantes ſcripta, quam Sophocles Amphiclidis F. Sunienſis tulit, in qua contra eos nonnulla praefatus ſubinde intulit, non licere cuiquam Sophiſtarum diatribam inſtituere.* Athenaeus lib. citato. Καὶ Σοφοκλῆς δέ τις ψηφίσματι ἐξήλασε πάντας φιλοσόφυς τ Ἀττικῆς. *Quidam vero Sophocles decreto expulit omnes philoſophos ex Attica* (a). Verum breve exilium fuit; & ſequente ſtatim anno ipſi quidem revocati, Sophoclique mulcta quinque talentorum indicta. Diogenes Laertius loco iam commemorato. Ἀλλὰ αὖθις ἐπανῆλθον (οἱ φιλόζοφοι) εἰς νέωῖα, Φιλλίων@ τ Σοφοκλέα γραψαμένυ παρανόμων. ὅτε καὶ τὸν νόμον μὲν ἄκυρον ἐποίησαν Ἀθηναῖοι. τὸν δὲ Σοφοκλέα, πέντε ταλάντοις ἐζημίωσαν, καθαδὸν τε τοῖς φιλοσόφοις ἐψηφίσαντο. *Sed poſtea reverſi ſunt (philoſophi) anno ſequente, Phillione Sophoclem accuſante, iuris violati; quando etiam legem irritam fecerunt Athenienſes; Sophoclem vero quinque talentis mulctarunt, & reditum philoſophis decreverunt.* Itaque ſumma ibi rurſum frequentia eorum, qui ob ſtudia undequaque convenirent. Quin Romani quoque ipſi, ut olim leges, ſic doctrinam item illinc petiere. Aurelius Victor id teſtatur de Catone, & Bruto. *Marcus Brutus, avunculi Catonis imitator, Athenis philoſophiam, Rhodi eloquentiam didicit.* Idem de Tito Pomponio Attico AEmilius Probus; de Cicerone Aurelius Victor, & Plutarchus nobis tradunt. Iſque Cicero poſtea etiam filium iſtuc ſuum miſit. Teſtis Trebonius ad Ciceronem epiſt. XVI. lib. XII. *Athenas veni ad* XI. *Kal. Iunii; atque ibi, quod*

(a) Non mirum ſi ab Athenienſibus Philoſophi expulſi fuere; eos enim e regione ſua etiam eiecit Antiochus, ut ſcribit *Athenaeus Lib. XII.* Epicureos exulare iuſſerunt Meſſenii, auctoribus eodem *Athenaeo* loco citato, & *Aeliano Lib. IX. Var. Hiſt. Cap. XII. & Sexto Empirico adverſ. Mathem.* Philoſophos etiam eiecere Thebani, Spartiatae, & Argivi, ut *Tertullianus in Apologetico* teſtatur. Romani pariter Anno V. C. DXCII. ut memoriae prodiderunt *Athenaeus Lib. XIII. Seneca Conſol. ad Helviam, & Gellius Lib. XV. Noctium Atticarum Cap. XI.* Idem ſcelus patravit etiam Domitianus, eos urbe & Italia interdicens, ut tradunt, *Suetonius in Vita, Philoſtratus de Vita Apollon. Gellius loco laudato, & Sulpicia in ſua Satira.* Immo Euſebius in Chronico bis a Domitiano Philoſophos pulſos notat ad Olymp. CCXVI. anno IV. & Olympiad. CCXVIII. anno III. Valens quoque Imperator in Philoſophos ſaeviit, & adeo omnes ab hac profeſſione deterruit, ut veſte, pallioque, quod philoſophicum imitaretur, abſtinuerint, ne forte Philoſophi crederentur. Id *Eunapius in Maximo*, & *Sozomenus Lib. III. Cap. XXXV.* literarum monumentis conſignarunt.

Digitized by Google

quod maxime optabam, vidi filium tuum deditum optimis ſtudiis, ſummaque modeſtiae fama. Ac Cratippum hic philoſophum ibi audivit. Cicero pater De Off. lib. 1. *Quamquam te, Marce fili, annum iam audientem Cratippum, idque Athenis;* & quae ſequuntur. Et ipſe filius in Epiſtola ad Tironem, quae eſt XXI. lib. XVI. *Cratippo me ſcito, non ut diſcipulum, ſed ut filium eſſe coniunctiſſimum; nam quum, & audio illum libenter, tum autem eius propriam ſuavitatem vehementer amplector. Sum totos dies cum eo, noctiſque ſaepenumero partem: exoro enim, ut mecum quam ſaepiſſime coenet. Hac introducta conſuetudine, ſaepe inſcientibus nobis, & coenantibus obrepit; ſublataque ſeveritate philoſophiae humaniſſime nobiſcum iocatur.* Antonius etiam, hiemem ibi loci exigens, profeſſores frequentavit. Appianus de eo, De Bell. Civil. lib. v. Ἔξοδοί τε ἦσαν ὁμοίως; ἄνευ σημείων αὐτῷ, σὺν δύο φίλοις, καὶ σὺν ἀκολούθοις δύο, ἐς διδασκάλων διατριβὰς, ἢ ἀκροάσεις. *Egreſſuſque eius erant ſimiliter ſine faſcibus, cum duobus amicis, & totidem pediſſequis ad ſcholas doctorum, aut lectiones.* Immo paſſim quivis alii. Horatius de quodam lib. II. Sat. VII.

——iam mallet doctus Athenis
Vivere.——

Et de altero, Epiſt. II. lib. II.

Romae nutriri mihi contigit, atque doceri,
Iratus Graiis quantum nocuiſſet Achilles.
Adiecere bonae paulo plus artis Athenae,
Scilicet ut poſſem curvo dignoſcere rectum,
Atque inter ſilvas Academi quaerere verum,

Et poſtea.

Ingenium, ſibi quod vacuas deſumſit Athenas,
Et ſtudiis annos ſeptem dedit, inſenuitque
Libris, & curis ——

Sed quod ad Romanos attinet, commigrare illuc ſolitos, non exiguum circa Auguſti Caeſaris aevum detrimentum Maſſilia dedit; quam plerique, ludo iſtic litterario inſtituto, petiere. Strabo, ubi de ea Vrbe lib. IV. Δηλοῖ δ' τὰ καθεσηκότα νυνί· πάντες γὰρ οἱ χαρίεντες πρὸς τὸ λέγειν τρέπονται, καὶ φιλοσοφεῖν. ὥσθ' ἡ πόλις μικρῷ μὲν πρότερον τοῖς βαρβάροις ἀνέῳτο παιδοτρίβιον, καὶ φιλέλληνας κατεσκεύαζε τοὺς Γαλάτας, ὥστε καὶ τὰ συμβόλαια Ἑλλήνιζὶ γράφειν. ἐν δὲ τῷ παρόντι καὶ τοὺς γνωριμωτάτους Ῥωμαίων πέπεικεν ἀντὶ τῆς εἰς Ἀθήνας ἀποδημίας, ἐκεῖσε φοιτᾶν, φιλομαθεῖς ὄντας. *Apparet autem ex praeſenti rerum ſtatu; omnes enim elegantiores ad dicendum, & philoſophandum ſe conferunt; adeo ut paulo ante urbs barbaris concederetur Schola, & Graecorum amantes fecerit Gallos, adeo ut contractus Graece ſcribant (a). In praeſenti autem celebratiſſimos Rom. quoque huc adduxit, ut pro ſeceſſu Athenienſi illuc veniant cupidine diſcendi.* Fuere tamen, qui Athenas famae vetuſtate ducti anteponerent. Clemens Romanus de quodam lib. De rebus geſtis S. Petri. Ὁ μὲν ἦν πατὴρ, φιλότεκνος ὢν, σύν τε δούλοις καὶ δούλαις ἐφοδιάζων ἱκανῶς, καὶ εἰς πλοῖον ἐνθέμενος, εἰς τὰς Ἀθήνας ἅμα παιδευθησομένους ἐξέπεμψεν. *Pater quidem igitur, ut amans filios cum ſervis, & ancillis viaticum affatim ſuppeditans, & in navem vi-*

(a) Caeſar *Comment. Lib.* III. ſcribit Gallos in publicis privatiſque rationibus Graecis litteris uſos eſſe.

vem imponens, Athenas pariter erudiendos miſit. Martialis de obtrectatore quodam, libro VI. Epigr. LXIV.

—— tibi cor, limante Minerva,
Acrius; & tenues finxerunt pectus Athenae.

Maxime autem fatiſcentia quaſi ſtudia reſtituere laboravit Hadrianus Imperator, ſtructa illic Bibliotheca, & Gymnaſio, a ſe dicto. Pauſanias in Atticis, ubi de operibus eius. Πεποίληται δὲ καὶ ἡ στοαῖς κατὰ τὰ αὐτὰ οἱ τοίχοι, καὶ οἰκήματα ἐνταῦθά ἐστιν, ὀρόφῳ τε ἐπιχρύζῳ, καὶ ἀλαβάστρῳ λίθῳ· πρὸς δὲ, ἀγάλμασι κεκοσμημένα, καὶ γραφαῖς. καὶ ἄκηται δὲ ἐς αὐτὸ βιβλία. καὶ γυμνάσιόν ἐστιν, ἐπώνυμον Ἀδριανοῦ. *Sed & porticibus eodem modo adiuncti ſunt muri, ibique ſunt habitacula, & lacunari inaurato, & alabaſtro lapide; itidem ſignis ornata, & picturis. Adſervantur autem in eodem* (nempe templo omnium deorum) *libri; & gymnaſium eſt Hadriani cognomine.* Et M. Antoninus Philoſophus omnis generis doctores, ac mercedem annuam dedit. Xiphilinus in eius Vita. Ὁ δὲ Μάρκος, ἐλθὼν εἰς Ἀθήνας, καὶ μυηθείς, ἔδωκε μὲν τοῖς Ἀθηναίοις τιμάς· ἔδωκε δὲ καὶ πᾶσιν ἀνθρώποις διδασκάλους ἐν ταῖς Ἀθήναις, ἐπὶ πάσης λόγων παιδείας, μισθὸν ἐτήσιον φέροντας· *Marcus vero, quum veniſſet Athenas, & initiatus fuiſſet, dedit quidem Athenienſibus honores; omnibus vero hominibus doctores Athenis, in quacumque eruditionis diſciplina, mercedem annuam ferentes conſtituit.* Sed quae iſta merces fuit? Xiphilinus non exponit; ego vero drachmas decies mille obſervo apud Philoſtratum in Theodoto, Sophiſt. lib. 12. Προέστη δὲ τῆς Ἀθηναίων νεότητος πρῶτος, ἐπὶ ταῖς ἐκ βασιλέως μυρίαις. *Primus autem praefectus fuit Athenienſium iuventuti, ſuper innumeris ab Imperatore inſtitutis.* Non intellexere locum hunc viri docti; quum κυρίαις, pro μυρίαις, legendum eſſe exiſtimarunt. Inſignis eſt in hanc rem locus Luciani in Eunucho. Συντέτακται μὲν, ὦ Πάμφιλε, ὡς οἶσθα, ἐκ βασιλέως μισθοφορά τις ὑπὲ φυλὴ κατὰ γένη τοῖς φιλοσόφοις, Στωϊκοῖς λέγω, καὶ Πλατωνικοῖς, καὶ Ἐπικουρείοις ἔτι, καὶ τοῖς ἐκ τῆ Περιπάτου, τὰ ἴσα τούτοις ἅπασιν. Ἔδει δὲ, ἀποθανόντος αὐτῶν τινος, ἄλλον ἀντικαθίσασθαι, δοκιμασθέντα ψήφῳ τῆ ἀρίστου, καὶ τὰ ἆθλα, ὑ βοείη τις ἦν, κατὰ τὴ ποιητὴν, οὐδ' ἱερεῖον, ἀλλὰ μυρίαι κατὰ τὴ ἐνιαυτὴ, ἐφ' ὅτῳ συνεῖναι τοῖς νέοις. *Scis Pamphile, ſalarium, idque neutiquam exiguum, ab Imperatore fuiſſe conſtitutum ſingulis Philoſophorum generibus, puta Stoicis, Platonicis, Epicureis, cumque his etiam Peripateticis: ita ut unicuique ſectae praemium eſſet aequale. Ceterum demortuo ex his quopiam, alius aliquis in eius locum ſubrogandus eſt, qui ſit optimatum calculis probatus. Porro praemium illud neque bubula pellis erat quaequam, quemadmodum ait Poeta, nec porcellus: verum ſingulos in annos decies mille nummum, quos accipiunt, ut erudiant iuventutem.* Et mox alius, ibidem. Τῷ μὲν καὶ σχῆμα, καὶ σώματος εὐμορίαν, πρόσεναι φιλοσόφῳ δεῖν λέγοντος· καὶ τὸ μέγιστον, πώγωνα βαθὺν ἔχειν αὐτὸ, καὶ τοῖς πρόσθεν, καὶ μανθάνειν βουλομένοις ἀξιόπιστον, καὶ πρέποντα ταῖς μυρίαις, ἃς χρὴ παρὰ βασιλέως ἀποφέρεσθαι. *Quum formam etiam, ac corporis integritatem in Philoſopho requirendam eſſe diceret. Maxime vero uti barbam altam, ac promiſſam gerat, quo videli-*

delicet iis, qui discendi cupidi advenirent, vir gravis appareat, & is, cui fides haberi debeat, neque indignus videatur decem illis drachmarum millibus, quae forent ab imperatore capienda. Atque haec merces. Philosophiae Professorem talento docuisse, sive sexies mille drachmis, testis Philostratus in Apollonio Athenienſi. Ἐπαίδευσε δ' Ἀθήνησι καθ' Ἡρακλείδην τε, καὶ τὸν ὁμώνυμον. (Ἀπολλώνιον τὸν Ναυκρατίτην,) τῷ πολιτικῷ θρόνῳ προεστὼς ἐπὶ ταλάντῳ. *Docuit autem Athenis tempore Heraclidae, & cognominis (Apollonii Naucratitae) praefectus civili suggestui, mercede talenti.* Itaque ab eo tempore annos plurimos denuo maxime frequentatae non a Graecia sua tantum, sed a Romano quoque orbe. Aulus Gellius de seipso lib. I. cap. II. *Quum apud magistros Athenis essemus.* Boethius etiam de seipso lib. De disciplina scholarium cap. II. *Quum quodam tempore me Athenas causa discendi recepissem, Ganymedem, Pyrrhi dictatoris filium, omnibus praedictis laborantem inspexi.* Iterum cap. IV. *Quum autem parentis mei providentia Athenas studii ob causam me misisset, unicum custodem vitae meae inveni, nomine Favonium.* Et Cassiodorus de eodem ad eum ipsum. Var. lib. I. Epist. XLV. *Sic enim Athenienſium scholas longe positus introiisti, sic palliatorum choris miscuisti togam, ut Graecorum dogmata doctrinam feceris esse Romanam.* Symmachus lib. V. epist. XXXIII. *Sequuntur abscessum tuum litterarum cohortes; &, ut solent Athenas Atticas aliqui, vel gymnasia petere literarum, ita peregrinationes tuas, desiderio trahente, sequuntur.* Adeoque ab ipsa Africa adfluxere. Ac de semet praedicat ipse Apuleius Madaurenſis, Milet. I. *In Atthide primis pueritae stipendiis merui; mox in Vrbe Latia advena, indigenam sermonem aerumnabili labore, nullo magistro praeeunte, adgressus excolui.* Quin & Imperatorum quidam adolescentiam illic suam, studiorum causa, egere. In his Septimius Severus. Spartianus in eius Vita. *Athenas petiit studiorum, sacrorumque causa.* Et Iulianus, Socrates, Hist. Eccles. lib. III. cap. I. Οὗ δέ ποτε ἡ τοῦ βασιλέως γαμετὴ Εὐσέβεια, κρυπτόμενον (τὸν Ἰουλιανὸν) ἀνευροῦσα, πάθοι τὸν βασιλέα, μηδὲν μὲν αὐτὸν ποιῆσαι κακὸν, συγχωρῆσαι δ' ἐπὶ τὰς Ἀθήνας ἰόντι φιλοσοφεῖν. *Sero tandem uxor Imperatoris Eusebia occultatum (Iulianum) reperiens, persuadet Imperatori, nihil quidem ei adferre mali, sed concedere, ut Athenas eat ad philosophandum.* Sozomenus de eodem lib. IV. cap. II. ἐξαιτησαμένης δὲ αὐτὸν Εὐζεβείας, τῆς γαμετῆς Κωνσταντίου, παραιτήσαμενον αὐτὸν, ἀπεδήμησεν εἰς Ἀθήνας προφάσει τῶν Ἑλληνικῶν πόνων, καὶ παιδευτηρίων, ὡς λέγουσι. *Sed efflagitante eum Eusebia, uxore Constantii, aversatus eum, peregre Athenas profectus est, praetextu Graecanicorum exercitiorum, & scholarum, ut dicunt.* Libanius in Oratione ad ipsum. Εἰς τὴν ἀρχαιοτάτην, καὶ σοφωτάτην, καὶ θεοφιλεστάτην, καὶ κοινὴν ἑρωμένην, ἀνθρώπων τε καὶ θεῶν γῆν, τὰς Ἀθήνας, ἐπέμπου. *Ad vetustissimam, & sapientissimam, & Diis carissimam, & communem amasiam, hominumque, ac Deorum terram, Athenas mittebaris.* Videndus quoque Paulus Diaconus, Hist. Misc. lib. XI. Ex Graecia vero quanta multitudo fuerit, obseruare est apud Philostratum, & Eunapium in illis libris, quos De Vitis Sophistarum conscripserunt. Nec gentiles hic dumtaxat, verum etiam Christiani. De Origene, etsi dubitanter quidem, Epiphanius, contra Hæreses lib. II. Ἦν γὰρ τῷ γένει μὲν (Ὠριγένης) Αἰγύπτιος, ἐν Ἀλεξανδρείᾳ δὲ ἐσχηκὼς τὴν οἴκησιν, καὶ ἀνατροφήν. τάχα δὲ ἐν Ἀθήναις φοιτήσας ἐν τοῖς παιδευτηρίοις χρόνῳ τινί. *Erat enim genere quidem (Origenes) AEgyptius, qui Alexandriae habuerat habitationem, & educationem; forte autem Athenis frequentarat scholas aliquandiu.* De Basilio Magno, & Gregorio Nazianzeno adfirmat Sozomenus lib. IV. cap. XVI. Σύγχρονοι δὲ ὄντες αὐτός τε (ὁ Βασίλειος) καὶ Γρηγόριος, ὁμόζηλοι ταῖς ἀρεταῖς, ὡς εἰπεῖν, ἐγνωρίζοντο. ἄμφω γὰρ νέοι ὄντες, Ἱμερίῳ, καὶ Προαιρεσίῳ, τοῖς τότε δοκιμωτάτοις σοφισταῖς ἐν Ἀθήναις, ἐφοίτησαν. *Coaevi autem quum essent & ipse (Basilius) & Gregorius, pares virtutum aemuli, ut sic dicam, innoteſcebant. Ambo enim adolescentes Himerio, & Proaeresio, tunc probatissimis sophistis in urbe Athenarum, operam dederunt.* Ac videndus ipse Gregorius in Oratione Funebri in Basilium. De Ioanne Chrysostomo Georgius Alexandrinus in eius Vita. Ἐπειδὴ δὲ καὶ ταῦτα εἰς ἄκρον ἐξεπαιδεύθη, ἤκμαζε δὲ λοιπὸν καὶ τῇ ἡλικίᾳ, ἐξέρχεται ἀπὸ Ἀντιοχείας, καὶ παραγίνεται εἰς Ἀθήνας, πληρῶσαι θέλων τὰ λέποντα τῆς παιδεύσεως, ὅπως ἐν μηδενὶ ἔσαι λειπόμενος. *Postquam vero etium his adprime eruditus fuit, aetate ceterum florente, Antiochia discedit, & venit Athenas, imperfectam eruditionem numeris omnibus absolvere volens, ut nihil illi deesset.* Idem Leo Imperator, idem Simeon Metaphrastes, & Anonymus, qui scripsere vitam eius, tradiderunt. Neque vero huc se tantum undequaque conferebant; sed & praeceptores inde liberis suis, si qui ablegare nollent, accersebant. Symmachus indicium facit lib. X. epist. XVIII. *Inter praecipua negotiorum saepe curatum est, ut erudiendis nobilibus philosophi preceptores ex Attica poscerentur.* Triplex autem studium erat; ac philosophiae primo operam dabant, hinc rhetoricae, inde politicae. Et philosophia quidem tradebatur cum Platonica, tum & Stoica, Peripatetica, & Epicurea etiam; singulisque istis Sectis proprii doctores erant. Lucianus, in Eunucho, antea citatis verbis. Συντέτακται μὲν, ὦ Πάμφιλε, ὡς οἶσθα, ἐκ βασιλέως, μισθοφορά τις ἡ φυλὴ κατὰ γένη τοῖς φιλοσόφοις. Στωικοῖς λέγω, καὶ Πλατωνικοῖς, καὶ Ἐπικουρείοις, ἔτι καὶ τοῖς ἐκ τοῦ Περιπάτου. *Scis, Pamphile, salarium, idque neutiquam exiguum, ab Imperatore fuisse constitutum singulis Philosophorum generibus, puta Stoicis, Platonicis, Epicureis, cumque his etiam Peripateticis.* Ac praefectus cunctis unus, Animadverto apud Philostratum in Theodoto. Τοὺς μὲν Πλατωνείους, καὶ τοὺς ἀπὸ τῆς Στοᾶς, καὶ τοῦ Περιπάτου, καὶ αὐτὸν Ἐπίκουρον, προσέταξεν ὁ Μάρκος τῷ Ἡρώδῃ κρίναι. *Platonicos quidem, & Stoicos, & Peripateticos, & ipsum Epicurum, Marcus Herodi iniunxerat iudicare.* Qui philosophiam docebant, quia id primum iuniorum studium esset, τῆς νεότητος προεστῶτες dicebantur. Philostratus in Theodoto in citatis ante verbis. Προέστη δὲ καὶ τῆς Ἀθη-

Ἀθηναίων νεότητι πρῶτος ἐπὶ τ ἐκ βασιλέως μυρίαις. *Primus etiam praefectus fuit Atheniensium iuventuti super innumeris ab Imperatore institutis.* Et οἱ νέοι, qui istis operam darent, nuncupati. Ecce ibidem. Τὸν δὲ ἄνδρα τοῦτον, ἀπὸ τῆς περὶ αὐτοῦ δόξης, αὐτὸς ἐπέκρινε τοῖς νέοις. *Hunc autem virum Iuvenibus praefecerat, opinione, quam de illo habuit, impulsus.* Et in Hadriano. Καὶ γὰρ δὴ ἐπέταξεν αὐτὸν (ὁ Μάρκος) τοῖς νέοις, οὐκ ἀκροάσει βασανίσας, ἀλλὰ ξυνθέμενος τῇ περὶ αὐτοῦ φήμῃ. *Attenim hunc (Marcus) iuvenibus praefecerat, non quod audiendo eum explorasset, sed quod famae adsensus esset.* Apud Lucianum in Eunucho. Καὶ τὰ ἄθλα, οὐ βοείη τις ἦν, κατὰ ποιητήν· οὐτ' ἱερεῖον, ἀλλὰ μυρίοι κατὰ τ ἐνιαυτ, ἐφ' ὅτῳ συνεῖναι τοῖς νέοις. *Porro praemium illud neque bubula pellis erat, quaepiam, quemadmodum ait Poeta, nec porcellus, verum singulos in annos decies mille nummum, quos accipiunt ut doceant Iuventutem.* Et mox iterum Καὶ τὸ κεφάλαιον ἤδη τοῦ σκέμματος τοῦτο ἐτύγχανεν ὄδ, εἰ δοκιμασθεὶς εὐνοῦχος ἐπὶ φιλοσοφίαν παρελθεῖν, καὶ νέων προστασίαν ἐγχειρισθῆναι ἀξιῶν. *Denique totius causae iam illud caput esse coepit, num Eunuchus idoneus esset censendus qui ad philosophiam admitteretur, quique iuvenibus praefici postularet.* Apud Plutarchum in Cicerone. Κρατίππῳ δὲ τῷ Περιπατητικῷ διεπράξατο μὲν Ῥωμαίῳ γενέσθαι παρὰ Καίσαρος, ἄρχοντος ἤδη· διεπράξατο τε τὴν ἐξ Ἀρέου πάγου βουλὴν ψηφίσασθαι καὶ διαθῆναι, μένειν αὐτὸν ἐν Ἀθήναις, καὶ διαλέγεσθαι τοῖς νέοις. *Cum Cratippo vero Peripatetico pactus est, ut Romanus a Caesare, iam principe, fieret. Pactus quoque est, ut Areopagi Senatus decerneret atque disponeret, ut ipse Athenis maneret, & iuventutem erudiret.* Quod a Philosophia inceperint, & ab ea ad rhetoricen mox transierint, clare Theon in principio Progymn. Οἱ μὲν παλαιοὶ τῶν ῥητόρων, καὶ μάλιστα οἱ εὐδοκιμηκότες, οὐκ ᾠοντο δεῖν ἐφικέσθαι τρόπον τινὰ τ ῥητορικῆς, πρὶν ἀμωσγέπως ἅψασθαι φιλοσοφίας, καὶ τ ἐκεῖθεν ἐμπλησθῆναι μεγαλονοίας. *Veteres quidem Rhetores, & qui maxime probati sunt, non oportere ad ullam oratoriae modum adgredi existimabant, nisi prius quis undiquaque philosophiam adtigisset, & inde magnanimis cogitationibus repletus fuisset.* Et est colligere e Philostrato in Aristocle. Τὸν δὲ ἐκ παίδων ἐς ἥβλω χρόνον, τὰς ἀπὸ τοῦ Περιπατου φιλοσοφήσας λόγους, ἐς τὰς σοφιστὰς μετερρύη. *Et quum tempus inter pueritiam, & pubertatem interiectum sermonibus philosophicis scholae Peripateticae impendisset, ad Sophistas se transtulit.* Inde est, quod de Proclo notat Marinus rhetoricae studuisse, priusquam philosophiae operam dedisset. Verba ista in Vita eius. Μάλιστα δὲ ἐδόκει, νέος ὢν, χαίρειν τότε ῥητορικῇ ἄγευστος ἔτι ὢν λόγων φιλοσόφων. *Maxime autem videbatur, quum esset adolescens, gaudere rhetorica, nondum gustatis doctrinis philosophorum.* Et Rhetorum cathedra, ὁ τῶν σοφιστῶν θρόνος. *Sophistarum thronus*, dicta. Marcellinus quoque auctor est, ubi Thucydidis studia commemorat, in philosophicis primo cum audivisse Anaxagoram, inde autem in rhetoricis Antiphontem. Ecce verba in eius vita. Ἦκουσε δὲ διδασκάλων, Ἀναξαγόρου μὲν, ἐν φιλοσόφοις· Ἀντιφῶντος δὲ ῥήτορος, δεινοῦ τ ῥητορικὴν ἀνδρός. *Audiit quidem Magistros, inter Philosophos, Anaxagoram; inter Rhetores vero Antiphontem, virum eloquentissimum.* Philostratus in Hadriano. Κατὰ ὃ τὸν χρόνον, ὅς ὁ αὐτοκράτωρ Μάρκος Ἀθήναζε ὑπέρ μυστηρίων ἐξάλη, ἐκράτει μὲν ἤδη τοῦ τῶν σοφιστῶν θρόνου ὁ ἀνὴρ ὅτος. *Per ea vero tempora, quibus Imperator Marcus Athenas propter mysteria profectus fuit, tenebat iam quidem thronum sophistarum vir ille.* Et in Hippodromo. Τὸν δ' Ἀθήνησι τῶν σοφιστῶν θρόνον κατασχὼν, ἐτῶν τεττάρων ἀπωλέχθη αὐτὸς ὑπὸ τ γυναικὸς, καὶ τοῦ πλούτου. *Quum Athenis oratorium thronum nactus esset, per quatuor annos ipse ab uxore, & divitiis abductus est.* Scholiastes Aristidis in Prolegomenis in Panathenaicam. Βουλόμενος δὲ τότε εἰπεῖν τ Παναθηναϊκὸν, ἐκωλύετο παρὰ Ἡρῴδου τοῦ σοφιστοῦ τοῦ Ἀθηναίου, ὡς δυνάστου· τοῦτο μὲν, ὅτι αὐτὸς ἦν τότε ὁ τὸν θρόνον ἐπέχων τὸν σοφιστικὸν, καὶ ἀπὸ ὑπάτων κατήγετο· τοῦτο δὲ, ὅτι καὶ Μάρκου αὐτῷ φίλος ἦν. *Volens autem tunc dicere Panathenaicum, vetabatur ab Herode sophista Atheniensi, ut dynasta; partim quidem, quia is erat tunc, qui tenebat thronum sophisticum, & ab consulibus ortum ducebat; partim vero, quia Marcus erat amicus eius.* Photius in Bibliotheca, in Excerptis ex Olympiodori Historia. Λέγει ὃ καὶ εἰς τὰς Ἀθήνας καταῖραι, καὶ τῇ αὐτοῦ σπουδῇ, καὶ εἰς τ σοφιστικὸν θρόνον ἀναχθῆναι Λεόντιον, οὔπω ἐθέλοντα. *Dicit vero etiam Athenas profectum esse, & studio eius etiam ad sophisticum thronum eductum fuisse Leontium nondum volentem.* Eunapius in Porphyrio, Rhetorices professores τοὺς τ ῥητορικῶν προεστῶτας, *Rhetoricorum praestites* vocat istis verbis: Κατὰ τούτους ἦσαν τοὺς χρόνους καὶ τῶν ῥητορικῶν οἱ Ἀθήνησι προεστῶτες, Παῦλός τε καὶ Ἀνδρόμαχος. *His temporibus erant etiam Athenis rhetoricorum praestites, Paulus, & Andromachus.* Qui Politicen professi, eorum cathedra ὁ πολιτικὸς θρόνος, *politicus thronus* dicta. Manifestum e Philostrati istis verbis, paulo ante iam citatis, in Apollonio Atheniensi. Ἐπαίδευτε δὲ Ἀθήνησι καθ' Ἡρακλείδην τε, καὶ τὸν ὁμώνυμον, τοῦ πολιτικοῦ θρόνου προεστώς. *Docuit vero Athenis tempore Heraclidis, & cognominis, praefectus politico throno.* Magna autem cathedrae qualiscumque dignitas. Libanius in Vita sua. Ἐπεὶ δὲ ἐδόκει μέγιστον εἶναι, θρόνων ἄξιον τῶν παρ' Ἀθηναίοις κεκρίσθαι, καὶ τοῦτο φροντίσασα ἡ τύχη δέδωκε. *Quia vero videbatur maximum esse, thronis dignum ab Atheniensibus iudicatum esse, etiam hoc curans fortuna dedit.* Nec conferebatur cuiquam, nisi post solenne examen, & experimentum aliquod dignus iudicatus esset. Satis clare apud Eunapium in Prohaeresio. Ὡς ὃ, ἀπελθόντος Ἰουλιανοῦ, τὰς Ἀθήνας εἶχεν ἔρως διαδοχῆς τ ἐπὶ τοῖς λόγοις πλεονεκτημάτων, παραγγέλλουσι μὲν ἐπὶ τῷ κράτει τ σοφιστικῆς πολλοὶ, καὶ ἄλλοι, ὥσε ὄχλος ἦν καὶ ταῦτα γράφειν. Χειροτονοῦνται δὲ δοκιμασθέντες ἁπάσαις κρίσεσι Προαιρέσιός τε, καὶ Ἡφαιστίων, καὶ Ἐπιφάνης, καὶ Διώφαντος. *Extincto Iuliano, postquam Civitas Athenarum incensa fuit studio deligendi successorem, qui in docendo praerogativam referret, plurimi docendae sophistices munus ambientes, nomen suum professi sunt, ut molestum fuerit ista perscribere, quapropter omnium calculis comprobati per*

ſuffragia deliguntur Probaereſius, Hephaeſtion, A *Epiphanius, & Diophantus.* Lucianus de re eadem verba faciens in Eunucho. Ἔδα δὲ, ἀποθανόντος αὐτῶν τινος, ἄλλον ἀντικαθίσασθαι, δοκιμασθέντα ψήφῳ τῶν ἀρίστων. *Ceterum demortuo ex his quopiam alius aliquis in eius locum ſubrogandus eſt, qui ſit optimatum calculis probatus.* Hadrianus ſine ullo experimento, propter famae excellentiam, dignitate hac donatus ab Imperatore Antonino. Philoſtratus in eius Vita. Καὶ γὰρ δὴ ἐπέταξεν (ὁ αὐτοκράτωρ Μάρκῳ) αὐτὸν τοῖς νέοις. οὐκ ἀκροάσῃ B βασανίσας, ἀλλὰ ξυνήθειαν τῇ περὶ αὐτὸ φήμῃ. *Etenim praefecerat (Imperator Marcus) eum adoleſcentibus, non quod audiendo exploraſſet, ſed quod eius famae adſenſus eſſet.* Itaque & excidere interdum ambientes contingebat, quum indigni viderentur. Et exemplum in Heraclide, quod Philoſtratus commemorat. Ἐκπεσὼν δὲ τῆς θρόνου Ἀθήνῃσι, συσάντων ἐς αὐτὸν τῶν Ἀπολλωνίου τοῦ Ναυκρατίτου ἑταίρων, ὧν πρῶτος καὶ μέσος, καὶ τελευταῖος ὁ Μαρκιανὸς ὁ ἐκ Δολίχης ἐγένετο, ἐπὶ τὴν Σμύρναν ἐτράπετο. *Porro Athenis ſuggeſtu oratorio excidit, quum Apollonii Naucratitae ſocii adverſus ipſum conſtitiſſent, quorum primus, medius, & ultimus Marcianus Dolichius plane exſtitit, ad Smyrnam ſe convertit.* Conferebat autem eam Imperator. Philoſtratus in Hadriano in citatis ſtatim verbis, Καὶ γὰρ δὴ ἐπέταξεν αὐτὸν (ὁ αὐτοκράτωρ Μάρκῳ) τοῖς νέοις. *Etenim praefecerat eum (Imperator Marcus) adoleſcentibus.* Et in Polluce. Ἐλέγετο δὴ ταῦτα καὶ μελιχρᾷ τῇ φωνῇ ἀπαγγέλλειν, ἣ καὶ Βασιλέα Κόμμοδον θέλξαι. ἡ Ἀθήνῃσι θρόνον παρ' αὐτῆς εὕρατο. *Dicitur haec quoque melliflua voce pronunciaſſe, qua quum Imperatorem etiam Commodum adlexiſſet, ab eo ſuggeſtum Athenis obtinuit.* Item in Philiſco. Καὶ προσῆλθε τοῖς περὶ τὴν Ἰουλίαν γεωμέτραις τε καὶ φιλοσόφοις εὕρατο παρ' αὐτοῖς διὰ τὴν βασιλέως ἡ Ἀθήνῃσι θρόνον. *Quum in Geometras, & Philoſophos Iuliae incidiſſet, ab ipſis Imperatoris ope Athenis ſedem invenit.* Libanius in Vita ſua. Ὡς γὰρ δὴ ἐνέβαλον, ἐς τὴν ἀγορὰν, ὁρῶ τινα Καππαδόκιον ἥκοντα ἐπὶ θρόνον, βασιλέως πέμποντος· καὶ γὰρ ἐτύγχανεν ἡ βουλὴ τὸν ἄνδρα ἠτηκυῖα, ῥήτορα ἄκρον. *Vt enim veni in forum, video Cappadocem quemdam, accedentem ad thronum, mittente Imperatore. Etenim ſenatus poſtulaverat virum, ſummum rhetorem.* Verum eſtne iſtud ſcire, quotnam Profeſſores fuerint? Age, rem inveſtigemus. Qui Philoſophiam Peripateticam profiterentur, duo erant. Obſervo apud Lucianum in Eunucho. Καί τινά φασιν αὐτῶν ἐναγχος ἀποθανεῖν, ἡ Περιπατητικῶν, οἶμαι, ἡ ἕτερον. *Et quemdam eorum nuper obiiſſe aiunt, Peripateticorum arbitror alterum.* Totidem fuerint Epicurei, totidem Stoici, & Platonici; totidem Rhetores, & Politici. Sane Rhetores item fuiſſe duos, manifeſtum ex Eunapio in Porphyrio. Κατὰ τούτους ἦσαν τοὺς χρόνους καὶ τῶν ῥητορικῶν οἱ ἐπ' Ἀθηναίοις πρωτεύοντες, Παῦλός τε καὶ Ἀνδρόμαχος. *Hiſce temporibus Oratoriae Athenis praeerant, Paulus, & Andromachus.* Ergo illi duodecim universim fuerint. Quibus ſi praefectum addas, quem fuiſſe iam oſtendi, erunt tredecim. Et hunc numerum repraeſentat nobis Eunapius in Proaereſio. Περὶ δὲ τῆς διαφωνίας αὐτῶν τῆς κατὰ τὴν ζάσιν, διασιλλαίνων ἅπαντας, ἐὰν πλείους, ἔφη, τῶν δεκατριῶν ἐτύγχανον οἱ σοφιστεύσαντες, τάχ' ἂν ἑτέρας προσεξῶρον ζάσεις, ἵνα διαφόρως ἐν προβλήμασι μελετήσωσι. *De eorum autem diſcordia in ſtatibus, ſugillans universos, ſi plures, inquit, quam tredecim ii, qui Sophiſticae operam navant, exſtitiſſent, alios fortaſſe ſtatus inveniſſent, ut differenter unum problema declamarent.* Atque ob diſciplinas iſtas, quae doceri illic ſolitae, Vrbs haec Λόγων ἔδαφος *Pavimentum doctrinarum*, dicta a Gregorio Nazianzeno Orat. in Baſilium. Ἐντεῦθεν ἐπὶ τὸ τῶν λόγων ἔδαφος τὰς Ἀθήνας ὑπὸ τοῦ θεοῦ πέμπεται. *Inde ad doctrinarum pavimentum Athenas a Deo mittitur.* Libanius λόγων ἐργαστήριον, *officinam doctrinarum*, adpellavit, in Apologia Socratis. Καλὸν, ᾧ ἄνδιστον, αἱ Ἀθῆναι θέαμα· ᾧ πανταχόθεν δεῦρο φοιτῶσι ᾧ ναυσὶ, ᾧ πεζῇ, ὅτι λόγων ἐστὶν ἐργαστήριον ἡ πόλις. *Pulcrum, & iucundiſſimum ſpectaculum Athenae; & undiquaque huc veniunt vel navibus, vel terra, quia doctrinarum eſt officina illa urbs.* Amphilochio *Mater ſermonum* nuncupatur in Baſilii Magni Vita. *Relicta patria, Cappadox enim erat genere, pervenit ad matrem ſermonum Athenas; & caſtitate, ſeu multa continentia, & temperantia, decenter ornatus, adhaeret praeceptori Graecorum ſapientiae, Eubulo nomine.* Et Leoni Imp. in Vita Chryſoſtomi. Μετὰ τοῦτον, ἐπειδὴ κόρον οὐκ οἶδεν ἔχειν φύσις, θεωρίας ἐρῶσα τῶν ἀμεινόνων, ἐπὶ τοὺς ἐν τῇ μητρὶ τῶν λόγων τοὺς Ἀθήνας διδασκάλους μεθίσταται. *Poſt hos, quia ſatietate adfici non novit natura, amans meliorum contemplationes, ad praeceptores, qui eſſent Athenis, matre illa ſermonum, tranſit.* Eodem modo in Inſcriptione Antiqua, quam in pariete quodam paene evanidam legiſſe memorat Theodoſius Zygomalas in Epiſtola quadam ad virum doctum Martinum Cruſium:

Ἐκ τῶν πρὸ πολλῶν τε λέγων τὴν μητέρα,
Χρυσᾶς Ἀθήνας, τὴν περίκλεπτον πόλιν,
Στοά τις ἤδη, ποικίλως κοσμουμένη,
Γραφῶν ἐκαλλώπιζεν ἐξηρημένων
Κεχρωσμένη σώμασιν, ἐκπλήτουσί πως
Τῇ στιλπνότητι, Ποικίλη καλουμένη.
Antiquitus matrem inclutam ſapientiae,
Aureas Athenas, conſpicuam urbem,
Porticus iam quaedam, varie ornata,
Picturarum exornabat excellentium.
Colorata corporibus, percellentibus quodammodo
Fulgore, varia adpellata.

Maximum elogium eſt, quod dat Philo in eo libro, quem inſcripſit: Ὅτι πᾶς σωφρων ἐλεύθερος. Ὅπερ ἐν ὀφθαλμῷ κόρη, ἢ ἐν ψυχῇ λογισμὸς, τοῦτ' ἐν Ἑλλάδι Ἀθῆναι. *Quod in oculo pupilla, aut in anima ratiocinatio, id in Graecia Athenae.* Ad hanc Athenarum laudem pertinent quoque iſta Alcuini verba, ubi de Lutetiana Academia, recens tunc a Carolo Magno inſtituta, in Epiſtola ad eumdem regem decima. *Plurimis inclutum veſtrae intentionis ſtudium ſequentibus, forſan Athenae nova perficeretur in Francia, immo multo excellentior, quia haec Chriſti Domini*

Digitized by Google

mini nobilitata magiſterio, omnem Academiae exercitationis ſuperat ſapientiam. Nec ingeniorum alibi proventus maior; & tot fere unae Athenae protulere, quot vel Graecia univerſa. Velleius lib. I. *Vna urbs Attica pluribus annis eloquentia, quam univerſa Graecia, uberiuſque floruit; adeo ut corpora gentis illius, ſeparata in alias civitates; ingenia vero ſolis Athenienſium muris clauſa exiſtimes.* Ego opere ſingulari, cui titulum *Bibliothecae Atticae* feci, illa, & Scripta item eorum celebravi, ac, volente Deo, brevi in lucem dabo. Sane magnae, nec quis neget, res ab Athenienſibus geſtae; & earum ſumma gloria eſt; ſed hanc ipſam cum ingeniis aequavere; tum, maiores quoque ut eſſe viderentur, effecere. Ita cenſeo; & Saluſtius ante me pronuntiavit in Catilina. *Athenienſium res geſtae, ſicuti ego exiſtimo, ſatis amplae, magnificaeque fuere; verum aliquanto minores tamen, quam fama feruntur; ſed, quia provenere ibi ſcriptorum magna ingenia, per terrarum orbem Athenienſium facta pro maximis celebrantur.* Quem Saluſtii locum in rem eamdem profert etiam Auguſtinus De Civitate Dei lib. XVIII. cap. II.

CAP. IX.

Quando Chriſtianae factae. Pauli Apoſtoli illic concio. Dionyſii Areopagitae converſio; qui Epiſcopus ibi primus conſtitutus; poſt quem Publius, & Quadratus. Potitis rerum Chriſtianis, in metropolim ex Epiſcopatu verſae, decem ſub ſe Epiſcopatus habuere. Sedes iis vigeſima octava, hinc trigeſima quinta data; quin & aliquando honos metropoleos ereptus, verum poſtea reſtitutus. Olim Romae, poſt Conſtantinopoli ſubditae. Quot Epiſcopatus iis hodie ſubſint.

SEd quando fidem Chriſtianam amplexae ſint Athenae, iſtud hic differere libet (a). Primum ſane iſthuc factum, praedicante illic Chriſtum Paulo Apoſtolo, teſte Luca Evangeliſta Actorum cap. XVII. Inde dicit Salvianus De Provid. lib. VIII. *Sanctum electionis vas, Paulum Apoſtolum, de unius Dei cultu, ac maieſtate, ſuperſtitioſiſſimus licet, Athenienſium populus patienter audivit.* Et nomen ſuum Chriſto dedit eo tempore inter primos Dionyſius Areopagita, Damariſque eius uxor. Lucas in citatis Actis extremo capite. Τινὲς δὲ ἄνδρες, κολληθέντες αὐτῷ, ἐπίστευσαν· ἐν οἷς καὶ Διονύσιος ὁ Ἀρεοπαγίτης, καὶ γυνὴ, (b) ὀνόματι Δάμαρις· καὶ ἕτεροι σὺν αὐτοῖς. *Quidam vero viri adhaerentes ei crediderunt; in quibus & Dionyſius Areopagita, & mulier nomine Damaris, & alii cum illis.* Et hic primus ibi Epiſcopus. Euſebius Hiſt. Eccleſ. lib. III. cap. IV. Ἐπὶ τούτοις καὶ τὸν Ἀρεοπαγίτην ἐκεῖνον, Διονύσιος ὄνομα αὐτῷ· ὃν ἐν Πράξεσι μετὰ τὴν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ πρὸς Ἀθηναίους Παύλου δημηγορίαν, πρῶτον πιστεῦσαι ἀνέγραψεν ὁ Λουκᾶς· τῆς ἐν Ἀθήναις ἐκκλησίας πρῶτον ἐπίσκοπον ἀρχαίων τις ἕτερος Διονύσιος, τῆς Κορινθίων ἐκκλησίας τοιμὴν, γεγονέναι ἱστορεῖ. *Sed Areopagitam etiam illum Dionyſium, quem poſt Pauli in Areopago ad Athenienſes concionem, primum credidiſſe Lucas in Actis memoriae prodidit, Eccleſiae Athenienſis primum Epiſcopum fuiſſe, quidam alius Dionyſius, pervetuſtus Eccleſiae Corinthiorum Paſtor, literis mandavit.* Et lib. IV. cap. XXII. Δηλοῖ δ' ἐπὶ τούτοις, ὡς καὶ Διονύσιος ὁ Ἀρεοπαγίτης, ὑπὸ τοῦ ἀποστόλου Παύλου προτραπεὶς ἐπὶ τὴν πίστιν, κατὰ τὰ ἐν τῇ Πράξεσι δεδηλωμένα, πρῶτος τῶν Ἀθηναίων παροικίας τὴν ἐπισκοπὴν ἐγκεχείρισο. *Praeterea quoque declarat, quemadmodum Dionyſius Areopagita, qui ab Apoſtolo Paulo inſtructus credidit Chriſto, iuxta ea, quae in actibus deſignantur, primus Athenienſis Eccleſiae Epiſcopatum ſuſceperit.* Michael Syncellus in Encomio Dionyſii. Τοῖς Παύλου τοῦ μακαρίου διοπτικωτάτοις διαφανεῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ βαθμοῦ τοῦ τῆς ἱεραρχίας ἀξιος κριθεὶς, πρῶτος Ἀθηνῶν ἐπίσκοπος ὑπ' αὐτοῦ προχειρίζεται. *Pauli beati perſpicaciſſimis penetratus oculis, & gradu principatus Eccleſiae dignus iudicatus, primus Athenarum Epiſcopus ab eo conſtituitur.* Hincmarus in Epiſtola ad Carolum Imper. *Sanctus Areopagites Dionyſius egregia Pauli Apoſtoli praedicatione fidei virtute illuminatus, & in nomine ſanctae, ac individuae Trinitatis baptizatus, demumque coeleſtium myſteriorum arcanis ſufficienter inſtructus, Athenienſium eſt ordinatus Epiſcopus.* Ado in Martyrologio. *Quinto Nonas Octobris natalis ſancti Dionyſii Areopagitae, qui ab Apoſtolo Paulo inſtructus credidit Chriſto, & primus apud Athenas ab eodem Apoſtolo Epiſcopus eſt ordinatus.* Videndi etiam Nicephorus Calliſtus Hiſt. Eccleſ. lib. IV. cap. VIII. & Hilduinus in Vita Dionyſii lib. I. Huic Publius ſucceſſit. Vſuardus in Martyrologio ad diem XII. Kal. Februarii. *Natalis beati Publii Epiſcopi, qui ſecundus poſt Dionyſium Areopagitam Athenienſium Eccleſiam rexit.* Martyrologium Romanum in eodem die. *Athenis natale S. Publii Epiſcopi, qui poſt S. Dionyſium Areopagitam Athenienſium Eccleſiam nobiliter rexit.* Videndi quoque Euſebius lib. IV. cap. XXII. & Nicephorus Calliſtus lib. IV. cap. VIII. Huic Quadratus ſubſtitutus. Euſebius loco citato. Κοδράτου δὲ μετὰ τὴν μαρτυρήσαντα Πόπλιον καταστάντος ἐπισκόπου αὐτῶν (τῶν Ἀθηναίων) μέμνηται· ἐπιμαρτυρῶν, ὡς διὰ τὴν αὐτοῦ σπουδῆς ἐπισυναχθέντων, καὶ τὴν πίστεως ἀναζωπύρησιν εἰληχότων. *Quadrati autem poſt Publium martyrio defunctum ordinati Epiſcopi illorum (Athenienſium) meminit; teſtificans, eius opera congregatos fuiſſe, atque iterum fuiſſe eorum fidem excitatam.* Hieronymus De Script. Eccleſ. *Quadratus, Apoſtolorum diſcipulus, Publio Athenarum Epiſcopo, ob Chriſti fidem mar-*

(a) In Theſauro Britannico nummus Athenienſium occurrit, in quo Chriſti digramma, & palmam videre eſt, una cum aliis ſymbolis eius Civitatis; quare cuſus Chriſtianis temporibus videri poteſt. Vide *Tabul. I.*

(b) Meurſius Chryſoſtomi, Aſterii, Hilduini, &, ut videtur, Ambroſii, Damarin uxorem Dionyſii fuiſſe opinantium, ſententiam ſequutus eſt, quod & Hammondus fecit; ceterum melior videtur vulgatae Verſionis interpretatio; etſi enim γυνὴ *uxorem*, & *mulierem* aeque ſignificat, tamen *Lucas*, ſi Damarin Dionyſii uxorem fuiſſe indicare voluiſſet, τὸ αὐτοῦ adieciſſet; quare potius *Sancti Pagnino*, & *Cornelio a Lapide* aliter cenſentibus adſenſerim, cum quibus etiam conſentit Syria, & AEthiopica Verſio.

Digitized by Google

martyrio coronato, in locum eius ſubſtituitur; A *& Eccleſiam grandi terrore diſperſam, fide, & induſtria ſua congregat*. Sophronius. Κυαδράτῳ τῶν ἀποστόλων μαθητὴς, παθόντι Πουπλίῳ, Ἀθηνῶν ἐπισκόπῳ, ὑπὲρ τοῦ Χριστοῦ, εἰς τὸν αὐτοῦ τόπον ὑπεδέρχεται· καὶ τὴν ἐκκλησίαν, ἐν μεγάλῃ ταραχῇ διασκορπισθεῖσαν, συνάγει. *Quadratus Apoſtolorum diſcipulus, Publio Athenarum Epiſcopo ob Chriſti fidem martyrio coronato, in locum eius ſubſtituitur; & Eccleſiam grandi terrore diſperſam congregat*. Meminit eius Ado ad diem VII. Kal. Iunii. *Apud Athenas, natalis ſancti Quadrati Epiſcopi, diſcipuli Apoſtolorum*. Ac videndus item Vſuardus ibidem, & Nicephorus Calliſtus libro citato. Fuitque in eumdem ſermo quidam Auguſtini, quem commemorat in Indiculo ſuo Poſidius. Certe Athenienſem Eccleſiam praedicat nobis etiam Origenes contra Celſum lib. III. Ἐκκλησία μὲν γὰρ τοῦ θεοῦ, φέρ' εἰπεῖν, ἡ Ἀθήνησι, πραεία τις, καὶ εὐσεβὴς, ἅτε θεῷ ἀρέσκειν τῷ ἐπὶ πᾶσι βουλομένῃ· ἡ δ' Ἀθηναίων ἐκκλησία, σασιώδης, καὶ ἀθρόως παραβαλλομένη τῇ ἐκεῖ ἐκ- C κλησίᾳ τοῦ θεοῦ. *Eccleſia enim quidem Dei, age dicamus, Athenis, mitis quaedam, & bene conſtituta, quippe Deo placere, qui eſt ſuper omnia, volens; at vero Athenienſium concio ſeditioſa, & nequaquam comparanda Eccleſiae Dei, quae illic eſt*. Exſtatque ad eam epiſtola Hygini Pontificis Romani, ſcripta Coſſ. Sulpitio Camerino, & Quinctio Nigro Magno, qui Magiſtratum obierunt Hadriani Imperatoris anno ultimo. Fuit quoque ad eamdem epiſtola quaedam Dionyſii, Corinthi Epi- D ſcopi; cuius meminit Euſebius lib. IV. cap. XXII. Nicephorus lib. IV. cap. VIII. Epiſcopum quoque, etſi non expreſſo nomine, refert Gregorius Alexandrinus in Vita Ioannis Chryſoſtomi, ubi eius cum Anthemio diſſertationem memorat, Athenis habitam. Λοιπὸν, ἐὰν θέλῃς ἐπιστρέψαι ἐκ τῆς ματαίας ὑμῶν πλάνης, ἀπέλθετε πρὸς τὸν ὁσιώτατον ἐπίσκοπον τῆς πόλεως. καὶ προσέλθετε αὐτῷ μετὰ συνθήσεως ἀγαθῆς, καὶ αὐτὸς ὑμᾶς ὁδηγήσει πρὸς τὴν ἀλήθειαν. *Ceterum, ſi vultis ab inani veſtro errore reſilire, abite ad ſanctiſſimum urbis Epiſcopum, & accedite ad eum cum bona conſcientia, & ipſe vos ducet ad veritatem*. Eſtque eius etiam frequens E in ſequentibus illic mentio. Quin Pontifices Romanos dedere Athenae. Anacletum, Hyginum, & Sixtum II. ut auctores nobis Damaſus, Anaſtaſius, Luitprandus, & Abbo, qui Pontificum Vitas ſcriptis prodidere. Etſi autem magnus illic numerus eſſet Chriſtianorum, tamen acriter ſe Gentiles adſeruerunt; adeo infenſi illis, ut omnino per F praeconem ſacris ſuis prohiberent. Lucianus in Pſeudomanti. Ἐν τῇ πρώτῃ τοῦ τελετῆς ἡμέρᾳ πρόρρησις ἦν, ὥσπερ Ἀθήνησι τοιαύτη· εἴ τις ἄθεος, ἢ Χριστιανὸς, ἢ Ἐπικούρου ἥκει κατάσκοπος τὰ ὀργίων, φευγέτω. *Primo feſtivitatis die praefatio erat, ſicut Athenis, talis; ſi quis Atheus, aut Chriſtianus, aut Epicureus venit ſpeculator orgiorum, fugiat*. Sed videtur cultum Numinum vetuiſſe Conſtantinus (a), ſive filiorum aliquis. Certe interdictum illum univerſim, & a Iuliano redditum, clare dicit Mamertinus in Panegyrico, quem is Imperatori iſti nuncupavit. *Athenae omnem cultum publice, privatimque perdiderant, in miſerandam ruinam conciderat Eleuſina; ſed univerſas urbes, ope Imperatoris refotas, enumerare perlongum eſt*. Atque ab eo ad Valentinianum uſque habuerunt. Inde clarum, quod hic Eleuſinia ſua illis celebrare indulſit. Et Hieronymus in fine libri adverſus Iovinianum primi, ſuo aevo hierophantas nobis B memorat. Vide quae notavi pridem Eleuſiniorum cap. XXXII. Ac tenuere, ut videtur, ad Imperium Theodoſii maioris; quem eorum fana, ac ſacra evertiſſe Hiſtoriae tradunt. Atque ex eo potiores Chriſtiani poſtea ſemper floruere. Maxima autem acceſſio facta ſub Arcadio, & Honorio; quum poſt editum in Anthemio a Ioanne Chryſoſtomo miraculum, & praefectus ipſe Vrbis, quique in aliqua circa ipſum dignitate conſtituti, & immenſa denique populi multitudo fidem Chriſtianam accipiunt. Narrat Georgius Alexandrinus in citato ſtatim Opere, Οἱ δὲ ἔπαρχος, καὶ οἱ οἰκήτορες, καὶ οἱ ἐν προλήψει ὄντες, καὶ ὁ πολὺς τῆς πόλεως ὄχλος, ἀκούσαντες, ὅτι Ἀνθέμιος ἐβαπτίσθη πανοικὶ, τῷ κυρίῳ πιστεύσας, δρομαῖοι παρεγένοντο ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ πρὸς τὸν ἐπίσκοπον, καὶ παρεκάλεν αὐτὸν ποιῆσαι καὶ αὐτοὺς Χριστιανούς. πολλοὶ δὲ τῆς πόλεως, μὴ εὑρεθέντες τότε ἐν αὐτῇ, ἀλλ' ὕστερον παραγινόμενοι, καὶ μαθόντες τὰ γινόμενα, προσῆλθον τῇ πίστει, καὶ ἐβαπτίσθησαν. *Sed praeſes, & incolae, & quorum iam animum haec cura occupaverat, & plurima urbis multitudo, quum audiviſſent Anthemium cum tota domo baptizatum eſſe, Domino credentem, currentes venerunt in Eccleſiam, & Epiſcopum, qui ibi erat, exoraverunt, ut ſeſe etiam Chriſtianos efficeret. Multi autem ex urbanis, qui non reperiebantur tunc ibi, ſed poſtea advenerunt, quum, quae evenerant, didiciſſent, adhaeſerunt fidei, & baptizati ſunt*. Leo Imperator in eiuſdem Vita idem dicit: Βαπτίζεται ὑπὸ (ὁ Ἀνθέμιος) παραχρῆμα πανοικεσίᾳ· καὶ οὕτω στερεωθέντα καὶ τὰ πλήθη βαπτίζεται· οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ τῶν ἀκουσάντων ἅπαντες υἱοὶ φωτὸς ἀναγεννῶνται τῷ θείῳ βαπτίσματι. *Baptizatur autem (Anthemius) ſtatim cum tota domo; & ſic confirmata baptizatur etiam alia multitudo. Nec tantum hi, ſed etiam qui audiverant omnes, filii lucis regenerantur divino baptiſmo*. Meminere eiuſdem rei in eiuſdem tituli Opere Anonymus quidam; item Simeon Metaphraſtes. Poſtea quoque tractu temporis, quae initio epiſcopalis tantum ſedes, Metropolitana facta eſt. Obſervo apud Alexium Patriarcham Conſtantinopolitanum in Sanctione quadam: Ταῦτα συνεδοκίμασε μεθ' ἡμῶν ἐν τῇ βασιλίδι πόλει, καὶ συναπεφήνατο καὶ Μιχαὴλ, ὁ θεοφιλέστατος μητροπολίτης Ἀθηνῶν. *Haec comprobavit nobiſcum in regia urbe, & conſcivit quoque Michael Deo cariſſimus metropolita Athenarum*. Et apud Balſamonem in Nomocanonem Photii Tit. XIII. Ἀνενεγκόντος συνοδικῶς τῷ ἀποικομένῳ ἱερωτάτῳ μητροπολίτῃ Ἀθηνῶν, καὶ ὑπερτίμῳ κυρίῳ, Νικολάῳ τῷ Ἁγιοθεοδωρήτου, μεγάλῃ ἐντεῦθεν ψυχικὴν βλάβῃ γίνεσθαι. *Quum retuliſſet*,

(a) Ad huius forte aetatem, vel poſtea referendus eſt Athenienſium nummus, de quo ſuperius egimus.

Digitized by Google

ſet, coacta Synodo, defunctus ſanctiſſimus metropolita Athenarum, & maxime honorabilis dominus Nicolaus Hagiotheodoreti F. magnam inde ſpiritalem noxam contingere. Iterum in Synodi VI. Can. XXXIII. Ἐλαλήθη πολλάκις περὶ διαφόρων ἀρχιερέων, ἐχόντων ἀπὸ χρυσοβούλων κληρικὰς, ἤγουν τῶν Ἀθηνῶν, τῆ Μέσημβρίας, καὶ ἑτέρων. *Dictum fuit ſaepe de diverſis Pontificibus, habentibus ab aurea Bulla Clericos, videlicet Athenarum, Meſembriae, & aliis.* Michael Syncellus pro ſui aevi ratione loquens in Encomio Dionyſii Areopagitae, paulo ante citato: Ὦ τῆ θεοψηφίσε τῆς τῶν Ἀθηναίων μητροπόλεως εὐμοιρίας, ὡς τρισμακάριε ὑπάρχῃ, ὡς ἀληθῶς καὶ τρισόλβιε πόλις. *O decretam a Deo felicitatem Athenienſium metropoleos! quam ter beata eſt, quam vere etiam ter felix urbs!* Et fuit tempus, quum epiſcopatus decem ſubiectos haberet; Euripum nempe, Diauliam, Coroneam, Andrum, Oreum, Scyrum, Caryſtum, Porthmum, Aulonem, & Syram. Diſcimus illud e Leonis Philoſophi Imp. Conſtitutione quadam, in qua iſta leguntur: Τῷ Ἀθηνῶν μητροπολίτῃ ἐξάρχῳ Ἑλλάδος, ὑποκεῖνται ὁ Εὐρίπου, ὁ Διαυλίας, ὁ Καρύστου, ὁ Κορωνείας, ὁ Ἄνδρου, ὁ Ὠρεοῦ, ὁ Σκύρου, ὁ Πορθμοῦ, ὁ Αὐλῶνος, ὁ Σύρας. *Athenienſium metropolitae, Primati Graeciae, ſubiacet Epiſcopus Euripi, Diauliae, Coroneae, Andri, Oreae, Scyri, Caryſti, Porthmi, Aulonis, Syrae.* Certe olim primus erat totius Graeciae. Vides in citatis verbis Leonis Imp. Τῷ Ἀθηνῶν μητροπολίτῃ, ἐξάρχῳ Ἑλλάδος, ὑποκεῖνται. *Athenienſi metropolitae, Primati Graeciae ſubiecti ſunt.* Codinus: Ὁ Ἀθηνῶν μητροπολίτης, ἔξαρχος πάσης Ἑλλάδος. *Athenienſium metropolita, Primas totius Graeciae.* Obtinebat autem initio ſedem vigeſimam octavam; idque e Conſtitutione Leonis huius, quem iam dixi. In illa enim iſte epiſcopatuum ordo recenſetur. Πρώτη, ἡ Καισάρεια. δευτέρα, ἡ Ἔφεσος· τρίτη, ἡ Ἡράκλεια· τετάρτη, ἡ Ἀγκύρα· πέμπτη, Κυζικος· ἕκτη, αἱ Σάρδεις· ἑβδόμη, ἡ Νικομήδεια· ὀγδόη, ἡ Νικαία· ἐννάτη, Χαλκηδών. δεκάτη, ἡ Νίδη· ἑνδεκάτη, ἡ Σεβάστεια· δωδεκάτη, ἡ Ἀμάσεια· τρισκαιδεκάτη, ἡ Μελιτηνή· τεσσαρεσκαιδεκάτη, τὰ Τύανα· πεντεκαιδεκάτη, ἡ Γάγγρα· ἑκκαιδεκάτη, ἡ Θεσσαλονίκη· ἑπτακαιδεκάτη, ἡ Κλαυδιούπολις· ὀκτωκαιδεκάτη, ἡ Νεοκαισάρεια· ἐννεακαιδεκάτη, ἡ Πισυνῦς· εἰκοστὴ, τὰ Μύρα· εἰκοστὴ πρώτη, ἡ Καρία· εἰκοστὴ δευτέρα, ἡ Λαοδίκεια· εἰκοστὴ τρίτη, τὰ Σύναδα· εἰκοστὴ τετάρτη, τὸ Ἰκόνιον· εἰκοστὴ πέμπτη, ἡ Ἀντιόχεια· εἰκοστὴ ἕκτη, τὸ Σύλαιον· εἰκοστὴ ἑβδόμη, ἡ Κόρινθος· εἰκοστὴ ὀγδόη, αἱ Ἀθῆναι. *Prima, Caeſarea; ſecunda, Epheſus; tertia, Heraclea; quarta, Ancyra; quinta, Cyzicus; ſexta, Sardes; ſeptima, Nicomedia; octava, Nicaea; Nona, Chalcedon; decima, Nida; undecima, Sebaſtia; duodecima, Amaſia; tertiadecima, Melitene; quartadecima, Tyana; quintadecima, Gangra; ſextadecima, Theſſalonica; ſeptimadecima, Claudiopolis; octavadecima, Neocaeſarea; nonadecima, Piſynus; vigeſima, Myra; vigeſima prima, Caria; vigeſima ſecunda, Laodicea; vigeſima tertia, Synoda; vigeſima quarta, Iconium; vigeſima quinta, Antiochia; vigeſima ſexta, Sylaeum; vigeſima ſeptima, Corinthus; vigeſima octava, Athenae.* Sed ordine iſto poſtea motus, & reiectus in ſedem trigeſimam quintam. Codinus: Ὁ Ἀθηνῶν· ὡσαύτως καὶ αὐτὴ, θρόνος ἔσα εἰκοσιὀγδοος, εἰς τριάκοστον πέμπτον ὑπεβιβάθη. *Ille Athenarum: eodem modo etiam ipſae, quum vigeſima octava ſedes eſſent, ad trigeſimam quintam deiectae ſunt.* Et ademta aliquando metropoleos illi dignitas; quam Taraſius Patriarcha Conſtantinopolitanus poſtea reddidit. Hilduinus in Vita Dionyſii Areopagitae lib. I. *Quod & Taraſius Patriarcha Conſtantinopolitanus per legatos ſuos ſolicite inquiſivit; & ita ſe eam rem habere certus, eamdem Athenienſium civitatem Pallio Archiepiſcopali, quod iam ex ea diuturno tempore, orta quadam contentione, ſubtractum fuerat, redonavit; &, ſynodali conſenſu, metropolis auctoritate, qua antea functa fuerat, honoravit.* Primitus autem ſub Romana Dioeceſi cenſebatur; verum poſtea, cum ſex aliis, Theſſalonicenſi, Syracuſano, Corinthio, Rhegienſi, Nicopolitano, ac Patrenſi, Patriarchae Conſtantinopolitano ſubditus fuit. Manifeſtum e Leonis illa Conſtitutione, ſemel, iterumque citata: Οἱ ἀποσταθέντες ἐκ τῆς Ῥωμαϊκῆς διοικήσεως, καὶ νῦν τελοῦντες ὑπὸ τὸν θρόνον Κωνσταντινουπόλεως, μητροπολίται εἰσίν· ὁ Θεσσαλονίκης, ὁ Συρακούσης, ὁ Κορίνθου, ὁ τῆ Ῥηγίου, ὁ Νικοπόλεως, ὁ Ἀθηνῶν, ὁ Πατρῶν. *Abſtracti a Romana Dioeceſi, & nunc contributi ſedi Conſtantinopoleos, metropolitae ſunt, Theſſalonicae, Syracuſae, Corinthi, Rhegii, Nicopoleos, Athenarum, Patrarum.* Ac ſub Patriarcha fuiſſe teſtatur Hilduinus in eadem Dionyſii Areopagitae Vita libro citato: *Eiuſdem civitatis Epiſcopus nec ſuberat alteri, niſi Patriarchae.* Hodie de ſubiectis olim illis decem Epiſcopatibus avulſi quatuor, & ſex tantum permanſere; uti ex Gerlachii literis docet nos vir eruditus Martinus Cruſius in Annotationibus ſuis in Turcograeciae librum VII.

CAP. X.

Varii caſus. Diluvium ſub Rege Ogygo. Interregnum centum nonaginta annorum. Theophili locus emendatus. Athenae a Dioſcuris captae. Quamdiu ſub regibus, & archontibus fuerint. A primo archonte ad Piſiſtratum, quantum temporis. Iſocratis locus reſtitutus. Ariſtoteles, & Herodotus inter ſe conciliati. Iſocrates iterum reſtitutus, & Scholiaſtes Ariſtophanis. Tyrannidis Piſiſtratidarum verum tempus indicatum. A Xerxe, & Mardonio captae, atque incenſae, paulo poſt imperium Graeciae accepere; idque quamdiu tenuerint. Iſocratis locus explicatus. Dionyſii Halicarnaſſei error. Andocides correctus. Iſocrates, & Demoſthenes ſecum; Ariſtides cum utroque conciliatus. Quadringenti, & triginta, ac Decemviri dominantur. Hinc quum rurſum emerſiſſent, mox in luxum diſſolutae, a Philippo deteruntur, ab Alexandro tacere iubentur, ab Antipatro ſubiguntur. Iornandis magna hallucinatio, & Roderici Toletani. Cum Caſſan-

Digitized by Google

ſandro paciſcuntur ; a Demetrio , & deinde Arato maxime libertatem conſequuntur ; a Philippo , Demetrii filio , divexantur ; a Romanis , rege Attalo , Rhodiiſque conſervantur ; a Mithridate capiuntur ; a Sulla recuperantur , & graviſſime adſliguntur . Hinc Pompeium , poſtea Brutum , Caſſiumque , inde Antonium ſequutae , quum Calenus , Iulii legatus , peſſime eas habuiſſet ; ab ipſo Iulio veniam nactae , ab Auguſto Aegina inſula , & vendendae civitatis iure mulctantur . Xiphilinus emendatus . Foederatae , ſociaeque Romanorum . Ioannis Chryſoſtomi error . Libertatem tenuere ad Veſpaſiani tempora ; ac deinde Romanorum legibus uſae ſub Proconſulis poteſtate . Inſtauratae ab Hadriano ; de cuius nomine pars earum , Hadrianopolis ; *totae ,* novae Athenae *dictae . Hadriani beneficientiam Antoninus Pius ſequitur , Severus privilegia minuit . Moenia ſua ſub Valeriano reparant ; ſub Gallieno a Scythis captae . Conſtantinus Magnus* Praefectum Magni Ducis titulo honeſtat , *Conſtans inſulas multas donat . Deinde captae ab Alarico , inſtauratae a Iuſtiniano ; a Leone Scuro obſeſſae ; a Bonifacio Marchione expugnatae . Hinc Delues , ex Arragonum regum genere , inde Baiazethes Turca , poſtea Catelani tenent ; quibus eripit dux Rainerius Acciaiolus Florentinus , Veneti ſque mox relinquit ; qui non diu poſſedere , extorquente rurſum Antonio , Rainerii eius filio notho . Hoc defuncto , Acciaioli aliquandiu habuere ; donec Franco Boeotia commutante , Mahometes illas cepit . Quis earum hodie ſtatus , quaeque item magnitudo , & inhabitantium numerus ; tum quo quaeſtu ſe ſuſtineant : Linguae quoque depravatio , etiam in urbis nomine , quae* Sathines *nunc vocatur .*

DEnique etiam caſus varios , incrementa , & detrimenta videamus . Primum omnium , quantum quidem ex Antiquorum monumentis ſcire licet , rege Ogygo ortum diluvium , tantam vaſtitatem adtulit , ut ad Cecropis uſque tempus , annis centum nonaginta nullum ſibi regem habuerint . Euſebius in Chronico : Πρῶτος παρ' Ἀθηναίοις μνημονεύεται Ὤγυγος , καθ' ὃν παρ' Ἕλλησιν ὁ μέγας , καὶ παλαιὸς , ἱστορεῖται καταικλυσμός . Μεθ' ὃν Ὤγυγον διὰ τὴν ἀπὸ τοῦ καταικλυσμοῦ πολλὴν φθορὰν , φασὶν ἀβασίλευτον διαμεῖναι τὴν νῦν Ἀττικὴν μέχρι Κέκροπος , ἔτη ἑκατὸν , καὶ ἐνενήκοντα. *Primus apud Athenienſes memoratur Ogygus , cuius tempore apud Graecos magnum , & antiquum narratur diluvium . Poſt Ogygum vero propter ingentem ex iſta inundatione iacturam , dicunt ſine rege manſiſſe hanc regionem , quae nunc Attica dicitur , uſque ad Cecropem , annos centum , & nonaginta .* Meminit diluvii huius Tatianus contra Graecos : Κατὰ γὰρ Φορωνέα , τὸν μεθ' Ἶναχον μνημονεύεται παρ' Ἀθηναίοις Ὤγυγος , ἐφ' οὗ καταικλυσμὸς ὁ πρῶτος. *Nam tempore Phoronei , qui poſt Inachum fuit , memoratur apud Athenienſes Ogygus , cuius tempore primum diluvium .* Ac de rege quidem Ogygo , ut hoc obiter etiam moneam , mendum A eſt apud Theophilum ad Autolycum lib III. Τό τε μὲν τῆς χώρας ἐκείνης , Ἀκτῆς καλουμένης , νῦν δὲ Ἀττικῆς προσαγορευομένης , ἧς ὁ Γύγος τότε ἦρξε . *Tunc quidem regione illa , Acte vocata , nunc vero Attica adpellata , cui Gygus tunc imperabat .* Omnino ſcribendum : ἧς Ὠγύγου τότε ἦρξε , *cui Ogygus tunc imperabat .* Quis autem ſtatus Athenarum ante hoc diluvium fuerit , docet Plato in Timaeo : Ἦν γὰρ δήποτε , ὦ Σόλων , ὑπὲρ τὴν μεγίστην φθορὰν ὕδασιν ἡ νῦν Ἀθηναίων οὖσα πόλις ἀρίστη . πρός τε πόλεμον , καὶ καλὰ πάντα , ἐννομωτάτη διαφερόντως . ἧς κάλλιστα ἔργα , καὶ πολιτεῖαι χρύσεσθαι κάλλισται λέγονται πασῶν , ὑπόσων νῦν ὑπὸ τὸν οὐρανὸν ἡμεῖς ἀκοὴν παρεδεξάμεθα . *Erat nimirum quondam , ante maximum illud aquarum diluvium , quae nunc Athenienſium vocatur ampliſſima civitas , optimis legibus , & ad bellum , & ad omnes vitae rationes ornata , atque inſtructa ; cuius quidem res geſtae pulcerrimae , & pulcerrima legum inſtituta , pulcerrimaque reipub. forma , omnium certe , quae ſub coelo exſiſtere percepimus , celebrantur .* Inde a Cecrope uſque ad Codrum , Regum ultimum , annos circiter quadringentos octoginta ſeptem egere ; ac per haec , regnante Theſeo , captae primum a Dioſcuris , etſi grave nihil paſſae . Plutarchus narrat in eius Vita : Ἐχομένων δ' ὧν τῶν Ἀφιδνῶν , καὶ τῶν ἐν ἄστει δεδοτων , ἔπεισε τὸν δῆμον ὁ Μενεσθεὺς δέχεσθαι τῇ πόλει , καὶ φιλοφρονεῖσθαι , τοὺς Τυνδαρίδας , ὡς μόνῳ Θησεῖ , βίας ὑπάρξαντι , πολεμοῦντας · τῶν δ' ἄλλων εὐεργέτας ὄντας ἀνθρώπων , καὶ σωτῆρας . ἐμαρτύρει δ' αὐτῷ καὶ τὰ παρ' ἐκείνων . οὐδὲν γὰρ ἠξίωσαν , ἁπάντων κρατοῦντες , ἀλλ' ἢ μυηθῆναι , μηδὲν ἧττον Ἡρακλέους τῇ πόλει προσήκοντες. καὶ τοῦτο ἦν ὑπῆρξεν αὐτοῖς , Ἀφίδνα ποιησαμένοις παῖδας , ὡς Πύλιος Ἡρακλέα , καὶ λιταὶς ἱσοθέοις ἔσχον , Ἄνακες προσαγορευθέντες · ἢ διὰ τὰς γιγνομένας ἀνοχὰς , ἢ διὰ τὴν ἐπιμέλειαν , καὶ κηδεμονίαν , τοῦ μηδένα κακῶς παθεῖν , στρατείας τοσαύτης ἔνδον οὔσης. *Occupatis igitur Aphidnis , & Athenienſibus trepidantibus , ſuaſit populo Meneſtheus , ut admitterent in urbem , & acciperent benigne Tyndaridas , ut uni Theſeo iniuriae auctori arma inferrent , in ceteros vero mortales benefici eſſent , & eorum ſervatores . Hoc ipſum eventus comprobavit . Nihil enim aliud omnino victores , quam ut initiarentur , poſtulaverunt , quod non minus , quam Herculi propinquitas ipſis cum civitate intercederet , quam obtinuerant ab Aphidno adoptati , ut a Pylio Hercules , atque honores aſſequuti divinos ſunt , Anaces dicti , vel ob factas inducias , vel ob curam , & ſolicitudinem , ne cui malum adferretur , quum eſſet intra muros tantus exercitus .* Novum illud , neque alibi mihi lectum , quod captivas primum Athenas , quum edictum de venatione ſuum revocaſſent , tradit Ioannes Saresberienſis Policratici lib. I. cap. IV. *Eo denique tempore primum captivantur Athenae , quo interdictae venationis edictum cenſuerunt eſſe ſolvendum ; & artem utriuſque venationis cum exercitio publice admittendam .* Mox poſt Codrum archontes facti ; & perpetui primum illi , inde vero decennales ; ac poſtremum annui tantum . Eorum autem omnium primus Medon fuit ; a quo deinde ad Olymp. L. annum

num IV. rempublicam ſalvam tenuerunt, quam Piſiſtratus tunc extorſit. Notat enim Auctor anonymus in Deſcriptione ſua Olympiadum ad iſtud tempus: Οἱ Πϕσισραλίδαι τῶν Α'θηναίων ἐτυράννευν. *Piſiſtratidae Athenienſibus per tyrannidem imperabant.* Et indicat Tatianus contra Graecos: Ο'ρφεὺς ὁ κατὰ τ αὐτὸν χρόνον Η'ρακλεῖ γέγονεν ἄλλως τε καὶ τὰ εἰς αὐτὸν ἐπιφερόμενά φασιν ὑπὸ Ο'νομακρίτυ τῦ Α'θηναίυ συντεθάχθαι, χρωμένυ καθὰ τ Πϕσισραλιδῶν ἀρχὴν περὶ τ πεντηκοστὴν Ο'λυμπιάδα. *Orpheus autem eodem, quo Hercules tempore vixit, fruſtraque dicunt ea etiam, quae illi tribuuntur, ab Onomacrito Athenienſi compoſita eſſe, qui fuit tempore imperii Piſiſtratidarum circa quinquageſimam Olympiadem.* Eſtque intervallum iſtud quingentorum octoginta trium annorum; corruptuſque Iſocratis locus, qui de mille annis tradit. Verba iſta in Panathenaica eius: Φαίνεται γὰρ ὁ δῆμος, τ μὲν ἄλλαις πολιτείαις ὐκ ἀρεσκόμενος μαχόμυος, κ καλαλύων, καὶ τὺς προεςῶτας αὐτῶν ἀποκλείνων, ταύτη δ χρώμενος ὐκ ἔλαττον χιλίων ἐτῶν, ἀλλ' ἐμμένας ἀφ' οὗ παρέλαβε, μέχρι τῆς Σόλωνος μὲν ἡλικίας, Πϕσισράτου δὲ δυναςείας. *Elucet enim populum alias reip. formas, quae diſplicent, oppugnare, & deſtruere, & magiſtratus occidere ſolere: hac vero uſus eſt non paucioribus, quam mille annis, in eaque perſeveravit ab illo tempore, quo accepit, uſque ad Solonis aetatem, Piſiſtratique principatum.* Reſcribendum eſt: ὐκ ἔλαττον ἑξακοσίων ἐτῶν, *non minus ſexcentis annis.* Scriptum fuerat, ὐκ ἔλαττον χ ἐτῶν. Inde nobis librariorum imperitia mox χιλίων iſtud fecit. Iſocrates ſexcentos dicit; non quod toti, ſed quod praeterpropter eſſent. Cum Piſiſtrato colluctati, bis eumdem eiecerunt; ut Herodotus fuſe narrat lib. I. Meminitque Ariſtoteles Politic. lib. V. cap. XII. Δὶς γὰρ ἔφυγε Πϕσίςρατος τυράννων. *Bis enim fugit Piſiſtratus tyrannidem exercens.* Eunapius in Prohaereſio. Ο' δὲ κ πρὸς τὴν φυγὴν μετὰ πενίας ἰσχυρᾶς, ὥσπερ ὁ Πϕσίςρατος ἐκπεσὼν, κατῆλθε τὸ δεύτερον. *Hic vero acri inopia preſſus, ut Piſiſtratus poſtquam excidiſſet, in exilium ſecundo reverſus eſt.* Ac ſub eo annos triginta tres fuere. Ariſtoteles loco citato. Τρίτη δὲ (τυραννὶς) ἡ τῶν Πεισισρατιδῶν Α'θηνῆσιν· ὐκ ἐγένετο δ συνεχής· δὶς γὰρ ἐφυγε Πεισίςρατος τυράννων, ὥςε ἐν ἔτεσι τριάκονλα κ τρισίν, ἐπλακαίδεκα ἔτη τύτων ἐτυράννευσεν. *Tertia vero (tyrannica dominatio) Piſiſtratidarum Athenis. Non fuit autem continua; bis namque exulavit Piſiſtratus tyrannus, ita ut ex annis triginta, & tribus annos tantum ſeptemdecim regnaverit.* Heraclides de Rebuſp. Πεισίςρατος, τριάκοντα τρία ἔτη τυραννήζας, γηράσας, ἀπέθανεν. *Piſiſtratus quum triginta tres annos tyrannidem tenuiſſet, iam ſenex naturae conceſſit.* Iuſtinus lib. II. *Obtinet (Piſiſtratus) ad cuſtodiam corporis ſui ſatellitum auxilium; per quos occupata tyrannide per annos triginta tres regnavit.* Filii inſuper annos octodecim inſtitutam a patre tyrannidem tenuere. Ariſtoteles loco citato. Ε'ν ἔτεσι τριάκονλα καὶ τρισὶν ἐπταικαίδεκα ἔτη τύτων (ὁ Πϕσίςραλος) ἐτυράννευσεν· ὀκτωκαίδεκα δὲ οἱ παῖδες. ὥςε τὰ πάνλα ἐγένελο ἔτη τριάκοντα καὶ πέντε.

Ex triginta, & tribus annis ſolos ſeptemdecim (Piſiſtratus) regnavit; octodecim vero filii; ita ut omnes fuerint anni triginta, & quinque. Ecce autem duravit tyrannis Piſiſtratidarum univerſim annos quinque, & triginta. Herodotus ſex, & triginta eos dicit lib. V. Μετὰ δὲ, ἐξεχώρησαν (οἱ Πϕσισραλίδαι) ἐς Σίγϕον, τὸ ἐπὶ τῷ Σκαμάνδρῳ· ἄρξαντες μὲν τ Α'θηναίων ἐπ' ἔτεα ἓξ κ τριάκοντα. *Poſtea vero (Piſiſtratidae) Sigeum, quod eſt ad Scamandrum, ſeceſſerunt; quum imperaviſſent quidem Athenienſibus annos circiter* XXXVI. Sed diſſidium hoc facile componi poteſt. Nam, trigeſimo quinto anno iam completo, ſextus inchoatus erat, itaque ille tempus tantum plenum ponit; iſte inchoatum etiam pro completo nobis tradit. At ſciendum eſt, in hoc tempore computari tantum annos, quibus rerum ſunt potiti Piſiſtratidae; & de Piſiſtrati triginta tribus ſoli ſeptemdecim, quos tyrannidem tenuiſſe dicit eum Ariſtoteles, numerantur; ceteroquin anni quinquaginta, & unus ſunt putandi. Illos Ariſtophanes dixerat, uti Scholiaſtes eius tradit ad Veſpas, ſed corruptis hodie verbis. Δοκᾶ δ ἡ τυραννὶς (τῶν Πϕσισρατιδῶν) καταςῆναι, ὥς φησιν Ε'ρατοσθένης ἐπὶ ἔτη ν', τὸ ἀκριβὲς διαμαρλάνων Α'ριςοφάνης μὲν, μα' φήσαντος· Η'ροδότυ δὲ, λς'. *Videtur autem tyrannis [Piſiſtratidarum] ſtetiſſe, ut ait Eratoſthenes, per annos quinquaginta, ab exacta numerorum ratione lapſus, quum Ariſtophanes quidem dixerit unum, & quadraginta; Herodotus autem* XXXVI. Sine dubio reſcribendum, Α'ριςοφάνης μὲν να' φήσαντος. *Quum Ariſtophanes quidem dixerit,* LI. Confuſi numeri μ'. & ν'. ut fieri amat. Reprehendit Eratoſthenem, qui minus exacte, uno omiſſo, L. annos dixerat. Idem mendum eſt apud Iſocratem in Orat. περὶ τ ζεύγυς. Τὴν δ' εὐνοιαν, ἣν εἶχον εἰς τὸ πλῆθος, ἐν τοῖς τυραννικοῖς ἐπεδείξαντο. συγγενεῖς γὰρ ὄντες Πϕσισράτυ, καὶ πρὶν εἰς τὴν ἀρχὴν καλαςῆναι, μάλις' αὐτῷ χρώμενοι τῶν πολιτῶν, ὐκ ἠξίωσαν μεταςχεῖν τ τυραννίδος· ἀλλ' ἡγήσαντο κρεῖλον εἶναι, φυγεῖν τὴν πατρίδα μᾶλλον, ἢ τὺς πολίτας ἰδεῖν δυλεύοντας. τεθλαράκονλα δ' ἔτη τ ςάσεως γενομένης, ὑπὸ μὲν τῶν τυράννων, τοσύτων ὄντων, ἐμισήθησαν, ὥςθ', ὁπότε τἀκείνων κρατήσαιεν, ὐ μόνον τὰς οἰκίας αὐτῶν κατέσκαπτον, ἀλλὰ καὶ τὰς τάφυς ἀνώρυκλον. *Benevolentiam autem ſuam erga populum tyrannicis temporibus declararunt. Quamvis enim cognatione cum Piſiſtrato coniuncti eſſent, & priuſquam is imperium cepiſſet, familiariſſime illo uterentur; tamen eius tyrannidis ſocii, ac participes eſſe noluerunt: ſed exulare patria, quam cives ſervitute oppreſſos intueri, maluerunt. Et quum ea ſeditio quadraginta duraſſet annos, tot tyrannis ita inviſi fuerunt, ut eorum factione victoriam adepta, non tantum aedes ipſorum diruerentur, ſed ſepulcra etiam effoderentur.* Etiam hic reſtituendum, πεντήκοντα δ' ἔτη τῆς ςάσεως γ. *quum ea ſeditio quinquaginta duraſſet annos.* Nam librarii incuria ν' in μ' corruptum fuit. Sed de celebri hac tyrannide eſtne verum tempus ſcire? Ipſi Veteres ignorarunt; & Thucydides iſtud dicit lib. VI. Ε'γὼ ἐπιπλέον διηγησάμενος, ἀποφαίνω, ὅτε τὺς ἄλλυς, ὅτε αὐτὺς Α'θηναίυς

Digitized by Google

ναίους, περὶ τῶν σφετέρων τυράννων, οὐδὲ περὶ τοῦ γενομένου, ἀκριβὲς οὐδὲν λέγοντας. *Ego copiosius quum retulerim, statuam, neque alios, aeque ipsos Athenienses de suis tyrannis, nec de eo, quod factum est, aliquid adcuratum dicere.* Aristoteles, ut iam vidimus, de triginta quinque annis nobis auctor; de triginta sex Herodotus: alii de quinquaginta; alii de quinquaginta, & uno. Omnes illos inter se conciliavi: sed errare tamen omnes nunc ostendam; Thucydides ait, Hippiam, eorum ultimum, quarto anno post Hipparchi fratris caedem, eiectum Vrbe, in Sigeum, ut & Herodotus, inde Lampsacum perveniſſe; illinc postea ad Darium abiisse: inde vero, iam grandaevum, anno vigesimo una cum Medis ad Marathonem militasse: Verba eius in rem istam ita habent lib. VI. Τυραννεύσας δὲ ἔτη τρία Ἱππίας ἔτι Ἀθηναίων, καὶ παυσθεὶς ἐν τῷ τετάρτῳ ὑπὸ Λακεδαιμονίων, καὶ Ἀλκμαιονιδῶν, ἐχώρεε ὑποσπονδὶ ἐς τε Σίγειον, καὶ παρ' Αἰαντίδην ἐς Λάμψακον· ἐκεῖθεν ἦ, ὡς βασιλέα Δαρεῖον, ὅθεν καὶ ὁρμώμενος ἐς Μαραθῶνα ὕστερον ἔτει εἰκοστῷ, ἤδη γέρων ὢν, μετὰ Μήδων ἐστράτευσεν. *Hippias vero quum adhuc tres annos imperavisset Athenienſibus, & quarto anno deiectus a Lacedaemoniis, & Alcmaeonidis fuisset, abibat fide publica Sigeum, & Lampsacum ad Aeantidem; inde autem ad regem Darium; unde etiam irruens in Marathonem vigesimo post anno, iam senex, cum Medis militavit.* Nunc rationem ineamus. Pugna illa Marathonia accidit Olymp. LXXII. anno I. Itaque a primo Pisistrati tyranni anno ad hoc tempus anni sunt octoginta octo; quibus si viginti demas, quos apud Darium vixit, restant sexaginta octo. Hoc tyrannidis universae tempus fuerit. Ergo inciderit eius finis in Olymp. LXVI. annum IV. Erratque Anonymus quadriennio, qui factum notat anno quarto Olymp. LXV. Ita enim ille dicit. Ὀλυμπιὰς ξέ, ἔτος δ'. Οἱ Πεισιστρατίδαι Ἀθηνῶν ἐξεώσθησαν. *Olympias sexagesima quinta, annus quartus. Pisistratidae Athenis expulsi sunt.* Apud Auctorem, quem sequutus ipse erravit, sine dubio numerus corruptus fuit; & scriptum a supino librario ξέ. quum deberet ξς': qui proclivis certe lapsus. Atque hoc verum restitutae libertatis tempus erit. Huc adludit, quod Thucydides ab hoc usque ad quadringentos, qui remp. invasere, ut statim dicam, Olymp. XCII. anno I. quod annorum centum unius intervallum est, annos circiter centum dicit lib. VIII. Χαλεπὸν γὰρ ἦν, τὸν Ἀθηναίων δῆμον, ἔτεϊ ἑκατοστῷ μάλιστα ἐπιδὴ οἱ τύραννοι κατελύθησαν, ἐλευθερίας παῦσαι, καὶ οὐ μόνον μὴ ὑπήκοον ὄντα, ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ ἥμισυ τοῦ χρόνου τούτου αὐτὸν ἀρχὴν ἄλλων ἐωθότα. *Difficile enim erat, ut populus Athenienſis maxime anno centesimo postquam tyranni eiecti sunt, omitteret libertatem, qui non modo subiectus non erat, sed etiam ultra dimidium eius temporis assuetus imperare aliis.* Post remp. receptam annis tribus, & triginta, id est, Olymp. LXXV. anno I. captae a Xerxe, direptaeque, & incensae. Qua de re videndi inprimis Diodorus lib. XI. & Herodotus lib. VIII. Anno proxime insequuto, decimo post hanc cladem mense, idem a Mardonio passae; ut commemorat Diodorus libro citato; & Herodotus lib. IX. Sed, incensae quamvis, tamen, profligato apud Salaminem hoste, paulo post, virtute maxime Aristidis, & Themistoclis, imperium Graeciae accepere. Hinc implicitae bello Peloponnesiaco, longo sane, & pernicioso denique; sub initium eiusdem, ceu calamitatis illud sequuturae certum quasi augurium esset, peste adflictae vehementi; cuius meminere plures, Diodorus lib. XII. Manilius lib. I. Nemesius De Nat. Hom. cap. XX. aliique: adcurate autem tradunt cum Thucydides lib. II. tum Lucretius lib. VI. Imperium vero, quod iam partum memoravi, possedere annis fere septuaginta, Ita Isocrates capiendus in Panegyrico. Τὴν αὐτὴν πολιτείαν, ἥπερ παρ' ἡμῖν αὐτοῖς, καὶ παρὰ τοῖς ἄλλοις κατεσήσαμεν. ἣν οὐκ οἶδ' ὅτι δεῖ διὰ μακροτέρων ἐπαινεῖν, ἄλλως τε, καὶ συντόμως, ἔχοντα δηλῶσαι περὶ αὐτῆς. μετὰ γὰρ ταύτης οἰκοῦντες, ἑβδομήκοντα ἔτη διετελέσαμεν· ἄπφροι μὲν τυραννίδων, ἐλεύθεροι δὲ πρὸς τοὺς βαρβάρους, ἀστασίαστοι δὲ πρὸς σφᾶς αὐτούς, εἰρήνην δὲ ἄγοντες πρὸς πάντας ἀνθρώπους. *Eamdem regiminis formam, quae apud nos, etiam apud alios constituimus; quam nescio an oporteat longioribus sermonibus laudare, quum alioquin & breviter possim ea, quae illam adtinent declarare. Hac enim LXX. annis usi sumus, tyrannidis quidem expertes, liberi quoad barbaros, quoad nos tranquilli, & sine seditionibus, pacem vero agentes cum omnibus hominibus.* Verum calculum ponamus, & imperii istius certum tempus inquiramus. Accepere, uti memorat Diodorus in citato statim libro Olymp. LXXV. anno IV. amisere autem, ut idem libro decimo quarto dicit, Olymp. XCII. anno I. Ergo est hic intervallum sexaginta quinque annorum. Et hoc ipsum Isocrates alibi repraesentat in Panathenaico suo. Μάλιστα μὲν ὧν ἐντεῦθεν ἂν τις δυνηθείη καταιδεῖν, ὅσῳ μετριώτερον, καὶ πραότερον, ἡμεῖς τ' πραγμάτων ἐπεμελήθημεν· δεύτερον δ', ἐκ τοῦ ῥηθήσεσθαι μέλλοντος. Σπαρτιᾶται μὲν γὰρ ἔτη δέκα μόλις ἐπεσάτησαν αὐτῶν· ἡμεῖς δὲ, πέντε καὶ ἑξήκοντα συνεχῶς κατέσχομεν τὴν ἀρχήν. *Maxime quidem igitur inde quis poterit videre, quanto modestius, & mitius nos administraverimus negotia: secundo autem ex eo, quod dicturus sum. Nam Lacedaemonii quidem vix decem annos illis praefuerunt; at vero nos imperium obtinuimus quinque & sexaginta continenter.* Et Demosthenes Olynth. III. Ἐκεῖνοι τοίνυν, οἷς οὐκ ἐχαρίζονθ' οἱ λέγοντες, οὐδ' ἐφίλουν αὐτούς, ὥσπερ ὑμᾶς ἴσως νῦν, πέντε μὲν καὶ ἑξήκοντα ἔτη τῶν Ἑλλήνων ἦρξαν ἑκόντων. *Illi igitur, quibus non sunt gratificati dicentes, neque eos dilexerunt, ut nunc vos isti, quinque, & sexaginta quidem annos Graecis volentibus imperaverunt.* Neque recte Dionysius Halicarnasseus computat annos sexaginta, & octo, Antiquit. Rom. lib. I. Τὰς γὰρ Ἑλληνικὰς δυνάμεις οὐκ ἄξιον αὐταῖς ἀνθιπαρεξετάζειν, οὔτε μεγέθους ἀρχῆς, οὔτε χρόνου ἐπιφανείας τοσοῦτον, ὅσον ἐκεῖνοι, λαβόντες. Ἀθηναῖοι μὲν γὰρ αὐτῆς μόνον ἦρξαν τ παραλίου, δυοῖν δέοντα ἑβδομήκοντα ἔτη. *Nam Graecas vires non convenit cum eis comparare, neque magnitudinem imperii, neque tempus floren-*

Digitized by Google

rentium rerum tantum, quantum illi nactas. Athenienſes enim in maritima tantum regione dominati ſunt per annos duodeſeptuaginta. Niſi forte etiam hic corrupti numeri. Vt ſunt certe apud Andocidem in Orat. De pace cum Lacedaem.. Βιασάμενοι δὲ τὰς ἐναντίας, τὴν ἀρχὴν τῶν Ἑλλήνων κατειργασάμεθα· καὶ ταῦτα τὰ ἀγαθὰ ἐν ὀγδοήκοντα καὶ πέντε ἡμῖν ἔτεσιν ἐγένετο. *Quum vero contrarias violaſſemus, principatum Graecorum arcuimus, & haec bona octoginta quinque annorum ſpatio nobis evenerunt.* Omnino reſcribendum eſt, ἐν ἑξήκοντα καὶ πέντε ἔτεσιν· Sed de Demoſthene quid faciemus? Ille, tamquam a ſe diſſidens, tres & ſeptuaginta dicit Philipp. III. Καίτοι προσάτται μὲν ὑμεῖς ἑβδομήκοντα καὶ τρία ἔτη τῶν Ἑλλήνων ἐγένεσθε. *Quamquam praeſides Graecorum quidem vos fueritis per annos ſeptuaginta, & tres.* Videtur autem iſto loco imperii tempus uſque ad belli Peloponneſiaci finem computare, qui in annum Olympiadis nonageſimae quartae primum incidebat: quamquam ſane poſt eiectos quadringentos, titulum imperii potius, quam imperium tenuere. Et ſic rectus erit calculus; quem ſequutus ſine dubio Ariſtides, amplius ſeptuaginta dicit in Panathenaico. Καὶ μὲν, οἱ μὲν (Ἀθηναῖοι) πλέον ἢ ἑβδομήκοντα ἔτη κατέσχον· οἱ δ' (Λακεδαιμόνιοι) οὐδ' εἰς τρεῖς Ὀλυμπιάδας διεφύλαξαν τὴν ἀρχήν. *Et ſane illi quidem (Athenienſes) ultra ſeptuaginta annos obtinuerunt: hi vero (Lacedaemonii) neque ad tres Olympiadas conſervarunt imperium.* Itaque, imperium Graeciae annis ſexaginta quinque quum tenuiſſent, illud pariter cum republica, invadentibus Quadringentis, amiſere Olympiad. XCII. anno I. quamquam illam, ſed non iſtud, anno proxime ſequuto recuperarunt. Verum haud diu ipſis manſit, & eripuere rurſum Lacedaemonii, victoriam illam celeberrimam ad AEgos potamos conſequuti, duce Lyſandro. Olymp. XCIV. anno I. Tunc deiecti longi muri, & Piraeeus, naveſque omnes praeter decem, aut duodecim, ut alii volunt, ipſis traditae: neque ab excidio ſuo propius umquam abfuere; funditusque, urgente Agide, deletae fuiſſent, ni Lyſander obſtitiſſet, negans alterum Graeciae oculum eruendum. Eſt videre apud Diodorum lib. XIII. Xenophontem Hiſt. Graec. lib. II. & Iuſtinum lib. V. Ac Triginta, dein Decemviris ſubiectae; illis pariter, iſtisque mox excuſſis, iterum ſibi libertatem, Thraſybuli beneficio vindicarunt Olympiadis eiuſdem XCIV. anno IV. Hinc devictis iuxta Cnidum pugna navali a Conone Lacedaemoniis, quum iam libertatem iis extorſiſſent, tunc imperium quoque ipſum, quod decennium iam tenuerant, eripuerunt; Olympiad. XCVI. anno II. deinde & moenia inſtaurarunt anno proxime ſequuto. Obſervare eſt apud Hiſtoricos; adnotatque Arrianus De Exped. Alex. lib. I. Καὶ τὸ ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς αἰσθὸς Ἀθηναίων πλαῖσμα, ναυλικόν τε ἦν, καὶ ἡ πόλις οὐδὲν ἄλλο ὅτι μὴ τῶν μακρῶν τειχῶν καθαιρέσει, καὶ νεῶν τε πολλῶν παραδόσει, καὶ στρατηγίδος τῆς ἀρχῆς, ἐς ταπεινότητα ἀφικομένη, τό, τε σχῆμα τὸ πάτριον ὁμοῖως ἐφύλαξε, καὶ τὴν δύναμιν ἐς διὰ μακροῦ τὴν παλαιὰν ἔλαβεν· ὡς τά τε μακρὰ τά-

A χη ἐκτειχίσαι, καὶ τῆ θαλάσσης αὖθις ἐκράτησαι. *Rurſus alia Athenienſium ad Aegos fluenta clades navalis fuit: at urbs, nulla alia calamitate accepta, praeterquamquod longi muri diruti, multaeque naves amiſſae, & imperium aliqua ex parte imminutum erat, formam tamen, decoremque patrium retinuit; priſtinamque poteſtatem exiguo tempore poſt recepit, ita ut & longos muros inſtauraverit, & maris imperium recuperaverit.* Poſt haec, quum florerent plu-

B rimum, caeſo Epaminonda in acie, ceu ſublato, quem timerent, praecipites in luxum ivere; non iam claſſem, aut exercitum, verum feſta, & ludorum apparatus agitantes, longe ſcenam ante caſtra poſuere, & vectigal reipublicae populo, ad ſpectandos ludos, erogare incepere. Hanc in rem eſt elegans Iuſtini locus lib. VI. *Cuius (Epaminondae) morte etiam Athenienſium virtus intercidit, ſiquidem amiſſo, cui aemulari conſueverant, in ſegnitiem, torporemque reſoluti, non ut olim, in claſſem, &*

C *exercitus, ſed in dies feſtos, apparatuſque ludorum reditus publicos effundunt; & cum actoribus nobiliſſimis, poetisque theatro celebrant; frequentius ſcenam, quam caſtra viſentes, verſificatoreſque meliores, quam duces laudantes. Tunc vectigal publicum, quo antea milites, & remiges alebantur, cum urbano populo dividi coeptum eſt. Quibus rebus effectum eſt, ut inter otia Graecorum, ſordidum, & obſcurum antea, Macedonum nomen emergeret.* Ad hunc luxum pertinent Plutarchi verba

D lib. de Gloria Athen. Σκευῶν δὲ, καὶ προσώπων, καὶ ξυστίδων ἀλυργῶν, καὶ μηχανῶν ἀπὸ σκηνῆς, καὶ χοροποιῶν, καὶ δορυφόρων δυσπραγμάτευτος λαὸς, καὶ χορηγία πολυτελὴς παρασκευαζέσθω, πρὸς ἃ Λάκων ἀνὴρ ἀτενίσας, ὃ κακῶς εἶπεν· ὡς ἁμαρτάνουσιν οἱ Ἀθηναῖοι μεγάλα, τὴν σπουδὴν εἰς τὴν παιδιὰν καταναλίσκοντες· τυτέσι, μεγάλων ἀποστόλων δαπάνας, καὶ στρατευμάτων, καταχορηγοῦντες εἰς τὸ θέατρον. ἂν γὰρ ἐκλογισθῇ τῶν δραμάτων ἕκαστον ὅσα κατέστη, τλέαν ἀνηλωκὼς φαίνεται ὁ δῆμος εἰς Βακχας, καὶ Φοινίσσας, καὶ Οἰδίποδας, καὶ Ἀντιγόνας, καὶ τὰ Μηδείας κάκα, καὶ Ἠλέκτρας, ὧν ὑπὲρ τῆς ἡγεμονίας,

E καὶ τῆς ἐλευθερίας πολεμῶν τὸν βαρβάρους ἀνήλωσεν. *Sequantur etiam vaſa, perſonae, trabeae purpureae, machinae a ſcena: tum choros conficientium, & ſtipatorum negotioſiſſima turba, ſumtuſque in iſtas res magnificus paretur. Quae omnia cernens Laco ille non inepte diceret: Graviter peccare Athenienſes, res ſerias in iudicrum impendentes: hoc eſt magnarum claſſium, & exercituum commeatum, atque ſumtus in theatrum prodigentes. Si enim rationes ſubducantur, quanti conſtiterint ſingulae Athenienſibus fabulae, apparebit, eos in Bacchas,*

F *Phoeniſſas, Oedipodas, Antigonam, Medeaeque, & Electrae mala plus feciſſe ſumtuum, quam in bella pro imperio, & libertate contra barbaros geſta.* Quin tam arcte has delicias ſunt amplexae, uti capitis poenam indicerent, ſi quis de pecunia publica ad militiae priſcum uſum revocanda verba facere unquam auderet. Libanius rem hanc ipſam narrans in Argumento Olynth. I. Ἀλλὰ καὶ νόμον ἔθεντο περὶ τῶν θεωρικῶν ἰδίων χρημάτων, θάνατον ἀπειλοῦντα τῷ γράψαντι, μεταθεθῆναι ταῦτα εἰς τὴν ἀρχαίαν τάξιν, καὶ γενέσθαι στρατιωτικά. *Sed & legem ſtatuerunt de pecuniis illis*

Digitized by Google

ad ſpectacula deſtinatis, quae mortem minaretur ei, qui ſtatuiſſet, transferendas eas eſſe ad veterem diſciplinam, & faciendas militares. Conatus tamen eſt Demoſthenes; ut apparet ex prima eius, tertiaque Olynthiaca. Inter haec Philippus occupat; & ad Chaeroneam victor, Olymp. cx. anno III. pace data, ac ſimulata amicitia, inſulas iis, imperiumque maris adimit. Atque in eo quidem ſtatu, quamdiu Philippus vixit, permanſere; nec ſub Alexandro filio commovere ſeſe auſae. Manifeſtum ex Hiſtoria; & Pauſanias idem notat in Atticis ſuis. Τὸ ἀτύχημα τὸ ἐν Χαιρωνείᾳ, ἅπασι τοῖς Ἕλλησιν ἦρξε κακοῦ· καὶ οὐχ ἥκιστα δήλους ἐποίησε τοὺς ὑπερδόνλους, καὶ ὅσοι μετὰ Μακεδόνων ἐτάχθησαν. τὰς μὲν δὴ πολλὰς τῶν πόλεων Φίλιππος εἶλεν· Ἀθηναίοις δὲ λόγῳ συνθέμενος, ἔργῳ σφᾶς μάλιστα ἐκάκωσε νήσους τε ἀφελόμενος, καὶ τὸ ἐς τὰ ναυτικὰ παύσας ἀρχῆς. καὶ χρόνου μέν τινα ἡσύχασαν Ἀθηναῖοι, Φιλίππου βασιλεύοντος, καὶ ὕστερον Ἀλεξάνδρου. *Accepta illa ad Chaeroneam plaga, ingentes omnibus Graecis importatae ſunt calamitates. Nam & qui periculum ſpectarant, quaſi ſua nihil intereſſet, & qui cum Macedonibus in acie ſteterant, in ſervitutem ſimul omnes redacti ſunt. Urbes quidem tum Philippus quam plurimas cepit; Athenienſes vero per ſimulationem pacis quam graviſſimis adfecit detrimentis quum, & inſulas illis, & maris imperium ademiſſet: ac quantiſper regnavit Philippus, ac deinde Alexander, nihil omnino novi moliri Athenienſes auſi ſunt.* De Philippo breviter dicit Maximus Tyrius Diſſert. XIX. Οἷος ἦν καὶ ὁ Φίλιππος αὖθίς ποτε, ᾧ κατὰ Μακεδονίαν ἐξὸν μένειν, καὶ ζῆν ἐπὶ τοῖς Ἀμύντου ἀγαθοῖς, καὶ τῇ Περδίκκου εὐδαιμονίᾳ, ἐζήτει ταύτῃ περιὼν ἄλλοθι, ὥσπερ ἐκπεπτωκυῖαν τῆς Μακεδόνων γῆς. καὶ διὰ τοῦτο, ὡς ἔοικε, Τριβαλλοῖς ἐπολέμει, Ἰλλυριοῖς ἐπήει, ἐπολιόρκει Βυζάντιον, καὶ ἔσκαπτεν Ὄλυνθον, Ἀθηναίους ἐξηπάτα. *Qualis erat etiam Philippus aliquando, cui quum liceret in Macedonia manere, & in Amyntae opibus vivere, ac felicitate Perdiccae, quaerebat eam circumiens alibi, quaſi elapſam ex Macedonum terra: ac propterea, ut videtur, bellabat cum Triballis, invadebat Illyrios, oppugnabat Byzantium, evertebat Olynthum, Athenienſes decipiebat.* Ac, quod Alexandrum adtinet, plane id eſt, quod ait Seneca, ſilentium mandaſſe Athenis, Epiſt. XCIV. *Lacedaemona (Alexander) ſervire iubet, Athenas tacere.* Nempe quia compeſcuerat Oratores, propter quos loquaces illae dicebantur. Petronius in Satirico ſuo. *Ventoſa iſthaec, & enormis loquacitas Athenas ex Aſia commigravit.* Sidonius lib. VIII. epiſt. VI. *Si ſupradicti confirmor adſenſu, Athenis loquacior; ſi minus, Amyclis ipſis taciturnior ero.* Is tamen Piraeeum muro cinxit, & Athenienſibus epulum praebuit. Suidas in Ἀλέξανδρος. Οὗτος ὁ μέγας Ἀλέξανδρος, νικήσας ναυμαχίᾳ Λακεδαιμονίους, καὶ τειχίσας τὸν Πειραιᾶ, καὶ ἑκατόμβῃ θύσας, πάντας εἱστίατεν Ἀθηναίους. *Magnus hic Alexander quum Lacedaemonios navali proelio viciſſet, & muro cinxiſſet Piraeeum, Hecatombenque ſacrificaſſet, Athenienſes univerſos convivio excepit.* Defuncto autem Alexandro quum reſurgere conarentur, ab Antipatro ſubactae, demum omnino in Macedonum potestatem pervenere, praeſidium coactae accipere, Olymp. CXIV. anno II. Valde fallitur Iornandes, qui Perdiccae principatum haereditarium reliquiſſe Alexandrum, quum moreretur, nobis auctor, De Reb. Get. cap. X. *Egregius Gothorum ductor Sitalces, centum quinquaginta virorum millibus congregatis, Athenienſibus intulit bellum adverſus Perdiccam, Macedoniae regem; quem Alexander, apud Babylonem miniſtri inſidiis potans interitum, Athenienſium principatui haereditario iure reliqueret ſucceſſorem.* Verum non ſimpliciter errat; primo enim non Perdiccae Alexander principatum iſtum dedit, quem non habuit; tum Perdiccam, Macedoniae olim regem, cum eiusdem nominis altero, Alexandri ducum uno, temere confundit. Nam Sitalces rex Getarum, ſive Thracum, Perdiccae quidem huic priori bellum intulit, ut libro duodecimo Diodorus nobis refert, Olymp. LXXXVIII. anno I. Alexander autem Magnus diem obiit Olympiad. CXIV. anno I. eſtque inter hunc Perdiccam, quem ab eo principatum Athenarum accepiſſe ille dicit, & priorem intervallum centum quatuor annorum. Itaque hic Iornandem erroris ſatis manifeſtum teneo; quem ſequutus, ut videtur, Rodericus Toletanus plane iiſdem modis labitur De Reb. Hiſp. lib. I. cap. XIV. *Sitalces, egregius doctor, & ductor Gothorum, centum quinquaginta millia pugnantium congregavit; & Athenienſibus bellum intulit, in eis Perdicca tunc regnante: quem Alexander, apud Babyloniam miniſtri inſidiis potans interitum, porrecto annulo, in Athenienſium principatu reliquerat ſucceſſorem,* Praeſidium vero, quod Antipater impoſuerat, a Caſſandro ſucceſſore continuatum; cum quo pactae, Olymp. CXV. anno III. Verum poſtea Olymp. CXVIII. anno II. libertatem a Demetrio recepere; qui, rep. quamvis reddita, tamen & Muſeum ſibi communivit, & praeſidium illic poſuit: quod mox denuo in Piraeeum, & Munychiam introductum. Sed Olympiodoro duce, rurſum ſe adſeruere; & Munychiam, Piraeeum, ac Muſeum recuperarunt, Macedonibus eiectis: qui & denuo inſurgentes, quae amiſerant pridem loca, repetierunt, ceperuntque. Dein Aratus vindicavit, mortuo Demetrio; & Diogeni praefecto, ut Munychiam, Piraeeum, Salamina, Suniumque reſtitueret, centum quinquaginta talenta numeranda procuravit. Haec Pauſanias, Diodorus, & Plutarchus nobis narrant. Poſt haec libertatem ſuam tenuere aliquamdiu; foedere cum Romanis inito, ut mox dicam, confirmatae. Sed Philippo, Demetrii filio, imminente, gravia paſſae; divaſtatis circum templis, & ſepulcris, captae etiam fuiſſent, ni Romani, Attalus Rex, Rhodiique ſubveniſſent; ut videre eſt apud Livium lib. XXXI. Atque hoc factum circa Olymp. CXLII. annum IV. Philippus autem quam immaniter ſit graſſatus, operae pretium eſt videre; Liviuſque repraeſentat in citato ſtatim libro. *Intra muros deinde tenentibus milites Athenienſibus, Philippus, ſignis receptui dato caſtra ad Cynoſarges (templum Herculis gymnaſiumque, & lucus erat circumiectus*

Digitized by Google

iectus) *posuit. Sed Cynosarges, & Lyceum, & quidquid sancti, amoenive circa Vrbem erat, incensum est: dirutaque non tecta solum, sed etiam sepulcra; nec divini, humanive iuris quicquam, prae impoteuti ira est servatum.* Neque hoc satis; quum videret discedendum ab obsidione esse, ulciscendae contumeliae, amplius fecit. Livius ibidem. *Omissa oppugnatione urbis, diviso cum Philocle rursus exercitu, ad vastandos agros profectus, quum priorem populationem sepulcris circa Vrbem diruendis exercuisset, ne quid inviolatum relinqueret, templa deum, quae pagatim sacrata habebant, dirui, atque incendi iussit; neque diruere modo ipsa templa, ac simulacra evertere satis habuit; sed lapides quoque, ne integri cumularent ruinas, frangi iussit.* Et legati Athenienſium ad AEtolos conqueruntur. *Omnia sepulcra, monumentaque diruta esse in finibus suis; omnium nudatos manes, nullius ossa terra tegi: delubra sibi fuisse, quae quondam pagatim habitantes, in parvis illis castellis, vicisque consecrata, ne in unam urbem quidem contributi maiores sui deserta reliquerint: circa ea omnia templa Philippum infestos circumtulisse ignes: semiusta, & truncata simulacra deum inter prostratos iacere postes templorum.* Quamvis autem liberae essent, sociaeque, tamen etiam praesidium, uti ante a Macedonibus, a Romanis accepere: quod e Livio satis clarum libro citato. *Quod si tantum militum Romanorum fuisset, ut & Chalcis teneri, & non deseri praesidium Athenarum potuisset, magna res principio statim belli, Chalcis, & Euripus, ademta regi forent.* Et lib. XXXII. *Ipse tribus quinqueremibus expeditis Piraeeum praecepit; accepitque naves ibi relictas ab L. Apustio legato ad praesidium Athenarum.* Deinde eas intercepit Mithridates, & recuperavit Sulla Olymp CLXXIII. anno III. isque graviter adflixit; ut videre est apud Plutarchum in eius Vita; Appianum, Mithridatieis; Florum lib. III. Velleium lib. II. Paulum Diaconum Hist. Misc. lib. V. Diruit autem rursus muros; & crudeliter adeo egit, ut e civibus, nisi quos nox conservasset, qui omnino pauci erant, reliquum plane nullum fecerit. Appianus Mithrid. Τῇ δ' ἐξῆς ὁ Σύλλας τοὺς μὲν δούλους ἀπέδοτο· τοῖς δ' ἐλευθέροις, ὅσοι, νυκτὸς ἐπιλαβούσης, οὐκ ἔφθασαν ἀναιρεθῆναι, πάμπαν ὀλίγοις ὕστερον, τὴν ἐλευθερίαν ἔφη διδόναι. *Sequenti autem die Sulla servos quidem reddidit; liberis autem, quotquot superveniente nocte necati non fuerant, admodum paucis libertatem dare se dixit.* Ait Plutarchus in eius Vita, vicatim milites strictis gladiis discurrisse; ac tam magnam Vrbe tota civium stragem edidisse, tum potissimum in foro, ut qui inde flueret sanguis, Ceramicum universum intra Dipylum, adeoque, porta erumpens, suburbium etiam inundaret: quin haud pauciores item, desperatione acti, quum a Sulla nihil mite exspectarent, ipsi sibi manus ultro violentas intulere. Verba Plutarchi ita habent. Αὐτὸς δὲ Σύλλας, τὸ μεταξὺ τῆς Πειραϊκῆς πύλης καὶ τῆς Ἱερᾶς καλουμένης, καὶ συνομαλύνας, περὶ μέσας νύκτας ἐσήλασε φρικώδης, ὑπό τε σάλπιγξι καὶ κέρασι πολλοῖς, ἀλαλαγμῷ καὶ κραυγῇ τῆς

A δυνάμεως, ἐφ' ἁρπαγὴν καὶ φόνον ἀφειμένης ὑπ' αὐτοῦ, καὶ φερομένης διὰ στενωπῶν ἐσπασμένοις τοῖς ξίφεσιν· ὥστε τὸν ἀριθμὸν μηδένα γενέσθαι τῶν ἀποσφαγέντων, ἀλλὰ καὶ τῷ τόπῳ ῥυέντι αἵματι ἔτι νῦν μετρεῖσθαι τὸ πλῆθος, ἄνευ γὰρ τῶν καθ' τὴν ἄλλην πόλιν, ὅ περὶ τὴν ἀγορὰν φόνος ἐπέσχε πάντα τὸν ἐντὸς τοῦ Διπύλου Κεραμεικόν. πολλοῖς δ' λέγεται, καὶ διὰ πυλῶν καταλύσαι τὸ προάστιον. ἀλλὰ τῶν ὕστερον ἀποθνόντων, τοσούτων γιγνομένων, οὐκ ἐλάσσονες ἦσαν οἱ σφᾶς αὐτοὺς διαφθείραντες, οἴκτῳ καὶ πόθῳ τῆς πατρίδος, ὡς ἀναιρεθησομένης. τοῦτο B γὰρ ἀπογνῶναι καὶ φοβηθῆναι τὴν σωτηρίαν ἐποίησε τοὺς βελτίστους, οὐδὲν ἐν τῷ Σύλλᾳ φιλάνθρωπον, οὐδὲ μέτριον ἐλπίσαντας. *Ipse Sulla, quod muri inter portam Piraicam, & sacram est intermedium, diruto, & solo aequato, nocte concubia magno terrore urbem ingressus est, canentibus tubis, & cornibus frequentibus, strepituque, & clamore militum ad praedam, & caedem ab illo dimissorum. Volabant strictis ensibus per vicos, ut numerus iniri non posset caesorum, sed loco copiae inundantis sanguinis etiam hac memoria mensura agatur. Nam ut praeteream* C *per partes urbis reliquas interfectos, qui factus in foro sanguis est, totum Ceramicon usque ad Dipylon mersit; addunt multi & per portam perfudisse suburbium. Quamquam autem numerus fuit tantus ita peremtorum, haud pauciores tamen fuerunt, qui lamentantes, & dolentes vicem urbis velut interiturae, sibimetipsi manus intulere. Id enim ad desperationem, & timendum de salute adegit optimos quosque, qui nihil clementiae, nihil moderationis exspectabant a Sulla.* Praeterea Piraeeum incendit, & Munychiam; ita ut vix pauca quaedam domicilia superfuerint. Strabo, qui non diu post hæc orbem totum describebat lib. IX. Οἱ δὲ πολλοὶ πόλεμοι τὸ τεῖχος κατήρειψαν· καὶ τὸ τῆς Μουνιχίας ἔρυμα, τόν τε Πειραιᾶ, συνέστειλαν εἰς ὀλίγῳ κατοικίαν· *Multa vero bella deiecerunt murum; & Munychiae munimentum, ac Piraeeum contraxerunt in exiguum vicum.* Postea Pompeius, quum illic ageret, instaurandae urbi talenta donavit quinquaginta. Plutarchus in ipsius Vita. Ἐν δὲ Ἀθήναις, τὰ μὲν πρὸς τοὺς φιλοσόφους ὅμοια τῷ Πομπηίῳ· τῇ πόλει δὲ, εἰς ἐπισκευὴν ἐπιδοὺς πεντήκοντα τάλαντα, λαμπρότατος ἀνθρώπων ἤλπιζεν ἐπιβήσεσθαι τῆς Ἰταλίας. *Athenis vero, ea quae Philosophos adiuvent, Pompeio similia: Civitati autem quum ad eius instaurationem quinquaginta talenta dedisset, inter homines clarissimus Italiam ingredi sperabat.* Itaque mox, inter ipsum, Iuliumque exorto civili bello, ei sese coniunxere, geminamque inscriptionem posuere, quae commemoratur mihi *De Athenis* lib. III. cap. IX. Itaque legatus Iulii, Q. Fusius Calenus, quum non posset expugnare agrum circumiectum vastans, Piraeeum, nullo muro tunc munitum, occupavit; ac Pompeio mox devicto, Iulio se permisere; qui iniuriam condonans ob progenitorum gloriam, & virtutem, hanc se mortuis gratiam facere adfirmabat. Dion Cassius lib. XLII. Οἱ δὲ δὴ Καλῆνος ἐπέμφθη εἰς τὴν Ἑλλάδα πρὸ τῆς μάχης ὑπὸ τοῦ Καίσαρος· καὶ εἶλεν ἄλλα τε, καὶ τὸν Πειραιᾶ, ἅτε καὶ ἀτείχιστον ὄντα. τὰς γὰρ Ἀθήνας, καίπερ πλεῖστα τὴν αὐτῶν κακώσας, οὐκ ἠδυνήθη πρὸ τῆς τοῦ Πομπηίου ἥττης

ἥτλης λαβεῖν. τότε γὰρ ἐθελονταὶ αὐτῷ προσεχώρησαν. καὶ αὐτὸς Καίσαρ, μηδὲν μνησικακήσας, ἀθρόως ἀφῆκε. τοσοῦτον μόνον εἰπών, ὅτι πολλὰ ἁμαρτάνοντες, ὑπὸ τῶν πολλῶν σώζοιντο. τὸ δὲ δὴ ἔπος τοῦτο ἐδήλου, ὅτι σφῶν, διά τε τὰς προγόνους, καὶ διὰ τὴν δόξαν τήν τε ἀρετὴν αὐτῶν, ἐφείσατο. *Calenus ante pugnam Pharsalicam a Caesare in Graeciam missus fuerat, quumque Piraeeum, nullo muro munitum cepisset, Athenis tamen, quamquam omnis generis malefieiis eorum agros infestasset, ante cladem Pompeii potiri non potuit: ea audita, ultro ea civitas in deditionem venit, eique Caesar, nulla multa imposita, omnes iniurias remisit; id modo dicens, ipsos, qui magnopere deliquissent, a mortuis servari. Id vero hac oratione innuebat, parcere se ipsis propter maiorum gloriam, virtutemque.* Emendandus per occasionem in Caleni nomine Xiphilinus. Διὰ δὲ τοῦ Καλήνου, τοῦ ὑποστρατήγου, τὰς Ἀθήνας ἑλὼν, ἐθελουσίως αὐτῷ μετὰ τὸ θάνατον τοῦ Πομπηίου προσχωρησάσας, ἀθρόως ἀφῆκε· τοσοῦτον μόνον εἰπών, ὅτι πολλὰ ἁμαρτάνοντες, ὑπὸ τῶν νεκρῶν σώζοιντο. *Quum autem opera Caleni legati Athenas cepisset (nam eae ultro post mortem Pompeii Caesari deditionem fecerant) omnes Athenienses impunitos reliquit; hoc unum inquiens, eos, quum multa deliquissent, a mortuis conservari.* Minus recte hodie legitur, διὰ ᾗ τοῦ Καλοίνου τοῦ ὑ. *sed per Calvinum l.* Deinde interfecto Iulio, Brutum, & Cassium sequutae, statuas iis posuere, iuxta Aristogitonem, & Harmodium. Qua de re videndus Dion lib. XLVII. Xiphilinus in Epitome; Zonaras Ann. II. His sublatis, ad Antonium transiere; isque illis reddidit Tenum, AEginam, Icum, Ceam, Sciathum, ac Peparethum; uti supra a me dictum cap. VI. Eo victo, mox Augustus cum AEginam ipsis insulam, tum vendendae civitatis ius ademit. Ita narrat idem Dion lib. LIV. & abbreviator eius Xiphilinus. Postea seditionem rursum ausae sub extremum Augusti aevum. Orosius in Augusti rebus lib. VI. cap. XXII. *Cunctis gentibus una pace compositis, Iani portas tertio ipse clausit; quas ex eo per duodecim fere annos quietissimo semper obseratas otio, ipsa etiam rubigo consignavit; nec prius unquam, nisi sub extrema senectute Augusti pulsatae, Athenienſium seditione, & Dacorum commotione patuerunt.* Quae totidem pene verbis Paulus Diaconus Hist. Misc. lib. VII. & Freculphus Chronici Tom. I. lib. VII. cap. XVI. & Otho Frisingensis lib. III. cap. IX. Sed oppressa haec seditio, & auctores interfecti. Memorat Eusebius, Hieronymo interprete ad Olympiad. CXCVII. annum I. istis verbis. *Athenienſes, res novas contra Romanos molientes, opprimuntur, auctoribus seditionis occisis.* Orosius in citatis verbis dicit, accidisse eam extrema senectute Augusti, & hoc verum est. Siquidem Olympiadis CXCVII annus I. erat Imperii Augusti quinquagesimus secundus, cui solum quadriennium supervixit. Inter ista quo redactae demum fuerint, sat disertus nobis testis est Lucanus, qui exhaustas plane dicit Iulii tempore, & paucas naves habuisse, quum trecentas eae olim, & quadringentas posse-

A dissent; uti supra a me ostensum cap. VII. Lucani autem isti versus lib. III.

Exhausit totas quamvis delectus Athenas,
Exiguae Phoebea tenent navalia puppes,
Tresque petunt veram credi Salamina carinae.

Et Ovidius, aevo Augusti, Athenarum, praeter nomen, nihil superesse scribit:

Quid Pandioniae restant, nisi nomen, Athenae?

Ac Poeta quidam incertus in Catalectis:

Quisquis Cecropias hospes miraris Athenas,
Quae veteris famae vix tibi signa dabunt;
B *Hasne dii, dices, coelo petiere relicto?*
Regia partitis haec fuit una diis?

Sic, Tiberii aevo, Piso extinctos Athenienses dicit; & colluviem tantum aliquam nationum inhabitare. Verba eius ecce ista apud Tacitum Annal. II. *Oblique Germanicum perstringens, quod, contra decus Romani nominis, non Athenienses tot cladibus extinctos, sed colluviem illam nationum, comitate nimia coluisset.* Hactenus tamen, etsi sub Romanis essent, libertatem retinebant, legibusque etiam suis utebantur. Strabo, qui C circa duodecimum Tiberii annum vitam produxit, diserte dicit lib. IX. Ἐπιπεσὼν δ' ὁ Μιθριδατικὸς πόλεμος, τυράννους αὐτοῖς κατέστησεν. ὃς ὁ βασιλεὺς ἐβούλετο. τὸν δ' ἰσχύσαντα μάλιστα τὸν Ἀριστίωνα, καὶ ταύτῃ βιασάμενον τὴν πόλιν, ἐκ πολιορκίας ἑλὼν Σύλλας, ὁ τῶν Ῥωμαίων ἡγεμὼν, ἐκόλασε· τῇ πόλει δὲ, συγγνώμην ἔνειμε. καὶ μέχρι νῦν ἐν ἐλευθερίᾳ τέ ἐστι, καὶ τιμῇ, παρὰ τοῖς Ῥωμαίοις. *Bello deinde Mithridatico ingruente, iis sub tyrannis coacti fuerunt esse, quos vellet Rex; quorum potentissimum* D *Aristionem, & violenter urbi imperantem, Sulla Romanorum Dux, urbe expugnata, supplicio adfecit, urbique veniam dedit; quae hodie libertate fruitur, & apud Romanos est in honore.* Theophylactus de eo tempore, quo Athenis Paulus Apostolus morabatur, quod in Claudii Imperatoris principatum incidebat, ad Act. cap. XVII. Κἂν γὰρ οἱ Ῥωμαῖοι τότε ἐκράτουν, ἀλλ' ἐν αὐτονόμους ἀφῆκαν Ἀθηναίους. *Etsi enim Romani tunc essent rerum potentes, attamen suis legibus reliquerunt Athenas.* Quae totidem verbis dicit quoque Maximus Monachus in Praefatione sua in Dionysium Areopagitam (a). Fallitur Ioannes Chrysostomus, qui hunc ipsum Actorum locum ubi exponit Hom. XXXVIII. Romanorum legibus Athenienses tunc subiectos fuisse dicit: Οὐκέτι οἱ Ἀθηναῖοι τοῖς οἰκείοις νόμοις ἐχρῶντο, ἅτε ὑποτεταγμένοι ἤδη τοῖς Ῥωμαίοις. *Non amplius Athenienses utebantur propriis legibus, ut qui Romanis iam subiecti erant.* Strabo in citatis verbis certus testis, libertatem illis suam constitisse, immo addit, etiam in honore habitas; atque hoc omnino verum est; quippe foederatae, & sociae. Tacitus de Germanici in hanc Vrbem adventu Annal. II. *Hinc ventum Athenas, foederique sociae, & vetustae urbis dedit, ut uno lictore uteretur.* Ioannes Saresberiensis Policratici lib. VI. cap. XII. *Scripsit ad Magnum Gaium, maiorem Athenienſium, sociorum, amicorumque Populi Romani.* Idque ante bellum primum Macedonicum. Manifestum facit Livius lib. XXXI. ubi nar-

(a) Dionysii Areopagitae Opera ὑποβολιμαῖα.

narrat, obsidionem a Philippo metuentes, Romam ablegasse quosdam, qui suppetias orarent. *Legati Athenienſium auditi. Senatus inde conſultum factum, ut ſociis gratiae agerentur, quod, diu ſolicitati, ne obſidionis quidem metu fide deceſſiſſent.* Et poſtea: *In ipſo apparatu belli legati a rege Ptolemaeo venerunt, qui nuntiarunt, Athenienſes adverſus Philippum petiiſſe a rege auxilium; ceterum, etſi communes ſocii ſint, tamen, niſi ex auctoritate populi Romani, neque claſſem, neque exercitum, defendendi, aut oppugnandi cuiuſquam cauſa, regem in Graeciam miſſurum eſſe.* Deinde: *Gratiae regi a ſenatu actae, reſponſumque; tutari ſocios populo Romano in animo eſſe.* Certe foedus cum Romanis inierunt rege Demetrio, Philippi patre, a quo eos libertatem, & rempublicam recepiſſe ſupra dixi. Et refert circa iſtud tempus Zonaras Annal. II. Καὶ πρὸς Ἀθηναίους δὲ φιλίαν (οἱ Ῥωμαῖοι) ἐπεποιήκεσαν· καὶ τῆς πολιτείας σφῶν καὶ τῶν μυςηρίων μετέσχον. *Sed & cum Athenienſibus amicitiam (Romani) inierant; & civitate eorum, ac myſteriis participaverant.* Libertatem autem ſuam tenuere illibatam uſque ad Veſpaſianum; iſque eripuit, quum nimirum Achaiam totam, in provinciam redactam, tributum dare, & leges quoque Romanorum accipere iuſſit; ut narrat Suetonius in eius Vita cap. VIII. Pauſanias in Achaicis; Paulus Diaconus Hiſt. Miſcellan. lib. IX. Paeanius in Eutropii Metaphraſi; Oroſius lib. VII. cap. IX. Freculphus Chron. Tom. II. lib. II. cap. I. Sed ſub Nerva, ut videtur, & tributum eſt remiſſum, & libertas reſtituta. Coniicere liceat ex Aurelii Victoris iſtis verbis in eius Vita. *Quicquid antea poenae nomine tributis acceſſerat, indulſit; adflictas civitates relevavit.* Quae totidem verbis, hinc deſcriptis, Paulus Diaconus Hiſt. Miſcell. lib. X. & Freculphus libro citato cap. VIII. Sane reſtitutam illis libertatem, clarum e nepote Plinio, qui, ut notum, ſub Traiano, Nervae eius ſucceſſore, ad Maximum Achaiae ordinandae miſſum, ita ſcribit lib. VIII. epiſt. XXIV. *Cogita te miſſum in provinciam Achaiam, illam veram, & meram Graeciam; in qua primum humanitas, literae, etiam fruges inventae eſſe creduntur; miſſum ad ordinandum ſtatum liberarum civitatum, ideſt, ad homines maxime liberos; qui ius a natura datum virtute, meritis, amicitia, foedere denique, & religione tenuerunt.* Et mox: *Nihil ex cuiuſquam dignitate, nihil ex libertate, nihil etiam ex iactatione decerpſeris. Habe ante oculos, banc eſſe terram, quae nobis miſerit iura; quae leges non victa acceperit, ſed petentibus dederit; Athenas eſſe, quas adeas; quibus reliquam umbram, & reſiduum libertatis nomen eripere, durum, ferum, barbarumque eſt.* Verumtamen potius inane nomen, & umbra quaſi, uti eſt in verbis Plinii, iſta fuit; adeoque privilegia magis quaedam, quam antiquam illam, & plenam, neque domino ulli obnoxiam libertatem habuere. Vides apud Spartianum in Septimio Severo. *Athenas petiit, ſtudiorum, ſacrorumque cauſa, & operum, ac vetuſtatum; ubi quum iniurias quasdam ab Athenienſibus pertuliſſet, inimicus his factus, minuendo eorum privilegia, iam Imperator, ſe ultus eſt.* Itaque Archontes ſuos non iam ipſi ſtatuebant, ſed impoſitos a Romanis accipiebant. Inde eſt, quod Hadrianus, necdum Imperator factus, magiſtratu illo functus ibi legitur. Spartianus in eius Vita. *Item Hadriae quinquennalis, quaſi in alia patria; & Athenis Archon fuit.* Et Gallienus, quum imperium deferretur. Trebellius in eius Vita: *Quum tamen ſibi milites dignum Principem quaererent, Gallienus apud Athenas Archon erat.* Eodem modo ὁ στρατηγὸν Imperator conſtituebat; uti oſtendi De Archontibus lib. I. cap. IX. Etiam profeſſores dabat, uti ſupra a me dictum cap. VIII. Certe Athenas legibus Romanorum uſas, ſat teſtatur iſte Eunapii quoque locus in Prohaereſio. Ἔδει γὰρ πάλιν εἶναι, κατὰ τὸν νόμον τὸν Ῥωμαϊκὸν Ἀθήνῃσι, τὸν μὲν λέγοντας· τὸν δὲ ἀκούοντας. *Oportebat enim ex inſtituto Romanorum Athenis viciſſim alios dicere, alios auditores eſſe.* Quin Proconſuli parebant, iſque illis ius dicebat. Videmus clare apud Eunapium in Sophiſta Iuliano: Ἀνεφέρετο ὑπὲρ τοῦ ἀνθυπάτου ἡ δίκη· καὶ ὃς, βαρὺς τις εἶναι καὶ φοβερὸς ἐνδεικνύμενος, τὸν τῶν διδάσκαλων συναρπασθῆναι κελεύει. καὶ τοὺς καλεγορηθέντας ἅπαντας δεσμώτας, ὥσπερ τοὺς ἐπὶ φόνῳ, καθηκεκλεισμένους. *Cauſſae cognitio ad Proconſulem remiſſa eſt, qui ſeverum, ac formidabilem ſe oſtendens vindicem, doctorem comprehendi, vincirique mandat, cum univerſo grege eorum, qui accuſati fuerant, ut homicidii reos.* Et in Prohaereſio: Πρὸς ὑπὲρ τὸ μέγεθος τῆς Προαιρεσίου φύσεως, συςάσεως νεανικῆς, καὶ μάλα σφοδρᾶς, γεγενημένης, τῶν ἄλλων ἁπάντων ἐς τοσοῦτον ἴσχυσεν ἡ στάσις, ὥστε τὸν ἄνδρα ἐξόρισον τῶν Ἀθηνῶν ἐργάσαντο, δεκάσαντες τὸν ἀνθύπατον. *Ceterum coorto ingenti, ac gravi diſſidio propter ingenii, quod in Prohaereſio erat, praeſtantiam, uſque eo invaluit reliquorum coniuratio, & factio, ut eum Athenis excedere compulerint, corrupto largitionibus Proconſule.* Et occurrit crebra illic eius mentio. Syneſius quoque porticus τῆς Ποικίλης tabulas a Proconſule ablatas dicit Epiſt. CXXXV. Καὶ νὴ Δία τὴν Ποικίλην στοὰν, τὴν ἐπώνυμον τῆς Χρυσίππου φιλοσοφίας, νῦν οὐκέτ' οὖσαν ποικίλην. ὁ γὰρ ἀνθύπατος τὰς σανίδας ἀφέλετο, αἷς ἐγκατέθετο τὴν τέχνην ὁ ἐκ Θάσου Πολύγνωτος. *Et per Iovem, porticum Poecilen (Variam) illam cognominem philoſophiae Chryſippi, nunc non amplius Variam. Nam Proconſul tabulas abſtulit, quas artificioſe Thaſius ille Polygnotus elaboraverat.* Manſere autem deſolatae, quales eas adfeciſſe Sullam dixi, uſque ad tempora Hadriani Imperatoris. Ille ſedulo inſtauravit(a). Hieronymus, & ex eo Caſſiodorus in Chronico. *Hadrianus, quum inſignes, & plurimas aedes feciſſet Athenis, agonem edidit, bibliothecamque miri operis exſtruxit.* Hermannus Contractus item in Chronico: *Hadrianus Athenas ampliavit aedificiis plurimis.* Ac quod aedificia adtinet, ſpeciatim ea in Atticis a Pauſania recenſentur; meminitque in partem etiam Spartianus. *Ad Orientem, profectus per Athenas*

(a) Vide *Lib. I. Athen. Attic. Cap.* X.

nas iter fecit; atque opera, quae apud Athenienſes coeperat, dedicavit; ut Iovis Olympii aedem, & aram ſibi. Verum praeter iſta dedit & pecuniam, & frumentum item annuum, Cephaleniamque totam. Xiphilinus in eius Vita: Ἀδριανὸς δὲ χρήματά τε πολλὰ, καὶ σῖτον ἐτήσιον, τήν τε Κεφαλληνίαν ὅλην, τοῖς Ἀθηναίοις ἐχαρίσατο. *Hadrianus vero & pecunias multas, & frumentum annuum, ac totam Cephaleniam Athenienſibus donavit*. Et beneficiorum quidem Hadriani monumentum Inſcriptio vetus iſta habet, Operis Gruteriani pagina MLXXVIII.

ΑΙ Δ ΕΙΣ ΑΘΗΝΑΙ ΘΗΣΕΩΣ Η ΠΡΙΝ ΠΟΛΙΣ.
ΑΙ Δ ΕΙΣ ΑΔΡΙΑΝΟΥ Κ ΟΥΧΙ ΘΗΣΕΩΣ ΠΟΛΙΣ.
Hae ſunt Athenae Theſei quondam urbs.
Hae ſunt Hadriani, & nequaquam Theſei urbs.

Ac partem urbis tam magnifice inſtauratam a ſe ipſe *Hadrianopolin* adpellavit. Spartianus in eius Vita: *Quum titulos in operibus non amaret, multas civitates Hadrianopolis adpellavit; ut ipſam Carthaginem, & Athenarum partem*. Totae autem vulgo *Novae Athenae* dictae. Inſcriptio vetus iſta docet Operis iam nominati pag. CLXXVII.

IMP. CAESAR. T. AELIVS. HADRIANVS. ANTONINVS
AVG. PIVS. COS. III. TRIB. POT. II. P. P.
AQVAEDVCTVM. IN. NOVIS. ATHENIS. COEPTVM.
A. DIVO
HADRIANO. PATRE. SVO. CONSVMMAVIT.
DEDICAVITQ.

Non adſentior viris doctis, qui Athenis in Liguria haec adſcribunt (*a*). Et hoc ipſo, ut exiſtimo, reſpectu, Manilius inferioris (*b*) aevi Scriptor, quum de peſte illa ageret, quae graſſata bello Peloponneſiaco, diſcriminis cauſa *Antiquas* dixit, quia Novae ſua aetate dicerentur. Ecce enim lib. I.

Qualis Erechtheos peſtis populata colonos,
Extulit antiquas per funera pacis Athenas.

Neque aedes urbi tantum, aut templa dedit, ſed & leges. Marianus in Chronico in anno Imperii eius VI. *Hadrianus Athenienſibus, leges petentibus, ex Draconis, & Solonis, reliquorumque libris iura compoſuit*. Praeterea ſacris Eleuſiniis initiatus, beneficia contulit, & agonem item edidit. Spartianus: *Poſt hoc per Aſiam, & inſulas ad Achaiam navigavit, & Eleuſinia ſacra, exemplo Herculis, Philippique ſuſcepit; multa in Athenienſes contulit, & pro agonotheta reſedit*. Iterum alibi: *Athenis mille ferarum venationem in ſtadio exhibuit*. Hadriani beneficia continuavit Antoninus Pius, qui ſucceſſit, ac perfecit aquaeductum, pridem ab eo inchoatum. Vides in Inſcriptione praecedenti. Magnos quoque Marcus Antoninus Philoſophus honores dedit, & doctores omnis generis, annuamque his mercedem, uti ſupra a me dictum cap. VIII. Mox iniquior Severus, quadam offenſa, quum ſtudiorum illic cauſa verſaretur, privilegia ipſis minuit. Spartianus in citatis ſupra verbis: *Athenas petiit ſtudiorum, ſacrorumque cauſa; & operum, ac vetuſtatum; ubi, quum iniurias quaſdam ab Athenienſibus pertuliſſet, inimicus his factus, minuendo eorum privilegia, iam Imperator, ſe ultus eſt*. Inde ſub Valeriano, poſtquam Scythae imminerent, denuo inſtaurata moenia, quae deſtructa ad id tempus iacuere uſque a Sullana clade, annos circiter trecentos quinquaginta. Zoſimus lib. I. Παρελθὼν ὁ βαλεριανὸς κοινῇ γνώμῃ πρὸς τὴν τῶν ὅλων ἀρχὴν, σπουδὴν ἐποιεῖτο τὰ πράγματα εὖ διαθεῖναι. Σκυθῶν δὲ ἐξ ἐθῶν ἀναστάντων, καὶ Μαρκομαννῶν πρὸς τούτοις ἐξ ἐφόδου τὰ πρόσοικα τῶν Ῥωμαίων ἀρχῇ χωρία λεηλατούντων, εἰς ἔσχατον μὲν ἡ Θεσσαλονίκη περιέστη κινδύνου· μόλις δὲ, καὶ σὺν πόνῳ πολλῷ, τ῀ πολιορκίας λυθείσης, τ῀ ἔνδον καρτερῶς ἀνθισχόντων, ταραχαῖς ἡ Ἑλλὰς ἐξελάζετο πᾶσα. καὶ Ἀθηναῖοι μὲν τὸ τείχους ἐπεμελῶντο, μηδεμιᾶς, ἐξότε Σύλλας τοῦτο διέφθειρεν, ἀξιωθέντ῀ φροντίδ῀. *Valerianus de communi omnium ſententia ſummum imperium adeptus, magno ſtudio rebus recte conſtituendis incumbebat. Scythis autem ſuis ex ſedibus egreſſi, & praeter hos Marcomannis quoque per irruptiones finitima Romano Imperio loca depraedantibus, ad extremum redacta periculum Theſſalonica fuit; cuius obſidione vix magno labore ſoluta, fortiter hoſti reſiſtentibus iis, qui in urbe erant, univerſa turbis Graecia torquebatur. Athenienſes reficiendo muro ſtudebant, cui ab eo tempore, quo dirutus a Sulla fuerat, nulla erat adhibita cura*. Et Zonaras Ann. II. Οἱ Σκύθαι τὸν Ἴστρον διαβάντες, καὶ αὖθις τὴν Θρακῴαν χώραν ἠνδραποδίσαντο, καὶ πόλιν περιφανῆ τὴν Θεσσαλονίκην ἐπολιόρκησαν μὲν, ὑ μέντοι καὶ εἷλος. εἰς δέ῀ ὃ τοσοῦτον ἅπαντας περιέστησαν, ὡς Ἀθηναίους μὲν ἀνοικοδομῆσαι τὸ τεῖχ῀ τ῀ ἑαυτῶν πόλεως, καθῃρημένον ἐκ τῶν τοῦ Σύλλα χρόνων. *Scythae Iſtrum tranſgreſſi, & rurſus Thracicam regionem ſubiecerunt, & urbem eximiam Theſſalonicen oppugnarunt quidem, non tamen ceperunt. In tantum vero metum cunctos coniecerunt, ut Athenienſes quidem repararent murum urbis ſuae, a temporibus Sullae iam dirutum*. Ac captae ſane nihilominus paulo poſt ſub Gallieno. Zoſimus libro citato, in Imperio Gallieni: Τῶν δὲ Σκυθῶν τὴν Ἑλλάδα κάκιστα διαθέντων, καὶ τὰς Ἀθήνας αὐτὰς ἐκπολιορκησάντων, Γαλλιηνὸς μὲν ἐπὶ τὴν πρὸς τούτους μετηὶ μάχην, ἤδη τὴν Θράκην καταλαβόντας. *Quum autem Scythae Graeciam graviſſimis damnis adfeciſſent, ipſis etiam Athenis expugnatis, Gallienus manum cum eis, ad Thraciam uſque iam progreſſis, conſerturus acceſſit*. Cedrenus accidiſſe tradit ſub Claudio eius ſucceſſore; ac parum ſane abfuiſſe, quin libros omnes in unum congeſtos igne exurerent. Κλαύδι῀ ἐθα-

(*a*) *Iac. Sponius* quoque in Notis ad Deſcriptionem Athenarum a Babino factam Meurſio repugnaverat; ſed ſui *Itinerari Tom. II.* ſententiam retractavit, & eam Inſcriptionem in Arcu quodam ad montis Ancheſmi radices a ſe lectam refert, adeoque eam de Athenis Atticis eſſe intelligendam.

(*b*) Cuius aevi Scriptor Manilius ſit diſputant Viri docti *Caſ. Gevartius*, I. *Gothofredus*, *Paganinus Gaudentius*, *Eduar. Sherburnus* Theodoſii; *I. Harduinus*, Conſtantini Magni; rectius alii, ut *Salmaſius*, *Voſſius*, *Huetius*, *Rubenius*, *Rubertus*, *Clericus*, *Barthius*, *Triſtanus*, *Poſſinus*, *I. Al. Fabricius* Auguſti aetate vixiſſe arbitrantur.

Digitized by Google

ἐβασίλευσεν ἔτη δύο. ὅτ⊙ πάππ⊙ γέγονε Κωνσαντίυ, τῦ πατρὸς Κονσαντίνυ τῦ ἁγίυ, καὶ μεγάλυ. Ἐπὶ τύτυ οἱ Σκύθαι περάσαντες, κ) τὰς πόλ{ς πορθήσαντες, παραλαβόντες δ{ὲ τὰς Ἀθήνας, συνήγαγον πάντα τὰ βιβλία, καὶ ἐβύλοντο καῦσαι, εἰ μή τις ἐξ αὐτῶν, κρεῖττον τῶν ἄλλων κατὰ πολὺ φρονῶν, ἐκώλυσεν αὐτούς. *Claudius imperavit annos duos; is avus fuit Conſtantii eius, qui ſanctum Conſtantinum magnum filium reliquit. Sub hoc Scythae in Europam effuſi, multas urbes, inque his etiam Athenas vaſtarunt. Athenis captis, omnes libros in unum congeſſerunt, ut eos comburerent. Sed ab hoc eos conſilio quidam longe prudentior detraxit.* Item Zonaras in rebus Claudii Ann. 11. Οἱ Βάρβαροι ϗ πολλὰς μὲν κατέδραμον χώρας, τὴν δέ γε Θεσσαλονίκην ἐπολιόρκυν, ἀλλ' ἐκείνης μὲν τῆς πόλεως ἀπεκρούστησαν· ἐπελθόντες ϗ τ Ἀθήναις, εἶλον αὐτὰς, καὶ συναγαγόντες πάντα τὰ ἐν τῇ πόλ{ βιβλία, καῦσαι ταῦτα ἐβούλοντο. εἷς δέ τις τ συνετῶν παρ' αὐτοῖς δοκούντων, ἀπέῤῥξε τῦς ὁμοφύλυς τῦ ἐγχ{ρήματ⊙. *Barbari vero multas quidem terras incurſabant, Theſſalonicam autem oppugnabant. Sed ab ea quidem urbe ſunt repulſi. Ceterum ipſas Athenas adgreſſi ceperunt, & quum collegiſſent cunctos, qui in urbe erant, libros, eos comburere volebant. Sed unus eorum, qui prudentes videbantur in illis, populares ab incepto detraxit.* Sed quam facile urbem ceperant, tam mox etiam amiſerunt, Cleodemo vindicante; qui, quum fuga evaſiſſet, coactis copiis, & navali pugna adgreſſus, partim eos profligavit, partim urbe capta excedere, & ſalutem fuga quaerere coegit. Zonaras ibidem: Κλεόδημ⊙ Ἀθηναῖ⊙ ἀνὴρ, διαδράναι ἰσχύζας, καὶ πλῆθ⊙ συναγαγὼν, μετὰ πλοίων ἐκ θαλάσσης ἐπῆλθεν αὐτοῖς· κ) πολλὺς ἀνεῖλεν, ὡς κ) τὺς παραλ{φθέντας ἐκεῖθεν φυγεῖν. *Cleodemus, vir Athenienſis, quum potuiſſet evadere, etiam collecta multitudine cum navibus mari illos invaſit; multoſque occidit, ita ut etiam ſuperſtites inde fugerent.* Poſt haec Conſtantinus magnus beneficia non exigua illis contulit, verbis pariter, atque operibus varie ornans. Iulianus de eo in Orat. 1. Καλὸν ἴσως ἐνταῦθα, καὶ τῶν ἀοιδίμων Ἀθηνῶν μνησθῆναι· ἃς ἐκεῖν⊙ ἔργοις, κ) λόγοις, τιμῶν ϗ πάντα χρόνον διετέλει. *Pulcrum fortaſſis hoc loco etiam meminiſſe celebrium Athenarum; quas ille operibus, & verbis honorare omni tempore perſeverabat.* Inter cetera iſtud fuit, quod praefectum Magni Ducis titulo cohoneſtaverit. Nicephorus Gregoras lib. VII. Οἱ ϗ Ῥωσικὸς τήν τε ϛάσιν, καὶ τὸ ἀξίωμα τοῦ ἐπὶ τῆς τραπέζης παρὰ τῦ μεγάλυ κεκλήρωται Κωνσανλίνυ· ὁ ϗ Πελοποννησιακὸς, τὸ τῦ Πρίγκιπ⊙· ὁ δὲ τ Ἀτλικῆς τε κ) τῶν Ἀθηνῶν ἀρχηγὸς, τὸ τῦ μεγάλυ δυκός. *Magni autem Conſtantini temporibus Roſicus locum, & dignitatem dapiferi ſortitus eſt; Peloponneſiacus, Principis; Atticae, & Athenarum Primas, Magni Ducis* (a). Conſtans, petente Prohaereſio, inſulas multas eſt largitus. Eunapius in Prohaereſio. Οἱ δὲ βασιλεὺς (Κώνσας) ἀπϊόνλα πάλιν Ἀθήναζε καὶ δωρεὰν αἰτεῖν ἔδωκεν. ὁ δὲ, τῆς ἑαυτῦ φύσεως ἄξιον ᾔτησε, νήζυς ἐκ ὀλίγας, ὐδὲ μικρὰς, εἰς ἀπαγωγὴν φόρυ, κατὰ σιτηρέσιον τ Ἀθήναις. *Reditum Athenas paranti Imperator (Conſtans) conceſſit, ut precarium munus poſceret; at ille, ut ſe dignum erat, poſtulavit inſulas non paucas numero, neque exiguas, tributarias, & vectigales Athenarum civitati in pendendo frumento.* Sub Arcadio, & Honorio Alaricus cepit quidem illas, verum damni nihil dedit, deterrente cum Minerva, tum Achille. Narrat Zoſimus lib. v. Σπεύδων τὰς Ἀθήνας ἑλεῖν Ἀλάριχ⊙, ὐκ ἐπέμλυε τῇ τούτων (τῶν Θηβῶν) πολιορκίᾳ. Θηβαίων τοίνυν διὰ τῦτο ἐκπεφευγότων, ἐπὶ τὰς Ἀθήνας ἐχώρ{, ῥᾳ̃ξα τὴν πόλιν οἰόμλυ⊙ ἑλεῖν, διὰ τὸ μέγεθ⊙ τῶν ἔνδον φυλαχθῆναι ὐ δυναμένλω. κ) προσέτι, τῦ Πδραιῶς ἐχομένου, σπάν{ τῶν ἐπιτηδείων μετ' ὐ πολὺ πολιορκυμένους ἐνδώσ{ν, ἀλλ' ὁ μὲν Ἀλάριχ⊙, ἐν ταύταις ἦν τ ἐλπίσιν· ἔμελλε ϗ ἡ τ πόλεως ἀρχαιότης, καὶ ἐν οὕτῳ δυσσεβέσι κακοῖς, θείαν τινὰ πρόναιαν ὑπὲρ ἑαυτῆς ἀνασπάσασθαι, καὶ μέν{ ἀπόρ{ητ⊙. ἄξιον δὲ μηδὲ τὴν αἰτίαν, δι' ἣν κ) πόλις περιεσώθη, θεοπρεπῆ τινα ὖσαν, καὶ εἰς εὐσέβ{αν τὺς ἀκύοντας ἐπικαλυμένλω, σιωπῇ διελθεῖν· Ἐπιὼν Ἀλάριχ⊙ πανσραλιᾷ τῇ πόλ{, τὸ μὲν τεῖχ⊙ ἑώρα ἐπινοσῦσαν τὴν πρόμαχον Ἀθλιᾶν, ὡς ἐσιν αὐτὴν ὁρᾶν ἐν τοῖς ἀγάλμασιν, ὡπλισμένλω, καὶ οἷον τοῖς ἐπιῦσιν ἐνίσασθαι μέλλυσαν. τοῖς δ{ὲ τείχεσι προεσῶτα τ Ἀχιλλέα τὸν ἥρω, τοιῦτον, οἷον αὐτὸν τοῖς Τρωσὶν ἔδ{ξεν Ὅμηρ⊙, ὅτε καθ' ὀργὴν τῷ θανάτῳ τῦ Πατρόκλυ τιμωρῶν ἐπολέμ{. ταύτλω ὁ Ἀλάριχ⊙ τὴν ὄψιν ὐκ ἐνεγκὼν, πάσης μὲν ἀπέσχ κατὰ τ πόλεως ἐγχ{ρήσεως, ἐπεκηρυκεύετο δ{ὲ, κ) προσδεξαμένων τὺς λόγυς, ὅρκυς τε λαβόντων κ) δόντων, εἰσῆει σὺν ὀλίγοις εἰς τὰς Ἀθήνας. τυχὼν δὲ φιλοφροσύνης ἁπάσης, λυσάμλυός τε, καὶ κοινωνήζας ἑσιάσεως τοῖς ἐν τῇ πόλει λογάσι, κ) προσέτι γε δῶρα λαβῶν, ἀπεχώρει, τήν τε πόλιν ἀβλαβῆ, κ) τὴν Ἀτλικὴν πᾶσαν, καταλιπών. *Alaricus Athenas capere properans, earum (Thebarum) obſidioni non inhaeſit. Quum igitur ob hanc cauſſam Thebani diſcrimen evaſiſſent, Athenas contendit, facillime ſe urbem occupaturum ratus, quod propter amplitudinem interiorem cuſtodiri non poſſet, quodque praeterea contiguum Piraeeum haberet, non multo poſt inopia commeatus obſeſſos deditionem facturos putabat. Et Alaricus quidem has ſpes fovebat. Verum urbis antiquitas etiam in tam impiis malis divinam quamdam providentiam evocatura pro ſe, ac manſura vaſtationis expers erat. Operae vero pretium fuerit, ne cauſſam quidem, ob quam urbs ſervata fuit, ſane divinam, & excitantem auditores ad pietatem, ſilentio praeteriri. Quum ad urbem Alaricus univerſis cum copiis accederet, murum quidem circumluſtrantem vidit propugnatricem Minervam ea ſpecie, qua inter ſimulacra conſpicitur; armatam ſcilicet, quaſique iam adeuntes invaſuram; ante moenia vero ſtantem Achillem heroa, talem omnino, qualem Troianis Homerus exhibuit, quum ira ſtimulante, Patrocli necem ulturus in eos pugnaret. Hoc ſpectrum non ferens Alaricus, omni adverſus urbem conatu intermiſſo, pacem per praecones civibus offert; quorum illi quum orationem probaſſent, ſacramentis ultro, citroque praeſtitis, cum paucis Alaricus ingreſſus eſt. Exceptus omni genere comitatis, poſteaquam & laviſſet, & cum ſelectiſſimis in urbe viris fuiſſet epulatus; & praeterea muneribus cultus, urbe pariter, &*

(a) Vide *Lib. I. De Archont. Cap. IX.*

Digitized by Google

Attica tota ſine ullo maleficio ceſſit. Sed an Zoſimo in narratione iſta fides conſtet, equidem vehementer dubito. Nam Scriptores temporis eiusdem alii plane eamdem Athenarum quoque ſortem, quam totius Graeciae dicunt. Hieronymus ad Heliodorum Epiſt. III. *Quid putas nunc animi habere Corinthios, Athenienſes, Lacedaemonios, Arcadas, cunctamque Graeciam, quibus imperant Barbari?* Et Claudianus in Rufinum lib. II.

Si tunc his animis acies collata fuiſſet,
Prodita non tantas vidiſſet Graecia clades;
Oppida ſemoto Pelopeia marte vigerent;
Starent Arcadiae, ſtarent Lacedaemonis arces;
Non mare flagraſſet primum, flagrante Corintho;
Nec fera Cecropias traxiſſent vincula matres.

Exſtat quoque apud Eunapium in Maximi Vita hierophantae vaticinium de futura Graeciae calamitate, quam Alaricus illaturus; ſed quum illic nulla Athenarum mentio ſpeciatim, nihil nos iuvare poteſt. Alibi vero in Vita Priſci, barbarorum hanc incurſionem innuens, ita Athenarum meminit, ut immunes eas facere videatur. Ἀλλ' ὅμως καὶ Ἰλλάριος τῶν ἀπολαυσάντων ἦν τῆς κοινῆς συμφορᾶς· ἔξω μὲν εὑρεθεὶς τῶν Ἀθηνῶν, πλησίον μὲν γάρ που Κορίνθου διέτριβε· κατακοπεὶς δὲ παρὰ τῶν βαρβάρων ἅμα τοῖς οἰκέταις. *Sed & Hilarius pariter ex iis fuit, qui communis calamitatis participes fuerunt. Extra Athenas quidem inventus eſt; prope enim Corinthum morabatur. Obtruncatus autem a barbaris una cum familiaribus fuit.* Verum ego Hieronymi teſtimonium, & Claudiani ſatisfacere hic exiſtimo. Certe adeo miſera urbis facies tunc relicta fuit, ut Syneſius, qui temporibus iſtis vixit, pelli comparet, quae conſumto animali, ſola reſtet. Verba eius iſta habes Epiſt. CCXXXV. Ὡς ὐδὲν ἔχουσιν αἱ νῦν Ἀθῆναι σεμνὸν, ἀλλ' ἢ τὰ κλεινὰ τῶν χωρίων ὀνόματα, καθάπερ ἱερείου διαπεπραγμένου τὸ δέρμα λείπεται, γνώρισμα τοῦ πάλαι ποτὲ ζώου· ὕτως, ἐνθένδε Φιλοσοφίας ἐξωκισμένης, λέπεται περινοστοῦντα θαυμάζει τὴν Ἀκαδημίαν τε, καὶ τὸ Λύκειον, καὶ νὴ Δία τὴν Ποικίλην στοὰν, τὴν ἐπώνυμον τῆς Χρυσίππου Φιλοσοφίας, νῦν οὐκέτι οὖσαν ποικίλην. *Quam nihil habent hodiernae Athenae venerandum, niſi incluta locorum nomina, & quaſi pecudis conſumtae pellis reſidua eſt, indicium veteris quondam animalis. Ita, illinc philoſophia emigrare compulſa, reſtat, ut circumiens admiretur Academiam, & Lyceum, & per Iovem Poecilen quoque porticum, illam cognominem Chryſippi philoſophiae, nunc non amplius Poecilen, ſeu Variam.* Quin mellatores tantum quidam inhabitabant. Syneſius in citata Epiſtola: Αἱ δ' Ἀθῆναι, πάλαι μὲν πόλις, ἑσία σοφῶν· τὸ δ' νῦν ἔχον, σεμνύνουσιν αὐτὰς οἱ μελιτουργοί. *Sed Athenae, olim quidem urbs, ſedes ſapientum; ſed, quae nunc ſunt, apiarii eas honeſtant* (a). Poſtea renovavit Iuſtinianus. Procopius Caeſarienſis, περὶ κτισμάτων Ἰουστινιάνου lib. IV. Πόλεις δὲ τῆς Ἑλλάδος ἁπάσας, αἵπερ ἐντός εἰσι τοῦ ἐν Θερμοπύλαις τείχους, ἐν τῷ βεβαίῳ κατεσκάσατο εἶναι, τὰς περιβόλους ἀνανεωσάμενος ἅπαντας. κατήρειψαν γὰρ πολλῷ πρότερον, ἐν Κορίνθῳ μὲν, γρομένων σεισμῶν ἐξαισίων· Ἀθήνησι δὲ, καὶ Πλαταιᾶσι, καὶ τοῖς ἐπὶ Βοιωτίας χωρίοις, χρόνου μήκει πεπονηκότας. *Vrbes autem Graeciae univerſas, quae ſunt intra munimenta Thermopylarum, in ſolido ut eſſent, curavit, muros omnes renovans. Nam diſiecti erant multo ante, Corinthi quidem per motus terrae violentos; Athenis autem, & Plataeis, & in Boeotiae locis longinquo tempore infirmati.* Ab hoc tempore, annis circiter ſeptingentis, ſeu deliquium eſt Hiſtoriae, ſeu Fortunae laſsae quies, omnino nec fecere quicquam, neque paſsae; certe nihil litterarum monumentis conſignatum invenitur. Tandem, Balduino Flandro Imperatore, Leo Scurus obſidere eſt adgreſſus. Nicetas Choniates in Balduini eius Vita: Καὶ προϊὼν ἀεὶ τοῖς λῃστεύμασι (Λέων ὁ Σγυρὸς,) εἶτα καὶ τὴν Ἀθήναις αὐταῖς προσήραξε μετὰ πολεμικῶν νηῶν. καὶ τὴν Ἰσθμὸν διελθόντος στρατεύματος, ἐλπίσι θαλπόμενος, ὡς εὐμαρῶς κρατήσῃ τῆς ἀκροπόλεως. *Et praedationibus ſemper procedens (Leo Scurus,) mox etiam Athenis ipſis ſe impegit cum bellicis navibus, etiam Iſthmum tranſgreſſo exercitu, illectus magna ſpe, quaſi facile eſſet occupaturus arcem.* Sed mox deſtitit, ut Nicetas illo ipſo loco narrat. Brevi tamen interiecto temporis ſpatio rurſum Bonifacius Marchio obſidet, capit, & praeſidium arci imponit. Nicetas poſtea ibidem: Προϊὼν δὲ (de Bonifacio iſto loquitur) κρατεῖ καὶ τῆς Ἀττικῆς, καὶ τῇ ἀκροπόλει φρουρὰν ἐγκαθίστησιν. *Progreſsus vero obtinet ipſam quoque Atticam, & arci praeſidium imponit.* Poſtea Delues quidam tenuit ex Arragonum regum genere. Laonicus Chalcocondyles lib. II. Δηλωθῆς δὲ, ὁ τῆς γυναικὸς ἀνὴρ, πρόσθεν ἐτετελευτήκει νόσῳ. ἦν δὲ ὅτου γένους τῶν Ταρρακονησίων βασιλέων. καὶ ὁπότε ἔτους ἀπὸ Ἰταλίας ἀφικόμενος ἐπὶ Πελοπόννησον, κατέσχε τὴν Ἀττικὴν ἅμα καὶ Βοιωτίαν, πρὸς τῇ Πελοποννήσῳ. *Delues autem illius feminae maritus, prius morbo perierat. Is vero erat ex genere Tarraconenſium regum. Et quum ille ex Italia profectus eſſet in Peloponneſum, obtinuit Atticam pariter, ac Boeotiam praeter Peloponneſum.* Hoc defuncto, occupavit Baiazetes Turcarum Princeps, & praefectum ei dedit; ut Laonicus idem ibidem nobis auctor. Hinc cepere Catelani ſub Andronico Palaeologo ſeniore. Nicephorus Gregoras lib. VII. Οἱ μέν τοι Κατελάνοι, ἀναθαρρήσαντες πρὸς τὰ δρώμενα, παντοδαποῖς κυκλωσάμενοι βέλεσιν, τύτους μὲν ἅπαντας ἄρδην κατέσφαξαν. κἄπειτα, εὐθὺς ἐκθεν ἐξιππασάμενοι, τοὺς φεύγοντας κατόπιν ἐδίωκον, ἄχρι Θηβῶν τε καὶ Ἀθηνῶν· ἃς δὲ κατ, ἀπροσδοκήτως ἐπεισπεσόντες, ῥᾳστα χειροῦνται, αὐτοῖς χρήμασι, καὶ αὐταῖς γυναιξί τε καὶ τέκνοις. *Nihilominus Catelani, recepto ſpiritu ad ea, quae fiebant, innumeris telis circumvenientes, penitus quidem trucidarunt univerſos; ac deinde, ſtatim illinc equitatu emiſso, fugientes a tergo perſequuti ſunt uſque Thebas, & Atticam; quas etiam ex inopinato invadentes, facil-*

(a) Et copioſum quidem mellis proventum Athenis etiamnum eſſe, cum ea probant, quae *Lib. De Pop. Att.* in Τμητὸς habentur; tum *Sponius* in ſuo *Itinerario* confirmat. Hinc Apes in nummis Athenienſium occurrunt.

Digitized by Google

facillime capiunt cum opibus omnibus, omnibusque feminis, & prole. Catelanos Atticam quoque tenuisse, patet item ex Ioanne Cantacuzeno Hist. lib. III. cap. XII. *Catelani, Atticam, & Boeotiam incolentes, velint, nolint, se nobis dedent*. Hieronymus Paulus in Descriptione sua Barcinonis, coloniam Catalanorum facit. *Et in Graecia quondam percelebres Athenae, & Zacynthus insula, & Icossium in Africa, Catalanorum coloniae fuerunt*. Hi sunt ipsi, quos Laonicus Celtiberos nobis dicit; & eripuisse iis Rainerium quemdam Acciaiolum Florentinum, Venetisq; reliquisse. Verba ista lib. IV. Τήν τε Ἀθλιῶν πόλιν, ἀφελόμενος ταύτῃ τὸ πρόσθεν (ὁ δὲ ξ Ῥαινέριος) τῆς Κελτίβηρας ἀπὸ Ναβάρας, εἶχον γὰρ δὲ καὶ ταύτῃ οἱ Ἴβηρες, καταλαβόντες, κατέλιπε τοῖς Οὐενετοῖς. *Et Athenarum urbem, quum abstuliisset eam antea (dux Rainerius) Celtiberis, qui Navarram incolunt (etenim habebant illam Hispani,) atque evertisset, reliquit Venetis*. Venetis vero statim eripuit Antonius, Rainerii eius filius nothus. Laonicus ibidem: Τούτῳ τῷ ἡγεμόνι (τῷ Ῥαινερίῳ) παῖς ἐγίνετο νόθος. ἀπὸ γὰρ τῆς Εὐβοίδος αὐτῷ γυναικὸς ἄῤῥεν οὐκ ἔτυχε γόνος. νόθῳ δὴ τῷ παιδὶ ἦν ὄνομα Ἀντώνιος. ἔτος δὴ ὃν ἐπὶ τοὺς Οὐενετοὺς ἐξήνεγκε πόλεμον, καὶ τὰς Ἀθήνας ἐπολιόρκει, προσέχων ἐντελαμένως. *Huic duci (Rainerio) filius erat nothus; nam ab Euboica uxore non contigit illi proles mascula. Notho huic autem filio nomen erat Antonio. Iste igitur contra Venetos bellum gessit, & Athenas oppugnabat, instans acriter, & contente*. Et paulo post: Καὶ ἀπιὼν αὖθις ἐς τοὐπίσω, ἐπολιόρκει τὴν Ἀθλιῶν πόλιν. ἐς ὃ δὴ προδοσίαν αὐτῷ συνθεμένων τῶν Ἀθλιαίων, τήν τε πόλιν κατέσχε, καὶ ὑ πολλῷ ὕστερον πολιορκῶν τὴν ἀκρόπολιν, παρεσήσατο, καὶ ἐτυράννευσε τ τε Ἀττικῆς, καὶ Βοιωτίας. *Et rursum discedens retrorsum, oppugnabat Athenarum urbem. Quapropter proditionem cum eo pacisscentibus ipsis Atheniensibus, & urbem obtinuit, & non multo post adgressus arcem devicit, & dominatus fuit Atticae, Boeotiaeque*. Ab eo tempore Acciaioli annos aliquot tenuere; Nerius, Antonii huius consanguineus; inde Antonius eius frater, Nerio ipso, ut imbelli, deturbato; post hunc Nerius idem iterum, fratre Antonio defuncto, cui uxor mox successit; quae deiecta propter crimen, successorem Francum habuit, Antonii secundi filium. Atque haec omnia observare est apud eum, quem iam dixi, Chalcocondylam libro sexto, item nono. Et Antonius quidem iste est, quem Comneni cognomento nominat Georgius Phranzes, Chronici libro II. cap. X. *Ineunte aestate anni 6943. Christi 1435. Athenarum, & Thebarum dynasta, Antonius Lantzioles* (quod corruptum est *Acciaiolus*) *Comnenus naturae concessit*. Antea in eodem capite, sine isto Acciaioli cognomento, Antonius Comnenus dicitur, illis verbis: *Anno 6942. Christi 1434. die Ianuarii septimo, rursum legatione ad Antonium Comnenum, Athenarum dominum, nec non ad Ameram, & ad Imperatorem denique functus sum*. Sub Franco autem iterum denique in Turcarum potestatem pervenere, compellente eum Omare, Mahometis legato; etiam tunc admirandae, ut Laonicus nobis testis lib. IX. Οὕτω μὲν δὲ Ἀθῆναι ὑπὸ βασιλεῖ (τῶν Τόρκων) ἐγένοντο, παρασησαμένου Ὠμάρεω. τότε δὴ περιὼν ὁ βασιλεὺς, καὶ τὴν πόλιν, τήν τε ἀκρόπολιν θεώμενος, ἐν θαύματι ἐπεῖλο. *Ita quidem Athenae sub dominatum [Turcarum] redactae sunt urgente Omare. Tunc igitur victor Imperator, urbemque, & arcem contemplatus, miraculi instar habuit*. Idque factum anno Christi CIↃ CCCCLV. Qua occasione autem Turcae ceperint, & quo modo, habes item apud eumdem Chalcocondylam iam citato libro nono. Quis earum autem status illo tempore fuerit, scire possumus ex Aenea Picolomineo de statu Europae sub Friderico III. Imp. usque ad annum CIↃ CCCCLVIII. Is ita refert cap. VI. *In hac [Attica] civitas Atheniensis quondam nobilissima fuit, nullius indiga praeconii: tanta eius superfluit claritas. Eadem nostro tempore parvi oppidi speciem gerit. In eo tamen saxo, quo vetustum Minervae templum fuit, arx est per omnem Graeciam nominata, cum operis magnitudine, tum difficultate oppugnationis. Hanc Florentinus quidam Mahometi tradidit; quum, imploratis Latinorum auxiliis, nullius opem inveniret*. Simeon Cabasilas, in Epistola ad Martinum Crusium scripta, anno CIↃ IↃ LXXVIII. tradit etiamnum circuitum septem instar mille passus, ac duodecim circiter millia habitantium, continere; partem unam Ismaelitis; alteram vero Christianis incolentibus, & exstare templum adhuc IGNOTI DEI, regiamque marmoribus, columnisque maximis exstructam, in cuius porta versus iste supra nobis memoratus habeatur.

Αἱ δ' εἰσ' Ἀθῆναι, Θησέως ἡ πρὶν πόλις.

Hae sunt Athenae, Thesei quondam urbs.

Verba Cabasilae ecce ista: Πάλαι μέν τὸ τῶν Ἀθλιῶν ἄστυ τρίπλοκον ἦν, καὶ ἅπαν οἰκούμενον. νῦν δὲ, τὸ μὲν ἐσώτερον, ὅπερ ἀκρόπολις, ἐν ᾧ ναὸς καὶ τῷ ΑΓΝΩΣΤΩ ΘΕΩ, ἅπαν ὑπὸ μόνων Ἰσμαηλιτῶν οἰκούμενον· τὸ δ' ἐκτὸς, τὸ ἀνὰ μεταξὺ φημί, ὅλον ὑπὸ τῶν Χριστιανῶν, τὸ δ' ἐξωτέρω, ἐν ᾧ καὶ βασίλεια, διὰ μαρμάρων, καὶ κιόνων μεγίστων, ἐφ' ὧν τῆς πύλης περιγέγραπται μονόστιχον, καὶ ἔτι σωζόμενον·

Αἱ δ' εἰσ' Ἀθῆναι, Θησέως ἡ πρὶν πόλις.

τὸ τρίτον, οἰκούμενον, ὅλον δὲ, ἐν ὅσῳ οἱ ἄνθρωποι ὄντες τυγχάνουσιν, ἔχει ἄνδρας τὸν ἀριθμὸν χιλιάδας δώδεκα· ἀφ' ἧς, ἢ ἐπὶ μιλίων περιεχόμενον. *Antiquitus Athenarum urbs erat triplex, ac tota habitata; nunc vero pars interior, ubi arx, in qua etiam templum* IGNOTO DEO, *omnis a solis Ismaelitis incolitur; pars autem exterior, quae tamen media est, tota a Christianis. Magis autem externa, in qua etiam regia ex marmoribus, & columnis maximis, in quarum porta circumscriptum est monostichon, nunc quoque servatum:*

Hae sunt Athenae, Thesei quondam urbs.

tertia pars, habitata; totum vero, in quanto spatio homines morantur, habet hominum numero millia duodecim, sex, aut septem milliaribus comprehensum (a). Ecce autem, e duocen-

(a) *Sponius* eruditissimus *Tom. II. Itinerarii* hodiernas Athenas adcurate describit, & in octo regiones, quas *Platomata* adpellant, divisas esse ait.

centis, quae fuerunt olim, ſtadiis, uti ſupra a me oſtenſum, quinquaginta vix ſuperſunt; & redactae ad quartam partem magnitudinis priſcae Athenae: Itaque non iniuria ſane, quod Syneſius, uti ſupra a me dictum, animali, cuius pellis tantum reſtet, comparabat. Theodoſius Zygomalas in quadam Epiſtola: Ἀλλὰ τί, τῶν Ἀθηναίων μνησθείς, μακρολογῶ, δέρμα λελειμμένας τῇ πάλαι ποτὲ ζώης; *Sed quid, reminiſcens Athenarum, longos ſermones facio, quae pellis relictae ſunt animalis priſtini?* Et tributum puerorum pendunt Turcae. Indicat Antonius, Eparchus Corcyraeus in Elegia, qua deplorat Graeciae everſionem:

Ἔγρεο Ταρταρίων ποτὲ κευθμώνων ἀπὸ, Θησεῦ,
Ὄμμασι μυδαλέοις Κεκροπίδα δ' ἔσιδε,
Μυρίον αὖθις πέμπουσαν κρατερᾶς ὑπ' ἀνάγκης
Οὐχ ἕνεκ' Ἀνδρόγεω δασμὸν ἀπ' ἠιθέων.

Tartareis tandem latebris caput exſere, Theſeu,
Et madidis oculis inſpice Cecropiam,
Innumeros iterum pueros quam dura tributum
Mittere lex cogit, neve id ob Androgeon.

Vnicumque fere ſtudium, oleum facere; & hoc quæſtu vitam tolerant (a). Theodoſius Zygomalas in Epiſtola quadam ſua, ſcripta ad Cruſium anno clɔ Iɔ LXXXI. Πολαμοὶ δὲ, ὁ Κηφισὸς, καὶ ὁ Ἰλισός. τούτων τῶν πολαμῶν τοῖς ὕδασι πολίζουσιν Ἀθηναῖοι τὰ δένδρα τῶν ἐλαιῶν, χιλιάδες ὄντα πολλαί. καὶ ἔλαιον ποιοῦσι, δι' ὃ Κωνσταντινούπολις, καὶ ἄλλαι πόλεις, ἐξαρκοῦνται. καὶ Ἀθηναῖοι χρήματα πολλὰ λαμβάνουσι, διὰ τὰς χρείας, ἃς ἔχουσιν, ἐξοικονομούμενοι δεόντως. *Fluvii vero Cephiſſus, & Iliſſus; horum fluviorum aquis irrigant Athenienſes arbores olearum, quarum multa millia ſunt, & oleum faciunt, unde Conſtantinopolis, & aliae urbes commeatum accipiunt. Et Athenienſes multas adquirunt pecunias ex his, quae uſui ſunt, decenter ea diſpenſantes.* (b) Sed quae Vrbis, haec fortuna & linguae fuit; atque ut illa, ita iſta plurimum degeneravit. Ac vis ſcire? quum ſint ſeptuaginta amplius tota Graecia dialecti, omnium tamen peſſima eſt Athenienſium, Simeon Cabaſilas in citata ſtatim Epiſtola: Περὶ δὲ τῶν διαλέκτων τί ἂν καὶ εἴποιμι, πολλῶν ὐσῶν, καὶ διαφόρων, ὑπὲρ τῶν ἑβδομήκοντα; τούτων δ' ἁπασῶν, ἡ τῶν Ἀθηναίων χαρίεση. *Sed de dialectis quid tandem dicam, quae multae ſunt, & diverſae ultra ſeptuaginta? harum vero omnium peſſima eſt Athenienſium* (c). Theodoſius Zygomalas in Epiſtola quadam alia: Καὶ τὸ δὴ χάριεσσον, τὺς ποτε σοφωτάτους Ἀθηναίους εἰ ἤκουσας, δακρύων ἂν ἐγένου μέσος. ὅσον γὰρ ὑπερεπερίσσευσέ ποτε ἡ καθαρὰ, καὶ ἀδολος τῶν Ἑλλήνων φωνὴ, τόσον ἡ βάρβαρος ἐπλημμύρησε, κὴ ἀκούεται ἔξοχα πάντων. *Et quod eſt peſſimum, illos quondam ſapientiſſimos Athenienſes ſi audires, uberibus lacrimis ora rigares. Quantopere enim excelluit quondam iſta pura, & incorrupta Graecorum lingua, tantopere invaluit barbarica, & auditur ſupra ceteras omnes.* Et in alia: Ἡ πλέον ἢ βάρβαρος, ἔστιν ἡ τῶν Ἀθηναίων· ἤ τις ἦν, ὅτε ὑπῆρχεν, ἀρίστη. ἢν τις εἰ εἴποι καταδιάμετρον τῇ πάλαι, οὐκ ἂν ἁμάρτοι. *Maxime autem barbarica eſt Athenienſium, quae erat, quum exſtaret, optima; quam ſi quis dicat e regione adverſam antiquae, non erraverit.* Quin ne nomen quidem ſuum Vrbi incorruptum manſit, ac *Sathines* nuncupatur, ceu Σαθήνας, quod eſt Εἰς Ἀθήνας, diceres (d). Iure merito hoc Maronis uſurpaverim:

Tantum aevi longinqua valet mutare vetuſtas.

(a) De mercatura Athenienſium vide *Sponium Tom. II. Itinerarii pag.* 250.

(b) Olei magnum proventum ſemper in Attica fuiſſe oſtendit etiam celebre Hadriani Imperatoris edictum marmore inſculptum, & a *Sponio Tom. III. Itinerarii* a *Velbero* autem *Tom. II.* productum.

(b) *Sponius* tamen *Tom. II. Itinerarii* aliud indicare videtur: *Graeca*, inquit, *Athenienſium lingua purior eſt, quam lingua Sporadum, Italicis vocibus magis intermiſta. Quaedam etiam antiqua vocabula ſervaverunt, quae alibi non intelligerentur, ut* πῦρ ignis, *quamquam & ut ceteri Graeci* φωτίαν *adpellant;* φρέαρ puteus, *quem alibi* Pigadi *vocant. Porro haud conſectarium exſiſtit, veram & antiquam Graecam linguam ab iis intelligi &c.*

(c) *Sponius Tom. II. Itiner. Turcae*, inquit, *& Graeci adhuc* Athina *nominant, & error eſt minime ferendus, niſi in nautis, eas* Sathinas, *vel* Satina *adpellare. Id enim oritur ex eo, quod quum ad Athenas dicere volunt,* s' Athina *proferunt, quod eſt vocum* εἰς Ἀθήνας *compendium.*

FINIS.

Digitized by Google

ATHENAE ATTICAE

SIVE

DE PRAECIPUIS ATHENARUM ANTIQUITATIBUS.

LIBRI TRES.

Digitized by Google

VIRIS AMPLISSIMIS, PRUDENTISSIMISQUE

QUINTINO VERIO

I. C. ET PRAETORI;

IOANNI QUARTELARIO, THOMAE CASSIOPINIO, CASPARO KINSCHOTIO I. C.

Reipublicæ Hago-comitanæ Conſulibus.

IOANNES MEURSIUS

Dedico, Conſecroque.

QUI incerta rerum humanarum volet contemplari, Viri Ampliſſimi, ac Prudentiſſimi, is Athenas mihi videat; illas olim tam ingentes, ut ducenta fere ſtadia in circuitu continerent; tam potentes, ut ſibi ipſos quoque reges tributarios haberent; tam illuſtres, ut ſplendore, gloriaque plurimas Rerump. ſuperarent, ipſæ a nulla vincerentur: at nunc ita imminuta eſt magnitudo, ut conſumti animalis oſſa, ac pellis, quod Syneſius olim eleganter dixit, tantum eſſe videantur: & potentia adeo illis nulla reſtat, ut miſerrimam contra ſervitutem ſerviant, ſub Turcarum imperio ſitæ: gloriæ item par fortuna eſt; & vix nomen nunc ſciretur, niſi Hiſtoria id ſervaſſet. Ego, ceu reliquias quaſdam in cineres redacti corporis, quæ legendo apud Auctores ſingularia quondam in Urbe obſervavi, in volumen hoc colligere animum induxi; ut ſic quaſi inſtaurarem Urbem, indignam, quæ tam miſere intercideret. Huic Operi quum patronos circumſpicerem, quibus recte dedicarem, Vos in primis occurriſtis, qui, ut bene erga humaniores Literas animati ipſi eſtis, ita earum dignitatem, quantum in Vobis, per benigne defendendam exiſtimatis. Atque ut publica iſta cauſa, ſic privata quædam mea eſt. Ego, qui in territorio veſtro natus, & educatus, prima quoque Literarum tyrocinia quadriennium in Gymnaſio veſtro feci, monumentum aliquod meæ obſervantiæ Vobis exhibendum ſtatui. Itaque nunc hoc tenete; & me, civem, non indignum quem ametis, quaſque offero ATHENAS, *ut benigne complectamini, pro humanitate Veſtra ſingulari, etiam atque etiam rogo. Lugduni Batavorum, ad diem* IV. *Octobris* CIↃ IↃC XXIV.

ATHE-

Digitized by Google

Digitized by Google

Porta Piraeensis
Pompeium
Via quae Piraeum duc
Gymnasium Mercurii
Domus Charmidae
CYNOSARGES
Gymnasium
Porta Aegei
Templum Herculis
Sepulcrum Socratis
Apollinis Lycii Templum
Arcus Antiochi Philopappi
Callirhoe
Enneacrunos
Tripodes
Odeum
Templum Bacchi
Bacchi Theatrum
Templum Aesculapii
Fons Halirrhotii
Themidis Fanum
MVSEVM
Templum Eumenidum
Via Maritima quae Piraeum ducit

Digitized by Google

ATHENARUM ATTICARUM SIVE

De præcipuis Urbis Athenarum, Atticæque Antiquitatibus.

LIBER PRIMUS.

CAPUT PRIMUM.

Athenæ Atticæ. De his Opus singulare, sive Meneclis, sive Callistrati, sive utriusque. Harpocration emendatus; item Suidas; & fortassis Scholiastes Aristophanis.

ATHENAE plures memorantur. Inter omnes vetustate, magnitudine, dignitate, potentia, fama, primæ Atticæ: itaque, propter excellentiam, sic distincte apud Auctores nominantur. Plautus in Epidico Act. III. Sc. IV.

——— fateor me omnium
Hominum esse Athenis Atticis minimi pretii.

In Milite Act. II. Sc. I.

Erat herus Athenis mihi, adolescens optimus.
Is amabat meretricem, matre Athenis Atticis.

Et Rudente Act. III. Sc. IV.

Immo Athenis gnatus, altus, educatusque Atticis.

Macrobius Saturn. lib. VII. cap. I. *Nam si, ut apud Athenas Atticas, Areopagitæ tacentes iudicant, ita inter epulas oportet sileri; non est ultra quærendum, inter mensas philosophandum necne sit.* Apuleius, Milesia I. *Continuatur Pythias, condiscipulus apud Athenas Atticas meus.* Et Florid. I. *Secta licet Athenis Atticis confirmata.* Ammianus lib. XXVII. *Athenis Atticis antehac magister Rhetoricus.* Symmachus ad Hephæstionem lib. V. epist. XXXIII. *Ut solent Athenas Atticas aliqui, vel gymnasia petere Musarum; ita peregrinationes tuas, desiderio trahente, comitantur.* Occurrit etiam apud alios; nec colligere testimonia plura libet, quando & ista sunt plus satis. Ac de iis olim Opus singulare scripsit Menecles, seu Callistratus; nam de Auctore dubitatur. Harpocration in Ἑκατόμπεδον. Ὁ Παρθενὼν ὑπό τινων Ἑκατόμπεδος καλεῖται, διὰ κάλλος, καὶ εὐρυθμίαν, ἢ διὰ μέγεθος· ὡς Μενεκλῆς, ἢ Καλλίστρατος, ἐν τῷ Περὶ Ἀθηναίων. *Parthenon a quibusdam Hecatompedos appellatur propter pulcritudinem, & concinnitatem, non propter magnitudinem; ut Menecles auctor, sive Callistratus in Opere De Athenis.* Iterum in Κεραμεικὸς. Δύο εἰσὶ Κεραμεικοὶ, ὡς καὶ ὁ ῥήτωρ φησίν· ὁ μὲν, ἔνδον ἐν τῇ πόλει· ὁ δὲ ἕτερος, ἔξω τῆς πόλεως· ἔνθα καὶ τοὺς ἐν τῷ πολέμῳ τελευτήσαντας ἔθαπτον δημοσίᾳ, καὶ τοὺς ἐπιταφίους ἔλεγον. ὡς δηλοῖ Μενεκλῆς, ἢ Καλλίστρατος, ἐν τῷ Περὶ Ἀθηναίων. *Duo sunt Ceramici, ut Orator etiam ait; unus quidem intra Urbem; alter vero extra eam: ubi & in bello cæsos publico funere efferebant, & orationes funebres recitabant: ut Menecles refert, seu Callistratus in Opere De Athenis.* Non recte est apud eundem in Ἑρμαῖ. Μενεκλῆς, ἢ Καλλίστρατος, ἐν τῷ Περὶ Ἀθηναίων, γράφει ταυτί. *Menecles, sive Callistratus, in Opere De Athenienſibus ista scribit.* Rescribe, ἐν τῷ Περὶ Ἀθηνῶν. *In Opere De Athenis.* Quo mendo laborat eius quoque exscriptor Suidas, itidem restituendus. Aristophanis Scholiastes Avibus utrumque scripsisse, & Meneclem, & Callistratum, indicare videtur. Οἱ ἐν τῷ πολέμῳ ἀναιρεθέντες, ἐν τῷ Κεραμεικῷ ἐθάπτοντο· ὡς Μενεκλῆς, καὶ Καλλίστρατος, ἐν τοῖς Περὶ Ἀθηνῶν συγγράμμασι, φασί. *Qui in bello cecidissent, in Ceramico sepeliebantur; ut Menecles, & Callistratus in libris De Athenis referunt.* Nisi quis legendum putet; ὡς Μενεκλῆς, ἢ Καλλίστρατος, ἐν τοῖς Περὶ Ἀθηνῶν συγγράμμασι, φησί. *Ut Menecles, sive Callistratus, in libris De Athenis refert.* Atque hoc Opus si exstaret, plurima certe discerenus, quæ nunc ignorare cogimur. Equidem induxi animum, denuo illustrare Urbem; & collapsam tot iam annos, ex Auctorum monumentis, quantum stilo fieri potest, instaurare.

CAP. II.

Iunonis templum a Mardonio incensum; & simulacrum, Alcamenis opus. Antiopes sepulcrum, & Menandri; atque in illud Epigramma Diodori. Euripidis cenotaphium. Sepulcrum ignoti; in quo miles equo adstans, opus Praxitelis. Domus, pompis ordinandis. Πομπεῖον. Pollucis locus restitutus. Socratis, Isocratis, & Comœdorum statuæ. Templum Cereris, in quo simulacrum ipsius; tum Proserpinæ, & tenentis facem Iacchi. Neptunus equestris in Polyboten hastam mittens.

ATHenarum Antiquitates maxime insignes, quo Pausanias præit ordine, referemus; bene ita de Athenis merituri, &

Pau-

Pausania: in cuius Atticorum partem, quæ de Urbe ista agit, nostrum hoc Opus instar Commentarii erit. Incipit ille a Piræeo; quem quum libro singulari, mox edendo, exposuerimus; in Phalero, huic annexo, desinentes; quæ deinde sese offerunt persequemur. Qua Phalero Athenas itum, hic Iunonis templum erat; neque fores, neque tectum ullum habens: a Mardonio id incensum, neque postea instauratum ad Pausaniæ usque ætatem: tamen simulacrum inerat, ab Alcamene fabrefactum. Ipse narrat. Ἐ"στι δὲ κατὰ τὴν ὁδὸν, τὸν ἐς Ἀθήνας ἐκ Φαληροῦ, ναὸς Ἥ"ρας· ὅτε θύρας ἔχων, ὅτε ὄροφον. Μαρδόνιον φασὶν αὐτὸν ἐμπρῆσαι, τὸν Γωβρίου· τὸ δὲ ἄγαλμα, τὸ νῦν δὴ, καθὰ λέγουσιν, Ἀλκαμένους ἐστὶν ἔργον. *Est in via, qua Phalero Athenas itur, Iunonis fanum; neque fores habens, neque tectum; quod Mardonium incendisse ferunt, Gobrii F. simulacrum vero, quod nunc exstat, uti ferunt, ab Alcamene est factum.* Meminitque iterum Phocicis. Ἑλλήνων δὲ τοῖς ἀνίσασι τῷ βαρβάρῳ, τὰ καλλικαυθέντα ἱερὰ μὴ ἀνίστάναι ζφίσιν ἔδοξεν· ἀλλ' ἐς τὰ πάντα ὑπολέπεσθαι χρόνον, τῶν ἔχθους ὑπομνήματα. καὶ τῶνδε εἵνεκα οἵτε ἐν τῇ Ἁλιαρτίᾳ ναοὶ, καὶ Ἀθηναίοις τε Ἥ"ρας ἐπὶ ὁδῷ τῇ Φαληρικῇ, καὶ οἱ ἐπὶ Φαληρῷ τῆς Δήμητρος, καὶ καθ' ἐμὲ ἔτι ἡμίκαυτοι μένουσι. *Græcis vero, qui cum Barbaro pugnarunt, visum fuit, incensa fana non instaurare, sed in omne ævum sic relinquere, ut odii monumenta essent. Ideo Haliartiæ templa, & Iunonis, quod est apud Athenienses, in via Phalerica; Cereris que, quod Phaleri; etiam ad nostram ætatem semiusta permansere.* Mox Antiopæ monumentum, quod in Urbem ingressis primum occurrebat, idem memorat. Ἐσελθόντων δὲ ἐς τὴν πόλιν, ἔστιν Ἀντιόπης μνῆμα Ἀμαζόνος. *Urbem ingressis Antiopæ Amazonis monumentum sese offert.* E Piræeo vero in Urbem ascendentibus, iuxta viam est Menandri monumentum, & Euripidis cenotaphium. Pausanias. Ἀνιόντων δὲ ἐκ Πειραιῶς, ἐστὶ λάφοι κατὰ τὴν ὁδὸν γνωριμώτατοι Μενάνδρου τοῦ Διοπείθους, καὶ Εὐριπίδου κενόν. *E Piræeo ascendentibus in via occurrunt sepulcra notissima Menandri, Diopithis filii; & Euripidis, sed hoc vacuum.* Ac Menandri quidem sepulcro Epigramma Diodori hoc inscriptum, quod exstat Anthologiæ lib. III. Tit. VI.

Βάκχῳ, καὶ Μούσῃσι μεμηλότα τ' Διοπείθους
Κεκροπίδην ὑπ' ἐμοῦ, ξεῖνε, Μένανδρον ἔχω,
Ἐν πυρὶ τὴν ὀλίγην ὃς ἔχει κόνιν· ἦν δὲ Μένανδρον
Ζήτει, δηλος ἐν Διὸς, ἢ μακάρων.

Hic ego Cecropiden natum Diopithe Menandrum,
Bacchi, & Musarum delitias, teneo;
Exiguos cineres; quod si quæsiveris ipsum;
Cælestûm in regno, vel Iovis, invenies.

De Euripidis cenotaphio, Thomæ Magistri etiam locus est in eius vita. Ἐλάφη μὲν ἦν ἐν Μακεδονίᾳ, κενοτάφιον δὲ αὐτοῦ Ἀθήνησι γέγονε. ἐφ' ᾧ ἐπέγραψε Θουκυδίδης ὁ συγγραφεὺς, ἢ Τιμόθεος ὁ μελοποιὸς, τάδε.

Μνῆμα μὲν Ἑλλὰς ἅπασ' Εὐριπίδου, ὀστέα δ' ἴσχει
Γῆ Μακεδών. ἡ γὰρ δέξατο τέρμα βίου.
Πατρὶς δ' Ἑλλάδος Ἑλλὰς Ἀθῆναι, πλείστα δὲ Μοῦσαι
Τέρψας, οὐ πολλῶν δ' ἦν ἔπαινον ἔχει.

Sepultus quidem est in Macedonia, cenotaphiumque eius Athenis factum est; in quo Thucydides historicus, sive Timotheus poëta lyricus hæc inscripsit:

Euripidis monumentum est Græcia tota; sed ossa,
In qua exspiravit, terra tegit Macedûm:
Patria at Helladis Hellas Athenæ: plurima Musis
Grata canens, laudes undique nactus habet.

Idque Epigramma exstat etiam Anthologiæ libro citato cap. XXV. sed incerto Auctoris nomine. Progressis non tam longe a porta aliud sepulcrum erat; cui miles superpositus, equo adstans a Praxitele fabrefactus. Pausanias. Ἐ"στι δὲ λάφου ὀλίγον πόρρω τῶν πυλῶν, ἐπίθημα ἔχων στρατιώτην, ἵππῳ παρεστηκότα· ὃν ἵνα μὲν οὐκ οἶδα, Πραξιτέλης δὲ τὸν ἵππον, καὶ τὸν στρατιώτην ἐποίησεν. *Non procul porta sepulcrum exstat, cui miles est impositus, equo adstans qui quidem quis sit, equidem ignoro; verum equum, militemque, Praxiteles fecit.* Urbem ingressis ædificium spectabatur, in quo pompæ parabantur. Pausanias. Εἰσελθόντων δὲ εἰς τὴν πόλιν, οἰκοδόμημα ἐς παρασκευὴν ἐστὶ τῶν πομπῶν, ἃς πέμπουσι· τὰς μὲν, ἀνὰ πᾶν ἔτος· τὰς δὲ κατὰ χρόνου διαλείποντος. *In Urbem ingressis ædificium occurrit ad pomparum apparatum factum; quarum has quotannis mittunt: illas per certa temporis intervalla.* Atque hoc erat, quod Πομπεῖον ex re dictum. Pollux lib. IX. cap. V. Ἢ" που δὴ καὶ Πομπεῖον εἴη ἂν σκηνὴ καινὴ, Δημοσθένους εἰπόντος ἐν τῷ πρὸς Φορμίωνα περὶ δανείου, καὶ ταύταις ἐν τῷ Πομπείῳ διαμετρούμενα. Sed corrupta illic Demosthenis verba sic emendo. Καὶ ταῦτα ἴσθ' ἐν τῷ Πομπείῳ διαμετρούμενοι. *Sed & Pompeum fuerit domicilium publicum, quum Demosthenes dicat, Orat. in Phormionem, de mutuo: Et hæc scitis, qui in Pompeo dimensi estis.* Oratoris eius locus in Oratione ista ita habet. Ὅ"τε δὲ ὁ σῖτος ἐπελιμήθη πρότερον, καὶ ἐγένετο ἑκκαίδεκα δραχμῶν, εἰσαγαγόντες πλείους ἢ μυρίους μεδίμνους πυρῶν, διεμετρήσαμεν ὑμῖν τὴν καθεστηκυίας τιμῆς, πεντε δραχμῶν τὸν μέδιμνον. καὶ ταῦτα πάντες ἴστε, ἐν τῷ Πομπείῳ διαμετρούμενοι. *Quum vero annona coarctata esset, & ad sedecim drachmas pervenisset, invectis amplius decies mille tritici medimnis, dimensi vobis sumus usitato pretio, singulos medimnos quinque drachmis: & hæc omnes nostis, qui in Pompeo dimensi estis.* Diogenes Laërtius in cognomine Cynico lib. VI. καὶ τοὺς Ἀθηναίους ἔφασκε, δεικνύς τὴν τοῦ Διὸς στοὰν, καὶ Πομπεῖον, αὐτῷ ἐσκευακέναι ἐνδιαιτᾶσθαι. *Et Athenienses, commonstrata Iovis porticu, ac Pompeo, locum ipsi præparasse inquiebat, in quo victum haberet.* Et statuæ illic clarorum aliquot virorum erant. In his Socratis. Diogenes Laertius in eius Vita lib. II. Σωκράτη δὲ χαλκῆς εἰκόνος ἐλιμήσαντο, ἣν ἔθεσαν ἐν τῷ Πομπείῳ, Λυσίππου (1) ταύτῃ ἐργασαμένου. *Socratem vero æneæ statuæ*

1. Obiter hic adnotaverim plures fuisse Lysippos statuarum, & simulacrorum artifices: quum enim celebris ille, de quo hic mentio, statuarius fuerit, & nos Florentiæ ἐν τῷ βασιλείῳ marmoreum Herculis simulacrum habeamus, in quo inscriptio: Λυσίππου ἔργον, necesse est alium exstitisse Lysippum cælandi arte præsignem. Vix enim crediderim Lysippum illum statuarium utraque laude præstitisse, quod tamen de Zenodoro, qui sub Nerone principe claruit, *Plinius lib.* XXXIIII. *cap.* VII. refert.

Digitized by Google

statua honorarunt, in Pompeo collocata, a Lysippo artifice facta. Item Isocratis imago picta. Plutarchus in eius Vita lib. De X. Rhet. Ἦν ὴ αὐτῦ κ) γραπτὴ εἰκὼν ἐν τῷ Πομπείω. *Erat vero ipsius etiam picta imago in Pompeo*. Etiam comœdorum. Plinius lib. xxxv. cap. xi. *Craterus comœdos Athenis in Pompeo pinxit*. Iuxta Pompeum templum Cereris visebatur; in quo simulacrum ipsius, tum Proserpinæ quoque filiæ, & tenentis facem Iacchi; in pariete vero inscriptum literis Atticis, ea Praxitelis opera esse. Pausanias. Καὶ πλησίον, A
ναός ἐστι Δήμητρ@· ἀγάλματα ὴ, αὐτή τε, κ) ἡ παῖς, καὶ δᾳδα ἔχων Ἴακχ@. γέγραπται ὴ ἐπὶ τῷ τοίχῳ γράμμασιν Ἀττικοῖς, ἔργα εἶναι Πραξιτέλους. *In propinquo, fanum est Cereris; signaque in eo tum ipsius, filiæque, & tenentis facem Iacchi: inscriptum autem in pariete literis Atticis*(1), *a Praxitele facta esse*. Non longe porro a Cereris templo Neptunus erat, equo insidens, & gigantem Polyboten hasta petens; in quem fabula est Coorum, de Chelones promontorio. Pausanias. Τῦ ναῦ ὴ B
(τῆς Δήμητρ@) ὲ πόρρω, Ποσειδῶν ἐστιν ἐφ' ἵππου, δόρυ ἀφιεὶς ἐπὶ γίγαντα Πολυβώτην, ἐς ὃν Κῷοις ὁ μῦθ@ περὶ τ ἄκρας ἔχει τῆς Χελώνης. *Non procul a* (*Cereris*) *templo Neptunus est, equo insidens, & hastam iaciens in gigantem Polyboten; in quem Cois fertur fabula de Chelones promontorio*.

CAP. III.

Porticus variæ, & ante illas feminarum, ac virorum illustrium statuæ. Ex porticibus iisdem quædam deorum aliquot sacella habebat, & gymnasium Mercurii; in quo variæ eius dei statuæ erant, unde vulgo ἡ τῶν Ἑρμῶν στοὰ dicta. Inscriptiones ibi in honorem eorum, qui bene de rep. meriti. Tonstrina in propinquo, & forum. Polytionis domus. Suidas, & Eryxiæ Auctor, ac Dion Chrysostomus emendati. Ea domus Baccho τῷ Μελπομένῳ dicata. Vitruvii locus restitutus. Simulacrum Minervæ τῆς Παιωνίας, Iovis, Mnemosynes, Musarum, Apollinis, Acrati. Melanthii philosophi hortus; & in eo Lycurgi rethoris, filiorumque monumenta. Acrati facies, Pisistrati imago a quibusdam existimata. AEdificium, in quo lutea simulacra, cum Amphictyonis, deos alios, item Bacchum, convivio excipientis; tum Pegasi Eleutherensis, qui Athenas Bacchum primus introduxerat; quum in regionem Atticam Icarii tempore advenisset. Porticus τ Θρακῶν; Aristophanes explicatus: τῶν ἀλφίτων, quæ & Ἀλφιτόπωλις, a Pericle structa; ubi Helena Zeuxidis erat: τῦ Ἀτλάλα, ubi tribunal Imperatoribus Romanorum postea structum.

A Porta ad Ceramicum usque porticus variæ; ante quas simulacra ænea feminarum, & virorum clariorum, ac porticuum harum una, fana deorum quædam habebat, & gymnasium, quod Mercurii nuncupatum. Pausanias. Στοαὶ δέ εἰσιν ἀπὸ τ πυλῶν ἐς τ Κε-

Meursii Tom. I.

1. De literis Atticis vide, si tanti est, Meursium nostrum *Lib. De Fortuna Attica cap.* VIII.

δαμεικὸν, καὶ εἰκόνες πρὸ αὐτῶν χαλκαῖ, κ) γυναικῶν, κ) ἀνδρῶν, ὅσοις ἴδιόν τι ὑπῆρχε, κ) ὧν τις λόγ@ εἰς δόξαν. ἡ ὴ ἑτέρα τῶν στοῶν, ἔχει μὲν ἱερὰ θεῶν. ἔχει ὴ γυμνάσιον, Ἑρμῦ καλούμενον. *A porta ad Ceramicum sunt porticus aliquot; & ante ipsas feminarum, virorumque, quorum aliquod nomen exstat, statuæ æneæ. Una vero e porticibus habet deorum sacella; & gymnasium, quod Mercurii appellatum*. Et hæc ipsa est, quæ a Mercurialibus illic statuis dicta ἡ τῶν Ἑρμῶν; sive *Mercuriorum*. Meminit AEschines Orat. in Ctesiphontem. Καὶ ἔδωκεν αὐτοῖς ὁ δῆμ@ τιμὰς μεγάλας, ὡς τότ' ἐδόκει, τρεῖς λιθίνους Ἑρμᾶς στῆσαι ἐν τῇ στοᾷ τῇ τ Ἑρμῶν. *Deditque ipsis populus magnos honores, ut tunc quidem videbatur, tres Mercurios lapideos constituere in Mercuriorum porticu*. Et simpliciter, οἱ Ἑρμαὶ, sive *Mercurii*. Menecles, sive Callistratus, ἐν τῷ Περὶ Ἀθλων, apud Harpocrationem. Ἀπὸ γὰρ τ ποικίλης, κ) τ τῦ βασιλέως στοᾶς, εἰσὶν οἱ Ἑρμαὶ καλούμενοι. διὰ γὰρ τὸ πολλοὺς κεῖσθαι κ) ὑπὸ ἰδιωτῶν, καὶ ἀρχόντων, τοῦτο συμβεβηκέναι τὴν προσηγορίαν συμβεβηκεν. *A Pœcile, & Regia porticu sunt Mercurii qui dicuntur; quia enim multi illic dedicati ab hominibus privatis, & magistratibus, usuvenit, ut hoc nomine dicerentur*. Andocides Orat. Περὶ τῶν μυστηρίων. Τεῦκρ@ ἐπὶ τοῖς Ἑρμαῖς ἐμήνυσεν Εὐκλήμονα. *Teucer, qui in Mercuriis habitat, Euclemonem detulit*. Athenæus lib. iv. Ἴκριον ἔστησε πρὸς τοῖς Ἑρμαῖς Ἀριστ@γόρα, μείζω τῶν Ἑρμῶν. *Aristagoræ tabulatum posuit ad Mercurios, altius ipsis Mercuriis*. Porphyrius De Vita Socratis apud Theodoretum, Therapeut. xii. Ἦν ὴ κ) τῶν ἐπιτιμωμένων κ) τάδε Σωκράτ, ὅτι εἰς τὸς ὄχλους ἐσωθεῖτο, καὶ τὰς διατριβὰς ἐποιεῖτο πρὸς ταῖς τραπέζαις, κ) πρὸς τοῖς Ἑρμαῖς. *Ex iis, quæ Socrati impingebantur, hæc erant; quod in turba alios trudens impulisset, atque ad mensas, & Mercurios diutius commoratus esset*. Et inscriptiones ibi legebantur in honorem plurimorum, qui præclare de rep. olim meriti. Hoc Demosthenis illa docent Orat. in Leptinem. Ἔστι τοίνυν τὶς πρόχειρ@ λόγ@, ὡς ἄρα καὶ παρ' ἡμῖν ἐπὶ τῶν προγόνων πολλὰ ἀγαθὰ εἰργασμένοι τινὲς, οὐδενὸς ἠξιῶντο τοσούτου· ἀλλ' ἀγαπητῶς ἐπιγράμματ@ ἐν τοῖς Ἑρμαῖς ἐτύγχανον. *In promtu est etiam alia ratio; quod apud nos, maiorum quoque nostrorum temporibus, quidam se præclare gesserint, qui non ullo tali honore digni habiti; sed, benevolentiæ ergo, inscriptionem in Mercuriis consequuti*. In propinquo tonstrina erat. Observo apud Lysiam in Orat. Καλλὶ Παγκλέων@. Ἐλθὼν ἐπὶ τὸ κυρεῖον, τὸ παρὰ τὸς Ἑρμᾶς. *Cum venisset in tonstrinam, quæ ad Mercurios*. Item forum. Mnesimachus in Hippotropho apud Athenæum lib. ix. Ἔξω, Μάνη, θεῖχ' εἰς ἀγορὰν πρὸς τὸς Ἑρμᾶς, ἵ' προσφοιτῶσ' οἱ φύλαρχοι. *Foras, Mane; abi in forum ad Mercurios, quo tribuni accedunt*. Illud ipsum est sine dubio, quod commemorat Plutarchus in Vita Sullæ. Ἄνδ γὰρ τῶν κατὰ τὴν ἄλλλ πόλιν ἀναιρεθέντων, ὁ περὶ τὴν ἀγορὰν φόν@ ἔπεχε πάντα τὸν ἐντὸς τῦ Διπύλα Κεραμεικόν. *Nam præter hos, qui alibi per Vrbem cæsi, quæ circa forum cædes facta, Ceramicum universum intra Dipylum inundabat*. Erat quoque

H Poly-

Digitized by Google

Polytionis domus, in qua ſacra Eleuſinia ex Athenienſibus quidam, loci nullo modo infimi, imitati dicebantur. Pauſanias de eadem porticu. Ἔϛι ἢ ἐν αὐτῇ Πολυτίων@ οἰκία, καθ' ἣν παρὰ τὴν ἐν Ἐλευσῖνι δρᾶσαι τελετὴν Ἀθηναίων φασὶν ἔ τὺς ἀφανεσάτυς. *Eſt in ea Polytionis domus, in qua ſacra Eleuſinia imitatos ferunt quoſdam ex Athenienſibus haud infimi loci.* Deſignat autem Alcibiadis, Polytionis, & Theodori item factum, quod Plutarchus nobis tradit in Alcibiade. Ἐν ἢ τότῳ δῆλυς τινὰς, ϛ μετοίκυς, προήγαγϕ Ἀνδροκλῆς ὁ δημαγωγὸς, ἄλλων τε ἀγαλμάτων περικοπὰς, ϗ μυϛηρίων παρ' οἶνον ἀπομιμήσϛς, τῦ Ἀλκιβιάδυ, ϗ τῶν φίλων, καθηγορῦνας. Ἔλεγον ἢ Θεόδωρον μέν τινα δρᾶν τὰ τῦ κήρυκ@, Πολυτίωνα ἢ τὰ τῦ δᾳδόχυ, τὰ ἢ τῦ ἱεροφάντυ τ Ἀλκιβιάδϕ. *Inter hæc Androcles, qui gratia apud populum valebat, ſervos quoſdam, & inquilinos producebat; qui de ſtatuis aliis deiectis, & per vinum effictis ſacris Eleuſiniis, Alcibiadem, & amicos item eius accuſarent; dicerentque Theodorum quidem quemdam, præconem egiſſe; Polytionem vero, tædiferum; Alcibiadem, hierophantam.* Et mox in Decreto Urbis. Καὶ (τὸν Ἀλκιβιάδϕ) ὀνομάζοντα αὐτὸν μὲν ἱεροφάντϕ, Πολυτίωνα ἢ δᾳδοῦχον, κήρυκα ἢ Θεόδωρον. *Et (Alcibiadem) qui ſeipſum hierophantam nominaret; Polytionem, qui tædiferum; qui præconem, Theodorum.* Polytionis domum, & in ea factum Alcibiadis patris narrat filius apud Iſocratem in Orat. De bigis. Εἰδότες ἢ, τὴν πόλιν τῶν μὲν περὶ τὺς θεὺς μάλις' ἂν ὀργισθεῖσαν, εἴ τις εἰς τὰ μυϛήρια φαίνοιτο ἐξαμαρτάνων· τῶν δ' ἄλλων, εἴ τις τολμώη τ δῆμον καταλύϵν· ἀμφοτέρας τὰς συνθήκας τὰς αἰτίας, εἰσήγγελον εἰς τὴν βυλὴν, λέγοντες, ὡς ὁ πατὴρ συνάγϵ μὲν τὴν ἑταιρίαν ἐπὶ νεωτέροις πράγμασιν· ἔτοι δ' ἐν τῇ Πολυτίων@ οἰκίᾳ συνδειπνῦντες, τὰ μυϛήρια ποιήσϵν. *Quum ſcirent autem, quod deorum cultum attinet, Vrbem maxime indignatam, ſi quis ſacra Eleuſinia violaßet; in ceteris vero, ſi quis ſtatum popularem abrogare auſus eſſet, utrumque crimen hoc commenti, retulerunt ad Senatum, patrem meum ad res novandas cœtus habere, qui quidem in ædibus Polytionis concœnantes ſacra Cereris Eleuſinæ celebrarent.* Corrigendus incertus Auctor apud Suidam in ἐξωρχησάμλυ. Ὁ ἢ μεθυσθὶς, ἐν τῇ οἰκίᾳ Πολυτίων@ τοῦ παρασίτυ τὰ μυϛήρια ἐξωρχήσαλο. *Hic vero ebrius, in Polytionis paraſiti domo ſacra Cereris Eleuſinæ prodidit.* Hodie non recte editur, ἐν τῇ οἰκίᾳ Πωλτίων@ τῦ ϖ. Domus quoque mentionem, ſed non facti Alcibiadis, apud Auctorem Eryxiæ habes; ſed nec recte Πουλυτίων@ ibi ſcribitur, geminis locis. Εἰ δέ τις τὴν Πωλυτίων@ οἰκίαν κεκτημέν@ εἴη, καὶ πλήρης εἴη χρυσίυ, καὶ ἀργυρίυ, ἡ οἰκία, ὐκ ἄν δεηθείη ὐδενός; *Si quis autem Polytionis domum poſſideret, eaque auro, & argento plena eſſet, ideoque opus nulla re haberet?* Et poſtea. Ἐν ἢ Σκύθαις τοῖς Νομάζιν εἴ τις τὴν Πωλυτίων@ οἰκίαν κεκτημέν@ εἴη, ὐδὲν ἂν πωσιώτερ@ δοκοῖ εἶναι, ἢ εἰ παρ' ἡμῖν τ Λυκαβηττόν. *Quod ſi inter Scythas Nomadas domum quiſpiam Polytionis poſſideret, nihilo ille locupletior videatur, quam ſi apud nos Lycabettum.* Utrobique reſcribendum, Πολυτίων@. Corruptum etiam viri nomen apud Dionem Chryſoſtomum Orat. XVIII. Λέγω δὲ τῶν περὶ Ἀντίπατρον, ϗ Θεόδωρον, ϗ Πολυτίωνα, ϗ Κόνωνα. *Dico autem de Antipatro, Theodoro, Polytione, & Conone.* Reſcribe itidem, ϗ Πολυτίωνα, ϵ κ. Ea domus Pauſaniæ tempore in fanum verſa, Baccho ſacrum; qui Μελπόμεν@, qua Apollo Μυσηγέτης, ratione dicebatur. Ipſe enim mox ſubiungit. Ἐπ' ἐμῦ δὲ ἀνέτο (ἡ Πολυτίων@ οἰκία) Διονύσῳ. Διόνυσον ἢ τῦτον καλῦσι Μελπόμενον, ἐπὶ τοιῶδε λόγῳ, ἐφ' ὁτοίῳ περ Ἀπόλλωνα Μυσηγέτην. *Mea vero ætate dedicata erat (Polytionis domus) Baccho; quem Melpomenum vocant, qua ratione Apollinem Muſagetam.* Ecce tibi, in Mercurii iſta porticu Bacchi fanum, e Polytionis domo factum erat. Atque hinc emendandum cenſeo Vitruvii locum lib. v. cap. IX. *Itemque Athenis porticus eſt Mercurii, patriſque Liberi fanum.* Hodie editur, *porticus Eumenici, patriſque L. f.* Porro in eadem porticu varia ſimulacra erant, cum Minervæ τῆς Παιωνίας, Iovis item, & Mnemoſynes; tum Muſarum, & Apollinis, Acratique; cuius facies ſola exſtabat, in pariete fabricata. Pauſanias ibidem. Ἐνταῦθά ἐϛιν Ἀθηνᾶς ἄγαλμα Παιωνίας, ϗ Διὸς, ϗ Μνημοσύνης, ϗ Μυσῶν, Ἀπόλλωνός τε, ἀνάθημα ϗ ἔργον Εὐβυλίδυ· ϗ δαίμων τ ἀμφὶ Διόνυσον, Ἄκρατ@ (1). ϖρόσωπόν ἐϛιν οἱ μόνον, ἐνῳκοδομημένον τοίχῳ. *Eſt hic Minervæ ſimulacrum Pæoniæ, & Iovis, & Mnemoſynes, Muſarumque, & Apollinis; Eubulidis donarium, & opus: tum genius, ex iis, qui in Bacchi comitatu, Acratus; eſt illi dumtaxat facies, in pariete inædificata.* Ad Minervam τὴν Παιωνίαν quod attinet, ex adverſo eius hortus erat Melanthii philoſophi (2); & ſepulcra in eo Lycurgi oratoris, ac poſterorum, ad Plutarchi uſque tempus conſervata. Ipſe refert in Lycurgi eius Vita lib. X. Rhet. Ἐτάφη δὲ αὐτὸς, ϗ τῶν ἐκγόνων τινὲς, δημοσίᾳ· ϗ ἐϛιν αὐτῶν τὰ μνήμαλα ἄνλικρυς τῆς Παιωνίας Ἀθηνᾶς, ἐν τῷ Μελανθίυ τῦ φιλοσόφυ κήπῳ, τράπεζαι πεποιημέναι, αὐταί τε τῦ Λυκύργυ, ϗ τῶν παίδων αὐτῦ, ἐπιγεγραμμέναι, ϗ εἰς ἡμᾶς ἔτι σωζόμεναι. *Sepultus autem eſt cum ipſe, tum nepotum aliqui ſumtu publico; ac monumenta eorum exſtant ex adverſo Minervæ Pæoniæ, in Melanthii philoſophi horto, menſæ factæ; eæque Lycurgi, ac filiorum eius, nominibus inſcriptæ; noſtra quoque ætate ſuperſtites.* Quod ad Acrati faciem attinet, quæ ſpectari in hac Bacchi æde ſolita, in pariete fabricata, illa ipſa eſt, quam Piſiſtrati imaginem putaſſe quoſdam Athenæus nobis memorat lib. XII. Ὁ δὲ Πϕσίϛρατ@ ϗ ἐν πολλοῖς βαρὺς ἐγένετο, ὅτυ ϗ τὸ Ἀθήνησιν ἐν Διονύσυ πρόσωπον ἐκεῖνυ τινὲς φασιν εἶναι εἰκόνα. *Piſiſtratus vero in multis gravis fuit; faciemque in Bacchi Athenis ſunt nonnulli, qui imaginem eius dicant.* Retro Bacchi iſtud templum, ædificium quoddam erat, in quo ſimulacra e luto; Amphictyon, Baccho, aliiſque diis epulum præbens: tum Eleutherenſis Pegaſus, qui

1. In regio Muſeo Mediceo marmoreum Bacchi ſimulacrum videre eſt, cui Genius adſtat, & quem Acraton haud immerito exiſtimaveris.

2. Melanthius Rhodius Academicus, Carneadi σύγχρονος, cuius meminit etiam Cicero in Quæſt. Academ.

Digitized by Google

qui Athenas primus Bacchum, Icarii tempore in Atticam advenam introduxit. Pausanias. Μετὰ δὲ τὸ τοῦ Διονύσου τέμενός ἐστιν οἴκημα, ἀγάλματα ἔχον ἐκ πηλοῦ· βασιλεὺς Ἀθηναίων Ἀμφικτύων, ἄλλους τε θεοὺς ἑστιῶν, καὶ Διόνυσον. ἐνταῦθα καὶ Πήγασός ἐστιν Ἐλευθερεύς, ὃς Ἀθηναίοις θεὸν εἰσήγαγε. συνεπελάβετο δὲ οἱ τὸ ἐν Δελφοῖς μαντεῖον, ἀναμνήσαν τὴν ἐπὶ Ἰκαρίου πολὺ ἐπιδημίαν τοῦ θεοῦ. *A Bacchi fano cella est, in qua multæ e luto statuæ, cum Amphictyonis, deos alios epulo excipientis, item Bacchum; tum Eleutherensis Pegasi, qui Athenienſibus deum adduxit; idque ex oraculo Delphico, quo memoria ipſi renovata erat, deum olim Icarii tempore in eorum regionem adveniſſe.* Atque hæc de una Mercuriorum porticu, quæque in ista, aut iuxta erant. Sed quæ aliæ fuere, quas Pausanias indicat quidem, verum nomina tamen celat? An hic & τῶν Θρακῶν erat? Meminit eius Harpocration. Ὅτι δὲ καὶ Θρακῶν στοά τις ἐλέγετο, δεδήλωκε καὶ Ἀντιφῶν ἐν τῷ Πρὸς Νικοκλέα. *Quod vero & Thracum quædam porticus nuncupata, manifeſtum Antiphon fecit in Oratione in Nicoclem.* Hæc ipſa est, quam designat Aristophanes in Concion.

Καὶ κηρύξει τοὺς ἐκ τοῦ βοτ' ἐπὶ τὴν στοὰν ἀκολουθεῖν
Τὴν βασίλειον διπνήσοντας· τὰ δὲ βοτα, τὴν παρὰ ταυτηι.
Et proclamabit illos, quibus βοτα ſorte obvenerit, ad porticum ut ſequantur
Regiam cœnaturi; quibus vero βοτα, in illam, quæ est proxima.

Etiamne τῶν ἀλφίτων; inde dicta, quod farinæ ibi venditæ? Hesychius. Ἀλφίτων στοὰ ἐν Ἀθήναις, ἐν ᾗ τὰ ἄλφιτα ἐπωλεῖτο. *Farinarum porticus Athenis; in qua farinæ vendebantur.* (1) Quæ a Pericle exstructa. Aristophanis Scholiastes Acharnensibus. Σοᾶς στοαχάσης. τῆς λεγομένης Ἀλφιτοπώλιδος, ἣν ᾠκοδόμησε Περικλῆς. *Gemente porticu, quæ vocata Alphitopolis,* (sive dicas *Farinarum venditricem,*) *& a Pericle exstructa est.* Hæc est, quæ Ἀλφιτόπωλις dicitur Aristophani in Concion.

Τὸς δ' ἐκ τοῦ κάπω', εἰς τὴν στοὰν χωρεῖν τὴν ἀλφιτόπωλιν.
Quibus vero κάπωα ſorte obvenit, ii ut diſcedant in porticum farinariam.

Eratque illic Helena Zeuxidis. Eustathius ad Iliad. λ'. Ἦν δέ, φασι, καὶ ἀλφίτων στοὰ ἐν Ἀθήναις, ἐν ᾗ καὶ ἡ τοῦ Ζεύξιδος ἀνέκειτο Ἑλένη. *Erat vero, inquiunt, etiam Farinarum porticus Athenis, in qua item Helena Zeuxidis ſpectabatur.* Anne item τοῦ Ἀτλάντος, ubi tribunal Imperatoribus (2) Romanorum postea structum? Apud Athenæum observo lib. v. Ἀναβὰς οὖν ἐπὶ τὸ βῆμα, τὸ πρὸ τῆς Ἀτλάντος στοᾶς, ᾠκοδομημένον τοῖς Ῥωμαίων στρατηγοῖς, σὰς ἐπὶ τοῦτο, καὶ περιβλέψας κυκλῳδὸν τὸ πλῆθος, ἔπειτα ἀναβλέψας. Ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ἔφη, τὰ πράγματά με βιάζεται, καὶ τὸ σὸν πατρίδος συμφέρον, ἀπαγγέλλειν ἃ οἶδα. *Quum igitur aſcendiſſet in tribunal, quod ante Attali porticum, exſtructum Imperatoribus*

Romanorum, ſtans in eo, & circumſpectans multitudinem, Viri Athenienſes, inquit, rerum præſentium ſtatus, & patriæ utilitas, cogunt me, quæ novi, vobis ut denuntiem.

CAP. IV.

Vulcani templum. Minervæ ſimulacrum. Carcer publicus. Veneris τῆς Οὐρανίας ſimulacrum marmoreum, a Phidia factum, ab Aegeo dedicatum; vel, ut alii exiſtimabant, a Porphyrione.

POst commemoratas porticus offert seſe Ceramicus. Pausanias satis clare indicat. Στοαὶ δέ ἐισιν ἀπὸ τῆ πυλῶν εἰς τὸν Κεραμεικόν. *Porticus vero ſunt a porta uſque ad Ceramicum.* Sed de hoc seorsim a me libro singulari dictum. Eum vero prætergressis, Vulcani templum occurrebat, cui Minervæ simulacrum adsistebat cum oculis glaucis (3). Pausanias. Ὑπὲρ δὲ τὸ Κεραμεικὸν, καὶ σοὰν τὴν καλουμένην βασίλειον, ναός ἐστιν Ἡφαίστου· καὶ οἱ μὲν ἄγαλμα παρέσχηκεν Ἀθηνᾶς, οὐδὲν θαῦμα ἐποιούμην, τὸν ἐπὶ Ἐριχθονίῳ ἐπιστάμενος λόγον· τὸ δὲ ἄγαλμα ὁρῶν τὸ Ἀθηνᾶς, γλαυκοὺς ἔχον τοὺς ὀφθαλμοὺς, Λιβύων τὸ μῦθον ὄντα εὕρισκον. *Supra Ceramicum, & porticum, quam appellant regiam, templum est Vulcani, cui quod Minervæ ſimulacrum adstabat, nullo modo ſum miratus; quum ſcirem quæ de Erichtonio feruntur: verum, quum viderem illud oculos cæſios habere, Libyam fabulam eſſe inveni.* Freculphus commune utrique fuisse ait, Chron. Tom. 1. lib. 11. cap. x. *In templo Vulcani, & Minervæ, quod ambo unum habebant Athenis, expoſitus, inventus eſt dracone involutus.* Totidem verbis Abbas etiam Urspergensis in suo Chronico. Et ante eos Plato in Critia. Τὸ μάχιμον αὐτὸ καθ' αὑτὸ γένος μόνον περὶ τὸ τῆς Ἀθηνᾶς Ἡφαίστου τε ἱερὸν καλωκηκός. *Qui bello apti, ſoli inter ſe circum Minervæ Vulcanique templum habitabant,* Augustinus De Civitat. Dei, lib. XVIII. cap. XII. *In templo Vulcani, & Minervæ, quod ambo unum habebant Athenis, expoſitus, inventus eſt puer dracone involutus.* Ac videtur carcer publicus ibi fuisse. Ingerit Isocrates in Trapezitico. Προσῆλθεν ἡμῖν, φάσκων, ἕτοιμος εἶναι παραδοῦναι βασανίζειν τὸν παῖδα. ἑλόμενοι δὲ βασανιστὰς, ἀπωτησαμεν εἰς τὸ Ἡφαίστειον. καὶ ἐγὼ μὲν ἠξίουν αὐτὸς μαστιγοῦν τὸν ἐκδοθέντα, καὶ στρεβλοῦν, ἕως ἂν ἀληθῆ δόξειν αὐτοῖς λέγειν. *Acceſſit ad nos, inquiens, paratum ſeſe puerum quæſtioni tradere; itaque, accitis tortoribus, ad Vulcani convenimus. Ac ego quidem cupiebam, ut puer deditus flagellaretur, & torqueretur, donec eum vera dicere exiſtimarent.* Item Andocides in Orat. Περὶ τῶν μυστηρίων. Ἦκων ὑπ' εἰς ἄστυ, ζητητὰς τε ἤδη ἠρημένους καταλαμβάνω, καὶ μήνυτρα κεκηρυγμένα ἑκατὸν μνᾶς. ἰδὼν δὲ Εὔφημον τὸν Καλλίου, τοῦ Τηλεκλέους ἀδελφὸν, ἐν τῷ χαλκείῳ καθήμενον, ἀναγαγὼν αὐτὸν εἰς τὸ Ἡφαίστειον, λέγω, ἅπερ ὑμῖν ἐγὼ εἴρηκα, ὡς

1. Sic Vindobonæ, in Vrbe Norici clariſſima, forum est, quod a farinis, quæ ibi venduntur, nomen habet, adeoque lingua Germanica *Melgrum* dicitur, Græce autem adposite nuncupari posset, ἀγορὰ ἀλφιτόπωλις.
2. Imperatoribus, scilicet, Prætoribus, quod manifestat vox στρατηγοῖς, qua *Athenæus* utitur. Imperatoris enim vocabulum ad Romanorum regem significandum postea traductum est, quod Romani, Regis nomen exhorrerent quammaxime, Tarquinii illius superbi memores. Hinc Græci Imperatorem βασιλέα vertunt; re enim Imperator rex est, etsi nomen quondam aliud omnino sonaret.
3. Passim apud *Homerum* γλαυκῶπις Ἀθηνᾶ.

Digitized by Google

ἴδοι ἡμᾶς ἐν ἐκείνῃ τῇ νυκτί. *In Urbem vero veniens, & quæsitores jam delectos esse comperit, & denuntiatum præconis voce indicinæ præmium centum minas; quum autem Euphemum videret, Calliæ filium, Teleclis fratrem, in officina fabri ærarii considentem, in Vulcani eum ducens, dicit, quæ ego vobis dixi, se nos ea nocte vidisse.* In propinquo templum erat Veneris ἡ Οὐρανίας(1), ab Aegeo structum; quum & prolem sibi negatam, & sororum calamitatem ab irata illa dea esse crederet: quamquam Athmonenses dicerent, a Porphyrione rege dedicatum. Habebat vero simulacrum etiam deæ e lapide Pario, a Phidia factum. Pausanias. Πλησίον δ', ἱερόν ἐστιν Ἀφροδίτης Οὐρανίας. πρώτους δὲ ἀνθρώπων Ἀσσυρίοις καλέσαι σέβεσθαι τὴν Οὐρανίαν· μεθ' οὓς Ἀσσυρίους, Κυπρίων Παρίοις, καὶ Φοινίκων τοῖς Ἀσκάλωνα ἔχουσιν ἐν τῇ Παλαιστίνῃ. παρὰ δὲ Φοινίκων Κυθήριοι μαθόντες σέβουσιν. Ἀθηναίοις δὲ καλέσηται Αἰγεὺς, αὐτῷ τε οὐκ εἶναι παῖδας νομίζων, (ὅπως γὰρ τότε ἦσαν,) καὶ ταῖς ἀδελφαῖς γνώσεσθαι τὴν συμφορὰν, ἐκ μιᾶς ματρὸς τῆς Οὐρανίας. τὸ δὲ ἐφ' ἡμῶν ἕλι ἄγαλμα, λίθου Παρίου, καὶ ἔργον Φειδίου. δῆμος δέ ἐστιν Ἀθηναίοις Ἀθμονέων, οἱ Πορφυρίωνα, ἕλι πρότερον Ἀκταίου βασιλεύσαντα, τῆς Οὐρανίας φασὶ τὸ παρὰ σφίσιν ἱερὸν ἱδρύσασθαι, *Prope vero, fanum est Veneris Cœlestis, quam Assyrii primi hominum coluerunt, post Assyrios e Cypriis Parii, & Phœnicibus Ascalonitæ in Palæstina, a quibus Cytherii didicerunt. Apud Athenienses vero instituit Aegeus, quum, quod liberos non haberet, quippe tunc adhuc improles, & sororum calamitatem a deæ ira evenisse existimaret. Quod vero etiamnum exstat signum, e lapide Pario est, & a Phidia factum. Est autem apud Athenienses populus, Athmonenses; hi Porphyrionem dicunt, qui regnavit ante Actæum, Veneris Cœlestis templum, quod apud ipsos, dedicasse,*

CAP. V.

Porticus Ποικίλη. *Mercurius æneus,* Ἀγοραῖος *cognomento, prope portam collocatus; & tropæum ob Plistarchum profligatum. Mercurius autem ab archontibus dedicatus tribubus cunctis, idque quando. Hesychii locus emendatus. Ara juxta, a Callistrato dedicata. Porticus* Ποικίλη, *ante* Πεισιανάκτιος *dicta, Polygnoti, Miconis, & Panæni, in pingenda ea opera. Ac depicti Athenienses primum cum Lacedæmoniis; inde cum Amazonibus pugnantes. Græci quoque Trojam exscindentes; Aiacis facinus, regesque ob id congregati: tum ipse Aiax, & Cassandra; ac Laodice, faciem Elpinices referens. Marathonia pugna; & in ea Platæenses. Harpocrationis error ostensus. Speciatim vero expressit Callimachus, Cynægirus, Echetlus, sive Epizelus; item canis: Datis etiam, & Artaphernes: inde Miltiades, heros Marathon, Heraclidæ contra Eurystheum opem petentes, Theseus tamquam e terra exscendens, Minerva, Hercules, & Eutes: Sophocles quoque citharam tenens; denique Cynægiri statua. Clypei Scionæorum, & Spartanorum hic suspensi. Occisi ibidem a Triginta mille & quingenti, cives; eaque de re Diogenes Laertius emendatus, ut & Seneca. Et Stoicæ sectæ a Zenone initium factum. Ante eam circulatores spectabantur. Hadriani Imp. Pœcile.*

INde ad nobilissimam porticum, quæ Ποικίλη dicebatur, via erat, in qua Mercurius æneus stabat, Ἀγοραῖος appellatus, iuxta portam, ad quam tropæum ab Athenienſibus positum ob Plistarchum profligatum. Pausanias. Ἔστι δὲ πρὸς τὴν στοὰν, ἣν Ποικίλην ὀνομάζουσιν ἀπὸ τῶν γραφῶν, ἔστιν Ἑρμῆς χαλκοῦς, καλούμενος Ἀγοραῖος, ἐς πύλην πλησίον. ἔπεσι δὲ οἱ τρόπαιον Ἀθηναίων, ἱππομαχίᾳ κρατησάντων Πλείσαρχον, ὃς τῆς ἵππου Κασσάνδρου, καὶ τοῦ ξενικοῦ, τὴν ἀρχὴν, ἀδελφὸς ὤν, ἐπετέτραπτο. *Euntibus ad porticum, quæ Varia dicitur a picturis, Mercurius ex ære occurrit, Forensis dictus, & porta iuxta. In hac tropæum Athenienſium ob devictum pugna equestri Plistarchum, qui, Cassandri frater, equitatus eius, copiasque auxiliares ducebat.* Meminit Mercurii huius Demosthenes etiam in Euergum. Ὃς δ' τοῦτο εἰπόντος οὐκ ἀπεδίδου, ὕστερον αὐτῷ περιτυχὼν περὶ τὸν Ἑρμῆν, τὸν πρὸς τῇ πυλίδι, προσεκαλεσάμην πρός τε τοὺς ἀποστολέας, καὶ πρὸς τοὺς τῶν νεωρίων ἐπιμελητάς. *Quæ quum dixissem, neque ille redderet, mihique postea ad Mercurium, iuxta portulam, occurrisset, ad classis præfectos, & navalium curatores eum citavi.* Dedicatus autem fuit tribubus a novem archontibus. Harpocration docet e Philochoro, ubi citatum Demosthenis locum nobis explicat. Ἑρμῆς ὁ πρὸς τῇ πυλίδι. Δημοσθένης, ἐν τῷ καθ' Εὐέργου, καὶ Μνησιβούλου. Φιλόχορος, ἐν πέμπτῳ Ἀτθίδος, φησίν· ὡς οἱ ἐννέα ἄρχοντες τὴν φυλαῖς ἀνέθηκαν Ἑρμῆν παρὰ τὴν πυλῶνα. *Mercurius, qui ad portulam. Demosthenes, contra Evergum, & Mnesibulum. Philochorus libro quinto Atthidis ait; novem archontes dedicasse tribubus Mercurium, qui ad portam est.* Quæ habes quoque apud Suidam. Tribubus autem dedicatus, quia nimirum in foro esset, quod commune civibus omnibus omnium tribuum habebatur. Factum id autem, post archontem Cebridem. Hesychius. Ἀγοραῖος Ἑρμῆς. ὕτως ἐλέγετο ὄντως· καὶ ἀφίδρυτο, Κέβριδος ἄρξαντος, ὡς μαρτυρεῖ Φιλόχορος ἐν τρίτῳ. *Forensis Mercurius, ita revera dicebatur,* (quod nimirum in foro esset collocatus) *ac dicatus ille fuit, postquam Cebris magistratu fun-*

1. Venus Cœlestis, cuius etiam mentio apud Platonem in convivio duas Veneres, cœlestem unam, alteram vulgarem, introducentem, divinitas quædam fuit Orientalium, ut etiam Pausanias scribit, sed variis ea nominibus adpellata est, &, ut videtur, eadem ac Luna fuit, ac propterea cum Iside confundi potest. Eadem quoque est, ac Regina Cœli, quam memorat *Jeremias*; eadem ac Dea Cœlestis Carthaginiensium, si *Herodiano* fides, seu eorumdem *Astartes*, ut *Lucianus* innuit, quamquam *Augustinus* repugnare videtur. Heinc illa eadem Venus Syria sit, de qua *Cicero* loquitur, & quæ Astaroth in divinis literis nuncupatur. Nec fortassis Dea Syria, & Ascalonitis Venus, & Alilat Arabum aliud numen fuerit, etsi diverso nomine censeretur. Ad rem *Ambrosius Epist.* XXXI. *Quam Cœlestem Afri, Mitram Persa, plerique Venerem colunt, pro diversitate nominis, non numinis varietate.* Ceterum difficile est ex Græcis nominibus, quidnam ab Orientalibus vere cultum fuerit deprehendere, quum exploratæ prope fidei sit, non veras Græcos adpellationes tribuisse, sed quas fallax quædam similitudo sæpe illis persuasit; quod recte quidem ac sapienter & *Jo: Clericus* in *Notis ad Philosophiam Orientalem Stanleii*, & *Calmetius* in *Dissertatione De Diis Phœnicum* animadvertebant.

Digitized by Google

functus esset, ut Philochorus testatur libro tertio. Ita restituo locum illum, qui mendose hodie editur: ὅτως ἐλέγετο αντ@· καὶ ἀφιδμαῖο. Porro iuxta ara erat, a Callistrato Aphidnaeo rhetore posita. Plutar. in Demost. lib. De X. Rhet. Ε'δεήθη τῦ παιδαγωγῦ, ἵνα Καλλισράτυ, τῦ Ε'μπαίδυ, Α'φιδναίυ, ῥήτορ@· δοκίμυ, ὃς ἱππαρχήσαντ@·, κὴ ἀναθέντ@· τ βωμὸν τῷ Ε'ρμῇ τῷ Α'γοραίῳ, μέλλονλος ἐν τῷ δήμῳ λέγειν, ἀκύσῃ. *Rogavit paedagogum, ut Callistratum, Empaedi filium, Aphidnaeum, rhetorem insignem, qui praefectus equitum fuerat, & Mercurio forensi statuam posuerat, apud populum dicturum, audire liceret.* Ipsa porticus ante Ποικιανάκλι@· dicta; mox Ποικίλη, ob picturas illic varias. Isidorus Orig. lib. VIII. c. VI. *Porticus fuit Athenis, quam Pisianactiam adpellabant, in qua picta erant gesta sapientum, atque virorum fortium historiae.* Suidas. Πεισιανάκλιος ςοὰ, ἥ λις ἀπὸ Πολυγνώτυ ζωγράφυ Ποικίλη κληθεῖσα. *Pisianactia porticus, quae a Polygnoto pictore Varia dicta.* Diogen. Laert. in Zenone lib. VII. Ε'ν τῇ Ποικίλῃ ςοᾷ, τῇ κὴ Πεισιανακλίῳ καλυμένῃ, ἀπὸ ἧ τ γραφῆς τῆς Πολυγνώτυ, Ποικίλῃ. *In porticu Varia, quae & Pisianactia dicta; verum Varia a pictura Polygnoti.* Plutarchus in Cimone. Ε'ν τῇ Πεισιανακλίῳ τότε καλυμένῃ, Ποικίλῃ ἧ νῦν ςοᾷ. *In porticu, quae tunc Pisianactia, & nunc Varia adpellata.* Inscriptio, quam, paene evanidam vetustate, se legisse in pariete quodam memorat Theodosius Zygomalas in Epistola de Periculis Vrbis Constantinopolitanae.

Ε'κ τ πρὸ πολλῶν τ λόγων τὴν μητέρα,
Χρυσᾶς Α'θήνας, τὴν περίβλεπλον πόλιν,
Στοὰ λις ἤδη ποικίλως κοσμυμένη
Γραφῶν ἐκαλλώπιζεν ἐξῃρημένων
Κεχρωσμένη σώμασιν, ἐκπλήτλυσα πως
Τῇ ςιλπνότηλι, Ποικίλη καλυμένη.
Antiquitus matrem inclutam sapientiae,
Aureas Athenas, illustrem urbem,
Porticus quaedam, varie ornata,
Picturarum ornabat excellentium
Colorata corporibus, percellens quodammodo
Splendore, Varia adpellata.

Pinxere autem istam varii, inter quos Polygnotus, & Micon, praeter ceteros, memorantur; atque iste quidem gratis pinxit; hic mercede. Plinius lib. XXXV. cap. IX. *Polygnotus Thasius Athenis porticum, quae Poecile vocatur, gratuito; quum partem eius mercede Micon pingeret.* De Polygnoto etiam meminit Harpocration. Ποικίλλω ςοὰν ἀνέγραψε (Πολύγνωτ@·) πρῶικα. *Variam porticum pinxit (Polygnotus) gratis.* Et Plutarchus in Cimone. Ο' δὲ Πολύγνωτ@· ἐκ ἦν τ βαναύσων, οὐδ' ἐπ' ἐργολαβίας ἔγραψε τὴν ςοὰν, ἀλλὰ πρῶικα, φιλοτιμύμεν@· τ πόλιν. *Non erat e sordidis Polygnotus, nec mercede porticum pinxit, verum gratis in honorem Vrbis.* Item Suidas, ac Diogenes in citatis verbis. Invenio & tertium, Panaenum, Phidiae fratrem, qui Marathoniam pugnam pinxit, ut statim dicam. Nunc picturas, age, ipsas videamus. In prima parte Athenienſium in OEnoe expressa acies, Lacedaemoniis obiecta; non iam pleno proelio pugnans, sed pugnare tantum incipiens. Pausanias. Αὕτη ἧ ἡ ςοὰ πρῶλα μὲν Α'θηναίυς ἔχῃ, τελαγμένυς ἐν Οἰνόῃ τ Α'ργείας ἐναντία Λακεδαιμονίων. γέγραπλαι ἧ ἐκ ἐς ἀκμὴν ἀγῶν@·, ἀδὲ ταλμημάτων ἐς ἐπίδῃξιν, τὸ ἔργον ἤδη προῆκον, ἀλλὰ ἀρχομένη τε ἡ μάχη, κὴ ἐς χεῖρας ἔτι συνιόνλες. *Habet vero haec porticus primum Athenienses, in OEnoe Argiva oppositos Lacedaemoniis; picti autem necdum quidem pleno proelio depugnantes, sed initium tantum pugnae facientes, atque ad manus devenientes.* In medio pariete Athenienſium, duce Theseo, cum Amazonibus pugna erat. Pausanias. Ε'ν ἧ τῷ μέσῳ τ τοίχων, Α'θηναῖοι, κὴ Θησεὺς, Α'μαζόσι μάχον@·. *In medio parietum Athenienses, ac Theseus cum Amazonibus pugnant* Respexit Aristophanes in Lysistrata.

——— Τὰς δ' Α'μαζόνας σκύτ,
Α''ς Μίκων ἔγραψεν ἐφ' ἵπτων, μαχομένας τοῖς ἀνθράσι.
——— *Amazonas vero spectа,*
Quas Micon pinxit in equis pugnantes cum viris.

Inde pictum Troiae excidium; conventusque item regum ob Aiacis facinus; Aiax etiam ipse expressus, & Cassandra inter ceteras captivas. Pausanias. Ε πι ἧ τ Α'μαζόσιν, Ε''λληνές εἰσιν, Ι''λιον ἑλόντες· κὴ οἱ βασιλῆς, ἠθροισμένοι διὰ τὸ Α'ίαντ@· ἐς Κασσάνδραν τόλμημα· κὴ αὐτὸν ἡ γραφῇ τ Α'ίανλα ἔχῃ, κὴ γυναῖκας τ αἰχμαλώτων ἄλλας τε, κὴ Κασσάνδραν. *Post Amazonas Graeci picti, Ilio potiti; item reges congregati ob Aiacis in Cassandram audax facinus; tum Aiacem quoque ipsum pictura habet, & mulieres captivas alias, ac Cassandram.* Inter feminas has captivas etiam Laodice erat, Elpinices faciem referens. Plutar. in Vita Cimonis. Καὶ γὰρ ὐδ' ἄλλως ἧ Ε'λπινίκλω εὐτακλόν τινα γεγονέναι λέγυσιν, ἀλλὰ κὴ πρὸς Πολύγνωτον ἐξαμαρτεῖν τ ζωγράφον. κὴ διὰ τῦτό φασιν ἐν τῇ Πῳσιανακτίῳ τότε καλυμένῃ, Ποικίλῃ ἧ νῦν ςοᾷ, γράφονλα τὰς Τρωάδας, τὸ τ Λαοδίκης ποιῆσαι πρόσωπον (a) ἐν εἰκόνι τ Ε'λπινίκης. *Sed neque alias pudicam fuisse Elpinicen ferunt; quin & Polygnoto pictori sui copiam fecisse, quem idcirco etiam aiunt, in porticu, Pisianactia tunc vocata, at nunc Varia, quum Troadas pingeret, Laodices faciem in effigie Elpinices exhibuisse.* In extremo spectabatur Athenienſium, ac Plataeenſium cum Medis pugna, ad Marathonem commissa. Pausanias. Τελευταῖον ἧ τ γραφῆς εἰσιν οἱ μαχησάμφυοι Μαραθῶνι, Βοιωτῶν ἧ, οἱ Πλάταιαν ἔχοντες, κὴ ὅσον ἦν Α'τλικὸν, ἴασιν ἐς χεῖρας τοῖς βαρβάροις. κὴ ταύτῃ μέν, ἐςιν ἴσα παρ' ἀμφοτέρων ἐς τὸ ἔργον· τὸ ἧ ἔσω τ μάχης, φεύγονλές εἰσιν οἱ βάρβαροι, κὴ ἐς τὸ ἕλ@· ὠθῦνλες ἀλλήλυς. ἔσχαλα ἧ τ γραφῆς, νῆές τε αἱ Φοίνισσαι, κὴ τ βαρβάρων τὰς ἐσπίπλονλας ἐς ταύτας φονεύονλες οἱ Ε''λλιωες. *In extrema picturae sunt illi, qui ad Marathonem pugnarunt; & e Boeotis, qui Plataeam habitant, ac quotquot Attici nominis erant, cum Barbaris congrediuntur. Et hic quidem par est utrinque ad pugnam capessendam alacritas. In interiore proelio, fugientes*

(a) Pluria, nec absimilia Pictorum, Sculptorumque facta referre hic possem, si e re esse existimarem. Duobus igitur exemplis contentus ero, quorum primum suppeditat *Plinius Lib. XXXV. cap. X.* ita scribens: *Fuit & Arellius Romae celeber, paulo ante divum Augustum, nisi flagitio insigni corrupisset artem, semper alicuius feminae amore flagrans, & ob id deas pingens, sed dilectarum imagine. Itaque in pictura eius scorta numerabantur.* Alterum Rossellii est, qui in Triclinio Coenobii Montis Senarii ad Florentiam, duodecim Apostolos cum Christo discumbentes, Eremitarum, qui tunc temporis illic degebant, imagine pinxit; quod quidem miratus sum, quum heri ex Bonisolatii Monasterio, una cum amplissimis, & aeterni nominis viris, Francisco Auria, & Antonio, Georgioque Spinulis, revertens, sacram illam Eremum inviserem.

Digitized by Google

ies ſunt Barbari, & ſe mutuo in paludem impellentes. Denique in ipſo fine, naves Phoeniſſae; Barbaroſque impreſſionem facientes, occidentes Graeci ſpectantur. Suidas breviter. Ποικίλη, ϛοὰ ἐν Ἀθήναις, ἔνθα ἐγράφησαν οἱ ἐν Μαραθῶνι πολεμήσαντες. *Varia, porticus Athenis, ubi picti erant, qui ad Marathonem pugnaverant.* Scholiaſtes (a) Gregorii Nazianzeni non ſat meminiſſe videtur, Marathonia ne pugna, an Salaminia illic picta. Ita enim ait ad Orat. in Iulianum I. Τῆς ϛοᾶς, ἡ κὴ Ποικίλη ἐλέγετο, διὰ τὰ ἐν αὐτῇ γεγραμμένα, οἷον, ἡ ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχία, ἢ τὰ κατὰ Μαραθῶνα. *Porticus, quae etiam Varia adpellata, propter ea, quae depicta illic erant; ut navalis apud Salaminem pugna, aut quae geſta ad Marathonem.* Perſius Sat. III.

Haud tibi inexpertum, curvos deprehendere mores;
Quaeque docet ſapiens, braccatis illita Medis,
Porticus. ———

Quod ad pictos illic etiam Plataeenſes, a Demoſthene item traditur Orat. in Neaeram. Πλαταιεῖς γὰρ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, μόνοι τῶν Ἑλλήνων ὑμῖν ἐβοήθησαν Μαραθώναδε, ὅτε Δάτις, ὁ βασιλέως Δαρείου ϛρατηγὸς, ἀναχωρῶν ἐξ Ἐρετρίας, Εὔβοιαν ἐφ' ἑαυτῷ ποιησάμενος, ἐπέβη εἰς τὴν χώραν πολλῇ δυνάμει, κὴ ἐπόρθει. κὴ ἔτι κὴ νῦν τῆς ἀνδραγαθίας αὐτῶν ὑπόμνημα ἐν τῇ Ποικίλῃ ϛοᾷ γραφὴ δεδήλωκεν. *Plataeenſes enim, o Athenienſes, ſoli Graecorum vobis ad Marathonem ſuppetias tulerunt, quum Datis, qui regis Darii copias ducebat, ex Eretria diſcedens, ſubacta Euboea, cum magna manu regionem eſt ingreſſus, ac populatus, eorumque fortitudinis monumentum etiamnum pictura oſtendit, quae in porticu Varia conſpicitur.* Neque recte Oratorem eo nomine reprehendit Harpocration iſtis verbis. Διαμαρτάνει Δημοσθένης ἐν τῇ Κατὰ Νεαίρας, λέγων, Πλαταιέας γεγράφθαι ἐν τῇ Ποικίλῃ ϛοᾷ. οὐδεὶς γὰρ τοῦτο εἴρηκεν. *Errat Demoſthenes in Orat. in Neaeram, dicens, pictos fuiſſe in porticu Varia Plataeenſes; neque enim hoc quiſquam dixit.* In pictura autem iſta pugnantes inter Graecos eminebant Callimachus, Miltiades, & Echetlus heros. Pauſanias. Τῶν μαχομένων δὲ δῆλοι μάλιϛά εἰσιν ἐν τῇ γραφῇ, Καλλίμαχός τε, ὃς Ἀθηναίοις πολεμαρχεῖν ἤρξατο, κὴ Μιλτιάδης τῶν ϛρατηγούντων, ἥρως τε Ἔχετλος καλούμενος, ἔ κὴ ὕϛερον ποιήσομαι μνήμην. *Ex pugnantibus maxime conſpicui ſunt in pictura Callimachus, qui primus Athenienſibus Polemarchus fuit; atque ex ducibus, Miltiades; tum Echetlus heros, cuius etiam poſtea mentionem faciam.* Sed legendum eſſe, ἥρως τε Ἐχελαΐου καλούμενος, infra oſtendo lib. IV. c. VIII. (b) Ælianus illic Epizelum ponit; tum praeterea, omiſſo Miltiade, Cynaegirum memorat, & canem, qui cum hero quam fortiſſime depugnaſſet. Locus eſt Hiſt. Anim. lib. VII. cap. XXVIII. Συϛρατιώτην δέ τις Ἀθηναίῳ ἐν τῇ μάχῃ, τῇ ἐν Μαραθῶνι, ἐπήγετο κὴ κύνα. καὶ ἐν γραφῇ εἶκασαι ἐν τῇ Ποικίλῃ ἑκάτερον, μὴ ἀλλήλοις μαστέντε τὸν κύνα, ἀλλ' ὑπὲρ τοῦ κινδύνου μισθὸν ἀληθότε, ὁρᾶσθαι σὺν τοῖς ἄμφι τὸν Κυνέγειρον, κὴ Ἐπιζηλόν τε, κὴ Καλλίμαχον. *Commilitonem vero Athenienſis quidam in pugnam Marathoniam adduxerat canem, & in pictura, quae in Varia, uterque expreſſus, nec contemtui canis fuit, ſed praemium pro periculo retulit, ut cum Cynaegiro, Epizelo, & Callimacho ſpectaretur.* Deinde addit, Miconis hanc picturam fuiſſe, vel, ut alii, Polygnoti. Εἴϛι δ' κὴ ἕτοι, κὴ ὁ κύων, Μίκωνος γράμμα. οἱ δ', οὐ τοῦτο, ἀλλὰ Θασίου Πολυγνώτου φασί. *Illi vero, ut & canis a Micone ſunt picti; vel, quemadmodum aliis placet, a Polygnoto Thaſio.* Plinius e Barbaris addit Datim quoque, & Artaphernem; aitque, Panaeni picturam fuiſſe, Phidiae fratris. Verba ecce lib. XXXV. cap. VIII. *Panaenus quidem, frater Phidiae, etiam proelium Athenienſium adverſus Perſas, apud Marathona factum, pinxit. Adeo iam colorum uſus percrebuerat, adeoque ars perfecta erat, ut in eo proelio iconicos duces pinxiſſe tradatur, Athenienſium, Miltiadem, Callimachum, Cynaegirum; Barbarorum, Datim, & Artaphernem.* Sed Miconem pugnam Marathoniam pinxiſſe inde certum eſt, quod barbaros in ea pugna quum pinxiſſet grandiores, ideo in ius vocatus fuerit. Ecce enim apud Sopatrum in Diviſ. Quaeſt. Μετὰ Μαραθῶνα Μικῶν ὁ ξυγράφος τοὺς βαρβάρους γράψας μείζους τῶν Ἑλλήνων, κρίνεται. *Poſt Marathonem Micon pictor quum barbaros maiores Graecis pinxiſſet, reus agitur.* Miltiades autem, honoris ergo, hic primus pictus, milites cohortantis ſpecie. Aeſchines Orat. in Cteſiphontem. Προσέλθετε ἐν τῇ διανοίᾳ κὴ εἰς τὴν ϛοὰν τὴν Ποικίλην. ἐνταῦθα ἡ ἐν Μαραθῶνι μάχη γέγραπται. Τίς ἦν ὁ ϛρατηγός; Μιλτιάδης. ἐκεῖ δ' οὐκ ἐπιγέγραπται· ἀλλ' ἀντὶ τοῦ ὀνόματος συνεχώρησεν (ὁ δῆμος) αὐτῷ πρώτῳ γραφῆναι, παρακαλοῦντι τοὺς ϛρατιώτας. *Cogitate igitur porticum Variam, hic depicta eſt pugna illa Marathonia; at quis illic copiarum dux? Miltiades, quamquam illic nomen non adſcriptum legitur, ſed pro nomine dedit populus, uti primus pingeretur, milites cohortantis ſpecie.* AEmilius Probus in Miltiad. *Miltiadi, qui Athenas, totamque Graeciam liberavit, talis honos tributus eſt in porticu, quae Poecile adpellatur, quum pugna depingeretur Marathonia, ut in decem praetorum numero prima eius imago poneretur, isque hortaretur milites, proeliumque committeret.* Ac Panaeni quidem picturam fuiſſe, quod Plinius ait, etiam Pauſanias refert Eliac. I. Πάναινος μὲν δὴ ἕτος ἀδελφὸς τε ἦν Φειδίου, κὴ αὐτῷ κὴ Ἀθήνησιν ἐν Ποικίλῃ τὸ Μαραθῶνι ἔργον ἐϛὶ γεγραμμένον. *Panaenus quidem iſte & Phidiae frater erat, & ipſius eſt Athenis in Varia porticu pictura, proelium ad Marathonem.* Praeterea picti ibi a Pamphilo Heraclidae, cum Alcmena, opem ab Athenienſibus contra Euryſteum implorantes. Reſpexit iſthuc Ariſtophanes in Pluto.

Ὁρῶ γὰν', ἐπὶ τοῦ βήματος καθεδόμενον,
Ἱκετηρίαν ἔχοντα, μετὰ τῶν παιδίων,
Καὶ τὴν γυναικός· κοὐ διοίσουτ' ἄντικρυς
Τῶν Ἡρακλειδῶν οὐδ' ὁτιοῦν, τῶν Παμφίλου.
Video quemdam, in tribunali ſedentem,
Oli-

(a) Plures Gregorii Nazianzeni Scholiaſtae fuere; & Nicetas quidem, ac Elias Cretenſis, & Nonnus publici iam iuris a Chalcographis facti ſunt. Eſt & quidam Baſilius Minimus, qui in Bibliothecis adhuc ἀνεκδοτὸς latet, ut apud *Caveum* & *Oudinum* videre eſt; qui tamen indictum praeteriere, Florentiae in D. Marci Bibliotheca Codicem membranaceum eiusdem Baſilii Minimi adſervari.

(b) Falſa citatio eſt: tres enim tantum libri Athenas Atticas deſcribunt. Oportet igitur hoc opus aliter primum diſtributum fuiſſe, atque eſt in praeſentiarum. At hanc eamdem correctionem vide *Lib. De Pop. Attic. in* Μαραθών.

Digitized by Google

Olivæ ramum tenentem, cum liberis,
Et uxore; quem si conferas, nihil differet
Ab Heraclidis omnino, quos Pamphilus pinxit.

Ad quem locum Scholiastes: Εὐρυσθεὺς, μετὰ θάνατον Ἡρακλέους, τοὺς Ἡρακλείδας ἐδίωξε. καὶ ὅτοι, μετὰ τὸν Ἀλκμήνης, παρεκάλεσαν τοὺς Ἀθηναίους βοηθῆσαι αὐτοῖς, ὅπερ καὶ ἐγένετο. τὰ δὲ συμβάντα αὐτοῖς ζωγράφῳ τις, Πάμφιλος Ἀθηναῖος, εἰς τὴν στοὰν τῶν Ἀθηναίων ἔγραψε, ἃ αὐτοὺς ἱκετεύοντας. *Eurystheus, defuncto Hercule, Heraclidas persequebatur; illi autem, cum Alcmena, implorantes Athenienses, ut suppetias ipsis ferrent, obtinuerunt; pictor vero quidam, Pamphilus Atheniensis, & quæ evenissent iis, item ipsos supplicantes in Porticu pinxit.* Heros quoque illic Marathon pictus erat, a quo datum campo nomen; item Theseus, tamquam qui e terra ascenderet; & Minerva, Herculesque. Pausanias. Ἐνταῦθα καὶ Μαραθὼν γεγραμμένος ἐστὶν ἥρως, ἀφ' οὗ τὸ πεδίον ὠνόμασαι· καὶ Θησεὺς, ἀνιόντι ἐκ γῆς εἰκασμένος· Ἀθηνᾶ τε, καὶ Ἡρακλῆς. *Hic & Marathon heros pictus, a quo campus nominatus; item Theseus, ascendenti è terra similis; tum Minerva, Herculesque.* Etiam Butes; (1) ita pictus, ut caput tantum, oculique spectarentur, cetera monte, qui obiectus, tegerentur: unde, & de rebus cito absolutis natum proverbium, Θᾶττον ἢ Βύτης. Zenobius Cent. IV. Proverb. XXVIII. Θᾶττον ἢ Βύτης. Τῶν ἐπὶ τῇ στοᾷ μαχομένων τις ἦν, ᾧ ἐπεγέγραπτο, Βύτης. οὗ ἐφαίνετο τὸ κράνος, καὶ οἱ ὀφθαλμοί. τὰ δὲ λοιπὰ μόρια ἐδόκει ὑπὸ τοῦ ὄρους, ἐφ' οὗ ἐκέκοπτο, κρύπτεσθαι, διὰ τὸ προκεῖσθαι αὐτῷ. Λάσσεται ἐν ᾗ παροιμία ἐπὶ τῶν ῥᾳδίως συντελουμένων. καὶ γὰρ ὁ Βύτης ῥᾳδίως κατεσκεύασο, ἅτε οὐχ ὁλόκληρον τὸ σῶμα ἔχων γεγραμμένον. *Citius quam Butes. Inter pugnantes in Porticu pictus erat quidam, cui inscriptum erat, Butes; cuius caput, oculique apparebant: cetera monte, unde eminebat, occultari videbantur. Usurpatur igitur proverbium de iis, quæ cito absolvuntur; quippe Butes facile pictus, non expresso toto corpore.* Habes quoque apud Hesychium, Lucilium Tarrhæum, & Suidam. Porro & Sophocles illic pictus, citharam tenens. Scholiastes in eius Vita. Καὶ κιθάραν (ὁ Σοφοκλῆς) ἀναλαβὼν, ἐν μόνῳ τῷ Θαμύριδι ποτὲ ἐκιθάρισεν. ὅθεν καὶ ἐν τῇ Ποικίλῃ στοᾷ μετὰ κιθάρας αὐτὸν γεγράφθαι φασί. *Et cithara sumta (Sophocles) in solo Thamyride aliquando ea cecinit; unde & in Varia porticu cum cithara pictum ipsum ferunt.* Ac picturas istas omnes, quæque aliæ ibidem erant a Polygnoti celebri manu, quum Athenæ in Romanorum potestatem pervenissent, mox Proconsul inde abstulit. Synesius Epist. CXXXV. Καὶ, νὴ Δία, τὴν Ποικίλην στοὰν, τὴν ἐπώνυμον τῆς Χρυσίππου φιλοσοφίας, νῦν οὐκέτ' οὖσαν ποικίλην· ὁ γὰρ ἀνθύπατος τὰς σανίδας ἀφείλετο, αἷς ἐγκαλέσετο τὴν τέχνην ὁ ἐκ Θάσου Πολύγνωτος. *Et variam, per Iovem, Porticum, Chrysippi philosophiæ cognominem, iam non amplius variam. Proconsul enim tabulas abstulit, quas sua arte Thasius Polygnotus elaboraverat.* Præter picturas, inter quas Cynægiri fuisse dixi, statua quoque eiusdem ænea, sine manibus, multo post erecta fuit. Accipio ex Luciano in Demonacte. Πρὸς ὃ τὴν Ποικίλην ἀνδριάντα ἰδὼν, τὴν χεῖρα ἀποκεκαυμένην, οὐκέτι φησὶν ἔφη Ἀθηναίους εἰκόνι χαλκῇ τετιμηκέναι τὸν Κυναίγειρον. *Cum ad Pœcilen videret statuam manu mutilam, sero ait Athenienses Cynægirum statua ænea honorasse.* Clipei quoque isthic adfixi, Scionæorum manubiæ, ac sociorum; aliique pice obliti, contra temporis iniuriam, de Spartanis in Sphacteria insula captis, reportati. Pausanias. Ἐνταῦθα ἀσπίδες κεῖνται χαλκαῖ· καὶ ταῖς μὲν, ἔξιν ἐπίγραμμα, ἀπὸ Σκιωναίων, καὶ τὸ ἐπικούρων, εἶναι· τὰς δὲ, ἐπαλειλιμμένας πίσσῃ, μὴ σφᾶς ὅτε χρόνος λυμήνηται, καὶ ὅσα Λακεδαιμονίων εἶναι λέγεται, τῶν ἁλόντων ἐν τῇ Σφακτηρίᾳ νήσῳ. *Eodem in loco clipei ænei adfixi; & hos quidem, inscriptio dicit, esse Scionæorum, sociorumque; illos vero, pice illitos, ne iniuria temporis consumerentur, atque alia, Spartanorum esse dicunt, qui in insula Sphacteria capti.* Ac quod Spartanorum illic clipeos attinet, meminit eorum quoque Dion Chrysostomus, De Regno Orat. II. Οὐκοῦν ἀδὲ Ἀθηναίους, ἔφη, ζηλῶ τῆς δαπάνης, καὶ πολυτελείας, καὶ περὶ τὴν πόλιν, καὶ τὰ ἱερὰ, ὅσον καὶ ἔργων, ἃ ἔπραξαν οἱ πρότερον. τὸν ἀκινάκην τὸν Μαρδονίου, πολὺ σεμνότερον, καὶ κρεῖττον, ἀνάθημα ἔχουσαν· καὶ τὰς Λακώνων ἀσπίδας. *Quapropter neque tantum felices puto Athenienses propter sumtum, & magnificentiam circa urbem suam, ac templa; quantum propter res præclare a maioribus ipsorum gestas: per quas Vrbs Mardonii acinacem consequuta est, donarium præstantius multo, & augustius; tum Laconum quoque scuta.* Cæsi hic etiam a Triginta mille quadringenti cives. Diogenes Laertius in Zenone Cittiensi lib. VII. ubi de porticu ista agit. Ἐπὶ γὰρ τῶν τριάκοντα, τῶν πολιτῶν πρὸς τοὺς χιλίους τετρακοσίους ἀνῄρηντο ἐν αὐτῷ. *Nam sub Triginta e civibus mille quadringenti hic interfecti.* Quæ, hinc petita, etsi dissimulato Auctore, ut solet fere, tradit nobis etiam Suidas in Σλωϊκοί. Quamquam de cæsorum numero mendum sane esse existimo; nam Isocrates, quo vivente res hæc gesta, mille quingentos commemorat in Areopagitico suo. Οἱ μὲν γὰρ (τριάκοντα,) ψηφίσματι παραλαβόντες τὴν πόλιν, πεντακοσίους μὲν καὶ χιλίους τῶν πολιτῶν ἀκρίτους ἀπέκτειναν. *Nam illi quidem, (Triginta tyranni,) ex senatusconsulto summa rerum potiti, mille, & quingentos cives indicta causa occiderunt.* Et Æschines, cuius ætate facinoris istius recens adhuc memoria erat, De falsa legatione. Καὶ τὴν δημοκρατίας τοῖς τριάκοντα ἀφεμένους, οἱ χιλίους καὶ πεντακοσίους τῶν πολιτῶν ἀκρίτους ἀπέκτειναν. *Et populi auctoritate ad triginta tyrannos translata, qui mille quingentos cives indicta causa occiderunt.* Itaq; pro τετρακοσίους, apud Diogenem, πεντακοσίους rescribendum esse censeo. Corruptus quoque in re eadem Senecæ locus, De tranquillitate animi. *Numquid potes invenire urbem miseriorem, quam Atheniensium fuit, quum illam triginta tyranni divellerent? mille trecentos cives, optimum quemque occiderant; nec finem ideo faciebat, sed irritabat se ipsa sævitia.*

Om-

1. De Bute, vide quaedam apud nostrum Meursium libro De Populis Atticis in Βουτάδαι.

Digitized by Google

Omnino itidem reponendum; *mille quingentos cives*. Origo mendi e confusione numerorum; & librarii negligenter, uti solent, in his talibus ccc. pro ccccc. exararunt. Denique, quod non omittendum, hic initium sectæ suæ fecit Zeno; quique ipsum sequebantur, quum Ζωϊκοὶ dicerentur, postea Στωϊκοὶ appellati. Diogenes Laertius loco citato: Ἀνακάμπλων δ', ἐν τῇ Ποικίλῃ στοᾷ, τῇ καὶ Πεισιανακτίῳ καλουμένῃ, ἀπὸ δὲ τῆς γραφῆς τοῦ Πολυγνώτου Ποικίλῃ, διέτριβε τοὺς λόγους, βουλόμενος καὶ τὸ χωρίον ἀπερίστατον ποιῆσαι. Ἐπὶ γὰρ τριάκοντα, οἱ πολῖται πρὸς τοὺς χιλίους τετρακοσίους ἀνήρηντο ἐν αὐτῷ. προσῄεσαν δὲ λοιπὸν ἀκούοντες αὐτοῦ, καὶ διὰ τοῦτο Στωϊκοὶ ἐκλήθησαν καὶ οἱ ἀπ' αὐτοῦ ὁμοίως πρότερον Ζωνώνειοι καλούμενοι. *Reflectens vero, in porticu Varia, quæ Pisianactia primum, posteaque a pictura Polygnoti Varia dicta, scholam instituit, cupiens locum illum a cladibus deinceps liberum efficere; quippe pridem sub Triginta, mille quadringenti cives isthic cæsi, atque in posterum huc discipuli ad audiendum accedebant; ideoque Stoici dicti etiam, qui ab eius nomine antea Zenonii appellabantur*. Suidas: Ζήνων, Μνασέου, ἢ Δημέου, Κιτιεύς· πόλις δέ ἐστι Κύπρου τὸ Κίτιον· φιλόσοφος, ὃς ἦρξε τῆς Στωϊκῆς αἱρέσεως, ἐπεκλήθη δὲ καὶ αὐτὸς Στωϊκὸς, διὰ τὸ ἐν τῇ στοᾷ, τῇ ἐν Ἀθήναις, διδάξαι αὐτόν· ἥτις πρῶτον μὲν Πεισιανάκτιος, ὕστερον δὲ ζωγραφηθεῖσα Ποικίλη ἐκλήθη. *Zeno, Mnaseæ, aut Demiæ filius Cittiensis; (est vero Cittium urbs Cypri) philosophus, qui princeps fuit sectæ Stoicæ. Cognominatus autem & ipse Stoicus, quod Athenis doceret in porticu, quæ initio Pisianactia, postea, quia picta esset, Varia appellata fuit*. Hinc *sapiens porticus* dicitur Persio, in citatis ante verbis.

Quæque docet sapiens, braccatis illita Medis,
Porticus. ——— (1)

Quin Στοὰ simpliciter, & quasi καθ' ἐξοχήν, dicta hæc Ποικίλη. Plutarchus, De Exilio. Ἐπὶ τοὺς σοφοὺς ἐλθὲ, καὶ τὰς σοφὰς Ἀθήνησι σχολὰς, καὶ διατριβὰς, ἀναπέμπασαι, τὰς ἐν Λυκείῳ, τὰς ἐν Ἀκαδημίᾳ, τὴν Στοὰν, τὸ Παλλάδιον. *Ad sapientes ito; & reputa scholas, ac gymnasia sapientiæ; quæ in Lyceo, aut Academia; tum Porticum etiam, & Palladium*. Ita *Porticus* apud Senecam, De Benef. lib. VI. cap. XI. *Ad quærendum, & accersendum ex Academia Platonem, duos pueros misi; alter totam Porticum perscrutatus est*. Præterea Στοὰ, ut pro loco, sic pro secta quoque capitur. Athenæus lib. VIII. Ζήνων δ' ὁ Κιτιεὺς, ὁ τῆς Στοᾶς αἱρέσεως. *Zeno vero Cittiensis, Porticus conditor*. Theophylactus Simocatta Quæst. Phys. I. Ὁ Περίπατος, πρὸς τὴν Στοὰν ἔχθραν ἔχει τὴν ἄμιλλαν· ἡ Στοὰ τοῖς Πυθαγορείοις συμπλέκεται. *Peripatus cum Porticu contendit; Porticus cum Pythagoreis certat*. Gregorius Nazianzenus in Iulianum Orat. I. Ταῦτα Πλάτωνες αὐτὸν, καὶ Χρύσιπποι, καὶ ὁ λαμπρὸς Περίπατος, καὶ ἡ Στοὰ, καὶ οἱ τὰ κομψὰ λαρυγγίζοντες, ἐξεπαίδευσαν. *Hæc ipsum Platones, & Chrysippi, & gravis Peripatus, Porticusque, & qui scita sonoro gutture protulerunt, docuere*.

1. Et Chrysippus Stoicorum acutissimus, & πολυγραφώτατος, Porticus columna a *M. Tullio* dictus est.

Apollonius Alexandrinus, De Syntaxi lib. III. Διὸ καὶ τὰ τοιαῦτα οἱ ἀπὸ τῆς Στοᾶς ἐλάττονα κατηγορήματά φασιν. *Ideoque hæc talia qui e Porticu minora prædicata vocant*. Et occurrit pluries tum apud illum, in eo Opere, tum apud alios Auctores. Sic *Porticus* apud Ciceronem, Acad. Quæst. lib. IV. *Clamat Zeno, & tota illa porticus tumultuatur, hominem ad nihil aliud natum esse, quam ad honestatem*. Ante hanc porticum statuæ Solonis erant, & Lycurgi. Pausanias. Ἀνδριάντες δὲ χαλκοῖ κεῖνται πρὸ μὲν τῆς στοᾶς, (τῆς Ποικίλης,) Σόλων, ὁ τοὺς νόμους Ἀθηναίοις γράψας· ὀλίγον δὲ ἀπωτέρω, Λυκοῦργος. *Ante porticum quidem (Variam) statuæ sunt ex ære positæ, Solonis, qui leges Atheniensibus scripsit; & paulo longius, Lycurgi*. Et ibidem circulatores artem suam exercebant. Apuleius indicat, Milesi. I. *Et tamen Athenis proximo, ante Pœcilen porticum, isto gemino obtutu circulatorem aspexi, equestrem spatham, præacutam mucrone infesto, devorasse; ac mox eumdem, invitamento exiguæ stipis, venatoriam lanceam, qua parte minatur exitum, in ima viscera condidisse*. Illud quoque obiter hic admonendum, fuisse & Pœcilen dictum ab Hadriano Imp. locum quemdam in villa sua Tiburtina. Spartianus in eius Vita. *Tiburtinam villam mire exædificavit; ita ut in ea & provinciarum, & locorum celeberrima nomina inscriberet: velut Lyceum, Academiam, Prytaneum, Canopum, Pœcilen*.

CAP. VI.

Πτολεμαῖον, *gymnasium*. *Statuæ illic, Mercurii, e lapide; Ptolemæi, Iubæ, & Chrysippi, ex ære; Berosi, cum lingua inaurata. Thesei templum, & eius pictura; Athenienſium cum Amazonibus, & Centaurorum cum Lapithis pugna. Quando autem dedicatum. Magistratus quidam illic sorte a Thesmothetis lecti. Thesei etiam templa plura; mox ad quatuor revocata ab ipso Theseo; cetera Herculi donata, & Ἡρακλεῖα appellata, Vnum, in Vrbe; iuri quoque dicundo locus, asylum, & carcer; alterum, ad murum longum; cetera ubi sita, incertum*.

INde forum commemoratur a Pausania, novum nempe; quippe vetus in Ceramico visebatur; ut ostendi libro de eo singulari cap. XVI. Prope hoc, gymnasium erat, Πτολεμαῖον appellatum a conditore, in quo statuæ Mercurii plures erant e lapide; Ptolemæi, Iubæ, & Chrysippi, ex ære. Pausanias. Ἐν δὲ τῷ γυμνασίῳ, τοῦ ἀγορᾶς ἀπέχοντι ὀλίγον, Πτολεμαῖον δὲ ἀπὸ τοῦ κατασκευασμένου καὶ ὀνομαζομένου, λίθοι τέ εἰσιν Ἑρμαῖ, θέας ἄξιοι· καὶ εἰκὼν Πτολεμαίου χαλκῆ, ᾧ ὅ, τε Λίβυς ἴβεως ἐντεῦθεν κεῖται, καὶ Χρύσιππος ὁ Σολεύς. *In gymnasio vero, quod non longe a foro abest, & a conditore suo Ptolemæium nominatur, sunt Mercurii e lapide signa, visu digna; & ex ære Ptolemæi, Iubæ, ac Chrysippi Solensis statuæ*. Meminit eius Cicero, De Fin. lib. V. in ipso initio. *Cum audivissem Antiochum, Brute, ut solebat, cum M. Pisone, in eo gymnasio, quod Pto-*

Ptolemæium vocatur. Forſan & Beroſi ibidem erat ſtatua cum lingua aurata; de qua Plinius lib. VII. cap. XXXVII. *Aſtrologia (enituit) Beroſus; cui ob divinas prædictiones Athenienſes publice in gymnaſio ſtatuam inaurata lingua ſtatuere*. Sed incertum; neque dixerim, an hoc ipſum ſit gymnaſium, quod Demoſthenes intelligit in Orat. De Corona. Ἐδίδαξεν παρ' Ἐλπίκῃ, τῷ πρὸς τῷ Θησείῳ διδάσκοντι γράμματα. *Serviebat apud Elpiam, literas docentem iuxta Theſei fanum*. Apollonius Grammaticus in Aeſchinem. Καὶ παῖδας ἔχοντα, διδάσκειν γράμματα πρὸς τῷ Θησείῳ. *Liberoſque habentem, docere literas ad Theſei fanum*. Plutarchus extremo Theſeo. Καὶ κεῖται μὲν ἐν μέσῃ τῇ πόλει, (ὁ Θησεὺς,) παρὰ τὸ νῦν γυμνάσιον. *Et iacet (Theſeus) in media Urbe, iuxta quod nunc eſt gymnaſium*. Nam, ut vides, prope erat Theſei templum; & Pauſanias confirmat iſtis verbis. Πρὸς δὲ τῷ γυμνασίῳ Θησέως ἐστὶν ἱερόν, *Iuxta gymnaſium vero erat Theſei fanum*. In hoc autem ſpectabatur depictum prœlium Athenienſium contra Amazonas, & Centaurorum contra Lapithas, inter quos Centaurum interficiens Theſeus, quum inter alios æquo Marte decertari videretur: quæ vero in tertio pariete picta, minus clara rei geſtæ minus gnaris; partim vetuſtatis culpa, quæ permulta aboleviſſet; partim Miconis pictoris, qui non omnia expreſſiſſet. Pauſanias, ubi hoc deſcribit. Γραφαὶ δέ εἰσι, πρὸς Ἀμαζόνας Ἀθηναῖοι μαχόμενοι. πεποίηται δὲ σφίσιν ὁ πόλεμος ὅτος ἐπὶ τῇ Ἀσπίδι, καὶ τὸ Ὀλυμπίᾳ Διὸς ἐπὶ τῷ βάθρῳ. γέγραπται δὲ ἐν τῷ τὸ Θησέως ἱερῷ καὶ ἡ Κενταύρων καὶ ἡ Λαπιθῶν μάχη. Θησεὺς μὲν δὴ ἀπεκτονώς ἐστιν ἤδη Κένταυρον, τοῖς δὲ ἄλλοις ἐξ ἴσου καθέστηκεν ἔτι ἡ μάχη. τὸ δὲ τρίτον τοῦ τοίχου ἡ γραφὴ, μὴ πυθομένοις ἃ λέγουσιν, οὐ σαφὴς ἐστιν· τὰ μέν πῃ, διὰ τὸ χρόνου· τὰ δὲ, Μίκων οὐ τὴν πανίδα ἔγραψε λόγου. *Picturæ ſunt, cum Amazonibus pugnantes Athenienſes; quod quidem bellum expreſſum eſt ab ipſis in Minervæ quoque clypeo, & Olympii Iovis baſi. In fano Theſei picta item Centaurorum cum Lapithis pugna, in qua Theſeus quidem iam Centaurum interfeciſſe conſpicitur, ceteris adhuc æquo Marte dimicantibus; quæ pictura in pariete tertio exſtat, iis, ſi qui rem ignorant, eſt obſcura; partim temporis iniuria, partim Miconis, qui rem omnem, uti fertur, non depinxit*. Dedicatum vero hoc templum, non multo poſt occupatum a Medis Marathonem; quo tempore Cimon, Miltiadis filius, Theſei mortem ultus, Scyrum evertit, & Athenas oſſa eius reportavit. Pauſanias, Οἱ μὲν Θησέως σηκὸς Ἀθηναίοις ἐγένετο ὕστερον ἢ Μήδοι Μαραθῶνα ἔσχον, Κίμωνα δὲ τὸν Μιλτιάδου Σκυρίους ποιησάντα ἀναστάτους, δίκην ὑπὲρ τοῦ Θησέως θανάτου, καὶ τὰ ὀστᾶ κομίσαντα ἐς Ἀθήνας. *Ac Theſei fanum factum eſt ab Athenienſibus poſtquam Medi Marathonem occupaſſent, & Cimon, Miltiadis filius, Scyro everſa, Theſeique mortem ultus, oſſa Athenas reportaſſet*. Et fuse Plutarchus in Vita Theſei: Χρόνοις δὲ ὕστερον Ἀθηναίους ἀλλά τε παρέσησεν ὡς ἥρωα τιμᾶν Θησέα, καὶ τῶν ἐν Μαραθῶνι πρὸς Μήδους μαχομένων ἔδοξαν ὀλίγοι φάσμα Θησέως ἐν ὅπλοις καθορᾶν πρὸ αὐτῶν, ἐπὶ τοὺς βαρβάρους φερόμενον. μετὰ δὲ τὰ Μηδικὰ, Φαίδωνος ἄρχοντος, μαντευομένοις τοῖς Ἀθηναίοις ἀνεῖλεν ἡ Πυθία, τὰ Θησέως ἀνελέσθαι ὀστᾶ, καὶ θεμένους ἐντίμως παρ' αὐτοῖς φυλάττειν. ἦν δὲ λαβεῖν ἀπορία, καὶ γνῶναι τὸ τάφον, ἀμιξίᾳ, καὶ χαλεπότητι, τῶν ἐνοικούντων βαρβάρων. ὑμὴν ἀλλὰ καὶ Κίμων, ἑλὼν τὴν νῆσον, ὡς ἐν τοῖς περὶ ἐκείνου γέγραπται, καὶ φιλοτιμούμενος ἐξανευρεῖν, ἀετὸν τινὰ τόπον βυνοσδεῖ κόπτοντος, ὡς φασὶ, τῷ σόμφει, καὶ διαθέλλοντος τοῖς ὄνυξι, θείᾳ τινὶ τύχῃ συμφρονήσας, ἀνέσκαψεν. εὑρέσθη δὲ σῆκός τε μεγάλου σώματος, αἰχμή τε παρακειμένη χαλκῆ, καὶ ξίφος. κομισθέντων δὲ τούτων ὑπὸ Κίμωνος ἐπὶ τῆς τριήρους, ἡσθέντες οἱ Ἀθηναῖοι, πομπαῖς τε λαμπραῖς ἐδέξαντο, καὶ θυσίαις, ὥσπερ αὐτὸν ἐπανερχόμενον εἰς τὸ ἄστυ. καὶ κεῖται μὲν ἐν μέσῃ τῇ πόλει, παρὰ τὸ νῦν γυμνάσιον. *Poſterioribus temporibus inter alia viſum eſt Athenienſibus, ut heroem colere Theſeum; nec pauci ex iis, qui cum Medis ad Marathonem depugnabant, viſi ſibi ſpeciem Theſei in armis videre ante ipſos in hoſtes irruentem. Poſt bellum Medicum, quum oraculum Athenienſes conſuluiſſent, reſpondit Pythia, ut referrent oſſa Theſei, conditaque honorifice adſervarent. Sed recipere hæc difficile, ac ſepulcrum etiam noſſe; quia inhoſpitales eſſent, & feroces, qui inhabitabant Barbari. Verum Cimon, capta inſula, ut in eius Vita retuli, quum inveniendi ſtudio duceretur, aquila clivoſum locum roſtro ſuo verberante, unguibuſque fodicante, re divinitus intellecta, locum effodit. Repertuſque ibi magni corporis loculus, & ex ære adiacens cuſpis, item enſis, quæ quum Cimon in triremi ſua adveheret, perquam læti Athenienſes, pompa inſtructa permagnifica, & ſacris factis, tamquam in Vrbem poſtliminio ipſe tunc reverteretur, exceperunt. Et iacet quidem in media Vrbe, iuxta quod nunc eſt gymnaſium*. Sed templa Theſei plura fuere; unum hoc, de quo nunc agimus, in media Vrbe, relatis illuc eius oſſibus, ædificatum: cuius meminit etiam Diodorus Siculus lib. IV. Οἱ δὲ Ἀθηναῖοι μεταμεληθέντες, τά τε ὀστᾶ μετήνεγκαν, καὶ τιμαῖς ἰσοθέοις ἐτίμησαν αὐτὸν, καὶ τέμενος ἄσυλον ἐποίησαν ἐν ταῖς Ἀθήναις, τὸ προσαγορευόμενον ἀπ' αὐτοῦ Θησεῖον. *Athenienſes vero, pœnitentia ducti, cum oſſa eius reportarunt, tum divinis eum honoribus adfecerunt; templum etiam ſtatuerunt, unde avellere quemquam nefas, quod Theſeum, ab eius nomine appellatum*. Thucydides lib. VI. Καί τινα μίαν νύκτα κατέδαρθον καὶ ἐν Θησείῳ, τῷ ἐν πόλει, ἐν ὅπλοις. *Et unam quamdam noctem in Theſei templo, quod in Vrbe, in armis exegerunt*. Plutarchus De Exilio: Ὥσπερ τὴν Παρθενῶνα, καὶ τὸ Ἐλευσίνιον, οὕτω καὶ τὸ Θησεῖον ἅπαντες προσκυνοῦμεν. *Quemadmodum Parthenonem, & Eleuſinium, ſic Theſeum etiam cuncti venerantur*. Strabo lib. IX. Ὁρῶ τὴν ἀκρόπολιν, καὶ τὸ περὶ τὰ τριαίνας ἔχει τι σημεῖον· ὁρῶ τὴν Ἐλευσῖνα, καὶ τὰ ἱερῶν γέγονα μύσης· ἐκεῖνο, Λεωκόριον· τοῦτο, Θησεῖον. *Video arcem;*

1. Virgilius:
Grandiaque effoſſis mirabitur oſſa ſepulcris.
An veteres maiori ſtatura eſſent quam nos ſimus, & an Gigantes ceteris hominibus proceriores exſtiterint, conſule diſſerentes recentiores *Lancellotium*, & *Calmetium*.

Digitized by Google

arcem; & hæc ſignum de tridente quoddam habet. Video etiam Eleuſinem; & ſacris ſum initiatus. Illud, Leocorium eſt; iſtud, Theſeum. Meminerunt etiam Suidas, Harpocration, & Apollonius Grammaticus in citatis ſtatim verbis. Ac magiſtratus ibi quidam ſorte lecti a Theſmothetis.(1) AEſchines Orat. in Cteſiphontem: Ἀρχὰς δὲ φήσουσιν ἐκείνας εἶναι, ἃς οἱ Θεσμοθέται ἀποκληρώσιν ἐν τῷ Θησείῳ. *Magiſtratus vero illos eſſe dicent, quos in Theſeo ſorte legunt Theſmothetæ.* Alterum erat ad murum longum. Obſervare eſt apud Andociden in Orat. Περὶ μυστηρίων. Ἀναπαλέσαντες ἦ τὰς φαλαγγὰς, ἀνέπεῖν ἐκέλευσαν, Ἀθηναίων τὰς μὲν ἐκ ἄστεϛ οἰκοῦντας, ἰέναι εἰς τὴν ἀγορὰν, τὰ ὅπλα λαβόντας· τὰς δ' ἐν μακρῷ τείχεϊ, εἰς γε Θησεῖον. *Advocatis copiarum ductoribus, edicere iuſserunt, qui in Vrbe habitarent, uti, ſumtis armis ſuis, in forum irent; qui in longo autem muro, in Theſeum.* Vnde via illic Theſea appellata. Propertius indicat lib. III. Eleg. XX.

Inde, ubi Piræi capient me littora portus,
Scandam ego Theſeæ brachia longa viæ.

Et quidem verſus mare. Colligo ex iſto Ariſtophanis loco in Equitibus:

Εἰ δ' ἀρέσκει ταῦτ' Ἀθηναίοισι, καλῆσθαι μοι δοκῶ
Εἰς τὸ Θησεῖον πλεύσαις. ——— ———
Quod ſi placent hæc Athenienſibus, conſidere mihi videor
Ad Theſeum navigantibus. ———

Erant alia item duo; quippe quatuor univerſa, verum duo incertis locis. Ac initio plura fuerant; ſed ipſe ea, præter hæc, quæ dixi, quatuor, e captivitate ſua apud regem Moloſſorum Aidoneum, ab Hercule liberatus, illi conſecravit, & Ἡρακλεῖα appellari deinde voluit. Plutarchus in eius Vita: Συγχωρήσαντος ἦ τὸν Ἀϊδωνέως, λυθεὶς ὁ Θησεὺς, ἐπανῆλθε μὲν εἰς τὰς Ἀθήνας, ὐδέπω πανλάπασι τ' φίλων αὐτῷ κεκραλημένων. ϛ ὅσα ὑπῆρχε τεμένη πρότερον αὐτῷ τ' πόλεως ἐξελούσης, ἅπανλα καθιέρωσεν Ἡρακλεῖ, κ) προσηγόρευσεν ἀντὶ Θησείου Ἡρακλεῖα, πλὴν τεσσάρων, ὡς Φιλόχορος ἱσόρηκεν. *Concedente vero Aidoneo, ſolutus Theſeus, Athenas rediit, necdum prorſus amicis eius oppreſſis; quæque prius ipſi templa a civitate adſignata fuerant, Herculi omnia conſecravit, ſolis quatuor exceptis: & pro Theſeis Heraclea appellari illa voluit, uti auctor eſt Philochorus.* Et hoc eſt, quod Ariſtides dicit Orat. in Herculem: Καὶ ὅτω ζφόδρα τ' κράτλονος μοίρας ἐκρίθη τὸ ἐκάνου πρᾶγμα, ὥσε ϛ ὅσα Θησεῖα ἦν κατὰ τὺς δήμους, ἅπανλα μετεσκεύασαν, κ) καλέσησαν Ἡρακλεῖα ἀντὶ Θησείων. *Quin tantopere hic prælatus eſt, ut Theſea, quæ per populos haberentur, mutato nomine, pro Theſeis Heraclea appellarent.* Erat autem Theſei fanum qualecumque aſylum(2) ſervorum, ſupplicumque. Diſcimus clare ex Heſychii iſtis verbis: Θησεῖον, νεὼς Θησέως, ἐφ' ὃν οἱ ἀποδιδράσκονλες καλέφυγον. *Theſeum, Theſei fanum, in quod fugitivi confugiebant.* Etymologici Auctor. Θησεῖον, τέμενός ἐσι τῷ Θησεῖ, ὃ τοῖς οἰκέταις ἄσυλον ἦν. *Theſeum, delubrum Theſei; quod perfugium ſervis erat.* Plutarchus de eodem in Vita Theſei: Ἔ'σι ϗ φύξιον οἰκέταις, κ) πᾶσι τοῖς λαπεινοτέροις, κ) δεδιόσι κρείλονας· ὡς καὶ τὸ Θησέως προσαλικὸν λινὸς ϛ βοηθικὸν γνομένου, κ) προσδεχομένου φιλανθρώπως λὰς τ' λαπεινοτέρων δεήσεϛ. *Eſt autem perfugium ſervis, omnibuſque humilioribus, quique potentiores timent; ceu patronus quidam Theſeus, & adiutor fuiſſet, ac benigne etiam preces inferiorum excepiſſet.* Diodorus in citatis ſtatim verbis: Καὶ τέμενος ἄσυλον ἐποίησαν ἐν ταῖς Ἀθήναις, τὸ προσαγορευόμενον ἀπ' αὐτοῦ Θησεῖον. *Templum etiam ſtatuerunt, unde avellere quemquam nefas; quod Theſeum ab eius nomine appellatum.* Ius quoque illic dicebatur. Etymologici Auctor de eo: Ἐλέγοντο ϗ κ) δίκαι ἐνταῦθα. *Hic vero etiam cauſæ dicebantur.* Et carcer erat; nam mox ſubiungit: Δηλοῖ ϗ καὶ δεσμωλήριον παρὰ Ἀθηναίοις. *Significat vero etiam carcerem apud Athenienſes.* Heſychius totidem verbis: Atque inde Θησϕότριψ facete ab Ariſtophane dicitur, qui diu, multumque illic verſatus eſſet, captivus; qui pari elegantia *Colonus carceris* a Plauto dicitur. Etymologici Auctor. Θησϕότριψ, ὁ ἐν τῷ Θησείῳ διατρίψας. Ἀριστοφάνης Πολυίδῳ. *Theſeotriba, qui in Theſeo eſt verſatus. Ariſtophanes Polyido.*

CAP. VII.

Templum Dioſcurorum Ἀνάκϗον *dictum; in quo ipſi ſtantes erant: filii equis inſidentes. Leucippi filiarum nuptiæ, & Argonautarum in Colchos expeditio illic picta: Polygnoti illæ opus, hæc Miconis, Mens a Polygnoto picta. Columna quoque, & inſcriptio. Cives etiam a Piſiſtrato, quum exuere eos armis ſuis vellet, convenire iſthic iuſſi: tum mancipia ibidem vendita. Agraulı fanum; Atticæque iuventutis in hoc ipſo iusiurandum. Pollux varie reſtitutus. Eius ædificandi cauſa.*

HInc Dioſcurorum templum vetus, in quo ſtantes ipſi erant; filii equis inſidentes: pictæ quoque res ipſorum a Polygnoto, & Leucippi filiarum item nuptiæ; tum qui Colchos cum Iaſone Argonautæ navigarant; inter quos Acaſtus maxime, & eius equi eminebant; a Micone iſti picti. Pauſanias: Τὸ ϗ ἱερὸν τ' Διοσκούρων ἀρχαῖόν ἐσιν, αὐτοί τε ἑςῶτες, καὶ οἱ παῖδες καθήμενοι σφισὶν ἐφ' ἵππων. Ἐνταῦθα Πολύγνωτος μὲν ἔχουσα ἐς αὐτὺς ἔγραψε, καὶ γάμον τ' ϑυγατέρων τ' Λευκίππου· Μίκων δὲ, τὺς μετὰ Ἰάσονος ἐς Κόλχους πλεύσανλας. κ) οἱ τῆς γραφῆς ἡ σπουδὴ μάλισα ἐς Ἄκασον κ) τὺς ἵππους ἔχϗ τοῦ Ἀκάσου. *Fanum Dioſcurorum vetus eſt; in eoque ipſi ſtantes, filiique in equis ſedentes. Hic, quæ ad ipſos per-*

1. Theſmothetae. Athenis erant a Legum latione ita appellati, qui aetate, & uſu docti domi iura dabant, querelas, accuſationeſque cognoſcebant, deque controverſiis aequo examine decernebant, qui circa Deos ſacra, & circa homines leges ſervabant. Hi quotannis leges emendabant, & recognoſcebant, & ad congruentiam, ſenſumque conſentaneum reducebant. Ex *Budaeo*.

2. Aſyli ius cunctarum prope gentium moribus receptum fuit, quod quidem veterum hiſtoriarum peritos latere non poteſt. Id profecto, & Numinis reverentiae, & Principum honori, & miſerae hominum conditioni congruens, ac conſentaneum.

Digitized by Google

Digitized by Google

CERES ΚΟΥΡΟΤΡΟΦΟΣ. *Lib. II. Athen. Attic. Cap. VII.*

In Regio Musco Mediceo Long. Ped. VIII. Vnc. VIII. Alt. Ped. V. Vnc. V

PARTHENON. *Cecrop. Cap. XIIII.*



THESEVM. *Lib. I. Athen. Attic. Cap. VI.*



TURRIS MARMOREA OCTOGONOS *Lib. III. Athen. Att. Cap. IX.*



Digitized by Google

pertinebant, & Leucippi filiarum nuptias, Polygnotus pinxit; Micon vero, hos, qui Colchos cum Iasone navigaverant, ac picturæ maxima quidem cura fuit circa Acastum, & eius equos. Mens ibidem ſpectabatur, Polygnoti eiuſdem opus. Heſychius: Πολυγνώτου τοῦ ζωγράφου ὁ νοῦς ἐστὶ γεγραμμένος, ἐναντίος, ἐπεσταλμένος, κομίζων σκευοφόρον, καὶ τὴν μυρσίνιλον λαγωόν· ᾗ ἀνάκειται ἐν τῷ Ἀνακείῳ. *Polignoti picturis Mens picta est, contraria, conversa, sarcinas, & myrtum leporem ferens; & in Anaceo collocata est.* Vocabatur autem templum iſtud Ἀνάκειον, ut Dioſcuri ipſi Ἄνακες. (1) Harpocration: Ἀνάκειον, τὸ ἀνάκλορον, ἱερὸν τῶν Διοσκούρων. *Anaceum, templum, Dioſcuris ſacrum.* Suidas: Ἀνάκειον, ὄρος· ἢ τὸ τῶν Διοσκούρων ἱερόν. *Anaceum, mons, vel Dioſcurorum fanum.* Ac vides in citatis ſtatim Heſychii verbis, & Auctoribus iam dicendis. Picturarum Polygnoti, quæ illic erant, a Pauſania memoratæ, meminit etiam Harpocration in Πολύγνωτος. Τὴν Ποικίλην στοὰν ἀνέγραψε προῖκα· ἢ, ὡς ἕτεροι, τὰς ἐν τῷ Θησαυρῷ, καὶ τῷ Ἀνακείῳ, γραφάς. *Porticum Variam gratis pinxit; vel, ut alii, Theſaurum, & Anaceum.* Columna item iſtic erat, in qua inſcriptum; e bobus duobus præcipuis ſelectis tertiam partem, in certamen; e duabus reliquis alteram ſacerdoti; alteram paraſitis impendendam eſſe. Athenæus lib. VI. Ἀλλὰ μὴν, περὶ γὰρ τῶν παρασίτων ὁ λόγος, καὶ ἐν τῷ Ἀνακείῳ ἐπί τινος στήλης γέγραπται· τοῦν δὲ βοοῖν τοῖν ἡγεμόνων τοῖν ἐξαιρουμένοιν, τὸ μὲν τρίτον μέρος, εἰς τὸν ἀγῶνα· τὰ δὲ δύο μέρη τὸ μὲν ἕτερον, τῷ ἱερεῖ· τὸ δὲ, τοῖς παρασίτοις. *Verum, nam de paraſitis nobis ſermo, etiam in Anaceo in columna quadam ſcriptum eſt; e bobus ductoribus ſelectis tertia pars, in certamen; e duabus reliquis partibus una quidem in ſacerdotem; altera in paraſitos impendatur.* Huc Piſiſtratus Athenienſes, eos exarmare cupiens, convenire cum armis iuſſit. Polyænus lib. I. Πεισίστρατος, Ἀθηναίων τὰ ὅπλα βουλόμενος παρελέσθαι, παρήγγελεν ἥκειν ἅπαντας εἰς τὸ Ἀνάκειον. *Piſiſtratus, quum arma adimere Athenienſibus vellet, convenire in Anaceum omnes iuſſit.* Ac mancipia illic venumdari ſolita. Inde Demoſthenes in Stephanum Orat. I. Πονηρὸς, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, πονηρὸς ἔστιν ἄνωθεν ἐκ τοῦ Ἀνακείου, καὶ ἄδικος. *Improbus, o Athenienſes, improbus hic eſt, iam ab Anaceo uſque, & iniuſtus.* Mentio huius templi occurrit apud Thucydidem lib. VIII. & Andocidem, περὶ μυστηρίων. Supra illud Agrauli (2) erat. Pauſanias: Ὑπὲρ δὲ τὸ Διοσκούρων τὸ ἱερὸν, Ἀγραύλου τέμενός ἐστιν. *Supra Dioſcurorum vero fanum eſt Agrauli.* Meminit eius Herodotus lib. VIII. Ἀνέβησάν τινες κατὰ τὸ ἱερὸν τῆς Κέκροπος θυγατρὸς Ἀγραύλου. *Aſcenderunt nonnulli iuxta fanum Agrauli, Cecropis filiæ.* Hic iuventus Athenienſis iusiurandum dabat de tutanda patria, eiuſque ſacris, ac legibus. Meminit Demoſthenes in Orat. de falſa legat. Καὶ τὸ Μιλτιάδου, καὶ Θεμιστοκλέους, ψήφισμα ἀναγινώσκων, καὶ ἃ ἐν τῷ τῆς Ἀγραύλου τὸν ἐφήβων ὅρκον. *Et Miltiadis, ac Themiſtoclis decretum legens; iuvenumque in Agrauli iuramentum.* Ad quem locum Vlpianus: Εἷς μία τῶν Κέκροπος θυγατέρων Ἄγραυλος. ἐν ᾗ τῷ τεμένει αὐτῆς οἱ ἐξιόντες εἰς τοὺς ἐφήβους ἐκ παίδων, μετὰ πανοπλιῶν ὤμνυον, ὑπερμαχεῖν ἄχρι θανάτου τῆς θρεψαμένης. *Eſt una e Cecropis filiabus Agraulus, in cuius templo, quum e pueris in ephebos adſcriberentur, in armis omnibus iurabant, ſe pro patria uſque ad mortem pugnaturos.* Philoſtratus De Vita Apollonii lib. IV. cap. VII. Τιμᾶς δὲ, ἀβρότεροι τῶν Ξέρξου γυναικῶν, ἐπ' αὐτοὺς στέλλεσθε οἱ γέροντες, οἱ νέοι, τὸ ἐφηβικόν· οἳ πάλαι μὲν ὤμνυσαν, ἐν Ἀγραύλου φοιτῶντες, ὑπὲρ τῆς πατρίδος ἀποθανεῖσθαι. *Vos vero molliores, quam mulieres Xerxis, adverſus illos mittimini, ſenes, iuvenes, ephebi; qui olim quidem in Agrauli convenientes iurabant, ſe pro patria morituros.* Lycurgus Orat. in Leocratem: Τιμῶν γάρ ἐστιν ὅρκος, ὃν ὀμνύουσι πάντες οἱ πολῖται, ἐπειδὰν εἰς τὸ ληξιαρχικὸν γραμματεῖον ἐγγραφῶσιν, καὶ ἔφηβοι γένωνται, μήτε ἱερὰ ὅπλα καταισχυνεῖν, μήτε τὴν τάξιν λείψειν, ἀμυνεῖν δὲ τῇ πατρίδι, καὶ ἀμείνω παραδώσειν. *Vobis enim eſt iusiurandum, quod cives omnes dant, quum in album civitatis referuntur, & ephebi fiunt, neque ſacra arma dehoneſtaturos, neque ordinem deſerturos, ſed pro patria pugnaturos, & hanc meliorem eſſe tradituros.* Vbi obſerva, dari iusiurandum hoc ſolitum, quum in album referrentur. Idem Pollux quoque memorat, qui plenam eius formulam fuiſſe iſtam tradit. Non ſe arma dehoneſtaturos eſſe, neve adſtantem commilitonem deſerturos; pugnaturos vero pro aris, ac focis, & ſolos, & cum multis; neque patriam deteriorem tradituros, navigaturos item adverſum qualemcumque denique terram; legibuſque auſcultaturos, ſive latis, ſive deinceps ferendis; neque permiſſuros umquam, ut evertat eas aliquis, aut detrectet morem gerere; ſacra patria culturos, & pro viribus defenſuros, ſive ſolos, ſeu cum omnibus; deos autem huius iuramenti ſui teſtes capere, Agraulum, Enyalium, Martem, Iovem. Verba Pollucis ita habent libro VIII. cap. IX. Περίπολοι, ἔφηβοι, περιήεσαν τὴν χώραν περιφυλάττοντες, ὥσπερ ἤδη μελετῶντες τὰ στρατιωτικά, καὶ εἰς μὲν τοὺς ἐφήβους εἰσῆεσαν, ὀκτωκαίδεκα ἔτη γεγόμενοι· δύο δὲ, εἰς περιπόλους ἠριθμοῦντο. εἴκοσι δὲ ἐνεγράφοντο τῷ ληξιαρχικῷ γραμματείῳ, καὶ ὤμνυον ἐν Ἀγραύλου· ὃ καταισχυνῶ τὰ ὅπλα, οὐδὲ καταλείψω τὸν προστάτην, ᾧ ἂν τύχω. ἀμυνῶ δὲ καὶ ὑπὲρ ἱερῶν, καὶ ὁσίων, καὶ μόνος, καὶ μετὰ πολλῶν· καὶ τὴν πατρίδα οὐκ ἐλάττω παραδώσω. πλεύσω δὲ κατὰ γῆς, ὁπόσην ἂν παραδέξωμαι. καὶ συνήσω τοῖς ἀεὶ κρινομένοις, καὶ τοῖς θεσμοῖς τοῖς ἱδρυμένοις πείσομαι, καὶ ὃς τινας ἄλλους ἱδρύσηται τὸ πλῆθος ἐμφρόνως. καὶ ἄν τις ἀναίρῃ τοὺς θεσμοὺς, ἢ μὴ πείθηται, οὐκ ἐπιτρέψω· ἀμυνῶ δὲ καὶ μόνος, καὶ μετὰ πάντων· καὶ τὰ ἱερὰ πάτρια τιμήσω. ἵστορες θεοὶ Ἄγραυλος, Ἐνυάλιος, Ἄρης, Ζεύς. *Circitores, ephebi circuibant regionem cuſtodientes, tamquam etiam tunc meditantes bellica. Et in ephebos quidem referebantur annos octo, & decem*

1. Cur Dioſcuri Ἄνακες dicti ſint, videre eſt apud *Plutarchum* in *Theſeo*, cuius locus refertur etiam a Meurſio *Lib. De Fortuna Attica Cap.* X.

2. De Agraulo vide pluria apud laudatum *Pauſaniam*, & *Ovidium libris Metamorphoſeon.*

Digitized by Google

decem nati; inde biennium inter circitores erant; vigesimo vero in albo civium inscribebantur, & iurabant in Agrauli: non dehonestabo arma, neque præsitem etiam deseram, quicumque obtigerit; pugnabo vero pro aris, ac focis, & solus, & cum multis; neque patriam deteriorem item tradam; navigabo autem adversus terram qualemcumque, ac decernentibus auscultabo, legibusque constitutis, & quas alias populus prudenter feret, morem geram; tum si quisquam tollere leges, aut non obedire velit, non permittam; pugnabo vero & solus, & cum omnibus, sacraque patria honorabo, testes sunto dii Agraulus, Enyalius, Mars, & Iupiter. Sed legendum illic censeo, ἐδὲ καλαλείψω τὸν παρασάτην. *Non deseram asitem.* Lycurgus in citata statim Oratione de hoc ipso iuramento verba faciens. Τίνα δ' ἂν τρόπων ὅπλα καταισχύνοιέ τις μᾶλλον ἢ εἰ λαβεῖν μὴ θέλοι; πῶς δ' ὃ τὸν παρασάτην, καὶ τὴν τάξιν λέλοιπεν, ὁ μηδὲ τάξαι τὸ σῶμα παρασχών. *Quomodo enim magis quispiam arma sua dehonestet, quam si sumere ea nolit? quomodo item non commilitonem asitem, ordinemve deseruit, qui neque se in acie collocandum præbuit?* Apud Stobæum Serm. XLI. ubi etiam iuramenti verba habes: Οὐ καταισχυνῶ ὅπλα τὰ ἱερὰ, οὐδ' ἐγκαλαλείψω τὸν παρασάτην. *Non dedecorabo arma sacra, neque asitem destituam.* Sequentia vero Pollucis verba, partim mutila, partim corrupta, sic restituo ex eodem hoc Stobæo. Καὶ συνήσω τῶν ἀεὶ κρινόντων ἐμφρόνως, καὶ τοῖς θεσμοῖς τοῖς ἱδρυμένοις πείσομαι, καὶ ὃς τινας ἄλλους ἱδρύσηται τὸ πλῆθος ὁμοφρόνως. *Et prudenter decernentibus auscultabo; legibusque constitutis, & quas alias populus consensu feret, morem geram.* Denique in fine: Ἵσορες θεοὶ, Ἄγραυλος, Ἐνυάλιος. *Testes sunto dii, Agraulus, Enyalius.* Sed & hoc item iurabant: terminos Atticæ habituros, triticum, hordeum, vineas, oleas; ideſt, terram sese omnem vindicaturos, quacumque culta, & frugifera ea esset. Observo apud Plutarchum in Alcibiade: Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τῆς γῆς συνεβούλευεν ἀντέχεσθαι τοῖς Ἀθηναίοις, καὶ τὴν ἐν Ἀγραύλῳ προβαλλόμενον ἀεὶ τοῖς ἐφήβοις ὅρκον ἔργῳ βεβαιῶν. ὀμνύουσι γὰρ, ὅροις χρήσεσθαι τῆς Ἀττικῆς, πυροῖς, κριθαῖς, ἀμπέλοις, ἐλαίαις, οἰκέαν ποιεῖσθαι διδασκόμενοι τὴν ἄμερον, καὶ καρποφόρον. *Enimvero consuluit etiam populo Athenienſi, uti etiam terram adsereret; &, quod in Agrauli ephebis semper proponebatur, iusiurandum ipso opere confirmarent; iurant enim, habituros se Atticæ terminos, triticum, hordeum, vineas, oleas; quo suggerebatur iis, ut adsererent terram omnem cultam, & frugiferam.* Templi autem huius Agraulo ædificandi hæc fuit causa. Quum bello Athenæ infestarentur ab Eumolpo, idque in longum traheretur, scisscitantibus de liberatione Athenienſibus, respondit oraculum: tum malorum finem fore, quum quis sese pro rep. devovisset; idque Agraulus postquam audivit, ultro se in mortem dedit, & de muro præcipitavit, cuius rei ergo cives, ut se gratos ei ostenderent, templum istud exstruxerunt. Vlpianus loco citato: Πολέμου συμβάντος πρὸς Ἀθηναίους, ὅτε Εὔμολπος ἐστράτευσε καθ' Ἐρεχθέως, καὶ μηκυνομένου τούτου, ἔχρησεν Ἀπόλλων, ἀπαλλαγήσεσθαι, ἐάν τις ἀνέλῃ ἑαυτὸν ὑπὲρ τῆς πόλεως. ἡ τοίνυν Ἄγραυλος ἐκθυσα αὐτὴν ἐξέδωκεν εἰς θάνατον. ἔῤῥιψε γὰρ ἑαυτὴν ἐκ τοῦ τείχους. εἶτα, ἀπαλλαγέντες τοῦ πολέμου, ἱερὸν ὑπὲρ τούτου ἐστήσαντο αὐτῇ περὶ τὰ προπύλαια τῆς ἀκροπόλεως. *Quum bellum Athenienſibus obortum esset, infestante cum exercitu Erechtheum Eumolpo, atque diu id duraret, respondit Apollo, liberandos eos fore, si pro Vrbe quisquam sese in mortem daret. Id Agraulus sponte fecit, & de muro se deiecit; inde a bello liberati, fanum ei hac de causſa iuxta arcis propylæa constituerunt.*

CAP. VIII.

Prytaneum, idque unde appellatum. In eo statuæ Pacis, Vestæ, Autolyci, Miltiadisque, & Themistoclis; item Democharis. Solonis quoque leges illic adservatæ, quæ in arce prius erant. Victus ibidem Cleomanti, posterisque, ut Harmodii, & Aristogitonis, datus: etiam omnium eorum, qui bene de rep. meriti. Socratis dictum. Dari autem maza solita; & diebus festis panis, ex Solonis instituto. Dioscurorum etiam quoddam ibi prandium; item ignis inextinctus. A Theseo structum; post eversum terræmotu. Bonæ fortunæ statua. Cædes Cimonis. Decimæ ventrium ex animalibus, quæ immolarentur, Prytaneo datæ. In villa Tiburtina Hadriani Imp. locus, Prytaneum *dictus.*

INde Prytaneum erat. Pausanias. Πλησίον δέ, Πρυτανεῖόν ἐστιν. *In propinquo, Prytaneum est,* Inde dictum, quod hic Prytanes convenirent. Scholiastes Thucydidis lib. II. Πρυτανεῖον ἐκαλεῖτο, ἐπειδὴ ἐκεῖ ἐκάθηντο οἱ Πρυτάνεις, οἱ τῶν ὅλων πραγμάτων διοικηταί. *Prytaneum dicebatur, quia ibi Prytanes sedebant, penes quos erat rerum omnium administratio.* Alii ceu πυρὸς ταμεῖον dictum cupiunt; quia ignis inextinctus, ut mox dicam, adservari illic solitus: alii ceu πυρῶν ταμεῖον, quod frumentum istic publicum servaretur. Vide Suidam, & Auctorem Etymologici. In hoc & Solonis leges adservatæ, statuæque spectabantur Pacis, Vestæ, & Autolyci; tum Miltiadis, & Themistoclis; prima inscriptione abolita, viro Thraci, & Romano attributæ. Pausanias. Πρυτανεῖόν ἐστιν, ἐν ᾧ νόμοι τε οἱ Σόλωνός εἰσι γεγραμμένοι, καὶ θεῶν Εἰρήνης ἀγάλματα κεῖται, καὶ Ἑστίας. ἀνδριάντες δὲ ἄλλοι τε, καὶ Αὐτόλυκος ὁ παγκρατιαστής (1). τὰς γὰρ Μιλτιάδου, καὶ Θεμιστοκλέους, εἰκόνας εἰς Ῥωμαῖόν τε ἄνδρα, καὶ Θρᾷκα, μετέγραψαν. *Prytaneum est, in quo & Solonis leges scriptæ exstant, & dearum simulacra, Pacis, ac Vestæ: statuæque Autolyci pancratiastæ,*

1. Pancratiastæ erant, qui manibus pedibusque, quasi omni spe, omnibusque (ut dicitur) ungulis connixi certabant, ideſt, ταῖς χερσὶ καὶ ποσὶ πυκτομάχοντες, ut scribit *Suidas*, quamvis paulo aliter *Hermolaus*. Παγκράτιον igitur est ludus Gymnicus, qui advocatis omnibus corporis viribus, omniumque nervorum contentione transigebatur. Alii tamen Παγκράτιον interpretantur πένταθλον, ut quod quinquertio constet, nempe pugilatu, cursu, saltu, disco, & lucta. Adeundus eruditissimus Gul. Budæus in Adnotationibus.

Digitized by Google

stæ, tum Miltiadis, & Themistoclis; quas, mutata inscriptione, viro Thraci, & Romano tribuerunt. Etiam Democharis gladio accincti. Plutarchus in Demosthene, lib. De x. Rhet. Ἀ'δελφιδοῦς αὐτῷ Δημοχάρης ἐγένετο, ἀνὴρ καὶ κατὰ πόλεμον ἀγαθὸς, καὶ κατὰ τὰς πολιτικὰς λόγους ὐδενὸς χέρων· ἔστι δ' αὐτοῦ εἰκὼν ἐν τῷ Πρυτανείῳ, ἐσιόντων πρὸς Ἑστίαν δεξιᾷ, ὁ πρῶτος περιεζωσμένος ἅμα τῷ ἱματίῳ ἐ ξίφος. ὅτω γὰρ δημηγορῆσαι λέγεται, ἡνίκα Ἀ'ντίπατρος ἐξήτει τοὺς ῥήτορας. *Nepos ipsi ex sorore erat Demochares, vir & belli egregius, & civilibus disciplinis nulli inferior. Est verò eius statua in Prytaneo, ubi intraveris, ad dextram Vestæ; isque primus, qui cum veste etiam gladio accinctus; siquidem eo habitu dixisse fertur, quum Antipater Oratores postularet.* Vbi vides Vestæ quoque simulacri, a Pausania memorati, mentionem. Democharis autem istius statuæ meminit iterum in sequentibus statim verbis. Η' δὲ τοῦ Δημοχάρους εἰκὼν εἰς τὸ Πρυτανεῖον μετενεχθεῖσα, περὶ ἧς προείρηται. *Democharis vero statua, de qua iam diximus, in Prytaneum est translata.* Quod Solonis leges attinet, est de iis & Plutarchi iste locus, in Solone. Ἰσχὺν δὲ τοῖς νόμοις πᾶσιν εἰς ἑκατὸν ἐνιαυτοὺς δέδωκε, καὶ καταγράψαντες εἰς ξυλίνους ἄξονας, ἐν πλαισίοις περιέχουσι τρεφομένους, ὧν ἔτι καθ' ἡμᾶς ἐν Πρυτανείῳ λείψανα μικρὰ διετώζετο. *Robur vero legibus omnibus dedit in annos centum; suntque eæ in axibus ligneis perscriptæ, qui cum thecis longiusculis circumiectis vertebantur; & reliquias etiamnum est videre in Prytaneo.* Ac translatæ huc ex arce, ubi antea collocatæ. Pollux lib. VIII. cap. x. Ἀ'πέκειντο δὲ οἵ τε κύρβεις, καὶ οἱ ἄξονες ἐν ἀκροτόλει πάλαι· αὖθις δ', ἵνα πᾶσιν ἐξῇ ἐνιυγχάνειν, εἰς τὸ Πρυτανεῖον, καὶ τὴν ἀγορὰν, μετηνέχθησαν. *Olim cyrbes, & axes in arce erant; postea vero, ut cuivis inspiciendi copia esset, in Prytaneum, & forum sunt translati.* Hic victus datus Cleomanti, posterisque. Lycurgus Or. in Leocratem. Τῷ δὲ Κλεομάντει τῷ Δελφῷ, ἡ πόλις αὐτῷ τε καὶ ἐκγόνοις ἐν Πρυτανείῳ ἀίδιον σίτησιν ἔδοτον. *Cleomanti Delpho urbs cum ipsi, tum posteris eius, perpetuum in Prytaneo victum dedit.* Item Harmodii, & Aristogitonis (1) posteris. Dinarchus in Demosthenem. Καὶ τὸ ἐν Πρυτανείῳ σιτήσεως κεκοινωνηκότα τοῖς Ἁρμοδίῳ, καὶ Ἀριστογείτονος ἀπογόνοις. *Et victum in Prytaneo sortitum communem cum Harmodii, & Aristogitonis posteris.* Hinc Iæus, περὶ τοῦ Δικαιογένους κλήρου. Καὶ ἐβουλήθης μᾶλλον Δικαιογένους υἱὸς καλεῖσθαι, ἢ Ἁρμοδίου, καὶ Ἀριστογείτονος· ὑπεριδὼν μὲν τὴν ἐν Πρυτανείῳ σίτησιν, καταφρονήσας δὲ τῶν προεδριῶν, καὶ ἀτελειῶν, ἃ τοῖς ἐξ ἐκείνων γεγονόσι δέδοται. *Et maluisti Dicæogenis filius dici, quam Harmodii, aut Aristogitonis; despiciens victum in Prytaneo, priores consessus, & immunitates; quæ eorum posteris datæ.* Hippocrati item, A posterisque. Soranus in eius Vita· Καὶ πολίτου (Ἀ'θηναῖοι) ἔγραψαν, καὶ τὴν ἐν Πρυτανείῳ σίτησιν ἔδοσαν εἰς ἐκγόνους. *Et civitate (Athenienses) eum donarunt, & in Prytaneo victu usque ad posteros.* Immo omnium eorum, qui præclare de rep. meriti essent. Res est obvia apud Auctores. Scholiastes Aristophanis, ad Equites. Πρυτανεῖον, οἰκίσκος, παρὰ τοῖς Ἀ'θηναίοις, ἔνθα σιτοῦνται δημοσίᾳ, οἱ δ' τοιαύτης τιμῆς παρ' αὐτοῖς τυχόντες. *Prytaneum, ædificium apud Athenienses, ubi publice alebantur, quibus illi honorem eum concessissent.* Et alibi ad eamdem fabulam. Πρυτανεῖον, τόπος Ἀ'θήνησιν, ὅ τὰς δημοσίας σιτήσεις ἐποιοῦντο. *Prytaneum, locus Athenis, in quo publice victum dabant.* Estque notum Socratis dictum apud Diogenem Laertium in ejus Vita lib. II. Ἕνεκα μέν, εἶπε, τῶν ἐμοὶ διατεπραγμένων, τιμῶμαι τὴν δίκην τῆς ἐν Πρυτανείῳ σιτήσεως. *Eorum, inquit, quæ gessi caussa, victum mihi in Prytaneo decernendum esse censeo.* Cicero sic refert, De Orat. lib. I. *Interrogatus Socrates, quam quasi æstimationem commeruisse se maxime confiteretur, respondit; sese meruisse, ut amplissimis honoribus, & præmiis decoraretur; & ut ei victus quotidianus in Prytaneo præberetur.* Sed non recte Scholiastes Aristophanis, qui οἰκίσκον illud dicit, cum revera ampla domus esset. Sic Thucydidis Scholiastes lib. II. Πρυτανεῖόν, ἐστιν οἶκος μέγας, ἔνθα αἱ σιτήσεις ἐδίδοντο τοῖς πολιτευομένοις. *Prytaneum est ampla domus, ubi victus dabatur iis, qui negotia Reipublicæ administrabant,* Ac de victu quidem exhibito iis, qui negotia reip. tractabant, est exemplum apud Heliodorum; ubi Cnemon de patre suo Aristippo, quem τ' ἄνω βουλῆς esse memoraverat, ita narrat lib. I. Ὁ μὲν πατὴρ, ἐν τῷ Πρυτανείῳ ἐσιτεῖτο· καὶ, ὡς ἂν ἐν τοιαύτῃ πανηγύρει, καὶ πότῳ πανδήμῳ, καὶ διανυκτερεύειν ἔμελλεν. *Pater quidem, in Prytaneo cibum sumebat; &, ut in eiusmodi festo, ac potatione publica, etiam noctem acturus erat.* Cibus vero ordinarius, maza (2) erat; extra ordinem, quando dies festus esset, panis datus, ex Solonis instituto. Athenæus l. IV. Σόλων δὲ τοῖς ἐν Πρυτανείῳ σιτουμένοις, μάζαν παρέχειν κελεύει· ἄρτον δὲ ταῖς ἑορταῖς παρατιθέναι. *Solon vero, in Prytaneo victitantibus mazam exhiberi iubet, panem autem diebus festis.* Dioscuris quoque prandium quodam die datum, in quo caseus, physta (3), oliva, item porrum; prisci victus (4) monumenta, apponebantur. Athenæus libro citato. Οἱ δὲ τὸν εἰς Χιονίδην ἀναφερομένους Πτωχοὺς ποιήσας, τοὺς Ἀ'θηναίους φησὶν, ὅταν τοῖς Διοσκούροις ἐν Πρυτανείῳ ἄριστον προτιθῶνται, ἐπὶ τραπεζῶν τιθέναι τυρὸν, φύσιον, δρυπεπεῖς τ' ἐλαίας, καὶ πράσα, ὑπόμνησιν ποιουμένους τῆς ἀρχαίας ἀγωγῆς. *Qui mendicos fecit, qui Chionidi adscribuntur, Athenienses refert, quum in Prytaneo prandium Dioscurorum*

cerito. Heinc ὑπὲρ μάζαν, adagio in eos dicebatur, qui diffluerent deliciis. *Athenaeus* panem dicit esse offa madefactum, seu libum, seu placentam, Consulendi *Caelius lib.* v. *cap.* xxxi. *& Erasmus, & Manutius* in *Adagiis.*

1. De Harmodio, & Aristogitone, vide *Gellium lib.* IX. *Noct. Attic. cap.* II. *& lib.* XVII. *cap.* XXI. Hi Hipparchum Pisistrati F. occiderunt Panathenaeorum tempore: hinc eis postmodum tamquam libertatis auctoribus honores habiti, & statuae erectae, ut *Pausanias* testatur, & *Plinius* etiam *lib.* XXXIV. *cap.* IV.
2. Maza, ex farina, oleo, & aqua confici solebat, aut etiam ex lacte, secundum *Suidam.* Aristophanis interpres μάζαν, στρυφνὸν ἄρτον, idest, rigidum panem exponit. Nonnulli hoc nomine panem nauticum intelligunt, vulgo bis coctum. Ponunt alii inter edulia præstantiora, & delicatiora, siquidem ὀπτὸν ἄλτυρον in deliciis olim fuisse demonstrare est ex *Theo-*
3. Physta, maza est in Scypho coagitata, macerataque molliter e vino, ac polline. Vide *Etymologicon.*
4. *Ovidius lib.* XV. *Metamorph.*

At vetus illa aetas, cui fecimus Aurea nomen,
Foetibus arboreis, &, quas humus educat, herbis,
Fortunata fuit, nec polluit ora cruore.

De hac aetate, & eiusmodi veterum victu passim Poetae omnes.

Digitized by Google

Dioscuris exhiberent, in mensis appositisse caseum, phystam, olivas maturas, item porrum, quibus quasi antiqui victus commonefacerent. Ignis etiam perennis (1) adservari illic solitus. Suidas, Πρυτανεῖον, πυρὸς ταμεῖον· ἔνθα ἦν ἄσβεστον πῦρ, *Prytaneum, ignis promtuarium; ubi erat ignis inextinctus.* Scholiastes Thucydidis loco citato. Ἄλλοι δέ φασιν, ὅτι τὸ Πρυτανεῖον πυρὸς ἦν ταμεῖον, ἔνθα καὶ ἦν ἄσβεστον πῦρ. *Alii vero dicunt, Prytaneum appellatum, tamquam ignis promtuarium, ubi etiam ignis inextinctus esset.* Theocritus Idyll. XXI.

——— τὸ δὲ λυχνίον ἐν Πρυτανείῳ·
Φανεῖ γὰρ αἰὲν ἄγραν τόδ' ἔχειν. ———
——— *lychnus in Prytaneo;*
Nam semper hunc habere prædam aiunt. ———

Et quidem ad Vestæ simulacrum, de quo dixi. Observo apud Pollucem lib. I. cap. I. Ἑστίαν δὲ κυριώτατα καλοίης τὴν ἐν Πρυτανείῳ, ἐφ' ἧς τὸ πῦρ ἄσβεστον ἀνάπτει. *Vestam vero maxime proprie appellaveris eam, quæ in Prytaneo est; ad quam ignis inextinctus accenditur.* Inde est illud Aristidis in Panathenaica. Καὶ μόνη πόλεων, ἢ κομιδῇ γε ἐν ὀλίγοις, Ἑστίαν ἀκίνητον Πρυτανείᾳ δικαίως νέμει. *Et sola Vrbium, aut certe cum valde paucis, Vestam Prytanei immotam iure alit.* Exstructum autem Prytaneum a Theseo (2) fuit, quum Athenas ordinaret. Thucydides lib. II. Ἐπειδὴ ὁ Θησεὺς ἐβασίλευσε, γενόμενος μετὰ τῆς ξυνέσεως καὶ δυνατὸς, τά τε ἄλλα διεκόσμησε τὴν χώραν, καὶ καταλύσας τῶν ἄλλων πόλεων τά τε βουλευτήρια, καὶ τὰς ἀρχὰς, εἰς τὴν νῦν πόλιν οὖσαν ἓν βουλευτήριον ἀποδείξας, καὶ Πρυτανεῖον, ξυνῴκισε πάντας. *Postquam Theseus regnum tenuit, qui prudens & potens erat, cum in aliis regionem exornavit, tum, sublatis urbium ceterarum curiis, ac magistratibus, una curia constituta, & Prytaneo, in eam civitatem, quæ nunc est, omnes coegit.* Plutarchus in eius Vita· Καταλύσας δὲ τὰ παρ' ἑκάστοις Πρυτανεῖα, καὶ βουλευτήρια, καὶ ἀρχὰς, ἓν δὲ ποιήσας ἅπασι κοινὸν ἐνταῦθα Πρυτανεῖον, καὶ βουλευτήριον, ὅπου νῦν ἵδρυται, τὸ ἄστυ, τήν τε πόλιν, Ἀθήνας προσηγόρευσε. *Quum abolevisset, quæ apud quosque Prytanea, curiæ, & magistratus, instituto hic communi Prytaneo, curiaque quo nunc est loco, astu, & Vrbem Athenas vocavit.* Eversum postea terræ motu, belli Peloponnesiaci anno sexto. Thucydides, qui eo anno gesta memorat lib. III. Καὶ σεισμὸς τοῦ τείχους τι καὶ ἔβαλε καὶ τὸ Πρυτανεῖον, καὶ ἄλλας οἰκίας ὀλίγας. *Et terræ motus deiecit quamdam muri partem, Prytaneum, aliasque paucas domos.* Ad Prytaneum statua Bonæ Fortunæ erat. AElianus Var. Hist. lib. XXXIX. Νεανίσκος δὲ Ἀθήνησι, τῶν εὖ γεγονότων, πρὸς τῷ Πρυτανείῳ ἀνδριάντος ἑστῶτος τῆς Ἀγαθῆς Τύχης, θερμότατα ἠράσθη, *Adolescens Athenis, ex honesto loco natus, stantem ad Prytaneum Bonæ Fortunæ statuam calidissime amabat.* Meminitque Demosthenes, etsi sine Prytanei mentione, Epist. IV. Ἐγὼ τὴν πόλιν τὴν ὑμετέραν εὐτυχεστάτην πασῶν πόλεων ὑπολαμβάνω, καὶ θεοφιλεστάτην. καὶ ταῦτα οἶδα καὶ τὸν Δία τὸν Δωδωναῖον, καὶ τὴν Διώνην, καὶ τὸν Ἀπόλλω τὸν Πύθιον, ἀεὶ λέγοντας ἐν ταῖς μαντείαις· καὶ προσεπισφραγιζομένους, τὴν Ἀγαθὴν Τύχην ἐν τῇ πόλει εἶναι τῇ παρ' ὑμῖν. *Ego vestram Vrbem omnium urbium felicissimam esse existimo, ac diis carissimam. Et hæc scio testari de vobis Iovem Dodonæum, & Dionen, & Apollinem quoque Pythium, in oraculis; confirmantes insuper, esse vobis in Vrbe vestra Bonam Fortunam.* Hic patrata quoque a Pisistrati filiis cædes Cimonis, patris Miltiadis, invidia gloriæ, ob bis reportatam ex Olympiis certamine quadriiugo victoriam. Narrat Herodotus lib. VI. Καί μιν (τὸν Κίμωνα) ἀνελόμενον τοῖς αὐτοῖσι ἵπποισι ἄλλῳ Ὀλυμπιάδα, καὶ ἐλάσαι ἀποφανεῖν ὑπὸ τῶν Πεισιστράτου παίδων, ἀκέλει περιεόντι αὐτῷ Πεισιστράτῳ. κτείνουσι δὲ ἕτοι μιν κατὰ τὸ Πρυτανεῖον, νυκτὸς ὑπεισαντες ἄνδρας. *Et ipsum (Cimonem,) quum aliam Olympiadem iisdem equis vicisset, contigit occidi a Pisistrati filiis, ipso Pisistrato iam defuncto. Interfecere vero ipsum ad Prytaneum, noctu submissis percussoribus.* Dabantur autem Prytaneo decimæ ventrium ex animalibus, quæ immolabantur. Suidas in Ἀδεκατεύτους. Τῶν κοιλιῶν τῶν θυομένων ἐδίδοσαν τὴν δεκάτην μοῖραν ἐντῷ Πρυτανείῳ. *Ventrium immolatorum decimas Prytaneo dederunt.* Inde Cleon apud Aristophanem Equitibus.

Καί σε φανῶ τοῖς Πρυτάνεσιν.
Ἀδεκατεύτους τῶν θεῶν ἱε-
ρὰς ἔχοντα κοιλίας.
Et te deferam ad Prytanes,
Non decimatos diis sa-
Cros habentem ventres.

Vbi Scholiastes. Ἔθος εἶχον τὰς δεκάτας τῶν θυομένων τοῖς Πρυτάνεσιν οἱ μάγειροι διδόναι. *Moris erat coquis, ut decimas immolatorum Prytanibus darent.* Denique, ut finiam, illud obiter monendum, Hadrianum Imp. in villa sua Tiburtina locum quemdam *Prytaneum* appellasse. Spartianus in eius Vita: *Tiburtinam villam mire exædificavit; ita ut in ea & provinciarum, & locorum celeberrima nomina inscriberet: velut Lyceum, Academiam, Prytaneum* (3).

CAP. IX.

Serapidis fanum; cuius cultum a Ptolemæo Athenienses didicerunt. Locus, ubi quondam Theseus cum Pirithoo fœdus fecit. Lucinæ templum, & in eo signa tria, ad summos usque pedes tecta; quod ab Athenientibus factum sine exemplo: duo ex iis, e Creta advecta, Phædræ donaria; tertium e Delo allatum, ab Erysichthone dedicatum.

HInc ad inferiora Vrbis deflectentibus Serapidis fanum se ostendebat; cuius cultum Athenienses a Ptolemæo (4) acceperunt. Pausanias. Ἐντεῦθεν ἰοῦσιν ἐς τὰ κάτω τῆς πόλεως, Σεραπίωνός ἐστιν ἱερόν. ὃν Ἀθηναῖοι παρὰ Πτολεμαίου θεὸν ἐσηγάγοντο. *Hinc, euntibus ad inferiora Vrbis, Serapidis fanum est; quem deum Athenienses a Ptolemæo introduxerunt.* In propinquo, locus ille, ubi Theseus, & Pirithous, postquam fœdus iniissent, in Lacedæmonem. & Thes-

1. Ignis inextinctus in Numinis honorem apud varias gentes adservatus est, ut apud Ebraeos, Persas, Phrygas, Græcos, & Romanos. Cur autem Ethnici Vestam hoc honore prosequerentur videre est apud *Dionysium Halicarnassensem lib.* II. *Antiq. Rom. Plutarchum in Numa*, Ovidium *lib.* VI. *Fastor.* aliosque.

2. Consule Meursium *lib. De Fortuna Attica cap.* III.

3. Vide superius *cap.* V.

4. Rege AEgypti scilicet; AEgyptium enim numen Serapis, & Alexandrinorum praecipue. Adi *Iulianum Augustum* in *Epistolis*, & *Rufinum lib.* II. *Hist. Eccl. cap.* XXIII.

Digitized by Google

Theſprotos ſunt profecti. Pauſanias. Τῦ ἱερῦ τῦ Σαράπιδος ὁ τόπος, χωρίον ἐστὶν, ἔνθα Πιρίθων, καὶ Θησέα συνθεμένους ἐς Λακεδαίμονα, καὶ ὕστερον ἐς Θεσπρωτὸς, ϛαλῆναι λέγουσι. *Non longe a Serapidis fano locus eſt, ubi fœdere inter ſe inito Pirithous, ac Theſeus in Lacedæmonem, & deinde in Theſprotos profecti memorantur.* Fœderis autem iſtius meminit Sophocles, Oed. Col.

Ἔστη κελεύθων ἐν πολυσχίϛῳ μιᾷ,
Κοίλῳ τέλας κρατῆρος, ἔνθ' Θησέως
Πειρίθῳ τε κεῖται πίϛ' ἀεὶ ξυνθήματα.
Stetit in loco, ubi multæ concurrunt viae,
Iuxta cavum craterem, ubi Theſei,
Pirithoique fida ſemper condita fœdera.

Proxime Lucinæ templum viſebatur. Pauſanias. Πλησίον, ἢ ᾠκοδόμητο ναὸς Εἰλειθυίας. *Prope vero templum Lucinæ ſtructum erat.* Meminit eius Plato, De Leg. lib. VI. Ἐπίσκοποί δ' ἔϛωσαν τούτων ἃς εἰλόμεθα γυναῖκες, πλείους εἴτ' ἐλάττους, τοῖς ἄρχουσιν ὁπόταις ἂν δοκῇ προσάπτειν τε, καὶ ὁπόταν, πρὸς τὸ τῆς Εἰλειθυίας ἱερὸν ἑκάϛης ἡμέρας ξυλλεγόμεναι. *Inſpectrices ſunto feminæ, quas delegerim, plures paucioreſve, quotcumque archontibus, & quando etiam, conſtituere videbitur, ad Lucinæ ſingulis diebus convenientes.* Ibi ſigna eius tria, ad pedes uſque velata; quod a ſolis Athenienſibus, ſine exemplo, factitatum; duoque ex his, e Creta advecta, Phædra quondam dedicaverat; tertium e Delo allatum, Eryſichthon. Pauſanias. Μόνοις δὴ Ἀθηναίοις τε Εἰλειθυίας κεκάλυπται τὰ ξόανα ἐς ἄκρους τοὺς πόδας. τὰ μὲν δύο, Κρητικὰ εἶναι, καὶ Φαίδρας ἀναθήματα, ἔλεγον αἱ γυναῖκες· τὸ δὲ ἀρχαιότατον, Ἐρυσίχθονα ἐκ Δήλου κομίσαι. *Apud ſolos Athenienſes ſimulacra Lucinæ ad ſummos uſque pedes velata ſunt: quorum duo, Cretica eſſe, & a Thædra dedicata, feminæ dicebant; quod vero antiquiſſimum erat, e Delo Eryſichthonem attuliſſe.*

CAP. X.

Olimpii Iovis templum; vetus, a Deucalione ſtructum: novum, cœptum a Piſiſtrato, fundamenta iacientibus architectis, Antiſtate, Callæſchro, Antimachide, & Porino. Vitruvii error indicatus. Diu inde intermiſſum a Perſeo, & Antiocho Epiphane; continuatum per Coſſutium. Vitruvii locus emendatus. A Sulla deſtructum in partem, avectis inde in ædes Capitolinas columnis; deinde ab aliis quoque Regibus, ſub Auguſto, in eius gratiam, opus tantum inſtauratum; tandem perfectum, & dedicatum ab Hadriano Imperatore, hymnum accinente Polemone; idque quando, & quanto tempore poſt Piſiſtrati fundamenta. Philoſtrati locus reſtitutus. Dipteros octaſtylos. Magnificentia tota operis, ambituſque, ac magnitudo; propter quam columnis etiam ſubſtructum, modo Athenis ad id tempus inuſitato; & impenſa. Iovis ſignum, ex ebore, & auro, ab Hadriano dedicatum. Hadriani ſtatuæ quatuor; aliæque item plures a ſingulis urbibus conſecratæ; & coloſſus ab Athenienſibus poſitus. Ara etiam; urbiumque, quæ coloniæ Athenienſium, ſimulacra; item Iovis alterum ex ære, in cuius baſi expreſſa pugna cum Amazonibus. Saturni, & Rheæ Olympiæ ſacellum. Antiopæ cippus. Hiatus, in quem iniici polenta ſolita. Iſocratis ſtatua ab Apharei collocata; & Perſarum, aneum tripodem ſuſtinentium. Morychia domus; item Charmidæ. Sepulcrum Deucalionis.

INde Iovis Olympii templum, quod Ὀλύμπιον, ſive Ὀλυμπίϛον dictum, a Pauſania memoratur. Τῦ Διὸς τῦ Ὀλυμπίου Ἀδριανὸς, ὁ βασιλεὺς Ῥωμαίων, τὸν ναὸν ἀνέθηκε. *Iovis Olympii templum Hadrianus, Romanorum Imperator, dedicavit.* Ac initio vetus erat a Deucalione ſtructum. Pauſanias poſtea. Τῦ δὲ Ὀλυμπίου Διὸς Δευκαλίωνα οἰκοδομῆσαι λέγουσι τὸ ἀρχαῖον ἱερόν. *Olympii vero Iovis vetus templum Deucalionem ſtruxiſſe aiunt.* Huic diruto, aut collapſo vetuſtate, novum hoc Piſiſtratus inde ſuperimpoſuit; qui & fundamenta iecit, operam hic navantibus ei Antiſtate, Callæſchro, Antimachide, & Porino architectis. Vitruvius in Præfatione lib. VII. *Athenis Antiſtates, & Callæſchros, & Antimachides, & Porinus, architecti, Piſiſtrato, ædem Iovi Olympio facienti, fundamenta conſtituerunt. Poſt mortem autem eius, propter interpellationem reipublicæ, incepta reliquerunt.* Sed, quod, mortuo Piſiſtrato, intermiſſum opus ſcribit, plane errat. Imperfectum quidem id Piſiſtratus moriens reliquit; & hoc Strabo etiam notat lib. IX. Καὶ αὐτὸ τὸ Ὀλύμπιον, ὅπερ ἡμιτελὲς καταλέλιπε τελευτῶν ὁ ἀναθεὶς βασιλεύς. *Et ipſum Iovis Olympii templum, quod ſemiperfectum reliquit moriens rex, qui dedicaverat.* Sed poſt patrem filii continuarunt. Certum eſt ex Ariſtotele Politic. lib. V. cap. XI. Παράδειγμα δὲ τούτου εἴτε πυραμίδες, αἱ περὶ Αἴγυπτον· καὶ τὸ ἀνάθημα τῶν Κυψελιδῶν· καὶ τοῦ Ὀλυμπίου ἡ οἰκοδόμησις ὑπὸ Πεϛιϛρατιδῶν· *Huius rei exemplum præbent pyramides, quæ in Aegypto; & donaria Cypſelidarum; tum Olympii exſtructio Piſiſtratidarum.* His ſublatis, & republica vindicata, diu imperfectum manſit. Qua de re eſt elegans Plutarchi locus, extremo Solone. Ὡς γὰρ ἡ πόλις τῶν Ἀθηναίων τὸ Ὀλυμπίϛον, οὕτως ἡ Πλάτωνος σοφία τὸν Ἀτλαντικὸν ἐν πολλοῖς καλοῖς μόνον ἔργον ἀτελὲς ἔσχηκεν. *Vt enim urbs Athenienſium Iovis Olympii fanum, ita Atlanticum ſapientia Platonis inter multa egregia opera ſolum imperfectum habuit.* Dicæarchus in Deſcriptione Græciæ, ubi de Athenis agit. Ὀλύμπιον, ἡμιτελὲς μὲν, καλὰ πλὴν ἔχον τὴν τῆς οἰκοδομήσεως ὑπογραφήν· γνόμενον δ' ἂν βέλτιϛον, εἰ συνετελέσθη. *Olympii Iovis fanum, ſemiperfectum illud quidem, ſed ſtructuræ delineatione ſtuporem incutiens; futurum vero præſtantiſſimum, ſi perfectum fuiſſet.* Lucianus in Icaromenippo. Μετὰ δὲ ἡμᾶς, εἴ τις ἔτι λείπεται τῶν ἀπὸ Φειδίου· καὶ δι' ἣν αἰτίαν ἐλλίποιεν Ἀθηναῖοι τὰ Διάσια τοσούτων ἐτῶν· καὶ, εἰ τὸ Ὀλυμπίϛον αὐτῶν ἐπιτελέσαι διανοοῦνται. *Inde interrogabat, num quis ſupereſſet e Phidiæ poſteris; & Diaſia cur tam diu Athenienſes celebrare neglexiſſent; & an non Olympii Iovis templum, quod apud ipſos eſt, perficere in animo haberent.* Heſychius. Ὀλύμπιον. τοῦτο ἀτελὲς ἔμεινεν Ἀθηναίοις,

οἰκοδομούμενον πολλάκις, ἀρχὰς λαβὸν τῆ καλασκευῆς. *Olympium: hoc imperfectum manſit Athenis, ſæpe ſtructum, poſtquam inchoatum eſſet.* Poſtea, magno temporis ſpatio interiecto, Perſeus rex ad exſtruendum ſe convertit. Livius indicat, ubi de eo agit lib. XLI. *Magnificentiæ vero in deos, vel Iovis Olympii templum Athenis, unum in terris inchoatum pro magnitudine dei, poteſt teſtis eſſe.* Ac ſub idem omnino tempus manum admovit Antiochus Epiphanes, Coſſutio architecto uſus. Vitruvius loco citato. *Itaque circiter annis* CC. *poſt Antiochus rex, quum in id opus impenſam eſſet pollicitus, cellæ magnitudinem, & columnarum circa dipteron collocationem, epiſtyliorum, & ceterorum ornamentorum ad ſymmetriarum diſtributionem, magna ſolertia, ſcientiaque ſumma, civis Romanus Coſſutius nobiliter eſt architectatus.* Sed in verbis illis mendum eſt; nam a Piſiſtrato ad Antiochum anni ſunt circiter quadringenti; itaque reſcribe *annis* CD *poſt*. Ac de Coſſutio, iterum mox ſubiungit Vitruvius. *In aſty vero Iovem Olympium, amplo modulorum comparatu, Corinthiis ſymmetriis, & proportionibus, uti ſupra ſcriptum eſt, architectandum Coſſutius ſuſcepiſſe memoratur.* Antiochi factum etiam Velleius refert lib. I. *Per idem tempus, quum Antiochus Epiphanes, qui Athenis Olympicum inchoavit, tum regem Syriæ Ptolemæum puerum Alexandriæ obſideret, miſſus eſt ad eum legatus, Marcus Popillius Lenas, qui iuberet incepto deſiſtere.* Et innuit Athenæus de eo verba faciens lib. V. Ἐν δὲ ταῖς πρὸς ἴας πόλεις θυσίαις, καὶ ταῖς πρὸς τὰς θεὰς τιμαῖς, πάντας ὑπερέβαλλε τοὺς βασιλεῖς κόλας. τοῦτο δ' ἄν τις τεκμήραιτο ἐκ τῶ παρ' Ἀθηναίοις Ὀλυμπίω. *In ſacrificiis vero erga urbes, & in honoribus erga deos, omnes ante ſe reges ſuperavit; eiuſque rei indubitatum indicium eſſe cuipiam poſſit Iovis Olympii apud Athenienſes templum.* Sulla, expugnata urbe, deſtruxit in partem, & columnas inde avexit in Capitolinas ædes. Teſtatur Plinius lib. XXXVI. cap. VI. *Columnis demum utebantur in templis; nec lautitiæ cauſa, nondum enim intelligebantur iſtæ; ſed quia firmius aliter ſtatui non poterant. Sic eſt inchoatum Athenis templum Iovis Olympii, ex quo Sulla Capitolinis ædibus advexerat columnas.* Inde, ævo Auguſti, & in eius gratiam varii reges adgreſſi. Suetonius in eius Vita cap. LX. *Reges amici, atque ſocii, & ſinguli in ſuo quiſque regno, Cæſareas urbes condiderunt; & cuncti ſimul ædem Iovis Olympici Athenis, antiquitus inchoatam, perficere communi ſumtu deſtinaverunt, Genioque eius dedicare* Denique rurſum Hadrianus Imperator manum adhibuit, perfecitque, & dedicavit. Pauſanias in citatis initio huius capitis verbis. Τῶ Διὸς τῶ Ὀλυμπίω Ἀδριανὸς, ὁ Ῥωμαίων βασιλεὺς, τὸν ναὸν ἀνέθηκε. *Templum Iovis Olympii Hadrianus, Romanorum Imperator, dedicavit.* Spartianus in eius Vita. *Denique, quum poſt Africam Romam redijſet, ſtatim ad Orientem profectus, per Athenas iter fecit; atque opera, quæ apud Athenienſes cœperat, dedicavit; ut Iovis Olympii ædem, & aram ſibi.* Quin & draconem (1), ex India allatum, in eodem conſecravit. Xiphilinus item in eiuſdem Vita. Ἀδριανὸς δὲ, τό τε Ὀλύμπιον, τὸ ἐν Ἀθήναις, ἐν ᾧ κὴ αὐτὸς ἵδρυται, ἐξεποίησε· καὶ δράκοντα εἰς αὐτὸ, ἀπὸ Ἰνδίας κομισθέντα, ἀνέθηκε. *Hadrianus vero, & Olympium, quod Athenis, perfecit; & draconem quoque in eo, ex India allatum, conſecravit.* Quæ totidem verbis Anonymus narrat in Deſcriptione ſua Olympiadum. Facta autem dedicatio Olymp. CCXXVII. anno III. uti certum ex Auctore illo Anonymo iam citato; qui in eo ipſo anno clare adnotat. Inter dedicandum vero, quum ſacra faceret, hymnum accinere Polemonem iuſſit. Philoſtratus in Polemone Sophiſt. lib. I. Τὸ δὲ Ἀθήνησιν Ὀλυμπιον, δι' ἑξήκοντα κὴ πενταχοσίων ἐτῶν ἀποτελεσθὲν, καθιερώσας ὁ αὐτοκράτωρ, (Ἀδριανὸς,) ὡς χρόνῳ μέγα ἀγώνισμα, ἐκέλευσε κὴ τὸν Πολέμωνα ἐφυμνῆσαι τῆ θυσίᾳ. *Olympii vero Iovis templum, quod Athenis, quingentis, & ſexaginta annis demum perfectum, quum dedicaret, tamquam magnum temporis certamen, iuſſit Polemonem hymnum accinere ſacrificio.* Sed in numero annorum ſane mendum eſt; nam a primis fundamentis, quæ Piſiſtratus olim iecerat, uſque ad colophonem iſtum, tandem ab Hadriano impoſitum, anni ſunt plus ſeptingenti, neque tamen ſexaginta. Itaque ſic reſtituendum omnino cenſeo, δι' ἑξ, ἢ πέντε, καὶ ἑπτακοσίων ἐτῶν ἀποτελεσθέν. Dicit autem, ἑξ, ἢ πέντε, quia in anno dedicationis factæ Auctores variant; & in quarto Olympiadis memoratæ, non in tertio ponit Euſebius Hieronymi (2): a quo tempore ſi annos ſex, & ſeptingentos retro putes, incides in ſecundum annum Olympiadis quinquageſimæ; qui tyrannidis, a Piſiſtrato uſurpatæ, eſt ſecundus; quippe is remp. invaſit Olympiadis quinquageſimæ anno primo, ut oſtendi nuper libro *De Fortuna Athenarum* cap. X. Habebat vero inter cetera dipteron octaſtylon. Vitruvius lib. III. cap. I. *Huius autem exemplar Romæ non eſt; ſed Athenis octaſtylos (dipteros) eſt, in templo Iovis Olympii.* Et erat ſane univerſim permagnificum. Vides in citatis Dicæarchi verbis. Ὀλύμπιον, ἡμιτελὲς μὲν, καλάπωληξιν δ' ἔχον τὴν τῆς οἰκοδομήσεως ὑπογραφήν. *Olympii Iovis fanum, ſemiperfectum illud quidem, ſed ſtructuræ delineatione ſtuporem incutiens.* Livius ait, unum in terris pro magnitudine dei inchoatum fuiſſe lib. XLI. *Iovis Olympii templum Athenis, unum in terris pro magnitudine dei inchoatum.* Vitruvius de eo, in Proœmio lib. VII. *Id autem opus non modo vulgo, ſed etiam in paucis a magnificentia nominatur; nam quatuor locis ſunt ædium ſacrarum marmoreis operibus ornatæ diſpoſitiones, e quibus*

1. Nil mirum quod draco in Templo ab Hadriano dedicatus fuerit, quum divini aliquid draconibus ineſſe, atque Agathodæmones paſſim ab Ethnicis exiſtimarentur. *Lucanus.*

Vos quoque qui cunctis innoxia numina terris
Serpitis aurato nitidi fulgore dracones.

Conſulendi Ez. *Spanhemius De uſu, & præſtant. Veter. Numiſm. & Pignorius Menſa Iſiaca.*

2. Euſebii ſcilicet Chronicon ab Hieronymo Latine verſum, & interpolatum. Vide eiuſdem Chronici proœmium.

Digitized by Google

usque templum perveniſſet, qui ædificabant te-
ctum, interrogaſſe, quid ætate nubili virgo ita
ſola oberraret: ipſum vero, nihil aliud reſpon-
diſſe; ſed ſolutis plaustri bubus, quod tunc ade-
rat, trabem arreptam laquearis altius multo
proiecisſe, quam illi templi tectum facerent.
Nec Delphinio tantum Apollini, ſed & Dianæ Delphiniæ ſacra ædes, & tribunal illic erat, ἐπὶ Δελφινίῳ dictum. Pollux lib. VIII. cap. x. Τὸ ἐπὶ Δελφινίῳ (δικαστήριον) ἱδρύθη μὲν ὑπὸ τοῦ Αἰγέως· λέγεται δὲ Ἀπόλλωνι Δελφινίῳ, καὶ Ἀρτέμιδι Δελφινίᾳ. *Quod in Delphinio (tribu-*
nal) conſtitutum quidem ab Aegeo, dedicatum
vero fertur Apollini Delphinio, & Dianæ Del-
phiniæ. Sed de tribunali iſto pridem in *Areopago* dixi; nunc de templo porro agamus. Et Apollinis hoc fuiſſe dicit etiam Scholiaſtes Ariſtophanis ad Equites. Δελφίνιον δέ, ἱερὸν Ἀπόλλωνος Ἀθήνησιν, οὕτω καλούμενον. *Del-*
phinium vero templum Apollinis eſt Athenis,
ita dictum. Dedicatum id ab Aegeo, Theſei patre. Ecce in Pollucis verbis. Ἱδρύθη μὲν ὑπὸ τοῦ Αἰγέως. *Conſtitutum quidem ab Ae-*
geo. Nam is ibi habitabat; unde & Mercurii ſignum ante templum ad orientem collocatum, Ἑρμῆς ἐπ' Αἰγέως πύλαις dicebatur: effuſumque illic poculum cum veneno, quod Medeæ ſuaſu Aegeus Theſeo hoſpiti præparaverat. Plutarchus in Vita Theſei. Λέγεται δὲ, τῆς κύλικος πεσούσης, ἐκχυθῆναι τὸ φάρμακον, ὅπου νῦν ἐν Δελφινίῳ τὸ περίφρακτόν ἐστιν. ἐνταῦθα γὰρ ὁ Αἰγεὺς ᾤκει. καὶ τὸν μὲν Ἑρμῆν, τὸν πρὸς ἕω τοῦ ἱεροῦ, καλοῦσιν ΕΠ' ΑΙΓΕΩΣ ΠΥΛΑΙΣ. *Fertur vero, lapſo calice, effuſum fuiſſe ve-*
nenum, ubi nunc in Delphinio ſeptum exſtat:
ibi enim Aegeus habitabat; & Mercurium,
qui eſt ad orientem fani, nuncupant AD AEGEI PORTAM. Alii volunt, a Cretenſibus dedicatum; qui ſervati e tempeſtate, & in Atticam delati ab Apolline ſub delphinis piſcis ſpecie (1). Etymologici Auctor in Ἐπὶ Δελφινίῳ. Οἱ δέ φασιν, ὅτι, Κρητῶν χειμαζομένων, ἐλεηθεὶς δελφῖνι ὁ Ἀπόλλων, ἔσωσε αὐτοὺς, εἰς τὴν Ἀττικὴν κομίσας. ἀνθ' ὧν Ἀπόλλωνι Δελφινίῳ ἱδρύθη ἱερόν. *Hi vero aiunt, quod Cretenſes, tem-*
peſtate iactatos, delphinis ſpecie ſervarit Apol-
lo, & in Atticam deduxerit; eaque de cauſa
Apollini Delphinio templum dedicatum eſſe.
Apollini vero huic Delphinio poſtea Theſeus profligatum a ſe taurum Marathonium immolavit. Plutarchus in citata ſtatim Vita Theſei. Ὁ δὲ Θησεὺς, ἐνεργὸς εἶναι βουλόμενος, ἅμα δὲ καὶ δημαγωγῶν, ἐξῆλθεν ἐπὶ τὸν Μαραθώνιον ταῦρον, οὐκ ὀλίγα πράγματα τοῖς οἰκοῦσι τὴν Τετράπολιν παρέχοντα· καὶ χειρωσάμενος, ἐπεδείξατο ζῶντα, διὰ τῆς ἄστεως ἐλάσας· εἶτα τῷ Ἀπόλλωνι τῷ Δελφινίῳ καθέψησεν. *Theſeus autem, in*
opere aliquo eſſe cupiens, gratiamque populi
captans, egreſſus eſt contra Marathonium tau-
rum, non parum negotii faceſſentem iis omni-
bus, qui Tetrapolin habitabant; eumque ſu-
peratum, vivum exhibuit per Vrbem agitans:
inde etiam Apollini Delphinio immolavit. Thales quoque tripodem illum, tanto opere celebratum, Apollini huic dedicavit cum inſcriptione iſta. Θαλῆς Ἐξαμίου Μιλήσιος Ἀπόλλωνι Δελφινίῳ Ἑλλήνων ἀριστεῖον δὶς λαβών. *Thales*
Examii Mileſius Apollini Delphinio Græcorum
præmium bis nactus. Videndus eſt Diogenes Laertius in eius Vita lib. I. (2) Vt vero Athenis, ita quoque in Aegina, quæ colonia Athenienſium, deus ille eodem cognomento cultus; & Δελφίνιος item menſis appellatus. Scholiaſtes Pindari Nem. Od. v. Παρ' Αἰγινήταις Δελφίνιος μὴς ἄγεται, Δελφινίῳ Ἀπόλλωνος ἱερός. *Apud Aeginetas eſt menſis Delphi-*
nius, Apollini Delphinio ſacer. Proxime templum hoc Apollinis, Κῆποι erant; ubi templum Veneris τῆς Οὐρανίας: iuxta quoque ſimulacrum figura quadrata, ceu Mercurii iſtud eſſet, Alcamenis opus. Pauſanias. Ἐς δὲ τὸ χωρίον, ὃ Κήπους ὀνομάζουσι, καὶ τοῦ Ἀφροδίτης τὸ ναὸν, ὐδὲς λεγόμενος σφίσιν ἐς λόγος. ὃ μὲν οὐδὲ ἐς τὴν Ἀφροδίτην, ἢ τοῦ ναοῦ πλησίον ἕστηκε· ταύτης γὰρ σχῆμα μὲν τετράγωνον, κατὰ ταῦτα καὶ τοῖς Ἑρμαῖς (3)· τὸ δὲ ἐπίγραμμα σημαίνει, τὴν Οὐρανίαν Ἀφροδίτην τὸ καλουμένων Μοιρῶν εἶναι τὴν πρεσβυτάτην, τὸ δὲ ἄγαλμα τοῦ Ἀφροδίτης ἐν τοῖς Κήποις, ἔργον ἐστὶν Ἀλκαμένους, καὶ τῶν Ἀθήνησιν ἐν λόγοις θέας ἄξιον. *De loco vero, quem Hortos*
vocant, & Veneris fano, nihil eſt, quod in ſer-
mone ipſi ferant; uti nec de Veneris ſigno, quod
adſiſtit: nam quadrata quidem eius eſt figura,
plane ut Mercuriorum, verum indicat inſcriptio,
cœleſtem Venerem eſſe (4); earum, quæ vocan-
tur Parcæ, natu maximam. Sed id Veneris ſi-
mulacrum, quod in Hortis, ab Alcamene fa-
ctum eſt; inter ea, quæ Athenis memorantur,
viſu dignum. Meminitque Plinius lib. XXXVI. cap. VI. *Alcamenem Athenienſem, quod certum*
eſt, docuit (Phidias) in primis nobilem; cuius
ſunt opera Athenis complura in ædibus ſacris:
præclaraque Venus extra muros, quæ appella-
tur Ἀφροδίτην ἐν Κήποις (5). Lucianus in imaginibus. Σὺ ἦ (ταύτῃ γὰρ, ὡς φῄς, εἶδες) ἴθι μοι, καὶ τόδε ἀπόκριναι, εἰ καὶ (τὴν Ἀφροδίτην) τὴν ἐν Κήποις Ἀθήνησι, τὴν Ἀλκαμένους, ἑώρακας. *Tu vero (nam vidiſti, uti inquis) age, & hoc*
mihi reſponde, numquid etiam Venerem illam
Athenis, quæ in Hortis eſt, ab Alcamene fa-
cta, conſpexiſti? Meminitque rurſum poſtea, ſemel atque iterum; uti & in Meretriciis, in Dialogo Matris, & Muſarii.

CAP. II.

Κυνόσαργες. *Diomi ſacrificium. Canis factum.*
Suidas emendatus. Herculis fanum; in quo,
ad columnam quamdam, appenſum decretum
Alcibiadis. Ara Herculis a Diomo ſtructa;
item Hebes, Alcmenæ, & Iolai. Gymna-
ſium; unde ſi quis furto quidquam abſtuliſ-
ſet, cuius pretium drachmas decem ſupera-
ret, capitis pœna plectebatur. Nothi omnes
convenire illic ſoliti; qui expoſiti ibi loci,
& diiudicati etiam, pariter ſane ac liberti. Sed hæc diſcernendi ratio mox ſublata
a Themiſtocle. In propinquo porta Vrbis;

Meurſii Tom. I.

1. De iis, qui miſcentibus æquora ventis, a Delphinibus aliiſque piſcibus ſervati, & ad littus delati fuere, vide *Calmetium* in *Diſſertat. De Ceto Iona.*
2. Et quæ ad eum locum adnotarunt *Aeg. Menagius*, aliique viri docti.
3. Adi *Bern. Montfalconium* in *Antiquitatibus explicatis.*
4. De Venere cœleſti, vide quæ ſuperius ad Caput IIII. adnotavimus.
5. Sic Lutetiæ Pariſiorum habentur ædes Sancti Germani in Pratis, & Sancti Martini in Campis.

Digitized by Google

οἰκοδομήμενον πολλάκις, ἀρχὰς λαβὸν τ' καλασκλῆς.

Olympium: hoc imperfectum manſit Athenis, ſæpe ſtructum, poſtquam inchoatum eſſet. Poſtea, magno temporis ſpatio interiecto, Perſeus rex ad exſtruendum ſe convertit. Livius indicat, ubi de eo agit lib. XLI. *Magnificentiæ vero in deos, vel Iovis Olympii templum Athenis, unum in terris inchoatum pro magnitudine dei, poteſt teſtis eſſe.* Ac ſub idem omnino tempus manum admovit Antiochus Epiphanes, Coſſutio architecto uſus. Vitruvius loco citato. *Itaque circiter annis* CC. *poſt Antiochus rex, quum in id opus impenſam eſſet pollicitus, cellæ magnitudinem, & columnarum circa dipteron collocationem, epiſtyliorum, & ceterorum ornamentorum ad ſymmetriarum diſtributionem, magna ſolertia, ſcientiaque ſumma, civis Romanus Coſſutius nobiliter eſt architectatus.* Sed in verbis illis mendum eſt; nam a Piſiſtrato ad Antiochum anni ſunt circiter quadringenti; itaque reſcribe *annis* CD *poſt*. Ac de Coſſutio, iterum mox ſubiungit Vitruvius. *In aſty vero Iovem Olympium, amplo modulorum comparatu, Corinthiis ſymmetriis, & proportionibus, uti ſupra ſcriptum eſt, architectandum Coſſutius ſuſcepiſſe memoratur.* Antiochi factum etiam Velleius refert lib. I. *Per idem tempus, quum Antiochus Epiphanes, qui Athenis Olympicum inchoavit, tum regem Syriæ Ptolemæum puerum Alexandriæ obſideret, miſſus eſt ad eum legatus, Marcus Popillius Lenas, qui iuberet incepto deſiſtere.* Et innuit Athenæus de eo verba faciens lib. V. Ἐν δὲ ταῖς ὡρὸς ἴας πόλεις θυσίαις, καὶ ταῖς ὡρὸς τὺς θεὺς ἰμαῖς, πάντας ὑπερεβαλλε τὺς βεβασιλευκότας, τῦτο δ' ἄν τις τεκμήραιτο ἐκ τῦ παρ' Ἀθηναίοις Ὀλυμπίῳ. *In ſacrificiis vero erga urbes, & in honoribus erga deos, omnes ante ſe reges ſuperavit; eiuſque rei indubitatum indicium eſſe cuipiam poſſit Iovis Olympii apud Athenienſes templum.* Sulla, expugnata urbe, deſtruxit in partem, & columnas inde avexit in Capitolinas ædes. Teſtatur Plinius lib. XXXVI. cap. VI. *Columnis demum utebantur in templis; nec lautitiæ cauſa, nondum enim intelligebantur iſtæ; ſed quia firmius aliter ſtatui non poterant. Sic eſt inchoatum Athenis templum Iovis Olympii, ex quo Sulla Capitolinis ædibus advexerat columnas.* Inde, ævo Auguſti, & in eius gratiam varii reges adgreſſi. Suetonius in eius Vita cap. LX. *Reges amici, atque ſocii, & ſinguli in ſuo quiſque regno, Cæſareas urbes condiderunt; & cuncti ſimul ædem Iovis Olympici Athenis, antiquitus inchoatam, perficere communi ſumtu deſtinaverunt, Genioque eius dedicare* Denique rurſum Hadrianus Imperator manum adhibuit, perfecitque, & dedicavit. Pauſanias in citatis initio huius capitis verbis. Τῷ Διὶ τῷ Ὀλυμπίῳ Ἀδριανὸς, ὁ Ῥωμαίων βασιλεὺς, τὸν ναὸν ἀνέθηκε. *Templum Iovis Olympii Hadrianus, Romanorum Imperator, dedicavit.* Spartianus in eius Vita. *Denique, quum poſt Africam Romam rediiſſet, ſtatim ad Orientem profectus, per Athenas iter fecit; atque opera, quæ apud Athenienſes cœperat, dedicavit; ut Iovis Olympii ædem, & aram ſibi.* Quin & draconem (1), ex India allatum, in eodem conſecravit. Xiphilinus item in eiuſdem Vita. Ἀδριανὸς δὲ, τό τε Ὀλύμπιον, τὸ ἐν Ἀθήναις, ἐν ᾧ κ αὐτὸς ἱδρυται, ἐξεποίησε· καὶ δράκοντα εἰς αὐτὸ, ἀπὸ Ἰνδίας κομισθέντα, ἀνέθηκε. *Hadrianus vero, & Olympium, quod Athenis, perfecit; & draconem quoque in eo, ex India allatum, conſecravit.* Quæ totidem verbis Anonymus narrat in Deſcriptione ſua Olympiadum. Facta autem dedicatio Olymp. CCXXVII. anno III. uti certum ex Auctore illo Anonymo iam citato; qui in eo ipſo anno clare adnotat. Inter dedicandum vero, quum ſacra faceret, hymnum accinere Polemonem iuſſit. Philoſtratus in Polemone Sophiſt. lib. I. Τὸ δὲ Ἀθήνησιν Ὀλυμπιον, δι' ἑξήκοντα κ πενταχοσίων ἐτῶν ἀπολελοιθὲν, καθιερώσας ὁ αὐτοκράτωρ, (Ἀδριανὸς,) ὡς χρόνῳ μέγα ἀγώνισμα, ἐκέλευσε κ τὸν Πολέμωνα ἐφυμνῆσαι τῇ θυσίᾳ. *Olympii vero Iovis templum, quod Athenis, quingentis, & ſexaginta annis demum perfectum, quum dedicaret, tamquam magnum temporis certamen, iuſſit Polemonem hymnum accinere ſacrificio.* Sed in numero annorum ſane mendum eſt; nam a primis fundamentis, quæ Piſiſtratus olim iecerat, uſque ad colophonem iſtum, tandem ab Hadriano impoſitum, anni ſunt plus ſeptingenti, neque tamen ſexaginta. Itaque ſic reſtituendum omnino cenſeo, δι ἑξ, ἢ πέντε, καὶ ἑπτακοσίων ἐτῶν ἀπολελοιθέν. Dicit autem, ἑξ, ἢ πέντε, quia in anno dedicationis factæ Auctores variant; & in quarto Olympiadis memoratæ, non in tertio ponit Euſebius Hieronymi (2): a quo tempore ſi annos ſex, & ſeptingentos retro putes, incides in ſecundum annum Olympiadis quinquageſimæ; qui tyrannidis, a Piſiſtrato uſurpatæ, eſt ſecundus; quippe is remp. invaſit Olympiadis quinquageſimæ anno primo, ut oſtendi nuper libro *De Fortuna Athenarum* cap. X. Habebat vero inter cetera dipteron octaſtylon. Vitruvius lib. III. cap. I. *Huius autem exemplar Romæ non eſt; ſed Athenis octaſtylos (dipteros) eſt, in templo Iovis Olympii.* Et erat ſane univerſim permagnificum. Vides in citatis Dicæarchi verbis. Ὀλύμπιον, ἡμιτελὲς μὲν, καλάπωληξιν δ' ἔχον τὴν τῆς οἰκοδομήσεως ὑπογραφήν. *Olympii Iovis fanum, ſemiperfectum illud quidem, ſed ſtructuræ delineatione ſtuporem incutiens.* Livius ait, unum in terris pro magnitudine dei inchoatum fuiſſe lib. XLI. *Iovis Olympii templum Athenis, unum in terris pro magnitudine dei inchoatum.* Vitruvius de eo, in Proœmio lib. VII. *Id autem opus non modo vulgo, ſed etiam in paucis a magnificentia nominatur; nam quatuor locis ſunt ædium ſacrarum marmoreis operibus ornatæ diſpoſitiones, e quibus*

1. Nil mirum quod draco in Templo ab Hadriano dedicatus fuerit, quum divini aliquid draconibus ineſſe, atque Agathodæmones paſſim ab Ethnicis exiſtimarentur. *Lucanus.*

Vos quoque qui cunctis innoxia numina terris
Serpitis aurato nitidi fulgore dracones.

Conſulendi Ez. *Spanhemius De uſu; & præſtant. Veter. Numiſm. & Pignorius Menſa Iſiaca.*

2. Euſebii ſcilicet Chronicon ab Hieronymo Latine verſum, & interpolatum. Vide eiuſdem Chronici proœmium.

Digitized by Google

usque templum perveniſſet, qui ædificabant te-
ctum, interrogaſſe, quid ætate nubili virgo ita
ſola oberraret: ipſum vero, nihil aliud reſpon-
diſſe; ſed ſolutis plaustri bubus, quod tunc ade-
rat, trabem arreptam laquearis altius multo
proiecisſe, quam illi templi tectum facerent.
Nec Delphinio tantum Apollini, ſed & Dianæ Delphiniæ ſacra ædes, & tribunal illic erat, ἐπὶ Δελφινίῳ dictum. Pollux lib. VIII. cap. X. Τὸ ἐπὶ Δελφινίῳ (δικαστήριον) ἱδρύθη μὲν ὑπὸ τοῦ Αἰγέως· λέγεται δ' Ἀπόλλωνι Δελφινίῳ, καὶ Ἀρτέμιδι Δελφινίᾳ. *Quod in Delphinio (tribunal) conſtitutum quidem ab Aegeo, dedicatum vero fertur Apollini Delphinio, & Dianæ Delphiniæ.* Sed de tribunali iſto pridem in *Areopago* dixi; nunc de templo porro agamus. Et Apollinis hoc fuiſſe dicit etiam Scholiaſtes Ariſtophanis ad Equites. Δελφίνιον δ', ἱερὸν Ἀπόλλωνος Ἀθήνησιν, οὕτω καλούμενον. *Delphinium vero templum Apollinis eſt Athenis, ita dictum.* Dedicatum id ab Aegeo, Theſei patre. Ecce in Pollucis verbis. Ἱδρύθη μὲν ὑπὸ τοῦ Αἰγέως. *Conſtitutum quidem ab Aegeo.* Nam is ibi habitabat; unde & Mercurii ſignum ante templum ad orientem collocatum, Ἑρμῆς ἐπ' Αἰγέως πύλαις dicebatur: effuſumque illic poculum cum veneno, quod Medeæ ſuaſu Aegeus Theſeo hoſpiti præparaverat. Plutarchus in Vita Theſei. Λέγεται δὲ, τῆς κύλικος πεσούσης, ἐκχυθῆναι τὸ φάρμακον, ὅπου νῦν ἐν Δελφινίῳ τὸ περίφρακτόν ἐστιν. ἐνταῦθα γὰρ ὁ Αἰγεὺς ᾤκει. καὶ τὴν Ἑρμῆν, τὸν πρὸς ἕω τοῦ ἱεροῦ, καλοῦσιν ΕΠ' ΑΙΓΕΩΣ ΠΥΛΑΙΣ. *Fertur vero, lapſo calice, effuſum fuiſſe venenum, ubi nunc in Delphinio ſeptum exſtat: ibi enim Aegeus habitabat; & Mercurium, qui eſt ad orientem fani, nuncupant* AD AEGEI PORTAM. Alii volunt, a Cretenſibus dedicatum; qui ſervati e tempeſtate, & in Atticam delati ab Apolline ſub delphinis piſcis ſpecie (1). Etymologici Auctor in Ἐπὶ Δελφινίῳ. Οἱ δέ φασιν, ὅτι, Κρητῶν χειμαζομένων, ἐκαθθεὶς δελφῖνι ὁ Ἀπόλλων, ἔσωσε αὐτοὺς, εἰς τὴν Ἀττικὴν κομίσας. ἀνθ' ὧν Ἀπόλλωνι Δελφινίῳ ἱδρύθη ἱερόν. *Hi vero aiunt, quod Cretenſes, tempeſtate iactatos, delphinis ſpecie ſervarit Apollo, & in Atticam deduxerit; eaque de cauſa Apollini Delphinio templum dedicatum eſſe.* Apollini vero huic Delphinio poſtea Theſeus profligatum a ſe taurum Marathonium immolavit. Plutarchus in citata ſtatim Vita Theſei. Ὁ δὲ Θησεὺς, ἐνεργὸς εἶναι βουλόμενος, ἅμα δὲ καὶ δημαγωγῶν, ἐξῆλθεν ἐπὶ τὸν Μαραθώνιον ταῦρον, ὃν ὀλίγα πράγματα τοῖς οἰκοῦσι τὴν Τετράπολιν παρέχοντα· καὶ χειρωσάμενος, ἐπεδείξατο ζῶντα, διὰ τῆς ἄστεως ἐλάσας· εἶτα τῷ Ἀπόλλωνι τῷ Δελφινίῳ καθέθυσεν. *Theſeus autem, in opere aliquo eſſe cupiens, gratiamque populi captans, egreſſus eſt contra Marathonium taurum, non parum negotii faceſſentem iis omnibus, qui Tetrapolin habitabant; eumque ſuperatum, vivum exhibuit per Vrbem agitans: inde etiam Apollini Delphinio immolavit.* Thales quoque tripodem illum, tanto opere celebratum, Apollini huic dedicavit cum inſcriptione iſta. Θαλῆς Ἐξαμίου Μιλήσιος Ἀπόλλωνι Δελφινίῳ Ἑλλήνων ἀριστεῖον δὶς λαβών. *Thales Examii Mileſius Apollini Delphinio Græcorum præmium bis nactus.* Videndus eſt Diogenes Laertius in eius Vita lib. I. (2) Vt vero Athenis, ita quoque in Aegina, quæ colonia Athenienſium, deus ille eodem cognomento cultus; & Δελφίνιος item menſis appellatus. Scholiaſtes Pindari Nem. Od. V. Παρ' Αἰγινήταις Δελφίνιος μὴς ἄγεται, Δελφινίου Ἀπόλλωνος ἱερός. *Apud Aeginetas eſt menſis Delphinius, Apollini Delphinio ſacer.* Proxime templum hoc Apollinis, Κῆποι erant; ubi templum Veneris τῆς Οὐρανίας: iuxta quoque ſimulacrum figura quadrata, ceu Mercurii iſtud eſſet, Alcamenis opus. Pauſanias. Ἐς δὲ τὸ χωρίον, ὃ Κήπους ὀνομάζουσι, καὶ τὸ Ἀφροδίτης τὸ ναὸν, οὐδεὶς λεγόμενος σφίσιν ἐς λόγος. ὃ μὲν οὐδὲ ἐς τὴν Ἀφροδίτην, ἢ τοῦ ναοῦ πλησίον ἕστηκε· ταύτης γὰρ ἄγαλμα μὲν τετράγωνον, κατὰ ταῦτα καὶ τοῖς Ἑρμαῖς (3)· τὸ δὲ ἐπίγραμμα σημαίνει, τὴν Οὐρανίαν Ἀφροδίτην τὴν καλουμένων Μοιρῶν εἶναι τὴν πρεσβυτάτην, τὸ δὲ ἄγαλμα τῆς Ἀφροδίτης ἐν τοῖς Κήποις, ἔργον ἐστὶν Ἀλκαμένους, καὶ τῶν Ἀθήνησιν ἐν λόγοις θέας ἄξιον. *De loco vero, quem Hortos vocant, & Veneris fano, nihil eſt, quod in ſermone ipſi ferant; uti nec de Veneris ſigno, quod adſiſtit: nam quadrata quidem eius eſt figura, plane ut Mercuriorum, verum indicat inſcriptio, cœleſtem Venerem eſſe (4); earum, quæ vocantur Parcæ, natu maximam. Sed id Veneris ſimulacrum, quod in Hortis, ab Alcamene factum eſt; inter ea, quæ Athenis memorantur, viſu dignum.* Meminitque Plinius lib. XXXVI. cap. VI. *Alcamenem Athenienſem, quod certum eſt, docuit (Phidias) in primis nobilem; cuius ſunt opera Athenis complura in ædibus ſacris: præclaraque Venus extra muros, quæ appellatur* Ἀφροδίτην ἐν Κήποις (5). Lucianus in imaginibus. Σὺ ἦ (ταύτῃ γὰρ, ὡς φῄς, εἶδες) ἴθι μοι, καὶ τόδε ἀπόκριναι, εἰ καὶ (τὴν Ἀφροδίτην) τὴν ἐν Κήποις Ἀθήνησι, τὴν Ἀλκαμένους, ἑώρακας. *Tu vero (nam vidiſti, uti inquis) age, & hoc mihi reſponde, numquid etiam Venerem illam Athenis, quæ in Hortis eſt, ab Alcamene facta, conſpexiſti?* Meminitque rurſum poſtea, ſemel atque iterum; uti & in Meretriciis, in Dialogo Matris, & Muſarii.

CAP. II.

Κυνόσαργες. *Dionis ſacrificium. Canis factum. Suidas emendatus. Herculis fanum; in quo, ad columnam quamdam, appenſum decretum Alcibiadis. Ara Herculis a Diomo ſtructa; item Hebes, Alcmenæ, & Iolai. Gymnaſium; unde ſi quis furto quidquam abſtuliſſet, cuius pretium drachmas decem ſuperaret, capitis pœna plectebatur. Nothi omnes convenire illic ſoliti; qui expoſiti ibi loci, & diiudicati etiam, pariter ſane ac liberti. Sed hæc diſcernendi ratio mox ſublata a Themiſtocle. In propinquo porta Vrbis;*

1. De iis, qui miſcentibus æquora ventis, a Delphinibus aliiſque piſcibus ſervati, & ad littus delati fuere, vide *Calmetium* in *Diſſertat. De Ceto Iona.*
2. Et quæ ad eum locum adnotarunt *Aeg. Menagius*, aliique viri docti.
3. Adi *Bern. Monſfalconium* in *Antiquitatibus explicatis.*
4. De Venere cœleſti, vide quæ ſuperius ad Caput IIII. adnotavimus.
5. Sic Lutetiæ Pariſiorum habentur ædes Sancti Germani in Pratis, & Sancti Martini in Campis.

Digitized by Google

Cynicaque illic ſecta inſtituta. Incenſum totum a Philippo, Macedonum rege, cum vicinis monumentis; inter quæ Iſocratis erant, quique ei genere proximi.

HInc Κυνόσαργες memoratur, cui a cane albo nomen; qui, faciente ſacra Diomo, hoſtiæ partem abripuit. Euſtathius ad Iliad. β'. Κυνόσαργες, χωρίον, ὕτω κληθὲν ἀπὸ κυνὸς λάβοῦ, θύμαλι ἁφαρπάσαντος, ἐκ ἐκδραμόντος ἐκεῖ. *Cynoſarges, locus ita dictus a cane albo, qui abrepta victimæ parte, huc excurrit.* Mendum eſt apud Suidam. Κυνόσαργες, τόπος ἔστι παρ' Ἀθηναίοις, ἐν ἱερὸν Ἡρακλέους, καθ' αἰτίαν τοιαύτην· Δίδυμος ὁ Ἀθηναῖος ἔθυεν ἐν τῇ ἑστίᾳ· εἶτα κύων λευκὸς παρὼν, ἥρπασε τὸ ἱερεῖον· καὶ ἀπελθὼν, εἴς τινα τόπον ἀπέθετο. *Cynoſarges eſt locus quidam apud Athenienſes; & Herculis fanum, ob talem cauſam. Didymus Athenienſis ſacrificabat in foco, caniſque albus, qui aderat, hoſtiam abripuit; ac diſcedens, in loco quodam depoſuit.* Reſcribo. Διόμος ὁ Ἀθηναῖος ἔθυε τῇ Ἑστίᾳ. *Diomus Athenienſis ſacra faciebat Veſtæ.* Stephani quoque hac in re corrupta verba, mutilaque. Δίομος Ἡρακλεῖ ὡς θεῷ θύων, τὰ ξενώσων ἱερὰ Ἡρακλεῖ ἥρωι ἔδειξε· καὶ κύων λευκὸς, ἁρπάσας τὰ μηρία, εἰς τοῦτο τὸ χωρίον ἤνεγκεν. *Diomus, Herculi ſacrificans, tamquam Deo, ſacra Herculi heroi oſtendit; & canis albus, quum arripuiſſet coxam, in hunc locum aſportavit.* Heſychius. Κυνόσαργες, τόπος ἱερός· ὠνομάσθη ἢ ἀπὸ τοιαύτης αἰτίας. Διόμυς, φασὶ, θύοντος Ἡρακλεῖ, κύων, ἁρπάσας τὰ μηρία, ἔφυγε διωκόμενος. ἐκλήθη ἢ ὁ τόπος ὕτως, ἀπὸ τ' λευκότητος τοῦ κυνὸς, ἢ τοῦ τάχους. *Cynoſarges, locus ſacer, appellatus ab hac cauſa. Diomo, aiunt, Herculi ſacra faciente, canis, coxa abrepta, quum perſequerentur ipſum, curſu aufugit. Locus vero ita dictus ab albedine, vel celeritate canis.* Vlpianus in Timocrateam. Τὸ ἢ Κυνόσαργες (ἐκληθη) ἐκ τοῦ πόλε θύοντος (τοῦ Διόμυ) τῷ Ἡρακλεῖ, κύνα λευκὸν ἁρπάξαι τὰ μηρία τοῦ ἱερέως, καὶ ἀποθέσθαι αὐτὸ εἰς τὸν τόπον τοῦτον, ἔνθα ἐστὶ τὸ γυμνάσιον. *Cynoſarges autem (appellatum eſt) ex eo, quod, ſacra olim faciente (Diomo) Herculi, canis albus hoſtiæ coxam abripuerit, depoſueritque ibi, ubi nunc gymnaſium exſtat.* Canis factum breviter attingit etiam Pauſanias. Ἔστι δὲ Ἡρακλέους ἱερὸν, καλούμενον Κυνόσαργες· καὶ τὰ μὲν ἐς τὴν κύνα ἐοικέναι τὴν λευκὴν ἐπιλεξαμένοις ἐστὶ τῷ χρησμῶν. *Eſt delubrum quoque Herculis, Cynoſarges appellatum; ac, quæ de cane albo feruntur, ſcire poſſunt, qui oraculum legerunt.* Et obſerva, Herculis ibi fanum fuiſſe. Meminit eius etiam Herodotus lib. v. Καὶ Ἀγχεμολίου εἰσὶ ταφαὶ τῆς Ἀτλικῆς Ἀλωπεκῆσι, ἀγχοῦ τοῦ Ἡρακλήιου, τοῦ ἐν Κυνοσάργει. *Et ſepulcrum Anchemolii eſt in Atticæ Alopecis, prope Herculis delubrum, quod in Cynoſarge exſtat.* Livius lib. xxxi. *Philippus, ſigno receptui dato, caſtra ad Cynoſarges (templum Herculis, gymnaſiumque, & lucus erat circumiectus) poſuit.* Harpocration in Ἡράκλεα. Πολλῶν ὄντων τῶν κατὰ τὴν Ἀτλικὴν Ἡρακλείων, νῦν ἂν ὁ Δημοσθένης μνημονεύσῃ τῶν ἐν Μαραθῶνι, ἢ τῶν ἐν Κυνοσάργει. *Quum multa ſint in Attica fana Herculis, nunc meminit Demoſthenes eorum, quæ in Marathone, aut Cynoſarge* A *noſarge*. In eo templo ad columnam quamdam appenſum erat decretum quoddam Alcibiadis. Athenæus memorat lib. vi. Ἐν Κυνοσάργει μὲν, ἐν τῷ Ἡρακλείῳ στήλη τίς ἐστιν· ἐν ᾗ ψήφισμα μὲν, Ἀλκιβιάδου· γραμματεὺς δὲ, Στέφανος ὁ Θουκυδίδου. *In Cynoſarge quidem, in templo Herculis, columna quædam eſt; & in ea decretum Alcibiadis; ſcriba autem, Stephanus Thucididis.* Herculis autem uti templum, ita quoque ara erat; item Hebes, Alcmenæque, & Iolai. Pauſanias ſubiungit. Βωμοὶ δέ ἐσιν Ἡρακλέους τε, καὶ Ἥβης· ἣν Διὸς παῖδα B ὖσαν, συνοικεῖν Ἡρακλεῖ νομίζουσιν· Ἀλκμήνης τε βωμὸς, καὶ Ἰολάου, πεποίηται· ὃς τὰ πολλὰ Ἡρακλεῖ συνεπόησε τῶν ἔργων. *Aræ vero ſunt & Herculis, & Hebes; quam quum Iovis ſit filia, Herculi nuptam exiſtimant. Alcmenæ quoque ara ſtructa eſt, & Iolao; qui multorum Herculi laborum ſocius fuit.* Ac Herculis quidem aram iuſſu oraculi a Diomo ſtructam refert Suidas. Ὁ δὲ (Δίομος) περιδεὴς ἦν. ἔχρησε δὲ αὐτῷ ὁ θεὸς, ὅτι εἰς ἐκεῖνον τὸν τόπον, ἔνθα τὸ ἱερεῖον ἀπέθετο, βωμὸν ὀφείλοι ἱδρύσασθαι. *Metu vero (Diomus) perculſus erat; & oraculum ei deus dedit, ut quo loco hoſtiam depoſuiſſet, aram exſtrueret.* Iolai aram reſpexit idem Suidas alibi, quum inquit. Ἰόλαος, ἥρως τις, τιμώμενος παρ' Ἀθηναίοις. *Iolaus, heros quidam, honoratus apud Athenienſes.* Erat porro & gymnaſium, ut videre eſt apud Stephanum. Κυνόσαργες, γυμνάσιον ἐν τῇ Ἀτλικῇ. *Cynoſarges, gymnaſium in Attica.* Et in citatis Livii verbis. *Cynoſarges, templum Herculis, gymnaſiumque.* Plutarchus in Themiſtocle, ubi de eo verba facit. Τοῦτο δ' ἐστὶν ἔξω πυλῶν γυμνάσιον. *Eſt autem hoc extra portam gymnaſium.* Diogenes Laertius in Antiſthene lib. vi. Διελέγετο δ' ἐν τῷ Κυνοσάργει γυμνασίῳ, μικρὸν ἀπωθεν τῶν πυλῶν. *Diſſerebat vero in gymnaſio Cynoſarge, non longe a porta.* Et qui quidquam inde cuiquam furto abducerent pretio ſupra drachmas decem, ii capite plectebantur; idque e Solonis lege. Demoſthenes Orat. in Timocratem. Εἴ τις ἐκ Κυνοσάργους ἱμάτιον, ἢ ληκύθιον, ἢ ἄλλο τι φαυλότατον, ἢ τῶν σκευῶν τι τῶν ἐκ τ γυμνασίων ὠφέλοιτο, ὑπὲρ δέκα δραχμὰς, καὶ τούτοις θάνατον ἐνομοθέτησεν (ὁ Σόλων) εἶναι τὴν ζημίαν. *Si quis e Cynoſarge veſtem, aut lagunculam, aut aliud quidquam minimi pretii, aut vaſculum aliquod e gymnaſiis, ſurripuerit ſupra decem drachmas, etiam his pœnam mortis (Solon) conſtituit.* Ac conveniebant iſthuc nothi, exercitii cauſa. Suidas in Κυνόσαργες. Ἐπεδὴ ἦν ὁ Ἡρακλῆς δοκεῖ νόθος εἶναι, διὰ τοῦτο ἐκεῖ οἱ νόθοι ἐγυμνάζοντο. *Quia Hercules nothus eſſe exiſtimatur, ideo nothi ibi loci exercebantur.* Et obſerva ibi cauſam; quia nempe Hercules nothus. Quin diſcernebantur ibidem. Nonnus Monachus in Collect. Hiſt. in Gregorii Nazianzeni στηλιτευτικὴν priorem cap. lx. Κυνόσαργες, τόπος ἦν Ἀθήνας, ἐν ᾧ καὶ οἱ νόθοι ἐκρίνοντο, εἰ τῷ δέ τις ὄντως γέγονεν υἱός. *Cynoſarges locus Athenis, ubi nothi iudicabantur, an cuiuſpiam aliquis vere filius eſſet.* Videndus etiam Diogenianus Cent. v. Proverb. xciv. Hinc Demoſthenes Orat. in Ariſtocratem. Ἀλλ' εἰς τοὺς νόθους ἐκεῖ συνελεῖ, καθάπερ πολὺ ἐνθάδε εἰς Κυνόσαργες οἱ νοθοι. *Sed inter nothos*

Digitized by Google

thos ibi cenſetur, quemadmodum olim hic in Cynoſarge nothi. Plutarchus in Erotico. Τῦτα τὸ πάθ@ δεῖ καλεῖν ἔρωτα θῆλυν, κ᾽ νόθον, ὥσπερ εἰς Κυνόσαργες ζυνελεύσιλα. *Hunc adfectum adpellare oportet amorem effeminatum, ac nothum, & ad Cynoſarges pertinentem.* Etiam illic deponebantur. Gregorius Nazianzenus in Iulianum Orat. I. Τἄλλα δ᾽ ἀπερρίφθαι εἰς τὸ Κυνόσαργες, ὥσπερ τὸ πάλαι τὰς νόθας. *Reliqua autem abiiciantur in Cynoſarges, ſicut olim nothis factum.* Ioannes Tzetzes Chil. XIII. cap. CCCCLXXXIX.

Ἔρριπτον εἰς Κυνόσαργες. τόπ@ δ᾽ Ἀθήναις τῦτο, Οὗ κ᾽ τὰς νόθας ἔρριπτον τοῖς χρόνοις τοῖς πρωτέροις.

Abiiciebant in Cynoſarges; locus autem hic Athenis,

Vbi nothos abiiciebant temporibus ſuperioribus.

Videndus etiam Apoſtolius Cent. VII. Proverb. LXIX. Pari vero conditione cum nothis & liberti habiti; itaque etiam illi huc conveniebant, itidem cenſendi, an plena ipſis libertas eſſet. Nonnus loco iam citato. Ἐκάλουν δὲ παρὰ Ἀθηναίοις κ᾽ τὰς ἀπελευθέρας νόθας· νόθοι γὰρ κ᾽ τῦτοι πρὸς τὰς ἐκ γνετῆς ἐλευθέρους· ἕτοι δὲ ἐκείνους, καὶ ἐδοκιμάζοντο, εἰ ὅλως ἐλευθερώθησαν. *Apud Athenienſes vero etiam libertos vocabant nothos, cum ingenuis comparatos. Cenſebantur autem, & explorabantur an omnino libertate donati eſſent.* Et communi etiam illic exercitio utebantur. Inde intelligendus Dion Chryſoſtomus Orat. XV. quae eſt, Περὶ δουλείας, κ᾽ ἐλευθερίας. Τί ἂν εἶπε, κατὰ τῦτο κωλύῃ με ἐν Κυνοσάργει ἀλείφεσθ᾽ μετὰ τ νόθων· εἶτερ κ᾽ μητρὸς ἐλευθέρας, ἴσως δ᾽ καὶ ἀσῦς, τυγχάνω γεγονὼς, κ᾽ πατρὸς, ἃ συ φῄς; *Quid ergo, inquit, ſecundum hoc prohibet me in Cynoſarge ungi cum nothis; ſiquidem & matre libera, ac fortaſſe etiam cive, & parente, quo tu dicis, ſum prognatus?* Sed diſcrimen hoc nothorum, & ingenuorum a Themiſtocle eſt ſublatum. Plutarchus ſtatim in initio Vitae eius. Καὶ τ νόθων, εἰς Κυνόσαργες ζυντελούντων, (τῦτο δ᾽ ἐστὶν ἔξω πυλῶν γυμνάσιον Ἡρακλέους, ἐπεὶ κἀκεῖνος ὐκ ἦν γνήσι@ ἐν θεοῖς ἀλλ᾽ ἐνείχετο νοθείᾳ διὰ τὴν μητέρα, θνητὴν ὖσαν) ἔπεισέ τινας ὁ Θεμιστοκλῆς τῶν εὖ γεγονότων νεανίσκων, καταβαίνοντας εἰς Κυνόσαργες, ἀλείφεσθαι μετ᾽ αὐτῦ· καὶ τῦτο χρυσμένου, δοκεῖ πανύργως τὸν τ νόθων κ᾽ γνησίων διορισμὸν ἀνελεῖν. *Quum nothi in Cynoſarges convenirent (quod gymnaſium Herculis eſt extra portam, ſiquidem nec ille ingenuus inter deos, verum nothus, ceu mortali matre natus,) induxit Themiſtocles iuvenes quosdam, nobili familia ortos, ut comitati in Cynoſarges una ſecum ungerentur: &, hoc facto, callide nothorum, atque ingenuorum diſcrimen ſuſtuliſſe videtur.* Erat autem, ut in citatis his Plutarchi etiam verbis obſervamus, extra portam, non longe ab Vrbe; Cynicaque illic ſecta ab Antiſthene inſtituta. Diogenes Laertius in eius Vita lib. VI. Διελέγετο δ᾽ ἐν τῷ Κυνοσάργει γυμνασίῳ, μικρὸν ἄπωθεν τ πυλῶν. ὅθεν τινὲς κ᾽ τὴν Κυνικὴν ἐντεῦθεν ὀνομασθῆναι. *Diſſerebat vero in gymnaſio Cynoſarge, non longe a porta; unde quidam Cynicae ſectae nomen inde datum volunt.* De ſecta Cynica, ibi loci inſtituta, Heſychius Miletius idem dicit. Κυνικὴ ἐκλήθη φιλοσοφία, διὰ τὸ ἐν Κυνοσάργει τῷ γυμνασίῳ καταρξαθαι αὐτῆς τὸν Ἀντισθένη. *Cynica philoſophia adpellata eſt, quod Antiſthenes in gymnaſio Cynoſarge inſtituerit.* Inceſum fuit univerſum a Philippo, Demetrii filio, Macedonum rege. Livius libro citato. *Sed & Cynoſarges, & Lyceum, & quidquid ſancti, amoenive, circa Urbem erat, incenſum eſt; dirutaque non tecta ſolum, ſed etiam ſepulcra.* Vbi obſerva, etiam ſepulcra dici; nam haec multa iuxta erant: in his Iſocratis, pluriumque e propinquis. Plutarchus in eius Vita lib. De X. Rhet. Ἐτάφη δ᾽ μετὰ τ᾽ συγγνείας, πλησίον Κυνοσάργους, ἐπὶ τῦ λόφυ ἀριστερᾷ. *Sepultus vero eſt cum propinquis iuxta Cynoſarges, in ſiniſtra collis parte.*

CAP. III.

Lyceum, a quo dictum. Apollinis τῦ Λυκοκλόνυ *ſive,* Λυκίυ, *templum; eiuſque ſimulacrum, quale. Polemarchorum olim curia. Heſychii error indicatus. Gymnaſium, Apollini ſacrum, a Piſiſtrato, ſive Pericle aedificatum: a Lycurgo in maius auctum, & arboribus exornatum. Palaeſtra; platanus item magna, & aquaeductus. Deambulacrum Ariſtotelis; a quo ipſe,* Περιπατητικός; *& diſcipuli,* Περιπατητικοὶ *adpellati. Locus curſus, exercitiumque militum. Lex Solonis in hos, qui hinc furto aliquid abduxiſſent, quod ſuperaret drachmas decem. Coena item agitari ibidem ſolita. Panopis fons, qui corruptus aetate Strabonis. Porta Diocharis. Sepulcrum Niſi. Ciceronis in Tuſculano gymnaſium: eodem nomine nuncupatum; & in villa Tiburtina Hadriani locus quidam. A Philippo rege incenditur; & a Sulla, exciſis arboribus, devaſtatur.*

LYceum (a) ſequebatur Apollinis templum, a Lyco, Pandionis filio, adpellatum; Pauſanias. Λύκειον δ᾽, ἀπὸ μὲν Λύκου, τῦ Πανδίονο@, ἔχει τὸ ὄνομα· Ἀπόλλων@ δὲ ἱερὸν ἐξαρχῆς τε εὐθὺς, καὶ καθ᾽ ἡμᾶς, ἐνομίζετο. *Lyceum vero a Lyco, quidem, Pandionis filio, nomen habet; Apollinis autem templum olim, & nunc creditum eſt.* Erat autem Apollini ſacrum τῷ Λυκοκλόνῳ. Vlpianus in Timocrateam. Τὸ δὲ Λύκειον τῦ Λυκοκλόνυ Ἀπόλλωνος, ἢ ὅτι Νόμιος ὁ θεὸς νομίζεται, ἐκ τῦ θητεῦσαι Ἀδμήτῳ· κ᾽ ἀνάγκη ἦν ἀνελεῖν ὡς νόμιον, τὰς λύκυς, τὰς ἐχθρὰς ὄντας ταῖς ποίμναις. ἢ ὅτι λύκων πολὲ ἐπελθόντων τῇ πόλῃ τῇ τῶν Ἀθηναίων, κ᾽ πολλὰς τῶν Ἀθηναίων ἀναιρούντων, ἔχρησεν ὁ θεὸς θύειν μάλισα ἐν τῷ τόπῳ· κ᾽ λοιτὸν ὐκ τῶν ὁσμῶν ἀπώλλυντο οἱ λύκοι. καὶ ἐκ τύτυ, χάριν ὁμολογοῦντες οἱ Ἀθηναῖοι τῷ Ἀπόλλωνι, ἱερὸν ἐκεῖσε αὐτῦ κατεσήσαντο, καλέσαντες αὐτὸ, Λυκοκτόνυ Ἀπόλλωνος. *Lyceum vero eſt (templum) Apollinis Lupicidae, ſive quod is deus Paſtoralis habeatur, ex eo quod Admeto ſerviit; & neceſſe ei fuit, ut Paſtorali, occidere lupos, gregum hoſtes: ſive quod, quum aliquando lupi urbem Athenienſium invaſiſſent, & Athenienſes multos interficerent, Deus ille oraculo monuerit, uti maxime ibi loci ſacrificarent; ac deinceps e nidore lupi plane perierint. Hac de cauſa Athenienſes, ut ſe erga Apollinem gratos exhiberent, aedem ei, Lupicidae cognomento, illo in loco exſtruxerunt.* Alii, quod cum Lycei nomine magis eſt conveniens, Apollini τῷ Λυκίῳ ſacrum fuiſſe tradunt; eiuſque ibi ſimulacrum item erat in columnam

(a) Lupara Gallorum Regis βασιλεῖον non diſſimili nomine adpellatur.

Digitized by Google

lumna recumbens: siniſtra manu arcum gerens, dextra ſupra caput refracta; tamquam deo a multo labore quieſcente. Lucianus De Gymnaſiis ita Solonem loquentem introducens. Ὁ μὲν χῶρος αὐτὸς, ὦ Ἀνάχαρσι, γυμνάσιον ὑφ' ἡμῶν ὀνομάζεται, καὶ ἔστιν ἱερὸν Ἀπόλλωνος τοῦ Λυκίου, καὶ τὸ ἄγαλμα δὲ αὐτοῦ ὁρᾷς, τὸν ἐπὶ τῇ στήλῃ κεκλιμένον. τῇ ἀριστερᾷ μὲν, τὸ τόξον ἔχοντα· ἡ δεξία δὲ, ὑπὲρ τῆς κεφαλῆς ἀνακεκλασμένη, ὥσπερ ἐκ καμάτου μακροῦ ἀναπαυόμενον δείκνυσι τὸν θεόν. *Locus quidem ipſe, o Anacharſi, Gymnaſium a nobis appellatur; eſtque templum Apollinis Lycii. Vides vero etiam eius ſimulacrum in columna inclinatum; ſiniſtra manu arcum habens: dextra autem ſupra caput refracta, quaſi quieſcentem a labore diuturno deum indicat.* Et obſerva, gymnaſium ibidem erat, a Pyſiſtrato, ſive Pericle, ut alii volunt, aedificatum. Suidas. Λύκειον, ἐν ᾧ παρ' Ἀθηναίοις γυμνασίων, ὁ Θεόπομπος μὲν, Πεισίστρατον ποιῆσαί φησι· Φιλόχορος δὲ, ἐπισκευάσαντος Περικλέους γενέσθαι, *Lyceum, unum e gymnaſiis, quae ſunt apud Athenienſes; quod Theopompus a Piſiſtrato; Philochorus, curante Pericle, factum dicit.* Et hoc ipſum eſt, quod Apollini quoque ſacrum, pariter ac templum, Plutarchus tradit, cauſam addens, Sympoſ. lib. VIII. Quæſt. IV. Καὶ μὴν οὐδὲ Ἀθηναίους εἰκὸς ἦν Ἀπόλλωνι καθιερῶσαι τὸ γυμνάσιον ἀλόγως, καὶ αὐτομάτως· ἀλλὰ παρ' ἣν τὴν ὑγίειαν ἔχομεν θεῖ, τόπον εὐεξίαν τε διδόναι, καὶ ῥώμην, ἐπὶ τοὺς ἀγῶνας ᾠοντο. *Et ſane neque Athenienſes veriſimile eſt ſine ratione, ac temere gymnaſium Apollini dedicaſſe; verum, a quo deo habemus ſanitatem, eum quoque bonam corporis habitudinem, item robur ad certamina ſuppeditare exiſtimabant.* Olim illic Polemarchorum curia erat, antequam Solon novem Archontes in unum locum convenire præcepiſſet. Suidas. Ἄρχοντες, οἱ ἐννέα τινές. θεσμοθέται ἓξ, ἄρχων, πολέμαρχος, βασιλεύς. καὶ πρὸ μὲν τῶν Σόλωνος νόμων, οὐκ ἐξῆν αὐτοῖς ἅμα δικάζειν. ἀλλ' ὁ μὲν βασιλεὺς, καθῆστο παρὰ τῷ καλουμένῳ Βουκολείῳ· τὸ δὲ, ἦν πλησίον τοῦ Πρυτανείου· ὁ δὲ πολέμαρχος, ἐν Λυκείῳ, καὶ ὁ ἄρχων παρὰ τοὺς Ἐπωνύμους· οἱ θεσμοθέται, παρὰ τὸ Θεσμοθέσιον. *Archontes, erant novem quidam. Theſmothetae ſex, Archon, Rex, Polemarchus. Et ante Solonis leges ipſis una iudicare non licebat; ſed Rex ſedebat ad Bucoleum, quod eſt iuxta Prytaneum; Polemarchus in Lyceo; Archon vero ad Eponymos; Theſmothetae ad Theſmotheſium.* Apud Heſychium Ἐπιλύκιον ſcribitur. Ἐπιλύκιον, ἀρχεῖον τῶν πολεμάρχων Ἀθήνησιν. *Epilycium, archivum Polemarchorum Athenis.* Verum errat, mendo inductus; quum Ἐπιλύκιον, pro ἐπὶ Λύκῳ, apud Auctorem aliquem ſcriptum a librario oſcitante inveniſſet. Quæ de conditore Pericle, aut Piſiſtrato, e Suida protuli, eadem habes apud Harpocrationem. Ac de Pericle etiam Heſychius refert. Λύκιον, τόπος· Περικλέους ἐπισκευάσαντος τῷ ἔργῳ. *Lyceum, locus, Pericle opus curante factus.* Equidem arbitror inchoatum a Piſiſtrato, poſt a Pericle exſtructum. Alii Lycurgo adſcribunt, Lycophronis filio, oratori. Pauſanias, ubi de eo agit. Τὰ δ' ἐπὶ τῆς αὐτοῦ πολιτείας, ἃ ᾠκοδόμησεν, ἐν Πειραιεῖ νεώς ἐισιν οἶκοι, καὶ τὸ πρὸς τῷ Λυκείῳ καλουμένῳ γυμνάσιον. *Quae vero, dum remp. geſſit, aedificavit, ea ſunt, in Piraeeo novalia, & gymnaſium, ad Lyceum quod vocatur.* Verum illud ſic interpretor, ut in maius multo exſtruxerit. Hoc accipio e Plutarcho, qui ait, arbores quoque illic plantaſſe, & palaeſtram exſtruxiſſe. Locus eſt in eius Vita lib. de x. Rhet. Πολλὰ δ' πόλεως ἐπωφθωσε, καὶ τριήρεις τῷ δήμῳ παρεσκεύασε τετρακοσίας, καὶ τὸ ἐν Λυκείῳ γυμνάσιον ἐποίησε, καὶ ἐφύτευσε, καὶ τὴν παλαίστραν ᾠκοδόμησε. *Multa in Vrbe inſtauravit, & triremes populo inſtruxit quadringentas; tum gymnaſium in Lyceo etiam fecit, & arbores ibidem plantavit, ac palaeſtram aedificavit.* Et palaeſtrae recens ſtructae meminit Plato in initio Lyſidis, ubi de Lyceo agit. Δεῦρο, ἔφη, δείξας μοι ἐν τῷ καλαυλικρὺ τοῦ τάχους περίβολόντε τινὰ καὶ θύραν ἀνεῳγμένην. διατρίβομεν δὲ, ἦ δ' ὅς, αὐτόθι ἡμεῖς τε αὐτοὶ, καὶ ἄλλοι πάνυ πολλοὶ, καὶ καλοί. Ἔστι δὴ τί τοῦτο; καὶ τίς ἡ διατριβή; Παλαίστρα, ἔφη, νεωστὶ ᾠκοδομημένη. *Huc, ait, oſtenſo mihi ex adverſo muri ſepto, ianuaque item aperta; illic, inquit, verſamur cum nos ipſi, tum alii omnino multi, iique honeſti. Sed quodnam iſtud? aut quae illic converſatio? Palaeſtra, ait, recens admodum exſtructa.* Aquaeductus item ibi, & ingens platanus; cuius utriuſque mentio eſt apud Theophraſtum Hiſt. Plant. lib. I. cap. XI. Ἥ γε ἓν ἐν τῷ Λυκείῳ ἡ πλάτανος ἡ κατὰ τὸ ὀχετὸν, ἔτι νέα οὖσα, περὶ τρεῖς καὶ τριάκοντα πήχεις ἀφῆκεν. *Igitur, quae in Lyceo eſt platanus iuxta aquaeductum, quum novella adhuc eſſet, cubitos tres, & triginta circiter emiſit.* Et Plinius lib. XII. cap. I. *Celebratae ſunt (platani) primum in ambulatione Academiae Athenis, cubitorum triginta ſex, unius radice ramos antecedente. Nunc eſt clara in Lyceo, gelidi fontis ſocia amoenitate, itineri adpoſita, domicilii modo cava octoginta, atque unius pedum ſpecu, nemoroſo vertice, & ſe vaſtis protegens ramis, arborum inſtar, agros longis obtinens umbris.* Platani meminit quoque ſtrictim Maximus Tyrius Diſſert. VIII. Ἔλεγε δὴ ταῦτα μόνον οὐκ ἐν μέσοις Ἕλλησιν, ἀλλὰ καὶ οἴκοι, καὶ δημοσίᾳ, καὶ ἐν συμποσίοις, ἐν Ἀκαδημίᾳ, ἐν Πειραιεῖ, ἐν ὁδῷ, ὑπὸ πλατάνῳ, ἐν Λυκείῳ. *Dicebat autem haec non tantum inter medios Graecos, ſed & domi, ac foris, in conviviis, Academia, Piraeeo, via, & ſub platano in Lyceo.* Themiſtius Orat. I. Φιλοσόφῳ δὲ οὐδέν τι μεῖον ὁ λόγος εὖ ἔχει, κἂν ὑπὸ πλατάνῳ λέγῃ μόνῃ, κἂν τεττίγων ἀκροωμένων. *Philoſophi vero nihilo deterior eſt oratio, ſive ſub platano habeatur ſola, ſive cicadis audentibus.* Erat ibidem ambulacrum Ariſtotelis, a quo ipſe Περιπατητικός; & qui eum ſectabantur, Περιπατητικοὶ nuncupati. Diogenes Laertius in eius Vita lib. V. Φησὶ δ' Ἕρμιππος ἐν τοῖς βίοις, ὅτι, πρεσβεύοντος αὐτοῦ πρὸς Φίλιππον ὑπὲρ Ἀθηναίων, σχολάρχης ἐγένετο τῆς ἐν Ἀκαδημίᾳ σχολῆς Ξενοκράτης· ἐλθόντα δὲ αὐτὸν, καὶ θεασάμενον ὑπ' ἄλλου τὴν σχολὴν, ἐλέσθαι περίπατον, τὸν ἐν Λυκείῳ. καὶ μέχρι μὲν ἀλείμματος ἀναπαύεσθαι, τοῖς μαθηταῖς συμφιλοσοφεῖν, ὅθεν Περιπατητικὸν προσαγορευθῆναι. *Refert Hermippus in Vitis, quum legatus Athenienſium ad Philippum profectus eſſet, ſcholae, quae in Academia, Xenocratem praefectum fuiſſe: quum reverſus autem eſſet, ac praefectum ſcholae alium conſpexiſſet, elegiſſe in Lyceo ambulacrum; & ibi uſque ad unctionem deflectentem cum diſcipulis philoſophatum: unde etiam Peripateticum adpellatum.* Cicero, Academ. Quaeſt. lib. I. *Qui erant cum Ariſtotele, Peripatetici dicti ſunt; quia diſputabant*

Digitized by Google

tabant inambulantes in Lyceo. Meminit item Ammonius in Vita Ariſtotelis. Et exinde manſit ſchola; meminitque ita eius Plutarchus etiam lib. De Exilio. Ἐπὶ τὰς σοφὰς ἐλθὲ, καὶ τὰς σοφὰς Ἀθήνησι σχολὰς, καὶ διατριβὰς ἀναπέμπασαι, τὰς ἐν Λυκείῳ, τὰς ἐν Ἀκαδημίᾳ, τὴν Στοάν. *Ad ſapientes ito; & Athenienſes ſcholas, ac gymnaſia; Lyceum, Academiam, Porticum*. Locus quoque, ubi curſum exercerent, illic fuit. Obſervo apud Xenophontem, Hiſtor. Graec. lib. II. Ἐπεὶ ἔγνω, ὅτι κατὰ τὴν ἐκ Λυκείου δρόμον μέλλοιεν τὰς μηχανὰς προτάξειν, τὰ ζεύγη ἐκέλευσε πάντα ἁμαξιαίους λίθους ἄγειν, καὶ καταβάλλειν, ὅπου ἕκαστος βούλοιτο τῷ δρόμῳ. *Vbi cognoviſſet, quod ad curriculum e Lyceo machinas admoturi eſſent, iuſſit, ut iumenta omnia lapides plaustrales comportarent, eoſque in curriculo, ubicumq; vellent, abiicerent*. Et hic ſe exercebat ante bellum iuventus Attica militaris. Ariſtoph. Pace.

Καὶ γὰρ ἱκανὸν χρόνον ἀ-
Πολλύμεθα κἀκατετρίμμεθα, πλανώμενοι
Εἰς Λύκειον, κἄκ Λυκείου
Σὺν δορὶ, σὺν ἀσπίδι τε.
Iamque ſatis longum tempus
Periimus, & contriti ſumus, oberrantes
In Lyceum, & e Lyceo,
Cum haſta, ac clypeo.

Vbi Scholiaſtes. Τὸ Λύκειον, γυμνάσιον Ἀθήνησιν, ὅπου πρὸ τοῦ πολέμου ἐδόκουν γυμνάζεσθαι. *Lyceum, gymnaſium Athenis, ubi ante bellum, ut videtur, exercebantur*. Nec pedites tantum, ſed & equites, eſtque de iis Xenophontis iſte locus in Hipparchico. Ὅταν γε μὴν πρὸ τοῦ ἀκονιτισμοῦ διελαύνωσιν ἐν Λυκείῳ, κύκλον ἑκατέρας τὰς πέντε φυλὰς ἐπὶ τοῦ μεσόπου ἐλαύνειν, ὥσπερ εἰς μάχην. *Quoties quidem in Lyceo ante iaculationem agitationes inſtituunt equites, ſane pulcrum quiddam fuerit, utraſque tribus quinque, tamquam ad proelium, a fronte provehi*. Et pompa hic exhibebatur ab Hipparcho. Xenophon ibidem. Ἔπειτα ὅπως τὰς πομπὰς ἐν ταῖς ἑορταῖς ἀξιοθεάτους ποιήσῃ· ἔστι δὲ κἀ τἄλλα ὅσα ἐπιδεικνύναι δεῖ τῇ πόλει, ὅπως ἂν δυνατὸν κάλλιστα ὑποδείξῃ· ταῦτ' ἐν Ἀκαδημίᾳ, καὶ τὰ ἐν Λυκείῳ. *Deinde, ut diebus feſtis pompas, ſpectatu dignas, exhibeat; aliaque, quae ſunt exhibenda, urbi quantum poſſit, quam pulcerrime repraeſentet; ſive id in Academia faciendum, ſive item in Lyceo*. Si quis autem, dum nimirum exercerentur, quidquam inde ſurripuiſſet, unius pretium drachmas decem ſuperaret, lege Solonis capite luebat. Demoſthenes Orat. in Timocratem. Εἴ τις γ' ἐκ Λυκείου ἱμάτιον, ἢ ληκύθιον, ἢ ἀλλότι φαυλότατον, ἢ τῶν σκευῶν τι τῶν ἐκ τῶν γυμνασίων ὠφέλοιτο, ὑπὲρ δέκα δραχμὰς, καὶ τούτοις θάνατον ἐνομοθέτησεν (ὁ Σόλων) εἶναι τὴν ζημίαν. *Si quis e Lyceo veſtem, aut lagunculam, aut quidquam aliud minimi pretii, aut vaſculum aliquod e gymnaſiis ſurripuerit, ſupra decem drachmas, etiam his poenam mortis (Solon) ſtatuit*. Et poſteriori tempore coena quoque ibi inſtituta. Athenaeus mihi teſtis lib. IV. Ἐν Ἀθήναις δ' ἑορτῇσι, ὃ πάνυ ἀρχαίων δυοῖν γενομένων δείπνων ἐν Λυκείῳ τε καὶ Ἀκαδημίᾳ, τῷ μὲν εἰς τὴν Ἀκαδημίαν εἰσενέγκαντα ὀψοποιὸν λοπάδα, πρὸς ἑτέραν τινὰ χρέαν, τὸν κέραμον πατάξαι πάντας τοὺς ἱεροποιούς, ὡς μακρόθεν ὑπ' ἀσθενείας παρεισδύσεως γιγνομένης, δέοντα ἀπέχειν τῆς μακρόθεν. τὸν δ' ἐν τῷ Λυκείῳ, κρέας ταριχηρὸν εἰς τάριχα διασκευάσαντα, μαγειρεύσαι, ὡς παρασοφιζόμενον τοὺς ἱερεῖς· *Athenis narrant, quum convivia non omnino antiqua duo agitarentur, in Lyceo, & Academia: in eo, quod in Academia, illata a coquo in alium uſum patina fictili ſacrorum miniſtros omnes hanc fregiſſe, tamquam ea nimis procul inciviliter irrepſiſſet; in hoc vero, quod in Lyceo, coquum, qui ſalitam carnem, in modum ſalſamenti e piſcibus, concinnaverat, flagris caeſum, ceu improbe ingenioſum*. In propinquo Panopis fons ſpectabatur, ad portam Vrbis, qua ibatur in vicinam Academiam. Obſervare eſt apud Platonem in citato initio Lyſidis. Ἐπορευόμην μὲν ἐξ Ἀκαδημίας εὐθὺ Λυκείου τὴν ἔξω τάχους. ἐπεὶ δ' ἐγχυόμην κατὰ τὴν πυλίδα, ᾗ ἡ Πάνοπος κρήνη, ἐνταῦθα συνέτυχον Ἱπποθάλει. *Ibam ex Academia recta in Lyceum, via, quae eſt extra moenia; poſtquam vero veniſſem ad portam, ubi fons Panopis, incidi in Hippothalem*. Neque alius certe fons eſt, cuius meminit etiam Strabo; e quo illud item diſcimus, portam iſtam, quae Platoni hic memoratur, Diocharis adpellatam fuiſſe. Verba Strabonis iſta exſtant lib. IX. Εἰσὶ μὲν αἱ πηγαὶ καθαραὶ, καὶ ποτίμου ὕδατος, ὡς φασιν, ἐκτὸς τῆς Διοχάρους καλουμένων πυλῶν, πλησίον τοῦ Λυκείου. πρότερον δὲ ἡ κρήνη κατεσκεύαστό τις πλησίον, πολλῆ, καὶ καλῆ, ὕδατος. ἀφ' ἧς μὴ νῦν, τί ἂν εἴη θαυμαστὸν, ἀφ' πάλαι πολὺ ἦν καθαρὸν ἦν. ὥστε καὶ πότιμον εἶναι, μεταβαλὸν ὕστερον; *Sane ſunt & ſcaturigines, uti aiunt, aquae purae, & potabilis extra portam, quae Diocharis adpellatur, ad Lyceum; olim quoque fons exſtructus iuxta fuit, aquam habens multam, & bonam, quod ſi ea hodie non eſt ita pura, quis miretur, olim multam exſtitiſſe, & puram adeo, ut potaretur, verum nunc mutatam eſſe?* Vbi illud quoque diſcimus, iam Strabonis tempore fontem hunc corruptum fuiſſe. Pone Lyceum erat Niſi monumentum, regis olim Megarenſium. Pauſanias. Ἔστι δ' ὄπισθεν τοῦ Λυκείου, Νίσου μνῆμα· ὃν ἀποθανόντα ὑπὸ Μίνῳ, βασιλεύοντα Μεγάρων, κομίσαντες Ἀθηναῖοι ταύτῃ θάπτουσιν. *Pone Lyceum Niſi ſepulcrum eſt, Megarenſium regis; quem occiſum a Minoe Athenienſes quum ſuſtuliſſent, eo loco ſepelierunt*. Cicero denique, uti villam quamdam ſuam, in qua libros *Quaeſtionum Academicarum* ſcripſit, Academiam adpellavit ab Athenienſi iſta; ita & Lyceum dixit gymnaſium quoddam, in Tuſculano a ſe exſtructum. Meminit ipſe De Divin. lib. I. *Nuper quum eſſem cum Quincto fratre in Tuſculano, diſputatum eſt, nam, quum ambulandi cauſa in Lyceum veniſſemus, id enim ſuperiori gymnaſio nomen eſt; perlegi, inquit ille, tuum paulo ante tertium De natura deorum*. Et Hadrianus Imperator locum quemdam in villa ſua Tiburtina ſic inſcripſit. Spartianus in eius Vita. *Tiburtinam villam mire exaedificavit; ita ut in ea & provinciarum, & locorum celeberrimorum nomina inſcriberet; velut Lyceum, Academiam, Prytaneum*. Incenſum autem eſt a Philippo Demetrii filio, Macedonum rege. Livius lib. XXXI. *Et Cynoſarges, & Lyceum, & quidquid ſancti, amoenive circa urbem erat, incenſum eſt*. Et arbores poſtea, Vrbem obſidens Sulla excidit. Plutarchus in eius Vita. Καὶ τήν τε Ἀκαδημίαν ἔκειρε, δενδροφορωτάτῳ (a) προαστείων

(a) Hinc Cicero:
Inque Academia umbrifera, nitidoque Lyceo.
Conſulendus *AEg. Menagius* ad Laertium in Platone.

σέων ἔσαν, & τὸ Λύκειον. *Et Academiam devastavit, arboribus inter suburbia alia frequentissimam, & Lyceum.*

CAP. IV.

Ilissus, & Eridanus Vrbem interluebant. Orithyia ad Ilissum a Borea rapta. Attici domus. Iamblichi verba emendata, Locus, ubi Codrus quondam interfectus. Musarum & Ἰλισσιάδων ara. Stephani locus restitutus.

POst haec duo a Pausania fluvii commemorantur, qui per Vrbem labebantur; Ilissus, & qui in eum illic incidebat, Eridanus. Ita enim inquit: Πολαμοὶ δὲ Ἀθηναίοις ῥέουσιν Ἰλισσός τε, καὶ Ἠριδανῷ τῷ Κελτικῷ κατὰ τὰ αὐτὰ ὄνομα ἔχων, ἐκδιδοὺς ἐς τὸν Ἰλισσόν, *Flumina sunt Athenienſibus cum Ilissus, tum Eridano Celtico cognominis, qui in eum influit.* Meminit utriusque etiam Plato in Critia, ubi de diluviis quibusdam sermo. Τὸ δὴ πρὶν ἐν ἑτέρῳ χρόνῳ μέγεθος μὲν ἦν πρὸς τὸν Ἠριδανὸν, καὶ τὸν Ἰλισσὸν, ἀποδεδειγκυῖα. *Prius autem alio quodam tempore ea erat magnitudine, ut ad Eridanum, & Ilissum perveniret.* Et Eridani etiam Eubulus in Nannio fabula apud Athenaeum lib. XIII.

——— οἷας
Ἠριδανὸς ἁγνοῖς ὕδασι κηπεύει κόρας.
——— *quales*
Eridanus puris aquis abluit virgines.

Ad Iliſſi fluminis ripam Orithyiam a Borea raptam memorabant. Pausanias. Οἱ δὲ Ἰλισσός ἐστιν ἑτοῦ, ἔνθα παίζουσαν Ὠρείθυιαν ὑπὸ ἀνέμου Βορέου φασὶν ἁρπασθῆναι. *Est autem hic Ilissus, ubi ludentem Orithyiam a Borea vento raptam ferunt.* Plato, Phaedro. ΣΩΚΡ. Δεῦρο ἐκτραπόμενοι κατὰ τὸν Ἰλισσὸν ἴωμεν· εἶτα, ὅπου ἂν δόξῃ, ἐν ἡσυχίᾳ καθιζώμεθα. ΦΑΙ. Εἰπέ μοι, ὦ Σώκρατες, οὐκ ἐνθένδε μέντοι ποθὲν ἀπὸ τοῦ Ἰλισσοῦ λέγεται ὁ Βορέας τὴν Ὠρείθυιαν ἁρπάσαι? SOCR. *Huc digressi, ad Ilissum abeamus; ibique quo visum erit loco, quiete consideamus.* PHAE. *Dic mihi, Socrates, an non hic est, ubi ab Ilisso Orithyiam Boreas rapuit?* Ac domum ibidem Atticus habuit. Cicero De Leg. lib. 1. *Respondebo tibi equidem, sed non ante, quam tu ipse mihi responderis, Attice, certene non longe a tuis aedibus inambulans post excessum suum Romulus Proculo Iulio dixerit, se deum esse, & Quirinum vocari, templumque sibi dedicari eo in loco iusserit; & Athenis, non longe item a tua illa antiqua domo, Orithyiam Aquilo sustulerit; sic enim est traditum.* Quod ad raptum Orithyiae ad Iliſſum flumen adtinet, eſt de eo Dionysii quoque locus in Descriptione Orbis:

Νέρθε γε μὴν Ἰωνίοιο πρὸς αὐγὰς Ἀτλικὸν ἄδας·
Τῷ διὰ θεσπεσίου φέρεται ῥόος Ἰλισσοῖο,
Ἔνθεν κε Βορέης ποτ' ἀνήρπασεν Ὠρείθυιαν.

Quae sic reddidit Priscianus. (a)

Attica sed tellus post Isthmum solis ad ortum est;
Hinc Orithyiam Boreas rapuisse puellam
Traditur: hic Iliſsus aquis devolvitur amnis.

Festus Avienus.

Iliſſi Boreas stagno tulit Orithyiam. (b)

Corrigendus Iamblichi locus De Vita Pythagorae lib. 1. cap. XXXIV. Κληθεῖσαν δὲ τρισὶ γυναιξὶ ὕστερον τὸ πρότερον κατὰ Θρᾷκας, καὶ τὴν Ὠρείθυιας ἁρπαγήν. Perperam editur: καὶ τὴν Ἐρεθθείας ἁρπαγήν. Nam, quod ait: κατὰ Θρᾷκας, ideo dixit, quia Boreas Thrax erat. Apollonius Rhodius. Argonaut. lib. 1.

Ζήτης δ' αὖ Κάλαΐς τε Βορήιοι υἷες ἴκοντο·
Οὕς ποτ' Ἐρεχθηΐς Βορέῃ τέκεν Ὠρείθυια,
Ἐσχατίῃ Θρήκης δυσχειμέρου. ἔνθ' ἄρα τήν γε
Θρηίκιος Βορέης ἀνερίψατο Κεκροπίηθεν,
Ἰλισσοῦ προπάροιθε χορῷ ἐνὶ δινεύουσαν.

Zetes quoque, & Calais, Boreae filii venerunt,
Quos Erechthei filia Orithyia peperit Boreae,
In finibus Thraciae, hieme asperae, ubi hanc
Threicius Boreas deposuit, Cecropia abductam,
Quum iuxta Iliſsum choreas agitaret. (c)

Porro locus etiam ibi vulgo ostenditur, ubi Codrus interfectus. Pausanias. Δείκνυται δὲ καὶ ἔνθα Πελοποννήσιοι Κόδρον, τὸν Μελάνθου, βασιλεύοντα Ἀθηναίων, κτείνουσι. *Ostenditur vero etiam locus, ubi Codrum, Melanthi F. Athenienſium regem, Peloponnesii occiderunt.* Et Musarum ibidem ara τῶν Ἰλισσιάδων. Idem Pausanias: Ἐγγέλουσι δὲ Ἀθηναῖοι καὶ ἄλλων θεῶν ἱερὸν εἶναι τὸν Ἰλισσὸν· καὶ Μουσῶν βωμὸς ἐπ' αὐτῷ ἐστιν Ἰλισσιάδων. *Volunt autem Athenienſes etiam aliis diis sacrum esse Iliſsum; & Musarum iuxta ipsum ara est, quae dicuntur Iliſsiades.* Meminitque harum Stephanus. Ἰλισσὸς, πόλις τῆς Ἀττικῆς. ἐν ᾗ τιμῶνται αἱ Μοῦσαι Ἰλισσιάδες. *Iliſsus, urbs Atticae, ubi coluntur Musae Iliſsiades.* Sed, an urbs Iliſsus fuit? nemo hoc veterum unquam dixit. Rescribo: Ἰλισσὸς, ποταμὸς τῆς Ἀττικῆς. *Iliſsus, fluvius Atticae.* Librarius per compendium scripserat, & hinc mendum.

CAP. V.

Agra, sive Agrae. Diana ibi primum venata, Delo adveniens; & templum habuit, Ἀγροτέρα, sive Ἀγραία, cognominata. Votum Athenienſium, ei deae bello Medico nuncupatum; & sacra a Polemarcho facta. Ara Boreae, qui hic Orithyiam rapuit. Dea tutelaris Ceres; cuius ibi mysteria minora, in quibus Hercules initiatus, celebrata. Iliſsus flexuosus instar Maeandri; eiusque ortus. Senecae locus restitutus. Stadium Panathenaicum. Hadriani venatio. Herodis sophistae sepulcrum.

TRans Iliſsum Agra erat, sive Agrae; (d) nam utroque pariter numero efferebant. Stephanus: Ἄγρα, καὶ Ἄγραι, χωρίον ἐνικῶς,

ret, etiam Orithyiam nominat.

——— *flerunt Rhodopeiae Arces,*
Altaque Pangaea, & Rhesi Mavortia tellus,
Atque Getae, atque Hebrus, atque Actias Orithyia.

Et Ovidius VI. *Metamorphoseon* de Borea loquens, qui Orithyiam rapuerat.

Nec prius aerii cursus suppressit habenas,
Quam Ciconum tenuit populos, & moenia, raptor.

Cicones sunt Thraciae populi.

(a) Sunt qui putent non Priscianum, sed Rhemnium fuisse hunc, qui Dionysium Periegetem Latinis versibus expressit.

(b) *Statius Thebaid.* XII.

——— *Et raptae qui conscius Orithyiae*
Caelavit Geticos ripis Iliſsos amores.

Hunc raptum exhibere creditur Gemma V. *Tab.* XXXV. *Tom.* II. Mus. Florent.

(c) Hinc *Virgilius* quum IV. *Georgicon* varia Thraciae, Borearumque regionum loca, ac gentes memora-

(d) De Agra, consule *Meursium Lib. De Popul. Att.*

Digitized by Google

ἐνικῶς, καὶ πληθυντικῶς. *Agra*, & *Agræ*, *locus*: *singulariter*, & *pluraliter*. Euſtathius ad Iliad. β'. Ἀπὸ χώρας πρὸς τῷ Ἰλισσῷ· ἧ κλῆσις Ἄγρα, καὶ Ἄγραι. *A loco ad Iliſſum*; *cui nomen Agra*, & *Agræ*. Dixi trans Iliſſum fuiſſe; idque clarum e Pauſania, qui Dianam illic primum, Delo advenam, venatam dicit, atque templum inde ei, Ἀγροτέρᾳ cognomento appellatæ, conſecratum; & cum arcu ſimulacrum. Ecce tibi eius verba: Διαβᾶσι ἧ τὸν Ἰλισσὸν, χωρίον, Ἄγραι καλούμενον, καὶ ναὸς Ἀγροτέρας ἐστὶν Ἀρτέμιδος. ἐνταῦθα Ἄρξαι πρῶτον θηρεῦσαι λέγουσιν, ἐλθοῦσαν ἐκ Δήλου. καὶ τὸ ἄγαλμα διὰ τοῦτο ἔχει τόξον. *Trans Iliſſum locus eſt*, *cui Agræ nomen*, & *Dianæ item fanum*, *Venatricis cognomento*; *nam venatam illic deam primum ferunt*, *quum è Delo adveniſſet*; *ideoque ſimulacrum arcum habet*. Meminit Pollux lib. IX. cap. II. Καὶ ἡ Ἀγροτέρα θεὸς, καὶ τὸ τῆς Ἀγροτέρας τέμενος. *Et Venatrix dea*, & *fanum quoque Venatricis*. Huic Athenienſes bello Medico votum fecere, ſi victoria potirentur, tot ſe hircos mactaturos, quot ex hoſtibus cecidiſſent. Agathias lib. II. Ταῦτά τοι καὶ ἠσσῶντο ἀναμράτως ὑπὸ Μιλτιάδου οἱ Μῆδοι. τοσοῦτοι γὰρ αὐτῶν ἐν τῷδε τῷ ἔργῳ ἀνῄρηνται, ὥστε ἀμέλει πρὸ τῆς μάχης τοὺς Ἀθηναίους· λέγεται γὰρ ὕτω, χιμάρους ἰσαρίθμους τῶν ἀπελομένων δυσμενῶν Ἀρτέμιδι θύσειν ἀπειλήσαντας, ἐς τοσοῦτον ἵλεω ἐντυχεῖν τῇ Ἀγροτέρᾳ, καὶ ἀπώνασθαι τῆς εὐθηρίας, ἐς ὅσον μὴ οἷοί τε γενέσθαι τὸ χαριστήριον ἀποτίσαι, ἀλλ' ἐπιλιπεῖν θυομένας ἔτι τὰς αἶγας, καὶ πρὸς ἀνίδοσιν μὴ διαρκέσαι. *Idcirco etiam ſumma vi devicti ſunt a Miltiade Medi. Tot enim ab ipſo in illo prælio cæſi fuerunt, quot fere ante pugnam Athenienſes. Ita enim fertur, quod quum comminati eſſent, ſe totidem numero hircos Dianæ ſacrificaturos eſſe, quot interfeciſſent hoſtes, adeo propitiam habuiſſe Venatricem deam, adeoque proſpere venatos fuiſſe, ut promiſſas gratias perſolvere nequirent; ſed, ſacrificatis etiam capellis, numerum cæſorum exæquare non potuiſſe*. Ante eum Xenophon retulit, De Cyri Exped. lib. III. Ἑλόντων μὲν γὰρ Περσῶν, καὶ ἅ σὺν αὐτοῖς, παμπληθεῖ σόλῳ, ὡς ἀφανιούντων τὰς Ἀθήνας, ὑποζῆναι αὐτοῖς Ἀθηναίους τολμήσαντες, ἐνίκησαν αὐτούς· καὶ εὐξάμενοι τῇ Ἀρτέμιδι, ὁπόσους ἂν καὶακτείνοιεν τῶν πολεμίων, τοσαύτας χιμαίρας καλαθύσειν τῇ θεῷ, ἐπεὶ οὐκ εἶχον ἱκανὰς εὑρεῖν, ἔδοξεν αὐτοῖς καθ' ἑνιαυτὸν πενταποσίας θύειν· καὶ ἔτι καὶ νῦν ἀποθύουσιν. *Nam quum Perſæ una cum aliis*, *quos adiunxerant ſibi*, *ingenti cum exercitu venirent*, *ut Athenas delerent*, *auſi Athenienſes ipſis ſe obiicere*, *victoria potiti ſunt*. *Quumque votum Dianæ feciſſent*, *quot hoſtes occidiſſent*, *tot ſe illi deæ capras mactaturos*; *quia ſatis multas invenire non poterant*, *decretum factum eſt*, *ut ſingulis annis quingenta mactarentur*; *quas etiam nunc mactant*. Et ante hunc Herodotus quoque lib. VI. quem malignitatis accuſat eo nomine Plutarchus libro proprio, De Malign. Herodoti. Alluſit Ariſtophanes, Equitibus.

Τῇ δ' Ἀγροτέρᾳ κατὰ χιλίων παρθένεσα
Εὐχὴν ποιήσασθαι χιμάρων ἐς οὔριον.

Venatrici vero (*Dianæ*) *circiter mille hortatus ſum*
Capras ut voverent in diem craſtinum.

Vbi ita Scholiaſtes. Καλλίμαχος ὁ πολέμαρχος λέγεται εὔξασθαι τῇ Ἀρτέμιδι, τοσαύτας βοῦς θύσειν, ὅσους ἂν φονεύσῃ βαρβάρους ἐν Μαραθῶνι. ἐπεὶδὴ ἧ πολλοὶ ἐφονεύθησαν, μὴ δυνάμενος τοσαύτας βοῦς θῦσαι, ἔθυσε χιμαίρας. *Fertur Callimachus polemarchus votum feciſſe Dianæ*, *tot ſe boves immolaturum*, *quot in Marathone hoſtes occidiſſet*; *at*, *quum multi occiſi eſſent*, *nec tot boves immolare deæ poſſet*, *capras ei immolavit*. Ait Xenophon in citatis ſtatim verbis, etiam ſua tempeſtate ſacrum illud fieri ſolitum, de quo omnino Pollux eſt intelligendus lib. VIII. cap. IX. Οἱ ἧ πολέμαρχος θύει μὲν Ἀρτέμιδι τῇ Ἀγροτέρᾳ. *Polemarchus quidem ſacra facit Dianæ Venatrici*. Ac nimirum faciebat Polemarchus, quia primus olim Callimachus Polemarchus ita inſtituit; ut eſt diſcere ex citatis ſtatim verbis Scholiaſtæ Ariſtophanis. Hæc ipſa eſt, quæ Ἀγραῖα Platoni; e quo iſtud item diſcimus, in propinquo aram Boreæ fuiſſe, qui Orithyiam ibi loci rapuiſſe ferebatur. Platonis verba ecce in Phædro ita habent: ΦΑΙ. Εἶπέ μοι, ὦ Σώκρατες, οὐκ ἐνθένδε μέν τοι ποθὲν ἀπὸ τοῦ Ἰλισσοῦ λέγεται ὁ Βορέας τὴν Ὠρείθυιαν ἁρπάσαι. ΣΩΚΡ. Λέγεται γάρ. ΦΑΙ. Ἆρ' οὖν ἐνθένδε; χαρίεντα γοῦν, καθαρὰ, καὶ διαφανῆ, τὰ ὑδάτια φαίνεται· καὶ ἐπιτήδεια κόραις, παίζειν παρ' αὐτά. ΣΩΚΡ. Οὐκ, ἀλλὰ κάτωθεν, ὅσον δύο ἢ τρία στάδια· ἧ πρὸς τὸ τῆς Ἀγραίας διαβαίνομεν. καί πω τίς ἐστι βωμὸς αὐτόθι Βορέου. ΦΑΙ. *Dic mihi*, *o Socrates*, *an non hinc ab Iliſſo Orithyiam rapuiſſe Boreas fertur*. SOCR. *Fertur*. PHÆ. *An ex hoc loco? nam amænæ*, *puræ*, & *limpidæ aquæ adparent*; *luſibuſque puellarum ad has aptæ*. SOCR. *Non*, *ſed inferius*; *ad ſtadia circiter duo*, *aut tria*; *qua tranſimus ad Agræas*: *eſtque ara ibidem Boreæ*. Ac Platonis iſtum locum reſpexit Euſtathius Iliad. β'. Ἔτι δὲ καὶ Ἀγροτέρα Ἄρτεμις, ὡς καὶ ὁ Κωμικὸς δηλοῖ· ἧ καὶ Ἀγραῖα, παρὰ Πλάτωνι. *Eſt præterea Diana etiam*, Ἀγροτέρα *cognomento*, *ut teſtatum facit Comicus*; *quæ* & *ipſa* Ἀγραῖα *dicta apud Platonem*. Vbi item Comici locus, quem deſignat. eſt is ipſe ex Equitibus, quem citavi paulo ante. Meminit Dianæ huius etiam Euripidis Scholiaſtes ad Hippolytum. Erat autem Agra Cereri conſecrata. Heſychius: Ἄγραι, χωρίον Ἀττικὸν, ἱερὸν Δήμητρος. *Agræ*, *locus Atticæ*, *Cereri ſacer*. Nempe ideo, quia minora illic myſteria celebrata, quibus initiatus Hercules. Stephanus: Ἄγρα, καὶ Ἄγραι, χωρίον· ἐνικῶς, καὶ πληθυντικῶς. ἐν ᾧ τὰ μικρὰ μυστήρια ἐπιτελεῖται, μίμημα τῶν περὶ τὸν Διόνυσον· ἐν ᾧ λέγουσι καὶ τὸν Ἡρακλέα μεμυῆσθαι. *Agra*, & *Agræ*, *locus*; *ſingulariter*, *ac pluraliter*; *ubi myſteria minora peraguntur*, *ad imitationem Dionyſiorum*: *quibus etiam Hercules initiatus memoratur*. Euſtathius loco citato: Ἄγρα, καὶ Ἄγραι· ἔνθα τὰ μικρὰ τῆς Δήμητρος ἤγετο μυστήρια, ἃ ἐλέγετο τὰ ἐν Ἄγραις. *Agra*, & *Agræ*; *ubi minora Cereris myſteria peragebantur*, *quæ* IN AGRIS *dicebantur*. Clemens in Protreptico: Τὰ ἐπὶ Ἄγρᾳ μυστήρια, καὶ

τὰ ἐν Ἀλιμοῦντι. *Mysteria in Agra, & Alimunte*. Ita enim eum locum corrigendum monui libro *De Eleusiniis* cap. v. Corruptus Seneca initio Hippolyti; ubi sese mire torquent viri docti:

Vbi per glacies lenis Ilissus,
Vbi Mæander super æquales
Labitur agros. ——

Restituo. ——

Vbi per glareas lenis Ilissus,
Vti Mæander super æquales
Labitur Agras.

In priore quidem versu *glareas* legendum omnino; ut sit συνίζησις duarum posteriorum syllabarum, metri causa. Dicit autem Ilissum decurrere fundo glareoso, instar Mæandri, ob meatus flexuosos; unde & Statius, Theb. IV.

—— *anfractu riparum incurvus Ilissus.*

Deinde labi super Agras, ubi nimirum oriebatur; sicut sat diserte nobis Strabo refert lib. IX. Ἔστι δὲ τοιοῦτος μάλιστα ὁ Ἴλισσὸς, ἐκ θατέρου μέρους τοῦ ἄστεος ῥέων εἰς τὴν αὐτὴν παραλίαν, ἐκ τῶν ὑπὲρ τῆς Ἄγρας, καὶ τοῦ Λυκείου, μερῶν. *Ac talis potissimum est Ilissus, ab altera Vrbis parte fluens ad idem litus, ex iis partibus, quæ sunt supra Agras, & Lyceum*. Denique & hic stadium erat Panathenaicum, a Lycurgo primo exstructum, ab Herode renovatum, & magnificentius factum: de quo vide quæ notamus lib. *De Panathenæis* cap. IX. Atque hoc ipsum est, in quo Hadrianus Cæsar exhibuit venationem mille ferarum. Spartianus in eius Vita: *Athenis mille ferarum venationem in stadio exhibuit*. Ac sepultus ibi Herodes (1). Philostratus in eius Vita, Sophist. lib. II. Ἀποθανόντος δὲ αὐτοῦ (τοῦ Ἡρώδου) ἐν τῷ Μαραθῶνι, καὶ ἐπισκήψαντος τοῖς ἐλευθέροις ἐκεῖ θάπτειν, Ἀθηναῖοι, παῖς τῶν ἐφήβων χερσὶν ἁρπάσαντες, ἐς ἄστυ ἤνεγκαν, προαπαντῶντες τῷ λέχει πᾶσα ἡλικία, δακρύοις ἅμα, καὶ εὐφημοῦντες, ὅσα παῖδες, χρηστοῦ πατρὸς χειρεύσαντες· καὶ ἔθαψαν ἐν τῷ Παναθηναϊκῷ. *Mortuo vero ipso (Herode) Marathone, quum iussisset, ut liberti illic eum sepelirent, Athenienses, manibus iuventutis raptum, in Vrbem tulerunt, præcedente lectum eius omni ætate, cum lacrimis felicia omnia acclamantes, tamquam liberi bono patre spoliati: tumulumque in Panathenaico statuerunt.*

CAP. VI.

Τρίποδες, *via; ubi templa, tripodesque: & in his Praxitelis Satyrus. Heliodori*, Περὶ τῶν Ἀθήνησι Τριπόδων *Opus. Satyrus puer, tum Cupido, & Bacchus quoque, a Thymilo facti. Bacchi templum; & in eo delubra duo, totidemque signa Bacchi; quorum unum, Eleutherensis nuncupatum; alterum, ab Alcamene factum. Picturæ Bacchi, Vulcanum in cœlum reducentis; Penthei pœnas dantis, & Lycurgi; Ariadnæ dormientis, Thesei recedentis, & Bacchi ad raptum accedentis. Theatrum item, & ædificium, ad Xerxis tabernaculi instar: restitutum, quum a Sulla incensum esset. Comicorum, & Tragicorum multæ statuæ; in his Menandri, Euripidis, Sophoclis, Aeschylique. Murus Australis; & in eo caput Gorgonis Medusæ, una cum Aegide. Spelunca sub arce, in qua tripus; ubi insculpti Apollo, & Diana, Niobes liberos occidentes. Creusa illic ab Apolline vitiata.* Μακραὶ πέτραι.

DEscendenti a Prytaneo via sese offerebat, Τρίποδες dicta; in qua deorum templa aliquot, & dicati in iis tripodes, ænei illi, insigneque præstantissimorum artificum vario opere; ubi Satyrus excellebat, atque a tripodibus istis nomen viæ. Pausanias: Ἔστι δὲ ὁδὸς ἀπὸ τοῦ Πρυτανείου, καλουμένη Τρίποδες, ἀφ' ἧς ὁ χωρίον, ναοὶ θεῶν ἐς τοῦτο μεγάλοι, καὶ σφίσιν ἐφεστήκασι τρίποδες, χαλκοῖ μὲν, μνήμης δ' ἄξια μάλιστα περιέχοντες ἐργασμένα. Σάτυρος γάρ ἐστιν, ἐφ' ᾧ Πραξιτέλη λέγεται φρονῆσαι μέγα. *Via est a Prytaneo, Tripodes dicta. Nomen loco, quia delubra illic magna, & in his dicati tripodes, ænei isti, in quibus quædam multa arte elaborata. Inter ea Satyrus exstat, quo Praxiteles se iactasse memoratur*. Ac viæ quidem meminit Athenæus lib. XII. Καὶ τοσοῦτον ἦν τῷ Δημητρίῳ προσελθεῖν, ὥστε, μεθ' ἅριστον αὐτοῦ περιπατήσαντος παρὰ τοὺς Τρίποδας, συνῆλθον εἰς τὸν τόπον παῖδες κάλλιστοι τῆς ἑξῆς ἡμέρας, ἵν' ὀφθεῖεν αὐτῷ. *Tanti vero erat ad Demetrium accedere, ut quum pransus apud Tripodas ambularet, insequentibus diebus pueri forma præcellentes convenirent, ut ab eo spectarentur*. Satyrum vero, in tripodibus fabre factum, memorat idem lib. XIII. Ἐκλογήν τε αὐτῇ (τῇ Φρύνῃ) τῶν ἀγαλμάτων (ὁ Πραξιτέλης) ἔδωκεν, εἴτε τὸν Ἔρωτα θέλοι λαβεῖν, εἴτε τὸν ἐπὶ τριπόδων Σάτυρον. *Optionem ei (Phrynæ) simulacrorum (Praxiteles) dedit; sive Cupidinem sibi mallet, sive Satyrum in tripodibus*. Occurrit quoque eius mentio inter alia Praxitelis opera, apud Plinium lib. XXXIV. cap. VIII. *Praxiteles quoque marmore felicior, ideo & clarior fuit. Fecit tamen ex ære pulcerrima opera, Proserpinæ raptum, item Catagusam, & Ebrietatem, & Liberum patrem, nobilemque una Satyrum, quem Græci* Περιβόητον *cognominant*. Ac de his Tripodibus olim Opus singulare scripserat Heliodorus; citatque illud Harpocration in Ὀνήτωρ. Ὅτι δὲ τῶν ἀγορανομησάντων ἦν εἷς, Ἡλιόδωρος Περὶ τῶν Ἀθήνησι Τριπόδων. *Quod vero unus ex ædilibus fuerit, testatur etiam Heliodorus libro De Tripodibus Athenis*. Proximum ibi templum Bacchi, in quo dedicatus ipsi puer Satyrus, poculum tenens; tum Cupido, & Bacchus ipse, Thymili uterque opus. Pausanias; Διονύσῳ δὲ ἐν τῷ ναῷ τῷ πλησίον Σάτυρός ἐστι παῖς, καὶ δίδωσιν ἔκπωμα· Ἔρωτα δ', ἑστηκότα ὁμοῦ, καὶ Διόνυσον, Θυμίλος ἐποίησε. *Baccho vero in templo propinquo puer Satyrus est dicatus, poculum præbens: Cupidinem vero, una stantem, item Bacchum, Thymilus fecit*. In templi ambitu geminum delubrum erat, totidemque signa Bac-

1. Herodes Atticus scilicet, de quo plura videre est etiam apud Gellium, cuius erat familiaris.

Digitized by Google

Digitized by Google

TEMPLVM AVGVSTI
Ex Whelero
Veler 169



ΔHMHTHP Ex Whelero Col. 494

PORTA HADRIANI
Ex Whelero Col. 95.



CECROPS Ex Thes. Gronov Tom. I. Col. 594

THESEVS ARMA PATRIS INVENIENS Col. 920 Ex Thes. Gronov Tom. I

MINERVA HYGIA Ex Mus. Medicco Col. 413

ODEVM Ex Whelero Col. 486



AQVAEDVCTVS HADRIANI Ex Whelero Col. 95



CEPHALVS et PROCRIS Ex Thes. Gronov. Tom. I. Col. 669



CODRVS Ex Thes. Gron. Tom. II Col. 716



ISIS et SERAPIS Ex Whelero Col. 140

ICHNOGRAPHIA THEATRI BACCHI Ex Whelero Col. 165



TEMPLVM IOVIS OLYMPI Ex Whelero Col. 142



Vincenzio Franceschini Sculp.

Digitized by Google

Bacchi; alterum, Eleutherenſis cognomento appellati; alterum ab Alcamene factum, ex ebore, & auro. Pauſanias: Τῷ Διονύσῳ δέ ἐστι πρὸς τῷ θεάτρῳ τὸ ἀρχαιότατον ἱερόν. δύο δέ εἰσιν ἐντὸς τοῦ περιβόλου ναοί, καὶ Διόνυσοι, ὅ τε Ἐλευθερεὺς, ὃν Ἀλκαμένης ἐποίησεν, ἐλέφαντι, καὶ χρυσῷ. *Bacchi ad theatrum eſt antiquiſſimum fanum; duo vero in ambitu eius ſunt delubra, item ſimulacra Bacchi, Eleutherenſis, & illius, quem Alcamenes fecit ex ebore, & auro.* Et picturæ eodem loco; Bacchus in cœlum reducens Vulcanum: tum Pentheus quoque, & Lycurgus, pœnas dantes ſuæ in Bacchum temeritatis: ad hæc Ariadna dormiens, Theſeus recedens, & ad rapiendam eam accedens Bacchus. Pauſanias: Γραφαὶ δὲ αὐτόθι Διόνυσός ἐστιν, ἀνάγων Ἥφαιστον ἐς οὐρανόν· καὶ Πενθεὺς, καὶ Λυκοῦργος, ὧν ἐς Διόνυσον ὕβρισαν διδόντες δίκας. Ἀριάδνη τε καθεύδουσα, καὶ Θησεὺς ἀναγόμενος, καὶ Διόνυσος, ἥκων ἐς τὴν Ἀριάδνης ἁρπαγήν. *Picti ibi Bacchus, Vulcanum in cœlum reducens; Pentheus, & Lycurgus, ſuæ in Bacchum proterviæ pœnas dantes; Ariadna item dormiens, Theſeus ab ea diſcedens, & ad raptum Ariadnæ accedens Bacchus.* Ac theatrum iuxta erat. Ecce in Pauſaniæ verbis iam citatis: Τῷ Διονύσῳ δέ ἐστι πρὸς τῷ θεάτρῳ τὸ ἀρχαιότατον ἱερόν. *Bacchi vero ad theatrum fanum eſt antiquiſſimum.* In propinquo ædificium quoddam erat, quale Xerxis quondam tabernaculum fuit; inſtauratum, poſtquam a Sulla capta Vrbe, incenſum eſſet. Pauſanias: Ἔστι δὲ πλησίον τοῦτε ἱερᾶ τῷ Διονύσῳ, καὶ τῷ θεάτρῳ, καλασκεύασμα· ποιηθῆναι δὲ τῆς σκιᾶς αὐτὸ ἐς μίμησιν τῆ Ξέρξου λέγεται. ἐποιήθη δὲ καὶ δεύτερον. τὸ γὰρ ἀρχαῖον στρατηγὸς Ῥωμαίων ἐνέπρησε Σύλλας, Ἀθήνας ἑλών. *Iuxta Bacchi autem fanum, & theatrum, ædificium eſt; factum vero illud dicitur ad formam Xerxis tabernaculi, denuoque inſtauratum eſt, quum vetuſtum Romanorum Imperator Sulla, Athenis expugnatis, incendiſſet.* In theatro vero ipſo, Comicorum, ac Tragicorum, non eorum tamen illuſtrium, multæ ſtatuæ ſpectabantur; neque enim e clarioribus Comicis quiſquam, ſi Menandrum ſolum excipias; e Tragicis vero illuſtriores collocati, Euripides, Sophocles, Aeſchyluſque; ſed is diu poſt mortem factus, & picturam, qua expreſſa eius ad Marathonem virtus. Pauſanias: Εἰσὶ δὲ Ἀθηναίοις εἰκόνες ἐν τῷ θεάτρῳ καὶ τραγῳδίας καὶ κωμῳδίας ποιητῶν, αἱ πολλαὶ τῶν ἀφανεστέρων· ὅτι μὴ γὰρ Μένανδρος, οὐδεὶς ἦν ποιητὴς ἐς δόξαν ἡκόντων. τραγῳδίας δὲ κεῖνται τῶν φανερῶν Εὐριπίδης, καὶ Σοφοκλῆς. τὴν δὲ εἰκόνα τοῦ Αἰσχύλου, πολλῷ τε ὕστερον τῆς τελευτῆς δοκῶ ποιηθῆναι, καὶ τὸ γραφῆς, ἢ τὸ ἔργον ἔχει τὸ ἐν Μαραθῶνι. *Sunt apud Athenienſes in theatro ſtatuæ Comicorum, Tragicorumque, ſed obſcuriorum multæ; nam, Menandrum ſi excipias, nullus eſt e clarioribus. Ex illuſtrioribus Tragicis eſt Euripides, Sophocleſque; quippe Aeſchyli quidem ſtatua facta mihi eſſe videtur multo poſt exceſſum eius, & picturam, in qua fortitudo ipſius in certamine Marathonio exhibetur.* In muro, quem Auſtralem dicebant, qui ab arce ad theatrum excurrebat, caput Gorgonis Meduſæ inauratum incluſum erat, aut & ægis. Pauſanias: Ἐπὶ δὲ τῷ Νοτίῳ καλουμένῳ τείχει, ὃ τῆς ἀκροπόλεως ἐς τὸ θέατρόν ἐστι τετραμμένον, ἐπὶ τούτῳ Μεδούσης τῆς Γοργόνος ἐπίχρυσος ἀνάκειται κεφαλὴ, καὶ περὶ αὐτὴν αἰγὶς πεποίηται. *In muro, quem Auſtralem vocant, qui ab arce uſque ad theatrum ducit, Meduſæ Gorgonis caput auratum eſt incluſum, & ægis addita.* In theatri autem vertice eſt ſpelunca, in ipſis rupibus ſubter arcem; in qua tripus, cui inſculpti Apollo, & Diana, Niobes liberos occidentes. Pauſanias: Ἐν δὲ τῇ κορυφῇ τοῦ θεάτρου, σπήλαιόν ἐστιν ἐν ταῖς πέτραις ὑπὸ τὴν ἀκρόπολιν. τρίπους δ' ἔπεστι καὶ τούτῳ· Ἀπόλλων ἢ ἐν αὐτῷ, καὶ Ἄρτεμις, τοὺς παῖδας εἰσὶν ἀναιροῦντες τῆς Νιόβης. *In vertice theatri antrum eſt in rupibus ſub arce, & in eo tripus exſtat; in quo Apollo, & Diana, occidentes liberos Niobes.* In hac ſpelunca Apollo Creuſam, Erechthei filiam, compreſſiſſe ferebatur; eratque verſus ſeptentrionalem arcis partem, ubi Μακραὶ πέτραι erant. Euripides, Ione:

Ἔστιν γὰρ οὐκ ἄσημος Ἑλλήνων πόλις,
Τῆς χρυσολόγχου Παλλάδος κεκλημένη,
Οὗ παῖδ' Ἐρεχθέως Φοῖβος ἔζευξεν γάμοις
Βίᾳ, Κρεούσαν, ἔνθα προσβόρους πέτρας,
Παλλάδος ὑπ' ὄχθῳ τῆς Ἀθηναίων χθονὸς,
Μακρὰς καλοῦσι γῆς ἄνακτες Ἀτθίδος.
Ἀγνῶς ἢ πατρὶ, τῷ θεῷ γὰρ ἦν φίλον,
Γαστρὸς διήνεγκ' ὄγκον. ὡς δ' ἦλθε χρόνος,
Τεκοῦσ' ἐν οἴκοις παῖδ', ἀπήνεγκε βρέφος
Εἰς ταυτὸν ἄντρον, ὅπερ ἠυνάσθη θεῷ,
Κρέουσα, κἀκλίθησιν ὡς θανούμενον.

Eſt enim non obſcura Græcorum civitas,
Ab auream haſtam gerente Pallade vocata;
Vbi filiam Erechthei Phœbus ſibi iunxit nuptiis
Creuſam per vim, quo loco ſeptentrionalia ſaxa
Palladis ſub arce Athenienſium terræ,
Macras vocant reges terræ Atticæ;
Inſcio vero patre (ſic enim deo placuit)
Tulit onus ventris: poſtquam vero tempus venit,
Pariens domi puerum, aſportavit infantem
In idem antrum, ubi concubuit cum Deo,
Creuſa, & exponit ut moriturum.

Pauſanias de hac ipſa agens: Κρεούσῃ δὲ θυγατρὶ Ἐρεχθέως. Ἀπόλλωνα ἐνταῦθα συγκρυέσθαι νομίζουσι. *Hic Apollinem cum Creuſa, Erechthei filia, rem habuiſſe arbitrantur.* Quod ad Μακρὰς πέτρας attinet, habes ibidem apud Euripidem poſtea:

Μακραὶ δὲ χῶρός ἐσ' ἐκεῖ κεκλησμένος.
Locus vero eſt iſthic, Macrae nuncupatus.

E rurſum.

Ἄγε τοίνυν, οἶσθα Κεκροπίας πέτρας,
Πρόσβορρον ἄντρον, ἃς Μακρὰς κικλήσκομεν;
Audi igitur, noviſti Cecropias rupes.
Septentrionale antrum, quas Macras vocamus?

Denique.

Κέκροπος ἐς ἄντρα, καὶ Μακρὰς πετρηρεφεῖς.
Ad Cecropis antra, & Macras rupibus tectas.

Porro hæc ipſa eſt ſpelunca, cuius meminit Lucianus Bis accuſato: καὶ τὸ ἀπ' ἐκείνου, τὴν ὑπὸ τῇ ἀκροπόλει σπήλυγγα ταύτην ἀπολαβόμενος

μενῷ, οἰκεῖ μικρὸν ὑπὸ τῇ Πελασγικῇ, ἃς τὸ μετοικικὸν συνέλεων. *Et ex eo, ſpelunca hac ſub arce accepta, habitat paulo infra Pelaſgicum inter inquilinos cenſus.*

CAP. VII.

Talos ubi ſepultus. Aeſculapii fanum; eiuſque & filiorum, ſigna, ac picturæ. Fons ibidem; ad quem cæſus Halirrhotius ob illatum Alcippæ ſtuprum. Lorica Sarmatica. Themidis templum. Sepulcrum Hippolyti. Veneris τῆς Πανδήμου, & Suadæ ſigna, a Theſeo poſita. Telluris Κουροτρόφου *templum, & Cereris* Χλόης. *Telluris inſuper etiam ara, ab Erichthonio dicata; qui primus ei ſacra fecit, & præſacrificari item deinceps iuſſit. Heſychius explicatus. Sacris iſtis interdictum quondam viris.*

IN via a theatro ad arcem ſepultus Talos. Pauſanias: Ἰόντων δὴ Ἀθήνηζιν ἐς τὴν ἀκρόπολιν ἀπὸ τοῦ θεάτρου, τέθαπται Κάλως. *Euntibus Athenis ad arcem a theatro, Calos ſepultus eſt.* Sed legendum ibi Τάλως, monui pridem, *Areopagi* cap. x. Inde templum Aeſculapii occurrebat, dignum inſpectu ob ſigna Dei, & filiorum, ac picturas. Pauſanias. Τοῦ Ἀσκληπίου τὸ ἱερὸν, ἔς τε τὰ ἀγάλματά ἐστιν, ὁπόσα τοῦ θεοῦ πεποίηται, καὶ τῶν παίδων, καὶ ἐς τὰς γραφὰς, θέας ἄξιον. *Aeſculapii templum propter ſigna cum ipſius, tum filiorum, & picturas dignum viſu eſt.* Fons in illo; ad quem filium Neptuni Halirrhothium, quum Alcippen violaſſet, Mars occidit. Pauſanias: Ἔστι δὲ ἐν αὐτῷ κρήνη, παρ' ἣν λέγουσι Ποσειδῶνος παῖδα Ἁλιρρόθιον, θυγατέρα Ἄρεως Ἀλκίππην αἰσχύναντα, ἀποθανεῖν ὑπὸ Ἄρεως. *Eſt fons in eo, ad quem ferunt Halirrhothium, Neptuni filium, quum Alcippen violaſſet, Martis filiam, a Marte occiſum.* Hunc ipſum fontem eſſe cenſeo, de quo Plinius lib. II. cap. CIII. *Et quæ in Aeſculapii fonte Athenis immerſa ſunt, in Phalerico redduntur.* Inter donaria eius templi, lorica quædam Sarmatica erat. Pauſanias: Ἐνταῦθα ἄλλα τε, καὶ Σαυρομάτικος ἀνάκειται θώραξ. *Hic & alia, & Sarmatica lorica dedicata.* Retro templum Aeſculapii, in via eadem, aliud quoque erat Themidis; ante quod ſepulcrum Hippolyti. Pauſanias: Μετὰ δὲ τὸ ἱερὸν τοῦ Ἀσκληπίου ταύτῃ πρὸς τὴν ἀκρόπολιν ἰοῦσιν, Θέμιδος ναός ἐστι· κέχωσται δὲ πρὸ αὐτοῦ μνῆμα Ἱππολύτου. *Pone fanum Aeſculapii, eadem via ad arcem euntibus Themidis exſtat; ante quod, Hippolyti monumentum eſt.* Deinde Veneris τῆς Πανδήμου, & Suadæ ſigna ſpectabantur, a Theſeo poſita, quum is populo in Vrbem ex agris immigrare perſuaſiſſet. Pauſanias: Ἀφροδίτην δὲ τὴν Πάνδημον, ἐπῳδὴ Ἀθηναίοις Θησεὺς ἐς μίαν ἤγαγεν ἀπὸ τῶν δήμων πόλιν, αὐτήν τε σέβεσθαι, καὶ τὴν Πειθὼ, καλέσαντα. τὰ μὲν δὴ παλαιὰ ἀγάλματα, οὐκ ἦν ἐπ' ἐμοῦ· τὰ δ' ἐπ' ἐμοῦ, τεχνιτῶν ἦν οὐ τῶν ἀφανεστάτων. *Venerem Vulgarem, item Suadam Theſeus coli inſtituit; quum e populis quoſque ſuis Athenienſes in Vrbem unam adduxiſſet, & vetera ſigna mea ætate non exſtabant; quæ vero exſtabant, artificum erant non ex obſcuriſſimis.* Denique Telluris, cognomento Κουροτρόφου, & Cereris Χλόης, fana erant. Pauſanias: Ἔστι δὲ Γῆς Κουροτρόφου, καὶ Δήμητρος ἱερὸν Χλόης. *Eſt & Telluris* Κουροτρόφου, *& Cereris* Χλόης *templum.* Quod ad Tellurem Κουροτρόφον adtinet, primus ei ſacra in arce quondam fecit Erichthonius, aramque item dedicavit pro acceptis alimentis; ſtatuitque, ut, qui deo, ſive deæ, ſacra facerent, huic deinceps etiam præſacrificarent. Suidas: Κουροτρόφος, Γῆ. ταύτῃ δὲ θῦσαι φασὶ τὸ πρῶτον Ἐριχθόνιον ἐν ἀκροπόλει. καὶ βωμὸν ἱδρύσασθαι, χάριν ἀποδιδόντα τῇ γῇ τῶν τροφείων· καταστῆσαι δὲ νόμιμον, τοὺς θύοντας τινὶ θεῷ, ταύτῃ προθύειν· Κουροτρόφος. *Tellus. Huic aiunt primum ſacra feciſſe Erichthonium in arce, aramque dedicaſſe, gratias reddentem pro acceptis alimentis; deinde inſtituiſſe etiam, qui deo cuipiam ſacra facerent, uti huic præſacrificarent.* Præſacrificationis huius mentio occurrit etiam in fragmento Platonis Comici e Phaone apud Athenæum lib. XII.

Πρώτα μέν ἐμοί γε Κουροτρόφῳ προθύειν.

Primo quidem mihi Κουροτρόφῳ *præſacrificatur.*

Heſychius Cererem eam facit, non Tellurem. Κουροτρόφος, παιδοτρόφος· ὑφ' ἑτέρων, ἡ Δημήτηρ. Κουροτρόφος. *Puerorum nutrix; ab aliis, Ceres eſſe dicitur.* Sed in eo minime nobis laborandum; ſiquidem Ceres cum Tellure plane eadem (1). Proclus in Timæum Comment. IV. Οὕτω δὲ καὶ αὕτη (ἡ Γῆ, ἤγουν Δημήτηρ,) δυνάμεις ἔχει ποικίλας. καὶ, ὡς μὲν τροφὸς, τὴν τελεσιουργικὴν μιμεῖται τάξιν· καθ' ἣν καὶ πάτριον Ἀθηναίοις, Κουροτρόφον αὐτὴν ὑμνεῖν. *Ita ſane etiam hæc, (ſive Tellus, ſive Ceres) varias habet poteſtates; atque, ut nutrix, conſtitutionem imitatur effectricem: iuxta quam Athenienſes, more apud maiores recepto, eam* Κουροτρόφον *laudant.* Meminit τῆς Κουροτρόφου etiam Herodotus (2) in Vita Homeri: Πορευόμενος δὲ, ἐγχρίμπτεται γυναιξὶ, Κουροτρόφῳ θυούσαις ἐν τῇ τριόδῳ. ἡ δὲ ἱέρεια εἶπε πρὸς αὐτὸν, δυσχεράνασα τῇ ὄψει, Ἄνερ ἀπὸ τῶν ἱερῶν. ὁ δὲ Ὅμηρος ἐς θυμὸν ἔβαλε τὸ ῥηθὲν, καὶ ἤρετο τὸν ἀγόντα, τίς τε ὁ θεσπεσάμενος, καὶ τίνι θεῶν ἱερὰ θύει· ὁ δὲ αὐτῷ διηγήσατο, ὅτι γυνὴ εἴη, Κουροτρόφῳ θύουσα. *Quum iret, in mulieres incidit, quæ in trivio* Κουροτρόφῳ *ſacrificabant; at ſacerdos, aſpectum indignata, Vir abſiſte ſacris, inquit. Quod Homerus dictum apud animum reputans, e ductore ſciſcitatur, quisnam verba hæc dixiſſet, deinde cui deo ſacra illa fierent? iſque exponit, feminam eſſe,* Κουροτρόφῳ *ſacrificantem.* Vbi illud quoque obſerva; ſacra facta ei deæ a mulieribus, neque viro intervenire fas fuiſſe (3). Thucydides Telluris ſimpliciter fanum

1. Cicero II. *De Nat. Deor. Mater autem eſt a gerendis frugibus Ceres, tamquam Geres, caſuque prima littera itidem immutata, ut a Graecis: nam ab illis quoque* Δημήτηρ *quaſi* Γημήτηρ *nominata eſt.* Et Lib. III. *Tum ſi eſt Ceres a gerendo (ita enim dicebas) terra ipſa Dea eſt, & ita habetur.* Vide *Aug. De Civ. Dei.*

2. Incertum an vita illa Homeri, quae ſub Herodoti Halicarnaſſenſis nomine circumfertur, genuinus eius foetus ſit: & eruditioribus quidem non videtur. Adeundi *Xylander, Voſſius, Ionſius, Fabricius.*

3. Apud Romanos etiam quaedam ſacra erant, quibus intereſſe viro nefas, ut ea quae Bonae Deae fiebant. Conſulendi *Cicero De Aruſpic. Reſpons.* & *Ovidius* in *Faſtis.*

Digitized by Google

num nominat lib. II. quod hoc ipſum intelligendum eſt: Τὰ γὰρ ἱερὰ ἐν αὐτῇ τῇ ἀκροπόλει καὶ ἄλλων θεῶν ἐϛι, καὶ τὰ ἔξω πρὸς τοῦτο τὸ μέρος τ῀ πόλεως μᾶλλον ἵδρυται, τό τε τοῦ Διὸς τοῦ Ὀλυμπίου, καὶ τὸ Πύθιον, καὶ τὸ τ῀ Γῆς. *Fana enim in ipſa arce ſunt deorum aliorum, & extra eam, ad hanc maxime Vrbis partem, ſtructa Iovis Olympii, Pythiumque, & Telluris.* Quod ad Cererem, Χλόῃ cognomento dictam, vide quæ notata mihi *De Feſtis Græcorum* lib. VI. in Χλόῃα; quibus nil quod addam habeo. Inde Arx ſe offerebat; de qua libro ſingulari a me dictum, iam vulgato.

CAP. VIII.

Fons. Apollinis fanum, & Panis; item ara in ſpelunca.

DEſcendentibus ex Arce, paulo infra propylæa, fons ſe dabat; proximumque Apollinis illi, & Panis fanum in ſpelunca. Pauſanias: Καταβᾶσι δὲ (ἐκ τῆς ἀκροπόλεως) οὐκ ἐς τὴν κάτω πόλιν, ἀλλ' ὅσον ὑπὸ τὰ προπύλαια, πηγή τε ὕδατός ἐϛι, καὶ πλησίον Ἀπόλλωνος ἱερὸν ἐν σπηλαίῳ, καὶ Πανός. *Deſcendentibus (ex Arce,) non in Vrbem inferiorem, ſed paulo infra propylæa, fons occurrit, & Apollinis in propinquo fanum, in ſpecu, item Panis.* De Panis templo, & condendi eius cauſa Pauſanias narrat in ſubiectis ſtatim verbis; & Herodotus lib. VI. Καὶ ταῦτα μὲν Ἀθηναῖοι. καταϛάντων σφίσι εὖ ἤδη τῶν πραγμάτων, πιϛεύσαντες εἶναι ἀληθέα, ἱδρύσαντο ὑπὸ τῇ ἀκροπόλει Πανὸς ἱερόν· καὶ αὐτὸν ἀπὸ ταύτης τ῀ ἀγγελίης θυσίῃσι ἐπετείῃσι, καὶ λαμπάδι (1), ἱλάσκονϒ, *Atque hæc Athenienſes, quum bono iam loco res ſuæ eſſent, vera credentes, fanum Pani infra arcem ſtatuerunt; ipſumque ob rem hanc nuntiatam, ſacris annuis, & lampadis certamine propitium ſibi reddere ſtudent.* Innuit ridens Lucianus in Bis accuſato: Τί φῄς; ἀγνοεῖς τὸν Πᾶνα, τῶν Διονύσου θεραπόντων τὸν βακχικώταλον; ὃϛ῀ οἶκε μὲν τὸ πρόσθεν ἀνὰ τὸ Παρθένιον. ὑπὸ δὲ τ῀ Δάτιδ῀ ἐπίπλων, καὶ τὴν Μαραθῶνάδε τῶν βαρβάρων ἀπόϐασιν, ἦκεν ἄκλη῀ τοῖς Ἀθηναίοις σύμμαχ῀. καὶ τὸ ἀπ' ἐκείνου, τὴν ὑπὸ τῇ ἀκροπόλει σπήλυγγα ταύτην ἀπολαϐόμεν῀, οἰκεῖ μικρὸν ὑπὸ τὸ Πελασγικόν. *Quid ais? annon noſti Panа illum, ex Bacchi miniſtris omnium maxime Bacchicum? Hic antea quidem habitabat in Parthenio monte; temporibus vero illis, quibus Datis cum claſſe eſt advectus, & Barbari in Marathonem egreſſi, ultro, atque invocatus venit, Athenienſibus auxilium laturus. Ex eo, ſpelunca hac ſub arce accepta, habitat paulum infra Pelaſgicum.* Nec fanum tantum eius erat, ſed & ara. Oecumenius in Acta: Καὶ τὸ Παρθένιον ὄρ῀ Πανὸς φάσμα ἐντυχὸν, ἡλίατο μὲν Ἀθηναίους, ὡς ἀμελοῦντας μὲν αὐτοῦ, ἄλλους δὲ θεοὺς θεραπεύοντας, καὶ βοηθεῖν ἐπηγγέλλετο. νικήσαντες οὖν, ἐκείνῳ τε ἀνέϛησαν ναὸν, καὶ βωμὸν ᾠκοδόμησαν. *Ad Parthenium montem occurrens Panis ſpectrum, accuſabat Athenienſes, quod, quum deos ceteros colerent, ſe negligerent; nihilominus opem laturum nuntiabat; quamobrem, poſtquam viciſſent, templum ei, item aram exſtruxerunt.* Et Euripides diſerte in Ione:

——— οἶσθα Κεκροπίας πέτρας,
Πρόσβορρον ἄντρον, ἃς Μακρὰς κικλήσκομεν;
Οἶδ'. ἔνθα Πανὸς ἄδυτα, καὶ βωμοὶ πέλας.
——— *noſti Cecropias rupes,*
Septentrionale antrum, quas Macras vocamus?
Novi; ubi Panis adyta, & aræ iuxta.

CAP. IX.

Muſeum. Muſæi locus, ubi caneret, & ſepulcrum; item Syri. Amazones ibi caſtra metatæ. Antigonus, & Demetrius muniunt, ac præſidium imponunt. Pnyx, in ea conciones olim habitæ, & coronæ a populo datæ. Sopatri locus emendatus. Tribunal illic, cuius ſitus a triginta tyrannis inverſus, & ſolarium. Cimonis quoque cum ſorore Elpinice habitatio, & Amazonum cum Athenienſibus pugna. Vnde nomen ſuum acceperit.

PRope Arcem etiam Muſeum erat. Hic Muſaeum (2), antiquiſſimum poetam, canere ſolitum, & defunctum, etiam ſepultum eſſe ferebatur. Pauſanias: Ἔϛι δὲ ἐντὸς τοῦ περιϐόλου ἀρχαίου τὸ Μουσεῖον, ἀπ' ἀνϊκροῦ τῆς ἀκροπόλεως λόφ῀· ἔνθα Μουσαίου ᾠδεῖν, καὶ ἀποφαίνουσι γήραϊ ταφῆναι λέγουσιν. *Eſt intra vetus ſeptum Muſeum, e regione arcis collis; ubi Muſæum canere ſolitum, ac confectum ſenio diem obiiſſe, & ſepultum eſſe ferunt.* Et ſepulcrum ibi cuiuſdam Syri erat. Pauſanias ſubiungit; Ὕϛερον δὲ καὶ μνῆμα αὐτόθι ἀνδρὶ ᾠκοδομήθη Σύρῳ. *Poſtea vero & Syro cuidam monumentum ibi ſtructum eſt.* Atque hic olim, bello contra Athenienſes, caſtra ſua metatæ Amazones. Plutarchus in Theſeo: Οὐδὲ τὴν μάχλῳ συνῆψαν (αἱ Ἀμαζόνες) ἐν χρῷ περὶ τὴν Πνύκα, καὶ τὸ Μουσεῖον· εἰ μὴ, κρατοῦσαι τῆς χώρας, ἀδεῶς τῇ πόλει προσέμιξαν. *Neque comminus pugnaſſent (Amazones) circa Pnycem, & Muſeum, niſi, redacta in poteſtatem regione, ad Vrbem intrepide moviſſent.* Et mox: Μαχέσθαι δὲ πρὸς τοῦτο τοὺς Ἀθηναίους, ἀπὸ τοῦ Μουσείου ταῖς Ἀμαζόσι συμπεσόντας. *Conflixiſſe vero ad hoc Athenienſes cum Amazonibus a Muſeo concurrentes.* Antigonus, ut in poteſtate ſua Athenienſes retineret, præſidio impoſito, communivit. Pauſanias in Laconicis: Τοῖς δὲ Ἀθηναίοις ἀνϊσχύσιν ἐπὶ μακρόλατον, ἐποιήσατο Ἀντίγονος ἐρήνην, ἐφ' ᾧ τε σφίζιν ἐπαγάγῃ φρουρὰν ἐς τὸ Μουσεῖον. *Verum quum Athenienſes diutiſſime reſtitiſſent, pacem Antigonus ea conditione fecit, ut præ-*

1. De lampadis certamine, vide quae adnotavit *Meurſius Lib. De Populis Atticis.*
2. De quo *Virgilius* VI. *Aeneidos*
Muſaeum ante omnes, medium nam plurima turba
Hunc habet, atque humeris exſtantem ſuſpicit altis.
Recentiorem Muſaeum, & quidem Grammaticum, poematii de Herone & Leandro auctorem quidam cenſent, ut *Voſſius*. Sed quid ſi ex mutilo nomine Μουσ. ut forte titulus olim praetulit, Μουσαῖος factum eſt? Tunc forte *Muſuri* opus haberi poſſet, poetae quidem eximii; id quod eruditiſſimus *Ant. Mar. Salvinius* olim ſuſpicabatur. Hanc controverſiam manuſcripti Codices tantum dirimere poſſunt.

Digitized by Google

præsidium imponeret ipsis in Museo. Idem postea etiam Demetrius fecit, eius filius. Pausanias in Atticis, citatis statim verbis subdit: Τότε ὑ Δημήτριο τῳχίσας εἶχε. *Tunc vero Demetrius communitum in potestate sua habebat*. Plutarchus in Vita Demetrii: Ἐπιψηφισθέντων ὑ τούτων, ὁ Δημήτριος αὐτὸς ἐφ' ἑαυτῷ προσενέβαλε φρουρὰν εἰς τὸ Μουσεῖον, ὡς μὴ πάλιν ἀναχαιτίσαντα ἢ δῆμον, ἀσχολίας αὐτῷ πραγμάτων ἑτέρων παρασχεῖν. *Quibus decretis, Demetrius ipse pro auctoritate sua præsidium insuper in Museo collocavit; ne si iterum descivisset a se populus, a gerendis rebus aliis avocaretur*. Ad Museum Pnyx jacebat; itidem vicina Arci, ut apparet e citatis statim verbis, cùm Pausaniæ, tum Plutarchi. Atque Arci vicinam fuisse, etiam adfirmat Pollux lib. VIII. cap. X. Πνὺξ ὑ ἦν χωρίον περὶ τὴν ἀκρόπολιν. *Pnyx vero locus erat circa Arcem*. Hunc Athenienses locum ut consecrarent, oraculo moniti ferebantur. Apparet ex Athenionis istis verbis apud Athenæum lib. V. Καὶ μὴ περιίδωμεν τὰ ἱερὰ κεκλεισμένα, αὐχμῶντα ὑ τὰ γυμνάσια, τὸ θέατρον ἀνεκκλησίαστον, ἄφωνα ὑ τὰ δικαστήρια, καὶ τὴν θεῶν χρησμοῖς καθωσιωμένην Πνύκα, ἀφῃρημένην τῷ δήμῳ. *Nec fana clausa negligamus, neque squalida gymnasia, vacuumque concionibus theatrum, item muta tribunalia, tum oraculis deorum consecratam olim Pnycem, ereptam populo*. Habebantur vero illic conciones; olim quidem qualescumque, postea vero illæ tantum, in quibus magistratus aliquis eligendus. Pollux loco iam citato. Ἐκκλησίαζον ὑ πάλαι μὲν ἐν τῇ Πνυκί. Πνὺξ δὲ ἦν χωρίον περὶ τὴν ἀκρόπολιν, καλεσκευασμένον κατὰ τὴν παλαιὰν ἁπλότητα, ὐκ εἰς θέατρα πολυπραγμοσύνην. αὖθις ὑ τὰ μὲν ἄλλα, ἐν τῷ Διονυσιακῷ θεάτρῳ· μόνας ὑ τὰς ἀρχαιρεσίας ἐν τῇ Πνυκί. *Olim conciones habebant in Pnyce; qui locus est circa Arcem, antiqua simplicitate factus, non ad theatri curiositatem; nunc cetera quidem in theatro Bacchi fiunt; at in Pnyce magistratus tantum legitur*. Hesychius ait, olim omnes illic conciones habitas; verum postea hic conventum tantum esse, quum prætorem eligere vellent. Πνὺξ, τόπος Ἀθήνησιν, ἐν ᾧ ἐκκλησίαι πάλαι μὲν ἤγοντο πᾶσαι· νῦν ὑ ἅπαξ, ὅταν στρατηγὸν χειροτονῶσιν. *Pnyx, locus Athenis, in quo olim conciones quidem omnes habebantur; at nunc tantum, quum prætorem eligere volunt*. Populoque hic dumtaxat coronare quempiam permissum erat. Sopater in Hermogenem: Νόμῳ (ὄντος) μὴ ἐν τῷ θατέρῳ στεφανοῦσθαι ἢ ὑπὸ τοῦ δήμου στεφανούμενον, ἀλλ' ἐν τῇ Πνυκί. *Quum lex esset, ne in altero quisquam a populo coronaretur, sed in Pnyce*. Sed corrupta illic verba sic restituo; Μὴ ἐν τῷ θεάτρῳ στεφανοῦσθαι. *Ne in theatro coronaretur*. Syrianus in eumdem: Νόμος δέ ἐστιν, ὁ κωλύων, μὴ εἰσφέρειν γράμματα. δεύτερον δὲ, μὴ ἐξεῖναι ἐν θεάτρῳ στεφανοῦσθαι, ἀλλ' ἐν Πνυκί. *Lex est, quæ vetat, ne literæ ullæ inferantur; Deinde, ne quis in theatro coronetur, sed in Pnyce*. Hoc nimirum est, quod Aeschines dicit ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ, *in concione*; quia illic conciones, ut ostendi, haberi solitæ. Verba ecce ex Oratione in Ctesiphontem ista. Ὁ γὰρ νόμος διαῤῥήδην κωλύει, ἐὰν μέν ἵνα στεφανοῖ ἡ βουλὴ, ἐν τῷ βουλευτηρίῳ ἀνακηρύττεσθαι· ἐὰν δέ ὁ δῆμος, ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ· ἄλλοθι ὑ, μηδαμοῦ. *Lex enim expresse vetat, si senatus coronare aliquem velit, id in curia ut renuntiet; quod si populus, ut in concione fiat; alibi, nullo modo licitum*. Et mox: Εἰσὶ τῇ πόλει δύο νόμοι κείμενοι περὶ τῶν κηρυγμάτων· εἷς μὲν, ὃν νῦν ἐγὼ παρέχομαι, διαῤῥήδην ἀπαγορεύων, τὸν ὑπὸ τοῦ δήμου στεφανούμενον, μὴ κηρύττεσθαι ἔξω τῆς ἐκκλησίας. *Duæ sunt Vrbi leges positæ de renuntiationibus; una est, quam nunc exhibeo, diserte vetans, ne, quem populus coronat, extra concionem renuntietur*. Cicero dicit, *in concione* lib. De opt. gen. orat. *Quum esset lex Athenis, qui a populo (corona) donaretur*, IN CONCIONE *donari debere*. Erat autem ibi tribunal versus mare; mox inversum a Triginta. Plutarchus in Themistocle: Καὶ τὸ βῆμα τὸ ἐν Πνυκὶ πεποιημένον, ὥς' ἀποβλέπειν πρὸς τὴν θάλασσαν, ὕστερον οἱ Τριάκοντα πρὸς τὴν χώραν ἀπέστρεψαν· οἰόμενοι, τὴν μὲν κατὰ θάλασσαν ἀρχὴν, γένεσιν εἶναι δημοκρατίας. ὀλιγαρχίᾳ ὑ ἧττον δυσχεραίνειν τοὺς γεωργοῦντας. *Et tribunal, quod in Pnyce, ita factum, ut prospiceret in mare, postea Triginta tyranni in terram verterunt; arbitrati, imperium maris popularis principatus initium esse; sed colendis agris deditos, paucorum dominatu minus offendi*. Solarium quoque spectabatur prope murum; eo loco, ubi conciones habitæ, idque ante Pythodori archontis tempora (1). Suidas in Μέτων. Πρὸ Πυθοδώρου δὲ ἡλιοτρόπιον ἦν ἐν τῇ νῦν ὕστερ ἐκκλησίᾳ πρὸς τῷ τείχει τῷ ἐν Πνυκί. *Ante Pythodorum solarium erat, ubi nunc concio est, ad murum in Pnyce*. Cimon etiam cum sorore Elpinice ibi domum habuisse memoratur. Anonymus in Argumento in Cimonem Aristidis. Δίδυμος δέ φησιν, ὐχ ὅτι (ὁ Κίμων) ἐλακώνιζεν, ἀλλ' ὅτι ἐν Πνυκὶ τῇ ἀδελφῇ συνῆν. *Didymus vero auctor, non Laconibus studuisse Cimonem, sed in Pnyce cum sorore habitasse*. Memorabilis item locus prælio Athenienſium, quod cum Amazonibus habitum. Ecce in citatis iam Plutarchi verbis. Οὐδὲ τὴν μάχην συνῆψαν ἐν χρῷ περὶ τὴν Πνύκα. *Neque comminus pugnassent iuxta Pnycem*. Et postea. Ἱστορεῖ δὲ Κλείδημος, ἐξακριβοῦν τὰ καθ' ἕκαστα βουλόμενος, τὸ μὲν εὐώνυμον τῶν Ἀμαζόνων κέρας, ἐπιστρέφειν πρὸς τὸ νῦν καλούμενον Ἀμαζόνειον· τῷ ὑ δεξιῷ, πρὸς τὴν Πνύκα κατὰ τὴν Χρύ-

1. Ante Olymp. scilicet LXXXVII. an. I. Viri Eruditi ad Agellii Librum III. Cap. IV. animadvertunt, horarum, & horologiorum usum apud Graecos non multo Alexandri Magni aetatem antecessisse. *Censorinus* auctor est horarum nomen non minus annos CCC. Romae ignoratum fuisse. Quando autem horologia cum horis primum Romae in usu fuerint, haud equidem proclive dictu; verum CCCCLXXVII. annos elapsos fuisse, quum a M. Valerio, horologium in foro positum, Plinius commemorat. Ceterum *Plautus* in fabula, cui nomen Boeotia, Parasitum inducit ita dicentem:

Nam me puero uterus erat solarium.

Floruit autem Plautus, scripsitque initio secundi belli Punici, anno V. C. circiter DXXXV. Apud Iudaeos quoque solaria huiusmodi antiquitus in usu fuisse videntur, & consuli possunt viri docti, qui in Caput XX. Lib. IIII. Regum Commentarios exararunt, & praecipue eruditissimus *Calmetius Dissertatione De Sole Esaiae iussu decem lineis retrocedente*.

Digitized by Google

Χρύσαν ἤκῳν. *Narrat Clidemus, ſingulatim exacte omnia exſequi cupiens, ſiniſtrum quidem Amazonum cornu, ad Amazonum nunc vocatum declinaſſe; dextrum vero ad Pnycem uſque iuxta Chryſam perveniſſe.* Vnde nomen illi datum, Suidas tradit. Πνὺξ, ἐκκλησία. παρὰ τὴν τῶν λίθων πυκνότητα· ἢ ἀπὸ τοῦ πυκνοῦσθαι τοὺς ἄνδρας ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ. *Pnyx, concio; a lapidum denſitate, vel quod homines in concione frequentes convenirent.* Videndi quoque Harpocration, Etymologici Auctor, Euſtathius ad Iliad. ψ'; & Scholiaſtes Ariſtophanis, Pluto. (a)

CAP. X.

Apollinis Pythii templum a Piſiſtrato exſtructum, Tripodes illic; dedicati ab iis, qui choris circularibus viciſſent; item ara, a Piſiſtrato nepote, Hippiae filio, aedificata. Amazonium, dedicatum ab Amazonibus; quarum etiam columna. Fanum Herculis, τῦ Μιωυτῦ cognomento. Corona, furto ex Arce ablata. Sophocli ſomnianti ab Hercule indicata. Fanum Proſerpinae, & Dianae τῆς Λυσιζώνε; *item Aegei.*

REſtant templa, arae, ſigna, ſtatuae, loca, aliaque promiſcue mihi, ut obſervata, enarranda; quae Pauſanias aut omiſit univerſa, aut non ſuo loco dixit. Primo loco, APOLLINIS PYTHII templum occurrit. Eius meminit Thucydides lib. II. Τὰ γὰρ ἱερὰ ἐν αὐτῇ τῇ ἀκροπόλῃ καὶ ἄλλων θεῶν ἐστι, ἃ ἔξω πρὸς τῦτο τὸ μέρ@ τῆς πόλεως μᾶλλον ἵδρυται· τότε τῦ Δί@ τοῦ Ὀλυμπίε, καὶ τὸ Πύθιον. *Fana enim in ipſa arce ſunt deorum aliorum; & extra eam, ad hanc maxime Vrbis partem ſtructa Iovis Olympii, Pythiumque.* Meminit etiam Philoſtratus, in Herode, Sophiſt. lib. II. Exſtruxit autem id Piſiſtratus. Suidas. Πύθιον, ἱερον Ἀπόλλων@ Ἀθήνησιν, ὑπὸ Πεισιστράτε γεγονός· εἰς ὃ τὰς τρίποδας ἐτίθεσαν, οἱ τῷ κυκλίῳ χορῷ νικήσαντες τὰ Θαργήλια. *Pythium, Apollinis Athenis templum, a Piſiſtrato factum; in quo tripodes reponebant, qui choro circulari Thargelia viciſſent.* Vbi obſerva, dedicaſſe illic tripodes, qui Thargelia choro circulari viciſſent. De ſtructura huius templi vide *Piſiſtratum* noſtrum cap. IX. Aram ibi eidem deo conſecravit huius Piſiſtrati cognominis ex Hippia filio nepos. Thucydides lib. VI. Πεισίστρα@, ὁ Ἱππίε τῦ τυραννήσαντ@ υἱὸς, τῦ πάππε ἔχων τὄνομα, ὃς τῶν δώδεκα θεῶν βωμὸν, τὸν ἐν τῇ ἀγορᾷ, ἄρχων ἀνέθηκε, καὶ τὸν τῦ Ἀπόλλων@ ἐν Πυθίῳ. *Piſiſtratus, Hippiae tyranni filius, avi nomine nuncupatus; qui, quum archon eſſet, duodecim deorum aram, quae in foro eſt, dedicavit; & Apollinis, quae in Pythio.* Et appoſitum Epigramma, quod commemorat mox Thucydides eodem loco. Τῦ δ' ἐν Πυθίῳ (βωμῦ) ἔτι κ νῦν δῆλόν ἐστιν (τὸ ἐπίγραμμα) ἀμυδροῖς γράμμασι λέγον τάδε·

Μνῆμα τόδ' ἧς ἀρχῆς Πεισίστρα@, Ἱππίε υἱός,
Θῆμεν Ἀπόλλων@ Πυθίῳ ἐν τεμένῃ.

Eius vero (arae) quae in Pythii Apollinis templo erat, etiamnum tota exſtat (inſcriptio) literis paene evanidis, iſtis verbis:

Monumentum hoc magiſtratus ſui Piſiſtratus, Hippiae filius,
Poſuit Apollinis Pythii in templo.

Erat porro etiam templum, AMAZONEION nuncupatum; quod Amazones condidiſſent. Harpocration. Ἀμαζόνιον. Ἰσαῖ@ διέλεκται, ἐν τῷ Πρὸς Διοκλέα, περὶ τῶν Ἀμαζόνων ἀφιερώσεως Ἀθήνησιν· ἔστι δὲ ἱερὸν ὃ Ἀμαζόνες ἱδρύσαντο. *Amazoneum. Iſaeus, in Oratione adverſus Dioclem diſſerit de Amazonum Athenis dedicatione; eſt autem fanum, quod Amazones dedicarunt.* Suidas. Ἀμαζόνιον, ἱερὸν, ὃ Ἀμαζόνες ἱδρύσαντο. *Amazoneum templum, quod, Amazones dedicarunt.* Stephanus locum dicit, ubi Theſeus Amazones fuderit. Ἀμαζόνιον, τόπ@ ἐν τῇ Ἀτλικῇ. ἔνθα Θησεὺς τῶν Ἀμαζόνων ἐκράτησε. *Amazoneum, locus Atticae, ubi Theſeus Amazones devicit.* Meminit eius Plutarchus in Vita Theſei. Ἱστορῶ δ' Κλείδημ@, ἐξακριβῶν τὰ καθ' ἕκαστα βελόμεν@, τὸ μὲν εὐώνυμον τῶν Ἀμαζόνων κέρας ἐπιστρέφειν πρὸς τὸ νῦν καλούμενον Ἀμαζόνιον. *Narrat Clidemus, ſingulatim exacte omnia perſequi cupiens ſiniſtrum quidem Amazonum cornu ad Amazoneum nunc vocatum declinaſſe.* Erat & columna quaedam Ἀμαζονὶς σήλη dicta. Meminit Aeſchines philoſophus in Axiocho. Ὡς δ' ἤττον τὴν παρὰ τὸ τεῖχ@ ἤλαυνεν, ταῖς Ἰκωνίαις (πλησίον γὰρ ἦκε τῶν πυλῶν, πρὸς τῇ Ἀμαζονίδι σήλῃ) καταλαμβάνομεν αὐτόν. *Quum autem ocyus iremus via, quae praeter moenia ducit ad portam Iconiam (ſiquidem iuxta hanc habitabat, ad columnam Amazoniam) ipſum adſequuti ſumus.* Erat quoque templum HERCVLIS TOY MHNITOY; inde dictum, quod coronam quamdam auream, ex Arce ablatam furto, Sophocli Hercules dormienti indicaſſet. Scholiaſtes Sophoclis in eius Vita. Γέγονε δὲ καὶ θεοφιλὴς ὁ Σοφοκλῆς, ὡς ἐκ ἄλλ@· καθὰ Ἱερώνυμός φησιν, ἐν τῷ Περὶ τῆς χρυσῆς στεφάνης. ταύτης γὰρ ἐξ ἀκροπόλεως κλαπείσης, καθ' ὕπαρ Ἡρακλῆς ἐμήνυσε Σοφοκλεῖ, λέγων, ἵν' ἂν αἰκίαν ἐν δεξιᾷ εἰσιόνλι ἐρευνῆσαι, ἔνθα ἐκρύπλετο. ἐμήνυσε δὲ αὐτὴν τῷ δήμῳ, καὶ τάλαντον ἐδέξατο. τῦτο γὰρ ἦν προκηρυχθέν· λαβὼν δὲ τὸ τάλαντον, ἱερὸν ἱδρύσαλο ΜΗΝΥΤΟΣ ΗΡΑΚΛΕΟΣ. *Erat vero dei amans Sophocles, quantum quiſquam; uti refert Hieronymus libro De corona aurea: quae ex Arce quum ſubducta furto eſſet, eam Hercules dormienti indicavit, dicens, ut inquirerent domum, ad ſiniſtram introitus ſitam, in qua occultata eſſet. Itaque indicavit populo; & talento mox accepto, quod propoſitum erat praemium, templum exſtruxit* HERCVLI INDICI. Cicero pateram, non coronam, ablatam dicit, De Divin. lib. I. *Adiungam philoſophis doctiſſimum hominem, poetam quidem divinum, Sophoclem; qui, quum ex aede Herculis patera aurea gravis ſubrepta eſſet, in ſomnis vidit ipſum deum dicentem, qui id feciſſet, quod ſemel ille iterumque neglexit. Vbi idem ſaepius, aſcendit in Areopagum, detulit rem. Areopagitae comprehendi iubent eum, qui a Sophocle erat nominatus. Is, quaeſtione adhibita, confeſſus eſt, pateramque retulit. Quo facto, fanum illud* INDICIS HERCVLIS *nominatum*

(a) Et *Meurſius* noſter *Lib. De Populis Atticis in* Πνύξ.

Digitized by Google

natum est. Rem sine Herculis cognomento narrat nobis, & coronam etiam dicit Tertullianus De Anima cap. XLVI. *Coronam auream quum ex Arce Athenae perdidissent, Sophocles tragicus somniando redinvenit*. Cognomentum sine historia strictim Hesychius. Μιωυτὴς, Ἡρακλῆς ἐν Ἀθήναις. *Index, Hercules Athenis*. Et Proserpinae fanum alibi, ΦΕΡΕΦΑΤΤΙΟΝ nuncupatum. Meminit Demosthenes in Cononem. Καὶ ἡμῖν συμβαίνῃ ἀποστρέφουσιν ἀπὸ τῆ Φερεφαττίῳ, καὶ περιπατοῦσι πάλιν καθ' αὐτό πως τὸ Λεοκώριον εἶναι. *Acciditque ut, digressi a Proserpinae, & obambulantes iterum, circa Leocorium essemus*. Item DIANAE ΤΗΣ ΛΥΣΙΖΩΝΟΥ. Scholiastes Apollonii lib. I. Λύουσι τὰς ζώνας αἱ πρώτως τέκτουσαι, καὶ ἀναλυθέασιν Ἀρτέμιδι. ὅθεν καὶ Λυσιζώνης Ἀρτέμιδος ἱερὸν ἐν Ἀθήναις. *Solvunt zonas, quae primum pariunt; & Dianae eas dicant: unde Dianae* Λυσιζώνης *fanum Athenis*. Item AEGEI, Suidas. Αἰγεῖον. τὸ τοῦ Αἰγέως μαντεῖον. Δείναρχος, ἐν τῷ Καθ' Πολυευκτου. Αἰγεῖόν ἐστιν Αἰγέως ἡρῶον ἐν Ἀθήναις. *Aegeum, Aegei oraculum. Dinarchus, in Oratione Contra Polyeuctum. Aegeum, est Aegei fanum Athenis*. Quae totidem verbis Harpocration.

CAP. XI.

Veneris templum; & Cupido formosissimus, rosis coronatus. Zeuxidis pictura. Etiam Lamiae Veneris, ac Leaenae alia templa: Aeaci quoque, Cychreique, & Perdicis; tum Populi, & Gratiarum: ubi Hyrcani, Iudaeorum pontificis, statua aenea. Phoribanteum. Phorbas, rex Curetum, ab Erechtheo interfectus. Venus Ψιθυρος, *& Cupido. Mercurius* Ψιθυριστὴς, *&* Ἡγεμόνιος.

ETiam Veneris quoddam erat; in quo Zeuxidis pictura spectabatur, Amor, forma eleganti, & rosis coronatus. Aristophanes Acharnensibus.

Ὦ Κύπριδι τῇ καλῇ, καὶ χάρισι ταῖς φίλαις
Ξύντροδε διαλλαγὴ,
Ὡς καλὸν ἔχουσα τὸ πρόσωπον ἀρ' ἐλάνθανες;
Πῶς ἂν ἐμὲ καὶ σέ τις Ἔρως ξυναγάγοι λαθὼν,
Ὥσπερ ὁ γεγραμμένος, ἔχων στέφανον ἀνθέμων;
O Veneris, atque Charitum socia, litium
Compositio decens
Quam tibi venusta facies? quid ita tecta
eras?
Quomodo Cupido aliquis me tibi iugaverit:
Qualis hic in aede roseo capite pictus est?

Vbi Scholiastes. Ζεῦξις ὁ ζωγράφος ἐν τῷ ναῷ τῆς Ἀφροδίτης ἐν ταῖς Ἀθήναις ἔγραψε τὸν Ἔρωτα, ὡραιότατον, ἐστεμμένον ῥόδοις. *Zeuxis pictor in templo Veneris Athenis pinxit Cupidinem formosissimum, rosis coronatum*. Erant alia eiusdem deae illic templa; cum ΛΕΑΙΝΑΣ, & ΛΑΜΙΑΣ, cognomento: assentatione nimis in Demetrium, cuius hae amasiae erant, at Atheniensibus structa. Athenaeus lib. VI

(a) Idem scribit *Ovidius Lib.* VIII. *Metamorph.* de Perdice loquens.

Namque huic (Daedalo) tradiderat fatorum igna
ra docendam
Progeniem germana suam natalibus actis
Bis puerum senis, animi ad praecepta capacis
Ille etiam medio spinas in pisce notatas

A Δημοχάρης γοῦν, ὁ Δημοσθένους τοῦ ῥήτορος ἀνεψιὸς, ἐν τῇ εἰκοστῇ τῶν ἱστοριῶν, διηγούμενος περὶ ἧς ἐποιοῦντο οἱ Ἀθηναῖοι κολακείας πρὸς τὸν Πολιορκητὴν Δημήτριον, καὶ ὅτι τοῦτ' οὐκ ἦν ἐκείνῳ βουλομένῳ, γράφει ἕτως. Ἐλύπει μὲν καὶ τούτων ἕνια αὐτὸν, ὡς ἔοικεν, ἃ μὴν ἀλλὰ καὶ ἄλλα γε πανταχοῦ αἰσχρὰ, καὶ ταπεινὰ, Λεαίνης μὲν καὶ Λαμίας Ἀφροδίτης ἱερα. *Democharis itaque, Demosthenis oratoris consobrinus, libro vigesimo Historiarum, quum assentationes explicat, quibus Demetrio, cognomine Poliorcetae, adblanditi sunt*
B *Athenienses, etsi invito, ita scribit: Horum quaedam, ut apparebat, Demetrium offenderunt; quin etiam alia insuper, prorsus foeda, & humilia, Leaenae & Lamiae Veneris fana*. Item AEACI. Hesychius. Αἰακεῖον. Ἀθήνησι τὸ Αἰακοῦ τέμενος. *Aeaconteum. Aeaci fanum Athenis*. Herodotus lib. V. Τῶ ἐνὶ καὶ τριακοστῷ (ἔτεϊ) Αἰακῷ τέμενος ἀποδείξαντας, ἄρχεσθαι τοῦ πρὸς Αἰγινήτας πολέμου. *Anno tricesimo primo, quum fanum Aeaco dedicassent,*
C *bellum adversum Aeginetas inchoarunt*. Meminit Plutarchus quoque, ut & CYCHREI in Vita Thesei. Αἰακὸν τε γὰρ Ἑλλήνων ὁσιώτατον νομίζεσθαι, καὶ Κυχρέα τιμὰς θεῶν ἔχειν Ἀθήνησι. *Aeacum enim Graecorum sanctissimum existimari, & Cychreum divino honore adfici Athenis*. Etiam PERDICIS, Daedali sororis, ex Eupalamo patre: erat autem iuxta Arcem. Suidas. Πέρδικος ἱερὸν, παρὰ τὴ ἀκροπόλει. Εὐπαλάμῳ γὰρ ἐγένοντο παῖδες, Δαίδαλος, καὶ Πέρδιξ· ἦ υἱὸς Κάλως, ὃν φθονήσας ὁ Δαίδαλος τῆς τέχνης, ἔρριψεν αὐτὸν κατὰ τῆς ἀκροπόλεως. ἐφ' ᾧ ἡ Πέρδιξ ἑαυτὴν ἀνήρτησεν. Ἀθηναῖοι δὲ αὐτὴν
D ἐτίμησαν. Σοφοκλῆς δὲ ἐν Κωμικοῖς, τὸν ὑπὸ Δαιδάλου ἀναιρεθέντα Πέρδικα εἶναι τοὔνομα. *Perdicis fanum iuxta arcem erat. Eupalamo enim liberi erant, Daedalus quum ob artem invideret, ipsum de arce praecipitavit. Quam ob causam quum se Perdix suspendisset, Athenienses ei honores decreverunt. Sophocles vero in Comicis, eum, qui a Daedalo caesus, Perdicem vocatum tradit*. Quae totidem verbis Apostolius Cent. XV. Proverb. XCVI. Vbi observa, Perdicem dici non sororem ipsam Daedali, sed filium eius. Sic Hyginus Mytholog. cap. XXXIX. *Daedalus, Eupalami filius, qui fabricam a Minerva dicitur accepisse, Perdicem, sororis suae filium, propter artificii invidiam, quod is primum serram invenerat, summo tecto deiecit*. Iterum cap. CCLXXIV. *Perdix, Daedali sororis filius, &*
E *circinum, & serram ex piscis spina reperit* (a). Sophoclis vero in Comicis locus, quem respexit Suidas, iste est apud Athenaeum lib. IX.

F ——— ὄρνιθος ἦλθ' ἐπώνυμος
Πέρδικος, ἐν κλῃνοῖς Ἀθηναίων πάγοις.
——— *avis venit cognominis*
Perdicis, in inclutos Athenienses colles.

Nullum dubium est, quin narrationis eius sit fragmentum. Meminit Perdicis huius etiam Apollodorus extremo III. Invenio etiam

Traxit in exemplum: ferroque incidit acuto
Perpetuos dentes, & serrae repperit usum
Primus & ex uno duo ferrea brachia nodo
Vinxit, ut aequali spatio distantibus illis,
Altera pars staret, pars altera duceret orbem,
Daedalus invidit; sacraque ex arce Minervae
Praecipitem mittit, lapsum mentitus.

Digitized by Google

etiam PHEREAE; quæ peregrina dea erat, aliisque Hecate esse credebatur. Hesychius. Φερεὰ, Ἀθήνησι ξενικὴ θεός· οἱ δὲ, τὴν Ἑκάτην. *Pherea, dea peregrina Athenis; quam alii Hecaten arbitrantur*. Etiam POPVLI, & CHARITVM, Iosephus Antiqu. Iud. lib. XIV. cap. XVI. ubi decretum Athenienſium quoddam refert. Δέδοκται ὃ κὴ νῦν, Θεοδοσίου τοῦ Θεοδώρου Συνιέως εἰσηγησαμένου, κὴ περὶ τ ἀνδρὸς ἀρετῆς ὑπομνήσαντος, κὴ ὅλι προαίρεσιν ἔχῃ ποιεῖν ἡμᾶς ὅλι ποῖ ἂν δύναται ἀγαθὸν, τιμῆσαι τ ἄνδρα χρυσῷ στεφάνῳ ἀριστείῳ κατὰ τ νόμον, καὶ στῆσαι αὐτοῦ εἰκόνα χαλκῆν ἐν τῷ τεμένῃ τῆ Δήμου, καὶ τ Χαρίτων. *Visum est nunc, Theodosio Theodori Sunienſi referente, populumque de virtute huius viri admonente, & propenſo ad bene faciendum animo, quotieſcumque occaſio ſe datura eſſet, honorare ipſum corona aurea virtutis ergo iuxta legem, ſtatuamque ex ære item collocare in templo Populi, & Charitum*. Erat autem ea ſtatua, de qua agit, Hircani, Iudæorum pontificis, ut ex antecedentibus clarum. Cultas autem Athenis Gratias, nempe Auxonem, & Hegemonem, teſtis etiam Pauſanias in Bœoticis. Τιμῶσι γὰρ ἐκ παλαιοῦ & Ἀθηναῖοι Χάριτας, Αὐξὼ, καὶ Ἡγεμόνην. *Venerantur enim iam ab antiquis temporibus Athenienſes Gratias, Auxonen, & Hegemonen*. Item PHORBANTEVM erat; quod Phorbanti dicatum, regi Curetum ab Erechtheo interfecto. Harpocration. Φορβάντιον. Ὑπερίδης, ἐν τῷ Καθ' Πατροκλέους. ὅλι τὸ Ἀθήνησι Φορβάντιον ὠνομάσθη ἀπὸ Φόρβαντος, βασιλεύσαντος Κρητῶν, κὴ ὑπ' Ἐρεχθέως ἀναιρεθέντος, δεδήλωκεν Ἀνδρων. *Phorbanteum; Hyperides, in Oratione Adverſus Patroclem; quod autem Phorbanteum Athenis de Phorbante nuncupatum, rege Curetum ab Erechtheo interfecto, Andron refert*. Quæ totidem pene verbis Suidas, & Etymologici Auctor. Meminit eius Andocides in Orat. περὶ μυστηρίων. Αἰσθόμενος ὃ ὁ Εὐφίλητος, ὡς ἥκοιμι, λέγει πρὸς αὐτὸς, ὅλι πέπεισμαι ταῦτα συμπροιεῖν, κὴ ὡμολόγηκα αὐτῷ μεθέξειν τοῦ ἔργου, καὶ περικόψειν τὸν Ἑρμῆν, τὸν περὶ τὸ Φορβάντιον. *Quum ſentiret Euphiletus, me venire, inquit illis; me perſuaſum eadem facere, & pollicitum, manum una operi admovere velle, ac Mercurii, quæ ad Phorbanteum eſt, ſtatuam amputare*. Phorbantis vero, tamquam Attici herois, meminit Hesychius. Φόρβας, Ἀττικὸς ἥρως. *Phorbas, heros Atticus*. Sua denique ſive templa, ſive ſigna, aut altaria, habuerunt, VENVS ΨΙΘΥΡΟΣ, & CVPIDO eodem item cognomento, ac MERCVRIVS ΨΙΘΥΡΙΣΤΗΣ. De quibus vide quæ notavi Attic. Lect. lib. IV. cap. XII. Erat & MERCVRIVS HIEMONIOS. Scholiaſtes Comici, Pluto. Καὶ χρησμὸν οἱ Ἀθηναῖοι Ἡγεμόνιον Ἑρμῆν ἱδρύσαντο. *Athenienſes iuſſu oraculi Mercurium Hegemonium dedicarunt*.

CAP. XII.

Iupiter Πατρῶος, *& Apollo. Qua de cauſa uterque ita nuncupatus. Harpocration reſtitutus. Apollo* Πατρῶος, *idem qui* Πύθιος; *& per eum in Ardetto iuſiurandum dari ſolitum*. Ἐνθρυπλος.

IVpiter, & Apollo, uterque Πατρῶος cognomento appellatus. Res eſt nota; non origo, quam obſervo apud Scholiaſten Comici, ad Νεφέλας. Πατρῶος Ζεὺς μὲν, μετὰ τὴν ἐν Ἀρκαδίᾳ, ἢ, ὡς ἕτεροι, μετὰ τὴν ἐν Κρήτῃ ἀνατροφὴν, ὅτε πρῶτον ταῖς Ἀθήναις ἐπέσχε, καὶ ἐφάνη τοῖς πατράσιν αὐτῶν· οἵ γε ταύτῃ τῇ προσηγορίᾳ τελειήκασιν αὐτόν. Ἀπόλλων δὲ, ὅλι Ἐρεχθέως θυγατέρα ἔγημε τὴν Κρέουσαν, ἐξ ἧς γίνεται ὁ Ἴων. *Iupiter quidem dictus eſt* Πατρῶος, *quod, poſt educationem in Arcadia, ſive Creta, ut alii volunt, primum Athenas venit, ac maioribus eorum ſe oſtendit, qui hoc eum cognomento honorarunt: Apollo vero, quod Creuſam, Erechthei filiam, uxorem duxit; e qua Ion eſt prognatus*. Et mox ibidem. Τιμᾶται παρ' Ἀθηναίοις Ζεὺς Πατρῶος, καὶ Ἀπόλλων· Διὰ τὸ πρώτους ὑποδέξασθαι τὸν θεὸν εἰς τὴν χώραν, καὶ θυσίαν συντελέσαι κατὰ φρήτρας, καὶ δήμους, καὶ συγγενείας, μόνους Ἑλλήνων. *Colitur apud Athenienſes Iupiter* Πατρῶος, *& Apollo; quia primi Græcorum deum utrumque in terram ſuam receperunt, tum & ſacra fecerunt per tribus, populos, ac familias cognatas*. Plato Euthydemo. Εἶτα τοῖς ἄλλοις, ἔφη, Ἀθηναίοις οὐκ ἔστι Ζεὺς ὁ Πατρῶος; οὐκ ἔστιν, ἦν δ' ἐγὼ, αὕτη ἐπωνυμία Ἰώνων οὐδενὶ, οὐδ' ὅσοι ἐκ ταύτης τῆς πόλεως ἀπῳκισμένοι εἰσὶν, οὐδ' ἡμῖν· ἀλλὰ Ἀπόλλων Πατρῶος, διὰ τὴν τοῦ Ἴωνος γένεσιν. *Deinde aliis, inquit, Athenienſibus an non eſt* Πατρῶος *Iupiter? non eſt, inquam, hoc cognomen ulli Ionum, nec colonis ab hac Vrbe; ſed Apollo eſt* Πατρῶος *ob nativitatem Ionis*. Ac Iovis quidem, meminit etiam Arrianus in Epictetum lib. III. cap. XI. Πρὸς γὰρ Διός εἰσιν ἅπαντες τοῦ Πατρώου. *Omnes enim ſunt a Iove Patrio*. De Apolline plures tradunt. Harpocration. Ἀπόλλων Πατρῶος, ὁ Πύθιος. προσηγορία ἥις ἐστι τοῦ θεοῦ, πολλῶν καὶ ἄλλων ὄντων. τὸν δὲ Ἀπόλλω κοινῶς Πατρῶον τιμῶσιν Ἀθηναῖοι ἀπὸ Ἴωνος. τούτου γὰρ οἰκήσαντος τὴν Ἀττικὴν, Ἀριστοτέλης φησὶ τοὺς Ἀθηναίους Ἴωνας κληθῆναι, καὶ Ἀπόλλωνα Πατρῶον αὐτοῖς ὀνομασθῆναι. *Apollo Patrius, qui & Pythius. Cognomen dei eſt, qualia item alia multa. Apollinem vero communiter Patrium colunt Athenienſes ab Ione; quippe, illo Atticam inhabitante, Athenienſes Ariſtoteles Iones vocatos tradit, & Apollinem ipſis Patrium nuncupatum*. Ita enim locum illum, hodie non uno mendo laborantem, reſtituendum eſſe cenſeo. Erat vero idem cum eo, qui Πύθιος alias dicebatur. Ecce in illis Harpocrationis verbis. Ἀπόλλων Πατρῶος, ὁ Πύθιος. *Apollo Patrius, qui & Pythius*. Demoſthenes in Orat. De Corona. Καλῶ δὲ ἐναντίον ὑμῶν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τοὺς θεοὺς ἅπαντας, & πάσας, ὅσοι τὴν χώραν ἔχουσι τὴν Ἀττικήν· καὶ τ Ἀπόλλω τὸν Πύθιον, ὃς Πατρῶός ἐστι τῇ Πόλει. *Contra vos, o Athenienſes, imploro deos omnes, deaſque*,

quotquot Atticam terram habent; & Pythium Apollinem, qui est Patrius huic Vrbi. Libanius Declam. XXIX. Τὸν Ἀπόλλω τ̃ Πύθιον, ὃ τοῖς χρησμοῖς ἀκολουθήσλες, τὰ μέγισα τῶν ἔργων ἐπράξαμεν. ὅτος τοίνυν, ὁ τ̃ῇ πόλῃ Πατρῶ@-, ἅπανλας τὰς ἄλλους ὑπερβὰς, τὸν νυνὶ κρινόμενον, ἀνεῖπε σοφώταλον. *Apollinem Pythium, cuius oraculis obsequuti res maximas gessimus. Hic igitur, qui Patrius Vrbi est, ceteros omnes supergressus, eum, qui nunc reus agitur, sapientissimum pronuntiavit.* Aristides in Panathenaica. Πατρῶον τ̃ Ἀπόλλω, τ̃ Πύθιον. *Apollinem Patrium, qui est Pythius.* Et hunc iurabant in Ardetto. Pollux lib. VIII. cap. X. Ὤμνυον ὃ ἐν Ἀρδήτ῀ῳ δικασηρίῳ Ἀπόλλω Πατρῶον. *Iurabant apud tribunal Ardettum Apollinem Patrium.* Nimirum hic ipse est, de quo Cicero De Nat. Deorum lib. III. *Vulcani item complures, primus Cœlo natus; ex quo Minerva Apollinem eum, cuius in tutela Athenas antiqui Historici esse voluerunt.* Et mox iterum. *Apollinum antiquissimus is, quem paulo ante ex Vulcano natum esse dixi, custodem Athenarum.* Colebatur Apollo etiam Ἐνθρύπ῀ῳ cognomento. Suidas in Ἔνθρυπ῀ον. Καὶ Ἀπόλλων ὃ παρὰ Ἀθηναίοις Ἔνθρυπ῀ος. *Et vero Apollo apud Athenienses Enthryptus.* Totidem verbis Hesychius in Ἔνθρυπ῀α.

CAP. XIII.

Templa Iunonis, Iovis, Πανελλωίυ, & omnium deorum; columnæ etiam centum, & viginti e lapide Phrygio, Hadriani opera. Deorum omnium commune templum Πάνθεον dictum, quale fuerit. Historiæ Græcorum exterius sculptæ, & equi duo, a Praxitele facti: intus scriptum, quæ Hadrianus Imperator templa vel fecisset nova, vel antiqua instaurasset: tum donaria, & largitiones eius, Iupiter Ἐγκύκλι@-. Hesychius correctus. Ἐπωπετής. Φράτρι@-. Φράτριον. Iuno. Θελξινία. Apollo Κύννι@-. Neptunus Ἐλάτης, Κυνάδης, Ἀσφάλ῀@-. Cranai fanum, & sacerdos e familia Charidarum. Horarum quoque; & in eo aræ Bacchi, τ̃ῷ Ὀρθῷ cognominati. Inter Horas Thallo culta; in cuius nomine Pausanias correctus. Aræ Nympharum ab Amphictyone dedicatæ. Veneris τ̃ῆς Ἑταίρας fanum, & Eurysacis; cuius etiam ara ibi. Socratis etiam, & fons ibidem. Denique Imprecationis.

TEmplum Iunonis, & Iovis ΠΑΝΕΛΛΗΝΙΟΥ, ac Deorum omnium tertium, Hadrianus Imperator ædificavit; tum columnas centum ac viginti posuit e Phrygio lapide. Pausanias. Ἀδριανὸς ὃ κα῀εσκευάσαλο μὲν κ῀ ἄλλα Ἀθηναίοις, ναὸν Ἥρας, κ῀ Διὸς Πανελλωίυ, κ῀ θεοῖς τοῖς πᾶσιν ἱερὸν κοινόν. τὰ δὲ ἐπιφανέσα῀α, ἑκατὸν εἴκοσι κίονες, Φρυγίυ λίθυ. *Hadrianus vero cum alia apud Athenienses ædificavit, tum Iunonis, Iovis Panhellenii, & deorum omnium commune templum; ac spectatæ inter cetera sunt maxime columnæ centum e lapide Phrygio.* Ac deorum quidem omnium commune templum Πάνθεον (1) ex re nuncupatum, id magnificentissimum fuit, & extrinsecus sculptæ Historiæ Græcorum: deinde supra magnam portam equi duo, a Praxitele summo artificio facti: supereſtque etiam hodie. Theodosius Zygomalas in Epistola ad Martinum Crusium scripta, an. clo Io LXXV. ubi de Vrbe Athenienſi illi sermo, qualis ea hodie exstat. Τὸ Πάνθεον (ἴδον,) οἰκοδομὴν νικῶσαν πάσας οἰκοδομάς· γλυπ῀ὰς ἐκ῀ὸς διὰ πάσης τ῀ οἰκοδομῆς ἔχουσαν τὰς ἱσορίας Ἑλλήνων, κ῀ ταῦ῀α τὰς θείας· κ῀ μετὰ τ῀ ἄλλων, ἐπάνω τ̃ῆς μεγάλης πύλης, ἵππους δύο, φρυασσομένους ἀνδρομέαν εἰς σάρκα, τὸ δοκεῖν ἐμψύχους· ὅς λέγε῀αι, ὅ῀ι ἐλάξευσε Πραξι῀έλης. καί ἐσιν ἰδεῖν διικνυμένῳ καὶ λίθων τὴν ἀρετήν. *Pantheum (vidi) quod est ædificium aliis omnibus excellentius; in quo extrinsecus circumquaque historiæ Græcorum sculptæ sunt, & quidem divinæ. Inter alia, supra magnam portam duos equos, tamquam frementes in carnem humanam, viventibus similes, est videre; quos Praxiteles fecisse dicitur; ita ut etiam lapides pertransire virtus videatur.* Intus, inter cetera, scriptum, quænam templa Hadrianus Imperator nova fecisset; vel quæ etiam instaurasset, & donariis ornasset: quæque civitatibus Græcis, barbarisve concessisset. Pausanias. Ὁπόσα ὃ (ὁ Ἀδριανὸς) θεῶν ἱερὰ, τὰ μὲν ᾠκοδόμησεν ἐξ ἀρχῆς, τὰ δὲ κ῀ ἐπεκόσμησεν ἀναθήμασι, καὶ κα῀ασκευαῖς, ἢ δωρεὰς πόλεσιν ἔδωκεν Ἑλλωίσι, τὰς ὃ καὶ τ῀ βαρβάρων τοῖς δεηθεῖσιν, ἐσὶν οἱ πάν῀α γεγραμμένα Ἀθήνησιν, ἐν τῷ κοινῷ τ῀ θεῶν ἱερῷ. *Quæ vero [Hadrianus] templa deorum, vel noua fecit, vel in melius exstruxit, ac donariis ornavit, aut largitus est urbibus Græcis, Barbarisve, supplicantibus, ea omnia scripta Athenis, in communi deorum æde.* Erat quoque Iovis ΤΟΥ ΕΓΚΥΚΛΙΟΥ. Hesychius indicat. Ἐγκύκλιον, τὸ πανα῀αχ῀ κύκλιον, (ita scribo, non κυκνῶ·) ἢ Ζεὺς, παρ' Ἀθωαίοις. *Encyclium, ubique orbiculatum, vel Iupiter, apud Athenienses.* Etiam ΕΠΩΠΕΤΗΣ colebatur. Hesychius. Ἐπωπετὴς, Ζεὺς παρὰ Ἀθωαίοις. *Epopetes, Iupiter apud Athenienses.* Item ΦΡΑΤΡΙΟΣ. Pollux lib. I. cap. I. sect. XXIII. Τὰ πολλὰ ὃ τούτων, κ῀ ἰδίᾳ ἐσι τ῀ Διός· ὥσπερ, Τ῀έλι@-· (2) κ῀, ὁ Καταβάτης· κ῀ παρ' Ἀθωαίοις, Φράτρι@-. *Multa horum, etiam sunt Iovis propria; uti Pluvius, Descensor: & apud Athenienses, Tribulis.* Et templum eius, Φράτριον dictum. Hoc est, de quo idem Pollux lib. III. cap. IV. Καὶ θεοὶ Φράτριοι, καὶ Φίλιοι· τὸ ὃ ἱερὸν, εἰς ὃ συνήεσαν, Φράτριον ἐκαλεῖ῀ο. *Et dii Tribules, amicitiæque præsides; templum vero, in quod conveniebant, Tribule dicebatur.* Erat & IVNONIS alibi, cognomento ΘΕΛΞΙΝΙΑΣ. Hesychius. Θελξινία. Ἥρα. Τιμᾶ῀αι παρ' Ἀθωαίοις. *Thelxinia, Iuno; colebatur apud Athenienses.* Et APOLLINIS ΤΟΥ ΚΥΝΝΙΟΥ. Idem Hesychius. Κυννίδαι, γέν@- Ἀθήνησιν· ἐξ ἧ῀ ὁ ἱερεὺς τ῀ Κυννίυ Ἀπόλλων@-. *Cynnidæ, familia Athenis; e qua sacerdos Apollinis Cynnii.* Colebatur item Neptunus ὁ ΕΛΑΤΗΣ. Hesychius. Ἐλάτης, ὁ Ποσειδῶν ἐν Ἀθήναις. *Elates, Neptunus Athenis.* Etiam ΚΥΝΑΔΗΣ. Hesychius rursum alio loco. Κυνά-

1. Cognomine templum Romae erat.
2. Iovis Pluvii imaginem egregiam, ac pervetustam vide apud *Montfalconium Antiquitatibus Explicatis.*

Digitized by Google

Κυνάδης, Ποσειδῶν· Α'θήνησιν ἐτιμᾶτο. *Cynades, Neptunus: Athenis colebatur.* Et ΑΣΦΑΛΕΙΟΣ. Scholiaſtes Ariſtophanis, Acharnenſibus. Α'σφάλειος Ποσειδῶν παρὰ Α'θηναίοις τιμᾶται, ἵνα ἀσφαλῶς πλέωσιν. *Aſphalius Neptunus apud Athenienſes colebatur, uti tuto navigarent.* Sed & CRANAVM alibi obſervo. Non diſerte illud quidem memoratur; ſed Heſychius tamen innuit: qui fuiſſe ſacerdotem illi tradit e familia Charidarum. Ecce verba. Χαρίδαι, γένος, ἐξ ἧς ὁ ἱερεὺς τῦ Κραναῦ. *Charidæ; familia, e qua Cranai ſacerdos.* Erat etiam HORARVM, & in eo aræ BACCHI τῦ ΟΡΘΟΥ, ac NYMPHARVM; quas rex Amphictyon ibi dedicaverat Athenæus lib. II. Φιλόχορος ὁ φησιν, Α'μφικτύονα, τὸν Α'θηναίων βασιλέα, μαθόντα παρὰ Διονύσυ τὸ τῦ οἴνυ κρᾶσιν, πρῶτον κεράσαι· διὸ καὶ ὀρθὰς γενέσθαι τὰς ἀνθρώπυς, ὕτω πίνοντας, πρότερον ὑπὸ τῦ ἀκράτυ καμπτομένυς. ϗ διὰ τῦτο ἱδρύσασθαι βωμὸν Ο'ρθῦ Διονύσυ, ἐν τῷ Ω'ρῶν ἱερῷ. αὕται γὰρ ϗ τὸ ἄμπελυ καρπὸν ἐκτρέφυσι. πλησίον δ' αὐτῦ, ϗ ταῖς Νύμφαις βωμὸν ἔδειμεν, ὑπόμνημα τοῖς χρωμένοις τὸ κράσεως ποιύμενος. *Philochorus auctor eſt, Amphictyonem, Athenienſium regem, edoctum a Baccho vini diluendi rationem, primum iſtud diluiſſe: qua de cauſa quum incederent homines recti, antea meraco curvi, aram ſtatuit Baccho Recto in Horarum templo: ea enim vitis fructum educant: prope autem etiam Nymphis aram poſuit; ut de vino diluendo, ſi qui uti eo vellent, admoneret.* Ac Bacchi Recti iterum meminit lib. IV. Τὴν γὰρ σύμμετρον κρᾶσιν τῦ οἴνυ ὑπὸ Α'μφικτύονος βασιλεύσαντος διδαχθῆναι φησὶν Α'θηναίυς· ϗ διὰ τῦτο ἱερὸν Ο'ρθῦ Διονύσυ ἱδρύσασθαι. *Nam aquam vini diluendi rationem didiciſſe Athenienſes ab Amphictyone rege ait; ideoque Baccho Recto fanum eſſe conſtitutum.* Vbi in eo tamen variat; quod hic templum, ibi aram poſitam dicat. Inter Horas, quas colebant, ut hoc obiter nunc dicam, Carpo erat, item Thallo; quam poſtremam pari cum Pandroſo cultu proſequebantur. Pauſanias in Bœoticis. Το γὰρ τ̃ Καρπῦς ἐστιν ὄ χάρις, ἀλλὰ Ω'ρας ὄνομα. τῇ δὲ ἑτέρᾳ τ̃ Ω'ρῶν νέμυσιν ὁμῦ τῇ Πανδρόσῳ τιμὰς οἱ Α'θηναῖοι, Θαλλὼ τ̃ θεὸν ὀνομάζοντες. Ita enim ibi legendum non Θαλλωτὴν θεὸν ὀ. *Carpus enim nomen non eſt Gratiæ, ſed Horæ. Et horarum alteri communes cum Pandroſo honores habent Athenienſes.* Meminitque eius Clemens in Protreptico. Αὐξώ τε, καὶ Θαλλὼ, αἱ Α'τθίδες. *Auxoque, & Thallo, Atticæ.* Etiam VENERIS τ̃ ΕΤΑΙΡΑΣ. Clemens in Protreptico. Οὐχὶ δὲ Α'φροδίτη Περιβασίη μὲν Α'ργεῖοι, Ε'ταίρᾳ δὲ Α'θηναῖοι θύυσιν; *An non Veneri Peribaſiæ Argivi, & Hetæræ Athenienſes ſacra faciunt?* EVRYSACIS (1) quoque templum invenio prope forum. Harpocration. Παρὰ τῷ Κολωνῷ εἰσήκασαν, ὅς ἐστι πλησίον τ̃ ἀγορᾶς· ἔνθα τὸ Η'φαίστιον, καὶ τὸ Εὐρυσάκιον ἐστι. *Ad Colonum ſteterant, qui iuxta forum; ubi Vulcani templum eſt, & Euryſacis.* Pollux lib. VII. cap. XXIX. Ἐν ἀγορᾷ, παρὰ τὸ Εὐρυσάκιον. *In foro, iuxta fanum Euryſacis.* Eiuſdem ara commemoratur a Pauſania. Καὶ γὰρ Εὐρυσάκυς βωμός ἐστιν ἐν Α'θήναις. *Etenim Euryſacis ara eſt Athenis.* Quin & SOCRATIS quoddam fuit. Marinus in Vita Procli. Ω'ς γὰρ εἰς τὸν Πειραιᾶ καθῆκε, καὶ τοῖς ἐν τῇ πόλει καθεμηνύθη τῦτο, Νικόλαος, ὁ ὕστερον μὲν περιφανὴς ἐπὶ τῇ σοφιστικῇ γενόμενος, τηνικαῦτα δὲ σχολάζων τοῖς ἐν Α'θήναις διδασκάλοις, καθέζη εἰς τ̃ λιμένα, ὡς πρὸς γνώριμον· ὑποδεξόμενός τε αὐτὸν, καὶ ξεναγήσων, ὡς πολίτην. Λύκιος γὰρ καὶ ὁ Νικόλαος. ἤχθη δὲ αὐτὸν ἐπὶ τὴν πόλιν, ὁ δὲ, ἐκ τῦ βαδίζειν, κόπυ ἤσθετο καὶ τὰ τὴν ὁδόν. ϗ περὶ τὸ Σωκρατεῖον, ὅπως εἰδὼς, ὅτε ἀκηκοὼς, ὅτι Σωκράτυς αὐτῦ πυ ἐγίγνετο λιμὴν, ἠξίυ δὲ τ̃ Νικόλαον ἐπιμένειν τε αὐτόθι βραχὺ, καὶ καθέζεσθαι. ἅμα δὲ, καὶ εἰ ἔχοι πόθεν ὕδωρ, αὐτῷ πορίσασθαι. καὶ γὰρ δίψει πολλῷ, ὡς ἔλεγε, κατέχετο. *Quum ad Piræeum appuliſſet, idque iis, qui in Vrbe, nuntiatum etiam eſſet, Nicolaus, qui deinde in dicendi arte floruit, & Athenis eo tempore doctoribus operam dabat, deſcendit ad portum, excepturus eum, & hoſpitio habiturus, velut civem; quippe Lycius etiam Nicolaus erat; itaque deduxit in Vrbem. Ille vero quum ſe laſſum ex itinere ſentiret per viam, apud Socratis ſacellum, quum nec ſciret ipſe quidquam, neque unquam audiviſſet, ibi loci Socratem coli, rogavit Nicolaum, ut ſubſiſteret pauliſper, ac conſideret; tum, ſi poſſet, aquam ſibi alicunde ſuppeditaret; ſiquidem, ut inquiebat, magna ſiti laborabat.* Ac fons iuxta. Marinus ibidem. Ο' δὲ, ἑτοίμως αὐτῷ ϗ τῦτο, ὐκ ἀλλαχόθεν πόθεν, ἐξ αὐτῦ δὲ ἐκείνυ τῦ ἱεροῦ χωρίυ, ἑτοίᾳ φέρεσθαι. ὐδὲ γὰρ πόῤῥω ἦν ἡ πηγὴ τ̃ Σωκράτυς ϛήλης. πιόντι δὲ αὐτῷ, σύμβολον ὁ Νικόλαος ϗ τότε πρῶτον ἐπιϛέσας εἶπεν, ὡς τῷ Σωκρατείῳ εἴη ἐνιδρυθεὶς, καὶ πρῶτον ἐκεῖθεν Α'τθικὸν ὕδωρ πιών. *Ille ſtatim, nec aliunde, quam ex eo ipſo loco conſecrato, adferri curabat; neque fons, qui ad ſtatuam Socratis, longe aberat. Ac, quum bibiſſet, Nicolaus, idque tum conſiderans primum, omen eſt, inquit, quod in Socratis ſacello conſederis, & aquam primum Atticam biberis.* Denique ut finiam, erat alibi etiam IMPRECATIONIS. Heſychius. Α'ρᾶς ἱερόν. ἱερὸν Α'ρᾶς Α'θήνησι. *Imprecationis fanum. Fanum Imprecationis eſt Athenis.*

CAP. XIV.

Dii novitii, & ignobiles. Orthanes. Heſychius emendatus; item Lycophron, & Iſaacius Tzetzes. Eubuli fabula quædam, Ο'ρθάνης. Coniſſalus. Tychon. Heſychius iterum reſtitutus, ut & Clemens. Lordo. Cybdaſus. Burichus. Adimantus. Oxythemis.

ERant & novitii dii, atque obſcuri; Orthanes, Coniſſalus, Tychon, aliique. Strabo lib. XIII. Α'πεδείχθη δὲ θεὸς ἔτος ἀπὸ τ̃ νεωτέρων. ὐδὲ γὰρ Η'σίοδος εἶδε Πρίαπον· ἀλλ' ἔοικε τοῖς Α'τθικοῖς, Ο'ρθάνῃ, ϗ Κονισσάλῳ, καὶ Τύχωνι, καὶ τοῖς τοιύτοις. *Accenſus vero eſt & diis novitiis; neque enim Priapum Heſiodus novit; ſed videtur ſimilis Atticis, Orthanæ, Coniſſalo, Tychoni, & talibus.* De Orthane eſt Heſychii iſte locus. Ο'ρθάνης, τ̃ ὑπὸ τ̃ Πρίαπόν ἐστι θεῶν, καὶ αὐτὸς ἐντελαμένον ἔχων αἰδοῖον. *Orthanes*

1. Euryſaces Aiacis filius erat, de quo *Plutarchus* in *Solone*. Meminit etiam obiter *Meurſius* noſter *De Fortun. Attic.* Cap. V.

thanes ex iis diis est, qui Priapo famulantur, cum intenso & ipse veretro. Ita emendo; perperam enim illic editur. Ὀρθάνης. Et observa, e Priapi famulitio hunc fuisse, quod etiam Isaacius Tzetzes dicit, ad Lycophronis Cassandram. Ὀρθάνιον, τὸ ξένον, κατὰ διάλεκτον. ἔστι δὲ καὶ Ὀρθάνης δαίμων Πριαπώδης παρὰ τῇ Ἀφροδίτῃ. *Orthanem, peregrinum, iuxta dialectum. Est vero Orthanes etiam deus, e Priapi sodalitio apud Venerem.* Lycophron Paridem, hominem libidinosum, ita vocat.

Οὓς, τὸν πλανήτην ὀρθάνην ὅταν δόμοις
Σίννιν καλαῤῥακῆρα δέξωνται πικρὸν,
Θήσῃ βαρὺν κολωὸν ἐν λέσχαις μέσον.
Qui, quum erronem hospitem convivio
Noxium vastatorem acceperint,
Grave efficiet in mediis confabulationibus
iurgium.

Ita enim utrobique emendo; neque enim recte editur hic Ὀρθάγιον; ibi, Ὀρθάγης. Plato Comicus in Phaone apud Athenæum lib. x.

Βολβῶν μὲν Ὀρθάνη τρεῖ ἡμιεκτέα.
Bulborum Orthanæ tres sesquisetarii.

Et Eubuli quædam fabula inscripta est Ὀρθάνης. Athenæus lib. iii. Κυπρίων δὲ ἄρτων μνημονεύει Εὔβουλος, ὡς διαφόρων, ἐν Ὀρθάνῃ. *Cyprios panes, ut præstantes, commemorat Eubulus in Orthane.* Meminitque locis pluribus. De Conissalo mentio exstat apud Comicum Platonem in Phaone apud Athenæum loco iam citato.

Κονισσάλῳ δὲ, καὶ παρασάταιν δυοῖν
Μύρτων πινακίσκος, χερὶ παρατετριμμένων.
Conissalo vero, & duobus sociis,
Myrtorum lanx, manu decerptarum

Aristophanes, Lysistrata.

Σὺ δ' εἶ τίς; πότερον ἄνθρωπος, ἢ Κονίσαλος.
Sed tu quis es? an homo, an Conissalus.

Suidas. Κονίσαλος, δαίμων Πριαπώδης. *Conissalus, deus e Priapi sodalitio.* Tychon, a quibusdam Mercurius, a quibusdam in Veneris esse comitatu censebatur. Hesychius. Τύχων· ἔνιοι, τὸν Ἑρμῆν. ἄλλοι δὲ, τὸν περὶ τὴν Ἀφροδίτην. *Tychon, quidam, Mercurium eum; alii, e Veneris esse comitatu arbitrantur.* Ita enim ibi scribendum; non Τυχόον, uti editur. Corrigendus quoque Clemens in Protreptico. Τί γὰρ ἡγεῖσθε, ὦ ἄνθρωποι, τὸν Τύχωνα Ἑρμῆν. *Quid enim arbitramini, o homines, Mercurium Tychona?* Hodie non recte editur, τὸν Τυφῶνα Ἑρμῆν. *Typhona Mercurium.* Falluntur viri docti, qui aliter nobis locum illum restituere sunt conati. Eiusdem commatis Lordo erat, Cybdasusque. Meminit Plato in Phaone.

Λόρδωνι δραχμὴ, Κυβδάσῳ τριώβολον.
Lordoni drachma, Cybdaso tres oboli.

Burichus quoque, Adimantus, & Oxythemis; quibus templa statuerunt per adulationem, ut Demetrio Poliorcetæ tanto magis se probarent. Athenæus lib. vi. Δημοχάρης γοῦν, ὁ Δημοσθένους τοῦ ῥήτορος ἀνεψιὸς, ἐν τῇ εἰκοστῇ τῶν Ἱστοριῶν, διηγούμενος περὶ ἧς ἐποιοῦντο οἱ Ἀθηναῖοι κολακείας πρὸς τὸν Πολιορκητὴν Δημήτριον, γράφει οὕτως· Ἐλύπει μὲν καὶ τούτων ἔνια αὐτὸν, ὡς ἔοικεν· ἦν μὲν ἀλλὰ καὶ ἀλλά γε, πανταχῶς αἰσχρὰ, καὶ ταπεινά. Λεαίνης μὲν καὶ Λαμίας Ἀφροδίτης ἱερά· καὶ Βυρίχου, καὶ Ἀδιμάντου, καὶ Ὀξυθέμιδος, τῶν κολάκων αὐτοῦ· καὶ βωμοὶ, καὶ ἡρῶα, καὶ σπονδαί. *Democharis, Demosthenis oratoris consobrinus, libro vigesimo Historiarum quum assentationes explicat, quibus Demetrio Poliorcetæ adblanditi sunt Athenienses, quamquam invito, ita scribit. Horum quædam, ut apparebat, Demetrium offendebant; quin etiam alia insuper, prorsus fœda, & humilia; nempe Leænæ, Lamiæque Veneris templa, & Burichi, Adimanti, & Oxythemidis, eius assentatorum, aræ, sacella, & sacra.*

ATHE-

Digitized by Google

ATHENARVM ATTICARVM

LIBER TERTIVS.

CAPVT PRIMVM.

Heroes varii, Ἰατρὸς, *ſive Ariſtomachus.* Ἰατρὸς ξένος, *ſive Toxaris. Heſychii locus reſtitutus.* Ἡσυχος; *a quo* Ἡσυχίδαι, *ſacerdotes; & eorum ſacrificium.* Καλαμίτης. *Alon.* Κέλης. *Heſychius iterum emendatus.* Σλεφανηφόρος. *Celeus, & Metanira, uxor: Scholiaſtes Hephæſtionis correctus; item Pauſanias, & Diomedes. Lycus; eius ſtatua lupi forma: tum Erechthei, a Myrone facta.*

VArii quoque ab Athenienſibus heroes culti, præter decem numero Eponymos, qui maiorum gentium erant, & commemorati mihi *Ceramici* cap. VII. Nunc minores memorabo, in quibus unus, ἥρως ἰατρὸς nuncupatus. Meminit eius Heſychius. Ἰατρὸς, ἥρως Ἀθήνησιν ἀρχαῖος. *Medicus, heros Athenis antiquus.* Demoſthenes in Orat. De falſa leg. Διδάσκων δ' ὁ πατὴρ γράμματα, ὡς ἐγὼ τῶν πρεσβυτέρων ἀκήκοα, πρὸς τῷ τοῦ ἥρωος τοῦ ἰατροῦ. *Docens eius pater literas, ut ego e natu maioribus audio, ad herois medici fanum.* Proprium ei nomen erat, Ariſtomachus. Vlpianus in Demoſthenis illum locum. Οὗ ὁ ἰατρὸς ἥρως ἐλέγετο, διὰ τὸ μέγεθος τοῦ σώματος· τὸ δὲ κύριον ὄνομα αὐτοῦ, Ἀριστόμαχος. *Heros medicus dicebatur propter corporis magnitudinem; nomen vero illi proprium, Ariſtomachus.* Alius erat, Ἰατρὸς ξένος appellatus, cui proprium nomen, Toxaris. Lucianus, Scytha. Ὁ Τόξαρις οὐδὲ ἀπῆλθεν ἔτι ὀπίσω εἰς Σκύθας, ἀλλ' Ἀθήνησιν ἀπέθανε· καὶ μετ' οὐ πολὺ κὴ ἥρως ἔδοξε, καὶ ἐντέμνουσιν αὐτῷ Ξένῳ Ἰατρῷ οἱ Ἀθηναῖοι. *Neque Toxaris ad Scythas eſt regreſſus, ſed Athenis diem obiit, & non multo poſt heros habitus; ſacraque ei Athenienſes, Medicum Peregrinum appellantes, faciunt.* Eratque eius monumentum iuxta dipylum; item cippus, ſemper ſertis redimitus; ubi febri laborantes perſanari ferebantur. Lucianus, eodem Scytha. Εἶσι δὴ οὐ πολὺ ἀπὸ τοῦ Διπύλου, ἐν ἀριστερᾷ εἰς Ἀκαδημίαν, ἀπιόντων, οὐ μέγα τὸ χῶμα, καὶ ἡ στήλη χαμαὶ, πλὴν ἀλλ' ἔστεπταί γ' ἀεί. (1) κὴ φασι, πυρεταίνοντάς τινας ἤδη πεπαῦσθαι ἀπ' αὐτοῦ. *Eſt non longe a Dipylo, ſiniſtrorſum qua ad Academiam itur, tumulus non magnus, & cippus humilis, verum ſemper coronatus: memorantque quoſdam ab eo, febri laborantes, iam curatos eſſe.* Erat item, Ἡσυχος ἥρως nuncupatus; cui ἡσυχίδαι adpellati, ſacra Eumenidibus facturi, arietem præſacrificabant. Polemon in opere, quod inſcripſerat, Τὰ περὶ Ἐρατοσθένην, apud Scholiaſten Sophoclis ad Oed. Col. Καὶ προθύονται (οἱ ἡσυχίδαι) πρὸ τῆς θυσίας ταύτης κριὸν, ἡσύχῳ ἱερὸν ἥρωι, τοῦτον οὕτω καλοῦντες διὰ τὴν εὐφημίαν. *Et præſacrificant (Heſychidæ) priuſquam ſacra illa faciunt, arietem, ſacrum heroi; quem Quietum boni ominis cauſa dicunt.* Erat Καλαμίτης etiam. Heſychius. Καλαμίτης, ἥρως, τῷ κλισίῳ πλησίον. *Calamites, heros, prope fornicem.* Ita emendo; nam perperam editur, τῷ ἡλυσίῳ πλησίον. Habes clare apud Demoſthenem Orat. De Corona. Πότερ' ὡς ὁ πατήρ σου Τρόμης ἐδίδαξεν παρ' Ἐλπίᾳ, τῷ πρὸς τῷ Θησείῳ διδάσκοντι γράμματα, χοίνικας παχείας ἔχων, καὶ ξύλον· ἢ ὡς ἡ μήτηρ σου, τοῖς μεθημερινοῖς γάμοις ἐν τῷ κλισίῳ, τῷ πρὸς τῷ Καλαμίτῃ Ἥρωι, χρωμένη, τὸν καλὸν ἀνδριάντα, καὶ τριπλαγωνιστὴν ἄκρον, ἐξέθρεψέ σε. *Vtrum illud dicam, patrem tuum, Trometem ſerviiſſe apud Elpiam, qui literas docebat ad Theſei fanum, craſſis compedibus vinctum, & ligno? aut matrem tuam, quotidianas nuptias celebrantem in fornice iuxta Calamiten Heroem, te nobis, pulcram illam ſtatuam, & ſummum hiſtrionem educaſſe.* Alon quoque; mentioque eius exſtat apud Scholiaſten Sophoclis in Poetæ eius Vita; ubi ipſum ſacerdotio eius functum nobis tradit. Ἔσχε δὴ κὴ τὴν τοῦ Ἄλωνος ἱερωσύνην· ὃς ἥρως ἦν μετὰ Ἀσκληπίου, παρὰ Χείρωνι. *Obiit vero etiam Alonis ſacerdotium; qui heros erat cum Aeſculapio apud Chironem.* Invenitur item Κέλης. Ecce in Platonis Comici Phaone apud Athenæum lib. x.

Ἥρῳ Κέληι δέρμα, καὶ θυλήματα.
Heroi Celeti pellis, & libamina.

Corrigendus eſt Heſychii locus. Κέλης, ἵππος, καὶ ἱππασὴς, κὴ ἥρως, κὴ εἶδός τι τῆς νεώς. *Celes, equus, & eques, & heros, & ſpecies quædam navis.* Hodie non recte editur: ἱππασὴς,

1. *Tibullus:*
Nam veneror, ſeu ſtipes habet deſertus in agris,
Seu gerit in trivio florea ſerta lapis.
Mos ſpargendi flores, & frondes ſuper ſepulcra perantiquus. *Virgilius:*
Purpureos ſpargam flores, animamque ſepulti
His ſaltem accumulem donis.
Et alibi:
Spargite humum foliis, inducite fontibus umbras,
Et tumulum facite.
Germani in ſepulcretis ſuper mortuorum tumulos flores etiamnum ſerunt.

σης, ᾗ μέρ☉, ᾗ εἶδός τι. *Eques, & pars, ac ſpecies.* Erat & Στεφανηφόρ☉. De quo vide *Lectiones* noſtras *Atticas* lib. IV. cap. X. Celeus item cum uxore Metanira. Athenagoras in Legatione. Ἀθηναῖοι μὲν Κελεὸν, ᾗ Μετάνδραν, ἵδρυνται θεούς. *Athenienſes quidem Celeum, & Metaniram in deos conſecrarunt.* Ac Metaniræ multa eſt mentio apud veteres. Apud Nicandrum in Theriacis:

——— ὅτ' ἐν Κελεοῖο θεράπναις
Ἀρχαίη Μετάνδρα θεὴν δείδεκτο περίφρων.
——— *quum inter Celei ancillas*
Vetula prudens Metanira deam excepit.

Vbi Scholiaſtes. Χρόνῳ ὕστερόν τινι ἡ Μετάνδρα τὴν Δήμητρα ὑπεδέξατο εἰς τὸν οἶκον αὐτῆς. *Aliquanto poſt Metanira Cererem in ædibus ſuis hoſpitio excepit.* Iterum ad Alexipharmaca. Ἰάμβη δέ τις, δούλη τῆς Μετανείρας, ῥαψῳδοῦσαν τὴν θεὸν ὁρῶσα, γελοιώδεις λόγους, ᾗ σκώμματά τινα, πρὸς τὸ γελάσαι τὴν θεὸν, ἔλεγεν. *Iambe quædam Metaniræ ancilla, quum deiectam animo deam videret, ut moveret ei riſum, ſermones ridiculos, ac ſcommata quædam proloquuta eſt.* Et paulo ante. Ἀπὸ τῆς γυναικὸς αὐτῆς Μετανείρας. *Ab uxore eius Metanira.* Ariſtides in Eleuſinia. Καὶ τούτοις Κελεός τε, καὶ Μετάνδρα, καὶ Τριπτόλεμ☉, ἐπιφημίζονται. *Inter hæc autem Celeus, & Metanira, ac Triptolemus recitantur.* Nonnus, Dionyſ. lib. XLVII.

Ἰκάρι☉ Κελεοῖο, ᾗ Ἠριγόνη Μετανείρης.
Icarius Celei, & Erigone Metaniræ.

Apollodorus lib. I. Οὗτ☉ δὲ τῇ Κελεοῦ γυναικὶ Μετανείρᾳ παιδίῳ, τοῦτο ἔθρεψεν ἡ Δημήτηρ παραλαβοῦσα. *Quum Celei uxori Metaniræ filius eſſet, eum Ceres ad ſe receptum educavit.* Et occurrit illic bis, terque Ioannes Tzetzes ad Heſiodi Ἔργων α. Ἀπὸ Τριπτολέμου δὲ, τοῦ Κελεοῦ καὶ Μετανείρας παιδὸς, τὰ περὶ τὴν παῖδα μαθοῦσα (ἡ Δημήτηρ,) εἰς ἀμοιβὴν τὰ σπέρματα τῷ Τριπτολέμῳ δ' δωσι, καὶ πτερωτῶν ἅρμα δρακόντων. *Ceres a Triptolemo, Celei, & Metaniræ filio, quæ filiæ accidiſſent edocta, ut gratiam rependeret, ſemina ei, & currum alatis draconibus iunctum eſt largita.* Itaque non recte eſt apud Pauſaniam in Atticis. Καὶ οἱ τὴν Μεγάνδραν πιστεῦσαι ὕτω τοῦ παιδὸς τὴν ἀναστροφήν. ὀλίγῳ ὑπωτέρῳ τοῦ φρεάτ☉, ἱερὸν Μεγανείρας ἐστί. *Atque ita Meganiram filii educationem ipſi credidiſſe; eſtque paulo longius a puteo Meganiræ fanum.* Reſcribe Μετάνειραν, & Μετανείρας. Et apud Diomedem lib. III. *Huius autem origo verbi ex nomine Iambes, famulæ Celei, derivatur; quæ Cererem, filiam quærendo ad Meganiram coniugem Celei delatam, quum vidiſſet ſolicitam, male tractavit.* Etiam illic reſcribendum, *ad Metaniram.* Corruptiſſimus autem locus Scholiaſtæ, Hephæſtionis. ἡ Δημήτηρ, περίλυπ☉ οὖσα ἐπὶ τῇ ἁρπαγῇ τ ἑαυτῆς θυγατρὸς, καὶ πλανωμένη, παρεξενήθη τινὶ ὀνόματι Κελεῷ, καὶ τῇ αὐτοῦ γαμετῇ Νήρι. *Ceres, triſtis ob ereptam filiam, & oberrans, hoſpitio excepta fuit a quodam Celeo, & uxore eius Neri.* Omnino eſt reſtituendum, ᾗ τῇ αὐτοῦ γαμετῇ Μετανείρᾳ. *Et uxore eius Metanira.* Adhæſerant fini vocis γαμετῇ duæ priores ſyllabæ de nomine Metaniræ; ut ſunt multa eiuſmodi a librariis feſtinantibus commiſſa. Erat denique Lycus heros; cuius ſtatua, lupi (1) forma, Athenis ante tribunalia ſpectabatur. Heſychius. Λύκ☉, ἥρως, πρὸς τοῖς ἐν Ἀθήναις δικαστηρίοις ἵδρυτο, τοῦ θηρίου τὴν μορφὴν ἔχων. *Lycus, heros, Athenis ante tribunalia poſitus erat, lupi animalis formam habens.* Meminitque item Etymologici Auctor in Δεκάσαι; & Suidas. Vide quæ notavi pridem, Attic. Lect. lib. III. cap. IX. Etiam Erechthei alibi ſtatua erat, a Myrone adeo eleganter facta, ut hæc inter eius opera primas ferre putaretur. Pauſanias indicat in Bœoticis. Ἔργον τ Μύρων☉, θέας μάλιστα ἄξιον, μετά γε τ Ἀθήνησιν Ἐρεχθέα. *Opus, eorum, quæ Myronis ſunt, maxime ſpectatu dignum; poſt Erechtheum, qui Athenis.* Eſt fortaſſis ea ipſa, quam inter heroum Eponymorum ſtatuas memorat in Atticis ſuis.

CAP. II.

Ara Anterotis dedicata ab inquilinis. Timagoræ amor; Meletis duritia, & pœna. Suidæ in hac re diſſenſus. Aræ Verecundiæ, Famæ, & Alacritatis. Famæ quando dedicata, & quam ob cauſam. Iovis quoque τοῦ Ἀγοραίου, Amphilochi, & Platonis; quæ ab Ariſtotele poſita.

Erat ara Anterotis (2) ab inquilinis dedicata ob Timagoræ amorem. Pauſanias fuſe rem exponit. Τὸν ὃ ἐν πόλει βωμὸν, καλούμενον Ἀντέρωτ☉, ἀνάθημα εἶναι λέγουσι μελοίκων· ὅτι Μέλης Ἀθηναῖ☉ μέτοικον ἄνδρα Τιμαγόραν ἐρασθέντα ἀτιμάζων, ἀφεῖναι κατὰ τῆς πέτρας αὐτὸν ἐκέλευσεν, ἐς τὸ ὑψηλότατον αὐτῆς ἀνελθόντα. Τιμαγόρας δὲ καὶ ψυχῆς εἶχεν ἀφειδῶς, καὶ πάντων ὁμοίως κελεύοντι ἤθελε χαρίζεσθαι τῷ μειρακίῳ, ᾗ δὴ ᾗ φέρων ἑαυτὸν ἀφῆκε. Μέλητα δὲ, ὡς ἀποθανόντα εἶδε Τιμαγόραν, ἐς τοσοῦτον μετανοίας ἐλθεῖν, ὡς πεσεῖν τε ἀπὸ τῆς πέτρας τῆς αὐτῆς. ᾗ ὕστερος ἀφεὶς αὐτὸν, ἐτελεύτησε. καὶ τὸ ἐντεῦθεν δαίμονα Ἀντέρωτα, τὸν ἀλάστορα τοῦ Τιμαγόρου, κατέχειν τοῖς μετοίκοις νομίζουσι. *Aram in Vrbe, Anterotis quæ vocatur, ab inquilinis dedicatam eſſe memorant; quia Meles Athenienſis Timagoram inquilinum amatorem per contumeliam de ſumma rupe ſe deiicere iuſſiſſet. Timagoras autem, ne vitæ quidem ſuæ parcus, ut quivis alius, puero gratificari in his, quæ mandaret, cupiens conſcenſa rupe, ſe deiecit. Timagoram vero, quum Meletem obiiſſe cognoviſſet, adeo mox pœnituit facti, ut & ipſe de eadem ſeſe rupe præcipitaret, atque ita moreretur, atque ex eo conſtitutum inquilinis, ut Anteros genius, Timagoræ vindex, coleretur.* Meminit iterum Eliac. II. Ἠλεῖοι, καὶ Ἀθηναῖοι, κατὰ ταυτὰ Ἠλείοις, Ἀντέρωτα ὀνομάζουσι. *Elei, & Athenienſes; plane quo modo Elei, Anterotem nuncupant.* Suidas in hac re valde variat & primo Melitum, non Meletem, eum nominat; deinde, hunc amantem facit, ac Timagoram amatum: Melitum-

1. Lycus enim Graece, lupum Latine ſignificat. Heinc de Lycaone in lupum converſo fabulam narrat *Ovidius* in *Metamorphoſ.*

2. Anteros, eſt Amor mutuus, & reciprocus, quem ex Venere, & Marte natum fabulati ſunt, *Cic. III. De Nat. Deor.*

Digitized by Google

tumque ſe priorem ſponte ſua, pertæſum vitæ, non amaſii mandato præcipitaſſe; denique in memoriam rei non aram poſitam, verum ſtatuam pueri nudi, ac formoſi, qui in ulnis gallos admodum generoſos duos ferret, & in caput ſe præcipitem deiiceret. Ecce verba. Μέλιτος. ὅτος ἐρᾷ νεανίου Ἀθήνησι τῶν εὖ γεγονότων, καὶ πλουσίων. μειράκιον δ' ἦν τὸ γένος διαπρεπὲς, καὶ τὴν ὥραν ἄμαχον. καὶ τῷ μὲν ἐραστῇ, Μέλιτος ὄνομα ἦν· τῷ δὲ καλῷ, Τιμαγόρας, ὡς φασιν. ἦν δὲ ἀτεγκτός τε καὶ ἀμείλικτος ὅδε ὁ παῖς. καὶ οἱ πολλὰ προσέτατλε, καὶ ἐπίπονα, καὶ κινδύνων ἐχόμενα τῶν ἐσχάτων, καὶ ὁμοῦ τῷ ὀλέθρῳ ἐλαύνοντα. καὶ ἦν τὰ πράγματα, κύνας τε ἀγαθὰς, καὶ θηρευτικὰς ἐκ τ' ἀλλοδαπῆς ἄγειν· καὶ ἵππον αὖ τ' πολεμίων ἀπαγαγεῖν ὅτου δὴ χαλεπόν τε, καὶ θυμικόν· καὶ ἄλλα χλαμύδα ὡραίαν, καὶ τοιαῦτα ἕτερα· καὶ τελευτῶν, ὄρνιθας οἱ προσέταξε κομίσαι ὅτου δὴ τροφίμους, καὶ οἰκέτας γένος θαυμαστούς. ἐπεὶ δ' καὶ τοῦτο καλεπράξατο ὁ ἔνθεος φίλος ἐκεῖνος, ἐδωρεῖτό γε τῷ καλῷ τὸ μέγα· καὶ τίμιον κλῆμα τοὺς προφρημένους· ὁ δὲ, ἀτεράμων ὢν, καὶ ἐς τοσοῦτον ἄρα ἀπεώσατο τὸ δῶρον. ὁ τοίνυν Μέλιτος, φλεγόμενος τῷ ἔρωτι, καὶ οἰστρώμενος, καὶ ἐπὶ τούτοις ἀσχάλλων τῇ ἀλιμία, καὶ ἀταυδήσας ἐπὶ τοῖς ἀνηνύτοις τε μόχθοις, ἅμα καὶ ἀπείροις, ἧ ποδῶν εἶχεν, ἀνέθορεν εἰς τὴν ἀκρόπολιν, καὶ ἑαυτὸν ἔωσε κατὰ τῶν πετρῶν. ὁ μὲν ἡ λιμωρὸς δίκη τ' ὑβριστὴν παῖδα καὶ ὑπερόπλην, εἴασεν ἐπεγχανεῖν τῷ τοῦ Μελίτου θανάτῳ. τοὺς ὄρνιθας ἓν ἀναλαβὼν, καὶ ταῖς ἀγκάλαις ἐνθεὶς, εἶτα καθ' ἵχνια τὰ ἐκείνου θέων, ὥσπερ ὧν ἑλκόμενος βίᾳ ἑαυτὸν, σὺν τῷ δυσυχεῖ χωρῶν ἐπὶ τῷ Μελίτῳ, ἔρριψε, φέρων βραδὺν καὶ δυσυχῆ τ' ἔρωτα ἀντερασθεὶς τοῦτον. καὶ ἔσηκεν εἴδωλον τοῦ πάθους κατὰ τ' τόπον, παῖς ὡραῖος, καὶ γυμνός· ἀλεκτρυόνας δύο μάλα εὐχροεῖς φέρων ἐν ταῖς ἀγκάλαις, καὶ ἐπὶ κεφαλὴν ὠθῶν ἑαυτόν. *Melitus, hic amavit Athenis adoleſcentem nobilem, & divitem. Hic autem erat adoleſcens genere illuſtri, & inſigni forma præditus. Et amatori quidem nomen erat Melitus; formoſo vero, Timagoras, ut aiunt. Hic autem puer erat immiſericors, & inexorabilis; multaque illi imperabat laborioſa, ac cum periculis maximis coniuncta, & tantum non ad exitium tendentia. Res vero iſtæ erant; ut canes bonos, & venaticos e regione alia adduceret: & equum hoſtilem generoſum, ac ferocem, cuiuſcumque tandem ille eſſet, abduceret; deinde alterius chlamydem egregiam, aliaque iſtiuſmodi. Tandem etiam imperavit, uti aves, cuiuſcumque eæ forent, altiles: & ſervos genere admirandos adportaret. Quum vero etiam iſta amicus ille furore percitus confeciſſet, magnam rem, ac pretioſam, quam iam diximus, illi formoſo donabat. Ille autem, quum, ingenio inhumano valde præditus, omnia hæc adſpernaretur, Melitus, amore flagrans, & furore percitus, inſuper iniquo animo ignominiam tantam ferens, ac deficiens ſub laboribus irritis, & infinitis, ocyus in arcem currens, ſe de rupibus præcipitem dedit. Neque tamen Iuſtitia vindex puerum illum inſolentem, & contemtorem inſultare morti Meliti eſt paſſa. Quippe arreptas aves ulnis imponens, veſtigia ipſius perſequens, quaſi per vim traheretur, cum infelici illo progrediens, ſe in Melitum proiecit, tardo, & infelici amore eum redamans. Statque ſimulacrum rei illo in loco, puer formoſus, ac nudus, gallos duos valde generoſos in ulnis ferens, & in caput ſe præcipitans.* Erant porro etiam aræ Verecundiæ, Famæ, & Alacritatis. Pauſanias. Τούτοις δ' (τοῖς Ἀθηναίοις) ἐστὶ τὰ ἐς φιλανθρωπίαν μόνον καθέστηκεν, ἀλλὰ καὶ ἐς θεοὺς εὐσεβεῖν ἄλλων πλέον. καὶ γὰρ Αἰδοῦς σφίσι βωμός ἐστι, καὶ Φήμης, καὶ Ὁρμῆς. *Athenienſes vero non ea ſolum, quæ ad humanitatem faciunt, conſtituerunt; ſed maiorem etiam, quam alii, pietatis erga deos curam habuerunt. Eſt enim apud illos ara Verecundiæ, Famæ, & Alacritatis.* Ac Verecundiæ in Arce erat; vide de ea librum noſtrum ſingularem cap. xxviii. De Famæ. Aeſchines in Timarchum. Εὑρήσετε καὶ τὴν πόλιν ἡμῶν, καὶ τοὺς προγόνους, Φήμης, ὡς μεγίστης θεῶν, βωμὸν ἱδρυμένους· *Invenietis etiam Vrbem noſtram, ac maiores, Famæ aram, tamquam maximæ dearum, dedicaſſe,* Iterum, de falſa legatione. Καὶ τῇ μὲν Φήμῃ, δημοσίᾳ θύομεν, ὡς θεῷ· τῶν δὲ συκοφαντῶν, ὡς κακούργων, δημοσίᾳ προβολὰς ποιούμεθα. *Ac Famæ quidem, tamquam deæ, publice ſacrificamus; de calumniatoribus vero, ceu maleficis, publice querela datur.* Poſita autem, poſtquam nuntium de victoria apud Mycalen eodem die accepiſſent. Procopius Sophiſta in Epiſtola quadam ad Zachariam. Νῦν ὄντως ἔγνων, ὡς οὐκ ἦν ἄρα λόγος, ἀλλ' ἔργον, ἡ Φήμη. καὶ θαυμάζω τάχα τ' Ἀττικὸν, ὃς ἐν θεοῖς καὶ ταύτῃ ἱδρύσατο. οὐ γὰρ δὴ μόνον Ἡσίοδος θεὸν αὐτὴν ἀνυμνεῖ, ἀλλὰ καὶ Ἀθηναῖοι, τὴν ἐν Μυκάλῃ μάχῃ αὐθημερὸν ἐγνωκότες, οὐκ ἐνεκλῶν ἔφασαν, εἰ μὴ θεὸν ἡγοῦντο τὴν Φήμην. *Nunc revera cognovi, non verba tantum, ſed rem ipſam, Famam eſſe. Et admiror legem Atticam, quæ hæc etiam inter deas collocavit. Neque etiam Heſiodus ſolus deam prædicat verum etiam Athenienſes, quum pugnatam ad Mycalen pugnam eo ipſo die intellexiſſent, committendum non putarunt, ut pro dea quoque eam non haberent.* Invenio item Iovis, τοῦ Ἀγοραίου cognomento. Heſychius. Ἀγοραῖος, Διὸς βωμὸς Ἀθήνησι. *Forenſis, Iupiter. Eſt Iovis Forenſis ara Athenis.* Meminit Aeſchylus, Eumenidibus.

Ἀλλ' ἐκράτησε Ζεὺς Ἀγοραῖος.
Sed ſuperavit Iupiter Forenſis.

Et Euripides, Heraclidis.

Ὦ τὰς Ἀθήνας δηρὸν οἰκοῦντες χρόνον,
Ἀμύνεθ'. ἱκέται δ' ὄντες Ἀγοραίου Διὸς,
Βιαζόμεθα. ———
O qui Athenas longum inhabitatis tempus,
Defendite; ſupplices enim quum ſimus Iovis
Forenſis.
Vim patimur. ———

Etiam Amphilochi. Pauſanias. Τῷ δὲ Ἀμφιλόχῳ καὶ παρ' Ἀθηναίοις ἐστὶν ἐν τῇ πόλει βωμός. *Amphilocho vero etiam apud Athenienſes ara eſt in Vrbe.* Platonis quoque, ab Ariſtotele dedicata. Ammonius in eius Vita. ὅτι πολλὴν εὔνοιαν ἔσχε πρὸς τὸν Πλάτωνα ὁ Ἀριστοτέλης, δῆλον ἐκ τοῦ βωμὸν ἀνιερῶσαι τῷ Πλάτωνι, ἐν ᾧ ἐπέγραψεν ὅτω·

Βωμὸν Ἀριστοτέλης ἱδρύσατο τόνδε Πλάτωνος,
Ἀνδρὸς ὃν ὅτ' αἰνεῖν τοῖσι κακοῖσι θέμις.

Quod benigne erga Platonem adfectus fuerit Ariſtoteles, ex eo conſtat, quod aram ei dedicavit, cum inſcriptione iſta:

Hanc

Hanc aram posuit Aristoteles Platoni,
Quem virum malis laudare nefas.

CAP. III.

Signa aliquot, statuæve. Ævo Plinii quot exstiterint. In his, Mercurii Andocidis, Vulcani, Dianæ τῆς Κερκαίας, *& Satyrorum turmæ: Virginis,* τῆς Ὑδροφόρου, *Aristonici Carystii, & Neoptolemi: Poetæ cuiusdam obscuri, Cimonis equarum. Iphicratis, Askydamantis, Attici, Piliæ, Iacobi medici, Phavorini, Phocionis, Anthemii. Colossi Attali, & Eumenis, Antonii nomine inscripti.*

SIgna quoque, statuæve plurimæ erant (1); & suo ævo ad ter mille exstitisse refert Plinius lib. xxxiv. cap. vii. *Rhodi etiamnum tria millia signorum esse Mutianus ter consul prodidit; nec pauciora Athenis, Olympiæ, Delphis, supereſſe creduntur.* Immo vix alibi tot spectata. Ioannes Chrysostomus ad Act. cap. xvii. Hom. xxxviii. Ἐν ᾧ ταῖς Ἀθήναις ἐνδεχομένου αὐτὸν τοῦ Παύλου, παρωξύνετο τὸ πνεῦμα αὐτοῦ ἐν αὐτῷ, θεωροῦντι καταείδωλον οὖσαν τὴν πόλιν. ὁ γὰρ ἦν ἀλλαχοῦ ἰδεῖν τοσαῦτα εἴδωλα. *Dum autem illos Athenis exspectaret Paulus, exacerbatus fuit spiritus eius in illo, quum spectaret civitatem idolis obnoxiam; siquidem tam multa nusquam alibi videre erat.* Quædam supra memoravi suis locis; præter quæ Mercurii Andocidis: cuius maxima fama fuit propter facinus Alcibiadis. Inde vero nomen habuit, quia ante Andocidis ædes tribus Aegeis dedicaverat; uti testes, Plutarchus in Alcibiade; ipse Andocides in Orat. περὶ μυστηρίων; Aeschines, κατὰ Τιμάρχου; Aemilius Probus in Alcibiade, Clemens in Protreptico, & Harpocration, in Ἀνδοκίδου Ἑρμοῦ. Fuit præterea & Vulcani, Alcamenis opus. Cicero De Nat. Deorum lib. i. *Athenis laudamus Vulcanum eum, quem fecit Alcamenes; in quo stante, atque vestito leniter apparet claudicatio non deformis.* Valerius Maximus lib. viii. cap. xi. *Tenet visentes Athenas Vulcanus, Alcamenis manibus fabricatus. Præter cetera enim perfectissimæ artis in eo præcurrentia indicia, etiam illud mirantur; quod stat, dissimulatæ claudicationis sub veste leviter vestigium repræsentans, ut non tamquam exprobratum vitium, ita tamen certam, propriamque dei notam decore significans.* Alibi fuit & Dianæ τῆς Κερκαίας; quod a Xerxe ereptum, Alexander postea revehi curavit; ut Harmodii, & Aristogitonis statuas. Arrianus De Exped. Alex. lib. vii. Ὅσους ὦν ἀνδριάντας, ἢ ἀγάλματα, ἢ εἰ δή τι ἄλλο ἀνάθημα, ἐκ τῆς Ἑλλάδος Ξέρξης ἀνεκόμισεν ἐς Βαβυλῶνα, ἢ ἐς Πασαργάδας, ἢ ἐς Σοῦσα, ἢ ὅπῃ ἄλλῃ τῆς Ἀσίας, ταῦτα θεῖναι ἄγαν τοῖς πρέσβεσι. καὶ τὰς Ἑρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος εἰκόνας τὰς χαλκᾶς ὕστερον λέγεται ἀπενεχθῆναι ὀπίσω ἐς Ἀθήνας, καὶ Ἀρτέμιδος τῆς Κερκαίας τὸ ἕδος. *Quotquot autem statuas, aut simulacra, aut donarium quodvis aliud e Græcia Xerxes detulerat Babylonem, vel Susa, vel Pasargadas, aliamve in Asiæ partem, ea legatis reportanda dedit. Atque ita Harmodii, & Aristogitonis statuas æneas remisisse dicitur, & Dianæ Cercææ simulacrum.* Erat quoque Satyrorum turma a Lysimacho facta. Commemoratur Plinio lib. xxxiv. cap. viii. *Idem (Lysippus) fecit Hephæstionem, Alexandri Magni amicum. Quidam Polycleto adscribunt, quum is centum prope annis ante fuerit. Idem Alexandri venationem, quæ Delphis sacrata est, Athenis Satyrorum turmam.* Vt simulacra deorum erant, ita hominum clarorum statuæ multæ; quarum item aliquas dixi suis locis. Invenio etiam Poetæ cuiusdam obscuri; & quidem iuxta Menandri, de qua supra a me dictum. Dion Chrysostomus, Orat. xxxi. Καὶ παρ' Ἀθηναίοις πολλὰ πράττεσθαι νῦν, οἷς οὐκ ἀποκότως ἄν τις ἐπιπλήξειεν, οὐ περὶ τἄλλα μόνον, ἀλλὰ καὶ περὶ τὰς τιμάς. οἵ γε τὸ δεῖνα μὲν Ὀλύμπιον κεκλήκασιν, οὐδὲ φύσει πολίτην ἑαυτῶν. Φοίνικα ὄντα ἄνθρωπον, οὐκ ἀπὸ Τύρου, καὶ Σιδῶνος, ἀλλ' ἀπὸ κώμης τινὸς, ἢ ἠπείρου· καὶ ταῦτα πιττώμενον, καὶ βραχιόνια, καὶ περιδήματα, φορεῖνα· τὸν δεῖνα δὲ τὸν εὐχερῆ λίαν ποιητήν, ὃς καὶ παρ' ὑμῖν πολὺ κανταῦθα ἐπεδείξατο, οὐ μόνον χαλκοῦν ἑστάκασιν, ἀλλὰ καὶ παρὰ Μένανδρον. *Et apud Athenienses multa nunc fiunt, ob quæ quis non immerito eos obiurget, non circa alia tantum, sed etiam circa honores. Illi enim certum quemdam Olympium vocarunt, qui neque natura illorum civis sit, sed homo e Phœnicia, non a Tyro, & Sidone, sed a vico quodam, aut continente; idque pice oblitum, brachialiaque, & fascias ferentem: quin & vilem quemdam poetam, qui etiam apud vos aliquando fabulas edidit, non solum æneum posuerunt, verum etiam iuxta Menandrum.* Etiam Virginis τῆς ὑδροφόρου a Themistocle dedicatæ, quum is aquarum præfectus esset; quæ a Xerxe, quum is Vrbe potitus esset, abducta, & Sardibus posita, in Matris deum templo. Plutarchus in Themistoclis Vita. Ὡς δ' ἦλθεν εἰς Σάρδεις, καὶ σχολὴν ἄγων ἐθεάσατο τῶν ἱερῶν τὴν καλασκευὴν, καὶ τῶν ἀναθημάτων τὸ πλῆθος, εἶδε καὶ ἐν Μητρὸς ἱερῷ τὴν καλουμένην Ὑδροφόρου κόρην χαλκῆν, μέγεθος δίπηχυν· ἦν αὐτὸς, ὅτε τὴν Ἀσίαν ὑδάτων ἐπιστάτης ἦν, εὑρὼν τὴν ὑφῃρημένους τὸ ὕδωρ, καὶ παροχετεύσας, ἀνέθηκεν, ἐκ τῆς ζημίας ποιησάμενος. *Vt Sardes venit, & per otium ædium sacrarum instrumentum, ac donariorum multitudinem spectavit, vidit etiam in Matris deum templo virginem æneam, quam Hydrophoron vocant, duorum cubitum magnitudine, abs se factam, quum aquarum Athenis præfectus esset, e multis eorum, quos aquam abductam avertisse deprehenderat.* Neoptolemi, Anticlis filii, a Lycurgo decreta. Plutarchus in Lycurgi Vita lib. De x. Rhet. Ἔγραψε δὲ καὶ Νεοπτόλεμον Ἀντικλέους στεφανῶσαι, καὶ εἰκόνα ἀναθεῖναι, ὅτι ἐπηγγείλατο χρυσώσειν τὸν βωμὸν τοῦ Ἀπόλλωνος ἐν τῇ ἀγορᾷ, κατὰ τὴν μαντείαν τοῦ θεοῦ. *Statuitque, ut Neoptolemo, Anticlis filio, corona daretur, statuaque poneretur, quod aram Apollinis in foro ex oraculo inauraturum se promisisset.* Aristonici Carystii, Alexandri Magni

1. Et quidem in statuis erigendis impensæ minime peperciſſe Athenienſes argumento eſſe poteſt Demetrius Phalereus, quem imaginibus aeneis trecentis & ſexaginta honeſtarunt, & earum pleræque equeſtres erant, & in curribus, bigiſque collocatæ. *Diogen. Laertius in Demetrio.*

Digitized by Google

gni ſphæriſtæ, meminit Athenæus lib. I. Ἀριστόνικον τὸν Καρύστιον, τὴ Ἀλεξάνδρᾳ σφαιριστὴν, Ἀθηναῖοι πολίτην ἐποίησαν, διὰ τὴν τέχνην, καὶ ἀνδριάντα ἀνέστησαν. *Ariſtonicum Caryſtium, Alexandri ſphæriſtam, Athenienſes civitate donaverunt, propter artem, ſtatuaque item ornarunt.* Equarum Cimonis mentio eſt apud Aelianum Vari. Hiſt. lib. IX. cap. XXXII. Καὶ αἱ Κίμωνος ἵπποι χαλκαῖ· αὗται Ἀθήνησιν, εἰκασμέναι ὅτι μάλιστα ταῖς Κίμωνος ἵπποις, εἰστήκεσαν, *Et Cimonis equæ, ex ære factæ, optime ſane Cimonis equas referentes, Athenis exſtiterunt.* Iphicrates occurrit apud Demoſthenem Orat. in Ariſtocratem. Ἴσε δή που τοῦτ', ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὅτι χαλκῆς εἰκόνος ἄξιος παρ' ἡμῖν Ἰφικράτης, ἢ σιτήσεως ἐν Πρυτανείῳ, καὶ δωρεῶν, καὶ τιμῶν ἄλλων, δι' ἃς εὐδαίμων ἐκεῖνος ἦν. *Scitis ſane, Athenienſes, æneam Iphicrati apud nos ſtatuam eſſe, & in Prytaneo victum, præmiaque alia, & honores, quibus ille felix erat.* Aſtydamantis eſt videre apud Diogenem Laertium in Socrate lib. II. Καὶ Ἀσυδάμαντα, πρῶτον τῶν περὶ Αἰσχύλον, ἐτίμησαν εἰκόνι χαλκῇ. *Et Aſtydamantem, primum ſociorum Aeſchyli, ſtatua ænea honorarunt.* Vide Suidam in Σαυτὴν ἐπαινεῖς; Zenobium, Cent. V. Proverb. c. & Apoſtolium. Cent. XVII. Proverb. XXIX. Attici, & Piliæ nominat Aemilius Probus in Vita Attici. *Quamdiu (Athenis) adfuit, ne qua ſibi ſtatua poneretur, reſtitit; abſens prohibere non potuit: itaque aliquot ipſi, & Piliæ, locis ſanctiſſimis poſuerunt.* Iacobi medici eſt apud Damaſcium in Vita Iſidori philoſophi, apud Photium in Bibliotheca. Εἶδον εἰκόνα τοῦ Ἰακώβου Ἀθήνησι· καί μοι ἔδοξεν ὁ ἀνὴρ εὐφυὴς μὲν ἃ πάνυ εἶναι, σεμνὸς δ', καὶ ἐμβριθής. *Vidi Athenis ſtatuam Iacobi; & videbatur mihi vir non admodum liberali vultu, ſed ſevero, & gravi.* Phavorini philoſophi, quæ deiecta ipſo vivo, meminit Philoſtratus in eius Vita, Sophiſt. lib. I. Ἀθηναίοις δὲ, δεινὰ ἐφαίνετο· καὶ συνδραμόντες αὐτοὶ μάλιστα οἱ ἐν τέλει Ἀθηναῖοι, χαλκῆν εἰκόνα καταβαλόντο τοῦ ἀνδρὸς, ὡς πολεμιωτάτου τῷ αὐτοκράτορι. *Athenienſibus vero gravia iſta videbantur; itaque quum concurriſſent, maxime qui in dignitate aliqua poſiti, æneam viri ſtatuam evertunt, tamquam eius, qui Imperatori eſſet longe infenſiſſimus.* Phocionis eſt apud Plutarchum in eius Vita. Καὶ μέντοι χρόνου βραχέος διαλυομένου, καὶ τῶν πραγμάτων διδασκόντων, οἷον ἐπισάττει, καὶ φυλακα σωφροσύνης, καὶ δικαιοσύνης, ὁ δῆμος ἀπώλεσεν, ἀνδριάντα μὲν αὐτοῦ χαλκοῦν ἀνέστησαν. *Non multo poſt quum reipſa experirentur, qualem antiſtitem, moderationiſque, & juſtitiæ cuſtodem amiſiſſent, ſtatuam ei ex ære poſuerunt.* Anthemii, refert Georgius Alexandrinus in Vita Ioannis Chryſoſtomi. Ἀνὴρ δέ τις ἦν ἐν Ἀθήναις, ὀνόματι Ἀνθέμιος, πεπαιδευμένος εἰς ἄκρον τὴν πᾶσαν τῶν γραμμάτων σοφίαν, ὥστε διὰ ταύτην τὴν αἰτίαν καὶ σήμα αὐτῷ ἀνεγεῖραι ἐν Ἀθήναις. *Erat Athenis quidam nomine Anthemius, vir univerſa literarum peritia excellens; ut etiam hac de cauſa Athenis ſtatua erecta fuerit.* Leo Imperator in eiuſdem argumenti Opere. Ἀνθέμιός τις ἱερεὺς ἦν Ἀθηνᾶς, ὃς Ἀθήνησι τότε τοσοῦτον ἐπὶ σοφίᾳ θαυμάζετο, ὥστε καὶ σήμα αὐτῷ ποιῆσαι. *Erat Anthemius quidam, Minervæ ſacerdos; quem Athenis ob ſapientiam ſunt tantopere admirati, ut ſtatuam quoque ipſi poſuerint.* Coloſſi quoque exſtiterunt Attali, & Eumenis; Antonii nomine, in honorem eius poſtea inſcripti. Plutarchus in Antonio. Ἡ δὲ αὐτὴ θύελλα καὶ τοὺς Εὐμένους καὶ Ἀττάλου κολοσσοὺς, Ἀντωνίου ἐπιγεγραμμένους, Ἀθήνησιν ἐμπεσοῦσα, μόνους ἐκ πολλῶν ἀνέτρεψε. *Hæc ipſa procella, Eumenis quoque, & Attali, coloſſis incumbens, qui Antonii nomine inſcripti erant, eos ſolos e multis evertit.*

CAP. IV.

Λίμναι. *Bacchi templum antiquiſsimum, ut & ſacra eius Dei. Vbi id ſitum. Scholiaſtæ Thucydidis error. Vno tantum die apertum. Lex in eo de uxore regis ſcripta in columna. Puerorum pugilatus.* Λιμνομάχαι.

NVnc & loca quædam alia perluſtremus. Erant Λίμναι, ubi Bacchi quoque fanum. Harpocration. Τόπος ἐστὶν ἐν Ἀθήναις Λίμναι, ἐν ᾧ τιμώμενος ὁ Διόνυσος. *Locus eſt Athenis Limnæ, in quo Bacchus cultus fuit.* Heſychius. Λίμναι, ἐν Ἀθήναις τόπος, ἀνακείμενος τῷ Διονύσῳ, ὅπου τὰ Ληναια ἤγετο. *Limnæ, locus Athenis, Baccho ſacer, ubi Lenæa agebantur.* Bacchi illic templi meminit etiam Iſæus in Orat. Περὶ τοῦ Κίρωνος κλήρου. Τὴν μὲν μίαν, μισθοφοροῦσαν, παρὰ τὸ ἐν Λίμναις Διονύσιον. *Vnam quidem elocatam iuxta Bacchi in Limnis ſanum.* Et Ariſtophanes, Ranis.

Διόνυσον ἐν Λίμναισιν ἰαχήσομεν.
Bacchum in Limnis memorabimus,

Vbi Scholiaſtes. Λίμναι χωρίον τῆς Ἀττικῆς, ἐν ᾧ Διονύσου ἱερόν. *Limnæ, locus Atticæ, in quo Bacchi fanum erat.* Errat Thucydidis Scholiaſtes, qui fuiſſe in Arce dicit, lib. II. Λίμναι, τόπος ἐν τῇ ἀκροπόλει τῶν Ἀθηνῶν. *Limnæ, locus in arce Athenarum.* Nam extra eam omnino fuit, verum prope. Clare indicat ipſe Thucydides lib. II. ubi ait, antiquiſſima Bacchi ſacra ibi loci celebrata. Τὰ γὰρ, ἱερὰ ἐν αὐτῇ τῇ ἀκροπόλει καὶ ἄλλων θεῶν ἐστι· καὶ τὰ ἔξω πρὸς τοῦτο μέρος τῆς πόλεως μᾶλλον ἵδρυται, τό τε τοῦ Διὸς τοῦ Ὀλυμπίου, καὶ τὸ Πύθιον, καὶ τὸ τῆς Γῆς, καὶ τὸ ἐν Λίμναις Διονύσου, ἐν ᾧ τὰ ἀρχαιότερα Διονύσια τῷ δωδεκάτῃ ποιεῖται ἐν μηνὶ Ἀνθεστηριῶνι. *Fana etiam aliorum deorum ſunt in arce; & extra eam ad hanc maxime Vrbis partem exſtant, & Olympii Iovis, Pythii Apollinis, Telluris, & in Limnis quoque Bacchi; ubi antiquiora Bacchanalia die Antheſtereonis menſis duodecimo celebrantur.* Meminit Heſychius etiam, in Γραῖ. Vt autem ſacra iſta omnium antiquiſſima, ita & templum. Demoſthenes Orat. in Neæram. Διὰ ταῦτα ἐν τῷ ἀρχαιοτάτῳ ἱερῷ τοῦ Διονύσου ἐν Λίμναις ἔθεσαν. *Propterea in antiquiſsimo templo Bacchi in Limnis collocarunt.* Idque toto anno clauſum, aperiri tantum ſolitum duodecimo menſis Antheſtereonis; quo nimirum ſacra illa celebrata e Thucydide memoravi. Demoſthenes ibidem. Ἐν τῷ ἀρχαιοτάτῳ ἱερῷ τοῦ Διονύσου ἐν Λίμναις ἔθεσαν, ἵνα μὴ πολλοὶ εἰδῶσι τὰ γεγραμμένα· ἅπαξ γὰρ τοῦ ἐνιαυτοῦ ἑκάστου ἀνοίγεται, τῇ δωδεκάτῃ τοῦ Ἀνθεστηριῶνος μηνός. *In antiquiſſimo Bacchi templo in Limnis collocarunt; ut ne multi quæ inſcripta ſunt cognoſcerent: ſemel*

mel enim quoque anno aperitur, duodecimo die mensis Anthesteriones. In eodem, prope aram, in lapidea columna, lex perscripta de uxore regis erat, quam civem ducere, virginemque, tenebatur. Demosthenis hac de re est locus elegans in citata Oratione. Τὸν μὲν βασιλέα ὠδὲν ἦττον ὁ δῆμος ἥρεῖτο, ἐκ προκρίτων δι' ἀνδραγαθίαν χίλιοτονῶν. τὴν δὲ γυναῖκα αὐτῷ νόμων ἔθεντο ἀξιὴν εἶναι, καὶ μὴ ἐπιμεμιγμένην ἑτέρῳ ἀνδρὶ, ἀλλὰ παρθένον γαμεῖν· ἵνα κατὰ τὰ πάτρια θύηται τὰ ἄρρητα ἱερὰ ὑπὲρ τῆς πόλεως, καὶ τὰ νομιζόμενα γίγνεται τοῖς θεοῖς ὁσίως, καὶ μηδὲν καινοτομῆται, μηδὲ καινοτομῆται. καὶ τοῦτον τὸν νόμον, γράψαντες ἐν στήλῃ λιθίνῃ, ἔστησαν ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ Διονύσου, παρὰ τὸν βωμὸν, ἐν Λίμναις. *Regem nihilominus populus creabat, delectu e praestantissimis habito. Vxorem autem eius lege sanxit esse civem; & non alteri commixtam viro, sed virginem ducendam, ut patrio ritu arcana sacra pro republica immolarentur, & iusta Diis pie solverentur: utque nec desereretur, nec innovaretur quidquam. Atque hanc legem in lapidea pila scriptam collocarunt in templo Bacchi iuxta aram in Limnis.* Exstabatque haec columna etiam Demosthenis tempore, quum iam literae vetustate tantum non evanuissent. Ipse dicit in eadem Oratione. Καὶ αὕτη ἡ στήλη ἔτι καὶ νῦν ἕστηκεν, ἀμυδροῖς γράμμασιν Ἀττικοῖς δεδεσα τὰ γεγραμμένα. *Et haec columna etiamnum exstat, literis Atticis evanidis, quae inscripta sunt, repraesentans.* Porro & pueri hic certabant pugilatu, inde Λιμνομάχαι dicti. Hesychius. Λιμνομάχαι, παῖδες, οἱ πυκτεύοντες ἐν τόπῳ Λίμναις καλουμένῳ. *Limnomachae pueri, pugilatu certantes in loco Limnis appellato.*

CAP. V.

Bibliotheca, a Pisistrato primum structa, ab Athenienses aucta; a Xerxe avecta, & a Seleuco Nicanore remissa: a Sulla direpta; ab Hadriano Imperatore instaurata, qui gymnasium etiam addidit, & cognomen a se dedit. Palaestrae Hippocratis, Sibyrtii, Taureae, & Lycurgi; ante quam columna ab eo collocata, in qua scriptum quidquid ipse in republica gessisset. Balneum ad Anthemocriti statuam; eaque ubi fuerit, indicatum. Columna Diophanti, & in ea inscriptum item iusiurandum.

BIbliotheca item erat a Pisistrato (1) primum structa. Inde Hieronymus, de beato Pamphilo martyre, in Epistola ad Marcellam CXLI. *Quum Demetrium Phalereum, & Pisistratum in sacrae bibliothecae studio vellet aequare.* Hanc quum mox auxissent valde Athenienses, Xerses libros, Vrbe incensa, in Persas transtulit; unde postea Seleucus Nicanor Athenas remisit. Aulus Gellius lib. VI. cap. XVII. *Libros Athenis disciplinarum liberalium publice ad legendum praebendos primus posuisse dicitur Pisistratus tyrannus, deinde studiosius, accuratiusque ipsi Athenienses auxerunt, sed omnem illam postea librorum copiam Xerxes, Athenarum potitus, Urbe ipsa praeter arcem incensa, abstulit, asportavitque in Persas. Hos porro libros multis post tempestatibus Seleucus rex, qui Nicanor appellatus, referendos Athenas curavit.* Isidorus Orig. lib. VI. cap. III. *Apud Graecos bibliothecam primus instituisse Pisistratus creditur, Athenientium tyrannus; quam deinceps ab Athenientibus auctam Xerxes, incensis Athenis, evexit in Persas; longoque post tempore Seleucus Nicanor rursus in Graeciam retulit.* Hinc diripuit, atque Romam vexit Sulla. Lucianus Adversus Indoctum. Εἰ ἅπαντα ἐκεῖνα (τὰ βιβλία) κλῆσῃ, ὅσα ὁ Σύλλας Ἀθήνηθεν εἰς Ἰταλίαν ἐξέπεμψε, τί ἂν ἐκ τούτου πλέον εἰς παιδείαν κλήσαιο; *Si omnes eos libros habeas, quos Athenis in Italiam avexit Sylla, num ideo eruditior es futurus?* Denique instauravit, ut alia multa, Hadrianus Imperator. Eusebius Hieronymi in Chronico, Olymp. CCXXVII. *Hadrianus, quum insignes, & plurimas aedes Athenis fecisset, agonem edidit, Bibliothecamque miri operis exstruxit.* Quae totidem verbis in suo Chronico Cassiodorus. Ecce vero, ait fuisse *miri operis*; & rectè dixit: nam cellae erant, lacunari inaurato, & alabastro praefulgentes; tum & signis, picturisque exornatae; & gymnasium iuxta positum, Hadriani cognomento; ac columnae in eo centum e lapide Lybico. Pausanias, in Atticis, ubi cetera Hadriani opera narrat. Καὶ οἰκήματα ἐνταῦθα ἐστὶν ὀρόφῳ τε ἐτιχρύσῳ καὶ ἀλαβάστρῳ λίθῳ· πρὸς δὲ, ἀγάλμασι κεκοσμημένα, καὶ γραφαῖς κεκάκται δὲ ἐς αὐτὸ βιβλία. καὶ γυμνάσιόν ἐστιν, ἐπώνυμον Ἀδριανοῦ. κίονες δὲ καὶ ἐνταῦθα ἑκατὸν, λιθοτομίας τῆς Λιβύων. *Sunt & cellae hic, lacunari inaurato, ex lapide alabastro; insuper ornatae signis, & picturis; repositique illic libri, ac gymnasium est, ab Hadriano cognomen habens: & columnae in eo centum, e Libyum lapicidina.* Erant & palaestrae aliquot. In his, Hippocratis. Plutarchus in Isocratis Vita lib. De X. Rhet. Ἐτελεύτα δὲ ἐπὶ Χαιρωνίδου ἄρχοντος, ἀπαγγελθέντων τῶν περὶ Χαιρώνειαν ἐν τῇ Ἱπποκράτους παλαίστρᾳ πυθόμενος. *Obiit sub Chaeronide archonte, quum de clade ad Chaeroneam quae nuntiabantur in Hippocratis palaestra intellexisset.* Et Lycurgi; ante quam columna posita, in qua scripserat quicquid gestum ab ipso esset; ut inspiceret quisquis vellet. Plutarchus idem in eius Vita. Πάντων δὲ, ὧν διῴκησεν, ἀναγραφὴν ποιησάμενος, ἀνέθηκεν ἐν στήλῃ, πρὸ τῆς ὑπ' αὐτοῦ κατασκευασθείσης παλαίστρας, σκοπεῖν τοῖς βουλομένοις. *Omnia, quae gessit, quum descripsisset, in columna proposuit, ante palaestram a se factam, ut inspicere quilibet posset.* Et Sibyrtii. Idem Plutarchus in Alcibiade. Καὶ ὅτι τῶν ἀκολουθούντων τινὰ κλέπτην, ἐν τῇ Σιβυρτίου παλαίστρᾳ ξύλῳ πατάξας. *Et quod quemdam ex asseclis interfeciisset, in Sibyrtii palaestra, ligno percussum.* Item Taureae; de qua dixi *Ceramici* cap. III. Balneum etiam quoddam erat iuxta statuam Anthemocriti. Isaeus in Oratione adversus Calydonen, apud Harpocrationem in Ἀνθεμόκριτος. Τότε βαλανεῖον, τὸ παρ' Ἀνθεμοκρίτου ἀνδριάντα. *Et balneum, quod est apud Anthemocriti statuam.* Erat vero, ut per occasionem dicam, statua ista ante portam quamdam Vrbis. Philippus in Epistola ad Athenienses. Μεγαρέων δὲν Ἀνθεμόκριτον ἀνελόντων, ἐς τοῦτο ἐλήλυθεν ὁ δῆμος, ὥστε μυσηρίων μὲν εἴργειν αὐτὸς, ὑπομνήματα δὲ τῆς ἀδικίας ἔστησαν

1. Videndus etiam *Athenaeus Lib.* I. *Cap.* II.

ἔσησαν, ανδριάντα πρὸ τ῀ πυλῶν. *Quum Megarenſes Anthemocritum occidiſſent, eo populus proceſsit, ut myſteriis ipſos prohiberent, ac injuriæ monumentum conſtituerent, ſtatuam eius ante portam.* Nempe in via ſacra, qua Eleuſinem iter erat. Pauſanias in Atticis. Ἴ῎ασι δὲ ἐπ' Ἐλευσῖνα ἐξ Ἀθηνῶν, ἣν Ἀθηναῖοι καλοῦσιν ὁδὸν ἱερὰν (1), Ἀνθεμοκρίτου πεποίηται μνῆμα. *Euntibus vero Eleuſinem Athenis, in via ſacra ab Athenienſibus dicta, Anthemocriti monumentum factum eſt.* Invenio & columnam quamdam Diophanti; in qua iusiurandum inſcriptum, quo promitterent, ſi quis quidquam in republica adferenda paſſus aliquando foret, illa ipſa huic ſe daturos præmia, quæ Harmodio, & Ariſtogitoni dediſſent. Vide *Piſiſtratum* noſtrum cap. XIV.

CAP. VI.

Ἐξαίρεσις, *ubi ſarcinæ ſepoſitæ.* Ἀφέται. *Xerxis claſſis ubi primum infeliciter egerit.* Χρύσα. Παρασῖλιον. *Primitiæ ſacri frumenti ubi reponi a paraſitis ſolitæ.* Ὁρκωμόσιον. *Fœdus inter Theſeum, & Amazonas, ubi ius dixerit, ante Solonem.* Θεσμοθέσιον. *Theſmothetæ ubi idem facere ante eumdem ſoliti.* Ἑπτάχαλκον. *Plutarchi locus emendatus.* Ἵ῎ππου Ϲ κόρης. *Hippomenis crudele factum.* Τρίγλα. Λέχαι, *& quot numero eæ fuerint.*

AD alia loco tranſeamus. Erat Ἐξαίρεσις: ubi exemtas navibus ſarcinas, curribusve ſeponebant. Etymologici Auctor. Ἐξαίρεσις, τόπος τις Ἀθήνησιν, ἔνθα ὑπεξαιρούμενοι τὰ φορτία ἀπετίθεντο. *Exæreſis, locus Athenis; ubi ſarcinas exemtas deponebant.* Deinde, Ἀφέται; ubi primum infortunium Xerxis claſſis eſt experta. Suidas. Ἀφέται, τόπῳ Ἀθήνησιν, ἔνθα ὁ στόλῳ Ξέρξου τὸ πρῶτον ἐδυσύχησε. *Aphetæ, locus Athenis, ubi primum Xerxis claſſis infeliciter egit.* Etiam, Χρύσα. Meminit Plutarchus in Vita Theſei. Ἱστορῶ δὲ Κλείδημον, ἐξακριβῶν τὰ καθ' ἕκαστα βουλόμενον, τὸ μὲν εὐώνυμον τ῀ Ἀμαζόνων κέρας, ἐπιστρέφειν πρὸς τὸ νῦν καλούμενον Ἀμαζόνιον· τῷ δὲ δεξιῷ, πρὸς τὴν Πύκνα κατὰ τὴν Χρύσαν ἥκειν. *Narrat Clidemus, ſingulatim exactiſſime omnia exſequi cupiens, ſiniſtrum quidem Amazonum cornu, ad Amazonium nunc vocatum declinaſſe; dextrum vero ad Pnycem uſque iuxta Chryſam perveniſſe.* Erat quoque, Παρασίλιον, ubi primitias ſacri frumenti reponebant paraſiti. Athenæus lib. VI. Ἐκ τούτου δῆλόν ἐστιν, ὅτι, ἐν ᾧ τὰς ἀπαρχὰς ἐτίθεσαν τῷ ἱερῷ σίτῳ οἱ παράσιτοι, τοῦτο Παρασίτιον προσηγορεύετο. *Ex eo certum eſt, quod ubi primitias ſacri frumenti reponebant paraſiti, Paraſitium dicebatur.* Occurritque eius mentio in verbis Legis Regiæ apud eumdem Athenæum eodem loco. Ὅτι ἦ καὶ ἀρχεῖον ἦν αὐτῶν (τῶν παρασίτων) ἐν τῷ αὐτῷ τοῦ βασιλέως νόμῳ τάδε γέγραπται· Εἰς τὴν ἐπισκευὴν τοῦ νεὼ, τοῦ ἀρχείου, τοῦ παρασιτίου, καὶ τῆς οἰκίας τῆς ἱερᾶς, διδόναι τὸ ἀργύριον, ὁπόσον ἄν οἱ τῶν ἱερῶν ἐπισκευασαὶ μισθώσωσιν. *Quod archivum fuerit paraſitorum, in ea ipſa lege regia eſt præſcriptum. Ad inſtaurationem templi, archivi, paraſitii, & ædis ſacræ tantum pecuniæ detur, quantæ inſtauratores ſacrorum locaverint.* Pollux lib. VI. cap. VII. Καὶ ἀρχεῖόν τι Ἀθήνησι, Παρασίτιον καλούμενον· ὡς ἐν τῷ νόμῳ τοῦ βασιλέως ἔστιν εὑρεῖν. *Et Archivum eſt Athenis, Paraſitium nuncupatum; ut in lege regis licet invenire.* Eſt & Ὁρκωμόσιον legere; ubi fœdus conſtitutum inter Theſeum, & Amazonas. Plutarchus in Vita Theſei. Ἀλλὰ τοῦ γε τὸν πόλεμον εἰς σπονδὰς τελευτῆσαι, μαρτύριόν ἐστιν ἥ τε τοῦ τόπου κλῆσις, τοῦ παρὰ τὸ Θησεῖον, ὅπερ Ὁρκωμόσιον καλοῦσιν, ἥτε γινομένη πάλαι θυσία ταῖς Ἀμαζόσι, πρὸ τῶν Θησείων. *Sed & bellum hoc fœdere terminatum fuiſſe, teſtatur cum denominatio ipſa loci iuxta Theſeum, Horcomoſium appellati, tum & ſacra ab Amazonibus olim facta, ante Theſea.* Erat etiam Βουκολεῖον, ubi rex ius dicere ſolitus; ut expoſui *Ceramici* cap. III. Θεσμοθέσιον; ubi Sex-viri, θεσμοθέται appellati, itidem ius dicere ſoliti, nempe antequam unum in locum convenirent, ex Solonis inſtituto. Suidas. Οἱ θεσμοθέται, παρὰ τὸ Θεσμοθέσιον. *Theſmothetæ, apud Theſmotheſium.* Erat item, Ἑπτάχαλκον. Plutarchus in Vita Sullæ. Ἐν ᾧ τούτῳ λέγεται, τινὰς ἐν Κεραμεικῷ πρεσβυτῶν ἀκούσαντας, διαλεγομένων πρὸς ἀλλήλους, καὶ κακιζόντων τὸν τύραννον, ὡς μὴ φυλάττοντα τοῦ τείχους τὴν περὶ τὸ Ἑπτάχαλκον ἔφοδον, καὶ προσβολήν· ᾗ μόνῃ δυνατὸν εἶναι, κ῀ ῥᾴδιον, εἰσερρῆναι τοὺς πολεμίους. *Inter hæc in Ceramico fama eſt verba a quibuſdam excepta fuiſſe colloquentium ſenum, & tyrannum inſectantium, quod acceſſum, & aditum, ad Heptachalcum, qui unus hoſtibus facile ſuperabilis eſſet, non ſepſiſſet ſtatione.* Iterum lib. περὶ ἀδολεσχίας. Πρεσβυτῶν τινῶν ἐπὶ κυρείου διαλεγομένων, ὡς ὑ φυλάττεται τὸ Ἑπτάχαλκον, κ῀ κινδυνεύῃ τὸ ἄστυ καθ' ἑκάτερον λαφθῆναι τὸ μέρος. *Quum ſenes quidam in tonſtrina dictitarent, non cuſtodiri Heptachalcum; & ea ſola parte periculum eſſe, ne Vrbs capiatur.* Sed hic, pro ἐπὶ κυρείου, in tonſtrina, legendum eſt, ἐπὶ Κεραμεικῷ, *in Ceramico:* quemadmodum eſt in citatis e Vita Sullæ verbis. Alibi quoque Ἵ῎ππου καὶ κόρης locus quidam dicebatur a crudeli Hippomenis facto. Suidas. Ἱππομένης, Ἀθηναίων ἄρχων. ὃς ἐξέπεσε τῆς ἀρχῆς, δι' αἰτίαν τοιάνδε. ἦν αὐτῷ θυγάτηρ, ἥν τινα τῶν ἀστῶν τινος παρθένων λάθρα, ὑπ' ὀργῆς καθεῖρξεν εἰς οἴκημα, δήσας σὺν ἵππῳ, κ῀ τροφὴν ὑδετέρῳ εἰσέπεμπεν. πιεζεῖς δὲ λιμῷ ὁ ἵππος, ἐφορμήσας τῇ παιδὶ, ἀνήλωτέ τε αὐτὴν, καὶ αὐτὸς ὕστερον ἀπέθανε. μετὰ ταῦτα, ἐπισκαφείσης αὐτῷ τῆς οἰκήσεως, ἀπ' ἐκείνου ὁ χῶρος ἐκαλεῖτο, Ἵ῎ππου καὶ Κόρης. *Hippomenes, archon Athenienſium, qui magiſtratu deiectus fuit, ob cauſam talem. Filiam habebat, quam quum quidam clam ſtupraſſet, præ ira ipſam carceri incluſit cum equo vinctam, neutri pabulum intromittens. Equus itaque fame preſſus, impetu in puellam facto, eam abſumſit, & ipſe quoque poſtea mortuus eſt. Poſt quæ, everſa eius domo, locus inde Equi, & Puellæ dictus.* Meminit facti, etſi non loci, Heraclides De Rebuſp. Ἱππομένης δὲ, εἷς τῶν Κεδριδῶν, βουλόμενος ἀπώσασθαι τὴν διαβολὴν, λαβὼν ἐπὶ τῇ θυγατρὶ Λειμώνη μοιχὸν, ἐκεῖνον μὲν ἀνεῖλεν, ὑποζεύξας μετὰ τῆς θυγατρὸς τῷ ἅρματι· τὴν δὲ, ἵππῳ συνέκλεισεν, ἕως ἀπόληται. *Hippomenes, unus de*

1. Sic Romæ via ſacra erat. *Horat.*
Ibam forte via ſacra.

Codridis, amoliri calumniam cupiens, quum adulterum apud filiam Limonen deprehendisset, illum quidem interfecit, currui una cum filia alligatum; istam vero cum equo inclusit, donec exspiraret. Vide quæ notata mihi in rem istam, *De Archontibus* lib. I. cap. VI. Erat & Τρίγλα. Athenæus lib. VII. Ἀθήνησι ἔστι καὶ τόπος ὃς Τρίγλα καλεῖται. *Athenis vero etiam locus quidam Trigla vocatur.* Meminit item Eustathius totidem verbis ad Iliad. υ'. Denique etiam Λέσχαι erant; ubi pauperes, ut se gratis calefacerent, conveniebant; erant autem ad CCCLX. Proclus in Hesiodi Ἔργων ϛ'. Οἵτινες τοὺς ἀλεψινὰς οἴκους οἱ πένητες καθελάμβανον ἐν οἷς συγκαθήμενοι ἐν λαλιαῖς ἦσαν, δῆλον· καὶ ὅτι λέσχας ἐκάλουν τούτους. καὶ γὰρ ἐν Ἀθήναις ἦσαν τοιοῦτοι τόποι, καὶ ὠνομάζοντο Λέσχαι, ἑξήκοντα καὶ τριακόσιοι· *Quod domos calidas occupaverint pauperes, in quibus ad confabulationes una sederent, manifestum est; tum quod Leschas has vocaverint: erant vero Athenis loca eiusmodi, quæ & Leschea dicebantur sexaginta, & trecenta.*

CAP. VII.

Λιμοῦ πεδίον. Campus Fami dedicatus iussu Apollinis. Θησαυρός. Picturæ ibi Polygnoti, aliæque. Βλαύτη. Heros ibi cultus, & calceus lapideus dedicatus. Αὐλῶνες ἱεροί. Ἀσώπιον. Βάραθρον; sive, Ὄρυγμα.

CAmpus etiam quidam erat, Fami (1) sacer, iussu Apollinis; Λιμοῦ πεδίον appellatus. Diogenianus, Cent. VI. Proverb. XIII. Λιμοῦ πεδίον. Ἐπὶ τῶν ὑπὸ λιμοῦ πιεζομένων πόλεων. Λιμοῦ γάρ ποτε ὄντος, ἔχρησεν ὁ θεὸς Ἀθηναίοις, ἀνεῖναι τῷ Λιμῷ πεδίον, εἰ μέλλοιεν ἀπαλλαγῆναι τοῦ λιμοῦ· διὸ καὶ ἐποίησαν *Famis campus, de urbibus fame oppressis. Nam quum olim fames esset, auctor Athenientibus fuit Deus, uti campum Fami consecrarent, siquidem liberari vellent, itaque factum est.* Quæ totidem verbis Apostolius, Cent. XII. Proverb. II. Erat autem retro Prytaneum. Tarrhæus. Λιμοῦ πεδίον, αὕτη τάττεται ἐπὶ τῶν ὑπὸ λιμοῦ πιεζομένων πόλεων. τόπος γάρ ἐστιν, ὕτω καλούμενος. καὶ λέγουσιν· ὅτι, λιμοῦ καταχθόνιος, ἔχρησεν ὁ θεὸς ἱκετείαν θεᾶς, καὶ τὸν Λιμὸν ἐξιλεώσασθε. οἱ δὲ Ἀθηναῖοι, ἀνῆκαν αὐτῷ τὸ ὄπισθεν τοῦ Πρυτανείου πεδίον. *Famis campus. Dicitur in civitates fame oppressas. Locus enim est ita dictus. Ac tradunt, quum fames oborta esset, dedisse oraculum Athenientibus deum, uti facta supplicatione Famem sibi propitiam redderent. Athenienses vero campum post Prytaneum dedicarunt.* Narrat illis ipsis verbis item Zenobius Cent. IV. Proverb. XCIII. Hesychius meminit breviter. Λιμοῦ πεδίον. τόπος τῆς Ἀττικῆς. *Famis campus, locus Atticæ.* Erat alibi & Θησαυρὸς, domus quædam, in qua repositæ pecuniæ sacræ, & deorum simulacra. Hesychius. Θησαυρὸς, εἰς ἀγαλμάτων, καὶ χρημάτων ἱερῶν ἀπόθεσιν οἶκος. *Thesaurus, domus, in qua reposita simulacra, & pecuniæ item sacræ.* Picturæ insuper multæ ibi, & in istis Polygnoti. Harpocration in Πολύγνωτος. Περὶ Πολυγνώτου τοῦ ζωγράφου, Θασίου μὲν τὸ γένος, υἱοῦ δὲ καὶ μαθητοῦ Ἀγλαοφῶντος, τυχόντος δὲ τῆς Ἀθηναίων πολιτείας, ἥτις ἐπεὶ τὴν Ποικίλην σοὰν ἀνέγραψε στοάν· ἢ, ὡς ἕτεροι, τὰς ἐν τῷ Θησαυρῷ, καὶ Ἀνακείῳ, γραφὰς, ἱστορήκασιν ἄλλοί τε, καὶ Ἀρτέμων ἐν τῷ Περὶ ζωγράφων. *De Polygnoto pictore, Thasio quidem genere, filio vero, & discipulo Aglaophontis, sed qui civitatem Athenientem consequutus esset, sive quod Pœcilen porticum picturis suis gratis ornasset; sive, ut alii volunt, ob picturas in Thesauro, & Dioscurorum templo, memorant cum alii, tum Artemon, in opere de picturibus.* Fuit & Βλαύτη. Hesychius. Βλαύτη, τόπος Ἀθήνησι. *Blaute, locus Athenis.* Et heros quidam illic cultus, ὁ ἐπὶ Βλαύτῃ appellatus. Pollux lib. VII. cap. XXII. Βλαύτη, σανδαλίου τι εἶδος. καὶ ἥρως Ἀθήνησιν, ὁ ἐπὶ Βλαύτῃ. *Blaute, sandalii quædam species, & heros Athenis, in Blaute dictus.* Quin sandalium ibidem e lapide dedicatum fuit. Subiungit Pollux, loco citato. Ἀνέθηκε γάρ τις σκυτοτόμος βλαύτης λίθινον τύπον. *Dedicavit enim sutor quidam sandalii formam lapideam.* Vbi observa, unde nomen datum fuerit. Erant & Αὐλῶνες ἱεροί. Athenæus lib. V. Λέγονται δὲ Ἀθήνησι καὶ ἱεροί τινες αὐλῶνες· ὧν μέμνηται Φιλόχορος ἐν τῇ ἐννάτῃ. *Dicuntur vero Athenis etiam valles quædam sacræ; quarum meminit Philochorus libro nono.* Erat etiam, Ἀσώπιον. Hesychius. Ἀσώπιον, τόπος Ἀθήνησι. *Asopium, locus Athenis.* Denique Βάραθρον, quod & Ὄρυγμα. Vide *Lectiones Atticas* nostras lib. I. cap. XXV.

CAP. VIII.

Viæ aliquot. Ἡ εἰς Πφραιᾶ. Ἑρσία. *Mercurius* Τριπέφαλος, *a Patroclide dedicatus. Harpocration restitutus.* Ἡ ξενική. Ἡ τῶν πολεμίων. Ἡ τῶν Ἑρμογλύφων. Ἡ τῶν λιθωλοποιῶν. Ἡ τῶν μυρμήκων. Ῥύμη τρίτη. *Vrbs non recte in plateas suas secta.*

VIæ Vrbis e quam plurimis paucæ sane memorantur. Erat, Ἡ εἰς Πφραιᾶ. Dinarchus Orat. in Demosthenem. Καὶ καταισχύνων τὴν τῆς πόλεως δόξαν, χρυσὸν ἐκ τῶν δακτύλων ἀναψάμενος, περιεπορεύετο. τρυφῶν ἐν τοῖς τῆς πόλεως κακοῖς, καὶ ἐπὶ φορείου καταφερόμενος τὴν εἰς Πφραιᾶ ὁδόν. *Ac dedecorans gloriam Vrbis, suspenso e digitis auro, obambulabat; delicias faciens in malis publicis, ac lectica delatus via Piræensi.* Erat alia, Ἑρσία dicta. Isæus Orat. in Euclidem, apud Harpocrationem, in Τριπέφαλος. Μικρὸν δ' ἄνω τοῦ Τριπεφάλου, παρὰ τὴν Ἑρσίαν ὁδόν· *Paulo supra Tricipitem, ad viam Vestam.* Vbi obiter observandum, Mercurium illic Tricipitem fuisse; quem sciendum a Proclide dedicatum, Hipparchi amatore. Harpocration ibidem. Εἰ δὲ ὁ ἀναθεὶς τὸν Τριπέφαλον Ἑρμῆν, ὡς Φιλόχορος φησὶν ἐν τρίτῃ, Προκλείδης, Ἱππάρχου ἐραστής. *Qui Mercurium Tricipitem dedicavit, ut Philochorus refert libro tertio, est Proclides, Hipparchi amator.* Sed legendum, Πατροκλείδης;

1. Ea erat Ethnicorum superstitio, ut ærumnis ipsis, & humanis infortuniis, morbis, vitiis etiam, adfectibusque sacra facerent, atque ea tamquam numina colerent, ut famem, febrem, pallorem, rubiginem, tempestates, ut videre est apud *Ciceronem de Natura Deorum, Ovidium in Fastis, Virgilium, & Augustinum in primis De Civitate Dei commentantem.*

Digitized by Google

δης; non, Προκλείδης. Ita Suidæ memoratur, & Auctori Etymologici. Vide *Pisistratum* nostrum cap. XIII. Alia erat, Η' ξενικὴ. Plutarchus in Vita Thesei. Αὐτὸς ναυπηγίαν ἐπεξάλλετο, τὴν μὲν, ἐν Θυμοιτάδῶν αὐτόθι, μακρὰν τ᾽ ξενικῆς ὁδῦ· τὴν δὲ, διὰ Πιτθέως, ἐν Τροιζῆνι. *Ipse naves fabricare instituit, partim ibidem in Thymœtadis, procul a Via peregrinorum; partim per Pittheum, in Trœzene.* Fuit &, Η' τῶν πολεμίων. Philostratus in Phœnice, Sophist. lib. II. Ἑβδομηκοντούτης ὑ ἀποθανὼν Ἀθήνησιν, ἐλάφῃ ὐκ ἀφανῶς· κεῖται γὰρ πρὸ τ᾽ τῶν πολεμίων, ἐν δεξιᾷ τ᾽ Ἀκαδημίας καθόδυ. *Quum Athenis decessisset anno ætatis septuagesimo, sepultus est utcumque magnifice: situs enim est ante viam hostium dictam, qua ex Academia descenditur, dextram versus.* Item, Η' τ᾽ Ἑρμογλυφείων. Plutarchus De Genio Socratis. Ἐπεσπάσατο Χάριλλον τ᾽ αὐλητὴν, ἥκοντα μετ᾽ ἐμῦ ἐ αὐτὸν εἰς Ἀθήνας πρὸς Κέβητα, πορευομένοις ὑ αὐτοῖς διὰ τ᾽ Ἑρμογλυφείων, παρὰ τὰ δικαστήρια, σύες ἀπαντῶσιν ἀθρόοι, βορβόρυ περίπλεοι. *Attraxerunt Charillum tibicinem, qui & ipse meeum Athenas ad Cebetem veniebat. Euntibus autem illis via statuariorum, iuxta fora iudiciaria, sues occurrunt conferti, cœno undique pleni.* Plato in Symposio. Φημὶ γὰρ ἐμοιότατον αὐτὸν εἶναι τοῖς Σειληνοῖς τούτοις, τοῖς ἐν τοῖς Ἑρμογλυφείοις καθημένοις. *Aio simillimum ipsum esse Silenis, quæ sedent in officinis statuariorum.* Etiam, ἡ τ᾽ κιβωτοποιῶν. Plutarchus loco iam citato. Εἶτ᾽ ἀναστρέψας, ἐπορεύθη τὴν διὰ τ᾽ κιβωτοποιῶν. *Deinde reversus, ivit per plateam arcularium.* Item Η' τ᾽ μυρμήκων. Hesychius. Μυρμήκων ὁδὸς, Ἀθήνησι τόπ@. *Formicarum via, locus Athenis.* Et, Ρῦμη τρίτη, Pollux lib. IX. cap. V. Ρῦμῶ τρίτῶ, ὁ γὰρ τενωπὸς οὗτ@ ἦν Ἀθήνησι. *Angiportum tertium; erat enim id Athenis.* Id vero sciendum universim; minus pulcre in plateas sectam Vrbem fuisse. Dicæarchus in Descriptione Græciæ. Ἐντεῦθεν εἰς τὸ Ἀθηναίων ἔπῳσιν ἄστυ. ὁδὸς ὑ ἡδεῖα, γεωργουμένη πᾶσα, ἔχουσα τῇ ὄψει φιλάνθρωπον· ἡ δὲ πόλις, ξηρὰ πᾶσα, ὐκ εὔυδρ@, κακῶς ἐρρυμοτομημένη, διὰ τὴν ἀρχαιότητα. *Hinc Athenienſium Vrbem ingreditur; via vero amœna est, culta tota, humanitatem præseferens; at Vrbs ipsa, sicca tota, neque aquis bene instructa, neque recte item in plateas secta ob vetustatem.* Tamen Εὐρυάγυια dicitur ab Homero Odyss. lib. VII.

Ἵκετο δ᾽ ἐς Μαραθῶνα, καὶ Εὐρυάγυιαν Ἀθήνην.
Venit vero Marathonem, & latas plateas habentes Athenas.

Sed Poeta ad magnitudinem potius Vrbis, quam ad plateas respexit. Sic nimirum etiam alii e poetis, quas magnas dicere Vrbes volunt, Εὐρυαγυίας appellant.

CAP. IX.

Tabulæ duæ ab Aglaophonte pictæ, Alcibiadis donaria: item tertia a Thrasippo dedicata. Elephas pictus; & mulierum frequentia, Πολυγύναικος *appellata. Achilles habitu virginali occultatus, deprehendente Vlysse. Agaso cum equo. Iacchus e marmore; bucula Myronis ex ære. Paralus pictus. Clypeo dimicans, luctator, & tibicen, Antidoti opus. Necromantia Homeri, a Nicia picta; & Athenienſis populus, a Parrhasio. Aegis aurea; & in ea item Gorgo, Antiochi donum. Diogenis pulpitum. Turris marmorea octagonos Andronici Cyrrhestæ, & in eu horologium. Columna in curia; in qua decretum de puniendis proditoribus, & reip. eversoribus. Domus Chabriæ. Sepulcrum Solonis, Pythionices, ac Panathenaidis. Populi duæ; & Inscriptiones totidem in Pompeii honorem positæ. Rota, ad quam alligari servi soliti.*

MIscellanea quædam hic dabo. Erant tabulæ alibi duæ, ab Aglaophonte pictæ; in quarum una, Pythias, & Olympias Alcibiaden coronobant: in altera, Nemea erat sedens, & in genibus insidentem eum habens: utraque autem ab eodem Alcibiade, ex Olympia Athenas reversо, dedicata. Athenæus lib. XII. Ἀφικόμεν@ δ᾽ (ὁ Ἀλκιβιάδης) Ἀθήνησιν ἐξ Ὀλυμπίας, δύο πίνακας ἀνέθηκεν, Ἀγλαοφῶνι@ γραφήν. ὧν ὁ μὲν, εἶχεν Ὀλυμπιάδα, ἐ Πυθιάδα, ςεφανώσας αὐτόν. ἐν δὲ θατέρῳ Νεμέα ἦν, καθημένη· καὶ ἐπὶ τῶν γονάτων αὐτῆς, Ἀλκυβιάδης. *Reversus (Alcibiades) Athenas ex Olympia, duas tabulas dedicavit ab Aglaophonte pictas; quarum una Olympiada habebat, & Pythiada, ipsum coronantes; in altera vero Nemea erat sedens, & in genibus ipsius Alcibiades.* Erat tertia; ab Thrasippo, quum Ecphantidæ sumtum ille præbuisset, dedicata. Meminit eius Aristoteles Politic. lib. VIII. cap. VI. Καὶ περὶ Ἀθήνας ὅτως ἐπεχωρίασεν, ὥςε σχεδὸν οἱ πολλοὶ τ᾽ ἐλευθέρων μετεῖχον αὐτῆς. δῆλον δὲ ἐκ τῦ πίνακος, ὃν ἀνέθηκε Θράσιππ@, Ἐκφαντίδῃ χορηγήσας. *Et Athenis usque adeo venit in consuetudinem, ut magna fere pars ingenuorum eius participes essent; idque manifestum e tabula, quam Thrasippus dedicavit, quum Ecphantidæ sumtum suppeditasset.* Et elephas pictus. Themistius lib. De Mem. & Reminisc. Η' αἴσθησις καθ᾽ αὑτὸ μὲν, ὁρᾷ τὸν ἐν Ἀθήναις γεγραμμένον ἐλέφαντα· κατὰ συμβεβηκὸς ὑ, τὸν ἐν Ἰνδίᾳ νεμόμενον. *Sensus per se quidem videt elephantem, qui Athenis est depictus; per accidens vero eum, qui in India pascitur.* Item frequentia mulierum, Πολυγύναικος appellata; tum Achilles habitu virginis occultatus, & deprehensus ab Vlysse: & Agaso cum equo: picturæ Athenionis Maronitæ. Plinius lib. XXXV. cap. XI. *Pinxit (Athenion Maronita) Athenis frequentiam, quam vocavere* Πολυγύναικον. *Item Achillem, virginis habitu occultatum, Vlysse deprehendente. Et in una tabula, quaque maxime inclaruit, agasonem, cum equo.* Iacchus quoque erat e marmore; bucula Myronis ex ære; Paralus pictus. Cicero Verrina IV. *Quid Athenienses, ut ex marmore Iacchum, aut Paralum pictum, aut ex ære Myronis buculam.* Ac in Myronis quidem buculam multa exstant Epigrammata apud Ausonium; & Anthologiæ lib. IV. cap. VII. Clypeo dimicans, & luctator, tibicenque; Antidoti opus: ac Necromantia Homeri, a Nicia discipulo picta. Plinius lib XXXV. cap. XI. *Euphranoris autem discipulus fuit Antidotus. Huius est clypeo dimicans Athenis; & luctator, tibicenque inter*

Digitized by Google

ter pauca laudatus. Ipse diligentior, quam numerosior, & in coloribus severus, maxime inclaruit discipulo Nicia Athieniensi, qui diligentissime mulieres pinxit. Opera eius Athenis, Necromantia Homeri. Populus quoque Athenienſis a Parrhaſii manu pictus. Plinius idem eodem lib. xxxv. cap. x. *Parrhasius, Ephesi natus & ipse multa constituit. Pinxit & δῆμον Athenienſium, argumento quoque ingenioſo. Voluit namque varium, iracundum, iniurium, inconstantem; eumdem exorabilem, clementem, misericordem, excelſum, glorioſum, humilem, fugacemque, & omnia pariter ostendere.* Aegis aurea, & in illa Gorgo, in faſtigio theatri ſpectabatur, Antiochi donum. Pauſanias Eliac. I. Ἐν δὲ Ὀλυμπίᾳ, παραπέτασμα ἐρεοῦν, κεκοσμημένον ὑφάσμασιν Ἀσσυρίοις, καὶ βαφῇ πορφύρας τῆς Φοινίκων, ἀνέθηκεν Ἀντίοχος. ἔστι δὴ καὶ ὑπὲρ τοῦ θεάτρου τοῦ Διονύσου ἡ αἰγὶς ἡ χρυσῆ, καὶ ἐπ' αὐτῆς ἡ Γοργὼ, ἡ ἐς τὰ ἀναθήματα. *Et Olympiæ laneum velum cum textili Aſſyriorum opere, tum Phœnicum purpura luculentum, dedicavit rex Antiochus. Eiuſdem donum fuit Aegis aurea, addita Gorgone; quæ Athenis in theatri faſtigio inter cetera donaria locata eſt.* Diogenis pulpitum, ſupra urbem urceolum, a Diogene ipſo factum, & donatum. Pollux lib. x. cap. xiv. Εἰ δὴ καὶ τὸ ἀναλόγιον ἐθέλοις προσονομάζειν, ἐπὶ τοῦ τοῖς βιβλίοις ὑποκειμένου, παρ' ὀδενὶ τῶν κεκριμένων εὗρον. Διογένει δὲ, ὑπὲρ ὑδρίου τινὸς, ἔστι τὸ ὕδωρ ἐπεχεῖτο, ποίημα, καὶ ἀνάθημα, Διογένους· ὁ δὲ Διογένειον ἀναλόγιον ἐκαλεῖτο. *Si vero ad hæc etiam pulpitum nominare velis, id cui libri incumbunt, apud nullum probatum Auctorem reperi. Athenis vero tale erat, ſupra urceolum, cui aqua infundebatur, factum, & donatum a Diogene; quod & Diogenianum pulpitum dicebatur.* Turris marmorea, octo angulos habens, in qua horologium, Andronici Cyrrheſtæ opus. Vitruvius lib. I. cap. VI. *Sed qui diligentius perquiſiverunt, tradiderunt eos eſſe octo; maxime quidem Andronicus Cyrrheſtes, qui etiam exemplum collocavit Athenis, turrim marmoream octogonon; & in ſingulis lateribus octogoni, ſingulorum ventorum imagines exſculptas contra ſuos cuiuſque flatus deſignavit; ſupraque eam turrim metam marmoream perfecit, & inſuper Tritonem æneum collocavit, dextra manu virgam porrigentem: & ita machinatus eſt, uti vento circumageretur, & ſemper contra flatum conſiſteret, ſupraque imaginem flantis venti indicem virgam teneret.* Meminit Varro De Re Ruſt. lib. III. cap V. *In eodem hemiſphærio medio, circum cardinem, eſt orbis ventorum octo; ut Athenis in horologio, quod fecit Cyrrheſtes.* Columna in curia, in qua perſcriptum decretum de puniendis proditoribus, & reip. everſoribus. Lycurgus Orat. in Leocratem. Οὐ μὴν ἀλλ' ἔγωγε βούλομαι τῆς σήλης ἀκοῦσαι ὑμᾶς, τῆς ἐν τῷ βουλευτηρίῳ, περὶ τῶν προδοτῶν, καὶ τῶν τὸ δῆμον καταλυόντων. *Audire equidem vos hæc cupio de columna, quæ in curia, de proditoribus, iiſque, qui ſtatum popularem evertunt.* Et mox. Ταῦτα, ὦ ἄνδρες, ἔγραψαν εἰς τὴν σήλην, καὶ ταύτην ἔστησαν εἰς τὸ βουλευτήριον, ὑπόμνημα τοῖς καθ' ἑκάστην ἡμέραν συνιοῦσι, καὶ βουλομένοις ὑπὲρ τῆς πατρίδος, ὡς δεῖ πρὸς τοιούτους ἔχειν. *Hæc, o viri, in columnam inſcripſerunt, eamque in curia poſuerunt, ut admonerentur ii, qui quotidie hic conveniunt, ac de patria conſultant, quonam modo erga hos ſe gerere debeant.* Domus Chabriæ. Hyperides Orat. in Paſiclem, apud Pollucem lib. IX. cap. V. Τὴν οἰκίαν τὴν μεγάλην, τὴν Χαβρίου καλουμένην. *Domum magnam, Chabriæ dictam.* Sepulcrum Solonis erat prope portam, ad mœnia Vrbis. Aelianus Var. Hiſt. lib. VIII. cap. XVI. ubi de Solone agit. Καὶ ἔθαψαν αὐτὸν δημοσίᾳ παρὰ τὰς πύλας πρὸς τῷ τείχει, ἐν δεξιᾷ εἰσιόντων, καὶ περιωκοδόμηλο αὐτῷ ὁ τάφος. *Ac ſepelierunt eum publice iuxta portam, apud mœnia, ad dextram introitus, circumſtructo monumento.* Erat etiam Pythonices; de quo exſtat inſignis locus Dicæarchi lib. Περὶ τῆς εἰς Τροφωνίου καταβάσεως, apud Athenæum lib. XIII. & Pauſanias in Atticis ait, inter vetera monumenta unum omnium maxime ſpectatu dignum exſtitiſſe. Πυθιονίκῳ (Ἁρπάλου) ἔγημε, γένος μὲν ὃκ οἶδα ὁπόθεν, ἑταιροῦσαν δὲ ἐν τε Ἀθήναις καὶ ἐν Κορίνθῳ. ταύτης ἐς τοσοῦτον ἔρωτα προῆλθεν, ὡς καὶ μνῆμα ἀποθανούσης ποιῆσαι, πάντων, ὁπόσα Ἕλλησίν ἐστιν ἀρχαῖα, θέας μάλιστα ἄξιον. *Pythionicen (Harpalus) uxorem duxerat; cuius neque genus, neque patriam novi; tantum ſcio, Athenis eam, & Corinthi corpus vulgaſſe. Eam vero tam perdite amavit, ut mortuæ monumentum poſuerit, omnium, quæ in Græciæ ſunt, veterum operum quod ſpectetur digniſſimum.* Etiam Panathenaidis, Herodis filiæ. Philoſtratus in eius Vita, Sophiſt. lib. II. Τὸ δὲ ἐπὶ Παναθηναΐδι τῇ θυγατρὶ (πένθος) Ἀθηναῖοι ἐπράυναν, ἐν ᾧ αὐτὴν θάψαντες. *Luctum ob Panathenaiden filiam remiſerunt Athenienſes, quum in Vrbe ſepeliiſſent.* Duæ quoque variis locis populi erant; una alba; altera nigra. De utraque vide *Lectiones Atticas* noſtras lib. IV. cap. XXXIII. Inſcriptiones item duæ in Pompeii honorem poſitæ; una intra portam Vrbis; altera extra. Zonaras Annal. II. Εἶτα παραπλέων (ὁ Πομπήιος) τὰς πόλεις μετὰ σωφροσύνης, οὐ παρῆλθε τὰς Ἀθήνας. ἀναβὰς δὲ, καὶ θύσας, καὶ προσαγορεύσας τὸν δῆμον, εὗρεν ἐπιγραφὰς, εἰς αὐτὸν πεποιημένας· ὧν ἡ μὲν, ἐντὸς τῆς πύλης, ἔλεγεν· ΕΦ' ΟΣΟΝ ΩΝ ΑΝΘΡΩΠΟΣ ΟΙΔΑΣ, ΕΠΙ ΤΟΣΟΥΤΟΝ ΕΙ ΘΕΟΣ. ἡ δ', ἐκτός· ΠΡΟΣΕΔΟΚΩΜΕΝ, ΠΡΟΣΕΚΥΝΟΥΜΕΝ, ΕΙΔΟΜΕΝ, ΠΡΟΠΕΜΠΟΜΕΝ. *Deinde, quum urbes præterveheretur (Pompeius) feſtinanter, Athenas non præteriit. Sed quum in terram exſcendiſſet, ſacris factis, populoque ſalutato, inſcriptiones in honorem ſuum factas invenit duas; unam intra portam Vrbis, iſtis verba præferentem:* QVATENVS TE HOMINEM ESSE AGNOSCIS, EATENVS DEVS ES. *alteram extra;* EXSPECTABAMVS, ADORABAMVS, VIDIMVS, DEDVCIMVS. Quæ accepta ſunt e Pompeio Plutarchi. Et rota erat, ad quam alligati ſervi puniebantur. Suidas. Τροχός τις ἦν Ἀθήνησιν, ἐν ᾧ δεσμούμενοι οἱ οἰκέται ἐκολάζοντο. *Rota erat Athenis, cui alligati ſervi caſtigabantur.* Meminit Ariſtophanes, Pluto.

Ἐπὶ τὸν τροχὸν γὰρ δεῖ σ' ἐκεῖ στρεβλούμενον
Εἰπεῖν ἃ πεπανούργηκας ——
In rota enim illic oportet te divexatum
Dicere, quæ commiſiſti callide. ——

Et

Et in Pace.

Η" ἁβλὸς, αὐτομολεῖν παρεσκευασμένος,
Ἐπὶ τροχῷ γ' ἕλκοιτο μαστιγούμενος.
Vel ſervus, transfugere paratus,
In rota trahatur flagris cæſus.

CAP. X.

Horti in Vrbe ante Epicurum nulli; qui primus fecit. Aquæ quales. Puteorum uſus, & præfecti. Lex Solonis. Ὑδάτων ἐπιστάτης. *Aqua ad clepſydras, agendis cauſis; fonsque ei proprius, iuxta quem ex ære Leo.* Ὁ ἐφ' ὕδωρ. Κλεψυδρόφυλαξ. Κλεψυδροφυλάκιον. Κρηνοφύλακες. Κρηνάγγη. *Torrens,* Κυκλοβόρος *dictus.*

HOrtus in Vrbe privati hominis ante Epicurum nullus fuit; ille primus introduxit. Plinius lib. XIX. cap. IV. *Iam quidam hortorum nomine in ipſa Vrbe delicias, agros, villaſque poſſident. Primus hoc inſtituit Athenis Epicurus, otii magiſter. Vſque ad eum moris non fuerat in oppidis habitari rura.* Et emit ille quidem minis octoginta, atque in eo eſt philoſophatus. Diogenes Laertius in eius Vita lib. X. Πανταχόθεν πρὸς αὐτὸν ἀφικνοῦντο, καὶ συνεβίουν αὐτῷ ἐν τῷ κήπῳ, καθά φησὶ καὶ Ἀπολλόδωρος· ὃν καὶ ὀγδοήκοντα μνῶν πρίασθαι. *Vndique ad eum conveniebant, & vivebant cum ipſo in horto, ut ait Apollodorus; qui & addit, minis octoginta emiſſe.* Ac moriens legavit Hermacho; ut ex Teſtamento apparet, quod Diogenes poſtea memorat. Meminit eius Apollonius Tyaneus in Epiſtola quadam ad Euphratem. Τῶν Ἐπικούρου λόγων ὁ περὶ ἡδονῆς οὐδενὸς ἧττι συνηγόρου δεῖται τῶν ἐκ τοῦ κήπου, καὶ τῆς ἐκείνου διατριβῆς. πέφυκε γὰρ ὢν καὶ κατὰ τὴν σοφὴν ἀληθέσταλος. *Ex Epicuri ſermonibus ille, qui de voluptate eſt, non amplius opus habet patrocinio ullius ex horto, aut ex diſciplina eius; nam veriſſimus etiam iis, qui in porticu, habitus fuit.* Iuvenalis Sat. XIII.

——— *non Epicurum*
Suſpicit, exigui lætum plantaribus horti.

Et XIV.

Quantum, Epicure, tibi paruis ſuffecit in hortis.

Propertius lib. III. eleg. XX.

Illic vel ſtudiis animum emendare Platonis
Incipiam; aut hortis, docte Epicure, tuis.

Cicero De Nat. Deorum lib. I. *Cur tantum Epicuri hortus habuerit licentiæ.* (1) Et hic videntur ſepulcra ſua habuiſſe, qui de ſecta eius eſſent. Ecce enim apud Heliodorum, Aethiopic. lib. I. Η' δὲ, τὸν κῆπον οἶσθα, ἔλεγεν, ἔνθα τὸ μνῆμα τῶν Ἐπικουρείων. *Hæc vero, hortum noſti, inquit, in quo monumentum eſt Epicureorum.* Aquæ vero nullæ erant, niſi quibus ad lavationes tantum, & res alias uterentur; ad potum autem plane inutiles: ad quem putei habebantur. Vitruvius lib. VIII. cap. III. *Aquæ autem ſpecies eſt, quæ quum habeat non ſatis perlucidas venas, ſpuma, uti flos, natat in ſummo, colore ſimilis vitri purpurei. Hæc maxime conſiderantur Athenis. Ibi enim ex huiuſmodi locis, & fontibus, & in aſty, & ad portum Piræeum, ducti ſunt ſalientes; e quibus bibit nemo propter eam cauſam, ſed lavationibus, & reliquis rebus utuntur. Bibunt autem ex puteis, & ita vitant eorum vitia.* Itaque aquæ Athenis neque bonæ erant, neque multæ. Dicæarchus in Deſcriptione Græciæ. Ἐντεῦθεν εἰς τὰ τῶν Ἀθηναίων ἔπεισιν ἄστυ. οὐδὲν ἡ ἡδεῖα, γεωργουμένη πᾶσα, ἔχουσα τῇ ὄψει φιλάνθρωπον· ἡ δὲ πόλις, ξηρὰ πᾶσα, οὐκ εὔυδρος. *Hinc Athenienſium urbem ingreditur: via vero amœna eſt, culta tota, humanitatem præſeferens; at Vrbs ipſa omnino ſicca, neque aquis bene inſtructa.* Quam ob rem defectum hunc ſupplebant putei, qui per Vrbem plurimi erant. Ecce in citatis Vitruvii verbis. *Bibunt autem ex puteis, & ita vitant eorum vitia.* Pauſanias in Atticis. Φρέατα μὲν καὶ διὰ πάσης τῆς πόλεώς ἐστι. *Putei ſunt paſſim per totam Vrbem.* Ex his communem unum habebant, qui curriculi equeſtris ſpatio circum eum adhabitabant: qui remoti ulterius erant, ipſi fodere tenebantur; ac ſi ubi decem paſſus altum puteum effodiſſent, neque aquam inveniſſent, tum è proximo ſingulis diebus hydriam ſex congiorum bis implere ſinebantur, idque ex Solonis lege. Plutarchus in eius Vita. Ἐπεὶ δὲ πρὸς ὕδωρ ὕττε πολυμοῖς ἐσιν ἀενάοις, ὕτε λίμναις χρῶνται, ἔτ' ἀφθόνοις πηγαῖς ἡ χώρα διαρκὴς, ἀλλ' οἱ πλεῖστοι φρέασι ποιητοῖς ἐχρῶντο, νόμον ἔγραψεν. ὅπου μέν ἐστι δημόσιον φρέαρ ἐντὸς ἱππικοῦ, χρῆσθαι τούτῳ· (τὸ δ' ἱππικὸν, διάστημα τεττάρων ἦν σταδίων·) ὅπου δὲ πλεῖον ἀπέχει, ζητεῖν ὕδωρ ἴδιον. ἐὰν δὲ, ὀρύξαντες ὀργυιῶν δέκα βάθος παρ' ἑαυτοῖς, μὴ εὕρωσι, τότε λαμβάνειν παρὰ τοῦ γείτονος, ἑξάχουν ὑδρίαν δὶς ἑκάστης ἡμέρας πληροῦντας. *Poſtquam vero, quod aquam attinet, neque fluviis perennibus, neque lacubus, fontibusve copioſis ſat inſtructa regio erat, ſed plerique puteis factis utebantur, legem tulit; ubi puteus publicus eſſet intra curriculi equeſtris ſpatium, quod eſt quatuor ſtadiorum, eo uti uterentur; ubi longius abeſſet, uti aquam propriam quærerent; ſed ſi, poſtquam ad decem paſſuum altitudinem effodiſſent, minime eam inveniſſent, tum ut peterent e proximo, & quotidie hydriam ſex congiorum bis implerent.* Itaque præfectus illis, qui curaret, ne quis ex alieno puteo furtim peteret, neve ad ſe derivaret; iſque Ὑδάτων ἐπιστάτης dicebatur. Obſervare eſt apud Plutarchum, qui Themiſtoclem aliquando eo munere functum eſſe nobis tradit in eius Vita. Εἶδε καὶ ἐν Μητρὸς ἱερῷ τὴν καλουμένην ὑδροφόρον κόρην χαλκῆν, μέγεθος δίπηχυν· ἣν αὐτὸς, ὅτε τῶν Ἀθηναίων ὑδάτων ἐπιστάτης ἦν, εὑρὼν τὰς ὑφηρημένους τὸ ὕδωρ, καὶ παροχετεύσαντας, ἀνέθηκεν, ἐκ τῶν ζυμίας ποινασάμενος. *Vidit etiam in Matris deum templo virginem æneam, quam Hydrophoron appellant, duorum cubitum magnitudine, abs ſe factam, quum aquarum Athenis præfectus eſſet, e multis eorum, quos aquam abductam divertiſſe deprehenderat.* Alius erat, ut hoc obiter etiam moneam, ne confundas, qui Ἐφ' ὕδωρ dicebatur; & iudiciales aquas accurabat, ſorte ad id munus lectus. Suidas. Ἐφ' ὕδωρ. ἐν ταῖς πρὸς ὕδωρ δίκαις ἐλάγχανεν ὁ ἐπιμελησόμενος τούτου. *Ad aquam. In cauſis, quæ ad aquam agebantur, ſortito conſti-*

1. *Petronius:*
Ipſe pater veri doctis Epicurus in hortis.

Digitized by Google

stituebatur, qui huius curam gereret. Hesychius. Ἐφ' ὕδωρ λαχεῖν. λαγχάνῃ τις, ὕδωρ παρατηρήσων, τὸ ἐν ταῖς δίκαις. *Ad aquam sortiri. Sorte constituitur quispiam, aquam observaturus in causis agendis.* Observabat nempe iste, ut partis utriusque clepsydræ æquales essent. Erat autem fons quidam proprius, e quo hæc aqua petebatur; atque ad istum leo ex ære collocatus, Κρηνοφύλαξ (1) nuncupatus; munusque ipsum, Κρηνοφυλάκιον dicebatur; & qui obibant, servi erant, Κρηνοφύλακες appellati; ut Ὁ ἐφ' ὕδωρ, qui curator his præpositus. Pollucis locus nos hæc docet lib. VIII. cap. IX. sect. XXXII. Ἡ μέντοι κρηνοφυλάκιον· ἀρχὴ, δόλως εἰς τὸ ἔργον, αὐτῆς τ' ἐπιχλήσεως ἔχουσα. καὶ λέων δή τις ἐκαλεῖτο Κρηνοφύλαξ, χαλκοῦ πεποιημένος, ἐπὶ κρήνης τινὸς, δι' ἧς τὸ ὕδωρ ἐφέρετο, ἐν ταῖς πρὸς ὕδωρ δίκαις ἐτιμελητὴς δέ τις κληρωτὸς ἐγίγνετο, ὃς ἐκαλεῖτο Ἐφ' ὕδωρ, ὁ παραφυλάττων τὴν ἰσότητα τῆς κλεψύδρας. *Erat Crenophylacium dignitas, quæ servos ad opus eiusdem cognominis habebat; ac leo quidam Crenophylax vocabatur, ex ære factus, ad fontem quempiam, e quo aqua petebatur in iudiciis, quæ ad aquam agitabantur; & curator quidam erat, sorte lectus, qui ad aquam dicebatur, & æqualitatem clepsydræ observabat.* Hesychius strictim. Κρηνοφύλαξ, ὁ τὴν κρήνην φυλάττων. *Crenophylax, fontem custodiens.* Ac præfectura, Κρηνάρχη eidem appellatur. Κρηναρχη, ἀρχὴ ἐπὶ τῆς ἐπιμελείας ὕδατος. *Crenarche, dignitas in curatione aquæ.* Præter aquas, puteos, fontes, torrens erat, Κυκλοβόρος appellatus. Aristophanes, Equitibus.

Ἅρπαξ, κεκράκτης, Κυκλοβόρῳ φωνὴν ἔχων.

Rapax, vociferator, Cyclobori vocem habens.

Vbi Scholiastes, Κυκλοβόρος, ποταμὸς τῶν Ἀθηναίων, οὐκ ἀεὶ, οὐδὲ διὰ παντὸς ῥέων, ἀλλὰ χειμάρρους. *Cycloborus, fluvius Athenienſium, non semper, neque ubique fluens, verum torrens.* Et ad Acharnenses. Κυκλοβόρος, ποταμὸς ἐν Ἀθήναις χείμαρρος. *Cycloborus, fluvius Athenis torrens.* Meminit eius etiam Suidas, & Eustathius ad Iliad. β'.

CAP. XI.

Muri Vrbis. Μακρὸν τεῖχος. Φαληρικὸν τεῖχος. Διὰ μέσου τεῖχος. *Longus murus, duplex erat; iste, Australis: ille vero Borealis: uterque quando ædificatus. Andocidis locus emendatus. Harpocrationis error, item Suidæ indicatus. Turres multæ in utroque, in quibus etiam habitatum. Subter, in subiectis agris, villæ plurimæ, permagnifice ædificatæ, & instructæ.*

MVrorum Vrbis varia equidem invenio nomina. Et in iis Μακρὸν τεῖχος memoratur ab Andocide in Orat. Περὶ μυστηρίων. Ἀναβιβάσαντες δὲ τοὺς στρατηγοὺς, ἀνδρεῖον ἐκελεύσαν, Ἀθηναίων τοὺς μὲν ἐν ἅστει οἰκοῦντας, ἰέναι εἰς τὴν ἀγόραν, τὰ ὅπλα λαβόντας. τοὺς δ' ἐν μακρῷ τείχει, εἴς γε Θησεῖον. *Advocatis prætoribus, edicere iusserunt, ut, quicumque Athenienſium in Vrbe habitarent, ſumtis armis, in forum irent; qui in muro autem longo, in Theſei fanum.* Et est passim obvia mentio apud Auctores. Præter istud, etiam τὸ Φαληρικὸν nominat Thucydides lib. II. Ἔστι δὲ αὐτοῦ, ὃ μὲν ἀφύλακτον, τὸ μεταξὺ τοῦ τε μακροῦ καὶ τοῦ Φαληρικοῦ. *Est vero pars eius, quam excubiæ nullæ ſervant, quæ est inter murum longum, & Phalericum.* Etiam τὸ διὰ μέσου memoratur a Platone in Gorgia. Περικλέους δὲ καὶ αὐτὸς ἤκουον, ὅτε συνεβούλευεν ἡμῖν περὶ τοῦ διὰ μέσου τείχους. *Sed & Periclem ipſe audivit, quum de muro medio auctor nobis eſſet.* Dion Chrysostomus Orat. VI. Καί τοι διακοσίων σταδίων εἶναι τὴν περίμετρον τῶν Ἀθηνῶν, τοῦ Πειραιέως συνειλημένου, καὶ τῶν διὰ μέσου τειχῶν. *Quippe ambitum Vrbis, addito Piræeo, & muro medio, ducentorum ſtadiorum eſſe.* Occurrit quoque eius mentio apud Plutarchum lib. De Gloria. Quod ad Μακρὸν τεῖχος attinet, id sciendum duplex fuisse; hoc, τὸ Βόρειον, *Boreale*; illud, Νότιον, sive *Australe*, nuncupatum. De priore est Andocidis iste locus in Orat. Περὶ τῆς πρὸς Λακεδαιμονίους εἰρήνης. Πρῶτον μὲν τὸν Πειραιᾶ ἐτειχίσαμεν ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ, εἶτα τὸ μακρὸν τεῖχος τὸ Βόρειον. *Ac primo quidem illo tempore Piræeum communivimus, & murum longum Borealem item exſtruximus.* Et Aeschinis De falsa legat. Ἐν δὲ τούτῳ τῷ χρόνῳ ἐτειχίσαμεν τὸν Πειραιᾶ, καὶ τὸ Βόρειον τεῖχος ᾠκοδομήσαμεν. *Isto tempore Piræeum communivimus, & murum Borealem exſtruximus.* Meminit item Plato De Rep. lib. IV. Λεόντιος ὁ Ἀγλαΐωνος, ἀνιὼν ἐκ Πειραιέως, ὑπὸ τὸ Βόρειον τεῖχος. *Leontius Aglaionis filius, quum ex Piræeo aſcenderet ſub murum Borealem.* De altero Andocides idem in citata Oratione. Καὶ τὸ τεῖχος τὸ μακρὸν τὸ Νότιον ἐτειχίσθη. *Ac murus longus Auſtralis eſt exſtructus.* Ac Borealem quidem murum exstruxerunt, constituta cum Lacedæmoniis quinquaginta annorum pace. Andocides in citata statim Oratione. Καὶ τότε ἡμῖν εἰρήνη ἐγένετο πρὸς Λακεδαιμονίους ἔτη πέντε. καὶ ἐνεμείναμεν ἀμφότεροι ταῖς σπονδαῖς ἔτη τριακαίδεκα. ἓν δὴ τοῦτο, ὦ Ἀθηναῖοι, πρῶτον σκεψώμεθα. ἐν ταύτῃ τῇ εἰρήνῃ ὁ δῆμος ὁ τῶν Ἀθηναίων ἐῶ' ὅπου καλελύθη; οὐδεὶς ἀποδείξει. ἀγαθὰ δὲ, ὅσα ἐγένετο διὰ ταύτην τὴν εἰρήνην ἐγὼ ὑμῖν φράσω. πρῶτον μὲν, τὸν Πειραιᾶ ἐτειχίσαμεν ἐν τούτῳ τῷ χρόνῳ, εἶτα τὸ μακρὸν τεῖχος τὸ Βόρειον. *Et tunc nobis pax est facta cum Lacedæmoniis in annos quinque, quam tenuimus annos tredecim, atque hoc unum, Athenienſes, videamus, anne alibi in hac pace ullum Reſp. detrimentum accepit? nemo ostendet; ego vero, quæ eam commoda sint ſequuta, vobis dicam. Primo quidem, Piræeum communivimus; inde exſtruximus murum longum Borealem.* Sed corrupta Andocidis verba sic restituo. Εἰρήνη ἐγένετο πρὸς Λακεδαιμονίους ἔτη πεντήκοντα. *Pax est facta cum Lacedæmoniis in annos quinquaginta.* Nam annorum quinquaginta, & non quinque pax hæc fuit; etsi tredecim tantum ex istis sarta tecta. Res est nota ex Historia; estque illustris Aeschinis locus in citata Oratione. Συνταραχθέντες δὲ ὑπό τινων, καὶ καταστάντες πρὸς Λακεδαιμονίους εἰς πόλεμον, πολλὰ καὶ παθόντες κακὰ, καὶ ποιήσαντες, Μιλτιάδου τοῦ Κίμωνος προκηρυκευσαμένου πρὸς Λακεδαιμονίους, ὄντος πρόξενου, σπονδὰς τοῦ πολέμου πεντηκον-

1. Crenophylax, fontis custos, a κρήνη *fons*, & φυλάττειν *custodire*.

κονλαστεῖς ἐποιήσαμεν. ἠχρησάμεθα αὐταῖς δὲ ἔτη τελαικαίδεκα. Ἐν ᾧ τούτῳ τῷ χρόνῳ, ἐτείχισαμεν τὴ Πειραιᾶ, καὶ τὸ Βόρειον τεῖχος ᾠκοδομήσαμεν. *Concitati a quibusdam, belloque contra Lacedæmonios susceptο, multis malis datis passim, & acceptis, intercessione Miltiadis, Cimonis filii, cui hospitium erat cum Lacedæmoniis, fœdus annorum quinquaginta percussimus, eoque tredecim annos sumus usi: hoc tempore Piræeum muro cinximus, & Borealem murum fecimus.* Australem vero exstruxerunt pace cum iisdem illis Lacedæmoniis tricennali. Andocides postea in eadem Oratione, ubi de pace ista agit, & sequutis illam bonis. Νεωσοίκους τε ᾠκοδομησάμεθα, χιλίους τε καὶ διακοσίους ἱππέας, καὶ τοξότας τοσούτους ἑτέρους καλεσήσαμεν· καὶ τὸ τεῖχος τὸ μακρὸν τὸ Νότιον ἐτείχισθη. *Et navalia exstruximus, & mille, ac ducentos equites, totidemque sagittarios constituimus; tum & structus murus longus Australis.* Habes itidem apud Aeschinem, qui videndus in citata pluries Oratione. Erat autem, ut hoc moneam, murus Australis, qui ad mare adiacebat; & Piræum, Phalerumque continebat: Borealis, qui terrestre Vrbis latus includebat. Ac maritimum quidem murum, sive Australem, quando inceperint, memoratur a Thucydide lib. 1. Ἤρξαντο δὲ κατὰ τοὺς χρόνους τούτους καὶ τὰ μακρὰ τείχη Ἀθηναῖοι ἐς θάλασσαν οἰκοδομεῖν, τό τε Φαληρόνδε, καὶ τὸ ἐς Πειραιᾶ. *Circa hæc tempora inceperunt Athenienses exstruere murum maritimum, Phalerum versus, & Piræum.* Id autem factum, quum Aeginam obsiderent, & absolverunt, quum Bœotiis superatis ad Oenophum, agrum Bœotium, ac Phocensem subegissent, & Tanagræorum muros deiecissent, durante etiam obsidione Aeginensi. Thucydides non multo post eodem libro. Καὶ μάχῃ ἐν Οἰνοφύτοις τοὺς Βοιωτοὺς νικήσαντες, τήν τε χώρας ἐκράτησαν τὴν Βοιωτίας, καὶ Φωκίδος· καὶ Τανάγραίων τὸ τεῖχος περιεῖλον, τά τε τείχη τὰ ἑαυτῶν τὰ μακρὰ ἀπετέλεσαν. *Et prælio in Oenophytis quum Bœotos superassent, eorumque agrum, ac Phocensium subegissent, & Tanagræorum muros deiecerunt, & suæ Vrbis muros longos exstruxerunt.* Διὰ μέσου τεῖχος, sive *Medius murus*, erat, qui Australem, & Borealem coniungebat. Non recte certe Harpocration, murum Australem eumdem esse Medium dicit. Ecce verba. Διὰ μέσου τεῖχος. Ἀντιφῶν πρὸς Νικοκλέα. Τριῶν ὄντων τειχῶν ἐν τῇ Ἀττικῇ, ὡς καὶ Ἀριστοφάνης φησὶν ἐν Τριφάλητι, τοῦ τε Βορέου, καὶ τοῦ Νοτίου, καὶ τοῦ Φαληρικοῦ, διὰ μέσου τούτων ἐλέγετο τὸ Νότιον. *Medius murus. Antiphon adversus Nicoclem. Quum tres in Attica muri essent, ut etiam in Triphalete ait Aristophanes, Borealis, Australis, & Phalericus, medius inter hos dicebatur Australis.* Vbi non simpliciter errat; nam nec medius erat Australis, nec Phalericus singularis murus aliquis, verum quædam pars Australis, ut ostendi. Eumdem errorem errat Suidas, Harpocrationis compilator, in Διὰ μέσου τείχους. In muro autem longo utroque turres multæ; eæque item habitatæ ob frequentiam. Thucydides lib. 11. Καὶ ἐσκευάσαντο ᾗ καὶ ἐν τοῖς πύργοις τῶν τειχῶν πολλοὶ, καὶ ὡς ἑκάστοις που ἐδύνατο. ᾗ γὰρ ἐχώρησε ξυνελθόντας αὐτοὺς ἡ πόλις, ἀλλ' ὕστερον δὴ τά τε μακρὰ τείχη ᾤκησαν καὶ ἀνεμάμενοι, καὶ τῆ Πειραιέως τὰ πολλά. *Multi etiam in ipsis murorum turribus domicilia sibi pararunt, & quo quisque loco poterat; neque enim Vrbs capax erat eorum omnium, qui convenerant; itaque & postea muros longos, inter sese distributos, habitarunt; & Piræei magnam partem.* Iuxta in subiectis agris villæ multæ, permagnifice ædificatæ, & instructæ sumtuosa supellectile. Observo alibi apud Thucydidem eumdem, eodem libro. Οἱ δὲ δυνατοὶ, (ἐλυπῦντο,) καλὰ κτήματα κατὰ τὴν χώραν οἰκοδομίας τε καὶ πολυτελέσι καταστρευαῖς ἀπολωλεκότες. *Qui opibus pollebant (angebantur) quod egregia in agris prædia, villasque magnifice exstructas, & sumtuosa supellectile plenas amisissent.*

CAP. XII.

Portæ variæ; Αἰγέως, Ἀχαρνικαὶ, Διόμεαι, Ἥριαι. *Theophrastus emendatus.* Θρακίαι, Θριασίαι; *Harpocrationis locus restitutus. Eadem* Δίπυλον *appellata, &* Κεραμεικαὶ. Ἱεραὶ, Ἱππάδες, Ἱππωνίαι, Μελίτίδες, Πειραικαὶ, Σκιαδαί. *Portula quædam in littore. Suburbia duo;* Κεραμεικὸς, *&* Ἱερὰ Συκῆ.

DEnique portas etiam Vrbis memoremus. De earum nomina observavi. Erant vero Πύλαι ΑΙΓΕΩΣ, iuxta Delphinium, ubi Aegeus habitaverat; unde nomen. Plutarchus in Vita Thesei. Λέγεται δὲ τῆς κύλικος πεσούσης, ἐκχυθῆναι τὸ φάρμακον, ὅπου νῦν ἐν Δελφινίῳ τὸ περίφραγμά ἐστιν. ἐνταῦθα γὰρ ὁ Αἰγεὺς ᾤκει· καὶ τὸν Ἑρμῆν, τὸν πρὸς ἕω τοῦ ἱεροῦ, καλοῦσιν ἐπ' Αἰγέως πύλαις. *Fertur vero prolapso calice, venenum effusum esse, ubi nunc in Delphinio septum est. Illic enim habitabat Aegeus; & Mercurium, qui ad orientem fani est, in Aegei porta nuncupant.* ΑΧΑΡΝΙΚΑΙ. Hesychius. Ἀχάρναι, δῆμος τῆς Ἀττικῆς. Ἀχαρνικαὶ, πύλαι Ἀθήνησιν. *Acharnæ, populus Atticæ. Acharnicæ, porta Athenis.* Erat nempe ea porta, qua Acharnas exibatur, ΔΙΟΧΑΡΟΥΣ. Strabo lib. IX. Εἰσὶ μὲν οὖν αἱ πηγαὶ, καθαρὸν καὶ πολίμου ὕδατος, ὥς φασιν, ἐκτὸς τοῦ Διοχάρους καλουμένων πυλῶν. *Sunt quidem fontes aquæ puræ, & potabilis, ut aiunt, extra portam Diocharis.* ΔΙΟΜΕΙΑΙ. Hesychius in Δημιάσι. Μή ποτε οὖν ἀντὶ τοῦ Διομείοις πύλαις Δημιάσιν εἶπεν, διὰ τὴν ἐγγύτητα τῶν ὀνομάτων. *An non pro Diomea porta dixit Demia, ob vicinitatem nominum?* ΗΡΙΑΙ. Etymologici Auctor. Ἥριαι, πύλαι Ἀθήνησι· διὰ τὸ τοὺς νεκροὺς ἐκφέρεσθαι ἐκεῖ ἐπὶ τὰ ἠρία, ὅ ἐστι τοὺς τάφους. *Sepulcrales portæ Athenis; quia illic cadavera efferrentur ad τὰ ἠρία, sive sepulcra.* Corrigendus in huius portæ nomine Theophrastus in Eth. Charact. cap. Περὶ ἀναισθησίας. Πόσους οἴει κατὰ τὰς ἠρίας πύλας ἐξενηνέχθαι νεκρούς; *Quam multa putas cadavera, elata porta sepulcrali?* Perperam editur κατὰ τὰς ἱερὰς πύλας, *porta sacra*: ut monui nuper, *Eleusiniorum* cap. XXVII. Scio equidem Πύλας ἱερὰς, *Portam sacram*, fuisse Athenis, qua ibatur Eleusinem ad celebranda sacra Cereris, unde illi nomen datum; & de ea statim quoque sum dicturus; sed cadavera per hanc non efferri soli-

solita; itaque omnino corrigendus Theophrasti iste locus. ΘΡΑΚΙΑΙ. Thucydides lib. v. Καὶ τὸν ἄλλον μετὰ τοῦ Κλεαρίδα καθίζει ἐπὶ τὰς Θρακίας καλουμένας τῶν πυλῶν. *Ceterosque, qui cum Clearida erant, constituit ad portam Thraciam.* Et mox. Καὶ ὁ Κλεαρίδας, ὥσπερ εἴρητο, ἅμα κατὰ τὰς Θρακίας πύλας ἐπεξελθὼν τῷ στρατῷ ἐπεφέρετο. *Et Clearidas, uti constitutum fuerat, porta Thracia erumpens, eodem tempore cum exercitu in hostem ferebatur.* ΘΡΙΑΣΙΑΙ. Hesychius. Θριασίαι, πύλαι ἕτω καλοῦνται Ἀθήνησιν. *Thriasia Porta ita dicitur Athenis.* Corruptus in hoc nomine Harpocrationis locus in Ἀνθεμόκριτος, ex Isæi Oratione Πρὸς Καλυδῶνα. Τότε βαλανεῖον, τὸ παρ' Ἀνθεμοκρίτου ἀνδριάντα· τουτέστι, πρὸς ταῖς Θρασείαις πύλαις. *Et balneum, quod est iuxta Anthemocriti statuam, id est, ad portam Thraseam.* Ita in Aldina editione utraque legitur. Philippus Maussacus, vir præstantissimus, & non vulgariter de Harpocratione meritus, restituendum existimabat, πρὸς ταῖς Θρακίαις πύλαις. *Ad portam Thraciam;* & ad loci illius illustrationem plura pollicitus in vocem Πύλαι, nihil dicit. Ego veram omnino lectionem censeo, πρὸς τὴν Θριασίαις πύλαις. *Ad portam Thriasiam.* Postea impositum nomen fuit ΔΙΠΥΛΟΝ. Plutarchus docet in Vita Periclis, & emendationem meam valide firmat. Ταφῆναι δ' Ἀνθεμόκριτον παρὰ τὰς Θριασίας πύλας, αἳ νῦν Δίπυλον ὀνομάζονται. *Sepultum vero esse Anthemocritum ad portam Thriasiam, quæ nunc Dipylum appellatur.* Erat autem hæc maxima omnium, quæ Athenis. Livius lib. XXXI. *Ad Dipylon accessit. Porta ea, velut in ore Vrbis posita, maior aliquanto, patentiorque, quam ceteræ: & intra eam, extraque latæ sunt viæ.* Meminit eius etiam Plutarchus in Sulla, Οἱ περὶ τὴν ἀγορὰν φόνοι ἐτέχθη τάνλα τὸν ἐντὸς τοῦ Διπύλου Κεραμεικόν. *Ea cædes, quæ in foro perpetrata, universum intra Dipylum Ceramicum implebat.* Et Polybius Legat. Eclog. III. Ἐπεὶ δ' εἰσῆλθε κατὰ τὸ Δίπυλον, ἐξ ἑκατέρου τοῦ μέρους παρέσησαν τὰς ἱερείας, καὶ τοὺς ἱερεῖς. *Postquam ingrederetur per Dipylum, utraque ex parte constituerant sacerdotes feminas, ac viros.* In Plutarchi autem verbis hoc observa; πάνλα τὸν ἐντὸς τοῦ Διπύλου Κεραμικόν. *Vniversum intra Dipylum Ceramicum.* Ergo erat in propinquo Ceramicus: & intelligi sine dubio illa ipsa porta debet, de qua Xenophon Hist. Græc. lib. II. Καὶ ἄλλοι οἱ τεθαμμένοι τῶν Λακεδαιμονίων πρὸ τῶν πυλῶν, ἐν τῷ Κεραμεικῷ. *Aliique e Lacedæmoniis, qui sepulti ante portam in Ceramico.* Et Philostratus in Philagro Sophist. lib. II. Παρῆλθεν εἰς τὸ τῶν τεχνιτῶν βουλευτήριον, ὃ δὴ ᾠκοδόμηται παρὰ τὰς τοῦ Κεραμεικοῦ πύλας. *Transiit ad prætorium artificum, quod ad portam Ceramici exstructum.* Et profecto, a vicino Ceramico etiam factum, ut ΚΕΡΑΜΕΙΚΑΙ nomen daretur; qua de re notavi plura, *Ceramici* cap. XVIII. ΙΕΡΑΙ. Plutarchus in Sulla. Αὐτὸς δὲ Σύλλας τὸ μεταξὺ τῆς Πειραϊκῆς πύλης, καὶ τῆς Ἱερᾶς, καθασκάψας, καὶ συναμαλύνας, περὶ μέσας νύκτας εἰσηλαυνε Φρικώδης. *Ipse Sulla, destructa, ac solo æquata ea parte, quæ est inter portam Piræensem, & Sacram, circa mediam noctem cum magno terrore in Vrbem ingressus est.* ΠΙΠΑΔΕΣ. Plutarchus in Hyperide lib. De X. Rhet. Τὸς δὲ οἰκείους, τὰ ὀστᾶ λαβόντας, θάψαι τε ἅμα τοῖς γονεῦσι, πρὸ τῶν Ἱππάδων πυλῶν, ὡς φησιν Ἡλιόδωρος, ἐν τρίτῳ Περὶ μνημάτων. *Domesticos vero eius, accepta ossa sepelivisse cum maioribus ante portam Equestrem, ut auctor est Heliodorus libro tertio De monumentis.* ΙΤΩΝΙΑΙ. Aeschines Philosophus in Axiocho. Ὡς δὲ θᾶττον τὴν παρὰ τὸ τεῖχος ἤλθομεν, ταῖς Ἰτωνίαις (πλησίον γὰρ ᾤκει τῶν πυλῶν, πρὸς τῇ Ἀμαζονίδι στήλῃ) καταλαμβάνομεν αὐτόν. *Quum autem ocyus iremus via, quæ prater mœnia ducit ad portam Itoniam (siquidem iuxta hanc habitabat, ad columnam Amazoniam) ipsum adsequuti sumus.* ΜΕΛΙΤΙΔΕΣ. Pausanias in Atticis. Μνῆμά ἐστιν ὑ πόρρω πυλῶν Μελιτίδων. *Monumentum exstat non longe a porta Melitensi.* Et Marcellinus in Vita Thucydidis. Πρὸς γὰρ ταῖς Μελιτίσι πύλαις καλουμέναις ἐστὶν ἐν Κοιλῇ τὰ καλούμενα Κίμωνος μνήματα. *Ad portam Melitensem quam vocant in Cœla sunt Cimonis quæ dicuntur monumenta.* ΠΕΙΡΑΙΚΑΙ. Plutarchus in Theseo. Καὶ τάφους τῶν πεσόντων περὶ τὴν πλατεῖαν εἶναι, τὴν φέρουσαν ἐπὶ τὰς πύλας, παρὰ τὸ Χαλκώδοντος ἡρῶον, ὃς νῦν Πειραϊκὰς ὀνομάζουσι. *Ac sepulcra cæsorum esse ad plateam, propter Chalcodontis herois fanum, qua ad portam itur, nunc Piræensem appellatam.* Iterum in Sulla, in citatis statim verbis. Μεταξὺ τῆς Πειραϊκῆς πύλης, καὶ τῆς Ἱερᾶς. *Inter portam Piræensem, & Sacram.* ΣΚΑΙΑΙ. Hilduinus in Vita Dionysii Areopagitæ, ubi de Athenis agit. *Quarta regio civitatis eiusdem versa est ad portam Scæam.* Portulæ item cuiusdam in littore, non expresso eius nomine, meminit Lycurgus, Orat. in Leocratem. Οὐκ ἐκ τῆς ἀκτῆς κατὰ τὴν πυλίδα ἐμβαίνουσιν οἱ καθ' ἐμπορίαν πλέοντες, ἀλλ' ἐκ τοῦ λιμένος, ὑπὸ πάντων τῶν φίλων ὁρώμενοι. *Non e littore iuxta portulam ingrediuntur, qui mercaturæ exercendæ causa adnavigant, sed e portu, ab amicis omnibus conspecti.* Portis adnexa suburbia; inter quæ *Ceramicus* maxime excellebat: de quo seorsim libro singulari dixi. Erat etiam Ἱερὰ Συκῆ, qua Eleusinem iter erat; ubi mystæ, sacra in Vrbem reducentes, quiescebant; uti dixi in *Eleusiniis cap.* XXVII. Illic vide. Aliorum nondum nomina observare usquam memini.

FINIS.

Digitized by Google

Quæ Vir eruditiſſimus Iac. Gronovius in Præfatione quarti Voluminis ſui Græcarum Antiquitatum Theſauri ad Athenarum Atticarum illuſtrationem, vel caſtigationem adnotavit, ea hic apte ſubiici poſſe arbitrati ſumus.

INgredere modo Athenas iſtas, tot illic numinum nomina, altaria, tot miracula deprehendes, ut hanc vero Deorum urbem, ſedemque fuiſſe dixeris, tot heroum vel ſtatuas, vel alios honores, ut a Virtute perpetuo adſiari, inſiderique contigerit; tot pulcerrima inſtituta, ut ab ipſa Modeſtia conditas adſeveres. Quæ etſi oculis iam videre nequeas, refert tamen vel auribus accepiſſe, ipſa tam ſera memoria te ad ſtuporem commotura. Non tamen hoc cœlum eſt, nec ubique ſimplex & perſpicua lux. Dubitare prorſus non decet, quin aſperſa his ſint nonnulla, quæ abeſſe poterant. Me quidem ſicut hi libri plurimum iuverunt, ita non pigror edere, quæ ipſe adnotavi.

Hic quod vides tentari lib. 1 cap. 3. in verbis Vitruvii *Athenis porticus eſt Eumenici, patriſque Liberi fanum*, ut pro eo ſcribatur *Porticus eſt Mercurii*, ſatis audaci modo, videtur diſplicuiſſe Sponio; quippe qui T. 1. Itinerarii pag. 126. non Eumenicum modo, & porticum eius cognoſcit, ſed etiam reliquias adſignavit, & cui operæ deſtinata fuerit, large prorſus exſequitur; etſi ſicut ipſe nominat nullum, ſic neque ego facile ediderim, quo auctore iſta ſic diſtribuat. Id ipſum ne in hac parte Achaten ſuum deſereret, placuit quoque Whelero pag. 431, ubi tamen vitioſe editur *des reſtes du Portique d' Eumenes*, quum diverſus ſit Eumenicus ab Eumene.

Præter mentem certe auctori videtur excidiſſe lib. 1 cap. 5 ante Zenonis porticum fuiſſe ſtatuas Solonis, & Lycurgi, quod poſterius nomen repetitur etiam in verſione Latina, quum pro Lycurgo Græca ibi ponant Seleucum, qui non debet inde amoveri.

Sed hic ſiſtere paululum decet. Nam quod antea tetigi in volumine De Populis Atticis, ut quacumque etiam diligentia uſus fuerit auctor, utique tamen aliqua omiſſa deinde intellexerit; idem certe in hoc opere etiam evenit. Quum enim iſta ſic notaviſſem, veniunt in manus meas inſerenda, ut appellat ipſe auctor, ad librarium miſſa a Viro Clariſſimo, cuius comitas tum omni ſtudiorum generi probata, tum vel præcipue in his Meurſianis expoliendis adiumento, & uſui maximo fuit, Ioanne Georgio Graevio, chirographo Meurſii deſcripta, in quibus eumdem hunc errorem a ſe animadverſum ita corrigi, atque etiam in lemmate poni voluit. Ceterum quoniam illa tardius accepta nequiverunt ſuis locis commode inſeri, permittes, Lector, ut huic parti ea admiſceantur, quum ſint non multa.

Col. 124. verſ. 28. poſt *Artaphernem*, adde: Sed Miconem pugnam Marathoniam pinxiſſe inde certum eſt, quod barbaros in ea pugna quum pinxiſſet grandiores, ideo in ius

vocatus fuerit. Ecce enim apud Sopatrum in Diviſ. Quæſt. Μετὰ Μαραθῶνα Μικῶν ὁ ζογράφος τὰς βαρβάρους γράψας μείζους ἢ Ἑλλήνων, κρίνεται. *Poſt Marathonem Micon pictor quum barbaros maiores Græcis pinxiſſet, reus agitur.* Col. 156. verſ. 49. poſt *Lyceo*, adde: *Themiſtius* Orat. 1. Φιλοσόφου δὲ οὐδέν τι μεῖον ὁ λόγος εὖ ἔχῃ, κἂν ὑπὸ πλατάνῳ λέγηται μόνῃ, κἂν τεττίγων ἀκροωμένων. *Philoſophi vero nihilo deterior eſt oratio, ſive ſub platano habeatur ſola, ſive cicadis audientibus.* Col. 159. verſ. 24. poſt *perveniret*, adde: Et Eridani etiam Eubulus in Nannio fabula apud Athenæum lib. XIII.

——— οἵας
Ἠριδανὸς ἁγνοῖς ὕδασι κηπεύει κόρας.
——— *quales*
Eridanus puris aquis abluit virgines.

Col. 173. in lemmate cap. x verſ. 18. dele *Gorgiæ Leontini ſtatua aurea*, & mox in ipſo capite Col. 174. verſ. 4. omnia iſta *In hac ara* &c. uſque ad verſ. 13. *Erat porro*; unde & in indice rerum iuſſit eadem deleri. Hæc igitur qualiacumque feres accepta fidæ Viri præſtantiſſimi cuſtodiæ, & benevolæ ad hæc iuvanda prolixitati.

Sic libro 1 cap. x potuerat abſtinere Perſei nomine in colligendis caſibus Olympii Attici, & Livii verba ad iſtum regem non trahere, quum ex Vitruvio haberet regem Epiphanem Antiochum.

Libro II cap. IV ſcribit in principio a Pauſania duos fluvios commemorari, *qui per Vrbem labebantur*. Similiter in Ceramico Column. XIV Callirhoe erat *ad Iliſſum flumen, quod per Vrbem profluebat*. Quum nec Pauſanias, nec ulla alia loca in iſto capite citata illud declarent; ſed inde removeatur & ex illis, & ex verbis manifeſtis Strabonis lib. IX pag. 400. quorum partem advocat capite ſequente prorſus huc opportuniſſimam Ἰλισσὸς ἐκ θατέρου μέρους τῆ ἄσεως ῥέων, plane non intra urbem illum recipientibus; immo etiam libro III cap. VIII & X adducat verba Dicæarchi Athenas deſcribentia ἡ δὲ πόλις ξηρὰ πᾶσα, ἐκ εὐυδρος. Et in Ceramici principio advocatur locus Pauſaniæ, unum modo fontem in urbe fuiſſe teſtantis, quum putei complures, ac paſſim reperiantur, de quo ibi plura in cap. XIV & apud Whelerum p. 396. & 406.

Sed neque convenire videntur lib. II poſita cap. VI, quaſi via Τρίποδες dicta offerret ſe deſcendenti a Prytaneo, quum in locis omnibus illic appoſitis nullum appareat veſtigium deſcenſionis, quæ illuc ducat. Interpres Latinus Pauſaniæ quidem ita interpretatus fuit: *E Prytaneo in viam deſcendas, quam Tripodas appellant*. Sed id a Pauſania omnino non dicitur in illo loco. Ceterum pag. 31. quum loquutus fuiſſet de Prytaneo, additur: Ἐνθεῦθεν ἰοῦσιν ἐς τὰ κάτω τῆς πόλεως, Σαράπιδός ἐστιν ἱερόν. Itaque verſus Sarapieum procedentes videri quodammodo deſcendere ait Pauſanias (unde & Sponius II pag. 142. colligit de Olympio, *qu'il eſt en la partie baſſe de la ville en deſcendant du Prytanee*) non verſus Tripodum a numero ita dictam viam; nec lib. 1 cap. VIII adeſt quidquam de excelſo ſitu Prytanei. Porro quod coniunctim abſolvit in fine

Digitized by Google

eius columnæ, ſcilicet prope Prytaneum eſſe templum Bacchi, ubi ſatyrus ſit pocillator eius, & in eius templi ambitu geminum delubrum fuiſſe, totidemque ſigna Bacchi, aut ego in his nihil intelligo, aut templum, in quo ipſe cum pocillatore iſto fuit, longe aliud, ac diverſum a poſteriore, quia prius illud erat non procul a Prytaneo, alterum dicit ipſe Pauſanias fuiſſe πρὸς τῷ θεάτρῳ ſatis accurate per Meurſium hic notato, ac poſito ſane in remota admodum regione a Prytaneo; neque ullus, qui de theatro memorat, mentionem facit Prytanei, quaſi quod vicinum illi, ac iunctum eſſet, aut vice verſa; tum id fuit ἀρχαιότατον, cui propterea vetuſtate cedere debuit illud, quod non longe a Prytaneo fuit.

In eodem capite agens Meurſius de ſtatuis theatrum ornantibus citat Pauſaniæ verba, atque etiam ipſe Latine reddidit, quaſi generatim dixiſſet ὠδεῖς ἦν ποιητὴς τ ἐς δόξαν ἡκόντων, quum neceſſario retineri debuiſſet integer Pauſanias ποιητὴς κωμῳδίας τ, ut patet ex appoſitis, ac bene reſpexit in paraphraſi ſua Sponius Tom. II Itiner. pag. 126.

Capite VII, quod ſequitur, quoniam illuſtratur illa ſive Γῆ, ſive Δημήτηρ Κουροτρόφος, quam repetit Cap. XXVIII Cecropiæ, & de Regibus Athen. II, I conſultum iudicavi eius velut ſtatuam revocare ex theſauri Brandemburgici principio, ſive intelligatur illa ipſa, quam ſolenniter cultam, & quidem peculiaribus ritibus docet ibi Meurſius, ſive una ex Nymphis, quas ab alimonia infantum Curotrophas nominari ſcribit Servius ad Eclogam poſtremam. Itaque ut vere matrem ſe exhiberet Δημήτηρ, videntur cultores eius id voluiſſe, ut monſtraretur aliquid in ſinu geſtans fovenſque, quales hi ſunt pueruli. Et eodem conſilio a Cerere Attica, quam depinxerunt Sponius, & Whelerus, geſtari in ſinu leonem opinor. *Fig. I.*

Eiusdem libri cap. IX quum dixiſſet Antigonum, ut in poteſtate ſua Athenienſes retineret, præſidio impoſito, communiviſſe Muſeum, ut teſtatur Pauſanias in Laconicis, addit: *Idem poſtea etiam Demetrius fecit, eius filius*. In quibus magna aberratio. Nam Antigonus, de quo illic agit Pauſanias in Laconicis, intelligitur ille Gonatas, hoſtis Pyrrhi, ut clare ibidem patet. At vero Demetrius intelligitur Poliorcetes, qui profecto filius fuit Antigoni Aſiæ regis, & primi ſucceſſoris Alexandri, non vero Macedonici, vel Gonatæ, quippe eius erat pater. Sic quoque citatio Zygomalæ facta in capite XIII ad monſtrandum Pantheum conferri debet cum notatis a Sponio Tom. II pag. 114 & 139.

Libro autem III cap. IX quum Meurſius laudet turrim marmoream octogonon Andronici Cyrrheſtæ ex Vitruvio, vel horologion ex Varrone, prout auctorem utrumque adducit; miror Iacob. Sponium tam diligenter ſtudioſum nominando Meurſio, ubi arguere aliquid in eo conſtituit, in hoc citare utrumque iſtum auctorem ſuppreſſa mentione, & laude primi, qui iunxit, noſtri Meurſii, ſed poſt Scaligerum, illud *Cyrrheſtes* in notis ad Varronem ex Vitruvio confirmantem. Etiam ante has Athenas Atticas Hadr. Behotius hos ventos ex Vitruvio conſideraverat lib. II Apophor. cap. VIII. Itaque hoc Athenienſe octogonum unum ex illorum picturis dignum iudicavi, quod in has Athenas reſtituerem viſui; neque enim reliqua tanti ſunt. Fuit vero iſtud ſimile columnæ, cuius in fragmento circa portum Caietæ invento teſtatur Capaccius lib. II Neapol. pag. 596. exſtitiſſe nomina ventorum ΛΙΨ, ΛΙΒΟΝΟΤΟC, ΝΟΤΟC, ΕΥΡΟC. deinde Latinos characteres, AFRICVS, AVSTROAFRICVS, AVSTER, EVRVS, SVBSOLANVS. Et Vitruvius quidem formam operis, cauſamque civicam enarravit, prout ſe haberet. Et potuit exacta eorum obſervatio fuiſſe neceſſaria Atticis tum ob alias cauſas, tum ob agriculturam, unde ex Ariſtotele citavit ſupra in populo Θρία Meurſius, οἱ δὲ ἐκ τ θαλάττης Νότοι, ἀγαθοὶ φυλοῖς κ τ Α'τλικῆς τῷ Θριασίῳ πεδίῳ. Sed tamen vix dubitari poteſt, quin adfuerit ſimul aliquid ſuperſtitionis, uſitatæ Atticis etiam in ventis, unde caute agens Sponius II, 117 ſcribit *la Tour ou le Temple des Vents. Fig. II.* Hinc enim illa curioſa adnotatio, vel Demonis ſtatuentis Ventos eſſe Tritopatoras, vel auctoris, qui phyſicum Orphei compoſuerat, credentis eos eſſe θυρωρὺς κ φύλακας τ ἀνέμων, ut ſervavit Suidas. Hinc βορεασμοὶ ab Heſychio celebrati Α'θήνησιν οἱ ἀγῶνες τῷ βορέᾳ ἑορτὰς κ θοίνας ἵνα ἄνοδοι πνέωσιν. Hinc & ὁ τῦ Νεοκλέους Α'θηναίους ἐδίδαξε θύειν τοῖς πνεύμασιν apud Aelianum lib. VII Animal. cap. XXVII Hinc notæ fuerunt Proclo lib. II in Timæum αἱ τ εὐδιέων ἀνέμων εὐχαὶ παρ' Α'θηναίοις. Denique & aram ventorum agnoſcit circa Sicyonem Pauſanias, & anniverſarium nocturnum ſacrificium.

DE

Digitized by Google

DE POPVLIS ATTICAE

LIBER SINGVLARIS.

IN QVO

ANTIQVITATES ATTICAE

PLVRIMAE.

Digitized by Google

NOBILISSIMIS AMPLISSIMISQUE VIRIS

SENATUS
BELGII FOEDERATI
ADSESSORIBUS.

IOANNI GOCHIO, I. C.
CAROLO BENTINGIO.
CORNELIO vander MYLE, Equiti, Domino vander MYLE, &c.
GERARDO CORNELIO LANGIO.
HADRIANO TEDINGIO BERCHOVTIO, I.C.
FERDINANDO ALLEMANNO.
GVLIELMO BORRIO AMERONGIO, Domino Sandembergii, &c.
TACONI BVRMANNIÆ.
FRANCISCO FRANCISCI.
ASSWERO HAERSSOLTIO.
FISONI TIARDÆ, I.C.
GEORGIO de BYE, Equiti, Domino in Albrantſweert, &c. Summo ærarii publici Præfecto.
CHRISTIANO HVGENIO, eidem SENATVI a Secretis.

IOANNES MEVRSIVS Dedico Conſecroque.

Viri Nobiliſs. & Ampliſs.

FFERO Vobis POPVLOS ATTICÆ centum ſeptuaginta quatuor, mea nunc Opera ex Antiquitatis tenebris in lucem protractos. Et ultro illi ad Patronos tantos ibant, qui cum laude ſua maxima Belgii Foederati populos tam fideliter hactenus curaſſent. Deinde debere me ego Vobis exiſtimabam, ut pro beneficiis publicis, quibus bonos cives omnes ſupra modum obſtrinxiſtis, privatim animum gratum oſtenderem. Neque aliter ſane facere poteram, ſi inter illos nomen meum recte profiteri vellem. Tantum autem eſt quod debent boni cives Vobis, quorum prudentiſſimis conſiliis ſolide fulta ſtat Reſpublica, ut hominis nullius ulla tanta ſit eloquentia, nullius adeo felix ſtilus, qui exponere digne poſſit. Hoc enim Vobis maxime proprium, ſolerti cura providere, ne quid Belgium Foederatum detrimenti uſquam capiat. Et munus veſtrum tanta ſane fide geritis, ut ſuggillare, aut obtrectare Invidia ipſa & Calumnia nihil poſſit. Fruuntur cives, gaudentque ex animo; exteri laudant, aut mirari certe coguntur. Nempe præclariſſime oſtenditis, quam de Vobis recte iudicaverit Patria, quum Provinciæ ſingulæ quemque elegerunt, cuius conſiliis ſeque, ſalutemque publicam commendarent. Si quis Cineas in conſeſſum illum Veſtrum deduceretur, id de Vobis ſine dubio, quod de Senatu olim Romano, pronuntiaret. Profecto nemo inficias ibit, Epitomen Patriæ, florem Belgii Foederati illic eſſe. Sed immenſas laudes Veſtras rectius fecero ſi devoto ſilentio venerer. Vnum hoc maximopere rogo, Viri Nobiliſſimi, & Ampliſſimi, ut quemadmodum magno animo Reip. huius curam ſuſtinetis, ita POPULOS hoſce ATTICÆ, potentiſſimos Græciæ totius olim dominos, nunc per me clientes Veſtros, benigna fronte ſuſcipiatis.

Lugduni Batavorum V. *Eid. Decembris* CIↃ. IↃ. C. XV.

LE-

Digitized by Google

Digitized by Google

ATT

Iuxta Veterum K

observa

a IOAN.

Descri

Mons Gytheon

Elcud

Oeno

Hyriae

Melaen

Monts

Megara

Monts

Soronides Petrae

Occidens

Orien

38

38

SINUS SA

Florentiae apud Tartinium, et Franc. de Sgrilli Sculp.

Digitized by Google

LECTORI.

ACCIPE, quod nunc damus, Lector, *De Populis Atticæ*. Nempe ii olim cenſiti CLXXIV. eaque de re locus elegans apud Strab. lib. IX. Πολέμων ὁ περιηγητὴς τέτταρα βιβλία συνέγραψε περὶ τ ἀναθημάτων τ ἐν τῇ ἀκροπόλει. τὸ δ' ἀνάλογον συμβαίνει κ ἐπὶ τ ἄλλων μερῶν τ πόλεως καὶ τῆς χώρας. Ἐλευσῖνά τε εἰπὼν ἕνα τ ἑκατὸν καὶ ἑβδομήκοντα δήμων, πρὸς ἃ κὴ τεττάρων, ὡς φασιν, ὐδένα τ ἄλλων ὠνόμασεν. *Polemo Periegetes quatuor libris conſcripſit de donariis in arce dedicatis: quam proportionem requirunt etiam reliquæ urbis, & agri partes. Quumque Eleuſinem dixerit unum ex* CLXX. *populis* (*quidam* IV. *addunt*) *reliquorum nullum nominavit*. Et apud Euſtathium ad Iliad. β'. Σεμείωσαι δὲ ὅτι Ἀθηναίων πόλις, ἢ δῆμος, ἢ ὅλως εἰπεῖν, τόπος, οὐκ ἠρίθμησεν ὁ ποιητὴς διά τε πλῆθος καὶ κατὰ τοὺς παλαιοὺς, κὴ ὅτι οὐκ εἶχε πάντα φασὶν εἰς μετροποιίαν κατατάξαι. καίτοι ἑκατὸν ἑβδομήκοντα τεσσάρων φασὶ δήμων ὄντων τ Ἀττικῆς, ὧν πολλοὶ λαμπρὰ εἶχον διηγήματα. *Nota, a Poeta Athenienſium urbes, vel populos, vel, ut generaliter loquar, locos numeratos non fuiſſe, & propter multitudinem iuxta antiquos, & quia omnia, ut perhibent, verſu dicere non erat. Etſi, ut aiunt, Atticæ populi centum ſeptuaginta quatuor ſint; quorum multi habuerunt, qui de iis illuſtres commentarios exaraverint*. De his omnibus Opus quondam ſingulare compoſuerant Diodorus, & Nicander Thyatirenus; laudatque pluries Harpocration; ſed utriuſque, præter titulum, nihil habemus. Mihi viſum inſtaurare in uſum eorum, qui Hiſtoriæ veteris Atticæ ſtudioſi. Quod ſi faves, & ingenii noſtri fœtum hunc benigne excipis, dabo aliquando operam, propitio Deo, ut habeas item *De Familiis Atticæ*, & *De Feſtis Græciæ*. Vale, &, quiſquis es.

AETERNITATEM COGITA.

In Viri Clariſſimi, Præſtantiſſimique

IOANNIS MEVRSII

LIBRVM SINGVLAREM

DE

POPVLIS ATTICAE.

GRÆCIA doctrinæ genitrix, fandique magiſtra,
Muſarum nutrix, & veneranda domus,
Triſtis, Hyperboreis nimium vicina Gelonis,
Heu tacuit! priſco neſcia more loqui.
Aut ſi conata eſt, peregrina vocabula fudit,
Singultans medio barbara verba foro.
Tot gemitus, quot verba putes, tot murmura trunca.
Quid mirum? regni vox morientis erat.
Hoc docuit nuper, qui nos docet omnia, doctus
MEVRSIVS, *Actæos qui gerit ore favos;*
Barbariemque domat, domuit quæ Palladis arces;
Qui nunc dat POPVLOS *Attica terra tuos.*
Qui reddit ſua templa deis, qui nomina vicis,
Qui genios cunctis, ingeniumque locis.
Quum legis hæc, lector, denſis excuſſa tenebris,
Lectaque tot pariter barbara verba notas;
Miratus, dices: ubi nunc ſunt illa priorum
Tempora? nunc POPVLI *ſunt ubi terra tui?*
Nunc ubi ſunt luſus? ubi nunc qui lampada quaſſat,
Præter luctificam, Marte furente, facem?
Nimirum Arctois infelix præda colonis,
Et Mahometigenis, Græcia tota iaces!
At tu Virgo lacu Tritonide merſa profundo,
Ablueris tantum quum ter in amne nefas.
Eripe te latebris, cupiaſque Minerva videri,
Threiciis quamquam frons ſit arata notis.
De Styge tot reduces POPVLOS, *gentemque vetuſtam*
Spectatura veni; ſed Dea grata veni.
Innumerabilibus da librum vivere ſeclis,
Qui te, qui POPVLOS *tollit in aſtra tuos.*
Et ſi ſalva tibi ſunt incluta Palladis arma,
Queis dedit iratas torva Meduſa comas;
Mnemoſynes ſacros illæſus inambulet hortos,
Altior opprobriis, Invidiæque malis.
Sic Præſes, ſic iure potes Patrona vocari.
Hunc ſi defendas ægide, tutus erit.

P. SCRIVERIVS.

SYL-

Digitized by Google

SYLLABVS
POPVLORVM ATTICAE.

1 Ἀγελή.
2 Ἀγνοῦς.
3 Ἄγρα.
4 Ἀγραυλή.
5 Ἀγχεσμός.
6 Ἀζωνιά.
7 Ἄθμονον.
8 Αἰγιλία.
9 Αἰθαλίδαι.
10 Αἰξωνή.
11 Ἀλαὶ Αἰξωνίδες.
12 Ἀλαὶ Ἀραφηνίδες
13 Ἁλιμοῦς.
14 Ἁλωπεκή.
15 Ἁμαξάντεια.
16 Ἀμφιαλή.
17 Ἀμφιτροπή.
18 Ἀναγυροῦς.
19 Ἀνακαιά.
20 Ἀνάφλυστος.
21 Ἀπολλωνιεύς.
22 Ἀραφήν.
23 Ἀργιλία.
24 Ἀσυπαλαία.
25 Ἀταλάντη.
26 Ἀτιλή.
27 Ἀφίδνα.
28 Ἀχάρνα.
29 Ἀχερδοῦς.
30 Ἀχραδοῦς.
31 Βατή.
32 Βελβίνη.
33 Βερενικίδαι.
34 Βῆσα.
35 Βυτάδαι.
36 Βραύρων.
37 Βριλησσός.
38 Γαργηττός.
39 Δαιδαλίδαι.
40 Δειράδες.
41 Δεκέλεια.
42 Διόμεια.
43 Εἰρεσίδαι.
44 Ἐκάλη.
45 Ἐλαιεύς.
46 Ἐλευσίς.
47 Ἕννα.
48 Ἐπικίδαι.
49 Ἐπικηφισία.
50 Ἐρίκεια.
51 Ἑρμῆς.
52 Ἑρμιάδαι.
53 Ἐρεχθία.
54 Ἐρχία.
55 Εὐπυρίδαι.
56 Εὐωνυμιά.
57 Ἐχελίδαι.
58 Ἡφαιστία.
59 Ζωστήρ.
60 Θημακοί.
61 Θοραί.
62 Θορικός.
63 Θρία.
64 Θρίων.
65 Θυμοιτάδαι.
66 Θυργωνίδαι.
67 Ἰκαρία.
68 Ἱπποταμάδαι.
69 Ἰτία.
70 Ἰωνίδαι.
71 Καλή.
72 Κειριάδαι.
73 Κεραμεικὸς ὁ ἐντός.
74 Κεραμεικὸς ὁ ἔξω.
75 Κεφαλή.
76 Κηδαί.
77 Κητλοί.
78 Κηφισιά.
79 Κικυνώ.
80 Κοθωκίδαι.
81 Κοίλη.
82 Κολυττός.
83 Κολωνὸς ὁ Ἀγοραῖος.
84 Κολωνὸς Ἱππιος.
85 Κονθύλη.
86 Κορυδαλλός.
87 Κριῶα.
88 Κρωπία.
89 Κυδαθήναιον.
90 Κυδαντίδαι.
91 Κύθηρος.
92 Κυνόσαργες.
93 Λακιάδαι.
94 Λαμπτρὰ Καθύπερθεν.
95 Λαμπτρὰ Πάνερθεν.
96 Λαυρίον.
97 Λευκόνιον.
98 Λευκοπύρα.
99 Λιμναιός.
100 Λίμναι.
101 Λυσιά.
102 Λυκαβηττός.
103 Μαραθών.
104 Μελαινεῖς.
105 Μελίτη.
106 Μουνυχία.
107 Μυρρινοῦς.
108 Ξυπέτη.
109 Οἶα.
110 Οἴη.
111 Οἰνόη τῆς Αἰαντίδος.
112 Οἰνόη τῆς Ἱπποθοωντίδος.
113 Οἶον Δεκελεικόν.
114 Οἶον Κεραμεικόν.
115 Παιανιὰ Καθύπερθεν.
116 Παιανιὰ Πάνερθεν.
117 Παιονίδαι.
118 Παλλήνη.
119 Παμβωτάδαι.
120 Πάρνης.
121 Πειραιεύς.
122 Πεντελή.
123 Περγασή.
124 Περιθοῖδαι.
125 Περρίδαι.
126 Πήληκες.
127 Πίθος.
128 Πλώθεια.
129 Πνύξ.
130 Πόρος.
131 Ποταμός.
132 Πρασιαί.
133 Προβάλινθος.
134 Πρόκλη χάραξ.
135 Πρόσπαλτα.
136 Πτελέα.
137 Ῥαμνοῦς.
138 Σημαχίδαι.
139 Σκαμβωνίδαι.
140 Σκίρον.
141 Σόνιον.
142 Σπόργιλος.
143 Στειριά.
144 Συβρίδαι.
145 Συπαλητός.
146 Σφενδάλη.
147 Σφηττός.
148 Τίθρας.
149 Τιλακίδαι.
150 Τρικόρυθον.
151 Τρινεμεῖς.
152 Τυρμίδαι.
153 Τφᾶα.
154 Τφρῦσα.
155 Τφιμηττός.
156 Τφσίαι.
157 Φάληρον.
158 Φαρμακοῦσαι.
159 Φαῦρα.
160 Φηγαία τῆς Αἰγηίδος.
161 Φηγαία τῆς Πανδιονίδος.
162 Φηγοῦς.
163 Φιλαίδαι.
164 Φλυά.
165 Φορμίσιαι.
166 Φρέαροι.
167 Φρίττιοι.
168 Φυλή.
169 Φώρων.
170 Χιτώνη.
171 Χολαργός.
172 Χολλίδαι.
173 Ψυττάλεια.
174 Ὠρωπός.

DE

Digitized by Google

DE POPVLIS ATTICAE

LIBER SINGVLARIS.

CVM SVPPLEMENTIS AVCTORIS ET IAC. SPONI.

ΑΓΓΕΛΗ. *ANGELA.*

ANDIONIDIS tribus fuit. Stephanus. Ἀγγελὴ, δῆμος τῆς Πανδιονίδος φυλῆς. ὁ δημότης, ἐπιῤῥηματικῶς Ἀγγελῆθεν, ἐκ τόπου. Χάρης Κλεοχάρους Ἀγγελῆθεν. εἰς τόπον, Ἀγγελῆνδε. ἐν τόπῳ, Ἀγγελῆσιν. *Angela, populus tribus Pandionidis. Popularis, adverbialiter ex Angela, ex loco. Chares Cleocharis ex Angela; in Angelam, in locum; in loco, in Angela.* Hesychius. Ἀγγελὴ, δῆμος τῆς Ἀτθιδος, Πανδιονίδος φυλῆς. *Angela, populus Atticae, tribus Pandionidis.* (1)

ΑΓΝΟΥΣ. *AGNVS.*

Acamantidis tribus. Harpocration. Ἀγνὺς, δῆμος τῆς Ἀκαμαντίδος φυλῆς. ἧς ὁ φυλέτης, Ἀγνούσιος. Ἀγνὺς δῆμος ἐν τῇ Ἀττικῇ, τῆς Δημητριάδος φυλῆς· τινὲς δὲ, τῆς Ἀκαμαντίδος. ἢ, ὡς Φρύνιχος, τῆς Ἀτταλίας. *Agnus, populus Demetriadis tribus in Attica. Alii vero Acamantidis esse dicunt, vel, ut Phrynichus, Attaliae.* Hesychius Aeolidi adtribuit. Ἀγνὺς, τῆς Αἰολίδος φυλῆς δῆμος. *Agnus, Aeolidis tribus populus.* Ita emendo; nam hodie editur minus recte, Ἀγνῶς, τῆς Α'. φ. δ. Sed Aeolidem tribum nemo veterum usquam nominat; ergo rescribendum erit: τῆς Ἀτταλίδος φυλῆς. Quemadmodum est apud Stephanum. Nomen unde illi datum, clare Stephanus. ἐκλήθη δὲ ἀπὸ τοῦ ἐν αὐτῷ φυομένης ἄγνου. *Sic vero fuit vocatus a vitice, quae ibi nascitur.* (2)

1. Hodie iste pagus vocatur *Angelokipous*, corrupte *Amvelokipous*. Meminit istius pagi incolarum insignis inscriptio, quam vidi Athenis in domo civis.

ΠΑΝΔΙΟΝΙΔΟΣ ΠΡΥΤΑΝΕΙΣ
ΑΝΕΘ (a)

ΠΑΙΑΝΙΕΙΣ
ΣΤΡΑΤΟΝΙ
ΔΗΣ ΣΟΣΙΓΕ
ΝΟΥ (b)
ΠΡΑΞΙΑΣ ΑΝ
ΘΕΜΙΩΝΟΣ
ΑΘΕΟΜΝΗΣ
ΤΟΣ ΔΙΩ
ΝΟΣ
(c) ΑΡΧΙΔΑΜΟΣ
ΑΡΧΙΚΛΕΙ
ΔΟΥ
ΘΕΟΔΟΤΟΣ
ΑΝΤΙΦΑΤΟΥ
ΑΛΚΙΜΑΧΟΣ
ΑΝΔΡΩΝΟΣ
ΛΥΣΙΠΠΟΣ ΦΙ
ΛΙΝΟΥ
ΑΓΓΕΛΕΙΣ
ΘΕΟΓΕΝΗΣ
ΕΡΕΟΦΙΛΟΥ
ΜΕΛΗΤΟΣ ΜΕ
ΝΕΣΤΡΑΤΟΥ
ΝΙΚΙΑΣ ΧΑΙΡΕ
ΛΕΙΔΟΥ
ΜΥΡΡΙΝΟΥ
ΣΙΟΙ
ΠΟΛΥΔΑΜΑΣ
ΑΡΙΣΤΟΔΑ
ΜΑΝ...
ΣΟΣΙΓΕΝΗΣ
ΣΟΣΙΓΕΝΟΥ
ΤΥΦΑΝΗΣ
ΑΝΤΙΜΕ
ΛΟΥΣ
ΑΝΤΙΓΕΝΗΣ
ΤΙΜΟΣΤΡΑ
ΤΟΥ
ΧΙΟΝΙΣ ΔΗ
ΜΟΣΤΡΑΤΟΥ
..(d) ΕΥΕΑΝΔΡΟΣ
ΑΡΜΑΝΤΙ
ΔΟ...
.. ΟΝΟΥΛΙΔΑ
ΧΑΙΡΕΑΣ ΜΕ
ΛΗΣΙΠΠΟΥ
ΟΑΘΕΝ
. . . . . .
.... ΟΔΗΜΟΣ
ΔΕΙΚΙΡΟΥ
. . . . . .
ΠΡΑΣΙΕΙΣ
ΑΡΙΣΤΟΚΛΗΣ
ΑΡΙΣΤΟ
ΚΛΕΙΔΟΥ
.. ΧΑΡ... ΡΥΣ
. . . . . .
ΕΥΘΥΚΡΑΤΗΣ
ΕΥΘΥΚΡΑ
ΤΟΥ
... ΧΙΑΣ (e) ΕΥ
ΚΛΕΙΔΟΥ
ΣΤΕΙΡΙΕΙΣ
... (f) ΙΝΙΑΣ ΔΕΙ
ΝΟΚΡΑΤΟΥ
(g) ΣΩΠΥΡΟΣ ΚΡΑ
ΤΙΝΟΝΤΟΣ (b)
ΧΑΡΙΑΣ ΑΡΙΣ
ΤΟΚΛΕΟΥ
. . . . . .
ΛΥΣΑΝΙΑΣ
ΑΡΙΣΤΟ
ΚΛΕΙΔΟΥ
ΚΛΕΟΜΗΔΗΣ
ΑΡΙΣΤΟ
ΚΛΕΙΔΟΥ
ΜΝΗΣΑΡΧΟΣ
ΤΙΜΟΣΤΡΑ
ΤΟΥ
(i) ΕΥΦΙΔΗΜΟΣ...
ΑΤΟΥΣ

ΔΟΘΕΝΤΕΣ ΥΠΟ ΤΗΣ ΒΟΥΛΗΣ ΚΑΙ ΤΟΥ ΔΗΜΟΥ

Iac. Spon. *in Itin. Tom.* 2. *pag.* 371.

2. De hoc egregia inscriptio habetur Athenis:

ΛΥΣΙΚΛΗΣ ΒΙΟΤΤΟΥ ΟΗ
ΘΕΝ ΕΧΟΡΗΓΕΙ ΟΙΝΗΙΣ
ΦΥΛΗ ΠΑΙΔΩΝ ΕΝΙΚΑ

ΠΑΜΦΙΛΟΣ ΑΓΝΟΥΣΙΟΣ
ΕΔΙΔΑΣΚΕΝ ΚΗΦΙΣΟΔΩ
ΡΟΣ ΗΡΧΕΝ.

Spon. *Itin. Tom.* 2. *p.* 373.

(a) Hoc est ἀνέθηκαν. *Salvinius.* (b) Σωσιγένους. *Salv.* (c) Ἀρχίδημος. *Salv.* (d) Forte, Ἡγήσανδρος. *Salv.* (e) Forte, Ἀρχίας. *Salv.* (f) Forte, Δεινίας. *Salv.* (g) Ζώπυρος. *Salv.* (b) Κρατύνοντος. *Salv.* (i) Εὐθύδημος. *Salv.*

Digitized by Google

A

ΑΓΡΑ, sive ΑΓΡΑΙ. *AGRA, sive AGRAE.*

De tribu non constat. Erat iuxta Ilissum, habebatque templum Dianæ Ἀγροτέρας, *Agrestis*, (a) quæ Delo adveniens ibi primum venata dicitur; unde & simulacrum eius cum arcu. Pausanias in Atticis. Διαβᾶσι δὲ τὸν Ἐιλισσὸν, χωρίον Ἄγραι καλούμενον, ᾗ ναὸς Ἀγροτέρας ἐστὶν Ἀρτέμιδος. ἐνταῦθα Ἄρτεμιν πρῶτον θηρεῦσαι λέγουσιν, ἐλθοῦσαν ἐκ Δήλου. καὶ τὸ ἄγαλμα διὰ τοῦτο ἔχει τόξον. *Vbi Ilissum traieceris, locum offendas, qui Agrae dicitur, & venatricis Dianae aedem; ibi enim primum quum ex Delo paulo ante in ea loca venisset, venationibus operam dedisse Dianam ferunt, ob eamque causam eius simulacro arcus additur.* Dea populo tutelaris Ceres. Hesychius. Ἄγραι, χωρίον Ἀττικὸν ἔξω τῆς πόλεως, ἱερὸν Δημήτρας. *Agrae, locus Atticus extra urbem, Cereri sacer.* Nempe ideo minora illic mysteria celebrabantur, quibus initiatus Hercules. Stephanus. Ἄγρα, ᾗ Ἄγραι, χωρίον, ἑνικῶς, καὶ πληθυντικῶς· ἔστι καὶ τῆς Ἀττικῆς πρὸ τῆς πόλεως, ἐν ᾧ τὰ μικρὰ μυστήρια ἐπιτελεῖται, μίμημα τῶν περὶ τὸν Διόνυσον, ἐν ᾧ λέγουσι, καὶ τὸν Ἡρακλέα μεμυῆσθαι. *Agra, & Agrae regio, singulariter, & pluraliter. Est etiam Atticae ante urbem, in qua parva mysteria peragebantur ad imitationem Dionysiorum, in qua dicunt Herculem initiatum fuisse.* Eustathius ad Iliad. β'. ἔτι ᾗ καὶ Ἀγροτέρα Ἄρτεμις, ὡς καὶ ὁ κωμικὸς δηλοῖ, ἡ καὶ Ἀγραία παρὰ Πλάτωνι κατὰ Παυσανίαν, ἀπὸ χώρας πρὸς τῷ Ἰλισσῷ, ᾗ κλῆσις Ἄγραι καὶ Ἄγρα. ἃ τὰ μικρὰ τῆς Δήμητρος ἤγητό φησι μυστήρια, ἃ ἐλέγετο τὰ ἐν Ἄγραις. *Adhuc autem agrestis etiam Diana, ut Comicus quoque significat, quae Agraea apud Platonem iuxta Pausaniam dicitur, a regione, quam Ilissus adluit, quaeque Agrae, & Agra vocatur: ubi, inquit, minora Cereris mysteria agebantur, quae dicebantur mysteria in Agra.* Paululum supra hunc locum Ilissus oriebatur. Strabo lib. IX. ἔστι ᾗ τοιοῦτος μάλιστα ὁ Ἰλισσὸς, ἐκ θατέρου μέρους τοῦ ἄστεος ῥέων εἰς τὴν αὐτὴν παραλίαν, ἐκ τῆς ὑπὲρ τῆς Ἄγρας, καὶ τοῦ Λυκείου μερῶν. *Talis maxime est etiam Ilissus ab altera urbis parte ad idem delabens litus, ortus ex locis supra Agram, & Lyceum sitis.* (1)

B

C

D

E

ΑΓΡΑΥΛΗ, vel ΑΓΡΥΛΗ. *AGRAVLA, vel AGRYLA.*

Erat Erechtheidis tribus. Harpocration. Ἀγροίλη, δῆμος τῆς Ἐρεχθηίδος φυλῆς. καὶ ἐπίρρημα τοπικὸν, Ἀγροιλῆθεν. *Agroele, populus tribus Erechtheidis, & adverbium locale, Agroelethen, ex Agroele.* Sed rescribe Ἀγραύλη, vel Ἀγρύλη. Et deinde Ἀγραυλῆθεν, vel Ἀγρυλῆθεν. Stephanus. Ἀγραύλη, δῆμος Ἀθήνησι τῆς Ἐρεχθηίδος φυλῆς. τινὲς δὲ, Ἀγρύλη γράφουσιν. *Agraula, populus Athenis Erechteidis tribus. Aliqui Agryla scribunt.* Alii ad Attaliam tribum referebant. Hesychius. Ἀγρύλη, δῆμος τῆς Ἐρεχθηίδος φυλῆς, καὶ τῆς Ἀτταλίδος. *Agryla, populus tribus Erechtheidis, & Attalidis.* Verum scribendum illic ἢ τῆς Ἀτταλίδος, *vel Attalidis.* Aut accipiendum, binos hoc nomine populos fuisse; unum in Attalia tribu, alterum in Erechtheide. Quod falsum. Alibi iterum corrupte apud eumdem. Ἀγριαύλη, δῆμος Ἀττικῶς. Rescribe. Ἀγραύλη, δῆμος Ἀττικῆς. *Agraula, populus Atticae,* Suidas mendosam Harpocrationis lectionem repræsentat.

ΑΓΧΕΣΜΟΣ. *ANCHESMVS.*

Ignotæ tribus. Recensetur inter populos montanos a Pausania in Atticis, qui addit, simulacrum illic fuisse Iovis Ἀγχεσμίου. Verba eius ista. Καὶ Ἀγχεσμὸς ὄρος ἐστὶν οὐ μέγα, καὶ Διὸς ἄγαλμα Ἀγχεσμίου. *Anchesmus etiam mons est non sane magnus, & in eo Iovis Anchesmii signum.* (2)

a ΑΖΗΝΙΑ. *AZENIA.*

Hippothoontidos tribus. Hesychius. Ἀζηνιὰ, δῆμος Ἱπποθοωντίδος φυλῆς. *Azenia, populus tribus Hippothoontidis* Stephanus. Ἀζηνιὰ, ὡς Πλωθειὰ, Λυσιὰ, δῆμος ἐν Ἀττικῇ τῆς Ἱπποθοωντίδος φυλῆς. ὁ δημότης, Ἀζωιεύς. *Azenia, ut Plothia, Lusia, populus in Attica Hippothoontidis tribus. Popularis, Azenienſis.* Harpocration. Ἀζηνιὰ, δῆμος φυλῆς τῆς Ἱπποθοωντίδος. καὶ ὁ φυλέτης, Ἀζωιεύς. *Azenia, populus tribus Hippothoontidis; & tribulis, Azenienſis.* (3)

ΑΘΜΟ-

---

1. Fuit locus prope portam Athenarum, venationi aptus, ideo Dianæ dicatus. Antiqui scriptores non retulerunt in paganorum Atticorum censum. Spon. *in Itin. T.* 2. *pag.* 374.

2. Est parva rupes inculta, & inhabitabilis, in qua nihil hodie videtur nisi statua Iovis. Is mons nunc appellatur ἅγιος Γεώργιος, *S. Georgius.* Meursius hunc montem refert inter eos, qui ab Athenienſibus colebantur, sed nullos unquam habuit incolas. Spon. *Itin. T.* 2. *p.* 375.

a Eius nomen est corruptum apud Aeschinem in Timarchum: Ὅτε ᾗ προσεπολέμει Ἀρισοφῶντι τῷ Ἀξηνιεῖ. *Quum contenderet cum Aristophonte Axenienſi.* Rescribe, τῷ Ἀζωιεῖ.

(a) Vid. Lib. II. Athenar. Att. Cap. V.

F

Azenienſi. Et apud Demosthenem in Leptinem: Ἀρισοφῶν ὁ Ἀζωιεύς. *Aristophon Azenienſis.* Perperam illic quoque editur: ὁ Ἀξηνιεύς. *Axenienſis. R. A.*

3. Pulcerrimam inscriptionem de Azenienſium Gymnasiarchis nobilissimus Wehlerus Athenis in Angliam deportavit:

ΕΙΚΟΝΑ ΤΗΝΔΕ ΠΟΘΕΙΝΟΣ
ΕΝ ΕΥΦΗΒΟΙΣΙ (b) ΠΑΛΑΙΣΤΡΑ
ΤΕΥΞΑΣ ΚΟΣΜΗΤΟΥ ΘΗΚΑ
ΤΟ ΝΥΜΦΟΔΟΤΟΥ
ΕΠΙ ΤΗΣ ΓΑΙΟΥ ΙΟΥΛΙΟΥ ΚΑ
ΣΙΟΥ ΣΤΕΙΡΙΕΩΣ ΑΡΧΗΣ
ΚΟΣΜΗΤΗΣ ΕΦΗΒΩΝ
ΩΛΟΣ ΠΟΝΤΙΟΣ ΝΥΜΦΟΔΟ
ΤΟΣ ΑΞΗΝΙΕΥΣ ΚΑΙ

(b) In prosa oratione, Ἐφήβοις. *Salv.*

Digitized by Google

ΑΘΜΟΝΟΝ. ΑΘΜΟΝΙΑ.
ATHMONUM. ATHMONIA.

Cecropidis tribus. Stephanus. Α"θμονον, οὐδετέρως, δῆμος τῆς Κεκροπίδος φυλῆς. *Athmonum, neutri generis, populus Cecropidis tribus.* Apud Harpocrationem Α'θμονία dicitur. Α'θμονία, δῆμός ἐστι φυλῆς τῆς Κεκροπίδος, ἀφ' οὗ ὁ δημότης Α'θμονεύς. *Athmonia, tribus Cecropidis est populus, cuius popularis Athmonensis.* Eodem modo est apud Suidam. Popularis Α'θμονεὺς dicebatur. Aristophanes Pace.

Τρυγαῖος Α'θμονεὺς, ἀμπελουργὸς δεξιός.
Trygaeus Athmonensis, vinitor dexter.

Vbi Scholiastes. Τρυγαῖος παρὰ τὴν τρύγα πεποίηται, ἁρμόζον γεωργοῖς· τὸ δὲ Α'θμονεὺς, ἀπὸ δήμου Ατλικῆς. *Trygaeus a faece & musto nomen deductum est, Agricolis aptum: Athmonensis vero ab Atticae populo.* Novum plane est, quod apud Hesychium hodie legitur. Α'θμονεὺς, φυλὴ τῆς Α'τλίδος Α'θηνᾶς. *Athmonensis Minervae Atticae tribus.* Neque enim tribus erat Α"θμονον, sed populus. Verum corrigendus locus. Α'θμανεὺς, φυλέτης Α'τθίδος, Α'θηναῖος. *Athmonensis, tribulis Atthidis; Athenien-sis.* Posterius tunc rectum erit. Et sic infra alibi similis Glossa est: Α'τθίδων, Α'θηναίων. *Atthicarum, Athenien-sium.* Erat vero apud hunc populum fanum Veneris Οὐρανίας, *Coelestis*, a Porphyrione rege exstructum, qui ante Actæum in Attica regnaverat. Pausanias Atticis. Δῆμος δέ ἐστιν Α'θηναίοις Α'θμονέων, οἱ Πορφυρίωνα ἔτι πρότερον Α'κταίου βασιλεύσαντα τῆς Οὐρανίας φασὶ τὸ παρὰ σφίσιν ἱερὸν ἱδρύσασθαι. *Sed Athmonensium apud Athenienses curia est; eius curiales multo ante Actaeum Porphyriona regnasse ferunt, ab eoque, quod apud ipsos est coelestis Veneris, templum dedicatum.* Item Dianæ Α'μαρυσίας. *Amarysiae*, seu *fulgidae*. Pausanias in iisdem Atticis alibi. Α'θμονεῖς δὲ τιμῶσιν Α'μαρυσίαν Α"ρτεμιν. *Athmonenses Dianam Amarysiam colunt.* Eiusque festum Α'μαρύσια dicebatur. Occurrit apud Hesychium. Α'μαρύσια·

ΚΑΙ ΤΠΟΚΟΣΜΗΤΑΙ ΩΛΟΣ (a)
ΠΟΝΤΙΟΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ ΑΞΗ
ΝΙΕΤΣ ΚΑΙ ΧΑΡΙΤΩΝ ΙΑΤΡΟ
ΚΛΕΟΥΣ ΜΕΛΙΤΕΥΣ
ΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΑΙ ΚΑΘΩΣ ΕΓΥΜ
ΝΑΣΙΑΡΧΗΣΑΝ
ΒΟΗΔΡΟΜΙΩΝΑ ΝΥΜΦΙΔΟ
ΤΟΣ ΑΞΗΝΙΕΥΣ
ΠΥΑΝΟΨΙΩΝΑ ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ
ΝΥΜΦΟΔΟΤΟΥ ΑΞΗΝΙΕΥΣ
ΜΑΙΜΑΚΤΗΡΙΩΝΑ ΣΥΜΦΕ
ΡΩΝ ΑΞΗΝΙΕΥΣ
ΠΟΣΕΙΔΕΩΝΑ Α. ΑΝΤΙΟΧΟΣ
ΜΕΝΑΝΔΡΟΥ ΜΕΛΙΤΕΥΣ
ΠΟΣΕΙΔΕΩΝΑ Β, ΚΛ. ΝΙΚΩΝ
ΜΑΡΑΘΩΝΙΟΣ
ΓΑΜΗΛΙΩΝΑ ΕΠΙΚΤΗΤΟΣ
(b) ΞΟΣΙΜΟΥ ΛΑΜΠΤΡΕΥΣ
ΑΝΘΕΣΤΗΡΙΩΝΑ ΜΑΚΡΕΙΝΟΣ
ΞΟΣΙΜΟΥ ΛΑΜΠΤΡΕΥΣ
ΜΟΥΝΥΧΙΩΝΑ ΤΙΤΟΣ
ΦΛΑΥ. ΑΛΥΠΟΣ ΜΑΡΑΘΩ
ΝΙΟΣ
ΘΑΡΓΗΛΙΩΝΑ ΤΙΤΟΣ ΦΛΑΥ.
...ΙΑΝ...ΜΑΡΑΘΩΝΙΟΣ
ΣΚΙΡΟΦΟΡΙΩΝΑ ΑΝΘΟΣ ΚΑΙ
ΠΑΓΚΑΡΗΣ ΟΙ ΑΝΘΟΥ
ΛΑΜΠΡΕΙΣ
ΕΚΑΤΟΜΒΑΙΩΝΑ ΩΛΟΣ ΠΟΝ
ΤΙΟΣ ΝΥΜΦΟΔΟΤΟΣ ΑΞΗ
ΝΙΕΥΣ
μέλαγει ΤΝΙΩΝΑ ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΣ
ΗΡΩΝ ΣΟΣ...Γ..Ν..
(c) Π...ΕΙΝΟΣ ΗΡΑΚΛΕΙΔΟΥ ΕΡΙ
ΚΑΙΕΥΣ....ΡΜΗ...
ΑΡΧΕΛΑΟΣ ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ
ΠΕΙΡΑΙΕΥΣ ΑΓΑΘΩΝ ΜΕΛΙ
ΤΕΥΣ
ΣΙΜ.....ΤΛΑΔΟΥ ΜΑΡΑΘΩ
ΝΙΟΣ ΣΕΜΝΟΣ ΥΤΙΝΟΥ
ΜΑΡΑΘΩΝΙΟΣ

ΠΑΠΠΟΣ ΞΟΣΤΞΡΟΣ ΓΑΡ
ΓΗΤΤΙΟΣ ΠΟΜΠΩΝΙΟΣ
(d) ΞΟΣΤΗΡΟΣ ΓΑΡΓΗΤ
ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ ΕΥΦΡΟΣΥΝΟΥ
ΛΕΥΚ.ΤΙΤΟΣ ΞΟΣΙΜΟΥ
ΠΑΙΟΝΙ.
(e) ΕΠΑΦΡΙΩΝ ΙΣΕΥΘΟΥ ΓΑΡ
ΓΗΤΤΙΟΣ
ΕΛΕΥΣΙΝΙΟΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ
(f) ΠΕΙΡΑΙΕΣ
ΠΟΜΠΩΝΙΟΣ ΣΩΤΗΡΟΣ
ΓΑΡΓΗ
ΦΙΛΟΤΙΚΟΣ ΑΤΤΙΚΟΥ ΑΛΙ
ΜΟΥΣΙΟΣ
(g) ΠΑΙΔΟΤΡΗΒΗΣ ΡΑΜΝΟΥΣΙΟΣ

In altera parte lapidis.

ΠΑΙΔΕΥΤΑΙ

ΛΙΚΙΝΝΙΟΣ ΠΟΛΥΑΙΝΟΣ ΚΟΛ.
ΗΓΕΜΩΝ ΕΠΙΚΤΗΤΟΣ ΠΡΟΣΑ.
ΓΡ. ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ ΜΕΛΙΤΕΥΣ
ΗΡΑΚΛΕΙΔΗΣ ΠΟΘΕΙΝΟΥ ΕΡΙ.
ΟΠΛΟΜΑΧΟΣ ΑΣΚΛΗΠΙΑΔΗΣ
ΠΛΟΥΤΙΑΝΟΣ ΑΓΑΘΗΜΕ
ΡΟΥΣ ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ ΑΦΡΟΔΙ
ΣΙΟΥ ΕΞ Ο... ΠΑΙΩΝ ΔΙΟ
ΜΗΔΟΥΣ ΠΑΛΛΗ....ΣΕΞΣ
ΤΙΟΣ ΝΙΚΑΝΩΡ ΣΦΗΤΤΙΟΣ
ΠΙΣΤΟΚΡΑΤΗΣ ΦΙΛΟΣΤΡΑ
ΤΟΥ Α... ΑΒΑΣΚΑΝΤΟΣ ΕΥ
ΜΟΛΠΟΥ ΚΗ..ΕΡΜΙΑΣ ΤΡΥ
ΦΩΝΟΣ ΜΑΡΑΘΩ...ΚΕΣΤΡΟ
ΦΥΛΑΞ ΠΥΘΙΚΟΣ ΕΥΔΟ..ΘΥ
ΡΩΡΟΣ ΑΙΣΧΙΝΗΣ Ο ΚΑΙ ΨΙΑ...

Spon. *Itin. Tom.* 2. *pag.* 375.

(a) Forte, Αὖλος. *Salvinius.* (b) Ζώσιμος. (c) Forte, Πυθεῖνος *Salv.* Quod suadet etiam inscriptio sequens, ubi. Ηρακλείδης Ποθεῖνος Ερι. (d) Ζώσιμος. (e) Επαφρόδειτος. Επαφρᾶς. Επαφρίων. *Salv.* (f) Forte, πειραιεύς, ut supra Αρχέλαος πειραιεύς, & in alia inscriptione, quam *Sponius* pariter refert: Αρχέλαου Πειραιέα. (g) Παιδοτρίβης *Salv.*

Digitized by Google

σία, ἑορτὴ Α'θήνησι. *Amaryſia feſtum Athenienſium*. Et Α'θμονάζειν, verbum hinc natum. Heſychius. Α'θμονάζειν, τὸ εἰς δῆμον ἀφικνεῖσθαι τ῀ Α'τθικῆς Α'θμονάζειν; *ad Atticae populum accedere*. 1.

ΑΙΓΙΚΟΡΙΣ. *AEGICORIS*.

Nonnulli populum eſſe voluerunt; quum revera tribus fuerit. Stephanus. Αἰγικόρεως, οὐκ ἐσι δῆμ῀ τῆς Α'τθικῆς, ὥς τινες. ἀλλὰ φυλὴ παλαιὰ, μία τ῀ τεσσάρων τ῀ ἀπὸ Ι''ων῀. τέσσαρες δ' ἐξ αὐτῶν, Αἰγικορεῖς, Α'ργαδεῖς, Τελέοντες Ο'πλῖται. ἡ φυλὴ τοίνυν Αἰγίκορις. *AEgicoreos, non eſt populus Atticae, ut aliqui, ſed tribus antiqua, una ex quatuor ab Ione. Scilicet AEgicorei, Argadei, Teleontes, Oplitae. Tribus igitur AEgicoris dicitur*. Meminit, ceu tribus, etiam Pollux lib. VIII. cap. IX. ſect. XXXI. & Plutarchus Solone.

ΑΙΓΙΛΙΑ. ΑΙΓΙΛΟΣ. *AEGILIA. AEGILVS*.

Harpocration. Αἰγιλία, δῆμος φυλῆς Α'ντιοχίδος. *AEgilia, populus tribus Antiochidis*. Ita Suidas quoque, & Stephanus. Athenaeus, lib. XIV. Αἰγιλίαν δ' εἶναί (φησι) δῆμον τ῀ Α'τθικῆς. *AEgiliam vero eſſe (dicit) populum Atticae*. Emendandus inſignis locus apud Strabonem lib. IX. Μετὰ δὲ τὸν Πειραιᾶ, Φαληρεῖς δῆμ῀, ἐν τῇ ἐφεξῆς παραλίᾳ. εἶτ' Α'λιμούσιοι, Αἰξωνεῖς Α'λαεῖς οἱ Αἰξωνικοὶ, Α'ναγυράσιοι, Θορεῖς, Λαμπτρεῖς, Αἰγιλιεῖς, Α'ναφλύσιοι. Α'ζηνιεῖς. *Poſt Piraeeum, Phalerenſes ſunt, populus in ſequente ora maritima; inde Alimuſii, Aexonenſes, Alaënſes, AExonici, Anagyraſii, Thorenſes, Lamprienſes, AEgilienſes, Anaphlyſtii, Azenienſes*. Corrupte hodie illic editur, Λαμπριεῖς, Αἰγινεῖς, Α'ναφλύσιοι. *Lamprienſes, AEginenſes, Anaphlyſtii*. Aliis ΑΙΓΙΑΛΟΣ, *AEgialus*, ſcribitur. Plinius, qui inter montes Atticae ponit, lib. IV. cap. VII. *Montes (Atticae) Brileſſus, AEgialus, Icarius, Hymettus, Lycabettus*. Solinus cap. XIII. *Nec Atticos montes in partem tacebimus. Eſt Icarius, eſt Brileſſus, eſt Lycabettus, eſt AEgialus*. Aliis rurſum, ΑΙΓΑΛΕΩΣ. *AEgaleos*. Thucydides lib. II. Ε''πεσθε προϋχώρουν, ἐν δεξιᾷ ἔχοντες τὸ Αἰγάλεων ὄρ῀. *Inde proceſſerunt, ad dextram habentes AEgaleon montem*. Emendandus Vlpianus, *in Demoſthenis Timocratem*. Ε'καθέζετο ὁ Ξέρξης ἐν τῷ Αἰγάλεῳ, ὄρ῀ τ῀ Α'τθικῆς, θεωρῶν τὴν ἐν Σαλαμῖνι ναυμαχίαν. *Sedebat Xerxes in AEgaleo, monte Atticae, ſpectans pugnam navalem Salaminiam*. Hodie non recte editur, ἐν τῷ Αὐγάλεῳ, *in Augaleo*. Iſter in primo τ῀ Α'τάκτων, apud Scholiaſten Sophoclis, ad Oed. verſ. 1052. Α'πὸ ταύτης δὲ βαδιζόντων εἰς Ε'λευσῖνα, τὰ ἐπ' ἀριστερᾷ μέχρι τοῦ λόφου τοῦ πρὸς ἀνατολὰς τοῦ Αὐγάλεω. *Ab hac euntibus Eleuſina, ſiniſtrorſum uſque ad collem, qui eſt ad AEgaleo partem orientalem*. Incertus auctor, in Epigrammate; cuius fragmentum exſtat, apud Suidam, in Μᾶσσον.

——— Ε'πὶ ᾧ πρὸ μᾶσσον ἐπ' ἄκρῳ
Αἰγάλεω θυμόεντ῀ ἄγων μέγαν ὑετὸν, ἔσχε.
——— *Vlterius vero longius in ſummo AEgaleo, thymo abundante, adducens magnam pluviam, ſtetit*,

Statius Theb. l. XII. *verſ.* 630.

Dives & AEgaleos nemorum.———

A quibuſdam, ΑΙΓΙΛΟΣ. *AEgilus* dicitur. Theocritus, Idyl. *verſ.* 147.

——— Καὶ ἀπ' Αἰγίλω ἰσχάδα τρώγοις.
——— *Et ab AEgilo caricam ederes*.

Quem locum nollem a Viris doctis ſolicitari. Scholiaſtes poetae illic adnotat: Αἴγιλος δῆμος τ῀ Α'ττικῆς, *AEgilus, populus Atticae*. Nomen illi ab AEgilo heroe, Scholiaſtes iſte, ibidem: Αἴγιλ῀, δῆμ῀ τ῀ Α'ττικῆς, ἀπό τινος φυλῆς ἥρω῀ Αἰγίλου. *AEgilus, populus Atticae; a quodam tribus heroe AEgilo*. Sed corruptum nimis locum ſic reſtitue: δῆμος τ῀ Α'ττικῆς, φυλῆς ** ἀπό τιν῀ ἥρω῀ Αἰγίλου. *Populus Atticae, tribus.* ** *ab heroe quodam AEgilo*. Athenaeus lib. XIV. Αἰγιλίαν δ' εἶναί (φησι) δῆμον τ῀ Α'ττικῆς ἀπὸ Αἰγίλου τινὸς ἥρω῀ ὠνομασμένον. *AEgiliam vero (dicit) eſſe populum Atticae, ab AEgilo quodam heroe nuncupatum*. Abundabat autem thymo, quemadmodum Hymettus, ut infra dicam. Inde eſt in Epigrammate, quod e Suida iam citavi:

——— Ε'π' ἄκρῳ
Αἰγάλεω θυμόεντ῀ ———
——— *In ſummo*
AEgaleo thymo abundante. ———

Non recte illic Viri docti ſcribendum exiſtimant, Αἰγάλεω νιφόεντ῀, *AEgaleo nivoſo*. Dicitur enim θυμόεις, a θύμον: quomodo θυόεις, a θύον: & talia. Abundabat item arboribus. In citato iſto Statii verſu.

Dives & AEgaleos nemorum.———

Et caricas praeſtantiſſimas habebat. Vnde in Theocriti iſto:

——— Καὶ ἀπ' Αἰγίλω ἰσχάδα τρώγοις.
——— *Et ab AEgilo caricam ederes*.

Athenaeus, lib. XIV. Αἰγιλίδας φησὶν (ὁ Φιλήμων) εἶναι τὰς καλλίστας ἰσχάδας. *AEgilenſes caricas (Philemon) ait optimas eſſe*. Spectavit quoque in hoc monte Xerxes pugnam Salaminiam: uti teſtis Vlpianus, in citatis paullo ante verbis, & Herodotus lib. VII. cap. XC. a.

ΑΙΘΑ-

---

1. In hoc pago fuit templum Veneris Coeleſtis, (a) quod condidit Porphyrion, antiquiſſimus Rex Atticae, qui ante Actaeonem ibi rerum potitus eſt, teſte Pauſania. Inſcriptio, quae legitur Athenis.

...ΝΕΥΣ ΧΑΡΙΕΣΣΑ ΑΡΙΣΤΩ
ΝΟΣ ΕΞ ΑΘΜΟΝΕΩΝ

Spon. *Itin. Tom.* 2. *pag* 381.

(a) Vide *Meurſium* noſtrum *lib.* I. *Athen. Attic. cap.* IV.

a. Tribus Antiochidis. Harpocration. Αἰγιλία, δῆμ῀ φυλῆς Α'ντιοχίδ῀, ἔνθεν ὁ δημότης, Αἰγιλιεύς. *AEgilia, tribus Antiochidis populus, cuius popularis, AEgilienſis*. Ita quoque Suidas, & Stephanus. Emendandus inſignis locus apud Strabonem lib. IX. μετὰ δὲ τ῀ Πειραιᾶ, Φαληρεῖς δῆμ῀, ἐν τῇ ἐφεξῆς παραλίᾳ· εἶτ' Α'λιμούσιοι, Αἰξωνεῖς, Α'λαεῖς οἱ Αἰξωνικοὶ, Α'ναγυράσιοι, οἱ Θορεῖς, Λαμπτριεῖς, Αἰγιλιεῖς, Α'ναφλύσιοι, Α'ζηνιεῖς. *Poſt Piraeeum Phalerenſes ſunt, curia in proxime inſequente ora. Inde Halimuſii, AExonenſes, Halienſes*,

Digitized by Google

ΑΙΘΑΛΙΔΑΙ. ΑΙΘΑΛΙΑ.
AETHALIDAE. AETHALIA.

Tribus Leontidis. Harpocration. Αἰθαλίδαι, δῆμος τῆς Λεοντίδος φυλῆς. *Aethalidae, populus Leontidis tribus.* Idem eſt apud Suidam. Nomen populo ab AEthalide. Stephanus Αἰθαλίδαι, δήμῳ τῆς Λεοντίδῳ φυλῆς, ἀπὸ Αἰθαλίδος· ὁ δημότης, Αἰθαλίδης. οἱ δέ, Αἰθαλιεῖς τοὺς δημότας· *Aethalidae, populus Leontidis tribus ab Aethalide. Popularis, Aethalides. Alii vero populares Aethalienſes vocant.* Et obſerva, populares non tantum Αἰθαλίδας dictos, ſed & Αἰθαλιεῖς: quemadmodum ipſe populus non Αἰθαλίδαι dumtaxat, verum etiam Αἰθαλιά. Heſychius. Αἰθαλιὰ, δῆμος τῆς Λεοντίδος φυλῆς· *Aethalia, populus Leontidis tribus.* I.

2. ΑΙΞΩΝΗ. *AEXONA.*

Erat tribus Cecropidis. Stephanus in Αἰξωνία. ἔστι δὲ Αἰξωνὴ δῆμος Κεκροπίδος φυλῆς, ὀξυτόνως, ὡς εἴθισαι πολλῶν τῶν δήμων. καὶ ὁ δημότης, Αἰξωνεύς. τὸ θηλυκὸν, Αἰξωνίς. *Eſt etiam Aexona populus Cecropidis tribus acuto tono, ut ſolent nomina multorum populorum. Popularis, AExoneus. Femineo autem genere, AExonis.* Corrigendus Harpocration. Αἰξωνή ἐστι δῆμος φυλῆς τῆς Κεκροπίδος. *Aexona populus eſt Cecropidis tribus.* Hactenus editur. Αἰξωνηίς δῆμος φ. λ. κ. Eodem modo corruptus Suidas. Nam ſi populus Αἰξωνηὶς dictus fuiſſet, populares non Αἰξωνεῖς, ſed Αἰξωνηίδαι dicerentur. Hinc erat Thraſyllus, de quo AElianus Var. Hiſt. lib. IV. Θράσυλλος ὁ Αἰξωνεὺς παράδοξον δὲ καινὴν ἐνόσησε μανίαν. *Thraſyllum Aexoneum inauditus quidam, ac novus dementiae morbus invaſit.* Ab hoc populo Αἰξωνεύεσθαι dicebatur pro βλασφημεῖν. Heſychius. Αἰξωνεύεσθαι, βλασφημεῖν. Id eo factum, quod traducerentur AExonenſes maledicentiæ nomine. Stephanus. Αἰξωνεύεσθαι τὸ κατηγορεῖν. βλάσφημοι γὰρ καὶ συκοφάνται (οἱ Αἰξωνεῖς) κωμῳδοῦνται. *Dicitur etiam αἰξωνεύεσθαι. Αἰξωνεύεσθαι ideſt accuſare: Etenim AExonei, ut maledici, & ſycophantae proſcindebantur.* Harpocration. Ἐκωμῳδοῦντο ὡς εἰς βλασφήμους, ἀφ' ἧς καὶ τὸ κακῶς λέγειν, Αἰξωνεύεσθαι ἔλεγον. *Tamquam maledici ſugillabantur, unde etiam maledicere* Αἰξωνεύεσθαι *dicebant.*

lienſes, AExonici, Anagyraſii, Thorenſes, Lamprienſes, AEginenſes, Anaphlyſtii, Azenienſes. Corrupte hodie editur, Δαμπριεῖς, Αἰγινεῖς, Ἀναφλύστιοι. Commemoratur inter montes Atticæ a Plinio lib. IV. cap. VII. *Montes (Atticæ) Brileſſus, AEgialus, Icarius, Hymettus, Lycabetus.* Ita emendo; nam hodie illic editur. *AEgialeus.* Sic apud Solinum cap. XIII. *Nec Atticos montes in partem tacebimus, eſt Icarius, eſt Brileſſus, eſt Lycabetus, & AEgilus.* Etiam illic perperam editur, *& AEgialus.* Hic caricæ erant nobiliſſimæ, Αἰγιλίδες dictæ. Athenæus lib. XIV. ex Philemone. Αἰγιλίδας φησὶν εἶναι τὰς καλλίστας ἰσχάδας. Αἰγιλίαν δ' εἶναι δῆμον τῆς Ἀττικῆς, ἀπὸ Αἰγίλου τινὸς ἥρωος ὀνομασμένον. *AEgilidas, inquit, ampliſſimas caricas dici, ab AEgilia pago (a) Atticae, quem ab AEgilo heroe ſic nominarunt.* Vbi hoc quoque obſerva; datum populo nomen ab AEgilo heroe. Caricarum AEgilenſium meminit etiam Theocritus Idyllio I.

——καὶ ἀπ' Αἰγίλω ἰσχάδα τρώγοις.
Et ab Aegilo caricam ederes.

Quem locum nollem ſolicitari a Viro Clariſſimo, & in his literis præſtantiſſimo, Daniele Heinſio, Collega, & amico ſummo. Scholiaſtes eius illic adnotat. Αἴγιλος, δῆμος τῆς Ἀττικῆς, ἀπό τινος φυλῆς ἥρωος Αἰγίλου. ὅτι δὲ αἱ Ἀττικαὶ ἰσχάδες ἡδεῖαι, καὶ Δίων μαρτυρεῖ. *Aegilos, Atticae populus, a quadam Aegili Herois tribu ita dictus; Atticas autem caricas ſuaves eſse Dio etiam teſtatur.* Sed corruptus locus, & luxata verba. Reſtitue. δῆμός τις Ἀττικῆς φυλῆς, ἀπό τινος ἥρωος Αἰγίλου. *Populus quidam tribus Atticae, ab Heroe quodam Aegilo.* Deinde ſcribendum. καὶ Δίνων μαρτυρεῖ. Nam Dinon eſt, non Dion, cuius Περσικὰ in hac ipſa quoque re laudat Athenæus loco citato; nominaturque etiam a Clemente in Protreptico.

Hoc modo olim Meurſius in primis curis.

1. Inſcriptio Sepulcralis, quæ Athenis exſtat.

ΔΙΟΝΤΣΙΟΣ
(b) ΕΡΟΔΟΤΟΥ
ΑΙΘΑΛΙΔΗΣ

Duas alias vide apud *Iac. Spon. Itin. Tom. 2. pag.* 382. (c)

2. In Inſcriptionibus ſcribitur per *o.* in Auctorum Graecorum Libris per *ω. Spon. Itin. Tom. 2. pag.* 382.

(a) Vox δῆμος, quum de Atticae populis agitur, varie ab eruditis ad Latinas aures transfertur. *Loeſcherus municipium* interpretatur. *Sigonius* recte *vicum* verti opinatur, eique Ariſtoteles & Feſtus ſuffragari videntur. *Amaſaeus Curiam* Latine reddit. *Diodorus* Siculus ea ſcribit, quae *Oppidulum* transferendum eſſe ſuadeant. Porro *Sigonius* etiam *Populum* vertit, quod & Lucretium feciſſe exiſtimat *Lambinus*, quum in Atticae peſtis deſcriptione cecinit: *Inque aliis alium populum ſepelire ſuorum Certantes. Pagum* quoque, ut hic, eſt qui vertat.

(b) Forte Ἡροδότου, niſi E pro H antiquo more poſitum: in Nummis ΑΘΕ. Ἐρόδοτος, Ἐσόδοτος in *Inſcrip. MSS. Salv.*

(c) Aliae duae Sponii inſcriptiones ſunt, quae ſequuntur.

ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ
ΑΡΙΣΤΩΝΟΣ
ΑΙΘΑΛΙΔΗΣ

ΔΙΟΝυσιος
ΔΕΜΗΤριυ
ΕΞ ΑΙΘαλιδων

Digitized by Google

cebant. Eadem habes quoque apud Suidam, & Etymologici Auctorem. a.

1. ΑΛΑΙ, *ALAE*.

Meminit ϔ Α'λῶν simpliciter Xenophon Hellenic. II. οἱ μὲν ἐξεώθησαν εἰς τ' ἐν ταῖς Α'λαῖς πηλόν. *Deinde partim in lutum, quod est propter Alas, protruduntur*. Erant vero populi hoc nomine duo, Hesychius. Α'λαὶ, δύο δῆμοι τ' Α'τθικῆς. *Alae, duo populi Atticae*. Vnus, Α'λαὶ Αἰξωνίδες. *Alae Aexonides*, & ad tribum Cecropidem: alter, Α'λαὶ Α'ραφηνίδες. *Alae Araphenides*, & ad AEgeidem pertinebat. Stephanus. Α'λαὶ Α'ραφωνίδες, καὶ Α'λαὶ Αἰξωνίδες, δῆμοι, ὁ μὲν, τῆς Αἰγηίδος, ὁ δ' Αἰξωνεὺς, τῆς Κεκροπίδος φυλῆς. ἑκατέρα ὁ δημότης, ἀνὸ τῦ ί, Α'λαεύς. *Alae Araphenides, & Alae Aexonides, populi, unus Aegeidis, alter Cecropiae tribus. Vtriusque popularis dicitur popularis Alaeus, sine iota*. Emendandus Schol. Callimachi Hymno III. Δύο Α'λαὶ, δῆμοι τῆς Α'τθικῆς, Α'λαὶ Α'ραφωνίδες, καὶ Α'λαὶ Αἰξωνίδες. *Duae Alae populi Atticae, Alae Araphenides, & Alae Aexonides*. Hodie editur. καὶ Α'λαὶ Ζωνίδες. Popularis qui esset, Α'λαεύς dicebatur; ut vidimus in citatis Stephani verbis. Itaque corrige apud Harpocrationem. Α'λαεὺς ὄνομα δήμου. *Alaeus nomen populi*. Non recte editur, Α'λαιεύς. Eodem mendo laborat Suidas; qui corrigendus quoque alibi in Α'ζηνιεὺς, καὶ Α'ζηνιεῖς, καὶ Ε'ρχιεῖς, καὶ Α'λαεῖς, καὶ πάντα τὰ ὅμοια δασέως ὅσα φθέγγεσθαι τὸς Α'ττικοὺς τὸς παλαιούς. *Azenieus, vel Azenienses, Erchienses, & Alaënsis, & cetera omnia huiusmodi nomina, quae spiritu aspero notata priscos Atticos proferre tradunt*. Hodie editur. καὶ Ερχιεῖς, καὶ Α'λιεῖς. Erant autem Alæ Araphenides, inter Phegeum juxta Marathonem, & Brauronem; AExonides prope urbem. Stephanus. Ε'στι δὲ ὁ δῆμος τῆς Α'ραφηνίδος, μεταξὺ Φηγέως τῦ πρὸς Μαραθῶνι, & Βραύρωνος, αἱ δὲ Αἰξωνίδες, ἐγγὺς τῦ ἄστεως. *Iacet vero populus Araphenidis inter Phegeum ad Marathonem, & inter Brauronem; Aexonides vero prope urbem*. Meminit Callimachus Hymno in Dianam, dicens in propinquo sedes habuisse divam, quum e Scythia veniret.

ἢ ἵνα δαῖμον Α'λας Α'ραφωνίδας οἰκήσουσα
ἦλθες ἀπὸ Σκυθίης, ἀπὸ δ' εἴπαο τέθμια Ταυρῶν.

Aut ubi tu Dea Alas Araphenidas inhabitatura Veneris e Scythia, & respueris sacra Taurica.

Adverbia loci, quæ vocant Grammatici, erant ista: Α'λῆθεν, Α'λῆσι, Α'ληθένδε. Vide Stephanum loco citato. Et corrigendus insignis locus apud Aeschinem in Epistola quadam ipsius ad Ctesiphontem. καὶ συγχῶν, καὶ ἐκκλησίας, καὶ Κολυττοῦ, ἐν ᾧ πέντε καὶ τεσσαράκοντα ἔτη ᾤκησα, καὶ τοῦ Α'λῆσι χωρίου, καὶ τῶν ἐκεῖ μοι μετὰ σοῦ καὶ Φιλίνου διατριβῶν γρωμένων. *Et cognatorum, & concionis, & Colytti, (quo in loco quinque, & quadraginta annos habitavi) & Elesichorii, & colloquiorum, quae ibi tecum, & cum Philino habuimus*. Ineptum est, quod vulgatur. καὶ τοῦ ἀλησιχωρίου, καὶ τῶν ἐ. Et pessime interpretatur, ut multa alia, indoctus, Interpres: *& Elesichorii*. Videant, quam recte faciant, qui clarissimæ eruditionis viri, Iacobi

a. De hoc corrigendus Ammonius, *de Diff. voc.* in Π νερον, Φιλημονα τὸν Αἰξωνέα. *Philemonem Aexonensem*. Male hodie est in editis, τὸν Α'γξωνέα. *Anxonensem*. Atque heic mulli excellentes celebrantur: *Hesychius*: Αἰξονίδα τρίγλην. δοκοῦσι κάλλισται εἶναι αἱ Αἰξωνικαὶ τρίγλαι. *AExonensem mullum. Videntur optimi esse Aexonenses mulli*. Emendandus est insignis Pollucis locus lib. VI. cap. X. Παρὰ τοῖς παλαιοῖς εὐδοκίμουν, ψῆτται ἐξ Ε'λευσῖνος, ἀφύαι Φαληρικαὶ, τρίγλαι Αἰξωνικαί. *Apud veteres in precio erant, Passeres ex Eleusine, Aphyae Phalericae, mulli AExonenses*. Hodie corruptissime editur, τρίγλαι Ι'ωνικαὶ. *Mulli Ionici*. Coaluerat, ut in manuscriptis saepe, prima syllaba vocis Αἰξωνικαὶ cum postrema vocis τρίγλαι; itaque pro ξωνικαὶ, quod restabat, quum nescirent quid id vellet, Ι'ωνικαὶ substituerunt. Et haec loci corrumpendi occasio fuit. De mullorum vero illic praestantia, etiam *Suidas*: Α'ξωνίδα τρίγλην. δοκοῦσιν οὗται κάλλισται εἶναι, καὶ τῶν ἄλλων διαφέρειν. *AExonensem mullum: videntur isti optimi esse, aliisque praestare*. Athenaeus *lib.* VII. Ναυσικράτης δ' ὁ κωμδοποιὸς ἐπαινεῖ τὰς Αἰξωνίδας τρίγλας, ἐν Ναυκλήροις λέγων οὕτως,

— Μετ' αὐτῶν δ' ἐσὶν ἐκπρεπὴς φύσιν
Αἱ ξανθοχρῶτες ὰς κλύδων Αἰξωνικὸς
Πασῶν ἀρίστας ἐν τόποις παιδεύεται·
Αἷς καὶ θεὰν τιμῶσι Φωσφόρον κόρην,
Δέπνων ὅταν πέμπωσι δῶρα ναυτίλοι.
Τρίγλας λέγεις. —

Nausicrates vero comicus laudat mullos AExonenses, ita in Naucleris dicens.

— Cum ipsis sunt natura excellente
Flavicolores, quos fluctus AExonicus
Omnium optimos illis locis educat;
Quibus etiam honorant luciferam virginem,
Coenarum quum mittunt dona nautae.
Mullos dicis. —

Et Cratinus Trophonio, ibidem.

Οὐδ' Αἰξωνίδ' ἐρυθρόχρων ἐσθίειν ἔτι
Τρίγλην. ——— ——— ———

Nec amplius AExonensem rubricolorem edere Mullum. ——— ——— ———

Itaque etiam, ob praestantiam, sacri Cereri habebantur; ut in Eleusiniis docui, cap. XXIV.

1. Incola dicitur Α'λαιεὺς, male Meursius Α'λαεὺς. Patet hoc ex inscriptionibus, quarum haec legitur Athenis in theatro Bacchi.

ΝΙΚΩΝ
ΛΥΣΙΟΥ
ΑΛΑΙΕΥΣ

Alia ibidem apud Consulem Giraldum.

ΘΕΟΦΙΛΟΣ ΔΙΟΔΩΡΟΥ
ΑΛΑΙΕΥΣ ΕΠΙΜΕΛΗΘ... (a)
ΓΕΝΟΜΕΝΟΣ ΠΡΥΤΑΝΕΥ... (b)

Spon. *Itin. Tom.* 2. *pag.* 383. (c)

(a) Επιμελήθη. *Salv.* (b) Πρυλανεύς. *Salv.* (c) Apud eumdem *Sponium* in Ε'λευσα exstat inscriptio, in qua: Α'λαιεῖς. *Sponius* citat etiam inscriptionem Augusti apud Gruterum pag. 105. in qua pariter Α'λαιεῖς.

Digitized by Google

Iacobi Cuiacii nomine obtrudere Lectori erudito poſtulant. Hinc erat Theophraſtus archon anni primi Olympiadis cx. Id nos diſcimus ex Anonymo in Collect. Hiſt. ubi ad eum annum nominatur archon, Θεόφραστος Α'λαεύς. Ita emendo. Perperam editur, Θ. Α'λλαιεύς. a.

ΑΛΙΜΟΥΣ. *ALIMVS.*

Leontidis tribus. Stephanus, Α'λιμῆς, δῆμος τῆς Λεοντίδος φυλῆς. *Alimus, populus Leontidis tribus.* Suidas. Α'λιμοῦς, δῆμός ἐστι τῆς Λεοντίδος. *Alimus, populus eſt Leontidis.* Harpocration iiſdem, quibus Stephanus, verbis. Ariſtophanes Avibus.

κἀγὼ νομίζας ὄρθρον, ἐχώρουν Α'λιμουντάδε.
Atque ego quum diluculum exiſtimaſſem, Alimunta progrediebar.

Vbi Scholiaſtes. Α'λιμοῦνταδε, δῆμος τῆς Λεοντίδος φυλῆς, *Alimunta, populus Leontidis Tribus.* Erat illic fanum Cereris θεσμοφόρου, & Proſerpinæ. Pauſanias Atticis. δῆμοι ὧν οἱ μικροὶ τῆς Α'τλικῆς ὡς ἔτυχεν ἕκαστος οἰκιῶται. ἃ δὴ εἰς μνήμην παρείχοντο, Α'λιμουσίοις μὲν Θεσμοφόρου Δήμητρος, ἡ Κόρης ἐστὶν ἱερόν. *Parvæ Atticæ Curiæ, quæ paſſim, uti ſors tulit, incoluntur. Hæc nobis, quæ litteris mandemus præbent. Apud Alimuſios Cereris Legiferæ, & Proſerpinæ fanum eſt.* Atque hæc ſunt ſacra, quæ intelligit Clemens in Protreptico. ἀλλὰ τὰ μὲν ἐπὶ Σάγραις μυστήρια, καὶ τὰ ἐν Α'λιμοῦντι τῆς Α'τλικῆς, Α'θήναις περιώρισται. *Sed Sagræ, & Alimuntis myſteria Athenis devota ſunt.* Populares Α'λιμούσιοι dicebantur. Itaque corrigendus Stephanus, apud quem minus recte. ὁ δημότης, Α'λιμούσιοὐσιος. Omnino ſcribendum. Α'λιμούσιος.

ΑΛΩΠΕΚΗ. ΑΛΩΠΕΚΑΙ. *ALOPECA. ALOPECAE.*

Antiochidis tribus. Suidas. δῆμός ἐστιν ἡ Α'λωπεκὴ τῆς Α'ντιοχίδος. *Alopecae autem eſt oppidum Tribus Antiochidis.* Stephanus. Α'λωπεκὴ, δῆμος τῆς Αντιοχίδος φυλῆς. *Alopeca, populus Antiochidis Tribus.* Efferebant etiam pluraliter, Α'λωπεκαί. Ita eſt apud Harpocrationem. Α'λωπεκαὶ, δῆμος τῆς Α'ντιοχίδος, ὁ ὃ δημότης, Α'λωπεκεύς. *Alopeca, populus Antiochidis Tribus: popularis autem, Alopeceus.* Vnde nomen, hodie ignoramus. Tradiderat olim Philochorus lib. III. Harpocration loco citato. πόθεν ὃ ὠνομάσθησαν (αἱ Α'λωπεκαὶ) Φιλόχορος ἐν τῇ τρίτῃ δηλοῖ. *Vnde autem nomen (Alopecæ) traxerint, Philochorus tertio Libro declarat.* (a) Hinc oriundus Socrates. Diogenes Laertius lib. II. Σωκράτης Σωφρονίσκου μὲν ἦν υἱὸς λιθουργοῦ, ἡ Φαιναρέτης μαίας, Α'θηναῖος, τῶν δήμων Α'λωπεκῆθεν. *Socrates Sophroniſci filius ſculptoris, & Phænaretæ obſtetricis Athenienſis fuit, oppido Alopecis.* Hic erat ſepulcrum Anchimolii. Herodotus lib. V. ἡ Α'γχιμόλιου εἰσὶ ταφαὶ τῆς Α'τλικῆς Α'λωπεκῆσι, ἀγχοῦ τοῦ Η'ρακληίου τοῦ ἐν Κυνοσάργει. *Exſtatque in Alopecis Atticæ buſtum Anchimolii, iuxta Herculis templum, quod eſt in Cynoſargi.* Vbi obſerva, prope Cynoſarges fuiſſe. a.

ΑΜΑΞΑΝΤΕΙΑ *AMAXANTEA.*

Hippothoontidis tribus. Stephanus. Α'μαξάντεα, δῆμος τῆς Ἱπποθοωντίδος φυλῆς. *Amaxantea, populus Hippothoontidis tribus.* Harpocration. Α'μαξάντεα, δῆμος τῆς Ἱπποθοωντίδος φυλῆς. ὁ φυλέτης, Α'μαξαντεύς. *Amaxantea, populus Hippothoontidis tribus. Tribulis, Amaxanteus.* Corrigendus eſt Heſychius, apud quem hodie legitur. Α'μαξαντία, δῆμος τῆς Ἱπποθοωντίδος φυλῆς. *Amaxantia, populus Hippothoontidis tribus.*

a. ΑΛΑΙ. *Alae* erant; unde Α'λαεὺς popularis dicebatur. Itaque Θεόφραστος Α'λαεὺς ſcribendum apud Dionyſium Halicarnaſſeum, in Philochori fragmentum, e libro ſexto Α'τλίδος; quod is nobis repraeſentat, in Epiſtola ad Ammaeum. Male Α'λλαιεὺς vulgatur; quod ipſum mendum etiam tranſcripſit Anonymus in deſcriptione Olympiadum. Olym. CX. an. I. Reſtituendus quoque Statius *Theb.* XII. *v.* 632.

Venit atrox Alaeus, & olentis arator Hymetti.

Corruptum eſt, quod hodie editur; venit atrox Heus. Vbi Epitheton item obſerva, & Atroces appellari. Nugatur autem Lutatius ibi, interpres vetus; & nec locum intellexit, neque mendum animadvertit. Hinc eſt Alimus; aberatque Athenis ſtadia XXXV. Demoſthenes in Eubulidem, ex perſona Euxithei Alimuſii, cuius cauſam illic agit. τοῦ γὰρ δήμου ἡμῶν, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, πέντε καὶ τριακοντα στάδια τοῦ ἄστεος ἀπέχοντος, καὶ τῶν πλείστων ἐκεῖ οἰκούντων, ἀπεληλύθεσαν οἱ πολλοί. *Nam quum populus noſter, Iudices, ſtadiis triginta quinque ab Vrbe diſtet, ac plerique illic habitent, multi abierunt.* Et Sacra quoque illic Cereris celebrata, praeter Clementem, memorat item Arnob. lib. V. *Pudor me habet Alimuntis illa proferre myſteria.* Ac Thucydides inde erat; ut teſtatur inſcriptio Columnae apud Marcellinum in eius vita, quae ita habet,

Θουκυδίδης Ο'λόρου Α'λιμούσιος ἐνθάδε κεῖται.
Thucydides Olori Alimuſius heic ſitus eſt.
R. A.

a. Quod Alopecen attinet, aberat ab Vrbe ſtadiis circiter duodecim; idque obſervo apud AEſchinem in Timarchum: Τὸ ὄ, Α'λωπεκῆσι χωρίον, ὃ ἦν ἄποθεν τῶ τείχους ἕνδεκα, ἢ δώδεκα, στάδια, &c. *Praedium Alopocenſe, quod a moenibus abeſt ſtadiis undecim, aut duodecim,* &c. Atque hinc oriundus Hippias, apud Ariſtaenetum lib. I. epiſt. IV. Ἱππίας ὁ καλὸς, ὁ Α'λωπεκῆθεν, ἀρτίως ἔφη πρὸς ἐμὲ, τεργῶς αὐτοβλέψας. *Nuper Hippias pulcer Alopecenſis, torvum reſpiciens ad me dixit.* R. A.

(a) Α'λώπηξ *Vulpem ſignificat.*

Digitized by Google

bus. Reſcribe, quemadmodum in Stephano eſt, & in Harpocratione, Α'μαξάντ∂α. 1.

ΑΜΦΙΑΛΗ. *AMPHIALE.*

Incertæ tribus. Commemorat Strabo lib. IX. Adiacebat lapicidina, & traiectus in Salamina duorum ſtadiorum, quem aggere ingeſto complanare ſtatuerat Xerxes. Strabo loco citato. ἐν ᾗ τοῖς δήμοις καταριθμῆται ἡ πόλις. εἶτα τὸ Θριάσιον πεδίον, ἐ ὁμώνυμος αἰγιαλὸς ϗ δῆμος. εἶθ' ἡ ἄκρα ἡ Α'μφιαλὴ, ϗ τὸ ὑπερκέιμενον λατόμιον ϗ ὁ ἐις Σαλαμῖνα πορθμὸς, ὅσον διϛάδιος, ὃν διαχῶν, ἐπ∂ρᾶτο Ξέρξης, ἔφθη ᾗ ναυμαχία γενομένη, καὶ ἡ φυγὴ ϯ Περσῶν. *Vrbs in pagis, ſeu curiis Atticis numeratur. Deinceps campus eſt Thriaſius, eiuſdemque nominis litus, & pagus, ſive curia. Tum Amphiale promontorium, & ſuperincumbens lapicidina, ac traiectus in ſalaminam: quem quum aggere ingeſto complanare Xerxes conaretur, navali prælio, ſuorumque fuga præventus fuit.* 2.

ΑΜΦΙΤΡΟΠΗ. *AMPHITROPE.*

Antiochidis tribus. Stephanus, Α'μφιτροπὴ, δῆμος τῆς Α'ντιοχίδος φυλῆς. *Amphitrope, populus Antiochidis tribus.* Totidem verbis apud Heſychium. Aeſchines Orat. in Timarchum. φοβηθεὶς γὰρ τὰς λειτουργίας ἀπέδοτο ἃ ἦν αὐτῷ κτήματα ἄνω ϯ ἀρτίως εἰρημένων χωρίων, Κηφισιᾶσιν ἕτερον ἀγρὸν, Α'μφιτροπῆσιν ἐργασήρια δύο. *Quum enim publica miniſteria timeret, quaſcumque habebat facultates, ſine iis locis, quos hucuſque memoravimus, vendidit, alterum agrum qui Cephesiæ, & duas officinas, quæ Amphitropæ erant.*

ΑΝΑΓΥΡΟΥΣ. *ANAGYRVS.*

Erechtheidis tribus. Harpocration. δῆμός ἐϛιν Α'ναγυρᾶς τῆς Ε'ρεχθηΐδος φυλῆς. *Populus eſt Anagyrus, Erechtheidis tribus.* Stephanus. Α'ναγυρᾶς, δῆμος Ε'ρεχθηίδος φυλῆς. *Anagyrus, Populus Erechtheidis tribus.* Meminit Ariſtophanes Lyſiſtrata.

πόθεν εϛίν; Α'ναγυρουντόθεν, νὴ ϯ Δία

Vnde ſunt? Ab Anagyrunte, per Iovem.

Erat illic fanum Matris Deûm. Paulanias Atticis. Α'ναγυραϛίοις ᾗ μητρὸς θεῶν ἱερόν. *Apud Anagyraſios, Matris Deûm delubrum.* Erat etiam planta Anagyrus graviſſimi odoris: alii etiam heroem commemorant, qui vicinorum ædes everterit, quod fanum ſuum violare adgreſſi eſſent. Vnde Proverbium apud Græcos, Α'νάγυρον κινεῖν. Zenobius Cent. II. Proverb. LV. Α'νάγυρον κινεῖν. ἔϛιν ὁ Α'νάγυρος δῆμος Α'τθικῆς, ἔνθα δυσῶδες φυτὸν φύεται. εἴρηται οὖν ἡ παροιμία ἐντεῦθεν ἐπὶ τῶν κινούντων τινὰ ἐπὶ κακῷ ἑαυτῶν. τινὲς δὲ λέγουσιν ὅτι ἄνθρωπος ἥρως γέγονεν, ὅϛις τὰς οἰκίας τῶν γϛονούντων αὐτῷ ἐκ βάθρων ἀνέϛρεψεν, ἐπ∂ὴ τὸ ἡρῶον αὐτοῦ ὑβρίσαι ἐπεχείρησαν. *Eſt Anagyrus Atticæ populus, ubi graveolens planta naſcitur. Heinc igitur proverbium dicitur in eos, qui aliquid, quod ſibi damno ceſſurum eſt movent. Quidam vero perhibent, heroem hominem fuiſſe, qui vicinorum ædes funditus evertit, quod monumentum ſibi ob præſtantem virtutem erectum violare auſi eſſent.* De heroe Anagyro eſt etiam apud Diogenianum Centur. I. Proverb. XXV. Α'νάγυρον κινεῖς. ἐπὶ τῶν κινούντων τινὰ ἐπὶ τῶν ἑαυτῶν κακῶν. Α'νάγυρος γάρ τις ἥρως ἐπιχώριος, τὰς γϛεναῦντας ἐκ βάθρων ἀνέϛρεψεν, ἐπ∂ὴ τὸ ἡρῶον αὐτοῦ ὑβρίσαι ἐπεχείρησαν. *Anagyrum moves. In eos, qui aliquid movent, unde ſibi damnum inferatur. Anagyrus enim heros quidam indigena, vicinos funditus evertit, quod monumentum ſibi ob eximiam virtutem erectum violare auſi eſſent.* Plantæ meminit quoque Heſychius. Α'ναγυράσιος, δῆμος ϯ Α'τθικῆς, ἔνθα ϗ φυτὸν δυσῶδες φύεται Α'νάγυρος. ϗ παροιμία. κινήσω ϯ Α'νάγυρον. Διὰ τὸ δυσῶδες φυτὸν αὐτόθι φύεσθαι. *Anagyraſius, Atticæ populus, ubi Anagyrus planta graveolens naſcitur. Et proverbium. Anagyrum movebo, quod illic graveolens planta naſcatur.* Nimirum hinc eſt illud apud Ariſtophanem loco citato.

ὁ γοῦν Α'νάγυρός μοι κεκινῆσθ∂αι δοκεῖ.

Mihi igitur Anagyrus motus fuiſſe videtur. 3.

ANA-

1. Inſcriptio, quae Athenis legitur in Eccleſia Σταυρόμενος.

ΕΙΡΗΝΗ
ΔΙΟΔΩΡΟΥ
ΕΔΕΣΑΙΑ
ΣΩΣΙΠΟΛΙΔΟΣ
ΑΜΑΞΑΝΤΕΩΣ
ΓΥΝΗ

Spon. *Itin. Tom.* 2. *pag.* 384.

2. Perperam inter pagos Atticos refertur a Meurſio. Strabo enim tantum dicit fuiſſe promontorium, ex quo traiiciatur in Salaminem. Spon. *Itin. Tom.* 2. *pag.* 385.

3. Fuit ad mare inter Phalerum, & Sunium. Vetus columna, quae habetur in via, qua itur Athenis Salaminem.

ΖΩΣΑΡΙΟΝ ΑΠΟΛ
ΛΩΝΙΟΥ ΕΞ ΑΝΑΓΥ
ΡΑΣΙΩΝ

Alias tres vide apud Spon. *Itin. T.* 2. *p.* 386. *

* Illas tres huc tranſcripſimus, quae ita habent.

ΕΡΕΧΘΗΙΣ ΑΝΔΡΩΝ ΕΝΙΚΑ
ΕΝΕΤΕΛΗΣ ΜΕΝΙΤΟΣ(a) ΑΝΑΓΥ
ΡΑΣΙΟΣ ΕΧΟΡΗΓΕΙ
ΑΡΑΤΟ... ΗΥ(b).....
ΝΙΚΟΜΑΧΟΣ.....

(a) Μένιλος. *Salvinius.* (b) Sponius ita ſupplevit: Α"ρατος ἤυλεν. Νικόμαχος ἦρχεν.

ΑΡΙΣΤΟΝΙΚΗ
ΕΛΠΙΣΤΟΥ
ΑΝΑΓΥΡΑΣΙΟΥ
ΘΥΓΑΤΗΡ

ΝΙΚΟΚΛΗΣ ΗΓΗΣΙΠΠΟΥ
ΑΝΑΓΥΡΑΣΙΟΣ

ΕΙΚΟΝΑ ΤΗΝΔΕ ΑΝΕΘΗ
ΚΕΝ... ΜΩΝ ΠΑΤΡΟΣ
ΕΑΥΤΟΥ

ΑΘΑΝΑΤΟΙΣΙ ΘΕΟΙΣ ΚΟΣ
ΜΩΝ ΙΕΡΑΝ ΣΑΛΑΜΙΝΑ

Digitized by Google

ΑΝΑΚΑΙΑ. *ANACAEA.*

Hippothoontidis tribus. Harpocration. δῆμος φυλῆς Ἱπποθοωντίδος ἡ Ἀνάκαια. *Populus tribus Hippothoontidis, Anacaea.* Stephanus. Ἀνάκαια, δῆμος τῆς Ἱπποθοωντίδος φυλῆς. *Anacaea, populus, Hippothoontidis tribus.* Suidas iisdem verbis, quibus Harpocration. Meminit Diog. Laertius in Zenone Cittieo lib. VIII. Θράσων Θράσωνος Ἀνακαιεὺς εἶπεν. *Thraſo Thraſonis filius Anacaeeus cenſuit.* Et mox. ἐπὶ ᾧ τὴν οἰκοδομὴν κεχειροτόνηϛ Θράσων Ἀνακαιεύς. *Aedificationis Curator decretus eſt Thraſo Anacaeeus.*

ΑΝΑΦΛΥΣΤΟΣ. *ANAPHLYSTVS.*

Occurrit apud Ariſtophanem Concion:

Ἀναφλύσιον ζητῶν τιν' ἄνθρωπον.—

Hominem quemdam Anaphlyſtium quærens.

Vbi valde nugatur Scholiaſtes Græcus, quum ait: Ἀναφλύσιον παρὰ τὸ ἀναφλᾶν παίζῃ. *Per iocum Anaphlyſtium dicit ab ἀναφλᾶν, eſſe impudicum.* Eodem modo ad Ranas, ubi inquit:

Σεβῖνον ὅςις ἐςὶν Ἀναφλύσιος.

Sebinum, qui eſt Anaphlyſtius.

Meminit Herodotus lib. IV. Erat Ἀνάφλυσος populus Atticæ, e tribu Antiochide: inde popularis, Ἀναφλύσιος. Suidas. (a) Ἀναφλύσιος, δῆμος τῆ Ἀντιοχίδος φυλῆς Ἀντιοχίδος. *Anaphlyſtius oppidum erat in Attica, tribus Antiochidis.* Harpocration. Ἀνάφλυσος, δῆμος τῆ Ἀντιοχίδος. *Anaphlyſtus, populus Antiochidis.* Nomen accepit ab heroe Anaphlyſto. Stephanus. Ἀνάφλυσος, δῆμος τῆ Ἀντιοχίδος φυλῆς, ἀπὸ Ἀναφλύσου ἥρωος. *Anaphlyſtus, Populus Antiochidis tribus, ſic dictus ab Anaphlyſto Heroe.* Et erat is Anaphlyſtus filius Trœzenis. Pauſanias in Corinthiacis. Τροιζήνος ᾧ οἱ παῖδες, Ἀνάφλυσος ϗ Σφῆττος, μετοικοῦσιν εἰς τὴν Ἀττικὴν, ϗ οἱ δῆμοι τὰ ὀνόματα ἔχουσιν ἀπὸ τούτων. *Troezenis filii Anaphlyſtus, & Sphettus in Atticam migrarunt; a quibus curiæ Athenienſium duæ nomina acceperunt.* Erat illic fanum Panis, & Veneris Κωλιάδος. Ecce apud Strabonem lib. IX. περὶ ᾧ Ἀναφλυσόν ἐστι καὶ τὸ Πανεῖον, καὶ τὸ τῆ Κωλιάδος Ἀφροδίτης ἱερόν. *Ad Anaphlyſtum autem eſt Paneum, & ædes Coliadis Veneris.* Veneris ibi Κωλιάδος meminit quoque Euſtathius ad Iliad. β'. Ἀνάφλυσος ᾧ Κωλιάδος Ἀφροδίτης εἶχεν ἱερόν. *Anaphlyſti autem Coliadis Veneris fanum erat.* De nomine, ecce apud Scholiaſten Ariſtophanis ad Nubes. οἱ μὲν Κωλιάδα τὴν θεὸν καλοῦσι, νεανίᾳ Ἀττικοῦ ἀποδράντος ἀπὸ ληςῶν, συμμαχίᾳ τῆς θεοῦ, καὶ ὕτως αὐτὴν ὀνομασάντος, καθαπερ αὐτὸς δηλοῖ τ κώλων ἀπελύθη ὑπὸ γυναικὸς· οἱ ᾧ γυγατρὸς τοῦ ἀρχιληςοῦ δὲ ἔρωτα. οἱ ᾧ, τόπον ἐοικότα κῶλοις ἀνδρὸς, ἔνθα ἡ θεὸς τιμᾶται. ἔνιοι ᾧ, Ἰωνος γύοντος κόρακα ἁρτάσαι κωλῆν, καὶ ἐν ἐκείνῳ τόπῳ ἀποθέσθαι. *Hi Coliadem quidem Deam appellant, quum Atticus adoleſcens e Latronum manu, Dea opem ferente, evaſiſſet, atque ita eam nominaſſet, quod cruribus vinctus a femina dimiſſus eſſet. Illi vero, propter filiae Latronum principis amorem. Alii autem ita locum adpellant viri tibiis adſimilem, ubi Dea colitur. Quidam denique, quod Corvus, Ione*

A *ſacrificante, anteriorem victimæ partem rapuerit, & in eo loco depoſuerit.* Videndus quoque Suidas in Κωλιάς. Hic ejectæ navium Perſicarum in pugna ad Salamina fractarum tabulæ. Strabo loco citato. εἰς ὃν τόπον ἐκκυμανθῆναι τὰ τελευταῖα τὰ ἐκ τῆς περὶ Σαλαμῖνα ναυμαχίας τῆς Περσικῆς ναυάγια φασι. *In quem locum ejectas fluctibus aiunt ultimas naufragii tabulas, quod Perſæ navali ad Salaminam pugna fecerunt.* Et Pauſanias. Ἀπέχει ᾧ ϗ σταδίους εἴκοσι ἄκρα Κωλιάς. ἐς ταύτην φθαρεντος τὸ ναυτικοῦ τῶν Μήδων, κατήνεγκεν ὁ κλύδων τὰ ναυάγια. *Diſtat autem ſtadiis viginti Colias promontorium; ad hoc, deleta Medorum claſſe, fluctus naufragii tabulas detulit.* Herodotus lib. VII. de hac ipſa re. Τῶν δὲ ναυηγίων πολλὰ ὑπολαβὼν ὁ ἄνεμος Ζέφυρος, ἔφερε τῆς Ἀττικῆς ἐπὶ τὴν ἠϊόνα τὴν καλεομένην Κωλιάδα. *Porro naufragiorum pleraque ventus zephyrus aſportavit in oram Atticæ, nomine Coliadem.* Euſtathius ad Iliad. β'. Ἀνάφλυσος δὲ Κωλιάδος Ἀφροδίτης εἶχεν ἱερόν, περὶ τοῦτον ᾧ δῆμον ἐξεκυμάνθη τὰ Περσικὰ ναυάγια. *Anaphlyſti Coliadis Veneris ædes fuit; ad hunc populum Perſici naufragii tabulas fluctus ejectavit.* Fiebant hic vaſa figulina præſtantiſſima. Inde eſt quod ait Plutarchus de Audit. ὅμοιός ἐςι μὴ βεβλωμένῳ πιεῖν ἀντίδοτον, ἂν μὴ τὸ ἀγγεῖον ἐκ τῆς Ἀττικῆς Κωλιάδος ᾖ κεκεραμεύμενον. *Similis eſt nolenti antidotum bibere, niſi vaſculum Coliade Attica fictum fuerit.* Athenæus lib. XI. Κυάθῳ μὲν οὖν ὕδὲν ἐχρῶντο τότε, ὐδὲ κοτύλῃ. κρατῆρα γὰρ ἵςασαν τοῖς θεοῖς, οὐκ ἀργυροῦν, οὐδὲ λιθοκόλλητον, ἀλλὰ τῆς Κωλιάδος γῆς. *Non ergo tum uſi ſunt cyatho, nec cotyla, nec argenteum craterem Diis obtulerunt, neque gemmatos, ſed e Coliade terra.* Hæc autem vaſa reliqua omnia ſuperare cenſebantur, quippe quæ minio tingerentur. Suidas in Κωλιάδες κεραμῆες. ὅσαι πρὸς σκευοπλασίαν ἐπιτήδειαι, πασῶν ἡ Κωλιὰς κρέσσων, ὥςε καὶ βάπτεσθαι ὑπὸ τῆς μίλτου. *Coliadis figuli quotquot ad vaſorum figlinorum fabricationem ſunt aptæ, omnium Colias præſtantiſſima eſt, quod & minio tingatur.* Sed & Cereris ibi templum. Heſychius: Κωλιὰς, ἀκτὴ εἰς θάλασσαν ἐξέχουσα, καὶ ἴσως διὰ τὸ κώλῳ ἐμφερὸς εἶναι. ἔςι ᾧ καὶ Δήμητρος ἱερὸν αὐτόθι πολύςυλον. *Colias, ora in mare ſe exſerens, ita fortaſſis dicta, quod membro ſimilis ſit. Eſt autem illic etiam Cereris templum multis columnis innixum.* Et eſt obſervare apud Plutarchum in Solone. Πλεύσας ἐπὶ Κωλιάδα μετὰ τοῦ Πεισιςράτου, ϗ καταλαβὼν αὐτόθι πᾶσας τὰς γυναῖκας τῇ Δήμητρι τὴν πάτριον θυσίαν ἐπιτελούσας, ἔπεμψεν ἄνδρα πιςὸν εἰς τὴν Σαλαμῖνα, προστοιούμενον αὐτόμολον εἶναι. *Quum autem Coliadem cum Piſiſtrato navigaſſet, & comperiſſet illic omnes feminas Cereri patrio ritu ſacrificantes, fidum virum Salamina miſit, qui transfugam ſe eſſe ſimularet.* Item apud Polyænum lib. I. Σόλων ἔπλευσεν ἐπὶ, Κωλιάδος, ἔνθα αἱ γυναῖκες Δήμητρι ἑορτὴν ἐτέλουν. *Solon Coliadem navigavit, ubi feminæ Cereris feſtum celebrabant.* Erat etiam Dearum τ Γενετυλλίδων. Pauſanias Atticis. Κωλιάδος δέ ἐςιν ἐνταῦθα Ἀφροδίτης ἄγαλμα, καὶ Γενετυλλίδες ὀνομαζόμεναι θεαί. *Illinc, & Veneris Coliadis, & Dearum, quibus Genetyllides nomen, ſigna ſunt.* Inde coniungit Ariſtophanes Nubibus. Δαπά-

(a) Sic neque video, cur Meurſius perrexerit in Suida citare Ἀναφλύσιος, quum omnia teſtentur illius Demi nomen fuiſſe Ἀνάφλυσος. *Iac. Gronovius Praef. Vol. IV. Theſaur.*

Digitized by Google

Δαπάνης, λαφυγμῶ, Κωλιάδ@, Γενετυλλίδ@. *Sumtus, prodigalitatis, Coliadis, Genetyllidis* Et Lucianus in Amoribus. Ὧν ἐνίων οἱ κακοδαίμονες ἄνδρες οὐδὲ αὐτὰ ἴσασι τὰ ὀνόματα, Κωλιάδας, εἰ τύχοι, καὶ Γενετυλλίδας. *Quorum aliquorum infelices viri neque ipsa nomina noverunt, Coliades, scilicet, & Genetyllides.* Nonnulli Anaphlystum urbem faciunt. Harpocration. ἔνιοι δὲ ὡς πόλεως τῆς Ἀναφλύστου μνημονεύουσιν. *Quidam vero de Anaphlysto, tamquam de urbe, mentionem faciunt.* Quæ totidem verbis Suidas. Etiam portum habebat. Hinc capiendus Scylax in Periplo. Ἀνάφλυς@, τεῖχ@, καὶ λιμήν. *Anaphlystus, murus, & portus.* 1.

ΑΠΟΛΛΩΝΙΕΙΣ. *APOLLONIENSES.*

Tribus Attalicæ. Stephanus. Ἀπολλωνιεῖς, δῆμος προστεθεὶς τῇ Ἀτταλίδι φυλῇ. ὁ δημότης, Ἀπολλωνιεύς. *Apollonienses, populus additus Attalidi tribui. Popularis, Apollonienses.* Emendandus est Hesychius. Ἀπολλωνιεῖς, δῆμ@ φυλῆς τῆς Ἀτταλικῆς. *Apollonienses, populus Tribus Attalicæ.* Hodie editur, δ. φ. τῆς Ἀττικῆς.

ΑΡΑΦΗΝ. *ARAPHEN.*

Tribus Aegeidis. Stephanus. Ἀραφὴν, δῆμ@ Αἰγηίδ@ φυλῆς. ὁ δημότης, Ἀραφήνι@. *Araphen, populus Aegeidis tribus, Popularis, Araphenius.* Harpocration. Ἀραφήνι@, Ἰσαῖ@ ἐν τῷ κατ' Ἐλπαγόρᾳ καὶ Δημοφάνους. δῆμός ἐστι φυλῆς τῆς Αἰγηίδ@. *Araphenius, Isaeus in Oratione contra Elpagoram, & Demophanem. Populus est Tribus Aegeidis.* Suidas. Ἀραφήνιος, δῆμος Αἰγηίδ@. *Araphenius, populus AEgeidis.* Hinc cognomen traxerunt Ἀλαὶ Ἀραφηνίδες, de quibus supra a nobis dictum.

ΑΡΓΙΛΙΑ. *ARGILIA.*

Ignotæ tribus. Hesychius, Ἀργιλία, δῆμος τῆς Ἀττικῆς. *Argilia, populus Atticae.* 2.

ΑΣΤΥΠΑΛΑΙΑ. *ASTYPALAEA.*

Ignotæ tribus. Commemorat Strabo lib. IX. Μεταξὺ δὲ τῶν λεχθέντων δήμων μακρὰ ἄκρα πρώτη μετὰ τοὺς Αἰξωνέας Ζωστήρειτ'. ἄλλη μετὰ Θορέας Ἀστυπάλαια. *Inter dictos pagos longum est promontorium primum post AExonenses, Zoster: deinde aliud post Thoreas, Astypalaea.*

ΑΤΑΛΑΝΤΗ. *ATALANTA.*

Etiam haec incertae tribus; vicina autem Piraeeo erat, commemoraturque itidem a Strabone lib. IX. ὑπὲρ δὲ τῆς ἀκτῆς ταύτης ὄρ@ ἐστὶν ὃ καλεῖται Κορυδαλὸς, καὶ ὁ δῆμ@ οἱ Κορυδαλεῖς. εἶθ' ὁ Φώρων λιμὴν, καὶ ἡ Ψυττάλεια νησίον ἔρημον πετρῶδες, ὅ τινες εἶπον λιμὴν τὸν Πειραιέως, πλησίον ὂν καὶ ἡ Ἀταλάντη. *Supra actam hanc mons est Corydalus, & Corydalenses curia Attica. Inde (b) furum portus, & Psyttalia insula saxosa, ac deserta, quam quidam Peiraeei portum adpellaverunt. Vicina est Atalanta.*

ΑΤΗΝΗ. ΑΤΗΝΙΑ.
ATENA. ATENIA.

Antiochidis tribus; vel, ut alii, AEolidis. Nonnullis Ἀτηνὶὰ dicitur; non recte. Stephanus. Ἀτηνὶ, δῆμ@ Ἀντιοχίδ@ φυλῆς. Φρυνίχ@ δ', τῆς Αἰολίδ@ φησὶν. ὁ δημότης, Ἀτηνεύς. Πατροκλῆς Ἀτηνεὺς ἐχορήγει, καὶ Παντακλῆς. Διονύσι@, Ἀτηνίαν τὸ δῆμο. ἀλλ' οὐκ ἐᾶ τὸ Ἀτηνεὺς, ἀφαίλον Ἀτηνιεύς. *Atene, populus Antiochidis tribus. Phrynichus AEolidis inquit. Popularis, Atenensis. Patrocles Atenensis sumtus suppeditabat, & Pantacles. Dionysius Ateniam vocat populum, sed non permittit hoc forma nominis Ateneus. Tunc enim deberet dici Atenieus.* Sed scribendum, Ἀτηνιᾶ τὸ δ. Et mox. τῆς Ἀτταλίδ@ φησίν. Nam nulla erat tribus AEolis. (c) 3.

ΑΦΙ-

1. Fuit parvus populus maritimus procul Athenis, versus promontorium Coliada. Lapis vetus qui Athenis in horto:

ΤΙΤΟΣ
ΑΝΤΙΟΧΟΥ
ΑΝΑΦΛΥΣΤΙΟΣ

Spon. *Itin. Tom.* 2. *pag.* 388. (a)

2. Fuit forte idem populus cuius meminit Harpocration in voce Ἄρδηττος, ubi appellatur * Ἀργυλέων δῆμ@. Spon. *Itin. Tom.* 2. *pag.* 389.

* *Henricus Valesius coniicit legendum forte,* Ἀγρυλέων *quod idem sit, quod* Ἀργυλέων *de quibus Harpocrat. & superius Meursius in* Ἀγρύλη *duos pagos sic dictos existimat, alterum ad distinctionem* Ἀγρύλῳ ὑπένερθεν *inferiorem, alterum* Ἀγρύλῳ καθύπερθεν *superiorem.*

ΑΡΜΑ.

Fuit populus Atticus prope Phylen, ad fines Boeotiae. Ei adsitum erat castellum munitum prope Tanagram. Appellatus quoque fuit balneum Amphiarai, vide Stephan. *de Vrbibus* in Ἅρμα. Meursius nullam huius populi mentionem fecit. Spon. *Itin. T.* 2. *pag.* 389. (d)

3. Parva columna superstes Athenis:

ΝΙΚΟΜΑΧΟΣ
ΜΗΝΟΦΙΔΟΥ
ΑΘΗΝΕΥΣ

Spon. *Itin. Tom.* 2. *pag.* 390.

(a) *Sponius* ibidem aliam inscriptionem ex Grutero refert, ΕΠΙ ΘΕΩΝΟΣ ΑΡΧΟΝΤΟΣ ΜΑΡΚΟΣ ΑΝΑΦΛΥΣΤΙΟΣ ΓΕΙΜΝΑΣΙΑΡΧΗΣ. Et aliam, quae Athenis ita habet:

ΚΑΛΛΙΣΤΟΜΑΧΟΣ
ΚΑΛΛΙΣΤΟΜΑΧΟΥ
ΑΝΑΦΛΥΣΤΙΟΣ

(b) Egregie *Furum portus*, non ut *Meursius* censuit, *Phoron portus*, quod *Gronovius* a imadvertit his verbis: Ἀταλάντῃ: qui a Strabone dicitur φώρων λιμήν, intelligitur, Meursio *Phoron portus* ut vox ista Graeca illi fuerit habita in casu primo singulari potius, quam genitivo plurali *furum*, quam sententiam manifestius tenet ac tuetur in φώρων, sed sine causa, & ab interprete Strabonis redditur opinor melius *Furum portus*, ut alibi Κάπρου λιμήν, Καυθάρου λιμήν.

(c) Id quod superius etiam *Meursius* observavit.

(d) *Strabo* quoque huius populi mentionem facit *lib.* IX. *Geographiae. Sponius.* Ceterum non hunc populum tantum *Meursius* omisit, sed alios etiam, qui omnes suis locis opportune inseruntur in supplementis.

Digitized by Google

ΑΦΙΔΝΑ. *APHIDNA.*

Leontidis tribus; nomenque accepit ab Aphidno indigena. Stephanus. Α'φίδνα, δῆμος Α'ττικῆς, τῆς Λεοντίδος φυλῆς, ἀπὸ Α'φίδνου αὐτόχθονος. ὁ δημότης, Α'φιδναῖος. *Aphidna, populus Atticae, Leontidis tribus, sic dicta ab Aphidno indigena. Popularis, Aphidnaeus.* Hanc olim ceperunt Tyndaridae regnante Theseo. Pausanias Atticis. τότε ἢ ἐχομένου Θησέως, στρατεύσαντες εἰς Α'φιδναν οἱ Τυνδάρεω παῖδες, καὶ τὴν τε Α'φιδναν αἱρεῖσι, καὶ Μενεσθέα ἐπὶ βασιλείᾳ κατήγαγον. *Quum vero in vinculis adhuc Theseus detineretur, Aphidnam cum exercitu Tyndari filii adorti, capta urbe Menesthеum in regnum restituerunt.* Meminit iterum in Corinthiacis, & Laconicis. Factum autem id indicio Deceli, a quo Decelea dicta, prodente Titaco indigena. Videndus Herodotus lib. IX. Nimirum quia Theseus abreptam Helenam illuc detulerat. Narrant rem Isocrates in Encomio Helenae, Lucianus in Somnio, Strabo lib. IX. Plutarchus Theseo. I

aΑΧΑΡΝΑ, sive ΑΧΑΡΝΑΙ. *ACHARNA, sive ACHARNAE.*

Oeneidis tribus. Stephanus. Α'χάρνα, δῆμος τῆς Οἰνηΐδος φυλῆς. Aberat Athenis LX. circiter stadiis. Observo apud Thucydidem lib. II. ἐπειδὴ ἢ περὶ Α'χαρνὰς εἶδον τὸ στρατὸν ἑξήκοντα σταδίους τῆς πόλεως ἀπέχοντα ἤκέτι ἀνάσχετον ἐποιοῦντο. *Ut autem circumsidentem Acharnas exercitum cognoverunt sexaginta stadiis ab urbe distantem; haud amplius tolerandum existimabant.* Traducebatur hic populus, ut carbonibus victum quaeritans. Scholiast. Aristophanis ad Acharnenses. Χαριέντως ἢ εἶ-

---

1. Aphidna est tribus Leontidae. (a) Quum antiquis tribubus adscriberetur Hadrianiis, Aphidna avellebatur a Leontide, ut novae insereretur, quod cognoscimus ex lapide de XIII. tribubus. Antequam fuit Leontidae tribus, erat AEgidae, teste Harpocratione. Lapis vetus in via media, quae Athenis ducit Salaminem:

ΔΗΜΟΚΡΑΤΗΣ
ΧΑΡΙΞΕΝΙΔΟΥ
ΑΦΙΔΝΑΙΟΣ

Spon. *Itin. Tom.* 2. *pag.* 391.

a. Acharnae, hedera ibi inventa clarae, quod praeter *Pausaniam*, innuit *Epigramma vetus*, apud Suidam in Λ'χαρνέτης, & Βλαισός.

Πολλάκις ἐν θυμέλῃ καὶ ἐν σκηνῇσι τεθηλὼς
Βλαισὸς Α'χαρνέτης κισσὸς ἔρεψε κόμην.
Saepe in thymelis, & scenis florens
Transversa Acharnensis hedera texit comam.

Et Papinii iste locus, *Theb.* XII. *v.* 633.

Quaeque rudes Thyrsos hederis vestistis Acharnae.

Vbi *Lutatius* adnotat, Dionysia illic primum inventa, & acta: *In hoc loco Dionysia primum inventa, & celebrata dicuntur.* Sed hoc falsum, ut in libro singulari *De Dionysiis* clare doceo. Error merus est Grammatici; nam Poeta ad enatam ibi hederam adludere voluit. Multi autem in eo populo carbones erant. Aristophanes, *Acharnensibus* v. 34.

Ὃς οὐδεπώποτ' εἶπεν, ἄνθρακας πρίω.
Qui numquam dixit, carbones eme.

Vbi *Scholiastes*: Ἦν γὰρ ὁ Δικαίοπολις Α'χαρνεύς. οὗτοι δὲ πολυάνθρακες, καὶ οὐ δεόμενοι παρ' ἄλλων πρίασθαι. *Erat enim Dicaeopolis Acharnensis. Hi vero carbonibus abundabant, nec ab aliis eos emere necesse habebant.* Itaque ibidem plurimi quoque carbonarii. *Scholiastes* item iterum: Χαρίεντως δὲ εἶπεν, ἐπεὶ ἀνθρακεῖς εἰσὶν οἱ Α'χαρνεῖς. *Lepide vero dixit, siquidem carbonarii sunt Acharnenses.* Et postea: Σκώπτει τοὺς Α'χαρνέας, ὡς ἀνθρακοκαύστας. *Exagitat Acharnenses, tamquam qui carbones urerent.* Vulgo item agrestes, & rudes, convitio dicebantur; unde quidam Δρυαχαρνεύς. *Quernus Acharnensis*, idest, quercus instar durus, in comoedia nuncupatus, ut appareret ex Auctore Etymologici, aliisque. Et Senecae inde *Durus* dicitur *in Hippolyto vers.* 20. &c.

——— *qua tepidis*
Subditus austris frigora mollit
Durus Acharneus. ———

Ita enim ibi legendum, non quod editur, *Durus Acharnan.* Alii enim Acharnanes, alii Acharnenses erant. Atque Seneca Atticae populos illic memorat. Duritiem eorum, ac agrestem ruditatem taxat quoque Aristophanes, in cognomine ipsis *Fabula. v.* 175. &c. istis verbis.

——— Πρεσβῦται τινὲς
Α'χαρνικοὶ, σιττοὶ γέροντες, πρίνινοι,
Α'τεράμονες, Μαραθωνομάχαι, σφενδάμνινοι.
——— *Senes quidam*
Acharnici, densi senes, iligni,
Duri, Marathonii bellatores, acerni.

Ad quem locum respexit Iulianus in Misopogone: Οἱ δὲ ἐπαιδοτρίβησαν καθ' ἡμᾶς πρίνινον, σφενδάμνινον, οὐκέτι μέντοι καὶ Μαραθωνομάχην, ἀλλ' Α'χαρνέα μὲν ἐξ ἡμισείας, ἀηδῆ δ' ἐς ἄνδρας πανταπασι, καὶ ἄχαριν. *Qui te nobis ilignum, acernum, neque tamen Marathonium bellatorem, sed ex dimidio Acharnensem, insuavem omnibus, & ingratum educarunt.* Siti autem in Australi Atticae ora; ideoque nec intensum adeo frigus habuerunt. Et hoc *Senecae* ista innuunt, quae laudavi, statim, verba.

— *Te-*

(a) Recte *Isac. Gronovius* animadvertit Sponianarum observationum interpretem admodum imperitum fuisse. *Rideas*, inquit, *autem oportet, non offendas ab illo Sponianorum Latino interprete, quem non novi, in tanta luce tibi notari mentionem* tribus Leonidae, *vel* AEgidae, *vel* Antiochidae, *vel* AEantidae, *vel* Oneidae, *vel* Attalidae, *vel* Hadrianidae. *Non Latino, non Graeco sermoni ista conveniunt.*

Digitized by Google

ὴ εἶπεν, ἐπεὶ ἀνθρακεῖς εἰσὶν οἱ Ἀχαρνεῖς. *Festive autem dixit, quoniam Carbonarii sunt Acharnenses.* Et postea Σκώπτ|ει (a) ὴ τοὺς Ἀχαρνεας, ὡς ἀνθρακοκαύσας. *Sugillat autem Acharnenses, ut Carbonarios.* Hic colebantur Apollo Ἀγυεὺς, Hercules, Minerva Ὑγέια, & Ἱππία; Bacchus Μελπόμενος, & Κισσός; ibique hedera enata primum. Pausanias Atticis, ἔστι δὲ Ἀχαρναὶ δῆμος. ἔστοι θεῶν Ἀπόλλωνα Ἰμῶσιν Ἀγυέα, καὶ Ἡρακλέα, καὶ Ἀθηνᾶς βωμός ἐστιν Ὑγείας. τὴν δ' Ἵππιαν (b) Ἀθηνᾶν ὀνομάζουσι, καὶ Διόνυσον Μελπόμενον (c), καὶ Κισσὸν τὸν αὐτὸν θεόν· τὸν κισσὸν τὸ φυτὸν ἐνταῦθα πρῶτον φανῆναι λέγοντες. *Est & Acharnae Atticae curia: hi Agyeum Apollinem, & Herculem venerantur: & iidem Minervae Sospitae (d) aram habent. Equestrem quoque Minervam, & Canentem cognomine Bacchum vocant: eumdem etiam Deum Hedereum. Eo enim primum in loco hederae plantam visam tradunt.* Ab hoc populo Athenis portae cuidam nomen inditum. Hesychius. Ἀχάρναι, δῆμος τῆς Ἀτλικῆς. Ἀχαρνικαὶ πύλαι Ἀθήνησιν. *Acharnae, populus Atticae. Acharnicae portae Athenis.* Et asini grandes Acharnenses dicebantur. Hesychius. Ἀχαρνικοὶ ὄνοι ἐπὶ τῶν μεγάλων ὕτως ἔλεγον. *Acharnici Asini, de magnis ita dicebant.* Traducebantur quoque Acharnenses, ut agrestes, & rudes; unde quidam Δρυαχαρνεὺς in Comoedia per convitium dictus. Etymologici Auctor. Δρυαχαρνεῦ, δρύϊνε Ἀχαρνεῦ, ἀναίσθητε. ἐκωμῴδοντο γὰρ οἱ Ἀχαρνεῖς, ὡς ἄγριοι καὶ σκληροί. *Acharnenses stipes, insensate. Praestringebantur enim Acharnenses, ut agrestes, & rudes,* Hesychius corrigendus. Δρυαχαρνεῦ, ὴ δρύϊνε Ἀχαρνεῦ, καὶ ἀναίσθητε. δοκοῦσι γὰρ οἱ Ἀχαρνεῖς σκληροὶ τὴν γνώμην εἶναι καὶ ἄτεγκτοι. Hodie editur. δριαχαρνεῖ. Ac corruptus in eadem Glossa Suidas, maleque ibi Δραχαρνεῦ legitur. Rescribe, Δρυαχαρνεῦ. Exstat in eos Comoedia Aristophanis, de ipsorum nomine inscripta. Ἀχαρνεῖς. I

ΑΧΕΡΔΟΥΣ. *ACHERDVS.*

Hippothoontidis tribus. Stephanus. Ἀχερδεῖς, δῆμος τῆς Ἱπποθοωντίδος φυλῆς. ὁ δημότης, Ἀχερδέσιος. *Acherdus, populus, Hippothontidis*

——— *Tepidis*
Subditus Austris frigora mollit.

Hac de causa agro item fertiliore praestitere. Colligere licet e Luciani Icaromenippo. Μάλιστα δὲ ἐπ' ἐκείνοις ἐπῄει μοι γελᾶν, τοῖς περὶ γῆς ὅρων ἐρίζουσι, καὶ τοῖς μέγα φρονοῦσιν ἐπὶ τῷ τὸ Σικυώνιον πεδίον γεωργεῖν, ἢ Μαραθῶνος ἔχειν τὰ περὶ Οἰνόην, ἢ Ἀχαρνῆσι πέλεθρα κεκτῆσθαι χίλια. *Maxime vero ridere libuit eos, qui de terrae finibus contendunt, ac se efferunt, quod Sicyonium agrum colant; aut Marathonis eam partem, quae Oenoae obiacet, habeant; aut Acharnis mille iugera possideant.* Erant vero Acharnae maxime inter omnes Atticae populos. Thucydides lib. II. Ἀφίκοντο ἐς Ἀχαρνὰς, χωρίον μέγιστον τῆς Ἀτλικῆς τῶν δήμων καλουμένων. *Venerunt Acharnas, locum maximum inter omnes Atticae, quos vocant, populos.* Itaque bello Peloponnesiaco Athenienſibus militum tria millia suppeditarunt. Thucydides ibidem non multo post: Καὶ οἱ Ἀχαρνεῖς, μέγα ὄντες μέρος τῆς πόλεως, τρισχίλιοι γὰρ ὁπλῖται ἐγένοντο, οὐ περιόψεσθαι ἐδόκουν τὰ σφέτερα διαφθαρέντα. *Et Acharnenses, qui magnam Vrbis partem constituebant; erant enim tria armatorum millia, non videbantur rerum suarum vastationem neglecturi.* Et haec causa est, cūr Εὐάνορες apud Pindarum nominentur Neomonic. Od. II. v. 24.

Ἀχάρναι δὲ παλαίφατον
Εὐάνορες. ———

Acharnae vero, secundum vetus verbum,
Fortium virorum genitrices sunt. ———

Denique parasiti Acharnensium sacra facere Apollini legibus regiis iubebantur. Athenaeus lib. VI. Κἂν τοῖς τῦ βασιλέως δὲ νόμοις γέγραπται, θύειν τῷ Ἀπόλλωνι τὺς Ἀχαρνέων παρασίτυς. *Et in legibus regis scriptum est, sacra facere Apollini Parasitos Acharnensium.* Et offerebant eidem sextarium hordei electi. Athenaeus ibidem, non multo post: Τὸν δὲ ἑκτέα παρέχειν εἰς τὰ ἀρχεῖα τῷ Ἀπόλλωνι τὺς Ἀχαρνέων παρασίτυς ἀπὸ τῆς ἐκλογῆς τῶν κριθῶν. *Sextarium vero praebeant ad Archiva Apollini Acharnensium parasiti, ex hordeo selecto.* R. A.

1. Inscriptio lapidis Athenienſis.

ΜΕΝΙΠΠΟΣ
ΜΕΓΑΚΛΕΟΣ(e)
ΑΧΑΡΝΕΥΣ

Ex hoc lapide videtur posse corrigi Pausanias, qui mentionem facit Menippi, filii Μεγάρεως, sepulti in Prytaneo, sed pro Μεγάρεως scribendum Μεγάκλεως, ut habetur in Inscriptione. Alius Megaclis idem meminit Scriptor, qui celebris fuit Sculptor, cuius ope-

(a) Qui hunc locum Latine vertit, pro Σκώπτει videtur perperam legisse σκοπεῖ, quandoquidem *inspicit* reddiderat.

(b) Minervam Hippiam, seu Equestrem habes in Museo Florentino *Tom.* I. *Tab.* LXI. *Gem.* II. Galeae enim eius insigne est Pegasus. Χαλινίτιδα, seu *Frenatricem* adpellat *Cl. Gorius*, Pausaniae pariter auctoritate fretus, qui in Corinthiacis tradit, Minervae frenatricis simulacrum, & templum apud Corinthios celebre fuisse.

(c) Sic *Iuno Sospita* passim. Adi *Ez. Spanhemium*, alioſque antiquitatis consultos. Minervam salutiferam habes in gemma sculpta ab Aspasio apud *Stoschium Tab.* XIII.

(d) De Baccho τῷ μελπομένῳ vide Lib. I. *Athenar. Atticar.* Cap. IV. Horat. *Carm. Lib.* II. *Od.* XIX.

Bacchum in remotis carmina rupibus
Vidi docentem.

Baccho aeque, ac Apollini Parnassus sacer est. Lucanus:

Mons Phoebo, Bromioque sacer.

Catullus:

Saepe vagus liber Parnassi vertice summo
Thyadas effusis evantes crinibus egit.

Imo, si Macrobio fides, idem atque Apollo. Consule, quae de Baccho Canente disserit *Cl. Gorius Tom.* I. *Musei Florentini.*

(e) Μεγακλέως. *Salvin.*

Digitized by Google

dis tribus. Popularis, Acherdusius. Apud Aeschinem in Timarchum. ἀνὴρ ἐπιεικὴς, Πάμφιλος ὁ Ἀχερδύσιος, προσκρούζας τί τούτῳ. *Quare vir bonus, Pamphilus Acherdusius, cui cum isto simultatis aliquid intercedebat.*

ΑΧΡΑΔΟΥΣ. *ACHRADVS.*

Incertum cuius tribus. Stephanus. Ἀχραδύς, δῆμος τῆς Ἀττικῆς. ὁ δημότης, Ἀχραδύσιος. *Achradus, populus Atticae. Popularis, Achradusius.* Aristophanes Concion.

Νῦν μὲν γὰρ ὅτος βεβαλάνωκε τὴν θύραν,
Ὅστις ποτ' ἔστιν ἄνθρωπος Ἀχραδύσιος.
Etenim nunc quidem hic stridere fecit portam,
Qui aliquando est homo Achradusius.

ΒΑΤΗ. *BATA.*

Aegeidis tribus. Stephanus. Βατὴ, δῆμος τῆς Αἰγηίδος φυλῆς. τὸ ἐθνικὸν ἐπιῤῥηματικῶς, Βατῆθεν. *Bata, populus Aegeidis tribus. Gentile adverbialiter, ex Bata.* Itaque emendandus Hesychius. Βατῆθεν, ἐκ δήμου Βατῆς, τῆς Αἰγηίδος φυλῆς. *Ex populo Batae, AEgeidis Tribus.* Hodie editur. Βατιῆθεν. Plutarchus in Lycurgo Rhetore. αἰτίου αὐτῷ τῆς ἀναιρέσεως γενομένου Ἀριστοδήμου Βατῆθεν. *Quum causa fuisset interitus Aristodemi ex Bata.* Diog. Laertius in Epicuro lib. x. κατὰ τάδε δίδωμι τὰ ἐμαυτοῦ πάντα Ἀμυνομάχῳ Φιλοκράτους, Βατῆθεν. *Iuxta haec do mea omnia Amynomacho Philocratis F. ex Bata.*

ΒΕΛΒΙΝΑ. *BELBINA.*

Tribus erat ignotæ. Videtur inter populos numerare etiam Strabo lib. ix. πρόκειται δὲ τούτων τῶν τόπων Βέλβινα νῆσος, ὑπὸ πολὺ ἄπω θεν. *Ante haec loca non procul a continente remota iacet Belbina insula.* 1

ΒΕΡΕΝΙΚΙΔΑΙ. *BERENICIDAE.*

Ptolemaidis tribus. Stephanus. Βερενικίδαι, δῆμος τῆς Πτολεμαΐδος φυλῆς. *Berenicidae, populus Ptolemaidis tribus.* Corrigendus est Hesychius, apud quem male Βερονικίδαι. Nomen populo a Berenice Magæ filia, Ptolemæi uxore. Stephanus loco citato. ἀπὸ Βερενίκης τῆς Μάγας θυγατρὸς, γυναικὸς δὲ Πτολεμαίου, ὠνομάσθησαν Βερενικίδαι, οἱ δημόται. *A Berenice Magae filia, Ptolemaei vero uxore, dicti sunt Berenicidae, populares.*

a ΒΗΣΑ. *BESA.*

Antiochidis tribus. Harpocration. Βησσηίς. Λυσίας ἐν τῇ πρὸς Φιλοκράτην συμβολαίου ἀπολογίᾳ. δῆμος τῆς Ἀντιοχίδος ἡ Βῆσσα. *Besseis. Lysias in Defensione contractus adversus Philocratem. Bessa haec populus Antiochidis tribus.* Suidas. Βησσηὶς, δῆμος τῆς Ἀντιοχίδος ἡ Βῆσσα. *Besseis, oppidum Antiochidis tribus, Bessa.* Ita restituendus is locus, qui hodie ab interpunctione laborat. Sed præterea tam apud Harpocrationem, quam apud Suidam omnino scribendum Βησηὶς, & Βῆσα, unico σ. Auctor mihi locuples, & omni exceptione maior, Strabo lib. ix. Is quum de Bessa agit, quæ in Locride, quam gemino σ scribi debere docet, addit. ἡ δ' ἐν τῇ Ἀττικῇ δῆμον, ἀφ' οὗ Βησαεῖς οἱ δημόται λέγονται, ἐν τῷ ἑνὶ σ γράφουσιν. *Curia autem Attica, unde Besaenses dicti, unico* s *scribitur.* Et ita apud Isæum Orat. ὑπὲρ τοῦ Νικοστράτου κλήρου, scribitur. Κτῆσις δὲ ὁ Βησαεὺς, καὶ Κραναὸς, τὸ μὲν πρῶτον δίκλιν ἔφασαν τοῦ Νικοστράτου ταλάντου καταδεδικάσθαι. *Ctesis vero Besaensis, & Cranaus, primum quidem dixe-*

opera nonnulla Corinthi exstabant. Videndae plures ibi Inscriptiones de hoc pago. Spon. *Itin. Tom.* 2. *pag.* 392. (a)

1. Refert Meursius Belbinam inter pagos Atticos, sed non ostendit ullius auctoris testimonio hanc insulam unquam incolas habuisse, nec hoc propter eius parvitatem est credibile. Spon. *Itin. T.* 2. *pag.* 394.

a. Erat Besa, populus tribus Antiochidis. Huius nomen est corruptum apud Xenophontem libro Περὶ προσόδων· Ἔστι μὲν γὰρ δὴ που περὶ τὰ μέταλλα ἐν τῇ πρὸς μεσημβρίαν θαλάττῃ τεῖχος, ἐν Ἀναφλύστῳ· ἔστι δ' ἐν τῇ πρὸς ἄρκτον τεῖχος, ἐν Θορικῷ· ἀπέχει δὲ ταῦτα ἀπ' ἀλλήλων ἀμφὶ τὰ ἑξήκοντα στάδια· εἰ οὖν καὶ ἐν μέσῳ τούτων γένοιτο, ἐπὶ τῷ ὑψηλοτάτῳ βήσσης τόπῳ, τρίτον ἔρυμα, συνήκοντ' ἂν τὰ ἔργα εἰς ἓν ἐξ ἁπάντων τῶν τειχῶν. *Est enim circa metalla ad mare versus meridiem munitio, in Anaphlysto, est & versus aquilonem, in Thorico; quorum locorum alter ab altero stadiis circiter sexaginta distat; si igitur inter haec duo tertium aliquod munimentum in editissimo saltus loco excitetur, in unum locum ex omnibus istis munitionibus operæ convenire possint.* Omnino rescribendum censeo: Ἐπὶ τῷ ὑψηλοτάτῳ Βήσης τόπῳ. *In editissimo Besae loco.* Illud autem hinc est discere; populum istum inter Anaphlystum, Thoricumque, medium fuisse. *R. A.*

(a) Aliae inscriptiones, quas *Sponius* refert, sunt quae sequuntur:

ΣΜΙΚΥΘΟΣ
ΦΙΛΟΚΡΑΤΟΥς
ΑΧΑΡΝΕΥΣ

ΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟΣ
ΑΠΟΛΛΟΦΑΝΟΥς
ΑΧΑΡΝΕΥΣ

ΔΙΟΤΙΜΟΣ
ΔΙΟΜΝΗΣτου
ΑΧΑρνευς

Apud *Gruterum* pag. cccxix. inscriptio quaedam incipit:

ΓΑΙΟΣ ΓΑΙΟΥ ΑΧΑΡΝΕΥΣ &c.

Digitized by Google

dixerunt, Nicostrati causam talento mulctatam fuisse. 1

ΒΟΥΤΕΙΑ. ΒΟΥΤΑΔΑΙ. *BVTIA. BVTADAE.*

Oeneidis tribus. Harpocration. δῆμος τῆς Οἰνηίδος φυλῆς, Βυτεία, ἀφ' ἧς οἱ δημόται, Βυτάδαι. *Butia, populus Oeneidis Tribus, cuius populares, Butadae.* Totidem verbis Suidas, sed pro Βυτεία habet Βυτία. Stephanus corrigendus Βυτάδαι, δῆμος τῆς Οἰνηίδος φυλῆς. *Butadae, populus Oenëidis tribus.* Hodie editur perperam δημος τῆς Αἰγηίδος. Meminit populi Plutarchus in Lycurgo Rhetore. δήμων ὧν ἦν Βυτάδης. *Populorum autem Butades.* Nomen ab heroe Bute. Erat vero non populus tantum, sed & familia; ac utrique nomen a Bute heroe.(a) Etymologici Auctor. Βυτάδαι, δῆμος ἐστι τῆς Οἰνηίδος φυλῆς. ἀφ' ἧς οἱ Βυτάδαι. ἢ οἱ ἀπὸ Βύτυ. *Butadae, populus est Oeneidis tribus, cuius populares, Butadae, vel ii, qui a Bute descendunt.* Hesychius. Βυτάδαι, γένος Ἀθήνησιν. ἀπὸ τῆς Βύτυ γυείας. *Butadae, genus Athenis, ex Butis stirpe.* Eustathius ad Iliad. α'. Βύτης Βύτυ Βυτάδης. ἐξ ὧν γένος ἐκ ἀνώνυμον Ἐτεοβυτάδαι. *Butes, Butis, Butades, unde genus, non diverso nomine censitum, Eteobutadae.* Quia autem nobilissima Athenis familia, nonnulli gloriosiores ex ea sese esse iactabant, & Βυτάδας se quoque dicebant. Id ægre ferentes, qui revera tales essent, non Βυτάδας, sed Ἐτεοβουτάδας, se nuncuparunt. Harpocration. Βουτάδαι, καὶ Ἐτεοβυτάδαι, οἱ ἀπόγονοι τοῦ Βύτυ. τὸ γὰρ ἐτεὸν, τὸ ἀληθὲς δηλοῖ. *Butadae, & Eteobutadae, descendentes a Bute. Illud enim* ἐτεὸν, *veritatem significat.* Nicephorus Gregoras in Synesium De Insomniis. Ἐτεοβυτάδαι, γένος τί ἀρχαῖον ἐπίσημον ἐν Ἀθήναις, καὶ περιφανές. ἀφ' ἧς αὐτῆς Ἀθηνᾶς ἐξελέγοντο ἱέρειαι. ἐτυμολογεῖται δὲ ἀπὸ τοῦ ἐτεὸν, τὸ ἀληθὲς, τοῦτ' ἔστιν, οἱ ἀληθῶς ἐκ τῆς τοῦ Βύτυ γυείας καταγόμενοι. *Eteobutadae, genus quoddam Athenis antiquum, insigne, & illustre; ex quo Minervae sacerdotes eligebantur; originem autem trahit ab* ἐτεὸν, *hoc est, verum, utpote qui vere ex Butis generatione descenderint.* Sed legendum illic ἀφ' ἧς αἱ τῆς Ἀθηνᾶς ἐ. *i.* Nam ex eo populo eligebantur sacerdotes Minervæ τῆς Πολιάδος. Apollonius Grammaticus in Aeschinem. Φρατρίας μὲν ἦν καὶ γένους τῶν Ἐτεοβουταδῶν, ὅθεν ἡ τῆς Ἀθηνᾶς τῆς Πολιάδος ἐστὶν ἱέρεια. *Phratrias quidem erat e genere Eteobutadarum, unde est Minervae Poliadis (b) sacerdotium.* Etymologici Auctor. Ἐτεοβυτάδαι, γένος τι ἐπίσημον καὶ περιφανὲς τοῖς Ἀθηναίοις, οἱ ἀληθῶς ἀπὸ τῆς τοῦ Βύτυ γεγονότες. ἐκ ὧν τούτου καθίστανται ἱέρειαι τῆς Πολιάδος. *Eteobutadae genus quoddam insigne, & illustre apud Athenienses, e Butis stirpe vere descendens; ex hoc vero Poliadis sacerdotes creantur.* Idque ab ipso Bute, generis sui auctore, acceperunt; qui Erechtheo regnum capiente, sacerdotium hoc ipse sumsit. Apollodorus lib. III. τὴν βασιλείαν Ἐρεχθεὺς λαμβάνει. τὴν δὲ ἱερωσύνην τῆς Ἀθηνᾶς, καὶ Ποσειδῶνος, τοῦ Ἐρεχθέως Βύτης. *Regnum Erechtheus accipit, Minervae vero, & Neptuni sacerdotium Butes Erichthonii F.* Hoc est, quod Harpocration inquit. Βύτης, ὃν ἔσχε τὴν ἱερωσύνην. *Butes, hic sacerdotium habuit.*

ΒΡΑΥΡΩΝ. *BRAVRON.*

Cuius tribus, dicere non in promtu. Nomen accepit a Braurone heroe. Stephanus. Βραυρὼν, δῆμος τῆς Ἀττικῆς, ἀπὸ Βραύρωνος ἥρωος. *Brauron, populus Atticae ab heroe Braurone.* Ac olim illic Eurysaces Aiacis F. civitate ab Athenien sibus donatus (c), sedem fixit. Plutarchus in Solone. τὸ δὲ Σόλωνά φασιν ἀποδεῖξαι τοῖς δικασταῖς ὅτι Φιλαῖος καὶ Εὐρυσάκης Αἴαντος υἱοὶ, Ἀθήνησι πολιτείας μεταλαβόντες, παρέδοσαν τὴν νῆσον αὐτοῖς, καὶ κατῴκησαν, ὁ μὲν ἐν Βραυρῶνι τῆς Ἀττικῆς, ὁ δὲ ἐν Μελίτῃ. *Solonem vero planum fecisse aiunt iudicibus Philaeum, & Eurysacem Aiacis filios civitate ab Athenien sibus donatos ipsis insulam hanc tradidisse, habitavisseque hunc in Braurone Atticae, illum in Melite.* Erat autem prope Marathonem; eoque Iphigeniam cum Diana Taurica primum adpulisse tradunt; atque inde ibi signum Dianæ. Pausanias in Atticis. Μαραθῶνος δὲ ἀπέχει τῇ μὲν Βραυρὼν, ἔνθα Ἰφιγένειαν τὴν Ἀγαμέμνονος ἐκ Ταύρων φεύγουσαν, τὸ ἄγαλμα ἀγαμένην τῆς Ἀρτέμι-

---

1. Firmant Strabonis sententiam veteres inscriptiones, ex quibus unam apponemus, quae conspicitur Eleusine:

ΤΙΒΕΡΙΟΣ ΚΛΑΥΔΙΟΣ
ΘΕΟΦΙΛΟΣ ΤΙΒΕΡΙΟΥ
ΚΛΑΥΔΙΟΥ
ΘΕΜΙΣΤΟΚΛΕΟΥΣ ΒΗΣΑΙΕΩΣ

Spon. *Itin. Tom.* 2. *pag.* 395. (d)

(a) In Porticu Varia Athenis pictus erat quidam Butes, qui forte hic idem esse potuit, quamquam inter pugnantes in praelio Marathonio collocatus: nam & Marathon heros, & Minerva, & Hercules, Theseusque ibidem picti erant. Vide *Lib.* 1. *Athen. Attic.* Cap. V.

(b) Minervae Poliadis in porticu stantis, & oleae surculum dextra tenentis effigiem habes in Museo Florentino *Tom. II. Tabul. LXXVII. n.* 11. In observationibus V. Cl. *Ant. Franc. Gorii* perperam dicitur sinistra, & non dextra oleae ramum tenere; nisi sculptoris ἁμάρτημα est, quod non videtur.

(c) Vide *Lib. De Fort. Attic.* Cap. V.

(d) Aliam quoque inscriptionem huc spectantem adducit *Sponius* eodem loco.

...ΝΟΥ...
ΣΤΡΑΤΟΝΙΚΗ
ΕΚ ΒΗΣΑΙΕΩΝ
ΤΟΙΝ ΘΕΟΙΝ
ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ

Digitized by Google

τέμιδ@, ἀποζῆναι λέγουσιν. καλαλιπεῖσαν ὴ τὸ ἄγαλμα ταύτη, καὶ εἰς Ἀθήνας, ἡ ὕστερον ἐς Ἄργ@ ἀφικέσθαι. ξόανον μὲν ὴ ἡ αὐτόθι ἐστὶν Ἀρτέμιδ@ ἀρχαῖον. *A Marathone non multum abest Brauron, quo Iphigeniam Agamemnonis filiam cum Taurica Diana primum adpulisse; eaque ibi relicta, Athenas, & deinde Argos venisse perhibent. Eo quidem in loco vetus est Dianae signum.* Et hinc Diana illa Βραυρωνία cognominata. Stephanus loco citato. ἀφ' ὃ ἡ Βραυρωνία ἡ Ἄρτεμις. *A quo etiam Brauronia Diana.* Ac festum illi, Βραυρώνια, & tunc Iliada cantabant rhapsodi Braurone, & Dianæ capra immolabatur. Hesychius. Βραυρωνίους τὴν Ἰλιάδα ᾖδον ῥαψῳδοὶ ἐν Βραυρῶνι τῆς Ἀττικῆς, καὶ Βραυρώνια, ἑορτὴ Ἀρτέμιδι Βραυρωνίᾳ ἄγεται, καὶ ϑύεται αἶξ. *In Brauroniis Iliadem Rapsodi, Atticae Braurone canebant: Brauronia vero festum in Dianae Brauroniae honorem celebratur, & capra immolatur.* Postea Dianæ hoc simulacrum abstulit Xerxes. Pausanias in Arcadicis. Βασιλέα τε τ' Περσῶν Ξέρξην τ' Δαρέου, χωρὶς ὅσα ἐξεκόμισε τῶ Ἀθηναίων ἄσεως. τοῦτο μὲν ἐκ Βραυρῶν@ ἄγαλμα ἴσμεν τ' Βραυρωνίας λαβόντα Ἀρτέμιδ@. *Persarum vero Regem Xerxem Darii filium, praeter ea ornamenta, quae ex ipsa Athenarum urbe amovit, scimus & ex Braurone Brauroniae Dianae signum avexisse.* Porro celebrabantur Braurone etiam Bacchanalia. Suidas. Βραυρὼν, τόπ@ τ' Ἀττικῆς, ἐν ᾧ τὰ Διονύσια ἤγοντο, καὶ μεϑύοντες πολλὰς πόρνας ἥρπαζον. *Brauron, Atticae locus, in quo Dionysia celebrantur, & homines ebrii multa scorta rapiebant.* Et observa, vino madidos multas inde meretrices abduxisse. Id ipsum tradit etiam Scholiast. Aristophanis ad Pacem. Βραυρὼν, πόλις τ' Ἀττικῆς, ἐν ᾗ τὰ Διονύσια ἤγοντο, καὶ μεϑύοντες πολλὰς πόρνας ἥρπαζον. *Brauron, urbs Atticae, in qua Dionysia celebrabantur, & ebrii multas meretrices rapiebant.* Vides totidem pene & eadem verba, quot, & quæ apud Suidam. Hæc sacra intelligit Pollux lib. VIII. cap. IX. sect. XXVI. ubi inquit Decemviros τῆς ἱεροποιὸς illis sacrificasse. Δέκα ὄντες ἤτοι (οἱ ἱεροποιοὶ) ἔϑυον ϑυσίας τὰς πενταετηρίδας, τὴν εἰς Δῆλον, τὴν ἐν Βραυρῶνι. *Quum decem hi (sacrificuli) essent quinquennes victimas immolabant, aliam in Delo, aliam in Braurone.* Ita emendo; nam non recte editur hodie, ἐν Βαυρῶνι. Ad Dianam Brauroniam quod attinet, ei virgines ante nuptias consecrabantur; idque ἀρκτεύειν dicebatur. Harpocration. ἀρκτεῦσαι, τὸ καϑιερωϑῆναι τὰς παρϑένους τῇ Ἀρτέμιδι τῇ Μουνυχίᾳ, ἢ τῇ Βραυρωνίᾳ. Ἀρκεῦσαι, *virgines Dianae Munichiae, aut Brauroniae consecrari.* Ita corrigo; perperam editur: ἢ τῇ Βαυρωνίᾳ. Idem mendum apud Scholiast. Aristophanis Avibus. ὥσπερ Πειραιεῖς ἐπὶ τὴν Μουνυχίαν, Φιλιάται ὴ τὴν Βαυρωνίαν. *Quemadmodum Pireenses ad Munichiam, Philiatae vero ad Brauroniam.* Rescribe iterum, Βραυρωνίαν. Atque hæ virgines ita consecratæ ἄρκτοι dicebantur. Harpocration. Αἱ ἀρκλευόμεναι παρϑένοι ἄρκτοι καλοῦνται. *Virgines, quae consecratae sunt,* Ἄρκτοι *vocantur.* Tempus, quod ita exigebatur, ἀρκτέα. Hesych. Ἀρκτέα, ἡ τῶν ἀρκλευομένων παρϑένων τελετή. ἀρκτεύειν ὴ, τὸ καϑιερῶν Ἀρκλήα. *Virginum, quae consecrantur, caerimonia.* ἀρκτεύειν *vero est consecrare.* Ita locum illum emendo. Perperam enim hodie editur. τ. ἀ. παρϑένων τελευτή. ἀρκτεύ δὲ τ. κ. Fiebat hæc consecratio circa annum aetatis puellarum decimum; unde & δεκατεύειν idem, quod ἀρκτεύειν. Hesychius in δεκατεύειν. ἔλεγον ὴ καὶ τὸ ἀρκτεύειν, δεκατεύειν. ἐπεὶ ἔπρασσον αὐτὸ αἱ παρϑένοι περὶ τ δεκαετῆ χρόνον ὄσαι. *Dicebant vero illud* ἀρκτεύειν, *etiam* δεκατεύειν; *quandoquidem id Virgines fere decennes faciebant.* Harpocration. τὸ ἀρκτεῦσαι, δεκατεῦσαι εἴρηκεν ὁ ῥήτωρ. ἐπειδὴ αἱ δεκατίδες ἤρκλευον. Ἀρκεῦσαι, δεκαλεῦσαι *dixit orator, quia decennes Virgines consecrabantur* Nimirum neque minores quinque annis, neque maiores decem erant. Suidas. ἐν Βραυρωνίοις ἀρκλευόμεναι (ita legendum, non ἀρκλεύμεναι,) γυναῖκες τῇ Ἀρτέμιδι ἑορτὴν ἐτέλουν, κροκωτὸν ἠμφιεσμέναι, ὅτε πρεσϐύτιδες δέκα ἐτῶν, ὅτε ἐλάττους πέντε, ἀπομιμλισσόμεναι τὴν ϑεόν. *In Brauroniis consecratae feminae Dianae festum celebrabant. rotunda veste, ac fimbriata indutae, neque maiores decem annis, neque quinque minores, demulcentes Deam.* Et mox fabulam subiungit, e qua rei huius origo. a

1. Hodie adpellatur *Vrana*. Spon. *Tom.* 2. *pag.* 395.

a. De Braurone & Diana, hinc Brauronia adpellata, corrigendus est Dinarchus Or. in Aristogitonem: Κατὰ τῆς ἱερείας τῆς Ἀρτέμιδ@ τ' βραυρωνίας, ἡ τῶν οἰκείων αὐτῆς, τοιαῦτα γράψας, καὶ ψευσάμεν@. *Qui Dianae Brauroniae sacerdotem, eiusque domesticos de talibus falso accusavit.* Perperam editur, Ἀρτέμιδ@ τῆς Βαυρωνίας. *Dianae Bauroniae.* Dianae vero istius signum Tyrrheni, qui Imbrum, & Lemnum habitabant, quum Mulieres Brauronias abripuissent, una inde abduxerunt, & in Cretae Cherroneso reliquerunt. De Brauroniarum raptu docet Plutarchus lib. *De Clar. Mul.* ubi de Tyrrhenicis agit: Τυῤῥηνῶν τοίνυν, τῶν Λήμνον ἡ Ἴμβρον κατασχόντων, ἁρπασάντων δὲ Βραυρωνόϑεν τὰς Ἀϑηναίων γυναῖκας, ἐγένοντο παῖδες· ὓς ἐξήλασαν Ἀθηναῖοι, μιξοβαρβάρους ὄντας. *Tyrrhenorum igitur, qui Lemnum, & Imbrum habitantes, Athenienſium uxores e Braurone rapuissent, liberi fuerunt; quos, quod semibarbari essent, Athenienses expulerunt.* Et Quaest. Graec. XXI. Τυῤῥηνούς φασι, τὸν τὰς Ἀθηναίων ϑυγατέρας, ἡ γυναῖκας, Βραυρωνόϑεν ἁρπάσαντας, ὁπηνίκα Λήμνον καὶ Ἴμβρον κατώκουν, εἶτα ἐκπεσόντας, εἰς τὴν Λακωνικὴν ἀφικέσϑαι. *Tyrrhenos aiunt, qui Athenienſium filias, uxoresque e Braurone abripuerant, quum inhabitarent Lemnum, atque Imbrum, & eiecti postea essent, in Laconicam venisse.* Memorat etiam Herodotus lib. IV. & VI. De simulacro autem Deae Plutarchus in citato *De claris Mulieribus libello*, mox subiungit: Διεπτοημένους, ἐνεπήδησαν εἰς τὰς ναῦς ἀκόσμως, προλιπόντες ἐν τῇ γῇ (ἐν τῇ τῆς Κρήτης Χερρονήσῳ) ξόανον τῆς

ΒΡΙΛΗΣΣΟΣ. *BRILESSVS.*

Erat inter populos montanos. Memorat Strabo lib. IX. & Thucydides lib. II. Tribus incerta est. 1

ΓΑΡΓΗΤΤΟΣ. *GARGETTVS.*

A Aegeidis tribus. Stephanus. Γαργηττὸς, πόλις, καὶ δῆμος τῆς Αἰγηίδος φυλῆς. *Gargettus, urbs, & populus Aegeidis tribus.* Diogenes Laertius in Epicuro lib. X. Ἐπίκυρος Νεοκλέους καὶ Χαιρεστράτης, Ἀθηναῖος, ὁ δῆμον Γαργήττιος. *Epicurus Neoclis, & Chaerestratae filius, Athenienſis, oppido Gargettius.* Ariſtophanes Theſmoph.

Εἰμὶ Κριτύλλα γ' Ἀντιθέου, Γαργηττόθεν.
Sum Critylla Antithei F. Gargettia.

a. Erat illic Euryſtheus ſitus. Heſychius. Γαργηττὸς, δῆμος Ἀθήνησι τῆς Αἰγηίδος φυλῆς. ὅτου δοκεῖ κεῖσθαι τὸ σῶμα Εὐρυσθέως. *Gargettus, populus Athenis Aegeidis tribus, ubi Euryſthei corpus iacere creditur.* Et Stephanus loco citato: ἐνταῦθά φασι τὸ τοῦ Εὐρυσθέως κεῖσθαι σῶμα. *Hîc aiunt Euryſthei corpus iacere.* Forte nomen datum a Gargetto Ionis patre, cuius meminit Pauſan. Eliac. *Poſter.* καλεῖσθαι δὲ τὰς νύμφας ἀπὸ Ἴωνος λέγουσι τοῦ Γαργήττου μετοικήσαντος ἐνταῦθα ἐξ Ἀθηνῶν. *Adpellatas autem nymphas dicunt ab Ione Gargetti filio, qui illuc migraverit Athenis.* 2

ΓΟΡ-

τῆς Ἀρτέμιδος, ὃ πατρῶον ἦν αὐτοῖς, εἰς Λῆμνον ἐκ Βραύρωνος κομισθὲν, ἐκ δὲ Λήμνου πανταχοῦ συμπεριαγόμενον. *Perculſi, in naves inſilierunt indecore, relicto in terra (Cretae Cherroneſo) Dianae ſimulacro; quod ipſi acceptum a maioribus, qui Braurone in Lemnum abduxerant e Lemno quocumque circumferebant.* Quod Iphigeniam adtinet, quae huc adpuliſſe fertur, eius quoque Cenotaphium ibi fuit. Nonnus Dionyſ. lib. XIII. v. 186.

Ἀγχίαλον Βραυρῶνα, κενήριον Ἰφιγενείας.
Mari adiacentem Brauronem, inane ſepulcrum Iphigeniae.

Adiacebat autem mari; unde ἀγχίαλον in citato verſu Nonnus adpellavit. Inde nempe aer quoque illic frigidus; qua de cauſa *Gelidus* nuncupatur Statio Theb. lib. XII. v. 625.

Qui gelidum Braurona viri, qui rura laceſſunt
Munychia.

Hordeum etiam illic fuit, Ἀχιλληίδες κριθαὶ dictum ab Achille quodam, agricola Brauronio. Galenus in Lexico Hippocratis. Ἀχιλληίδας κριθάς. τὰς εὐτρεφεῖς, καὶ μεγάλας ἀπό τινος Ἀχιλλέως ὠνομασμένας, ὥς φασι, γεωργοῦ Βραυρωνίου. *Achilliticum hordeum.* (a) *pingue, & grande, ab Achille quodam dictum, uti ferunt, agricola Brauronio.* Ita enim ibi lego pro γεωργοῦ Βαβρωνίου. *Agricola Babronio.* Erat autem Brauron olim inter urbes Atticae. Scholiaſtes Comici *Pace*: Βραῦρων, πόλις τῆς Ἀττικῆς. *Brauron, urbs Atticae.* Idem Mela quoque dicit; qui ait, ſua aetate intercidiſſe, neque praeter nomen quicquam reſtitiſſe lib. II. cap. III. *Thoricos, & Brauron, olim urbes, iam tantum nomina.* Feſtus Pompeius, unam e quatuor urbibus dicit, quae Athenas conſtituiſſent: *Quadrurbem Athenas Attius adpellavit; quod ſcilicet ex quatuor urbibus in unam domicilia contulerunt, Brauro-ne, Eleuſine, Piraeeo, Sunio.* R. A.

1. Non eſt pagus, ut Meurſius tradit, ſed mons tantum, quem Scriptores veteres non adcenſent Atticis Pagis. Spon. *Itin. To.* 2. *pag.* 395.

a. In Gargetto autem, quod quidam Euryſtheum fuiſſe ſitum memorent, non eſt id omnino verum; quippe truncus tantum eius illic erat: caput vero amputatum ab Iolao, ſeorſim Corinthi humatum, iuxta fontem ibi Acariam. Strabo narrat lib. VIII. Εὐρυσθεὺς μὲν ἦν, στρατεύσας ἐς Μαραθῶνα, ἐπὶ τοὺς Ἡρακλέους παῖδας, καὶ Ἰόλαον, βοηθησάντων Ἀθηναίων, ἰσορρόπῳ πεσεῖν ἐν τῇ μάχῃ· καὶ τὸ μὲν ἄλλο σῶμα, Γαργηττοῖ ταφῆναι· τὴν δὲ κεφαλὴν, χωρὶς ἐν τῇ Κορίνθῳ, ἀποκόψαντος αὐτὴν Ἰόλαου, περὶ τὴν κρήνην τὴν Ἀκαρίαν. *Euryſtheus igitur, ducto in Marathonem exercitu adverſus Herculis liberos, & Iolaum, opem ferentibus Athenienſibus, in pugna cecidiſſe fertur; ac reliquum quidem eius corpus Gargetti ſepultum eſſe; caput vero, quum id Iolaus praecidiſſet, ſeorſim Corinthi iuxta fontem Acariam.* Et locus ibi, Ἀρατήριον adpellatus, e quo Theſeus, quum de rebus ipſe ſuis deſperaret, devotis Athenienſibus in Scyrum abnavigavit. Plutarchus in eius Vita: Τέλος δὲ, ἀπογνοὺς τὰ πράγματα, τοὺς μὲν παῖδας εἰς Εὔβοιαν ὑπεξέπεμψε πρὸς Ἐλεφήνορα τὸν Χαλκώδοντος· αὐτὸς δὲ, Γαργηττοῖ κατὰ τῶν Ἀθηναίων ἀρὰς θέμενος, οὗ νῦν ἐστι τὸ καλούμενον Ἀρατήριον, εἰς Σκύρον ἐξέπλευσεν, ὕσης αὐτῷ πρὸς τοὺς ἐκεῖ φιλίας, *Tandem rebus ſuis deſperans, liberos ſuos clam in Euboeam emiſit, ad Elephenorem Chalcodontis filium; ipſe vero, devotis Gargetti Athenienſibus, quo in loco eſt Araterium, quod adpellant, in Scyrum navigio contendit, quum amicos ſibi haberet inhabitantes.* Et Gargetti ortus quoque Epicurus. Diogenes Laertius in eius Vita lib. X. cap. I. Ἐπίκυρος, Νεοκλέους, καὶ Χαιρεστράτης, Ἀθηναῖος, τὸν δῆμον Γαργήττιος. *Epicurus, Neoclis filius, & Chaereſtratae, Athenienſis, populo Gargettius.* Vnde *Senior Gargettius* dicitur Statio in Tiburtino Manlii Vopiſci, Silv. lib. I. Carm. III. v. 96.

——— *Luxuque carentes*
Deliciae, quas ipſe, ſuis digreſſus Athenis,
Mallet deſerto ſenior Gargettius horto. R. A.

2. Eleuſini hic ſupereſt titulus:

... ΔΙΟΣ ΚΑΙ ΚΛΑΥΔΙΑ..
Γ. ΚΛΑΥΔΙΟΝ ΣΕΙΛΙ
ΑΝΟΝ ΠΟΛΥΚΡΙΤΟΝ

ΤΟΝ

(a) *Gronovius* ad hunc locum in Praefatione haec adnotat: Ex eadem origine haec prodeunt unde videbis Ἀχιλληίδας κριθὰς verti *Achilliticum hordeum*, quaſi non alia eſſent illius proprii nominis derivativa.

ΓΟΡΓΥΝΗ. *GORGYNE.*

Gorgyne, maleficentia infamis. Suidas: Γοργύνη, δεσμοτήριον ὑπόγαιον. ἢ ἀπὸ δήμου τῆς Α Ἀττικῆς κακοπράγμονος. *Gorgyne, carcer ſubterraneus. Vel a populo Atticae maleſico.* R. A. (a)

ΔΑΙ-

ΤΟΝ ΤΙΟΝ ΜΥΘΟΕΝΤΑ
ΑΦ ΕΣΤΙΑΣ ΤΑΙΝ ΘΕ
ΑΙΝ ΑΝΕΘΗΚΑΝ
ΕΠΙ ΙΕΡΕΙΑΣ ΚΛΑΥΔΙΑΣ
ΤΕΙΜΟΘΕΑΣ ΤΗΣ ΤΕΙΜΟ
ΘΕΟΥ ΓΑΡΓΗΤΤΙΟΥ ΘΥ (b) B

Ἀφ' ἑστίας *a foco*, (c) eſt expoſitum a Suida: Ἀφ' ἑστίας, ἀπὸ τῆς οἰκίας καὶ ἀφ' ἑστίας μυᾶσθαι, ἀφ' ἑστίας μυόμενον ἦν. Ἀθηναῖον ἦν. *Spon. Itiner. Tom. 2. p. 396.* (d)

(a) Nonnullos quidem populos a *Meurſio* praetermiſſos fuiſse tempeſtive animadvertimus, eoſque ſuis locis addi in notis diximus: verum obſervandum eſt ab ipſo quoque *Meurſio* quosdam a ſe omiſſos in *Reliquis Atticis* deſcriptos deinde fuiſſe, quos pro ſua diligentia *Gronovius* Textui ipſius libri *De Populis Atticae* opportune identidem inſeruit, ut heic Γοργύνη.

(b) Hoc eſt Θυγάτερον. *Sponius.*

(c) Nos diceremus: *ordinato a' primi ordini. Salvinius.*

(d) Aliam quoque inſcriptionem profert *Sponius* Gargettum Populum reſpicientem.

ΜΕΛΙΤΗ ΗΛΙΟΔΩΡΟΥ
ΕΓΓΑΡΓΗΤΤΙΩΝ

Operae pretium me facturum exiſtimavi, ſi egregiam inſcriptionem, quae in Aedibus Riccardianis Florentiae exſtat, heic inſererem. Ab ea enim lucem mutuantur cum quinque Atticae Tribus, Cecropis, Leontis, Pandionis, Erechtheis, Aegeis; tum populi pagive non pauci, ut Marathon, Sybridae, Melita, Cepheſia, Cropia, Pergaſa, Gargettus, Pithos, Paeania. Eam quidem primum publici iuris fecit *Cl. Gorius* una cum aliis antiquis inſcriptionibus, quae in Etruriae urbibus exſtant: nam *Montfalconium* non moror, qui minimam eius partem edidit, eamque mendis ſcatentem. Haec igitur noſtra opera in lucem iterum prodit, ſed emendatior; quum nos eam ex ipſo marmore haud incurioſe deſcripſerimus. Similes inſcriptiones, in quibus ii, qui publicis negotiis praeerant, ut hic, nominantur, videre eſt apud eruditum *Sponium* in *Itinerario*; ſed hic etiam ſparſim in ſupplementis referuntur.

Θ

. . (e) ΚΡΟΠΙΔΟΣ .
. ΑΘΗΝΙΩΝ. ΜΕΛ (f) ....
. . ΞΟΤΟΣ ΕΡΜΟΛΑΟ (g) ....
. . (h) ΦΙΛΟΣ ΔΙΟΣΚΟΥΡίδου
. (i) ΟΥΡΙΔΗΣ) ΜΕΛ ...
. (k) ΙΔΩΝΙΟΣ) . ΜΕΛΙ ...
. ΙΩΝ . ΑΝΘΕΣΤΗΡΙΟΥ
(l) ἙρυΣΙΜΑΧΟΣ ΠΙΤΘΕΥ
. (m) ΩΝΤΙΔΟΣ
. . . . ΙΟΣ ΑΡΤΕΜΩΝΟΣ Π
. . . . ΟΣ) ΚΟΠΡΙΟΣ (n)
. . . . ΟΣ
. . . . ΟΣ ΜΑΡΑΘΟΝΙΟΣ
. . . . . ΗΡΑΚΛΕΩΝΟΣ
. . . Σ . . ΙΑ
. ἀγΑΘΩΝΟΣ . . Α .
ΘΩΝΟΣ (o) . . . Α . .
ΙΣ . ΙΟΥΛ . . .
ΛΛΩ

ΕΟΙΣ ΤΥΧΗ

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ ΚΑΙΣΑΡΟΣ . . .
. . ΙΛΙΟΥ ΑΔΡΙΑΝΟΥ ΑΝΤΩΝΕ ....
ΒΑΣΙΛΕΙΑΣ ΤΟΥ ΕΙΚΟΣΤΟΥ ΕΒΔΟΜΟΥ
ΟΤΙ ΣΟΕΟΥΑΛΙ . . . ΟΥΠΡΩ
ΙΣΛΟΝΕΑΣΠ . . ΑΗΙ . . ΑΣ
. . . . ΗΤΗΣΣΩ . . . . . .
Ε ΤΙΑ . . . . ΕΝΟΚ . . . .
ΓΡΑΨΕΝ . . ΥΣΤΠΑ . . . . .
. . ΦΙ . . ΟΛΙΣ . . .
Ν . Σ . Ν ΟΣΜ . Η .
. . . . ΠΙ . ΙΟΘΕΝΙΗΠ
. . . . . ΣΠΑΛ
. . . . . Ν Σ
. . . . . ΠΑ
. . . . . ΝΙΟ

ΕΡΕΧΘΕΙΔΟΣ
ΕΠΙΚΤΗΤΟΣ) ΣΥΒΡΙΔΗΣ
ΘΕΜΙΣΩΝ) . ΚΗΦΕΙΣΙΗΙ (p)
ΕΥΠΟΡΟΣ) ΠΗΡΓΑΣΗΘ (q)
ΠΑΡΑΜΟΝΟΣ ΔΙΟΝΤΣΙΟΥ Χ
ΥΓΕΙΝΟΣ ΓΛΑΥΚΟΥ .
ΑΙΓΕΙΔΟΣ (r) .
ΑΡΤΕΜΩΝ) ΓΑΡΓΗΤ . . . (s)
ΕΡΩΣ ΣΜΑΡΑΓΔΟΥ , Λ
ΑΘΗΝΟΔΩΡΟΣ) ΕΣΤΙΑ
ΑΘΗΝΟΔΩΡΟΣ) ΕΡΜΕΡΩς (t)
ΠΑΝΔΙΟΝΙΔΟΣ
ἀΣΚΛΗΠΙΑΔΗΣ) ΠΑ . . (u)
ΛΕΟΝΤΙΔΟΣ .
ΧΑΛΙΜΑΧΟΣ ΦΕΙΔ . . (x)
ΒΑΚΧΙΟΣ (Ε ΞΟΙ . .
ΜΗΤΡ (y) ΜΑΡΑΘΟΝΙΟΣ

(e) Κεκροπίδου.
(f) Μελιτεύς.
(g) Ηερμολάθ.
(h) Forte, Θεόφιλου.
(i) Διοσκυρίδης Μελιτεύς.
(k) Forte, Ποσειδώνιου Μελιτεύς.
(l) Forte, Λυσίμαχος Πιτθεύς. Heinc patet haud tuto a *Meurſio* noſtro in Πίθου, mendi argui loca, in quibus legitur Πιτθεύς, τ & θ coniunctis: nam haec vetus inſcriptio hanc retinet Orthographiam.
(m) Λεοντίδου.
(n) Forte, Κρωπίδης, a Pago ſcilicet Cropia, Leontidis tribus.
(o) Forte, Ἀγάθωνος.
(p) Κηφισῆθεν. *Salv.* Κηφισίη. *Monſfalconius.* Forte Κηφισιεύς.
(q) Πυργασῆθεν. *Salv.*
(r) Αἰγηίδου.
(s) Γαργήτλιου. *Salv.*
(t) Forte Ἑρμειου, a pago ſcilicet Hermo; ſed hic eſt Acamantidis tribus, non Aegeidis. Nomen vero Ἑρμέρως ſaepe occurrit in vetuſtis inſcriptionibus.
(u) Παιανιεύς, a pago Paeania, Pandionidis tribus.
(x) Forte, Φειδίου.
(y) Δημήτριου. Hodie tamen ultima haec verba in Riccardiano marmore non apparent. Fortaſſis enim, quum ex hortis Riccardianis, ubi *Gorius* hanc inſcriptionem deſcripſit, in aedes marmor transferretur, effractum minutumque eſt; vel quum parieti inſereretur, tectorio inductum.

Digitized by Google

ΔΑΙΔΑΛΙΔΑΙ. *DAEDALIDAE.*

Cecropidis tribus. Stephanus. Δαιδαλίδαι, δῆμος τῆς Κεκροπίδος φυλῆς. *Dædalidæ, populus Cecropidis tribus.* Nomen a Dædalo. Schol. Sophoclis Oed. Col. Μητίνῳ ᾗ τῷ Ἐρεχθέως καὶ Ἰφινόῃ γίγνεται Δαίδαλος, ἀφ' οὗ ὁ δῆμος καλεῖται Δαιδαλίδαι Ἀθήνησι. *E Metino Erechthei F. & Iphinoe Daedalus nascitur, cuius populus Athenis Dædalidæ nuncupatur.* Quia nimirum is reus cædis eo perfugisset. Diod. Siculus lib. IV. κατηγορηθεὶς δὲ καὶ καταδικασθεὶς (ὁ Δαίδαλος) ὑπὸ τῆς Ἀρεοπαγιτῶν φόνου, τὸ μὲν πρῶτον ἔφυγεν εἴς τινα τῶν κατὰ τὴν Ἀττικὴν δήμων, ἐν ᾧ τοὺς κατοικοῦντας ἀπ' ἐκείνου Δαιδαλίδας προσαγορευθῆναι. *In Iudicium ergo vocatus, (Daedalus) & Areopagitarum sententiis morti addictus, fuga primum ad quamdam Atticæ curiam se recepit; cuius tribules etiam nunc Dædalidæ vocantur.* Sed quia in Dædali mentionem incidi, non possum quin per occasionem insigniter corruptum Hesychii locum a mendo liberem. Hodie editur. Δαίδαλον, ποίημα· καὶ τὸ κοσμούμενον ὑποπλάταιον ξύλον. Quid est lignum ὑποπλάταιον? Valde fallor, aut scripserat Hesychius. τὸ κοσμούμενον ὑπὸ Πλαταιῶν ξύλον. Apud Platæenses colebatur Daedalus; & festum illi, Δαιδάλεια nuncupatum, Menander Rhetor meminit, cap. πῶς δεῖ ἀπὸ ἐπιτηδεύσεων τὰς πόλεις ἐγκωμιάζειν. Verba ejus ista. ὡς τὰ Πύθια, καὶ Ὀλύμπια, καὶ Δαιδάλεια ἐν Πλαταιαῖς. *Vt Pythia, & Olympia, & Dædalea Plateis.* Eo festo Platæenses, quia summus artifex, & architectus Daedalus fuisset, lignum fabre exornatum repræsentabant; idque ab eo Δαίδαλον appellabant. Hoc doctissimus Grammaticorum dicere voluisse videtur. Atque id ὡς ἐν παρόδῳ.

ΔΕΙΡΑΔΕΣ. *DIRADES.*

Tribus Leontidis, a Dirade. Stephanus. Δειράδες, δῆμος τῆς Λεοντίδος φυλῆς, ἀπὸ Δειράδου τινός· ὁ δημότης, Δειραδιώτης. *Dirades, populus Leontidis tribus, a Dirade quodam. Popularis Diradiotes.* Harpocration. δῆμος τῆς Λεοντίδος φυλῆς Δειράδες, ἀφ' οὗ ὁ δημότης, Δειραδιώτης. *Dirades populus tribus Leontidis, cuius popularis, Diradiotes.* Emendandus Suidas. Δειραδιώτης. δῆμός ἐστι τῆς Λεοντίδος Λειράδες, ἀφ' οὗ ὁ δημότης, Δειραδιώτης. *Diradiotes. Dirades est oppidum tribus Leontidæ, a quo popularis dictus est Diradiotes.* Non recte editur utrobique, Δειρατιώτης. Item Plutarchus Alcibiade. Φρύνιχος ὁ Δειραδιώτης. *Phrinichus Diradiotes.* Editur hodie. Φ. ὁ Διραδιώτης. 1

a ΔΕΚΕΛΕΙΑ. *DECELIA.*

Hippothoontidis tribus. Stephanus. Δεκέλεια, δῆμος τῆς Ἱπποθοωντίδος φυλῆς, ἀπὸ τοῦ ἡγη-

1. Tribus Leontidis. In ea ortus Διραδιώτης, vel Δειραδιώτης. Vetus inscriptio Constantinopoli penes Legatum Galliae deportata Athenis:

(a) ΑΡΧΟΝΤΟΣ
ΚΑΙ ΙΕΡΕΩΣ ΔΡΟΥΣΟΥ ΥΠΑΤΟΥ
ΞΕΝΩΝ ΜΕΝΝΕΟΥ ΦΛΥΕΥΣ
ΗΡΑΚΛΙΤΟΣ (b) ΑΡΙΣΤΟΚΛΕΟΥΣ
ΣΦΗΤΤΙΟΣ ΠΟΛΕΜΑΡΧΟΣ
..ΕΤΗΣΑ (c) ΑΛΚΕΤΟΥ ΠΕΡΙΘΟΙ
ΔΗΣ ΘΕΣΜΟΘΕΤΟΥ (d)
ΛΕΥΚΙΟΣ ΣΕΠΠΙΟΣ ΚΗΦΕΙ
ΣΙΕΥΣ
ΦΙΛΩΤΑΣ ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΕΓΜΥ
ΡΙΝΟΥΝΤΙ (e)
ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ ΚΥΝΕΟΥ ΚΥΔΑΘΗ
ΝΑΙΕΥΣ
ΣΕΞΤΙΟΣ (f) ΛΕΥΚΙΟΥ ΔΙΡΑΔΙΩ
ΤΗΣ
ΑΘΗΝΟΔΩΡΟΣ ΕΥΓΙΤΟΝΟΣ
ΦΡΕΑΡΡΙΟΣ
ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ
ΘΡΙΑΣΙΟΣ
ΚΗΡΥΞ ΤΗΣ ΕΞ ΑΡΕΙΟΥΠΑΓΟΥ
ΒΟΥΛΗΣ
ΛΕΩΝΙΔΗΣ ΛΕΟΝΙΔΟΥ ΜΕΛΙΤΕΥΣ
ΚΗΡΥΞ ΑΡΧΟΝΤΙ
ΔΙΟΔΩΡΟΣ (g) ΕΡΜΕΙΟΣ ΑΓΛΗΤΗΣ
ΙΣΙΦΙΛΟΣ ΑΣΚΛΗΠΙΑΔΟΥ ΑΘΜΟ
NEYΣ (h)
ΕΣΤΙΑΙΟΣ ΔΙΟΝΤΣΙΟΥ ΜΙΛΗΣΙΟΣ

Spon. *Itin. Tom.* 2. *p.* 397.

a. Deceleam, Hippothoontidis tribus fuisse ait Stephanus; innuitque item Lysias, Orat. in Pancleonem: Παραινέσαντός τινος τῶν παρόντων προσκαλέσασθαι καὶ τὴν φυλὴν, ἧς ἦν εἶναι σκήπτετο. ἐπειδὴ δὲ ἀπεκρίνατο, ὅτι Δεκελεῆθεν, προσκαλεσάμενος αὐτὸν καὶ πρὸς τοὺς τῆς Ἱπποθοωντίδι δικάζοντας, &c. *Quum admonuisset quidam e praesentibus, ut ad tribum, e qua se esse fingebat, provocarem, ac quum respondisset, Deceleensem se esse, vocato ipso ad Hippothoontidis tribus iudices, &c.* Aberat autem Athenis circiter stadiis centum & viginti. Thucydides lib. VII. Ἀπέχει δὲ ἡ Δεκέλεια σταδίους μάλιστα τῆς τῶν Ἀθηναίων πόλεως εἴκοσι καὶ ἑκατόν. *Abest vero Decelea ab Athenensium urbe stadiis maxime viginti, & centum.* Ac munita muro fuit a Lacedaemoniis, suasu Alcibiadis, belli Peloponnesiaci anno XIX. ut videre est apud eumdem Thucydidem, libro citato. Et heic sua monumenta Sophocles, maioresque ejus habuere; Sophocles-

(a) Corrige e Montfauconio: Ἄρχων καὶ ἱερεύς. *Salv.*
(b) Ἡράκλειτος βασιλεύς. *Salv.*
(c) Ἀλκήτης Ἀλκέτου. *Salv.*
(d) Θεσμοθέται. *Salv.*
(e) Hoc est, ἐκ μυρινουντίων. *Salv.* ἐγμυρινούντιος. *Montfauconius.*
(f) Σέξτος. *Salv.* In vetustis inscriptionibus: *Vixsit, Maxsimus, Alexsander.*
(g) Ἑρμεύς. *Salv.* Ipse tamen Ἕρμιος lubenter legerem, hoc est a Pago Hermo.
(h) *Salvinius* addit Λίθυργος.

Digitized by Google

ἡγησαμένῳ τοῖς Διοσκούροις εἰς Α'φίδνας. *Decelia, populus Hippothoontidis tribus, sic dicta ab eo, qui Dioscuris dux viæ fuit in Aphidnas.* Censeo excidisse nomen Deceli, ac rescribendum. εἰς Α'φίδνας Δεκέλε. Vide historiam, quam innuit, apud Herodotum lib. IX. ubi inter cetera ita quoque meminit Deceleæ. Α'θηναίων δὲ λέγεῦ εὐδοκιμῆσαι Σωφάνης ὁ Εὐτυχίδεω, ἐκ δήμου Δεκελῆθεν. *Ex Athenienſibus eminuisse fertur Sophanes Eutychidis filius, e tribu Decelensi.* Multa Deceleæ mentio in Historia Greca; & notum bellum Decelianum inde dictum. I

ΔΙΟΜΕΙΑ. *DIOMIA.*

AEgeidis tribus. Stephanus. Διόμεια, δῆμος τῆς Αἰγηίδος φυλῆς. ὁ δημότης, Διομειεύς. *Diomia, populus AEgeidis tribus, popularis Diomienſis.* Nomen a Diomo, Herculis amasio. Et mutilus hac in re Suidas. Διόμεια, δῆμος τῆ Αἰγηίδος φυλῆς. ἀπὸ Διόμου τοῦ Η'ρακλέους. *Diomia, populus Aegeidis tribus, a Diomo Herculis filio.* Non enim erat Herculis filius Diomus, sed amasius (a); itaque puto excidisse vocem culpa festinantis librarii, ac

cleſque etiam ipſe ibi conditus. Obſervo apud Anonymum in ejus Vita: Τῶν δὲ πατρώων αὐτοῦ τάφων ἐπὶ Δεκέλειαν κειμένων, καὶ τοῦτον τὸν τόπον ἐπετειχικότων Λακεδαιμονίων κατὰ τῶν Α'θηναίων, ἐπεί περ οὐκ οἷόν τε ἦν ἐκεῖ θάπτειν, Διόνυσος, κατ' ὄναρ ἐπισὰς Λυσάνδρῳ, ἐκέλευσεν ἐπιτρέψαι τιθῆναι τὸν ἄνδρα εἰς τὸ τάφον. *Quum maiorum eius monumenta Deceleae eſsent, eumque locum Lacedaemonii adverſus Athenienſes communiiſsent, ideoque ſepeliri ibi haud poſſet, Bacchus, in ſomnis adſtans Lyſandro, iuſſit, ut virum ſepulcro inferri permitteret.* Laudabatur quoque acetum Deceleense. Athenaeus lib. 11. Ε'θαυμάζετο δὲ καὶ τὸ Δεκελεικὸν ὄξος. Α''λεξις.

——— Τέτταρας κοτύλας
Α'ναγκάσας με μεσὰς αὐτοῦ σπάσαι
Ο'ξους Δεκελεικοῦ, δι' ἀγορὰς μέσης ἄγεις.

Admirationi erat etiam acetum Deceleenſe. Alexis:

——— *Quatuor cotylas*
Quum me coegeris plenas illic haurire
Aceti Deceleenſis, per forum medium ducis.

Ferebantur Deceleenſes, quaerentibus Helenam Tyndaridis, indicium feciſse ipſis, eam Aphidnis latere; & idcirco Lacedaemonios his perpetuam immunitatem, & priorem item in conſeſſu locum conceſſiſse; uti clare Herodotus narrat, qui videndus lib. IX. R. A.

1. Athenis in Eccleſia Panagiae Spiliotiſſae:

Ο ΔΗΜΟΣ ΕΧΟΡΗΓΕΙ ΠΥΘΑΡΑ
ΤΟΣ ΗΡΧΕΝ
ΑΓΩΝΟΘΕΤΗΣ ΘΡΑΣΥΚΛΗΣ
ΘΡΑΣΥΛΛΟΥ ΔΕΚΕΛΕΥΣ
ΙΠΠΟΘΟΩΝΤΙΣ ΠΑΙΔΩΝ ΕΝΙΚΑ
ΘΕΩΝ ΘΗΒΑΙΟΣ ΗΥΛΕΝ
ΠΡΟΝΟΜΟΣ ΘΗΒΑΙΟΣ ΕΔΙ
ΔΑΣΚΕΝ

Ibidem:

Ο ΔΗΜΟΣ ΕΧΟΡΗΓΕΙ ΠΥΘΑ
ΡΑΤΟΣ ΗΡΧΕΝ
ΑΓΩΝΟΘΕΤΗΣ ΘΡΑΣΥΚΛΗΣ
ΘΡΑΣΙΛΛΟΥ ΔΕΚΕΛΕΥΣ
ΠΑΝΔΙΟΝΙΣ ΑΝΔΡΩΝ ΕΝΙΚΑ
ΝΙΚΟΚΛΗΣ ΑΜΒΡΑΚΙΟΤΗΣ
ΗΥΛΕΙ
ΛΥΣΙΠΠΟΣ ΑΡΚΑΣ ΕΔΙΔΑΣΚΕΝ

Hae duae inſcriptiones perinde, ut ea, quae ſequitur, exſtant iam apud Fulvium Vrſinum in Iconibus Illuſtrium Virorum, non adnotato loco, ubi reperirentur, & minus emendatae. Attamen ſunt perquam vetuſtae: quippe Pytharatus fuit Archon Olympiadis

(a) Niſi me mea fallit opinio, fallitur *Meurſius*, dum mutilum Suidae locum eſſe cenſet. Nam τοῦ Η'ρακλέους iuxta Graecam phraſin, non *Herculis filium* tantum ſignificat, ſed quicumque ratione aliqua ab eo dependet, vel ad eum pertinet, ut amicum, diſcipulum, uxorem, & id genus alios. Egregie *Io: Ionſius* lib. 1. *Hiſt. Scriptor. hiſt. Philoſ.* cap. 2. *Quarto, non raro ellipſis nominativi ſub genitivis latens offendiculo eſſe ſolet. Plerumque* filius *ſubintelligitur ut* Πλάτων ὁ Α'ρίστωνος Plato Ariſtonis *ſc. filius, quanquam haec ellipſis non eſt perpetua, quum & pater quandoque ſubaudiatur.* Πτολεμαῖος ὁ τοῦ Α'ριστονίκου *inquit Athenaeus* XI, 9. *Dalechampius male reddidit:* Ptolemaeus Ariſtonici filius. *Atqui pater Ariſtonici erat Ptolomaeus ille teſte Suida:* Πτολεμαῖος Α'ριστονίκου τοῦ γραμματικοῦ πατήρ Ptolemaeus Ariſtonici Grammatici pater. *Eodem modo* Κλινίας ὁ Α'λκιβιάδου Clinias Alcibiadis *ſc. pater apud Herodotum lib.* IX. *explicante doctiſſimo Meurſio Lect. Att.* VI. 12. *Neque aliam interpretationem admittunt haec Athenaei* XI, 15. Ε'ν τῷ περὶ Α'νδρέας Μελησίαν τὸν Θουκυδίδου τοῦ ἀντιπολιτευσαμένου Περικλεῖ, καὶ Λυσίμαχον τὸν Α'ριστείδου τοῦ δικαίου τῆς τῶν πατέρων ἀρετῆς ἀναξίους εἶναι φάσκων. *ſic reddenda.* Plato Dialogo de fortitudine Meleſiam Thucididis Pericli adverſantis & Lyſimachum Ariſtidis iuſti patres maiorum virtute indignos tradit, *confer Platonem Menone & Lach. Sic* Ο'λυμπιὰς ἡ Α'λεξάνδρου Olympias Alexandri *ſc. mater apud Aelianum Hiſt. Var.* XIII. 30. Hectoris Andromache *ſc. uxor apud Virgilium Aen.* III. *Rarum exemplum eſt* ὁ τοῦ Παμφίλου Pamphili *ſc. amicus, Euſebius Caeſarienſis. Sed (quod hic maxime obſervandum) ſubintelligitur quandoque* Diſcipulus. Παρθήνιος ὁ τοῦ Διονυσίου *occurrit apud Athenaeum* X, 5, XV, 8. *male utrobique interpres* Parthenius Dionyſii filius. *Rectius:* Parthenius Dionyſii diſcipulus: *quum Dionyſius* παρθενίου τοῦ γραμματικοῦ διδάσκαλος *expreſſe dicatur Suidae* Διον. *Ita* Περσαῖος ὁ τοῦ Ζήνωνος *apud Dionem orat.* 53. *eſt* Perſaeus Zenonis diſcipulus. Κρατήτειος ὁ τοῦ Κράτητος *inquit Suidas* Κρατ. *idque reddendum:* Crateteus, ideſt, Cratetis diſcipulus vel ſectator. Δέξιππος ὁ Ιαμβλίχου *occurrit in Simplicio ad Categorias. Latine:* Dexippus Iamblichi diſcipulus. Αριστοτέλης ὁ Πλάτωνος *inquit Plutarchus lib. de Muſica. id eſt, ſi latinè vertamus:* Ariſtoteles Platonis diſcipulus. *Sed forte & vox* praeceptor *ſub genitivo latet.* Πτολεμαῖος ὁ τοῦ Η'φαιστίωνος *legitur apud Suidam* Ε'παφρόδιτος & Πτολεμαῖος. *Photium Eccl.* 189. (190) *Viris doctis dicitur* Ptolemaeus Hephaeſtionis filius *vel* Ptolemaeus Hepheſtion. *neutrum probe. Ego malim:* Ptolemaeus Hephaeſtionis praeceptor vel pater. *Ptolemaeus enim ille Chennus ſub Nerva & Traiano; Hephaeſtion ſub Antonino Pio floruit, ut ſuo loco oſtendemus. Forte & hanc habent ellipſin iſta:* Α'πολλώνιος ὁ Α'σκληπιάδου Α'σκληπιάδης ὁ Α'ρέου, Διονύσιος ὁ Τρύφωνος, Δίδυμος ὁ Η'ρακλέους, *de quibus quid ſtatuendum, ſuo loco dicemus.* Atque ita quidem ille.

Digitized by Google

ac reſcribendum, ἀπὸ Διόμυ ἐρωμένυ τῦ Ἡ῾ρακλέυς. Praeit mihi Scholiaſtes Ariſtophanis, qui ad Ranas totidem verbis. δῆμ@ τ῀ Αἰγηίδ@ φυλῆς, (τὰ Διόμεια) ἀπὸ Διόμυ ἐρωμένυ τῦ Ἡ῾ρακλέυς. *Populus, Aegeidis tribus, Diomia, a Diomo Herculis Amaſio.* Erat Diomus hic Colytti filius, apud quem quum diverteret aliquando Hercules, filium eius Diomum adamavit. Stephanus loco citato. Ἡ῾ρακλῆς γὰρ ἐπιξενωθεὶς παρὰ Κολύτλῳ, ἠράσθη Διόμυ τῦ υἱῦ αὐτῦ. *Hercules enim hoſpitio ſuſceptus a Colytto, amore captus fuit Diomi eius filii.* Et corrigendus eſt Heſychius. Διομῆεῖς, δῆμος Ἀθήνησιν, ἀπὸ τῦ Διόμυ τῦ Κολύτλυ παιδός. *Diomienſes, populus Athenis ita dictus a Diomo Colytti F.* Minus recte eſt hodie in excuſis, Διομεῖς, & Κολύπλου. Erat ibi templum Herculis, & feſtum; cuius meminit Ariſtophanes Ranis.

——— ἀλλ' ἐφρόντισα,
ὁπόθ' Ἡ῾ράκλεια τὰ ἐν Διομείοις γίνε῀.
——— *ſed cogitavi*
Quando Herculis feſta Diomiis fiant.

Conveniebant illic ſexaginta viri. Athenæus lib. XIV. πολῆ@ δ' ἦν Ἀθήνησι τῆς σοφίας ταύτης· ἐν γῶν τῷ Διομείῳ ἢ Ἡ῾ρακλείῳ συνελέγοντο, ἑξήκοντα ὄντες τ῀ ἀριθμὸν, καὶ ἐν τῇ πόλ῀ ὧ῀ ὠνομάζοντο· ὡς, οἱ ἑξήκοντα τῦτ' εἶπον. ἑ῀, ἀπὸ τ῀ ἑξήκοντα ἔρχομαι. *Athenis cohors fuit Sapientum huiuſmodi, qui in Diomeo, aut Herculis Templo conveniebant, numero ſexaginta, indeque ſic appellabantur; ut vulgo dicerent, hoc ſexaginta pronunciaſſe: A ſexaginta redeo.* Huc Melitenſes multi tranſmigraverant. Plutarchus de Exilio. ἆρα ὖν ξένοι καὶ ἀπόλιδές εἰσιν Ἀθηναίων οἱ μεταςάντες ἐκ Μελίτης εἰς Διόμεια. *Ergo ne tibi peregrini, atque extorres videbuntur Athenienſes, qui ex Melita commigraverunt in Diomea?* Ita illic legendum arbitror; non, εἰς Διωμίδα. Hinc Διομειαλαζόνες apud Comicum. Suidas. κ῀ Διομειαλαζόνας λέγ῀, ἀπὸ Διομείων τῦ δήμυ, ὃς ὠνόμασαι ἔτως ἀπό τιν@ Διόμυ. *Et Διομειαλαζόνας a municipio Diomeis appellatos dicit, quod a quodam Diomo ſic nominatum.* Locus, quem deſignat, exſtat iſte Acharnenſibus.

Γερητοθεοδώρυς Διομειαλαζόνας.

Vbi Scholiaſtes. κ῀ Γέρητα τ῀ Φαλακρὸν, ἑ῀ Θεόδωρον τ῀ Διομείαν τὸν δῆμον ὄντα, ὃς ὠνόμασαι ἔτως ἀπό τιν@ Διόμυ. *Et Geretem Phalacrum, & Theodorum Diomienſem populo, qui ita nominatus eſt a Diomo quodam.* Sed corruptus locus; & ſcribendum. Θεόδωρον τ῀ Διομειᾶ τ῀ δη. ὅ. Et emendandus Plutarchus in vita Dinarchi. Στρατοκλῆς Εὐθυδήμυ Διομειεὺς εἶπεν. *Stratocles Euthydemi F. Diomienſis pronunciavit.* Hodie editur. Σ. ἐ. Διομηδεύς. Porrò hic Iupiter colebatur, cognomento Διομειεύς. Licet obſervare apud Euſtathium ad Iliad. δ΄· ἔτι ὑ῀ ἀναλογώτερον εἰπῆν, ἐκ τῦ Ἡ῾ρακλῆς, Ἡ῾ρακλέυς, τὰ Ἡ῾ράκλεια. καὶ μᾶλλον ἐκ τῦ Διομειεὺς Ζεὺς, Διομειέως, τὰ Διόμεια. *Ad huc autem magis ſecundum Analogiam fuerit dicere,* ἐκ τῦ Ἡ῾ρακλῆς, Ἡ῾ρακλέυς, τὰ Ἡ῾ράκλεια, *& magis* ἐκ τῦ διομειεὺς ζεὺς, διομειέως, τὰ διόμεια. Ita reſcribo. Hodie illic vulgatur. ἐκ τῦ Διομεὺς Ζεὺς, Διομέως. I

ΕΙΡΕΣΙΔΑΙ. *IRESIDAE.*

Acamantidis tribus. Stephanus. Εἰρεσίδαι, δῆμος τῆς Ἀκαμαντίδ@ φυλῆς. ὁ δημότης, Εἰρεσίδης. τὰ τοπικὰ, ἐξ Εἰρεσιδῶν. *Ireſidae, populus Acamantidis tribus, popularis Ireſides, localia ex Ireſidis.* Emendandus Diog. Laertius in Platone lib. III. καὶ τὸ ἐν Εἰρεσιδῶν χωρίον, ὃ παρὰ Καλλιμάχυ ἐπριάμην. *Ireſidis quoque exſtans prædium, quod emi a Callimacho.* Hodie editur. ἐν Ἐ῾ρισιαδῶν. (a)

EKA-

---

dis CXXVII. anno ſecundo, qui fuit annus CCLXXI. ante natum Chriſtum V. C. CCCCLXXXIII. Athenaeus, & Suidas meminerunt Lyſippi Tragoediarum plurimarum Auctoris:

Ibidem:

ΘΡΑΣΤΑΛΟΣ ΘΡΑΣΤΑΛΟΥ ΔΕ
ΚΕΛΕΥΣ ΑΝΕΘΗΚΕΝ
ΧΟΡΗΓΩΝ ΝΙΚΗΣΑΣ ΑΝΔΡΑ
ΣΙΝ ΙΠΠΟΘΟΩΝΤΙΔΙ ΦΥΛΗΙ
ΕΥΙΟΣ ΧΑΛΚΙΔΕΥΣ ΗΥΛΕΙ ΝΕ
ΑΙΧΜΟΣ ΗΡΧΕΝ
ΚΑΡΚΙΔΑΜΟΣ ΣΩΤΙΟΣ ΕΔΙ
ΔΑΣΚΕΝ

Neaechmus fuit Archon anno primo CXV. Olympiadis, qui fuit V. C. annus CCCCXXXIV. ante Chriſtum natum CCCXX. prout patet ex Meurſio libro de Archontibus IV. cap. XV. adeo ut vetuſtiores conſtet eſſe inſcriptione Duilliana Romae. Porro eſt dignum obſervatu, quod Vrſinus annotavit in libro, quem citavimus, iſtas inſcriptiones convenire cum exordiis Comoediarum Terentii. Nam ſicut in eis inſcriptionibus eſt ὁ δῆμος ἐχορήγ῀, ita Terentianae praeferunt nomen Aedilium Curulium, quibus incumbebat cura ludorum, hoc modo: *Acta ludis Megalenſibus M. Fulvio, & M. Glabrione Aedilibus Curulibus.* Poſtea Θέων Θηβαῖος ἤυλει congruit Latinis: *modos fecit Flaccus Claudii filius,* tibiis paribus dextris & ſiniſtris. Tum Πρόνομος ἐδίδαξεν interpretantur haec verba *Graeca Menandro.* Denique Νέαιχμος ἦρχεν eſt illud ipſum, quod de Conſulibus additur: *edita M. Marcello, Cn. Sulpicio Coſſ.*

Apud Plutarchum in vita Themiſtoclis reperitur ſimilis inſcriptio: Θεμιστοκλῆς ὁ Φρεάριος ἐχορήγει, Φρύνιχος ἐδίδασκεν, Ἀδείμανλος ἦρχεν. Spon. *Itin. T. 2. p.* 399. &c.

ΔΡΥΜΟΣ.

I. Meurſius hunc populum etiam omiſit. Fuit inter Boeotiam, & Atticam, teſte Harpocratione. Ariſtoteles tradidit eſſe populum etiam hujus nominis in Boeotia. Spon. *Itin. T. 2. p.* 402.

(a) Quum locus ita corruptus eſſet, perperam ab interprete *Ambroſio*, *Enereſiadumque fundum* vertitur; ab aliis vero, *Enereſiadeum quoque praedium.* Hic e re nata Lectoribus indicaverim, Diogenis Laertii ab *Ambroſio* Camaldulenſi in Latinum converſi αὐτόγραφον, quamquam cui ſupremam manum nondum ille admoverit, Florentiae in Riccardiana Bibliotheca adſervari.

Digitized by Google

ΕΚΑΛΗ. *HECALE.*

Leontidis tribus. Stephanus. Ἑκάλη, δῆμος τῆς Λεοντίδος φυλῆς. ὁ δημότης, Ἑκαλῆθεν. *Hecale, populus Leontidis tribus, popularis Hecaleus.* Et Iupiter ibi cultus. Ἑκάλιος dictus. Addit enim mox Stephanus. καὶ Ζεὺς Ἑκάλιος. *Et Iupiter Hecaleus.* Heſychius id cognomen datum Iovi tradit, quia Hecale conſecraſſet. Ἑκάλειος, Ζεὺς, ἐν Ἑκάλῃ ἱδρύσατο. *Hecaleus, Iupiter, quem Hecale collocavit.*

ΕΛΑΙΕΥΣ. ſive ΕΛΑΙΟΥΣ. *ELAEEVS, ſive ELAEVS.*

Hippothoontidis tribus. Stephanus. Ἐλαιεὺς, δῆμος τῆς Ἱπποθοωντίδος φυλῆς, ὡς Διονύσιος. Διόδωρος δέ, Ἔλαιος, ἀφ' οὗ ὁ δημότης, Ἐλαιύσιος. *Elaeus, populus Hippothoontidis tribus, ut Dionyſius; Diodorus vero Elaeus, a quo popularis Elaeuſius.* Mihi magis placet Diodori ſcriptura. I

ΕΔΑΠΤΕΩΝ.

1. Hunc populum nos docuit inſcriptio, quam invenimus prope Athenas via Salaminia:

ΧΑΙΡΕ
ΑΘΗΝΑΕΙC ΘΕΟΚΡΙΤΟΥ ΕΔΑ
ΠΤΕΩΝ (a)·
ΦΑΥCTOC ΔΕΟΝΤΟC ΜΕΙΛΗ
CIOC

Spon. *Itin. T.* 2. *p.* 403.

ΕΛΕΟΥΣΑ.

Hunc quoque populum praetermiſit Meurſius. Eſt unus ſcopulorum duorum Sinus Saronici, quorum alter dicitur *Eliſſo*, alter *Laouſa*. Meminit eius Strabo; nunc nullos habet incolas. Eſſe tribus Hadrianidae priſco ex monumento diſcimus, quod Athenis vidi:

ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ

. . ΔΗΜΟΣΤΡΑ	ΕΠΙΒΩΜΟΙ
ΤΟΥ ΜΑ. . .	ΚΗΡΥΞ ΙΟΥΛ.
. . . ΟΙ ΠΑΙΑΝΙ	ΝΕ. .
ΕΙΣ ΤΗΣ * ΑΔ. .	ΜΟΥ ΟΥΟΠΙ
* * . . . ΑΝΤΕΣ ΕΑΥ	ΣΚΟΥ
ΤΟΥΣ . . .	ΓΡΑΜΜΑΤΕΥΣ
. . . ΑΥΤΟΚΡΑ	βουΛΗΣ ΚΑΙ
ΤΩΡ . . .	ΔΗΜΟΥ
. . . . (b) ΟΣ ΑΔΡΙΑ	ΦΙΛΕΡΩΣ ΚΑΛ
ΝΟΣ	ΛΙΣΤΟΥ
. . . . .	ΓΕΝΕΘΛΙΟΣ
ΕΛΕΟΥΣ (c)	ΠΡΟΤΟΥ
ΕΥΠΑΙΔΕΙΟΣ	CΥΜΦΕΡΩΝ
ΟΑΘΕΝ	ΑΛ . . .
. . . ΟΣ ΕΡΜΕΙΟΥ	. . . ΜΙΑΝΟΣ
	ΠΛ . . . ΗΩΝ . . .
. . ΑΙΕΣ	ΩΤΟΥ
	ΦΙΛΩΝ ΕΛΕΥ
ΙΕΡΟΦΑΝΤΗΣ	ΣΙΝΙΟΥ
ΙΕΡΟΚΗΡΥΞ	ΑΓΝΕΑΝΔΡΟΣ
	ΕΛΕΥΣΙΕΥ
	Κ . . Δ . . Ν

* i. e. ἀδριανίδος

** i. e. τιμήσαντες

ΦΙΛΟΚΛΗΣ	ΙΕΡΑΤΛΗΣ
. . . . .	ΑΦΡΟΔΕΙΣΙΟΣ
. . . . .	ΙΕΡΕΥΣ ΦΩΣΦ. .
. . . . .	ΚΑΙ ΕΠΙΣΚΙΑ
ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ	ΔΟΣ
ΠΕΡΙ ΤΟ ΒΗΜΑ	ΕΡΜΕΙΑΣ
ΟΝΗΣΙΜΟΣ	ΑΞΗΝΙΕΥΣ
ΕΥΤΥΧΙΔΟΥ	ΠΡΟΓΡΑΜΜΑ
ΑΝΤΙΓΡΑΦΕΥΣ	ΤΕΥΣ
ΕΥΠΟΡΙΣΤΟΣ	ΜΥΡΩΝ

. . (d) ΑΘΗΙ ΤΥΧΗΙ

. . Σ . . Μ. ΜΟΥΝΑΤΙΟΥ ΜΑΞΙ
ΜΙΑΝΟΥ ΟΥΟΠΙΣΚΟΥ
. . . ΠΡΥΤΑΝΕΙΑΣ ΟΙ ΠΡΥΤΑ
ΝΕΙΣ ΤΗΣ ΚΕΚΡΟ (e) . .
ΤΙΜΗΣΑΝΤΕΣ ΑΥΤΟΥΣ ΚΑΙ
ΤΟΥΣ ΑΙΣΙΤΟΥΣ (f) ΑΝΕΓΡΑ
ΨΑΝ

ΑΛΑΙΕΙΣ	ΑΙΣΙΤΟΙ
ΑΝΝΙΟΣ ΠΙΣ	ΙΟΥΛ. ΙΕΡΟ
ΤΟΚΡΑΤΗΣ	ΦΑΝΤΗΣ
ΙΕΡΕΥΣ ΔΗΜΗ	ΑΙΑ. ΔΑΔΟΥ
ΤΡΙΟΣ	ΧΟΣ
ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ	ΕΡΕΝΝΙΟΣ ΙΕ
ΣΚΡΙΤΟ . . . ΚΟΣ	ΡΟΚΗΡΥΞ
ΝΙΚΩΝ . . . ΛΩ	ΜΕΜ. ΕΠΙΒΩ
ΡΟΥ	ΜΟΙ

ΑΙΞΟΝΙΕΙΣ

ΣΤΕΦΗΦΟΡΟΥ (g)
ΑΓΝΟΣ ΣΤΕΦΗΦΟΡΟΥ
ΟΝΗΣΙΜΟΣ ΣΤΕΦΗ
ΦΟΡΟΥ

ΕΡΜΕΙΑΣ

ΕΡΜΕΙΑΣ

ΕΡΜΟΓΕΝΗΣ ΕΡΜΕΙΟΥ

ΠΙΘΕΙΣ

ΗΛΙΟΔΩΡ . . ΗΜΟ
ΔΩΡΟΥ
ΕΠΙ ΚΛ . . . . .
ΕΥΧΑΡΙΣΤΟΣ
ΓΡΑΜΜΑΤΕΥΣ ΒΟΥ
ΛΕΥΤΩΝ ΣΤΡΑ
ΤΩΝ ΟΛΥΜΠΙΟΥ ΜΕΛΙΤΕΥΣ

Inſi-

(a) Forte ἐκ Δαπλέων. *Salv.*
(b) Αἰλι
(c) Ελευσίνι. *Salv.*
(d) Ἀγαθῇ. *Salv.*
(e) Κεκροπίδος. *Salv.*
(f) Ἀεί σιτοι, quibus alimenta praebentur perpetuo. Hic forte legendum Ἀεί τυς, ut ἀέννaος *perennis*. *Salv.*
(g) Al. Στεφανηφόροι *Inſcript. MSS. Salv.*

Digitized by Google

ΕΛΕΥΣΙΣ. *ELEVSIS.*

Hippothoontidis itidem tribus. Stephanus. Ἐλευσὶς, δῆμος τῆς Ἱπποθοωντίδος φυλῆς. *Eleusis, populus Hippothoontidis tribus.* Strabo lib. IX. ubi de Eleusine agit. ἐν ᾗ τοῖς δήμοις καταραθμεῖται ἡ πόλις. *Vrbs in demis, id est pagis, seu curiis Atticis numeratur.* Est hic locus totius Atticae nobilissimus; ac templum illic Cereris, & Proserpinae: item sacra Eleusinia notissima (a). Nomen ei ab heroe Eleusine. Pausanias Atticis. Ἐλευσῖνα ᾗ ἥρωα, ἀφ' ὃν τὴν πόλιν ὀνομάζουσιν, οἱ μὲν Ἑρμοῦ παῖδα εἶναι ☾ Δαείρας Ὠκεανοῦ θυγατρὸς λέγουσι. τοῖς δέ ἐσι πεποιημένα, Ὦγυγον εἶναι πατέρα. *Eleusinem vero heroem, unde oppidum nomen habet, nonnulli Mercurio, & Daira Oceani Filia genitum putant; Alii Ogygi fuisse filium fabulati sunt.* Erat ibi aedes Dianae Προπυλαίας, Neptuni patris, & Triptolemi: item puteus Καλλίχορος appellatus, ubi primùm chorum instituerunt feminae Eleusiniae, deamque cantu sunt veneratae. Pausanias loco citato. Ἐλευσινίοις δέ ἐσι μὲν Τριπτολέμου ναὸς, ἔσι ᾗ Προπυλαίας Ἀρτέμιδος, καὶ Ποσειδῶνος πατρός. Φρέαρ τε καλούμενον καλλίχορον, ἔνθα πρῶτον Ἐλευσινίων αἱ γυναῖκες χορὸν ἔσησαν, καί ἦσαν ἐς τὴν θεόν. A *Apud Eleusinios Triptolemi aedes est, Propylaeae Dianae, & Neptuni patris; Puteus, quem Callichorum appellant, ubi primum chorum Eleusiniorum feminae instituerunt, & Deam cantu veneratae sunt.* Erat quoque campus Ῥάριον dictus, ubi primum iacta semina adolevisse commemorantur: unde & hordeum, inde desectum, ad molas adhibent. Ostenditur quoque ibidem area, & ara, utraque Triptolemi. Idem Pausanias. Τὸ ᾗ πεδίον τὸ Ῥάριον, σπαρῆναι πρῶτον λέγουσι καὶ πρῶτον αὐξῆσαι καρπὸν, καὶ διὰ τοῦτο ὐλαῖς ἐξ αὐτοῦ χρῆσθαι σφίσι, καὶ ποιεῖσθαι πέμματα ἐς τὰς θυσίας καθέσηκεν. *In campis vero, quos Rharios vocant, frugum primum iacta semina adolevisse ferunt; in cuius rei memoriam, hordeum ex eo ipso solo demessum, in sacris ad molas, & liba adhibent.* Suburbium Eleusinis Ἱερὰ συκῆ nuncupatum, ibique quum sacra in Vrbem deferrent, quiescebant. Philostratus in vita Apollonii Athenien sis Sophistae, lib. II. ἐτάφη ᾗ ἐν τῷ προαστείῳ τῆς ἐν Ἐλευσῖνι λεωφόρου. ὄνομα τῷ προαστείῳ, Ἱερὰ συκῆ. τὰ ᾗ Ἐλευσινόθεν ἱερὰ, ἐπειδὴ ἐς ἄστυ ἄγωσιν, ἐκεῖ ἀναπαύουσιν. *Sepultus est autem in suburbio prostitutae feminae, Eleusiniae. Suburbii vero nomen, sacra ficus. Eleusinia autem sacra, quum in urbem agant, ibidem cessant.* a 1

EN-

Insignis haec est inscriptio, quae plurima docet, quae in nullis libris, quos superstites habemus, possumus discere 1. Populi Eleusienses inde cognoscuntur tribus Hadrianidae, Meursio, aliisque ignoti. 2. Oa quoque huius fuit tribus, avulsa a Pandionida, cui scriptores eam adsignant, ut sub Hadrianide tribu veteribus adiungeretur. 3. in hac tribu multas fuisse dignitates cognoscimus. Fuit in illa *Hierophanta*, cuius erat mysteriorum curam gerere. *Daduchus*, cui lampades, & faces sacrae commissae erant. Ἱεροκήρυξ est praeco sacer, qui populo indicat dies festos, & caeremonias. Κῆρυξ est praeco. Ἐπίσωμος, qui curam gerit arae. Γραμματεὺς, qui acta huius tribus conficiebat, & servabat. Ἀντιγραμματεὺς, qui observabat, num rite & secundum leges a Grammateo omnia litteris mandarentur, & custodirentur, Gallis *Controlleur*. Προγραμματεὺς est scriba. Περὶ τὸ βῆμα, cui commissa est cura Chori. Ἱερεὺς est sacerdos. Ἱεραύλης, magister Musicae. ΑΙΣΙΤΟΙ Aesiti erant, quibus publice victum decreverat Senatus, & populus in Prytaneo, ut vidimus decretum esse Hippocrati. (b) Vide eius opera. Hesychius appellat ἀεσίτους. Spon. *Itin. T. 2. p.* 404. &c. E F

a. In Eleusine hordeum inventum esse tradebatur. Phurnutus: Οὐλαὶ ᾗ λέγοι ᾗ αἱ κριθαὶ, Ἐλευσὶς ᾗ ὁ τόπος, ὅπου πρότερον εὑρέθησαν. *Hordeum, ὐλαὶ nuncupatur; locus autem, ubi primum inventum, Eleusis.* Passeresque ibi, & Scombri, celebrati. Athenaeus, lib. VII. Πρὸς ᾗ Ἐλευσινιακὰς ψήτλας, καὶ σκόμβρους, ᾗ εἴ τις ἄλλος παρ' αὐτοῖς ἰχθὺς ἐπάνω τῇ δόξῃ τοῦ Κέκροπος γέγονεν, ἀντιζυγήσασα ἂν ἀλώπεκα καλούμενον. *Pro passeribus Eleusiniis, atque scombris, & si quis alius apud illos piscis, gloria Cecropem antecellens, gignens vulpem, quem appellant.* Et de passeribus iterum in fine eiusdem libri. Λυγκεὺς δ' ὁ Σάμιος, ἐν Ἐπιστολαῖς, τὰς καλλίστας φησὶ γίγνεσθαι ψήτλας περὶ Ἐλευσῖνα τῆς Ἀττικῆς. *Lynceus Samius, in Epistolis, optimos passeres nasci ait circa Eleusinem Atticae.* Pollux lib. VII. cap. X. Παρὰ τοῖς παλαιοῖς εὐδοκίμουν ψήτλαι ἐξ Ἐλευσῖνος. *Apud Veteres in pretio erant passeres Eleusinii.* Et hos designat Clemens, quum in genere Atticos dicit, Paedag. lib. II. cap. I. Κλένας τε ἐκζητοῦσι Μηθυμναίους, ᾗ ψήτλας Ἀττικάς. *Pectinesque exquirunt Methymnenses, & passeres Atticos.* Fons ibidem Ἀλόπη dictus, & Φιλότης. Hesychius: Ἀλόπη, πόλις ἐν Ἄργει· ᾗ κρήνη ἐν Ἐλευσῖνι, ἥτις ᾗ Φιλότης ἐκαλεῖτο. *Alope, urbs in Argo: & fons Eleusine, qui & Philotes vocabatur.* In templo Cereris Phylarchus pictus ab Athenione Maronita visebatur. Plinius de eo, lib. XXXV. cap. XI. *Pinxit* [*Athenion Maronita*] *in templo Eleusine Phylarchum.* Et puella quaedam, Irenes opus. Plinius iterum mox citato loco: *Irene, Cratini pictoris filia, puellam* (*pinxit*) *quae est Eleusine.* Templo castellum circumpositum erat. Livius lib. XXXI. cap. XXVI. *Inde Eleusinem profectus, spe improviso templi, castellique, quod imminet, & circumdatum est, capiundi.* Propylaeum ibidem postea ab Appio structum. Cicero ad Atticum, lib. VI. epist. 1. *Audio Appium* προπύλαιον *Eleusine facere.* Cercyon latro

(a) Vide *Meursium* nostrum *De Eleusiniis* agentem.

(b) Vide *Meursium Lib.* I. *Athen. Attic. cap.* VIII.

Digitized by Google

(a) ENNA. *ENNA.*

Cuius fuerit tribus, non conſtat. Schol. Callimachi Hymno in Cererem. Ἐλευσὶς, ἡ Ἔννα, δῆμοι Ἀττικῆς. *Eleuſis, & Enna populi Atticæ.*

ΕΠΙΕΙΚΙΔΑΙ. *EPIICIDAE.*

Tribus Cecropidis. Stephanus. Ἐπιεικίδαι, δῆμος τῆς Κεκροπίδος φυλῆς. ὁ δημότης, Ἐπιεικίδης. *Epiicidæ, populus Cecropidis tribus; Popularis Epiicides.*

ΕΠΙΚΗΦΗΣΙΑ. *EPICEPHESIA.*

Oeneidis tribus. Stephanus. Ἐπικηφησία, δῆμος τῆς Οἰνηίδος φυλῆς. ὁ δημότης, Ἐπικηφήσιος. *Epicepheſia, populus Oeneidis tribus. Popularis, Epicepheſius,* Diog. Laertius in Theophraſto lib. v. Θήσιππος Θησίππου ἐκ Κεραμέων. Διοσκυρίδης Διονυσίου, Ἐπικηφήσιος. *Theſippus Theſippi filius ex fictoribus. Dioſcorides Dionyſii filius Epicepheſius*

Meurſii Tom. I.

ΕΡΕΧΘΙΑ. *ERECHTHIA.*

AEgeidis tribus; ac datum nomen ab Erechtheo, qui hoſpitio Cererem accepit. Stephanus. Ἐρεχθία, δῆμος τῆς Ἀττικῆς, τῆς Αἰγηίδος φυλῆς. ἀπὸ Ἐρεχθέως, τοῦ ξενίσαντος τὴν Δήμητρα. ὁ δημότης, Ἐρεχθιεύς. *Erechthia, populus Atticæ, Aegeidis tribus. Ab Erechtheo, qui Cererem hoſpitio excepit. Popularis, Erechthienſis.* Hinc Iſocrates Rhetor erat. Stephanus ibidem. καὶ Ἰσοκράτης Ἐρεχθιεὺς ἦν. *Et Iſocrates Erechthienſis erat.* Ergo emendandus Plutarchus in Iſocrate. Ἰσοκράτης Θεοδώρου μὲν ἦν παῖς τοῦ Ἐρεχθίεως. *Iſocrates quidem Theodori Erechthienſis filius erat.* Hodie editur, τοῦ ἀρχιερέως. vel, τοῦ ἀρχίεως. Et ita videtur legiſſe quoque eruditiſſimus Interpres, Gulielmus Xylander.

ΕΡΙΚΕΙΑ. *ERICIA.*

AEgeidis tribus. Stephanus. Ἐρίκεια, δῆμος Ἀθήνησιν Αἰγηίδος φυλῆς. ὁ δημότης, Ἐρικειεύς.

latro illic a Theſeo interfectus. Vnde Ovidius Metam. lib. VII. v. 439.

Cercyonis letum vidit Cerealis Eleuſis.

Et Iſocratis illic ſtatua ante veſtibulum porticus poſita a Timotheo, Cononis filio, cum inſcriptione iſta:

Τιμόθεος, φιλίας τε χάριν, ξενίην τε προλιμῶν,
Ἰσοκράτης εἶκω τήν δ' ἀνέθηκε θεαῖς.

Plutarchus in eius Vita: Ἀνάκειται δὲ αὐτοῦ ἐν Ἐλευσῖνι εἰκὼν χαλκῆ, ἔμπροσθεν τοῦ προσώπου, ὑπὸ Τιμοθέου τοῦ Κόνωνος. καὶ ἐπιγέγραπται.

Τιμόθεος, φιλίας τε χάριν, ξενίην τε προλιμῶν,
Ἰσοκράτης εἶκω τήν δ' ἀνέθηκε θεαῖς.

Poſita eſt eius Eleuſine ſtatua aenea, ante porticus veſtibulum, a Timotheo, Cononis filio, & inſcriptum:

Timotheus, amicitiae ergo, & hoſpitium honorans,
Iſocratis ſtatuam hanc dedicavit Deabus.

Columnae item illic erant, quibus bona inſcribebantur, fiſco addicta, eorum, qui in Deas, Eleuſinias nimirum, Cererem, Proſerpinamque, impii fuiſſent. Pollux, lib. x. cap. XXIV. Ἐν ᾗ ταῖς Ἀττικαῖς στήλαις, αἳ εἰσιν ἐν Ἐλευσῖνι, τὰ τῶν ἀσεβησάντων περὶ τὰ θεῶν δημοσίᾳ προβέντα ἀναγέγραπται. *In columnis Atticis, quae ſunt Eleuſine, bona publicata eorum, qui in Deas impie ſeſe geſſerunt, deſcripta.* Huc pertinet, quod iterum legitur apud eumdem, lib. eodem, cap. XXXI. Ἐν ᾗ ταῖς Ἀττικαῖς στήλαις ἀναγέγραπται πρίων λιθοτρίστης, ἡ καρκῖνος, λίθους ἔχων. *In columnis Atticis relata eſt ſerra, qua ſecantur lapides, & forceps, lapides tenens.* Conditam vero Eleuſinem tradunt ab Ogygo, primo omnium Atticae rege. Caſtor, apud Euſebium, Chron. lib. I. Κατὰ τοῦτον Ὤγυγος Ἐλευσῖνα ἔκτισεν. *Huius tempore Ogygus Eleuſina condidit.* Et Iulius Africanus, apud eumdem, Praeparat. Evang. lib. x. Ἀπὸ τῆς πενηκοστῆς πέμπτης Ὀλυμπιάδος, ἐπὶ Ὤγυγον, ὃς ἔκτισεν Ἐλευσῖνα. *Ab Olympiade quinquageſima quinta ad Ogygum, qui Eleuſinem condidit.* R. A.

ΕΛΕΥΣΙΣ.

Eleuſis, quae tota nunc eſt deſtructa, non tamen amiſit antiquum nomen; quamvis ab Geographis, aliiſque hodie Europaeis voceter *Lepſina*; quippe Graeci huius temporis de urbibus loquentes plerumque eas in accuſandi caſu proferunt, dicitur *Leuſina*, contracte pro *Eleuſina*, pronuntiantes *Leſſina*, ut ſolent literam v. pro f. efferre. Inſcriptio, quae Eleuſine reperitur:

ΦΙΛΕΑΣ ΔΟΡΟΘΕΟΥ
ΕΛΕΥΣΙΝΙΟΣ

Alias plures invenies apud Spon. *Itin. T.* 2. *pag.* 408. &c. (b)

(a) *Sponius* cenſet huius populi mentionem ineſſe in inſcriptione, quae exſtat apud Athenas, atque ita habet:

ΜΟΣΧΟΣ
ΜΟΣΧΙΩΝΟΣ
ΑΝΝΙΟΣ

ſuſpicatur enim ANNIOΣ a ſculptore perperam pro ENNIOΣ caelatum, vel ita prolatum alia de cauſa.

(b) Alia apud *Sponium* inſcriptio eſt, quae ſequitur:

ΘΡΑΣΥΜΑΧΟΣ
ΜΙΚΙΩΝΙΟΣ
ΕΛΕΥΣΙΝΙΟΣ
ΘΑΡΕΙΑΣ
ΘΡΑΣΙΜΑΧΟΥ
ΕΛΕΥΣΙΝΙΟΣ

Digitized by Google

κειεύς. *Ericia, Populus Athenis Aegeidis tribus. Popularis, Ericieus.*

1 ΕΡΜΟΣ. sive, ΕΡΜΟΙ. *HERMOS, sive HERMI.*

Hesychius. Ἕρμος, ἢ Ἕρμοι, δῆμος Ἀττικῆς. *Hermos, vel Hermi, populus Atticæ.* Erat autem tribus Acamantidis. Suidas Ἕρμος, δῆμός ἐστι τῆς Ἀκαμαντίδος φυλῆς. *Hermus, populus est Acamantidis tribus.* Harpocration. Ἕρμος, δῆμός ἐστι τῆς Ἀττικῆς, φυλῆς Ἀκαμαντίδος. *Hermus, populus est Atticæ, tribus Acamantidis.* Stephanus. Ἕρμος, ὡς Ἔρκος, ὑδετέρως, δῆμος τῆς Ἀκαμαντίδος φυλῆς. ὁ δημότης, Ἕρμειος. *Hermus, ut Hercus, genere neutro, populus Acamantidis tribus. Popularis, Hermeus.* Et quidem ad viam, qua Athenis Eleusina ibatur. Id nos ex Plutarcho discimus, cujus locus est in Phocione, sed corruptus. ὅσαν ὃ τὴν ὑποργίαν ταύτην ἀγλυνῆ προσκατήσχυνεν ὁ τάφος συντελεσθείς, διαμένῃ γὰρ ἔτι νῦν ἐν Ἑρμείῳ, ᾗ βαδίζομεν ἐξ ἄστεος εἰς Ἔλευσῖνα. *Ministerium illud alioquin turpe foedavit insuper sepulcrum absolutum. Exstat enim & nunc in Hermio, qua itur Athenis Eleusina.* Rescribo una litera minus, διαμένῃ γὰρ ἔτι νῦν ἐν Ἑρμεῖ. Dicebant enim, ἐν Ἑρμεῖ, quum aliquid ibi loci designare vellent. Stephanus loco citato. ὁ δημότης Ἕρμειος. τὸ εἰς τόπον, εἰς Ἕρμους, ἢ Ἕρμοσε· τὸ ἐν τόπῳ, ἐν Ἑρμεῖ. *Popularis Hermeus. Locale, ad Hermos, aut Hermose. & in loco, in Herme.* Hoc ignoratum, ansam dedit viris doctis, ut mendum crederent, & mutarent, plausibili admodum correctione, ἐν Ἑρμείῳ.

ΕΡΟΙΑΔΑΙ. *EROEADAE.*

Hippothoontidis tribus. Harpocration. Ἐροιάδαι, δῆμος ἐστι τῆς Ἱπποθοωντίδος. *Eroeadae, populus est Hippothoontidis.* Hesychius. Ἐροιάδαι δῆμος τῆς Ἱπποθοωντίδος φυλῆς. *Eroeadae, populus Hippothoontidis tribus.* Stephanus. Ἐροιάδαι, δῆμος τῆς Ἱπποθοωντίδος φυλῆς. ὁ δημότης, Ἐροιάδης. *Eroeadae, populus Hippothoontidis tribus. Popularis, Eroeades.* Corrigendus Demosthenes in Neaeram. καὶ ἐγγυητὰς χρεῶν Νεαίρας Στέφανον Ἐροιάδην, Γλαυκέτην Κηφισιέα. *Et vades futuros Neaerae Stephanum Eroeaden, Glauceten Cephesiensem.* Et mox iterum. Τιμόστρατος Κεφαλῆθεν, Ξάνθιππος Ἐροιάδης, Εὐλάβης Φαληρεύς. *Timostratus ex Cephale, Xanthippus Eroeades, Eulabes Phalerensis.* Etiam illic eodem modo vulgatur. Ξάνθιππος Εὐριάδης.

ΕΡΧΕΙΑ. *ERCHIA.*

Etiam hic pagus tribus Aegeidis. Harpocration. Ἔρχεια, δῆμος ἐστι τῆς Αἰγηίδος, ὡς Διόδωρος. *Ercheia, populus est Aegeidis, ut Diodorus scribit.* Hesychius. Ἔρχεια, δῆμος τῆς φυλῆς τῆς Αἰγηίδος. *Ercheia, populus tribus Aegeidis.* Aliis sine diphthongo scribitur. Ita apud Suidam. Ἐρχία, δῆμος τῆς Ἀττικῆς. *Erchia, populus Atticae.* Hinc formatur, Ἐρχιεὺς, is qui inde oriundus. Demosthenes in Neaeram. Θεογένης Ἐρχιεὺς μαρτυρεῖ, ὅτε αὐτὸς ἐβασίλευε, γῆμαι Φανὼ, ὡς Στεφάνῳ ὄσαν θυγατέρα. *Theogenes Erchiensis testatur, quum ipse regnavit, duxisse Phano uxorem, tamquam quae esset Stephani filia.* Isaeus. ὑπὲρ τοῦ Πύρρου κλήρου. τὸ μὲν οἰκείων ὀνόμα τῶν ἑαυτῷ παρακεκληκὼς φαίνεται Διονύσιον τὸν Ἐρχιέα, καὶ Ἀριστόλοχον τὸν Αἰθαλίδην. *Propinquorum quidem suorum neminem advocavisse videtur, Dionysium Erchiensem, & Aristolochum Aethalidem.* Dinarchus κατὰ Δημοσθένους. ἀλλὰ ταυτί τὰ μικρὸν πρὸ τῆς ἡμετέρας ἡλικίας γεγονημένα ὑπὸ Κεφάλου τοῦ ῥήτορος, καὶ Θράσωνος τοῦ Ἐρχιέως, καὶ Ἡλιοδώρου Φορμισίου. *Sed hoc modo quae paulo ante nostram aetatem facta sunt ab Cephalo rhetore, & Thrasone Erchiense, & Heliodoro Phormisio.* Corrigendus Stephanus in Ἀζηνία. ὁ δημότης, Ἀζηνιεύς· ὡς Ἐρχιεύς. *Azenia. Popularis, Azenienses; ut Erchienses.* Male hodie editur illic ὡς Ἀρχιεύς. Idem mendum apud Diogenem Laertium in Xenophonte lib. 11. Ξενοφῶν Γρύλλου μὲν ἦν υἱὸς, Ἀθηναῖος, τὸ δῆμον Ἐρχιεύς. *Xenophon Grylli quidem erat filius, Athenienses; quod ad populum, Erchiensis.* Etiam illic hodie editur, Ἀρχιεύς. Inter Isaei orationes una fuit, inscripta. ἡ ὑπὲρ Εὐφιλήτου πρὸς τὸν Ἐρχιέων δῆμον ἔφεσις. *Provocatio propter Euphiletam ad Erchiensium populum.* Dionysius Halicarn. in Isaeo. ταύτης ἐστὶ τὸ ἰδέας, ἥτε πρὸς Ἕρμωνα ὑπὲρ τῆς ἐγγύης ἀπολογία. καὶ, ἡ πρὸς Εὐκλείδην ἀμφισβητησις, ὑπὲρ τῆς τοῦ χωρίου λύσεως. καὶ ἡ ὑπὲρ Εὐφιλήτου πρὸς τὸν Ἐρχιέων δῆμον ἔφεσις. *Huius est ideae, apologia ad Hermonem propter sponsionem. Et, controversia ad Euclidem propter solutionem agri.*

---

1. Hic populus tribus Acamantidis inter Athenas, & Eleusina. Inscriptio vetus:

ΚΑΤΑ ΤΟ ΕΠΕΡΟΤΗΜΑ ΤΗΣ ΕΞ
ΑΡΕΟΤΠΑΓΟΥ ΒΟΥΛΗΣ ΚΑΙ ΤΗΣ
ΒΟΥΛΗΣ. . . . . .
ΤΟΥ ΔΗΜΟΥ ΤΩΝ ΑΘΗΝΑΙΩΝ
ΤΟΝ ΑΡΞΑΝΤΑ ΤΗΝ ΤΟΥ
ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΕΝ ΘΕΣΜΟΘΕΤΑΙΣ
ΑΡΧΗΝ ΚΑΙ ΑΡΞΑΝΤΑ ΤΗΝ
ΕΠΩΝΥΜΟΝ ΑΡΧΗΝ ΚΑΙ ΠΑ
ΝΗΓΥΡΙΑΡΧΗΣΑΝΤΑ ΚΑΙ ΑΓΩ
ΝΟΘΕΤΗΣΑΝΤΑ ΤΩΝ ΜΕΓΑ
ΛΩΝ ΠΑΝΑΘΕΝΑΙΩΝ ΟΙΚΟ
ΘΕΝ ΙΕΡΑ ΠΑΝΑΓΗ. Π. ΕΡΕΝ.
ΔΕΞΙΠΠΟΝ ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΕΡ
ΜΕΙΟΝ ΤΟΝ ΡΗΤΟΡΑ ΚΑΙ
ΣΥΝΓΡΑΦΕΑ ΑΡΕΤΗΣ ΕΝΕΚΑ
ΟΙ ΠΑΙΔΕΣ

Spon. *Itin. T. 2. pag.* 413.

Digitized by Google

agri. Et provocatio ob Euphiletam ad Erchiensium populum a *.

ΕΥΠΥΡΙΔΑΙ. *EVPYRIDAE.*

Tribus Leontidis. Stephanus. Εὐπυρίδαι, δῆμος Λεοντίδος φυλῆς. ὁ δημότης, Εὐπυρίδης, *Eupyridae, populus Leontidis tribus. Popularis, Eupyrides.* Emendandus est Hesychius. Εὐπυρίδαι, δῆμος, καὶ τόπος Ἀθήνησιν. *Eupyridae, populus, & locus Athenis.* Hodie est in vulgatis. Εὐπηρίδαι. Et observa. Non tantum Atticae populus erat, sed & locus ipsis Athenis. b

ΕΥΩΝΥΜΙΑ, sive, ΕΥΩΝΥΜΟΣ. *EVONYMIA, sive EVONYMOS.*

Tribus Erechtheidis. Hesychius. Εὐώνυμον, ἀριστερὸν, καὶ δῆμος φυλῆς τῆς Ἐρεχθηίδος. *Euonymum notat sinistrum, & populum tribus Erechtheidis.* Harpocration. Εὐώνυμος, Λυσίας ἐν τῷ κατὰ Φιλοκράτους. δῆμός ἐστι τῆς Ἐρεχθηίδος, ὡς φησι Διόδωρος. *Euonymus, Lysias in Oratione adversus Philocratem: Populus est Erechtheidis, ut inquit Diodorus.* Nomen accepit ab Euonymo, Coeli, vel, ut alii, Cephisi, & Terrae filio. Stephanus in Εὐωνυμία· ἔστι καὶ δῆμος Ἀθηναίων, ἐπὶ Εὐωνύμου τοῦ Γῆς καὶ Οὐρανοῦ, ἢ Κηφισσοῦ. *Est & populus Athenienſium ab Euonymo Terrae, & Coeli filio, aut Cephisi.* Popularis Εὐωνυμεὺς dicebatur: Diog. Laertius in Theophrasto lib. v. μάρτυρες, Κάλλιππος Πελανεὺς, Φιλόμηλος Εὐωνυμεύς. *Testes, Callippus Pelanensis, Philomelus Euonymensis.* 1

EXE-

a. Ex Erchia populo oriundus erat Xenophon. Diogenes Laertius, lib. II. cap. XLVIII. Ξενοφῶν Γρύλλου μὲν ἦν υἱὸς, Ἀθηναῖος, τῶν δήμων Ἐρχιεύς. *Xenophon Grylli quidem filius erat, Athenienſis, populo Erchienſis.* Ita enim emendandum monui pridem in libro *De populis Atticae.* Isocrates inde. Fidem nobis facit Photius in Bibliotheca, ubi sic de eo inquit: Ἦν δὲ παῖς Θεοδώρου τοῦ Ἐρχιέως. *Erat filius Theodori Erchienſis.* Vnde Plutarchus emendandus in eius Vita: Ἰσοκράτης Θεοδώρου μὲν ἦν παῖς τοῦ Ἐρχιέως. *Isocrates quidem erat filius Theodori Erchienſis.* Perperam enim vulgatur, Θεοδώρου τοῦ ἀρχιερέως. *Theodori sacrorum antistitis.* Et hoc viris doctis quoque animadversum. Stephanus corruptissime omnium in exemplari quodam invenerat, Ἐρεχθιὰς, Ἐρχία; idque mendum repraesentat, male etiam ab Erechtheo nomen quaerens. Nam, si verum esset etymon, omnino Ἐρεχθιὰς scribi deberet. Sed contrarium tot Auctores nobis tradunt, uti frustra dubitetur. Verba Stephani ecce ista: Ἐρεχθιὰς, δῆμος Ἀτλικῆς, τῆς Αἰγηίδος φυλῆς· ἀπὸ Ἐρεχθέως, τοῦ ξενίσαντος τὴν Δήμητρα. ὁ δημότης, Ἐρεχθιεύς. καὶ Ἰσοκράτης Ἐρεχθιεὺς ἦν. *Erechthia, populus Atticae, Aegeidis tribus, ab Erechtheo, qui Cererem hoſpitio excepit. Popularis, Erechthienſis, & Isocrates Erechthienſis erat.* Nam quod de Isocrate addit, eum fuisse Erchiensem, non Erechthiensem, iam ostendi. In hoc vero etiam populo agri Alcibiadis siti, iugera fere trecenta. Plato, in Alcibiade I. Τῷ δὴ (Ἀλκιβιάδῃ) υἱεῖ αὐτῆς, (τοῦ Δεινομάχης) γῆς πλέθρα Ἐρχιάσιν ὀδὲ τριακόσια. *Huic vero (Alcibiadi) filio eius (Dinomaches) terrae iugera ſunt Erchiae paullo minus trecenta.* R. A.

ΕΥΚΟΝΘΕΥΣ.

Non inveni hunc populum in ullo libro, sed in inscriptione antiqua in Salamine mihi visa:

ΔΙΟΝΥΣΙΑ ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ
ΜΙΛΗΣΙΑ ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΥ
ΤΟΥ ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ
ΕΥΚΟΝΘΕΩΣ
ΓΥΝΗ

Spon. *T.* 2. *p.* 415.

b. Quod ad Eupyridas attinet, male sector quadratarius in Inscriptione antiqua Εὐπωρίδης posuit, pro Εὐπυρίδης.

ΣΤΗΧΕΝ ΑΧΡΙΣΤΟΣ
ΣΤΗΛΗΝ ΜΕΤΑ ΚΥΔΕ
ΣΙΝ ΑΣΤΟΙΣ ΠΑΤΡΟΣ
ΤΟΥ ΓΟΜΕΧΩΝ ΔΗΜΟ
ΘΕΝ ΕΥΠΩΡΙΔΗΣ.

Emendandus item Hesychius, ubi male Εὐπηρίδαι est vulgatum, pro Εὐπυρίδαι. Originem nominis inde tradunt, quod illic primum ab Athenienſibus inventus ignis. Etymologici Auctor: Εὐπυρίδαι, δῆμος Ἀθηναίων· ὅτι ἐν Ἀθήναις πρῶτον τὸ πῦρ εὑρῆσθαι φασὶ κατὰ τὸ δῆμον τοῦτον, ἐκλάμψεως γενομένης. *Eupyridae, populus Athenienſium; quia Athenis primum ignem inventum memorant in hoc populo, fulgore oborto.* Atque hi Τρίκωμοι appellati, una cum Cecropidis, & Pelecensibus. Stephanus: Τρικώμους δὲ τούτους ἐκάλουν, Εὐπυρίδας, καὶ Κεκροπίδας, καὶ Πήληκας. *Tricomos vero adpellabant, Eupyridas, & Cropidas, & Pelecenſes.* Ita enim ibi legendum, monitum a me capite superiori. R. A.

1. Vetus lapis Salaminius:

ΘΡΑΣΥΜΗΔΗΣ
ΘΡΑΣΥΛΛΟΥ
ΕΥΟΝΥΜΕΥΣ

Vt & plures apud Spon. *Itin. T.* 2. *p.* 415. &c. (a)

(a) Aliae Sponii inscriptiones sunt quae sequuntur:

..ΛΛΕΟΥ
...ΙΣΙΝΙΚΗ
Ο ΕΥΩΝΥΜΕΩΣ
Η ΠΥΛΙΟΣ

Ο ΔΗΜΟΣ Α....ΝΙΟΝ
ΣΤΡΑΤΙΩΤΗΝ....
ΕΠΙΦΑΝΗΝ ΕΠΙΓΕΝΟΥ
ΕΥΩΝΥΜΕΑ
ΔΙΗΣ ΕΠΟΙΗΣΕΝ

ΖΟΣΙΜΟΣ
ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ ΕΥΩΝΥΜΕΥΣ

Digitized by Google

ΕΧΕΛΙΔΑΙ. *ECHELIDAE.*

Incertum ſub qua tribu. Nomen illi ab heroe Echelo. Stephanus. Ε᾽χεμίδαι, δῆμος τ᾽ Α᾽τλικῆς, ἀπὸ Ε᾽χέμου. ἔστι δ᾽ ἀπὸ Ἕλους τόπου μεταξὺ ὄντος τοῦ Πειραιέως, καὶ τοῦ Τετρακώμου Η᾽ρακλείου, ἐν ᾧ τοὺς γυμνικοὺς ἀγῶνας ἐτίθεσαν τοῖς Παναθηναίοις. ὁ δημότης, Ε᾽χεμίδης. *Echelidae, populus Atticae, ab Echelo. Hic vero ab Helos loco ſito inter Piraeeum, & quatuor vicorum templum Herculis, in quo gymnica certamina inſtituerunt in Panathenaeis. Popularis, Echelides.* Sed corruptus inſigniter locus; reſcribendum, Ε᾽χελίδαι, δῆμος τ. Α. ἀπὸ Ε᾽χέλου ἥρωος. Et mox, ὁ δημότης, Ε᾽χελίδης. Emendationem meam firmat Etymologici Auctor. Ε᾽χελος, ἥρως παρὰ Α᾽θηναίοις τιμώμενος. καὶ δῆμος τῆς Α᾽τλικῆς Ε᾽χελίδαι, ἀπὸ τοῦ κειμένου Ἕλους τῷ τόπῳ ἐν ᾧ ἵδρυτο τὸ τοῦ Ε᾽χέλου ἄγαλμα. παρὰ τὸ ἕλος ἔχειν, Ε᾽χελος. καὶ Ε᾽χελιδῶν δῆμος, ἀπὸ Ε᾽χελου. *Echelus, heros apud Athenienſes cultus. Et populus Atticae, ab adiacente palude loco, in quo erecta eſt Echeli ſtatua. Ab eo, quod habuerit paludem, Echelus dicitur. Et Echelidarum populus ab Echelo.* Iam olim de hoc loco diſſeruimus Animadverſ. Miſc. lib. IV. cap. XII. a

ΖΩΣΤΗΡ. *ZOSTER.*

Cuius tribus fuiſſe dicam, non habeo. Strabo lib. IX. μεταξὺ δὲ τῶν λεχθέντων δήμων, μακρὰ ἄκρα πρώτη μετὰ τοὺς Αἰξωνέας, Ζωστήρ. *Inter dictos populos, Zoſter longum promontorium, primum poſt Aexonenſes.* Erat illic ara Minervae, Apollinis, Dianae, & Latonae; quae peperiſſe illic, vel, ut alii, Zonam ſolviſſe ferebatur: unde etiam nomen datum. Pauſanias in Atticis. δῆμοι δὲ οἱ μικροί τ᾽ Α᾽τλικῆς, ὡς ἔτυχεν ἕκαστος οἰκιωθείς. ἃ δὲ εἰς μνήμην παρέχοντο, Ἁλιμουσίοις μὲν Θεσμοφόρου Δέμητρος καὶ Κόρης ἐστὶν ἱερόν. ἐν Ζωστῆρι δὲ ἐπὶ θαλάσσῃ καὶ βωμὸς Α᾽θηνᾶς, καὶ Α᾽πόλλωνος, καὶ Α᾽ρτέμιδος, καὶ Λητοῦς. τεκεῖν μὲν δὴ Λητὼ τοὺς παῖδας ἐνταῦθα ὅ φασι, λύσασθαι δὲ τὴν ζωστῆρα ὡς τεξομένην, καὶ τῷ χωρίῳ διὰ τοῦτο γενέσθαι τὸ ὄνομα. *Populi parvi Atticae, prout ſors tulit, quiſque habitans. Quae vero in memoriam praebentur, ſunt apud Alimuſios Legiferae Cereris & Proſerpinae fanum: in Zoſtere vero prope mare etiam ara Minervae, & Apollinis, & Dianae, & Latonae. Peperiſſe quidem Latonam liberos ibi non dicunt, ſed ſolviſſe zonam velut parituram, hincque loco iſti factum eſſe nomen.* Et ſacra illis faciunt piſcatores, ex loco Ζωστηρίοις appellatis, Stephanus. Ζωστὴρ, τ᾽ Α᾽τλικῆς ἰσθμὸς, ὅπου φασὶ τὴν Λητὼ λῦσαι τὴν ζώνην, καθεῖσαν ἐν τῇ λίμνῃ λύσασθαι. ἐνταῦθα θύουσιν ἁλιεῖς Λητοΐ, καὶ Α᾽ρτέμιδι, καὶ Α᾽πόλλωνι Ζωστηρίῳ. *Zoſter Atticae iſthmus, ubi dicunt Latonam ſolviſſe zonam, demiſſamque in lacu laviſſe. Ibi ſacrificant piſcatores Latonae, & Dianae, & Apollini Zoſterio.* Ecce cognomen Latonae, & Dianae, Ζωστηρία: Apollini, Ζωστήριος. Reſtituendus eſt Heſychius. Ζωστὴρ ᾧ ἐπάνω τοῦ Θώρακος ἐχρῶντο. ζώνη. ζῶμα. περίζωμα, τὸ ἀπὸ τῶν μηρῶν καὶ μέχρι τῶν βουβώνων συζευγνύμενον τῷ θώρακι. καὶ Α᾽πόλλων παρὰ Α᾽θηναίοις, καὶ τόπος ἔνθα Λητὼ ἐλύσατο τὴν ζώνην. καὶ τὸ φῦκος. *Zoſter quo ſupra thoracem utebantur. Zona, cingulum, ſubligaculum, quod ab femoribus uſque ad inguina ſubcingitur thoraci. Et Apollo apud Athenienſes, & locus, ubi Latona ſolvit zonam; & fucus.* Hodie is locus ab interpunctione laborat,

ΗΦΑΙΣΤΙΑΔΑΙ. *HEPHAESTIADAE.*

Acamantidis tribus. Fanum habebat Vulcani. Stephanus. Η᾽φαισία, δῆμος Α᾽καμαντίδος φυλῆς, ἐν ᾧ Η᾽φαίστου ἱερόν. ὁ δημότης, Η᾽φαισιάδης. τὰ τοπικὰ, ἐξ Η᾽φαισιάδων. καὶ τὰ λοιπά. *Hephaeſtia, populus Acamantidis tribus, in quo erat Vulcani templum. Popularis, Hephaeſtiades. Localia, ex Hephaeſtiadis, & reliqua.* Sed ſcribendum, Η᾽φαισιάδαι, δῆμος Α᾽. Satis arguunt illa ſequentia, τὰ τοπικὰ, ἐξ Η᾽φαισιάδων. καὶ τὰ λοιπά. Erat ibidem etiam fanum Herculis. Meminit Diog. Laertius in Platone, lib. III. τὸ ἐν Η᾽φαιστιάδων χωρίον, ᾧ γείτων βορρᾶθεν ἡ ὁδὸς ἡ ἐκ τοῦ Κηφισιᾶσιν ἱεροῦ, Νότοθεν τὸ Η᾽ράκλειον τὸ ἐν Η᾽φαισιάδων. *Hephaeſtiadarum ager, cui a Septentrione via, quae a Cepheſienſi templo ducit, proxima eſt; ab Auſtro vero fanum Herculis, quod eſt Hephaeſtiadis.* b 1

EKA-

---

a. De Echelidis corrigendus eſt Heſychius: Ε᾽ν ἐχελιδῶν. Ε᾽χελος, ἥρως· ὡς δέ τινες, ἐπίθετον ἥρωος. ἐπὶ τοῦ ἕλος παρακεῖσθαι τῷ ἥρωι. ἐστὶ δὲ ὁ Α᾽θηναίων ἱππόδρομος. *In Echelidis. Echelus, heros; ut vero quibusdam placet, epithetum heroïs: quia palus heroi vicina eſt. Eſt vero Athenienſium hippodromus.* Mox iterum: Ε᾽ν Ε᾽χελιδῶν. ἐν ᾧ ἱππικοὶ ἤγοντο ἀγῶνες, καὶ ναὸς Ε᾽χέλου. *In Echelidis. Vbi certamina equeſtria agitabantur. Et templum Echeli.* Perperam utrobique editur, Ε᾽νεχελιδῶν; & in fine; καὶ ναὸς Ι᾽λου. Obſerva autem, Hippodromum ibi Athenienſium, & Echeli fanum exſtitiſſe. *R. A.*

b. De Hephaeſtiadis emendandum cenſeo Stephanus. Δῆμος Α᾽καμαντίδος φυλῆς, ἐν ᾧ Η᾽φαισίου ἱερόν. *Populus Acamantidis tribus, in quo Hephaeſtii fanum.* Non bene editur, ἐν ᾧ Η᾽φαίσου ἱερόν. *In quo Vulcani fanum.* Nam Hephaeſtius heros erat, a quo populo iſti nomen. Heſychius docet, verum rurſum corrigendus. Η᾽φαίσιος, ἥρως τις Α᾽θηναῖος. ἀφ᾽ οὗ καὶ δῆμος, Η᾽φαισιάδαι. *Hephaeſtius, heros quidam Athenienſis, a quo etiam populus, Hephaeſtiadae.* Inciderat in mendoſum codicem doctiſſimus Grammaticus; itaque deceptus, alienus alieno loco in litera I. populum iſtum nobis memorat. Editur enim, Ι᾽φίσιος. &, Ι᾽φισιάδαι. Sic paullo ante Ι᾽φιάδαι, δῆμος τ᾽ Α᾽καμαντίδος φυλῆς. *Iphiadae, populus Acamantidis tribus.* Reſcribendum etiam iſtic, Η᾽φαισιάδαι. *Hephaeſtiadae.* Apud Iſaeum quoque, in Orat. Περὶ τοῦ

ΘΗΜΑΚΟΙ, sive ΘΗΜΑΚΟΣ. *THEMACI, sive THEMACOS.*

Erechtheidis tribus. Harpocration. δῆμός ἐστι φυλῆς τῆς Ἐρεχθηίδος Θημακὸς, ὡς φήσι Διόδωρος ὁ περιηγητὴς ἐν τῷ περὶ τῶν δήμων. *Themacos populus est Erechtheidis tribus, ut Diodorus Periegetes Libro De Populis ait.* Alii Ptolemaidi tribuunt. Stephanus. Θημακὸς δῆμος τῆς Ἐρεχθηίδος φυλῆς. ὡς ὁ Φρύνιχος, τῆς Πτολεμαΐδος. ὁ δημότης, Θημακεύς. *Themaci populus Erechtheidis tribus; ut Phrinichus vero, Ptolemaidis; populalaris, Themacus.*

ΘΟΡΑΙ. *THORAE.*

Antiochidis tribus. Stephanus. Θοραὶ δῆμος τῆς Ἀντιοχίδος φυλῆς. ὁ δημότης, Θορεύς. *Thorae, populus Antiochidis tribus; Popularis, Thoreus,* Harpocration. Θοραὶ, δῆμος τῆς Ἀντιοχίδος, ὡς φησι Διόδωρος. *Thorae, populus Antiochidis, ut Diodorus ait.* Emendandus Strabo lib. IX. Ἀναγυράσιοι, οἱ Θορεῖς, Λαμπυρεῖς, Αἰγινῆς, Ἀναφλύσιοι. *Anagyrasii, Thorenses, Lampyrenses, AEginenses, Anaphlysii.* Hodie editur, Ἀναγυράσιοι, εἶθ' ὑφρεῖς.

ΘΟΡΙΚΟΣ. *THORICVS.*

Acamantidis tribus. Harpocration. Θόρικος. δῆμός ἐστι τῆς Ἀκαμαντίδος φυλῆς. *Thoricus, populus tribus Acamantidis.* Strabo lib. IX. κάμψαντι δὲ τὴν κατὰ τὸ Σούνιον ἄκραν, ἀξιόλογος δῆμος Σούνιον, εἶτα Θόρικος, εἶτα Ποταμός. *Vbi promontorium circumflexeris, quod ad Sunium est, offertur Sunium, memorabilis pagus, sive Curia, tum Thoricus, inde Potamos.* Sophocles Oed. Col.

ἐφ' ᾧ μέσῃ στὰς, τῇ τε Θορικίᾳ πέτρᾳ.

In quo medio stans, Thoriciaque petra.

Vbi Scholiastes. Θόρικος δὲ δῆμος τῆς Ἀκαμαντίδος φυλῆς. *Thoricus autem populus Acamantidis tribus.* Antoninus Liberalis Metamorph. XLI. Κέφαλος ὁ Δηίονος ἔγημεν ἐν Θορίκῳ τῆς Ἀττικῆς Πρόκριν τὴν θυγατέρα τὴν Ἐρεχθέως. *Cephalus Deionis F. in Atticae Thorico Procrin Erechtheos F. uxorem duxit.* Et mox iterum: καὶ ἡ Πρόκρις δεξαμένη, ἀφίκετο εἰς Θόρικον τῆς Ἀττικῆς, ὅπου ᾤκει ὁ Κέφαλος. *Et quum Procris consensisset, Atticae Thoricum profecta est, ubi Cephalus habitabat.* Apollodorus l. II. ἔχων ἐκ μὲν Θορίκου τῆς Ἀττικῆς Κέφαλον συμμαχοῦντα. *Cephalum e Thorico Atticae foederatum habens.* Meminit quoque ejus Xenophon Histor. Græc. lib. I. & de Provent. Herodotus lib. IV. Plinius lib. XXXVII. cap. V. Nomen accepit a Thorico Cyprio. Hesychius. Θόρικος, δῆμος τῆς Ἀκαμαντίδος φυλῆς. ὠνομάσθη δὲ ἀπὸ Θορίκου Κυπρίου. *Thoricus, populus tribus Acamantidis, qui ita a Thorico Cyprio nominatus est.* Ita illic legendum arbitror. Nam hodie certè non rectè editur. ἀπὸ Θορίκου Κύπριοι. Meminit Thorici populi etiam Herodotus lib. IV. a 2.

τῇ Ἀσυφίλου κλήρου, mendose legitur, παρὰ Γερολλεῖ Ἠφαιστιάδῃ, pro π. Γ. Ἠφαιστιάδῃ. R. A.

I. ΘΗΒΗ.

Thebes ignoratur tribus. Sed fuisse populum Atticum eiusdem nominis, quo erat urbs Thebae Boeotiae, constat etiam ex Stephano, qui inter novem urbes, quae Thebae appellantur, sextam ait in Attica sitam esse. Miror Meursium hunc populum praetermisisse. Mentio eius quoque in inscriptione Atheniensi:

ΑΝΤΙΚΛΕΙΑ ΑΠΟΛΛΟΔΩΡΟΥ ΘΥΓΑ
ΤΗΡ ΘΗΒΑΙΑ. (a)

Et in alia.

..ΜΕΤΦΙΛΗΤΟΣ....
ΕΧΘΗΙΔΙ ΙΠ....
ΘΗΒΑΙΟΣ....

Spon. *Itin. Tom.* 2. *pag.* 117. 118.

a De Thorico, emendandus Demosthenes, Orat. in Midiam: Διόγνητος Θορίκου. *Diognetus Thoricius.* Male editur; Δ. Θεωρίσκος. *D. Theoriscus.* Et heic Cephalus habitabat. Observo apud Apollodorum lib. II. Ἔχων ἐκ μὲν Θορίκου τῆς Ἀττικῆς Κέφαλον συμμαχοῦντα. *Habens auxiliatorem e Thorico quidem Atticae Cephalum.* Et heic Procrin, Erechthei filium, uxorem duxit. Antoninus Liberalis, Metamorph. cap. XLI. Κέφαλος ὁ Δηϊονέως ἐγήγεν ἐν Θορίκῳ τῆς

(a) Huius Demi popularis dici deberet, Θηβιεύς. *Salvin.*

ΘΡΙΑ, sive, ΘΡΙΩ. *THRIA, sive THRIO.*

Oeneidis tribus. Stephanus. Θρία, δῆμος τῆς Οἰνηίδος φυλῆς. λέγεται ἡ καὶ Θριώ. ὁ δημότης, Θριάσιος. *Thria populus Oeneidis tribus, Thrio etiam dicitur. Popularis, Thriasius.* Schol. Aristophanis Avibus. Γράφεται ἡ καὶ Θριῆθεν, οἷον ἀπὸ δήμου τῆς Οἰνηίδος φυλῆς. *Scribitur vero etiam e Thria, velut e populo tribus Oeneidis.* Hinc oriundus Crates erat. Diogenes Laertius in eius vita lib. v. Κράτης, πατρὸς μὲν ἦν Ἀντιγένης, Θριάσιος δὲ τῶν δήμων. *Crates Patre quidem natus est Antigene, oppido vero Thriasius.* Hinc subiectus campus Thriasius, cuius mentio multa apud Historicos. Erat vero inter Eleusinem, & Athenas, ut apparet ex Galeno, περὶ διαγνώσεως καὶ θεραπείας τῶν ἐν ἑκάστῳ ψυχῇ ἰδίων παθῶν. Verba ista. χρωμένοις οὖν ἡμῖν ἐν Κορίνθῳ, πάντα μὲν ἔδωκε τὰ σκεύη ὁ τὺς οἰκέτας ἀπὸ Κεγχρεῶν εἰς Ἀθήνας ἐκπέμψαι κατὰ πλοῦν αὐτῷ. αὐτὸς ἡ ἓν ὄχημα μισθωσάμενος, πεζῇ διὰ Μεγάρων πορεύεσθαι καὶ δὴ διελθόντων ἡμῶν Ἐλευσῖνα, καὶ κατὰ τὸ Θριάσιον ὄντων, ἤρετο τοὺς ἑπομένους οἰκείους αὐτῷ περί τινος σκεύους. *Quum Corinthi versaremur, vasa quidem omnia dedit, & servos, qui Cenchris Athenas cum eo navigante mitterentur. Ipse vero quum unum vehiculum conduxisset, terra per Megarenses profectus est. Porro quum Eleusinem pertransissemus, & essemus in regione Thriasia, sequentes suos famulos de vase quodam interrogavit.* Ac Eleusini adiungit Strabo lib. IX. εἶτα τὸ Θριάσιον πεδίον, καὶ ὁμώνυμος αἰγιάλος καὶ δῆμος. *Deinceps campus est Thriasius, eiusdemque nominis situs, & pagus, sive curia.* Et hinc portae quoque cuidam (a), qua huc iretur, nomen Athenis. Θριασίαι πύλαι. Hesychius. Θριασίαι πύλαι, οὕτω καλοῦνται Ἀθήνησιν. *Thriasiae portae ita vocantur Athenis.* Nimirum illa ipsa fuit, quae postea Δίπυλον appellata. Plutarchus in Pericle. Ταφῆναι δ' Ἀνθεμόκριτον παρὰ τὰς Θριασίας πύλας, ἃς νῦν Δίπυλον ὀνομάζονται. *Tumularetur Anthemocritus iuxta portam Thriasiam, quam nunc Dipylon vocant.* Videtur etiam amnis fuisse. Seneca Hippolyto.

Quae saxoso loca Parnethi
Subiecta iacent, & quae Thriasii
Vallibus amnis rapida currens
Verberat unda ---- a

ΘΡΙΟΝ. *THRION.*

Incertum cuius tribus. Nomen a Thriante accepit. Invenio apud Stephanum in Θρία· ἔστι ἡ καὶ δῆμος Θρίων, ἀπὸ Θριάντος. *Est vero & populus Thrion a Thriante,*

ΘΥΜΟΙΤΑΔΑΙ. *THYMOETADAE.*

Hippothoontidis tribus. Nomen habet a Thymoeta heroe. Harpocration. Θυμοιτάδαι, δῆμος τῆς Ἱπποθοωντίδος, ἀπὸ Θυμοίτου τοῦ ἥρωος ὀνομασθέις. *Thimoetadae, Populus Hippothoontidis, ita ab heroe Thymoete appellatus.* Suidas. Θυμοίτης, ὁ τῶν Ἀθηναίων βασιλεὺς, καὶ Θυμοιτάδαι. *Thymoetes, Athenienſium rex, & Thymoetadae,* Meminit quoque Schol. Aristophanis, cuius verba statim proferam. Erat in Tetracomis Athenienſium. Pollux lib. IV. cap. XIV. ἐκ οἵδε εἴ τι προσῆκον ἦν τοῖς Ἀθήνησι Τετρακώμοις, οἱ ἦσαν Πειραιεῖς, Φαληρεῖς, Ὀξυπετεῶνες, Θυμοιτάδαι. *Nescio an aliquid esset Tetracomis Athenienſium conveniens, qui Piraeenses, Phalerenses, Oxypeteones, Thymoetadae erant.* Corrigendus est Hesychius. Θυμοιτάδης, δῆμος φυλῆς Ἱπποθοωντίδος τῆς Ἀτλικῆς. *Thymoetadae, populus tribus Hippothoontidis Atticae.* Hodie editur. Θυμοτάδες

Εἴσι μὲν γὰρ δή πῃ περὶ τὰ μέταλλα ἐν τῇ πρὸς μεσημβρίαν θαλάττῃ τεῖχος ἐν Θορίκῳ. ἀπέχει ἢ ταῦτα ἀπ' ἀλλήλων ἀμφὶ τὰ ἑξήκοντα σταδία. *Est non procul a metallis, in mari, quod versus meridiem extenditur, munitio in Anaphlysto; altera vero in Thorico, in mari Septentrionali, distantque hae inter sese circiter sexaginta stadiis.* Melae tempore, qui sub Claudio Caesare scribebat, adeo plane interciderat, ut nil eius praeter nomen supereſſet. Ita enim ait lib. II. cap. III. *Thoricus, & Brauron; olim urbes, nunc tantum nomina.* R. A.

2. Thoricus Acamantidis erat situs inter Sunium & Potamum, hodie vocatur *Porto Rafty.* Lapis Athenienſis de eo in horto Hussein Bey:

ΠΡΑΞΙΚΛΗΣ
ΕΥΦΡΟΝΙΟΥ
ΓΟΝΩ ΔΕ (b)
ΚΑΛΛΙΚΡΑΤΟΥ
ΘΟΡΙΚΙΟΥ

Spon. *Itin. Tom. 2. pag. 419.*

a De Thria, & Thriasio campo, fuisse iuxta Eleusinem, etiam observare licet apud Thucydidem tribus locis lib. II. & Aristidem, Leuctrica II. Erat porro templum ibi Veneris Philae, ab Adimanto Lampsaceno aedificatum; a Demetrii, cuius adulator erat, matre Phila nuncupatum; item locus, Φιλαῖον dictus. Athenaeus lib. V. Τῶν δὲ Δημητρίου τοῦ βασιλέως κολάκων οἱ περὶ Ἀδείμαντον τὸν Λαμψακηνὸν νεὼν καλασκευασάμενοι, καὶ ἀγάλματα ἱδρυσάμενοι Θριᾶσιν, ὠνόμαζαν Φίλας Ἀφροδίτης· καὶ τὸν τόπον Φιλαῖον ἐκάλεζαν, ἀπὸ τῆς Δημητρίου μητρὸς Φίλας. *Ex Demetrii regis adulatoribus Adimantus Lampsacenus quum Thriae aedificasset templum, & simulacra dedicasset, Veneris Philae nominavit; & Philaeum quoque locum a Demetrii matre Phila.* Campo autem contra rubiginem Notus ventus, flans e mari, opem ferre putabatur. Aristoteles Problem. Sect. XXVI. cap. XVII. Οἱ δὲ ἐκ τῆς θαλάττης Νότοι, ἀγαθοὶ φυτοῖς, καὶ τῆς Ἀτλικῆς τῷ Θριασίῳ πεδίῳ. αἴτιον δὲ ὅτι ἀπεψυγμένῳ ἀφικνεῖται. αἱ δὲ ἐρυσίβαι γίνονται ὑπὸ ὑγρότητος, θερμῆς μὲν, ἀλλοτρίας δέ. *Ex mari flantes Noti, boni sunt plantis, & Atticae Thriasio campo. Causa vero est, quod refrigeratus accedit: rubigines autem ex humore nascuntur, calido quidem, sed alieno.* R. A.

(a) Vide *Meursium* nostrum *lib.* III. *Athen. Attic. Cap. XII.*

(b) Alias in MSS. Inscriptionibus φύσει δέ. *Salvinius.*

Digitized by Google

τάδες, Δῆμος φ. Exagitabantur a Comicis Thymoetadae, tamquam δικαστικοί. Apud Etymologici Auctorem in Δρυαχαρνεῦ. Ἐκωμῳδοῦντο γὰρ οἱ Ἀχαρνεῖς, ὡς ἄγριοι καὶ σκληροί· Ποτάμιοι δὲ, ὡς ῥαδίως δεχόμενοι τὰς παρεγγράφους. Θυμοιτάδαι καὶ Προσπάλτιοι, ὡς δικαστικοί. *Traducebantur enim Acharnenſes, ut agreſtes, ac rudes. Potamienſes vero, ut facile adſcriptitios recipientes. Thymoetadae, & Proſpaltii, ut litium amantes.* Ita correxeram, quum & Sylburgio doctiſſimo monitum video. Totidem verbis Suidas in Δρυαχαρνεῦ. Apud Plutarchum Theſeo. αὐτὸς ναυπηγίαν ἐπεβάλλετο, τὴν μὲν ἐν Θυμοίταδῶν αὐτόθι μακρὰν τῆς ξενικῆς ὁδοῦ, τὴν δὲ διὰ Πιτθέως ἐν Τροιζῆνι. *Mox aedificare inſtituiſſe Claſſem. Hinc in Thymoetadis ibidem procul via publica, hinc per Pittheа Troezene.* Scribendum eſt ἐν Θυμοιταδῶν. Male item apud Stephanum. Θυματάδαι, δῆμος τῆς Ἱπποθοωντίδος φυλῆς. ὁ δημότης, Θυματάδης. τὰ τοπικὰ, ἐκ Θυμοιταδῶν. *Thymatadae, populus Hippothoontidis tribus; popularis, Thymatades, localia ex Thymatadarum.* Reſcribe. Θυμαιτάδαι, Θυμοιτάδης, Θυμοιταδῶν. Apud Ariſtophanem Veſpis.

Ἐγὼ δὲ σισύραν ᾠόμην Θυμαιτίδα.

Ego vero Siſyram exiſtimavi Thymaetidem. Recte diſputat de lectione Scholiaſtes. Θυμαιτίδα δὲ, ἀπὸ δήμου τῆς Ἱπποθοωντίδος φυλῆς, ἀπὸ Θυμοίτου ἥρωος. μή ποτε δὲ γραπτέον, Θυμοιτίδα; *Thymaetidem vero, a populo Tribus Hippothoontidis, ab Heroe Thymoete. Numquid autem ſcribendum, Thymoetidem?*

ΘΥΡΓΩΝΙΔΑΙ. *THYRGONIDAE.*

Ptolemaidis tribus. Suidas. Θυργωνίδαι, δῆμος Πτολεμαΐδος φυλῆς. *Thyrgonidae, populus Ptolemaidis tribus.* Primitus ad Aeantidem pertinuit, ſed translatio mox eſt facta. Harpocration. Νίκανδρος ὁ Θυατιρηνὸς, ἐν τῷ περὶ τῶν δήμων. μετέθησάν, φησιν, ἐξ Αἰσαντίδος, Ἀφιδναῖοι, Περσίδαι, Τιτακίδαι, Θυργωνίδαι. *Nicander Thyatirenus in libro De populis. Migraverunt, inquit, ex Aeſantide Aphidnaei, Perſidae, Titacidae, Thyrgonidae.* Sed is locus quomodo emendandus, vide Commentarium noſtrum in Harpocrationem. Corrigendus eſt Heſychius. Θυργωνίδαι. δῆμος τῆς Ἀτλικῆς. *Thyrgonidae, populus Atticae.* Non recte eſt in vulgatis Θυργανίδαι.

ΙΚΑΡΙΑ, ſive ΙΚΑΡΙΟΣ. *ICARIA, ſive ICARIVS.*

AEgeidis tribus. Ab Icario Erigones patre nomen habet. Stephanus. Ἰκαρία. δῆμος τῆς Αἰγηίδος φυλῆς, ἀπὸ Ἰκαρίου τοῦ πατρὸς Ἠριγόνης, ὁ δημότης, Ἰκαριεύς. *Icaria, populus AEgeidis tribus, ab Icario patre Erigones. Popularis, Icarienſis.* Heſychius. Ἰκάριος, δῆμος Ἀθηνῆσι φυλῆς Αἰγηίδος. *Icarius, populus Athenis tribus AEgeidis.* Corrigendus eſt Porphyrius περὶ ἀποχῆς, lib. II. αἶγα δὲ ἐν Ἰκαρίῳ τῆς Ἀτλικῆς ἐχαρώσαντο πρῶτον, ὅτι ἄμπελον ἀπέ-

A βρισε(a). *Capram vero in Icario Atticae occiderunt primum, quia vitem laeſerit.* Hodie editur, ἐν Ἰκάρῳ τῆς Ἀ. Et obſerva primum omnium capram illic ad ſacrificia adhiberi coeptam, quod vitem laeſiſſet. Erat autem inter montes Atticae. Plinius lib. IV. c. VII. *Montes (Atticae) Brileſſus, AEgilus, Icarius, Hymettus, Lycabetus.* Et Solinus c. XIII. *Nec Atticos montes in partem tacebimus, eſt Icarius, eſt Brileſſus, eſt Lycabetus.* Populares Ἰκαριῆς dicebantur, ut adparet ex citato Stephani loco. Harpocration: Ἰκαριεύς. Ἰσαῖος ἐν τῷ κατ' Ἐλπαγόρου, καὶ Δημοφάνους. δῆμός ἐστι φυλῆς τῆς Αἰγηίδος. *Icarienſis, Iſaeus in oratione contra Elpagoram, & Demophanem. Populus eſt tribus AEgeidis.* Mendum eſt apud Lyſiam in Orat. Κατὰ Ἀγοράτου. καὶ Ἱππίας μὲν ὁ Θάσιος, καὶ Ξενοφῶν ὁ Καριεύς, οἱ ἐπὶ τῇ αὐτῇ αἰτίᾳ τούτῳ ὑπὸ τῆς βουλῆς μετεπέμφθησαν, ἔτοι μὲν ἀπέθανον. *Et Hippias quidem Thaſius, & Xenophon Carienſis, qui ob eamdem culpam illi a concilio tranſmiſſi ſunt, ſiquidem mortui ſunt.* Reſcribendum cenſeo, Ξενοφῶν ὁ Ἰκαριεύς.

ΙΠΠΟΤΑΜΑΔΑΙ. *HIPPOTAMADAE.*

Oeneidis tribus. Stephanus. Ἱπποταμάδαι, δῆμος τῆς Οἰνηίδος φυλῆς. ὁ δημότης, Ἱπποταμάδης. τὰ τοπικὰ, ἐξ Ἱπποταμαδῶν, εἰς Ἱπποταμάδας, ἐν Ἱπποταμάδαις. *Hippotamadae, populus Oeneidis tribus. Popularis Hippotamades. Localia ex Hippotamadis, ad Hippotamadas, in Hippotamadis.* Sed corruptum nomen cenſeo, & ſcribendum Ἱπποδαμειάδαι. Dicam quod res eſt. Hippodamus Mileſius, Euryboontis filius, Athenienſibus Piraeeum diviſit, & in eo forum exſtruxit, quod ab eius nomine Ἱπποδάμεια ἀγορὰ adpellatum. Qua de re vide, quae notamus ad Harpocrationem in ea voce. Igitur ab Ἱπποδαμείᾳ, qui inhabitarent, Ἱπποδαμειάδαι dicti.

ΙΣΤΙΑΙΑ. *HISTIAEA.*

Hiſtiaea. Strabo, loco iam citato, ubi Oreum in coloniam populum hunc miſſum ait: Ἔνιοι δ' ὑπ' Ἀθηναίων ἀποικισθῆναι φασὶ τὴν Ἱσταιαίαν, ἀπὸ τῆς δήμου τῶν Ἱσταιέων· ὡς καὶ ἀπὸ τῆς Ἐρετριέων, τὴν Ἐρετρίαν. Θεόπομπος δέ φησι, Περικλέους χρεμένου τὴν Εὔβοιαν, τοὺς Ἱσταιεῖς καθ' ὁμολογίας εἰς Μακεδονίαν μεταστῆναι. διστχιλίους δ', ἐξ Ἀθηναίων ἐλθόντας, τὸ Ὠρεὸν οἰκῆσαι, δήμων ὄντα πρότερον τῶν Ἱσταιέων. *Quidam ab Athenienſibus coloniam huc deductam tradunt, a populo Hiſtiaeenſium; ut Eretriam, ab Eretrienſium. Theopompus vero auctor eſt, poſtquam Euboeam Pericles ſubegiſſet, Hiſtiaeenſes ex pacto in Macedoniam conceſſiſſe; duo autem Athenienſium millia Oreum in coloniam iviſſe, qui antea populus Hiſtiaeenſis exſtitiſſent.* Plutarchus in Pericle: Ἱσταιεῖς δὲ πάντας ἀνασήσας ἐκ τῆς χώρας, Ἀθηναίους μόνους κατῴκισε. *Hiſtiaeenſibus omnibus e regione eiectis, Athenienſes ſolos in*

S colo-

Meurſii Tom. I.

(a) Ovidius *Lib. I. Faſtorum:*

Sus dederat poenas. Exemplo territus huius
Palmite debueras abſtinuiſſe caper.
Quem ſpectans aliquis dentes in vite prementem
Talia non tacito dicta dolore dedit:
Rode caper vitem: tamen hinc quum ſtabis ad aram,
In tua quod ſpargi cornua poſſit, erit.
Verba fides ſequitur: noxae tibi deditus hoſtis
Spargitur adfuſo cornua, Bacche, mero.

Digitized by Google

coloniam deduxit. Mentio etiam huius populi est apud Demosthenem Orat. in Laertium: Πρὸς τοῖς ἢ ἐμαρτύρησεν. Ἀχράδης Μνησονίδου Ἀχαρνεὺς, Σώστρατος Φιλίππου Ἱστιαιάθεν. *Praeter hos testatus est etiam Achrades Mnesonidis Acharnensis, Sostratus Philippi Histiaeensis.*

ΙΤΕΑ. *ITEA.*

Acamantidis tribus. Harpocration. Δῆμός ἐστι τῆς Ἀκαμαντίδος Ἰτέα, ἀφ' ἧς ὁ δημότης, Ἰτεαῖος. ὡς φησι Διόδωρος. *Populus est Acamantidis Itea, a qua popularis Iteaeus, ut inquit Diodorus.* Hesychius: Ἰτέα εἶδος δένδρου, καὶ δῆμος φυλῆς Ἀκαμαντίδος. *Itea, species arboris, & populus tribus Acamantidis.* Corrigendus est Stephanus: Ἰτέα, δῆμος τῆς Ἀκαμαντίδος φυλῆς. ὁ δημότης, Ἰτεαῖος. Ἀνδροτίων δὲ τρισυλλάβως ἔφη. *Itea, populus Acamantidis tribus. Popularis, Iteaeus. Androtion vero tribus syllabis effert.* Hodie vulgatur ὁ δημότης Ἰταῖος. Androtion vero trisyllabice exstulerat, ut ait, nempe Ἰταῖος. Apud Suidam confusus est verborum ordo. Ἰτέα, πόλις. ἀφ' ἧς ὁ δημότης, Ἰτεαῖος. Ἰτεαὶ, πόλις. Ἰτέα, δῆμος τῆς Ἀκαμαντίδος. ἀφ' ἧς ὁ δημότης, Ἰτεαῖος. *Itea, urbs. A qua populuris, Iteaeus. Iteae, urbs. Itea, populus Acamantidis. A qua popularis Iteaeus.*

ΙΩ. *IO.*

Huius mentionem invenio apud Scholiasten Aristophanis, *Ranis*: Σύνηθές τε οὐχ ὅτω λέγειν ἐπὶ θεῶν, ἐκ Μελίτης· ἀλλ' ὁ ἐν Μελίτῃ. ὡς καὶ, Ζεὺς ἐν Ὀλυμπίᾳ· ἐπὶ δὲ ἀνθρώπων, ἐκ Μελίτης, ἐξ Ἴωνος, ἐκ Κολωνῶν. *Neque usitatum est sic dicere de Diis, ex Melita, sed in Melita, uti etiam, Iupiter in Olympia: de hominibus vero, ex Melita, ex Ione, e Colonis.* Nisi quis legendum censeat: ἐκ Μελίτης, ἐξ Οἴου. *Ex Melita, ex Oeo.* Quod & ipse rectius puto; de Oeo vero populo vide in Οἶον.

ΙΩΝΙΔΑΙ. *IONIDAE.*

Tribus AEgeidis. Stephanus. Ἰωνίδαι, δῆμος τῆς Ἀτλικῆς, τῆς Αἰγηίδος φυλῆς. ὁ δημότης, Ἰωνίδης. *Ionidae, populus Atticae, AEgeidis tribus. Popularis, Ionides.* Hesychius. Ἰωνίδης, ἀπὸ δήμου. εἰσὶ γάρ τινες Ἰωνίδαι φυλῆς Αἰγηίδος. *Ionides, a populo. Sunt enim quidam Ionidae tribus AEgeidis.* 2.

ΚΑΛΗ. *CALE.*

Incertae tribus. Meminit Stephanus in Ἀγγελή. ὀξύνεται δὲ κατὰ δύο τρόπους, ὅτι δήμου ὄνομα, ὡς τὸ Περγασὴ, καὶ Καλή. *Acuitur autem duobus modis, quando est nomen populi, ut Pergase, & Cale.* 3

ΚΕΙΡΙΑΔΑΙ. *CERIADAE.*

Hippothoontidis tribus. Harpocration: ὅτι Κειριάδαι δῆμός ἐστι τῆς Ἱπποθοωντίδος, εἴρηκε Διόδωρος ἐν τῷ περὶ τῶν δήμων. *Ceriadas populum esse Hippothoontidis, dixit Diodorus in libro de populis.* Hesychius. Κειριάδαι, δῆμος τῆς Φυλῆς Ἱπποθοωντίδος. *Ceriadae, populus tribus Hippothoontidis.* Corrigendus est Stephanus. Κειριάδαι, δῆμος τῆς Ἱπποθοωντίδος φυλῆς. ὁ δημότης, Κειριάδης. *Ceriadae, populus Hippothoontidis tribus. Popularis, Ceriades.* Minus recte est in editis, Κειριάδα. Suidas. Κειριάδης. Ἱπποθοωντίδος. *Ceriades. Hippothoontidis.*

ΚΕΡΑΜΕΙΚΟΣ. *CERAMICVS.*

Geminus hoc nomine locus erat: in Vrbe unus, alter extra Vrbem. Harpocration. Δύο εἰσὶ Κεραμεικοὶ, ὡς καὶ ὁ ῥήτωρ φησὶν, ὁ μὲν ἔνδον ἐν τῇ πόλει, ὁ δὲ ἕτερος ἔξω τῆς πόλεως. *Duo sunt Ceramici, ut etiam rhetor inquit; unus quidem interior in urbe, alter vero extra urbem.* Et testantur alii Grammatici. Hesychius inter ceteros: Κεραμεικὸς, τόπος Ἀθήνησιν, ἔνθα αἱ πόρναι προεσήκασιν. εἰσὶ δὲ δύο Κεραμεικοί. ὁ μὲν ἔξω τείχους, ὁ δὲ ἐντός. *Ceramicus, locus Athenis, ubi meretrices prostabant. Sunt vero duo Ceramici: unus quidem extra murum, alter intra.* Ait scorta illic prostitisse; sed non distinguit, intra Vrbem ne, an extra. Et sic Suidas. Κεραμεικοὶ. δύο τόποι Ἀθήνησιν. ἐν ᾧ τῷ ἑτέρῳ εἰσήκεισαν αἱ πόρναι. *Ceramici, duo loca Athenis. In altero quidem stabant meretrices.* Sed sciendum, intra Vrbem id fuisse. Diserte Scholiastes Aristophanis ad Equites: Δύο δὲ οἱ Κεραμεικοὶ Ἀθήνησιν· ὁ μὲν ἔνδον τῆς πόλεως, ὁ δὲ ἔξω. ἔνθα καὶ τοὺς ἐν πολέμῳ τελευτήσαντας ἔθαπτον δημοσίᾳ, καὶ τοὺς ἐπιταφίους ἔλεγον· εἰσὶ δὲ ἔνθεν καὶ ἔνθεν στῆλαι. ἐπὶ τοῖς δημοσίᾳ τεθαμμένοις, ἔχουσαι ἐπιγραφὰς πᾶσι ἑκάστῳ τέθαπται. ἐν δὲ τῷ ἑτέρῳ ἦσάν τε καὶ προεσήκασαν αἱ πόρναι. *Duo autem sunt Ceramici Athenis: unus quidem*

---

1. Fuit tribus Acamantidis. Sed in antiquo marmore adscribitur tribui Antiochidi, ut videatur olim pertinuisse ad Acamantidem, sed postea translatam fuisse ad Antiochidem. Spon. *Itin. Tom.* 2. *pag.* 410.

2. Mulieris ex hac tribu meminit lapis Eleusinius:

ΛΥΣΙΚΡΑΤΗΣ ΑΝΑΞΟΝΟΣ
ΑΝΑΞΙΩΝΟΣ ΚΑΛΙΣΣΩ
ΙΩΝΑ ΜΑΤΗΡ (a) ΑΝΕΘΗΚΕ

(a) Ματὴρ. Iuxta Doricam dialectum, non Atticam, ut *Sponius* perperam ait. *Salvin.*

Ματὴρ pro Μητὴρ est secundum dialectum Atticam.

Spon. *Itin. Tom.* 2. *pag.* 421.

3. Posset esse idem locus, qui apud Athenaeum vocatur καλὴ ἀκτὴ, *pulcrum littus* lib. VI. Dipnosoph. nam locus ille maritimus habitabatur, quia loquitur de Caecilio Rhetore, qui ibi natus est, quique librum edidit de bellis servilibus. Harpocration dicit Ἀκτὴν esse regionem maritimam Atticam.

Spon. *Itin. Tom.* 2. *p.* 421.

Digitized by Google

dem intra urbem, alter extra. Vbi etiam eos, qui in bello occubuerunt, ſepelirebant publice, & orationes funebres habebant. Sunt autem hinc, & inde columnae, in illorum honorem, qui publice ſepulti ſunt, poſitae, habentes inſcriptiones, ubi quiſque fuerit ſepultus. In altero vero erant, & proſtituebantur meretrices. Ergo certum, meretrices in Ceramico intra Vrbem proſtitiſſe. Et hunc ipſum intelligit Lucianus in Meretriciis, in Dialogo Meliſſae, & Bacchidis: Ἄπιθί, φησι, πρὸς τὸν ναύκληρον Ἑρμότιμον, ἢ τὰ ἐπὶ τῶν τοίχων γεγραμμένα ἐν τῷ Κεραμεικῷ ἀνάγνωθι, ὅπῃ κατεγηλίτευσαι ὑμῶν τὰ ὀνόματα. τίνα Ἑρμότιμον; τίνα, ἔφην, ἢ ποίαν σήλην λέγεις; *Abi, inquit, ad nauclerum Hermotimum, vel ea, quae in parietibus in Ceramico ſcripta ſunt, lege, ubi inciſa ſunt veſtra nomina. Quem Hermotimum? quem, inquam, aut qualem columnam dicis?* Vbi obſerva: meretricum illic, & amatorum quoque nomina parietibus, columniſque inſcripta fuiſſe (a). Ad exitum huius Ceramici erat τὸ Δίπυλον. Adparet ex verbis Plutarchi in Sylla: ἄνευ γὰρ τῶν κατὰ τὴν ἄλλην πόλιν ἀναιρεθέντων, ὁ περὶ τὴν ἀγορὰν φόνος ἐπέσχε πάντα τὰ ἐντὸς τοῦ Διπύλου Κεραμεικοῦ. *Abſque enim illis, qui ad aliam urbis partem ſublati ſunt, quae circa forum facta caedes obtinuit omnem intra Dipylum Ceramicum.* Et illic ſcripta meretricum nomina, quod ſtatim dixi. Clare Lucianus ingerit loco citato. Ἐγὼ δὲ ἐμεμνήμην, ὅτι κατὰ τοίχου τινὸς ἔλεγε καταγεγράφθαι τοὔνομα ἐν Κεραμεικῷ. ἔπεμψα οὖν Ἀκίδα κατασκεψομένην. ἡ δ' ἄλλο μὲν οὐδὲν εὗρε, τοῦτο δὲ μόνον ἐπιγεγραμμένον ἑστώντων ἐπὶ τὰ δεξιὰ πρὸς τῷ Διπύλῳ, Μέλιττα φιλεῖ Ἑρμότιμον. καὶ μικρὸν αὖθις ὑποκάτω. ὁ ναύκληρος Ἑρμότιμος φιλεῖ Μέλιτταν. *Ego quidem memini, quod ad murum quemdam dixerit inſcriptum eſſe nomen in Ceramico; miſi igitur Acidem, quae videret. Illa vero aliud quidem nihil invenit, illud vero ſolum inſcriptum, quod eſt ingredientibus ad dextram iuxta Dipylum, Melitta amat Hermotimum. Et paulum inde inferius. Nauclerus Hermotimus amat Melittam.* Nunc veniamus ad Ceramicum extra Vrbem. Eius meminit Thucydides lib. VI. καὶ ὡς ἐπῆλθεν ἡ ἑορτὴ, Ἱππίας μὲν ἔξω ἐν τῷ Κεραμεικῷ καλουμένῳ μετὰ τῶν δορυφόρων διεκόσμει ὡς ἔκαστα ἐχρῆν τε πομπῆς προϊέναι. *Et quum veniſſet dies feſtus, Hippias quidem extra in Ceramico ita dicto cum haſtatis ordinabat quomodo quaeque oporteret in pompa procedere.* Et Plato in Parmenide. καταλύειν δὲ αὐτοὺς ἔφη ἐκτὸς τείχους ἐν Κεραμεικῷ. *Diſſolvere vero illos, inquit, extra murum in Ceramico.* Illic ſepeliri ſolebant, qui in bello occubuiſſent (b). Vidimus in verbis iam citatis Heſychii, Suidae, & Scholiaſtae Ariſtophanis. Et ſignate quoque Harpocration de eo. ἔνθα καὶ τοὺς ἐν πολέμῳ τελευτήσαντας ἔθαπτον δημοσίᾳ, καὶ τοὺς ἐπιταφίους ἔλεγον. *Vbi & illos, qui in bello occubuerunt, ſepeliebant publice, & orationes funebres habebant.* Inde δημόσιον σῆμα adpellat Thucydides lib. II. τιθέασιν ὧν εἰς τὸ δημόσιον σῆμα, ὅ ἐστιν ἐπὶ τοῦ καλλίστου προαστείου τῆς πόλεως. *Poſuerunt igitur ad publicum ſignum (c), quod eſt in pulcerrimo ſuburbio oppidi.* Ad quem locum Scholiaſtes. εἰς τὸ δημόσιον σῆμα, τὸ καλούμενον Κεραμεικόν. *In publicum ſignum vocatum Ceramicum.* Sed in illis Thucydidis verbis etiam hoc obſerva mihi, ſuburbium fuiſſe, & quidem quod pulcritudine cetera omnia antecelleret. Quorumnam autem ibi ſepulcra, particulatim, & prolixe eſt videre apud Pauſaniam in Atticis, ubi Academiam deſcribit. Nullam quidem Ceramici mentionem ille facit, ſed Academiam, & Ceramicum eadem eſſe ſcire oportet; noſque id ſtatim oſtendemus. Porro ibidem certamen lampadum peragi ſolitum. Suidas. Κεραμεικὸς, τόπος τῆς Ἀττικῆς ὑψηλὸς, ὅπου ἐπετέλουν Ἀθηναῖοι κατ' ἔτος λαμπάδος χορῶ ἀγῶνα. *Ceramicus, locus Atticae altus, ubi celebrabant Athenienſes ſingulis annis feſtum lampadis chori certamen.* Et id Λαμπὰς dicebatur. Heſychius. Λαμπάς, λαμπάδος ἀγών. *Lampas, Lampadis certamen.* Andocides Orat. contra Alcibiadem. κἀγὼ τοι τυγχάνω νενικηκὼς εὐανδρίᾳ, καὶ λαμπάδι, καὶ τραγῳδοῖς. *Et contigit, ut victor fuerim per virtutem, & in Lampade, & Tragoedis.* Ita legendum illum locum moneo in Commentario in Harpocrationem in εὐανδρίᾳ. Arrianus de Exped. Alexandri lib. III. ἐνταῦθα θύσας τῷ πατρίῳ νόμῳ Ἀλέξανδρος, καὶ λαμπάδα ποιήσας, καὶ ἀγῶνα γυμνικόν. *Ibi quum ſacrificaſſet patrio ritu Alexander, & lampada egiſſet, & certamen gymnicum.* Iſaeus De Philoctem. haered. τηλικοῦτος ὢν τετριηράρχηκεν, κεχωρήγηκε δὲ τραγῳδοῖς, γεγυμνασιάρχηκε δὲ λαμπάδι. *Talis triremi praefectus fuit, & choragus tragoedorum, & praefuit exercitio in lampade.* Meminit huius certaminis etiam Xenophon. περὶ προσόδων p. 929. E. Et Pollux lib. VIII. cap. IX. Erat vero certamen id triplex: unumque Panathenaeis, alterum Vulcanalibus, tertium Prometheis peragebatur. Scholiaſtes Ariſtophanis ad Ranas. ὁ δὲ λαμπάδος ἀγὼν τρίτον Ἀθήνησιν ἦγετο κατὰ τὰ Προμήθια, Ἡφαίστια, Παναθήναια. *Lampadis certamen triplex Athenis celebrabatur, in Prometheis, Vulcanalibus, Panathenaeis.* Harpocration. τρεῖς ἄγουσιν Ἀθηναῖοι ἑορτὰς Λαμπάδος, Παναθηναίοις, καὶ Ἡφαιστείοις, καὶ Προμηθείοις. *Tria agunt Athenienſes feſta Lampadis, in Panathenaeis, & Vulcanalibus, & Promethaeis.* Sacra vero ſingula diis feſtorum praeſidibus, Minervae, Vulcano, ac Prometheo. Scholiaſtes Ariſtophanis ad Ranas. λαμπαδηδρομίαι δ' γίνονται τρεῖς ἐν τῷ Κεραμεικῷ, Ἀθηνᾶς, Ἡφαίστου, Προμηθέως. *Lampadis autem curſus tres fiunt in Ceramico, Minervae, Vulcani, Promethei.* Vide quoque Etymologici auctorem in Κεραμεικός. Plato de Rep. lib. I. λαμπὰς ἔσται πρὸς ἑσπέραν ἀφ' ἵππων τῇ θεῷ. *Lampas erit ad veſperam*

(a) Hoc etiam modo ſuos amores profiteri Amantes conſueverunt. Virgilius *Ecloga* X.

Certum eſt in ſilvis, inter Spelaea ferarum
Malle pati, teneriſque meos incidere amores
Arboribus: creſcent illae, creſcetis amores.

(b) Moris erat apud varias gentes, vita functos extra bes ſepelire, ut aeris ſalubritati conſulerent. Vide *Alexand. ab Alexand. Lib. III. Dier. Genial.* Cap. II.

(c) Ridiculum plane eſt, vertere hic σῆμα *ſignum*, quum non una ſit huius vocabuli ſignificatio, atque hoc in loco *ſepulcrum* evidenter denotet. Cōnſulatur *Plato* in *Cratylo*, & *Macrobius* in *Somnium Scipion. Lib. I. Cap.* XI.

Digitized by Google

ſperam ab equis, Divae. Minervam intelligit, cui ut proprium feſtum illud Panathenaicum, ita, quod tunc celebrabatur, lampadum certamen. Alterius, Vulcano ſacri meminit Herodotus lib. VIII. κατάτερ Ἕλληνσιν ἡ λαμπαδηφορία, ἢ τῷ Ἡφαίστῳ ἐπιτελέυσι. *Quemadmodum Graecis lampadephoria, quam Vulcano celebrant*. Et certaturi, ex turri quadam, quae in Ceramico, accenſas faces accipiebant. Hinc Ariſtophanes Ranis v. 129. &c.

ΗΡ. καθέρπυσον νῦν ἐς Κεραμεικόν.
ΔΙ. κατά τι;
ΗΡ. ἀναβὰς ἐπὶ τ πύργον ὑψηλόν.
ΔΙ. τί δρῶ;
ΗΡ. ἀφιεμένῳ τ λαμπάδ' ἐντεῦθεν θεῷ,
κἄπειτ' ἐπιδὰν φῶσιν οἱ θεώμενοι
εἶναι, τόθ' εἶναι καί σ' αὐτόν.
Prorepe nunc in Ceramicum,
Quare?
Aſcendens in turrim excelſam,
Quid agam?
Demittentem facem inde Deae,
Deinde poſtquam iuſſerint ſpectatores
Demittere, tunc demitte tu teipſum.

Vbi Scholiaſtes; Κεραμεικὸς δὲ τόπος Ἀθήνησιν, ὅπου συνετελοῦν οἱ Ἀθηναῖοι κατὰ ἐνιαυτὸν λαμπαδαρχον ἀγῶνα, πρὸς ᾧ τῷ τόπῳ τούτῳ πύργόν τινα ὑπάρχειν φασὶν, ἐφ' ὃν συμβουλεύει αὐτὸν ἀναβάντα θεωρεῖν τ λαμπάδα. *Ceramicus autem locus Athenis, ubi celebrabant Athenienſes annuum Lampadis certamen. Ad locum vero illum turrim quamdam exſtare dicunt, in quam ſuadet, eum aſcendentem intueri lampada*. Dixi in Ceramico certatum; ſed Promethea in Academia peragebantur. Clarum ex Pauſania in Atticis, qui tradit, aram in Academia Promethei fuiſſe, unde accenſas faces in urbem curſu deferebant. ἐν Ἀκαδημίᾳ δέ, inquit, ἐστι Προμηθέως βωμός. καὶ θέουσιν ἀπ' αὐτοῦ πρὸς τὴν πόλιν ἔχοντες καιομένας λαμπάδας. *In Academia autem eſt Promethei ara. Et proſpiciunt ab ea verſus urbem, qui tenent ardentes faces*. Solvam nodum, ne quid turbet. Academia, & Ceramicus, idem erant. Heſychius. Ἀκαδημία, λυτρὸν, ἢ πόλις· λέγεται δὲ γυμνάσιον Ἀθήνησιν ἀπὸ Ἀκαδήμου ἀναθεντος, καὶ τόπος, καλεῖται γὰρ ὕστως ὁ Κεραμεικός. *Academia, balneum, vel urbs. Dicitur autem gymnaſium Athenis ab Academo, qui id dedicavit, & locus. Vocatur enim hoc modo Ceramicus*. Et non Prometheus illic tantum colebatur, ſed Minerva quoque, & Vulcanus; omnes lampadarii certaminis praeſides dii uno, eodemque in loco. Apollodorus apud Schol. Sophoclis ad Oed. Col. συνλιμᾶται δὲ (ὁ Προμηθεὺς) καὶ ἐν Ἀκαδημίᾳ τῇ Ἀθηνᾷ, καθάπερ ὁ Ἡφαιστος. καὶ ἐστιν αὐτῷ παλαιὸν ἵδρυμα καὶ ναὸς ἐν τῷ τεμένει τ θεᾶ. δείκνυται δὲ καὶ βάσις ἀρχαία κατὰ τ εἴσοδον, ἐν ᾗ τε Προμηθέως ἐστὶ τύπος, καὶ τῆ Ἡφαίστου. πεποίηται δὲ, ὡς καὶ Λυσιμαχίδης φησὶν, ὁ μὲν Προμηθεὺς, πρῶτος καὶ πρεσβύτερος, ἐν δεξιᾷ σκῆπτρον ἔχων, ὁ δὲ Ἡφαιστος νέος, καὶ δεύτερος. καὶ βωμὸς ἀμφοῖν κοινός ἐστιν ἐν τῇ βάσει ἀποτετυπωμένος. *Vna colitur autem (Prometheus) etiam in Academia Minervae, ſicut Vulcanus. Eſtque ipſi vetus ſtatua, & templum intra ſeptum Deae. Demonſtratur quoque baſis vetuſta ad introitum, in qua Promethei effigies eſt, & Vulcani. Factus autem eſt, ut Lyſimachides etiam teſtatur, Prometheus primus, & ſenior in dextra ſceptrum tenens. Vulcanus vero iuvenis, & ſecundus. Araque ambobus communis eſt in baſi expreſſa*. Vt vero ſingula ſingulis ſacra, ita uni Pani univerſa. Accipio ex Libanii verbis Declam. XV. μηδ' ὑράσθω τοίνυν ὁ βωμὸς, μέχρις ἂν θεραπεύῃ Παναθηναίοις μὲν Ἀθηνᾶ, μυηρίοις δὲ Δημήτηρ, τῇ λαμπάδι δὲ ὁ Πάν. *Neque videatur igitur ara, uſque dum ſacra fiant in Panathenaeis quidem Minervae, myſteriis vero Cereri, Lampade Pani*. Atque ut certamen triplex erat, ſic tres numero, qui certabant; certamen autem iſtud erat, ut facem accenſam in locum deſtinatum perferrent; nam cui exſtingui illam contingeret, is victoria excidebat. Vtrumque eſt animadvertere apud Pauſaniam loco citato: τὸ δὲ ἀγώνισμα, ὁμοῦ τῷ δρόμῳ φυλάξαι τὴν δᾷδα ἔτι καιομένην, ἐστίν. ἀποσβεσθείσης δὲ, οὐδὲν ἐστι τ νίκης τῷ πρώτῳ. δευτέρῳ δ' ἀντ' αὐτοῦ μέτεστιν. εἰ δὲ μηδὲ τούτῳ καίοιτο, ὁ τρίτος ἐστὶν ὁ κρατῶν· εἰ δὲ κ πᾶσιν ἀποσβεσθείη, οὐδείς ἐστιν ὅτῳ καταλείπεται ἡ νίκη. *Certamen vero eſt, ut ſimul in curſu ſervetur fax ardens. Si vero exſtincta fuerit, victoria prorſus deficit primum. Secundo autem pro illo adeſt. Sin autem neque huic ardeat, tertius eſt, qui teneat. Sin vero omnibus extinguatur, nemo eſt cui ſupereſt victoria*. Et currebant quidem pedibus, niſi quod Panathenaeis poſtea etiam in equis coeperunt. Obſervo ex Platonis verbis iam citatis: ἆρα γε (ἦν δ' ὅς) οὐδ' ἴσε ὁτι λαμπὰς ἔσαι πρὸς ἑσπέραν ἀφ' ἵππων τῇ θεῷ· ἀφ' ἵππων, ἦν δ' ἐγὼ, καινόν γε τοῦτο. *Vtique ſaltem, dicebat ille, neque noviſtis lampada futuram ad veſperam ab equis, Deae? ab equis, dicebam ego, novum quidem hoc*. Quia autem, ne facem exſtinguerent nimia curſus agitatione, ſegnius interdum currebant, ea propter ſeſe mutuo, riſus excitandi cauſa, planis manibus verberabant. Atque inde verba eo modo illata Κεραμεικαὶ πληγαὶ dicebantur. Heſychius. Κεραμεικαὶ πληγαὶ, πλατεῖαι. ἀγὼν γὰρ Ἀθήνησιν ἐντελὴς ἐν τῷ Κεραμεικῷ, ἐν ᾧ τύπτουσι πλατείαις χερσὶ τοὺς μὴ τρέχοντας, καὶ τοὺς ἄλλους ἀγωνιστὰς, γέλωτος χάριν. *Ceramici ictus, lati. Certamen enim Athenis celebrabatur in Ceramico, quo verberant planis manibus eos, qui non currunt, alioſque certatores, riſus cauſa*. Scholiaſtes Ariſtophanis ad Ranas v. 1097. &c. iſtis verbis:

——— κἄθ' οἱ Κεραμῆς
Ἐν ταῖσι πύλαις παίουσ' αὐτοῦ
Γαστέρα, πλευράς, λαγόνας, πυγήν.
Ὁ δὲ τυπτόμενος ταῖσι πλατείαις.
Ὑποπερδόμενος
Φυσῶν τ λαμπάδ', ἔφευγε.
——— *dein Ceramenſes*
In portis feriebant ipſius
Ventrem, latera, ilia, nates.
Percuſſus vero planis manibus
Suppedens
Exſtinguens lampada, aufugit.

τ πλατείαις, inquit, χερσὶ δηλονότι, ἢ μάσιξιν, ἢ ὕτω λεγομέναις Κεραμικαῖς πληγαῖς τε καὶ πλατείαις. *Planis intellige manibus, aut flagellis, aut*

aut ita dictis Ceramicis ictibus, qui planis manibus fiebant. Qui victor evaluerat, λαμπαδηφόρος dicebatur. Hesychius. λαμπάς. λαμπάδος ἀγών. καὶ ὁ νικήσας λέγεται λαμπαδηφόρος. *Lampas. Lampadis certamen, & victor dicitur lampadifer.* Atque haec de celeberrimo isto certamine. Porro in Ceramico: hoc extra Vrbem, Hecate quoque colebatur, vel Diana, ut alii volunt, Καλλίστη dicta. Hesychius. καλλίστη, ἡ θήρα τὸ πρότερον, καὶ ἡ ἐν τῷ Κεραμεικῷ ἱδρυμένη Ἑκάτη, ἣν ἔνιοι Ἄρτεμιν λέγουσιν (a). *Pulcerrima, venatio primum. Vt & in Ceramico collocata Hecate, quam quidam Dianam vocant.* Dixi extra Vrbem fuisse; etsi Hesychius non significet; quippe luculentus auctor mihi Pausanias in Atticis, qui Dianae adtribuit, & in Academia collocat. ἐγγυτάτω δὲ Ἀκαδημία, χωρίον ποτὲ ἀνδρὸς ἰδιώτου, γυμνάσιον δὲ ἐπ' ἐμοῦ. κατιοῦσι δ' ἐς αὐτὴν περίβολός ἐστιν Ἀρτέμιδος, καὶ ξόανα Ἀρίστης καὶ Καλλίστης. *Proxima autem Academia, ager quondam hominis privati, gymnasium vero meo tempore. Descendentibus vero ad illum, occurrit septum Dianae, & statuae Optimae, & Pulcerrimae.* Atque ut ostendi, Academia, & Ceramicus extra Vrbem unum erant. In trivio eius colebatur Mercurius Τετρακέφαλος. Hesychius. Τετρακέφαλος Ἑρμῆς ἐν τῇ τριόδῳ τῇ Κεραμεικῷ ἵδρυτο. *Quadriceps Mercurius in trivio Ceramico dedicatus erat.* Qui autem Ceramicum inhabitabant, Κεραμῆς dicebantur. Vides in verbis iam citatis Aristophan. in Ranis, ubi Scholiastes: Κεραμῆς. οἱ τὸ Κεραμεικὸν οἰκοῦντες· δῆμος δὲ Ἀθηναίων. *Ceramenses. Qui Ceramicum incolunt, populus Atheniensium. Moschopulus* simpliciter dicit, Κεραμεῖς, δῆμος ἐν Ἀθήναις. *Ceramenses, populus Athenis.* Occurrit apud AEschinem quoque in Timarchum. Γύλων ἦν ἐκ Κεραμέων. *Gylon erat ex Ceramensibus.* Et apud Diogenem Laërtium in Theophrasto lib. v. cap. LVII. Θήσιππος Θησίππου ἐκ Κεραμέων. *Thesippus Thesippi filius ex Ceramensibus.* Erat autem populus iste tribus Acamantidis. Harpocration. δῆμός ἐστι φυλῆς τῆς Ἀκαμαντίδος, Κεραμεῖς. *Populus est tribus Achamantidis, Ceramenses.* Nomen datum ab arte figulina, & sacris ibi fieri solitis Ceramo heroi. Suidas. δῆμός ἐστι τῆς Ἀκαμαντίδος οἱ Κεραμεῖς. εἴληφε δὲ τὸνομα ἀπὸ τῆς κεραμικῆς τέχνης, καὶ τῷ θυῖν Κεράμῳ τινὶ ἥρωι. *Populus est Acamantidis, Ceramenses dicti. Sortitus est hoc nomen a figulina arte, & quod sacrificaverint Ceramo cuidam heroi.* Sed distinguendum esse existimo; & ut Ceramici duo, hic intra, ille extra Vrbem; ita Vrbano nomen datum a Ceramo heroe; alteri ab arte figulina. Inde coniecturam facio, quod Vrbano Ceramum tribuat Pausanias Atticis. τὸ δὲ χωρίον ὁ Κεραμεικὸς, τὸ μὲν ὄνομα ἔχει ἀπὸ ἥρωος Κεράμου, Διονύσου τε εἶναι καὶ Ἀριάδνης καὶ τούτου λεγομένου. *Ager vero Ceramicus nomen quidem habet ab Heroe Ceramo, & ipso Bacchi, & Ariadnes dicto filio.* 1

ΚΕΦΑΛΗ. *CEPHALE.*

Itidem tribus Acamantidis. Suidas. Κεφαλῆθεν, δῆμος Ἀκαμαντίδος ἡ Κεφαλή. *A Cephale, populus Acamantidis est Cephale.* Harpocration. Κεφαλή, δῆμος τῆς Ἀκαμαντίδος, ἀφ' ἧς ὁ δημότης λέγεται Κεφαλῆθεν. *Cephale, populus Acamantidis. A qua popularis dicitur a Cephale.* Meminit Aristophanes Avibus v. 417.

Ὁ πατὴρ ἆρα τῆς κορυδοῦ νυνὶ κεῖται τεθνεὼς Κεφαλῆσι.

Pater utique Corydi nunc sepultus est, mortuus in Cephale.

Vbi Scholiastes: προσέπαιξε τὸν δῆμον. Κεφαλὴ γὰρ δῆμος τῆς Ἀκαμαντίδος φυλῆς. *Illusit populum. Cephale enim populus Acamantidis tribus.* Erat illic templum Dioscurorum, ibique summa cum religione colebantur. Pausanias in Atticis. Κεφαλῆσι δὲ οἱ Διόσκουροι νομίζονται μάλιστα. μεγάλους (b) γὰρ σφᾶς οἱ ταύτῃ θεοὺς ὀνομάζουσιν. *In Cephalis quidem Dioscuri coluntur praecipue. Magnos enim illos, qui in illa regione habitant, Deos vocant.* 2

ΚΗΔΑΙ,

1. Κεραμεικὸς ὁ ἔξω, *Ceramicus exterior*, etiamnum vocatur Keramaia. Spon. *Itiner. Tom. 2. pag. 422.*

2. Cephale habebat templum Castoris, & Pollucis. Basis statuae Eleusine:

ΔΗΜΗΤΡΙ ΚΑΙ ΚΟΡΗΙ
Η ΙΕΡΑ ΓΕΡΟΥΣΙΑ Μ. ΑΤ
ΡΗΛΙΟΝ ΛΙΘΟΦΟΡΟΝ ΠΡΟ
Σ ΔΕΚΤΟΝ ΠΙΣΤΟΚΡΑ
ΤΟΥΣ ΚΕΦΑΛΗΘΗΝ (c) ΠΡΕΣ
ΒΕΥΣΑΝΤΑ ΠΡΟΙΚΑ ΤΙΜΗ
ΘΕΝΤΑ ΔΕ ΥΠΟ ΘΕΟΥ
ΚΟΜΜΟΔΟΥ ΤΗ ΡΩΜΑ
ΙΩΝ ΠΟΛΕΙΤΕΙΑ ΑΡΞΑΝ
ΤΑ ΤΟΥ ΚΗΡΥΚΩΝ ΓΕ
ΝΟΥΣ ΑΡΞΑΝΤΑ ΤΗΣ ΙΕ
ΡΑΣ ΓΕΡΟΥΣΙΑΣ ΕΥΣΕΒΕ
ΙΑΣ ΕΝΕΚΑ

ΑΤΤΙΚΕΣ ΕΥΔΟΞΟΥ ΣΦΗΤ
ΤΙΟΣ ΟΠΟΙΗΣΕ

Spon. *Itin. Tom. 2. pag. 423.*

(a) Heinc *Virgilius.*
Tergeminamque Hecaten, tria virginis ora Dianae.

(b) Magni dii, qui dicerentur, vide apud *Matth. AEgyptium* in S. C. de Bacchanalibus commentantem.

(c) Κεφαλῆθεν.

Digitized by Google

ΚΗΔΑΙ. *CEDAE.*

Ignotae tribus. Meminit Demosthenes in Evergum. ἦν μεμαρτυρήκασι προκαλέσασθαι πρὸς τῷ διαιτητῇ Πυθοδώρῳ ἐκ Κηδῶν παραδιδόναι ἕτοιμον εἶναι. *Quam testati sunt provocasse sub arbitratu Pythodori ex Cedis tradere paratam esse.* 1

ΚΗΤΤΟΙ. *CETTI.*

Leontidis tribus. Harpocration. Κητλοί. Λυσίας ἐν τῷ καὶὰ Νικίᾳ ἀργίας. δῆμός ἐςι τ῀ Λεοντίδ῀, ὡς Διόδωρ῀ ὁ Περιηγητής φησι. *Cetti. Lysias in oratione adversus Niciam de ignavia. Populus est Leontidis, ut Diodorus Periegetes inquit.* Suidas. Κηττοί, δῆμ῀ τ῀ Λεοντίδ῀. *Cetti, populus Leontidis.* Hinc erat Eubulus Comicus. Anonymus in Collect. Hist. in anno 1. Olymp. CI. Εἰβυλ῀ Κήτλι῀ Ἀθηναῖ῀ υἱὸς Εὐφράνορ῀, Κωμικὸς, ἤκμαζεν μεθ῾ι῀ τ῀ μέσης Κωμῳδίας καὶ παλαίας. *Eubulus Cettius Athenienſis, filius Euphranoris, Comicus, floruit adſinis mediae Comoediae, & veteri.* Vide Suidam quoque in Εὔβυλ῀.

ΚΗΦΗΣΙΑ. *CEPHESIA.*

Erechtheidis tribus. Popularis Κηφησιεὺς dicebatur. Harpocration, Κηφησιεὺς, Ἰσαῖ῀ ἐν τῷ κατ᾽ Ἐλπαγόρα καὶ Δημοφάνους. δῆμός ἐςι τ῀ Ἐρεχθηίδ῀ φυλῆς. *Cephesienſis, Isaeus in oratione adversus Elpagoram, & Demophanem. Populus est Erechtheidis tribus.* Hic degebat maxime Herodes Sophista. Philostratus de Vita Sophist. lib. II. διητᾶτο μὲν ὁ Ἡρώδης ἐν τῇ Ἀττικῇ παρὰ τοὺς φιλτάτους ἑαυτῷ δήμους, Μαραθῶνα, καὶ Κηφισίαν. *Degebat quidem Herodes in Attica apud amicissimos sibi populos, Marathona, & Cephesiam.* Agellius lib. XVIII. cap. X. *In Herodis C. V. villam, quae est in agro Attico, loco qui adpellatur Cephisia* (b), *aquis, & lucis, & nemoribus frequentem aestu anni medio concesserat.* Vide eumdem iterum lib. I. cap. II. Meminit Cephisiae etiam Diogenes Laertius in Platone lib. III. cap. XLI. τὸ ἐν Ἡφαιστιαδῶν χωρίον, ᾧ γείτων Βορρᾶθεν ἡ ὁδὸς ἡ ἐκ τῆ῀ Κηφησιάσιν ἱερῆ῀. *Ager in Hephaestiadum terra, cui vicina est a borea via, quae ducit ex Cephesiensium fano.* Isaeus popularem nominat Orat. περὶ τῆ῀ Φιλοκτήμο῀ κλήρ῀. Φιλοκτήμων γὰρ ὁ Κηφισιεὺς φίλ῀ ἦν Χαιρεστράτῳ τούτῳ. *Philoctemon enim Cephesiensis amicus erat Chaerestrato illi.* Et occurrit illic pluries. Lysias κατὰ Νικομάχου. Σάτυρ῀ δ᾽ ὁ Κηφισιεὺς βουλεύων ἔπεισε τὴν βουλὴν δήσαντας αὐτὸν παραδοῦναι τῷ δικαστηρίῳ. *Satyrus vero Cephesiensis senator persuasit senatui, ut ipsum ligantes traderent iudicio.* 2

ΚΙΚΥΝΝΑ. *CICYNNA.*

Tribus Acamantidis. Ac festum illic Apollinis agebatur. Aristophanes Nubibus vers. 134.

Φείδων῀ υἱὸς Στρεψιάδης Κικυννόθεν.
Phedonis filius Strepsiades a Cicynna.

Vbi Scholiastes. Κικυννόθεν, ἀπὸ δήμου τ῀ Ἀκαμαντίδ῀ φυλῆς, Κίκυννα. ἔνθα ἄγε῀ καὶ τὰ Ἀπολλώνεια. *A Cicynna, a populo Acamantidis tribus, Cicynna. Ibi etiam Apollinis festa celebrantur.* Lysias δημοσίων ἀδικημάτων. καὶ τὰ μὲν Σφηττοῖ ἤδη τρία ἔτη μεμίσθωκα τὰ δὲ Κικυννοῖ καὶ τῆς οἰκίας ἐδικαζόμην τοῖς ἔχουσι. *Et illa quidem Sphetti iam per tres annos conduxi, quae vero a Cicynna, & domus, addixi obtinentibus.* Et mox iterum. πρῶτον μὲν, τοὺς μεμισθωμένους παρ᾽ ἐμοῦ τὸ Σφηττοῖ, ἔπειτα τὸ Κικυννοῖ. *Primum quidem, conductos a me in Sphetto, dein quod in Cicynna.* Populares dicebantur Κικυννεῖς. Emendandus est Hesychius. Κικυννεῖς, δῆμ῀ τῆς Ἀκαμαντίδ῀ φυλῆς. *Cicynnenses, populus Acamantidis tribus.* Hodie editur Κικινεῖς. Et paulo ante. Κικίννης, δῆμ῀ Ἀκαμαντίδ῀ φυλῆς. *Cicines, populus Acamantidis tribus.* Eodem modo rescribendum.

ΚΟΘΩΚΙΔΑΙ. *COTHOCIDAE.*

Cuius tribus, incertum. Hesychius. Κοθωκίδαι δῆμ῀. *Cothocidae, populus.* AEschines in Epistola ad Ctesiphontem. ταῦτα δ᾽ ἡμῖν ἔπεμψε, καὶ πυρῶν μεδίμνους, ὅσοις ἐγὼ μεδίμνοις οὐχ ὅπως ἐμαυτὸν, ἀλλὰ καὶ πάντας Κοθωκίδας διαρκεῖν ἂν ἐδυνάμην. *Illa vero nobis misit & tritici medimnos, quibus medimnis non utcumque meipsum, sed & omnes Cothocidas sustentare potueram.* Demosthenes Orat. περὶ στεφ. καὶ εἵλοντο τούς δε, Κηφισοφῶντα Κλέων῀ Ἀναφλύστιον, Δημόκριτον Δημοφῶντ῀ Ἀναγυράσιον, Πολύκριτον Ἀπημάντου Κοθωκίδην. *Et elegerunt quidem, Cephisophontem Cleonis filium Anaphlystium, Democritum Demophontis filium Anagyrasium, Polycritum Apemanti filium Cothocidem.* Hinc oriundus erat AEschines. Plutarchus in eius vita. ἦ῀ δῆμον Κοθωκίδης, ὅτε

---

1. Meursius ignorat, cuius tribus sit. Sed in nostro marmore de tredecim tribubus ostenditur tribui Erechteidi istum populum adcensum fuisse. ΕΚΚΗ sine difficultate explicantur ΕΚΚΗΔΩΝ (a), ut apud Demosthenem Orat. in Evergum Πυθοδώρῳ ἐκ Κηδῶν. Spon. *Itin. Tom. 2. pag.* 424.

2. Retinet antiquum nomen etiamnunc. Quinque, aut sex milliaria distat Athenis. Poeta Menander ibi erat natus, ut discimus ex inscriptione apud Gruterum pag. DCCCCXVIII.

ΜΕΝΑΝΔΡΟΣ ΔΙΟΠΕΙΘΟΥΣ ΚΗΦΗΣΙΕΥΣ, &c.

Titulus antiquus Athenis supersest de Heracleone Cephisiensi:

ΗΡΑΚΛΕΩΝ ΗΡΑΚΛΕΩΝΟΣ
ΚΗΦΕΙΣΙΕΥΣ
ΔΩΡΟΘΕΑ ΙΣΙΓΕΝΟΥΣ ΜΥΡΡΙΝΟΥ
ΣΙΟΥ ΘΥΓΑΤΗΡ

Spon. *Itin. Tom. 2. pag.* 425.

(a) Ἐκ Κηδῶν.
(b) *Cephisia*, quia aliquando scribitur per ει, ut In subiecta inscriptione, & in Riccardiana, quam in Παρνηθίδος adduximus.

Digitized by Google

ὅτε κατὰ γένη τ ἐπιφανῶν, ὅτε κατὰ περιουσίαν χρημάτων. *Quod ad populum vero erat Cothocides, neque ſecundum genus illuſtrium, neque ſecundum abundantiam opum.*

ΚΟΙΛΗ. *COELE.*

Ignotae tribus. Corrigendus eſt Heſychius. Κοίλη, δῆμος Ἀττικῆς. *Coele, populus Atticae.* Non recte editur, Κοιλὶς, δῆμος Ἀ. Meminit AEſchines in Cteſiph. ἦν μὲν γὰρ ὁ τὸ ψήφισμα γράψας καὶ νικήσας, Ἀρχῖνος ὁ ἐκ Κοίλης, εἷς τ κατηγαγόντων τ δῆμον. *Erat enim, qui decretum ſcripſit, & vicit, Archinus ex Coele, unus eorum, qui deduxerunt populum.* Etar autem prope urbem; & ſepulcrum illic Thucydidis. Marcellinus in eius Vita. ἔστι δὲ αὐτοῦ τάφος πλησίον τ πυλῶν, ἐν χωρίῳ τ Ἀττικῆς ὁ Κοίλη καλεῖται, καθά φησιν Ἀντυλλος, ἀξιόπιστος ἀνὴρ μαρτυρῆσαι, καὶ ἱστορίαν γνῶναι καὶ διδάξαι δεινός. καὶ στήλη δή, φησιν, ἔστηκεν ἐν τῇ Κοίλῃ, Θουκυδίδης Ὀλόρου Ἀλιμούσιος, ἔχουσα ἐπίγραμμα. *Eſt vero ſepulcrum ipſius prope portam, in agro Atticae, qui Coele vocatur, ut teſtatur Antyllus, vir fide dignus, & gravis in hiſtoriae notitia, & doctrina. Columna quoque, inquit, ſtetit in Coele, habens inſcriptionem, Thucydides Olori filius Alimuſius.* Erant quoque monumenta Cimonia. Ecce apud eumdem Marcellinum. πρὸς γὰρ τ Μελιτισι πύλαις καλουμέναις ἐστὶν ἐν Κοίλῃ τὰ καλούμενα Κιμώνια μνήματα. *Ad portam vero, Melitenſes vocatam, ſita ſunt in Coele monumenta dicta Cimonia.* 1 (a)

2 ΚΟΛΥΤΤΟΣ. *COLYTTVS.*

Heſychius. Κολυτὸς, ἔνομα δήμου. *Colyttus. nomen populi.* Erat autem tribus AEgeidis, Harpocration. δῆμός ἐστι τ Αἰγηίδος φυλῆς Κολυτός. *Populus eſt AEgeidis tribus Colyttus.* Corrigendus Alciphron in Epiſtola Megarae ad Bacchidem. τοῖς Ἁλώοις ὑ ἐν Κολυτῷ ἑστιώμεθα παρὰ τῷ Θετάλης ἐραστῇ. *Halois in Colytto excipimur epulo apud Thettales amatorem.* Male editur, ἐν Κολλυτῷ. Multa ubique occurrit mentio. Confinis vero erat Melitae, & columna diſtinguebatur. Strabo lib. I. μὴ ὄντων γὰρ ἀκριβῶν ὅρων, καθάπερ Κολυτοῦ καὶ Μελίτης, οἷον σηλῶν ἢ περιβόλων, τοῦτο μὲν ἔχειν φάναι ἡμᾶς, ὅτι, τοῦτο μέν ἐστι Κολυτὸς, τοῦτο δὲ Μελίτη. *Quum enim haud adcurati ſint termini, ſicut Colytti, & Melitae, quemadmodum columnarum, & ſeptorum, illud quidem adparere nobis poteſt, quod hoc quidem ſit Colyttus, illud vero Melita.* Hic menſe citius loqui pueri dicebantur. Tertullianus De Anima cap. XX. *Thebis hebetes, & brutos naſci relatum eſt: Athenis ſapiendi, dicendique acutiſſimos, ubi penes Colyttum pueri menſe citius eloquuntur praecoce lingua* (b). Itaque in deliciis pueri Colyttenſes. Obſervo apud Philoſtratum Sophiſtarum lib. II. ubi Herodes inter cetera Alexandro eos donat. Locus eſt iſte in Alexandro Sophiſta. καὶ τ Ἡρώδου ὑπερησθέντα τῷ ἐπαίνῳ, καὶ τ ἑαυτοῦ φύσεως γλυόμενον, δοῦναι οἱ δέκα μὲν σκευοφόρα, δέκα δὲ ἵππους, δέκα δὲ οἰνοχόους, δέκα δὲ σημείων γραφέας, τάλαντα εἴκοσι χρυσοῦ, πολὺν δὲ ἀργύριον, δύο δὲ ἐκ Κολυτοῦ παιδία ψελλιζόμενα (c), ἐπῳδὴν ἥκουσεν αὐτὸν χαίροντα νέαις φωναῖς. *Tum Herodem laude hac ſupra modum gaviſum, & ſuae naturae obſequutum, dediſſe illi decem iumenta, & decem equos, & decem pincernas, decem imaginum pictores, viginti talenta auri, multum vero argentum, duos ex Colytto pueros balbutientes, quia audiverat ipſum delectari novis vocibus.* AEſchines annos totos XLV. illic habitavit. Ipſe teſtatur in Epiſtola quadam ad Cteſiphontem. ὅταν δ' αὖ πάλιν ὑπέλθῃ μοι λογισμός τε καὶ γνώμη τ αὐτόθι, οὐχ ἑταίρων μόνον, ἀλλὰ καὶ συγγρῶν, καὶ ἐκκλησίας, καὶ Κολυτοῦ, ἐν ᾧ πέντε καὶ τεταράκοντα ἔτη ᾤκησα. *Quum vero rurſus mihi ſubiret ratiocinium, & ſententia eorum, quae ibi ſunt, non ſodalium modo, ſed & cognatorum, & concionis, & Colytti, ubi quinque, & quadraginta annos habitavi.* Hinc emendandus locus Harpocrationis in Ἴσχανδρος. δοκεῖ δ' αὐτῷ συνυποκρινόμενος Αἰσχίνης ὁ ῥήτωρ ἐν Κολυτῷ καταπεσεῖν, καθά φησι Δημοχάρης ἐν τοῖς Διαλόγοις. *Videtur autem AEſchines rhetor, cum ipſo hiſtrionem agens, in Colytto cecidiſſe, ut inquit Democharis in Dialogis.* Hodie editur, ἐν Καλύτ-

---

1. Eſt proxime Athenas. Meurſius eius tribum ignorat. In noſtro marmore dicitur fuiſſe ſub tribu Hippothoontide. In illo enim legitur ΔΙΟΝΤΣΙΟΣ ΔΙΟΝΙΣΙΟΥ ΕΚΚΟΙ. Conciſe pro ΕΚ ΚΟΙΛΗΣ, ut apud AEſchinem in Cteſiphonte legitur integre Ἀρχῖνος ὁ ἐκ Κοίλης. Spon. *Itin. Tom.* 2. *pag.* 426.

2. Abeſt quadrantem horae Athenis. Meurſius reprehendit Alciphronem, & Diogenem Laertium, quod hanc vocem ſcribant cum gemino Λ, & non cum uno, ut Heſychius, AEſchines, & Strabo. Sed pro illa ſcriptura ſtant veteres lapides Athenienſes:

Ο ΚΟΣΜΗΤΗΣ ΤΩΝ ΕΦΕΒΩΝ
ΜΑΡΚΟΣ ΙΟΥΛΙΟΣ ΠΗΝΩΝ ΜΑΡΑ
ΘΩΝΙΟΣ ΚΑΙ Ο ΑΝΤΙΚΟΣΜΗΤΗΣ
ΟΦΙΛΛΙΟΣ ΑΡΙΣΤΩΝ ΚΟΛΛΥ
ΤΕΥΣ &c.

Alius ad Iliſſum:

ΓΑΙΟΣ ΚΑΡΡΕΙΝΑΣ
ΔΙΟΥΜΗΔΗΣ
ΚΟΛΛΥΤΕΥΣ
ΚΑΡΡΕΙΝΑ
ΤΙΑ ΦΙΔΗΤΗ

Spon. *Itin. Tom.* 2. *pag.* 427.

(a) Vide Lib. III. *Athen. Attic.* Cap. XII.
(b) Sunt qui perhibeant *Torquatum Taſſum*, Poetam egregium, antevertiſſe aetatem loquela, & ingenio.
(c) Ovidius.
Eſt decus in vitio quaedam male reddere verba.

Digitized by Google

λύτῳ In Ald. edit. erat, ἐν Καλύτῳ AEschines cum Ischandro aliquando in Colytto, ubi habitabat, histrionem agens, cecidit. Id hoc loco adnotaverat Harpocration. Et ecce idem apud Apollonium Grammaticum in AEschinem. ἔπφτα ἀποσὰς τύτυ, τριταγωνισὴς ἐγένετο Τραγωδιῶν, καὶ ἐν Κολυτῷ ποτὲ Οἰνόμαον ὑποκρινόμυ@, κατέπεσε. *Postea ab eo desistens, actor tragicus factus est tertiarum, & in Colytto quandoque Oenomaum agens cecidit.* In hoc populo natus Plato. Diogen. Laertius in eius Vita lib. III. cap. III. ἦν ὢ τ δήμων Κολυτῆεὺς, ὥς φησιν Ἀντιλέων ἐν δευτέρῳ περὶ χρόνων. *Erat quod ad populos Colyttensis, ut habet Antileon in secundo de temporibus.* Ita enim scribendum ibi, non Κολλυτεύς· Etiam Timon μισάνθρωπ@. Lucianus in Dialogo cognomine. ὦ πάτερ, ἀγνοεῖς Τίμωνα τ Ἐχεκρατίδυ, τ Κολυτῆέα. *O Pater, an ignoras Timonem Echecratidae filium, Colyttensem.* Porro erat & angiportus quidam hoc nomine in media Athenarum urbe, foro insignis. Himerius in Eclog. γενωπός τις ἦν Κολυττὸς ὕτω καλύμυ@ ἐν τῷ μεσαιτάτῳ τ πόλεως, δήμυ μὲν ἔχων ἐπώνυμον, ἀγορᾶς ὢ χρέᾳ τιμώμυ@. *Angiportus quidam erat Colyttus, ita vocatus in medio urbis a populo eiusdem nominis, fori vero usu honoratus.*

ΚΟΛΩΝΟΣ. *COLONVS.*

De Colono, ceterisque item populis pridem mihi adnotata heic refingam; & adiungam, quae interea observavi. Erat autem iste duplex: unus intra Vrbem, prope forum, ad Vulcani, & Eurysacis fanum; & Ἀγοραῖ@, item Μίσθι@; alter extra Vrbem ad Neptuni erat; & Ἵππι@, Ἱππεὺς, ac Ἱππότης dicebatur; atque in illo mercenarii; in hoc muliones soliti convenire. Harpocration. Κολωνίτας· Ὑπερίδης, ἐν τῷ Πρὸς Ἀπελλαῖον, περὶ τ ϑησαυρ· Τὺς μισθωτὺς Κολωνίτας ὠνόμαζον, ἐπφδὴ παρὰ τῷ Κολωνῷ εἰσήκφσαν, ὅς ἐστι πλησίον τ ἀγορᾶς, ἔνϑα τὸ Ἡφαίστιον, καὶ το Εὐρυσάκφόν ἐστιν. ἐκαλεῖτο ὢ ὁ Κολωνὸς ἕτ@, Ἀγοραῖ@. ἦν δὲ ᾗ ἕτερ@ Κολωνὸς, πρὸς τὸ τ Ποσφδῶν@ ἱερὸν, ὡς Ὑπερίδης, ἐν τῷ Κατ' Αὐτοκλέυς. Οὕτ@ δ' ἂν εἴη ὁ τ ἱππέων. *Colonitas. Hyperides in Oratione adversus Apellaeum, de thesauro: Mercenarios adpellabant Colonitas, quia ad Colonum iterant, qui est prope forum, ubi Vulcani, & Eurysacis fana exstant. Vocabatur autem hic Colonus Forensis. Erat vero etiam alter Colonus ad Neptuni templum, ut Hyperides in Oratione adversus Autoclem; atque hic sit, quem nominabant, Equitum.* Pollux lib. VII. cap. XXIX. Δύο γὰρ ὄντων τ Κολωνῶν, ὁ μὲν Ἵππιος ἐκαλεῖτο· ὃ μέμνηνῦ, ὡς Οἰδίποδος εἰς αὐτὸν καταφυγόντος· ὁ δέ, ἐν τῇ ἀγορᾷ, παρὰ τὸ Εὐρυσάκφον· ὃ συνίεσαν οἱ μισθαρνῦντες. *Quum duo essent Coloni, ille Equestris vocabatur; cuius meminerunt, ceu ad eum Oedipus olim confugerit: iste in foro iuxta fanum Eurysacis; ubi conveniebant, qui mercede operas suas locabant.* Etymologici auctor breviter utrumque recenset. Ἀθήνησι δὲ δύο Κολωνοί. Ἵππιος, ᾗ Ἀγοραῖος. *Athenis vero duo sunt Coloni: Equestris, & Forensis.* Videndus quoque Suidas in Κολωνίτας. Muliones autem solitos convenire ad Equestrem, docet Scholiastes Sophoclis Oed. Col. ubi de eo agit: Καὶ αὐτῦ οἱ ὀρεωκόμι ἵστανῦ. *Et ibi stant muliones.* Et apposite; quippe ad Deorum templum, ipso cognomento suo patrocinium profitentium; erant enim illic fana Neptuni Ἱππίυ, & Minervae Ἱππίας (a), ut mox dicam. Prior Colonus, ut a foro, in quo erat Ἀγοραῖος, *Forensis*; ita quoque a convenientibus illic mercenariis, Μίσθιος, *Mercenarius* dictus. Scholiastes Aristophanis Avibus: Κολωνός ἐστιν ὁ ἕτερος, ὁ Μίσθιος λεγόμυος. *Colonus est alter, Mercenarius adpellatus.* Ita enim ibi legendum; non ὁ Μισθὸς λεγόμυος. *Merces adpellatus.* Et ab isto mercenarii vicissim Κολωνῖῆ, *Colonitae*, nuncupati. Est videre in Harpocrationis verbis iam citatis. Τὺς μισθωτὺς Κολωνίτας ὠνόμαζον. ἐπφδὴ παρὰ τῷ Κολωνῷ εἰσήκφσαν. *Mercenarios adpellabant Colonitas, quod nimirum ad Colonum constitissent.* Videndus quoque Suidas in Κολωνίτας; & Iul. Pollux lib. VII. cap. XXIX. Huc remittebantur etiam, qui ad opus faciendum sero accederent, ideoque novum sibi dominum quaerere iubebantur, versu hoc proverbiali:

Ὀψ' ἦλθες, ἀλλ' εἰς τ Κολωνὸν ἴεσο.

Sero venisti, sed in Colonum te confero.

In Appendice Vaticana Andreae Schotti, viri praestantissimi Cent. III. Proverb. XXIV. Ὀψ' ἦλθες, ἀλλ' εἰς τ Κολωνὸν ἴεσο. Ἐπὶ τ μισθωτῶν ἔλεγον. τὺς γὰρ ἐπὶ τὸ ἔργον ὀψὲ ἐλθόνλας, ἀπέλυον πάλιν ἐπὶ τὸ μισθωτήριον. τὸ δὲ, Κολωνός. *Sero venisti, sed in Colonum te confesto. In mercenarios dicebant. Nam, qui serius ad opus accederent, eos ad locum mercenariorum remittebant: iste autem Colonus erat.* Occurrit idem apud Hesychium in Κολωνὸς, & Ὀψ' ἦλθες. Hunc ipsum Colonum intelligi puto apud Terentium in Andria Act. II. Sc. II. v. 18. &c.

Continuo ad te properans percurro ad forum, ut dicam tibi haec.
Vbi te non invenio, ibi ascendo in quemdam excelsum locum.
Circumspicio. Nusquam. ——

Nam Κολωνὸς, ut notum, significat tumulum, & editiorem locum. Heic fuisse etiam censeo donarium Metonis astrologicum, de quo Suidas in Μέτων. Καλλίστρατος δέ φησιν, ἐν Κολωνῷ εἶναι αὐτῦ (τῦ Μέτωνος) ἀνάθημά τι ἀστρονομικόν. *Callistratus vero ait, in Colono esse ipsius (Metonis) donarium quoddam astronomicum.* Quae habes etiam totidem verbis apud Scholiasten Comici, Avibus. Fons quoque illic ab eodem factus. Suidas loco iam citato: Ἐν τῷ Κολωνῷ κρήνλω τινὰ (ὁ Μέτων) κατεσκευάσαλο, φησὶν ὁ Φρύνιχος Μονοτρόπῳ. *In Colono fontem quemdam (Meton) fecit, ut ait Phrynichus in Monotropo.* Ad Colonum Equestrem quod adtinet, huc confugit olim OEdipus. Pausanias Atticis: Δέκνυῆ δὲ καὶ χῶρος, καλύμυος Κολωνὸς Ἵππιος. ἔνϑα τ Ἀτλικῆς πρῶτον ἐλθεῖν λέγυσιν Οἰδίποδα. *Ostenditur vero etiam*

(a) Vide superius in Ἀχάρνα.

Digitized by Google

etiam locus, quem Colonum Equeſtrem dicunt; quo primum in Attica OEdipodem veniſſe aiunt. Scholiaſtes Homeri, ad Odyſſ. λ'. Οἱ δὲ Οἰδίπους, ἐκπεσὼν ὑπὸ Κρέοντος, ἦλθεν εἰς τὴν Ἀττικὴν, καὶ ᾤκησεν Ἱππέα Κολωνὸν καλούμενον. *OEdipus, a Creonte eiectus, in Atticam venit, habitavitque in Colono, quem Equeſtrem adpellabant*. Exſtatque in hanc rem fabula Sophoclis, Οἰδίπους ἐπὶ Κολωνῷ. Iuxta, hortus erat; in quo Plato aliquando philoſophatus. Diogenes Laertius in eius Vita lib. III. cap. v. Ἐφιλοσόφει δὲ τὴν ἀρχὴν ἐν Ἀκαδημίᾳ. εἶτα ἐν τῷ κήπῳ, τῷ περὶ τὸν Κολωνόν. *Philoſophabatur initio in Academia; poſtea vero in horto, qui erat iuxta Colonum*. Erat vero extra Vrbem ad ſtadia praeter propter decem; & Neptuni templum habebat. Thucydides lib. VIII. Ἔπεφτα, ἐπειδὴ ἡ ἡμέρα ἐφῆκε, ξυνέλεξαν τὴν ἐκκλησίαν εἰς τὸν Κολωνόν. ἔστι δὲ ἱερὸν Ποσειδῶνος, ἔξω τῆς πόλεως, ἀπέχον σταδίους μάλιστα δέκα. *Deinde, quum adveniſſet dies, conventum indixerunt ad Colonum. Eſt vero Neptuni fanum extra urbem, diſtans circiter ſtadiis decem*. Sed corruptus neceſſario iſte locus. Ecce enim, a Dipylo, ſive porta Ceramici, ad Academiam, ſtadia ſex dumtaxat erant. Clare Cicero De Fin. lib. v. cap. 1. *Conſtituimus inter nos, ut ambulationem poſtmeridianam conficeremus in Academiam; maxime, quod is locus ab omni turba id temporis vacuus eſſet. Itaque ad tempus ad Piſonem omnes, inde vario ſermone ſex illa a Dipylo ſtadia confecimus. Quum autem veniſſemus in Academiam, non ſine cauſa nobilitata ſpatia, ſolitudo erat, quam volueramus*. Atqui Colonus iſte erat inter Dipylum, & Academiam. Liquet ex ſequentibus illis verbis Ciceronis: *Me ipſum huc modo venientem convertebat ad ſeſe Colonus; ille locus, cuius incola Sophocles ob oculos verſabatur*. Reſtituendum ergo cenſeo, *ἀπέχον σταδίους μάλιστα δ'. Diſtans ſtadiis circiter quatuor*. Et hoc vero magis ſimile. Sequitur enim apud Thucydidem in citato ſtatim loco: Καὶ ἐσήνεγκαν οἱ ξυγγραφεῖς. Coniectura eſt, illud καὶ quum adhaeſiſſet literae δ', numeri quaternarii notae, hinc librarios, minime animum adtendentes, iſtud δέκα effinxiſſe. De Neptuni autem templo, cuius mentio in Thucydidis illis verbis, etiam Harpocration loquitur: Ἦν δὲ καὶ ἕτερος Κολωνὸς, πρὸς τὸ τοῦ Ποσειδῶνος ἱερόν. *Erat vero etiam Colonus alter ad Neptuni templum*. Idque erat, ſine dubio, τῷ Ἱππίῳ cognomento; plane ut Colonus ipſe Ἵππιος dictus. Et diſerte Sophoclis Scholiaſtes dicit ad Oed. Col. Ὁ Κολωνὸς, Ἱππεὺς ἐλέγετο. καὶ Ποσειδῶν, καὶ Ἀθηνᾶ, αὐτόθι Ἵππιοι. *Colonus Equeſtris dicebatur; & Neptunus, ac Minerva, ibi Equeſtres*. Erat Cereris praeterea, & Minervae Πολιούχου, item Iovis. Scholiaſtes Homeri ad Odyſſ. λ'. Ἦλθεν εἰς τὴν Ἀττικὴν, καὶ ᾤκησε τὴν Ἱππέα Κολωνὸν καλούμενον· καὶ ἱκέτευσεν ἐν τῷ ἱερῷ τῶν Θεῶν Δήμητρος, καὶ Πολιούχου (a) Ἀθηνᾶς, καὶ Διός, *Venit in Atticam, & Colonum, quem Equeſtrem adpellabant, habitavit; ac ſupplicavit in fano Dearum Cereris, & Minervae Vrbis*

Meurſii Tom. I.

(a) Minervam Πολιοῦχον eamdem eſſe crediderim, ac Πολιάδα, de qua ſuperius in Βουτεία.

praeſidis, atque Iovis. Ad Minervam vero quod adtinet, etiam haec Ἱππία dicta, pariter ac Neptunus Ἵππιος. Scholiaſtes Sophoclis in citatis ante verbis: Ὁ Κολωνὸς, Ἱππεὺς ἐλέγετο. καὶ Ποσειδῶν, καὶ Ἀθηνᾶ, αὐτόθι Ἵππιοι. *Colonus, Equeſtris dicebatur; & Neptunus, ac Minerva, ibi Equeſtres*. Aram certe Neptuni τοῦ Ἱππίου, & Minervae τῆς Ἱππίας (b), Pauſanias alibi memorat in Atticis, ubi de Colono agit: Λέγουσι δ' ὧν καὶ βωμὸν Ποσειδῶνος Ἱππίου, καὶ Ἀθηνᾶς Ἱππίας. *Commemorant itaque etiam aram Neptuni Equeſtris, & Minervae item Equeſtris*. Templum item erat Promethei, & Eumenidum. Scholiaſtes Sophoclis in Argumento Oed. Col. Καί ἐστιν ἐν τῷ τεμένει τῶν σεμνῶν Ἐρινύων, ὅ ἐστιν ἐν τῷ καλουμένῳ Ἱππίῳ Κολωνῷ, ὕστω κληθέντι, ἐπεὶ καὶ Ποσειδῶν ἐστιν ἱερὸν Ἱππίου, καὶ Προμηθέως. *Eſtque in fano venerandarum Eumenidum, quod eſt in Colono Equeſtri, ita dicto, quia illic etiam eſt Neptuni Equeſtris templum, & Promethei*. De Eumenidum templo prodit item Apollodorus lib. III. Παραγινόμενος ὁ (ὁ Οἰδίπους) σὺν Ἀντιγόνῃ εἰς Ἀττικῆς εἰς Κολωνὸν, ἔνθα τὸ τῶν Εὐμενίδων ἐστὶ τέμενος, καθίζει ἱκέτης. *Quum veniſſet autem (Oedipus) cum Antigona in Colonum Atticae, ubi nunc eſt fanum Eumenidum, conſedit ſupplex*. Et meminit vetus Interpres Statii Lutatius Theb. XII. *Oedipus, expulſus Creontis imperio, confugit ἐπὶ Κολωνῷ, in quo locus erat, Furiis conſecratus*. Heroa quoque illic ſtructa Pirithoo, Theſeo, Oedipo, Adraſto. Pauſanias in Atticis, ubi de Colono hoc agit: Ἡρῶον δέ (ἐν τῷ Ἱππίῳ Κολωνῷ) Πειριθόου, καὶ Θησέως Οἰδίποδός τε καὶ Ἀδράστου. *Heroum vero eſt (in Colono Equeſtri) Pirithoi, ac Theſei, Oedipique, & Adraſti*. Denique & metalla æris ibi erant, ut argenti in Laurio, de quibus alibi a me dictum (c); unde Χαλκόπους ὁδός, *AEripes via*, apud Sophoclem Oed. Col. v. 55. &c.

——— Οὗ δ' ἐπισείεις τόπον,
Χθονὸς καλεῖται τῆσδε Χαλκόπους ὁδὸς,
Ἔρεισμ' Ἀθηνῶν· οἱ δὲ πλησίοι γύαι,
Τόνδ' ἱππότην Κολωνὸν εὔχονθ' ὑφίστιν
Ἄρχηγὸν εἶναι. ———

——— *Quem vero calcas locum,*
Terrae vocatur huius AEripes via,
Fulcrum Athenarum; vicina autem arva,
Hunc Equeſtrem Colonum gloriantur ſibi
Principem eſſe. ———

Vbi Scholiaſtes: Οὕτως δὲ ἐκαλεῖτο, διὰ τὸ εἶναι μέταλλα χαλκοῦ ἐν Κολωνῷ. *Ita nuncupabatur, quod metalla æris in Colono eſſent*. Meminitque iterum v. 1585. &c.

Ἐπεὶ δ' ἀφῖκτο τὴν καταῤῥάκτην ὁδὸν,
Χαλκοῖς βαθροῖσι γῆθεν ἐῤῥιζωμένην,
Ἔσχε κελεύθων ἐν πολυσχίστῃ μιᾷ.
Vt vero venit ad praeruptam viam,
Aereis fundamentis ſubter fultam,
Conſtitit in via quadam multifida.

Porro ex Colono hoc Sophocles oriundus. Suidas: Σοφοκλῆς, Σοφίλου, Κολωνῆθεν, Ἀθηναῖος. *Sophocles, Sophili filius, e Colono oriundus, Athenienſis*. Et Scholiaſtes in eius Vita: Ἐγένετο δὲ ὁ Σοφοκλῆς τὸ γένος Ἀθηναῖος, δήμου Κολωνῆθεν. *Erat itaque Sophocles genere Athe-*

T *nienſis,*

(b) Vide ſuperius in Ἀχάρνα.
(c) Vide inferius in Λαύριον.

Digitized by Google

nienſis, populo Colonenſis. Cic. de Fin. lib. v. cap. 1. *Me ipſum huc modo venientem convertebat ad ſeſe Colonus; ille locus, cuius incola Sophocles ob oculos verſabatur.*
R. A. 1 a

ΚΟΝΘΥΛΗ. *CONTHYLE.*

Tribus, vel ut alii, Pandionidis. Ariſtophanes Veſpis.

Ω᾽ Στρυμόδωρε Κονθυλεῦ, βέλτιστε συνδικαστῶν.
O Strymodore Conthylenſis, optime judicum.

Vbi

1. Fuerunt duo Coloni, Κολωνὸς Ἱππίου Equeſtris Collis, & Κολωνὸς Ἀγοραῖος Collis Mercaturae. Ad alterutrum Colonorum pertinet inſcriptio Salaminia, quae dedicata eſt Menecrati, & eius filio Cononi.

μενεΚ Ρ Α Τ Η Σ
Θ Ε Ο Γ Ε Ν Ο Υ (a)
κολωΝ Η Θ Ε Ν

In eodem lapide:

Κ Ο Ν Ω Ν
Μ Ε Ν Ε Κ Ρ Α Τ Ο Υ (b)
Κ Ο Λ Ω Ν Η Θ Ε Ν

Spon. *Itin. Tom.* 2. *pag.* 428.

a. Sub qua tribu, plane incertum. Meminit Ariſtophanes Avibus v. 1004.

Σὺ δ᾽ εἶ τίς ἀνδρῶν; ὅς τις εἰμ᾽ ἐγώ; Μέτων.
Ὃν εἶδεν Ἑλλὰς χ᾽ ὁ Κολωνός.
Tu vero quis vir es? quis ſum ego? Meton.
Quem vidit Hellas, & Colonus.

Vbi Scholiaſtes. Εὐφρόνιος δέ, (φησι) ὅτι τῶ δήμων ἦν ἐκ Κολωνοῦ. τοῦτο δὲ ψεῦδος. Φιλόχορος δὲ, Λευκονέα φησὶν αὐτόν. *Euphronius vero (inquit) quod ſecundum populos fuerit e Colono. Sed illud eſt mendacium. Philochorus autem Leuconenſem eum perhibet.* Et mox iterum: ὅτι δὲ Κολωνὸς ἦν τῷ δήμῳ. ψεῦδος. *Quod populo Colonus fuerit, mendacium eſt.* Demoſthenes Orat. in Neaeram: ὡς Φιλόστρατον δὲ τὸν Κολωνῆθεν. ἡίθεον ἔτι ὄντα, καὶ φίλον αὐτῷ, καθίστησιν ὁ Λυσίας αὐτάς. *Ad Philoſtratum, qui a Colono, quum eſſet adhuc iuvenis, & amicus ipſi, commendat Lyſias ipſas.* Et mox; Φιλόστρατος Διονυσίου Κολωνῆθεν μαρτυρεῖ ἀδέναι. *Philoſtratus Dionyſii filius a Colono teſtatur ſe noſſe.* Sed duo erant apud Athenienſes Κολωνοί; unus intra urbem; alter extra eam. Qui intra Vrbem; in foro erat, prope Vulcani, & Euryſacis fanum, & Ἀγοραῖος; alter Ἱππιος Ἱππεὺς, & Ἱππότης dicebatur; atque in illo mercenarii, in hoc muliones conveniebant. Harpocration. Κολωνίτας. Ἱπερίδης ἐν τῷ πρὸς Ἀπελλαῖον περὶ τοῦ θησαυροῦ. τοὺς μισθωτὰς Κολωνίτας ὠνόμαζον, ἐπειδὴ παρὰ τῷ Κολωνῷ εἰσήκεισαν, ὅς ἐστι πλησίον τῆς ἀγορᾶς, ἔνθα τὸ Ἡφαίστειον, καὶ τὸ Εὐρυσάκειόν ἐστι. ἐκαλεῖτο δὲ ὁ Κολωνὸς ὅτος ἀγοραῖος. ἦν δὲ καὶ ἕτερος Κολωνὸς, πρὸς τὸ τοῦ Ποσειδῶνος ἱερὸν, ὡς Ἱπερίδης ἐν τῷ κατ᾽ Αὐτοκλέους. ὅτος δ᾽ ἂν εἴη ὁ τῆς ἱππέων. *Colonitas. Hyperides in oratione adverſus Apellaeum de theſauro. Mercenarios Colonitas vocabant, quoniam ad Colonum ſteterant, qui eſt iuxta forum, ubi Vulcani templum, & Euryſacis eſt. Vocabatur vero Colonus hic forenſis. Fuit & alius Colonus ad fanum Neptuni, ut habet Hyperides in oratione contra Autoclem. Hic autem fuerit Equitum.* Pollux lib. VII. cap. XXIX. δύο γὰρ ὄντων τῶν Κολωνῶν, ὁ μὲν Ἱππιος ἐκαλεῖτο. ᾧ μέμνηνται, ὡς Οἰδίποδος εἰς αὐτὸν καταφυγόντος. ὁ δὲ ἐν τῇ ἀγορᾷ παρὰ τὸ Εὐρυσάκειον. ᾧ συνίεσαν οἱ μισθαρνοῦντες. *Duo enim quum ſint Coloni, unus quidem Equeſtris vocabatur; cuius meminerunt, quod Oedipus ad illum confugerit; alter vero in foro ad Euryſacis fanum: quo conveniebant mercenarii.* Etymologici auctor breviter utrumque recenſet. Ἀθήνησι δὲ δύο Κολωνοί. Ἱππιος, καὶ Ἀγοραῖος. *Athenis erant duo Coloni, Equeſtris, & Forenſis.* Videndus quoque Suidas in Κολωνέτας. Vrbanus Κολωνὸς, ut a foro, in quo erat, Ἀγοραῖος, ita quoque a convenientibus illic mercenariis, Μίσθιος nuncupabatur; eratque retro porticum longam. Scholiaſtes Ariſtophanis ad Aves. Κολωνός ἐστιν ὁ ἕτερος, ὁ Μίσθιος λεγόμενος, ὅτω μέρος τι νῦν σύνηθες γέγονε τῆς Κολωνοῦ καλεῖν, τὸ ὄπισθεν τῆς μακρᾶς στοᾶς. *Colonus eſt alter, Mercenarius dictus; ita partem quandam nunc mos eſt Colonum vocare, retro porticum longam.* Ita enim ibi legendum, non ὁ μισθὸς καλέμενος. Et ab hoc mercenarii Κολωνῖται dictitati. Pollux loco citato: οἱ δὲ καὶ προυνίκους τοὺς μισθωτοὺς οἱ νεοὶ κωμῳδιδάσκαλοι ἐκάλουν. τὸ δὲ ὄνομα Βυζαντίων ἦν, ὅθεν καὶ Βυζαντίους αὐτοὺς ἀπεκάλουν. οἱ δὲ, Κολωνίτας. ὡς Ἱπερίδης. *Baiulos vero mercenarios novi Comici vocabant. Nomen vero Byzantiorum erat, unde & Byzantios ipſos adpellabant. Alii vero Colonitas, uti Hyperides.* Ad Colonum extra Vrbem Oedipus confugit, meminitque Pauſanias in Atticis. δείκνυται δὲ καὶ χῶρος καλέμενος Κολωνὸς Ἱππιος, ἔνθα τὸν Ἀτλικῆς πρῶτον ἐλθεῖν λέγουσιν Οἰδίποδα. *Monſtratur quoque ager vocatus Colonus Equeſtris, ubi in Attica primum veniſſe dicunt Oedipum.* Scholiaſt. Homeri ad Iliad. λ'. ὁ δὲ Οἰδίπους ἐκπεσὼν ὑπὸ Κρέοντος ἦλθεν εἰς τὴν Ἀτλικὴν, καὶ ᾤκησεν Ἱππέα Κολωνὸν καλέμενον. *Oedipus, a Creonte eiectus, venit in Atticam, & inhabitavit Equeſtrem Colonum dictum.* Iuxta hortus erat. Mentio eius apud Diogenem Laertium in Platone lib. III. ἐφιλοσόφει δὲ τὴν ἀρχὴν ἐν Ἀκαδημίᾳ, εἶτα ἐν τῷ κήπῳ τῷ περὶ τὸν Κολωνόν. *Philoſophabatur initio in Academia, poſtea in horto, qui erat iuxta Colonum.* Aberat ab Vrbe decem praeter propter ſtadia, & Neptuni templum habebat. Thucydid. lib. VIII. ἔπειτα, ἐπειδὴ ἡ ἡμέρα ἐφῆκε, ξυνέλεξαν τὴν ἐκκλησίαν εἰς τὸν Κολωνόν. ἔστι δὲ ἱερὸν Ποσειδῶνος ἔξω τοῦ πόλεως, ἀπέχον σταδίους μάλιστα δέκα. *Deinde, poſtquam dies advenerat, congregaverunt con-*

(a) Θεογένους.
(b) Μενεκράτους.

cio-

Vbi Scholiaſtes. Κονθύλη. δῆμ@ Ἀττικῆς τῆς Πτολεμαίδ@ φυλῆς, ἢ Πανδιονίδ@. *Conthyle, Atticae populus, Ptolemaidis, vel Pandionidis tribus.*

ΚΟΡΥΔΑΛΛΟΣ. *CORYDALLVS.*

Tribus Hippothoontidis. Stephanus. Κορυδαλλὸς, δῆμ@ τῆς Ἱπποθοωντίδος φυλῆς. ὁ δημότης, Κορυδαλλεύς. *Corydallus, populus Hippothoontidis tribus. Popularis, Corydalleus.* Heſychius. Κορυδαλλὸς, πτῆνον ζῶον, καὶ δῆμ@ τῆς Ἀττικῆς. *Corydallus, volucre animal, & Atticae populus.* Celebris fuit diverſa perdicum voce; qui Athenas verſus κακκαβίζειν, ulterius τιττυβίζειν dicebantur. Docet ex Theophraſto Athenaeus lib. IX. Θεόφραστος γοῦν ἐν τῷ περὶ ἑτεροφωνίας τῶν ἰμογλυῶν, οἱ Ἀθήνησι φησὶ πέρδικες ἐπὶ τάδε τοῦ Κορυδαλλοῦ πρὸς τὸ ἄκυ κακκαβίζουσιν· οἱ δ' ἐπέκεινα, τιττυβίζουσιν. *Theophraſtus in libro de differentia vocis eorum, qui eiuſdem generis ſunt, Athenienſes, inquit, perdices, qui circa Corydallum ſunt prope Aſty κακκαβίζουσι; qui vero ulterius, τιττυβίζουσι.* Popularis dicebatur Κορυδαλλεύς; ut vidimus in citatis Stephani verbis. AElianus in Epiſt. quadam Eupithidis ad Timonidem. ἐ γὰρ ἂν εἰκότως μοι ξενάξαι τὰ τῶν προγόνων ἠρία. εἰ Εὐπιθίδης ὁ Κορυδαλλεὺς ἐμαυτὸν περιόψομαι προσηλώμενον, καὶ ταῦτα ὑπ' ἀνδραπόδου ἴσως δυκῖν μναῖν ἀξίου. *Etenim mihi conveniens maiorum ſepulcra deplorare, ſi Eupithides Corydallenſis meipſum adfixum neglexero, & haec a ſervo duabus forte minis digno.* Strabo lib. IX. ὑπὲρ ᾗ τῆς ἀκτῆς ταύτης, ὄρος ἐστὶν ὃ καλεῖται Κορυδαλλὸς, καὶ ὁ δῆμ@ οἱ Κορυδαλλεῖς. *Super Actam hanc mons eſt Corydallus, & Corydallenſes Curia Attica.*

ΚΡΙΩΑ. *CRIOA.*

Antiochidis tribus. Nomen accepit a Crio quodam. Emendandus eſt Schol. Ariſtophanis Avibus. Κριῶα, δῆμ@ τ῀ Ἀντιοχίδ@ φυλῆς, ἀπὸ Κριοῦ τιν@ ὠνομασμέν@. *Crioa, populus tribus Antiochidis, a Crio quodam nominatus.* Hodie editur. Κριὸς, δῆμος τ. Α. φ. *Crius, populus Atticae.* Eodem mendo laborat Suidas. Κριὸς, δῆμος τῆς Ἀττικῆς. *Crius, populus Atticae,* Reſcribe, Κριῶα. Corruptior paulo Heſychii locus. Κριόθεν, ἀπὸ δήμου. ἔστι γὰρ ὁ Κριωθεὺς δῆμος φυλῆς τ῀ Ἀντιοχίδος. *Ex Crio, e populo. Eſt enim Criothenſis populus tribus Antiochidis.* Reſtitue. Κριῶθεν, ἀπὸ δήμου. ἔστι γὰρ ὁ Κριωεὺς δῆμ@, φυλῆς τῆς Α'. Harpocration. δῆμός ἐστι τῆς Ἀντιοχίδος Κριῶα, *Populus eſt Antiochidis Crioa.* Stephan. Κριῶα. δῆμος τῆς Ἀντιοχίδος. *Crioa populus Antiochidis.* Adverbia loci erant Κριῶθεν, Κριῶσε, Κριῶσι. Vt eſt videre apud Stephanum. Vel pro Κριῶθεν dicebant etiam Κρωόθεν; unde alterum illud contractum. Itaque corrigendus Suidas loco iam citato. καὶ Κριωόθεν ἐπίῤῥημα, ἢ Κριῶθεν. *Ab Crioa Adverbium, vel a Crio.* Non rectum eſt, quod hodie editur. ᾗ Κριόθεν ἐπίῤῥημα, ἢ Κριῶθεν. *Et a Crio Adverbium, vel Cria.*

ΚΡΩΠΙΑ. *CROPIA.*

Leontidis tribus. Varie ſcribitur. Stephanus. Κρωπία, δῆμος τῆς Λεοντίδος φυλῆς. Φρύνιχος ᾗ Κροπιάδα φησίν. Ἀνδροτίων δὲ Κρῶπάς φησι τ῀ δῆμον. ὁ δημότης, Κρωπίδης. τὰ τοπικὰ, ἐκ Κρωπιδῶν, ἐ Κρωπίαθεν, Κρωτιάνδε, Κρωπιᾶσι. *Cropia, populus Leontidis tribus, Phrynichus vero Cropiadem inquit, Androtio autem Cropas vocat populum; Popularis, Cropides; Localia ex Cropidis, & ex Cropia, ad Cropiam, in Cropia.* (a) a

cionem ad Colonum. Eſt vero Neptuni fanum, extra urbem, diſtans ſtadiis circiter decem. Harpocration loco citato. ἦν δὲ καὶ ἕτερος Κολωνὸς πρὸς τῷ Ποσειδῶνος ἱερόν. *Erat vero etiam alter Colonus ad Neptuni fanum.* Erat autem id Neptuni templum ſine dubio τῷ Ἱππίῳ, plane quemadmodum Colonus ipſe Ἵππι@ vocabatur. Etiam Minervae τ῀ Ἱππίου ibidem templum. Schol. Sophoclis in Oed. Col. ὁ Κολωνὸς, Ἱππεὺς ἐλέγετο. καὶ Ποσειδῶν καὶ Ἀθηνᾶ αὐτόθι Ἵππιοι. *Colonus, Equeſtris dicebatur. Et Neptunus, ac Minerva ibi Equeſtres.* Item Promethei, & Eumenidum. Idem Scholiaſtes in Argumento eiusdem Tragoediae. καί ἐστιν ἐν τῷ τεμένει τ῀ σεμνῶν Ἐριννύων, ὅ ἐστιν τῷ καλυμένῳ Ἱππείῳ Κολωνῷ ὕτω κληθέντι. ἐστὶ δὲ Ποσειδῶνός ἐστιν ἱερὸν Ἱππείου, ᾗ Προμηθέως. *Eſtque in fano venerandarum Eumenidum, quod eſt in Equeſtri Colono ita dicto, quia & ibi Neptuni Equeſtris fanum eſt, & Promethei.* De Eumenidum templo prodit etiam Apollodorus lib. III. παραγγόμ@ δὲ σὺν Ἀντιγόνῃ (ὁ Οἰδίπους) τ῀ Ἀττικῆς εἰς Κολωνὸν, ἔνθα τὸ τ῀ Εὐμενίδων ἐστὶ τέμεν@, καθίζει ἱκέτης. *Quum autem veniſſet (Oedipus) cum Antigona in Atticae Colonum, ubi eſt Eumenidum fanum, conſidet ſupplex.* Et meminit vetus Statii Interpres Lutatius Theb. XII. *Oedipus expulſus Creontis imperio confugit* ἐπὶ Κολωνῷ, *in quo locus erat Furiis conſecratus, ſed miſericordia Athenienſium illa ſede eſt erutus, hoſpitaliterque tractatus. Hanc Tragoediam Ariſtophanes ſcripſit.* Sed mendoſus in fine locus, & ſine dubio reſcribendum, *Hanc Tragoediam Sophocles ſcripſit.* Res notiſſima, nec firmamento aliunde opus. Dixi vero, ſolitos illic convenire muliones, dominum quaerentes, quomodo in Vrbano mercenarios. Idque docet loco citato Scholiaſtes Sophoclis iſtis verbis: καὶ αὐτῷ οἱ ὀρεωκόμοι ἵστανται. *Et ibi muliones ſtant.* Et appoſite, quippe ad deorum templum ipſo cognomento ſuo patronorum. *Hoc modo olim Meurſius in Populis Attic.*

a Quod ad Cropiam vero attinet: qui hinc ortus, uti nobis auctor Stephanus, Κρωπίδης dicebatur. Ariſtophanes in Equitibus verſ. 80. Cleonem exagitans, pro ἐν Κρωπιδῶν, dixit, ἐν Κλωπιδῶν, quaſi furem dicere vellet, παρὰ τὸ κλέπτ῀ transformato leviter nomine:

Τὼ χεῖρ' ἐν Αἰτωλοῖς, ὁ νῶς δ' ἐν Κλωπιδῶν.
Manus in AEtolis, mens vero in Clopidis.

Ubi

(a) Vnde Inſcriptionem Riccardianam in Γαργηττός.

Digitized by Google

ΚΥΔΑΘΗΝΑΙΟΝ. *CYDATHENAEVM.*

Pandionidis tribus. Stephanus, Κυδαθήναιον, δῆμος τ῀ Πανδιονίδος φυλῆς. ὁ δημότης, Κυδαθηναιεύς. *Cydathenaeum, populus Pandionidis tribus. Popularis, Cydathenaeeus.* Corrigendus est Harpocration. Κυδαθήναιον, δῆμός ἐστι φυλῆς Πανδιονίδος. *Cydathenaeum, populus est tribus Pandionidis.* Minus recte editur. Κυδαθηναίων, δήμ῀. ἔ. φ. Π. Male quoque apud Suidam. δῆμός ἐστι τῆς Πανδιωνίδ῀ φυλῆς ἀ Κυδαθηναίων. *Populus est Pandionidis tribus, & Cydathenaeum.* Rescribe. Π. φυλῆς Κυδαθήναιον. Apud Hesychium. Κυδαθηναῖος ἔνδοξ῀ Ἀθηναῖος. Κυδαθηναῖ῀, δῆμ῀ τ῀ Πανδιονίδ῀ φυλῆς ἐν ἄστει. Hinc oriundus Andocides, ut nonnulli volunt. Plutarchus in eius vita. Ἀνδοκίδης Λεωγόρᾳ μὲν ἦν πατρὸς, τῷ θεμένῳ ποτὲ πρὸς Λακεδαιμονίους εἰρήνην, τὸν δῆμον ἦ Κυδαθηναῖ῀. *Andocides Leogorae filius, eius, qui aliquando Athenienſibus pacem adverſus Lacedaemonios compoſuit, pago Cydathenaeenſis.* Hinc Nicochares Comicus erat, & Cyon. Stephanus. ἐντεῦθεν ἦν Νικοχάρης ὁ Κωμικὸς, καὶ Κύων Κυδαθηναιεύς. *Hinc erat Nicochares comicus, & Cyon Cydathenaeus.* Cyon autem ille est, quem perstringi videmus apud Aristophanem Vespis.

ἀκούετ' ἤδη τ῀ γραφῆς ἣν ἐγράψατο
Κύων Κυδαθηναιεὺς Λάεητ' Αἰξωνέα.
Audite iam ſcripturam, quam ſcripſit
Cyon Cydathenaeenſis, Labeque AExonea,

Occurrit non raro apud Oratores. 1

ΚΥΔΑΝΤΙΔΑΙ. *CYDANTIDAE.*

Tribus AEgeidis. Harpocration, δῆμός ἐστι τ῀ Αἰγηϊδ῀, Κυδαντίδαι. *Populus est AEgeidis, Cydantidae.* Totidem paene verbis Suidas. Ptolemaidi adscribit Hesychius. Κυδαντίδαι, δῆμ῀ τῆς Πτολεμαΐδ῀ φυλῆς. *Cydantidae, populus Ptolemaidis tribus.* Vtrumque repraesentat Stephanus. Κυδαντίδαι, δῆμ῀ τῆς Αἰγηΐδος φυλῆς. ὡς δὲ Φρύνιχος, Πτολεμαΐδος. *Cydantidae, populus AEgeidis tribus; ut Phrynichus vero, Ptolemaidis.* Popularis qui esset, Κυδαντίδης dicebatur. Stephanus ibidem. ὁ δημότης, Κυδαντίδης. *Popularis Cydantides.* Apud Dinarchum in Demosthenem. Παλύσιχτον δὲ τὸν Κυδαντίδην, τῷ δήμῳ προσάξαντος ζητῆσαι τὴν βουλὴν, εἰ συνδέρχεῖ τοῖς φυγάσιν εἰς Μέγαρα, καὶ ζητήσασαν ἀποφῆναι πρὸς ὑμᾶς, ἀπέφηνεν ἡ βουλὴ συνιέναι. *Polyeuctum porro Cydanthidem quum populus inquirere Senatum iuſſiſſet, utrum Megara ſe ad exules conferret, atque re explorata deferre apud vos; indicavit rem ita ſe habere.*

ΚΥΘΗΡΟΝ, *CYTHERON.*

Pandionidis tribus. Harpocration. Κύθηρον, δῆμος τῆς Πανδιονίδ῀, ἀφ' οὗ ὁ δημότης λέγεται Κυθήρι῀. *Cytheron populus Pandionidis, cuius popularis Cytherius dicitur.* Ita quoque est apud Suidam. Apud Hesychium, & Stephanum scribitur masculino genere. Κύθηρ῀. Itidem apud Strab. lib. IX. 2

ΚΥΚΑΛΑ, *CYCALA.*

Hesychius: Κύκαλα, δῆμος τῆς Αἰαντίδος φυλῆς. *Cycala, populus tribus AEantidis* R. A.

ΚΥΝΟΣΑΡΓΕΣ, *CYNOSARGES.*

Sub qua tribu fuerit, incertum. Stephanus. Κυνόσαργες, γυμνάσιον ἐν τῇ Ἀττικῇ, καὶ δῆμ῀. *Cynoſarges, gymnaſium in Attica, & populus.* Nomen a cane albo, qui sacra Herculi faciente Diomo, abrepta coxa, huc profugit. Hesychius. Κυνόσαργες, τόπος ἱερὸς. ὠνομάσθη ἦ ἀπὸ τοιαύτης αἰτίας. Διόμου φασὶ θύοντος Ἡρακλεῖ, κύων ἁρπάσας τὰ μηρία, ἔφυγε διωκόμενος. ἐκλήθη ἦ ὁ τόπος ἔτως, ἢ ἀπὸ τῆς λευκότητος τῦ κυνὸς, ἢ τοῦ τάχους. *Cynoſarges, locus ſacer; huiuſmodi autem de cauſa nominatus est. Quum Diomus, perhibent, Herculi ſacrificaret, & Canis partem hoſtiae rapuiſſet, fugiebat, nam eum inſequebantur; ita autem vocatus est hic locus, vel a canis albedine, vel a celeritate.* Stephani verba hac in re corrupta sunt, & mutila. Plenus & integer est Suidas, nisi quod Δίομος ὁ Ἀθηναῖος ἔθυεν ἐν τῇ ἑστίᾳ. *Diomus Athenienſis in ſuae domus veſtibulo*, legendum est; non, Δίδυμος ὁ Ἀθηναῖ῀. Et alludit huc Pausanias

At-

Vbi Scholiastes: Τὸ δ' ἐν Κλωπιδῶν, ἐναλλαγὴ πάλιν στοιχείου, τῦ ρ, εἰς τὸ λ. Κρωπίδαι γὰρ, δῆμος τ῀ Λεοντίδος φυλῆς. ἔπαιξεν ἓν παρὰ τὸ κλέπτειν. *In Clopidis autem, iterum est commutatio literae, R in L. Nam Cropidae sunt populi Leontidis tribus. Luſit itaque, tamquam a* Κλέπτειν, *quod est Furari, ducto nomine.* Citatque istum Comici locum Plutarchus, Περὶ πολυπραγμ. Καὶ κατάπερ τῦ κωμῳδουμένου Κλέων῀,

Τὼ μὲν χεῖρ' ἐν Αἰτωλοῖς, ὁ ἦ νῦς ἐν Κλωπιδῶν.
Οὕτω τῦ πολυπράγμονος ὁ νῦς ἅμα ἐν πλουσίων οἴκοις ἐστὶν, ἐν δωματίοις πενήτων, ἐν αὐλαῖς βασιλέων, ἐν θαλάμοις νεογάμων. *Et ut Cleonis, qui in Comoedia exagitatur,*

Manus quidem sunt in AEtolis, mens vero in Clopidis.

Ita hominis curioſi mens simul est in aedibus divitum, in tuguriis pauperum, in aulis regum, in thalamis recens coniugatorum. Censebantur vero in Tricomis, cum Eupyridis, & Pelecensibus. Stephanus in Εὐπυρίδαι. Τρικώμους ἦ τότους ἐκάλουν, Εὐπυρίδας, καὶ Κρωπίδας, καὶ Πήληκας. *Tricomos vero hos appellabant, Eupyridas, & Cropidas, & Pelecenſes.* Ita enim ibi legendum esse censeo: Perperam editur, Εὐπυρίδας, Κεκροπίδας, Πήληκας. *Eupyridas, Cecropidas, Pelecenſes.* R. A.

1 Cydathenaeum tribus Pandionidis, ex quo natus erat Andocides Rhetor, ut scribit Plutarchus in eius vita. De hoc populo loquitur parva columna, quae Athenis prostat.

ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ
ΑΥΛΟΥ
ΚΥΔΑΘΗΝΑΙΕΥΣ

Spon. *Itin. Tom.* 2. *pag.* 429.

Digitized by Google

Atticis. ἔστι ἡ Ἡρακλέους ἱερὸν καλούμενον Κυνόσαργες. καὶ τὰ μὲν εἰς τὴν κύνα εἰδέναι τὴν λόγκην ἐπιλεξαμένοις ἐστὶ τὸν χρησμόν. *Est & Herculis ſacrum, quod Cynoſarges dicitur: quod ab albo quidem cane eſſe appellatum, qui oraculum norint, nihil dubitant.* Et obſerva Herculis ibi fanum fuiſſe. Meminit eius etiam Herodotus lib. v. κὴ Ἀγχιμολίου εἰσὶ ταφαὶ τοῦ Ἀτλικῆς Ἀλωπεκῆσι, ἀλσχύνῃ τῷ Ἡρακλέι τῷ ἐν Κυνοσάργεϊ. *Et exſtat in Alopecis Atticae, iuxta templum Herculis, quod eſt in Cynoſarge, Anchimolii buſtum.* Harpocration in Ἡράκλεια. πολλῶν ὄντων τῶν κατὰ τὴν Ἀτλικὴν Ἡρακλείων, νῦν ἂν ὁ Δημοσθένης μνημονεύσῃ τῶν ἐν Μαραθῶνι, ἢ τῶν ἐν Κυνοσάργει. *Quum multa ſint Attica Herculis fana, nunc Demoſthenes memorat ea, quae ſunt in Marathone, vel quae ſunt in Cynoſarge.* In eo templo ad columnam quamdam appenſum erat decretum Alcibiadis. Athenaeus commemorat lib. vi. ἐν Κυνοσάργει μὲν οὖν ἐν τῷ Ἡρακλείῳ στήλη τίς ἐστιν ἐν ᾗ ψήφισμα μὲν Ἀλκιβιάδου. γραμματεὺς δὲ Στέφανος ὁ Θουκυδίδου. *Itaque in Cynoſarge Herculeo templo columnam exſtare, in qua exſculptum eſt decretum Alcibiadis, ſcriba Stephano Thucydidis filio.* Huc conveniebant nothi, ut cenſerentur. Nonnus Collect. Hiſt. in Nazianzeni στηλιτθλιπὴν priorem, cap. lx. Κυνόσαργες, τόπος ἦν ἐν Ἀθήναις, ἐν ᾧ καὶ οἱ νόθοι ἐκρίνοντο, εἰ τῷδέ τις ὄντως γέγονεν υἱός. *Cynoſarges, locus erat Athenis, in quo nothi diſcernebantur, ſiquis huius vere filius eſſet.* Zenobius Cent. v. Proverb. xciv. Κυνόσαργες, τόπος ἐν ᾧ οἱ νόθοι ἐξεκρίνοντο. *Cynoſarges, locus, in quo nothi diſcernebantur.* Et exponebantur ibidem. Gregorius Nazianzenus in Iulianum Orat. i. τἆλλα δὲ ἀπερρίφθαι εἰς Κυνόσαργες, ὥσπερ τὸ πάλαι τοὺς νόθους. *Alia vero in Cynoſarges abiice, ut antiquitus nothos.* Ioannes Tzetzes Chil. xiii. cap. ccccclxxxix.

ἔρριπτον εἰς Κυνόσαργες, τόπος δ' Ἀθήναις τοῦτο, ᾧ καὶ τοὺς νόθους ἐρρίπτου τοῖς χρόνοις τοῖς προτέροις.

Abiiciebant in Cynoſarges, locus vero Athenis hoc

Quo & nothos abiiciebant ſuperioribus temporibus.

Corrigendus Apoſtolius. εἰς Κυνόσαργες εἴρηται ἐπὶ ὕβρει καὶ ἀρᾳτῆς. ἔστι δὲ τόπος ἐν τῇ Ἀτλικῇ. ἐν ᾧ τοὺς νόθους ἔστατον. *In Cynoſarges. In contumeliam & exſecrationem dicitur. Eſt vero locus Atticae, in quo nothos ſtatuebant.* Hodie editur, ἐν ᾧ τοὺς πόδας ἔστατον. Exercebantur quoque illic Suidas in Κυνόσαργες. ἐπεὶδὴ οὖν ὁ Ἡρακλῆς δοκεῖ νόθος εἶναι, διὰ τοῦτο ἐκεῖ οἱ νόθοι ἐγυμνάζοντο, οἱ μήτε πρὸς μητρὸς, μήτε πρὸς πατρὸς πολῖται. *Quia vero nothus eſſe putabatur Hercules, ideo nothi, qui neque paterno, neque materno genere cives erant, exercebantur.* Vbi obſerva cauſam; quia nimirum etiam ipſe Hercules nothus. Elegantiſſimus eſt locus Plutarchi ſtatim in initio Themiſtoclis. καὶ τῶν νόθων εἰς Κυνόσαργες συντελούντων (τοῦτο δ' ἔστιν ἐξω πυλῶν γυμνάσιον Ἡρακλέους, ἐπεὶ κἀκεῖνος οὐκ ἦν γνησίως ἐν θεοῖς, ἀλλ' ἐνέχετο νοθείᾳ, διὰ τὴν μητέρα θνητὴν οὖσαν,) ἔπεισέ τινας ὁ Θεμιστοκλῆς τῶν εὖ γεγενότων νεανίσκων, καταβαίνεσθαι εἰς Κυνόσαργες ἀλείφεσθαι μετ' αὐτοῦ, καὶ τούτου γινομένου, δοκεῖ πανούργως τῶν νόθων, κὴ γνησίων διορισμὸν ἀνελεῖν. *Quapropter quum nothi in Cynoſarges coirent (gymnaſium id Herculis eſt extra moenia, quod nec ille, iuſtus deus, ſed nothus ex genitrice eſſet mortali) induxit nonnullos Themiſtocles ex nobilitate Iuvenes, ut ſe in Cynoſarges comitarentur, ſecumque ungerentur. Quare callide videtur nothorum, & legitimorum ſuſtuliſſe diſcrimen.* Demoſthenes Orat. in Ariſtocratem. ἀλλ' εἰς τὰς νόθους ἐκεῖ συντελεῖ, καθάπερ ποτὲ ἐνθάδε εἰς Κυνόσαργες οἱ νόθοι. *Sed nobis ibi accenſetur, quemadmodum quondam hic ad Cynoſarges nothi.* Pari vero cum nothis conditione liberti habebantur; itaque & illi huc conveniebant, itidem cenſendi an plena ipſis libertas eſſet. Nonnus loco citato. ἐκάλουν δὲ παρὰ Ἀθωναίοις καὶ τοὺς ἀπελθθέρους νόθους. νόθοι γὰρ καὶ οὗτοι πρὸς τοὺς ἐκ γενετῆς ἐλθθέρους. κὴ οὗτοι ἦ ἐκρίνοντο, κὴ ἐδοκιμάζοντο, εἰ ὅλως ἐλευθερώθησαν. *Vocabant vero apud Athenienſes libertos quoque nothos; Nothi enim & illi ſunt reſpectu illorum, qui natalibus liberi ſunt. Illi vero quoque iudicabantur, & probabantur, an omnino libertate donati ſint.* Et exercitio quoque illic communi utebantur. Itaque hinc capiendus Dion Chryſoſtomus Orat. xv. quae eſt, περὶ δουλείας, καὶ ἐλευθερίας. τί οὖν, εἶπε, κατὰ τοῦτο κωλύῃ με ἐν Κυνοσάργει ἀλείφεσθαι μετὰ τῶν νόθων, εἴπερ ἐκ μητρὸς ἐλθθέρας, ἴσως ἦ κὴ ἀστῆς, τυγχάνω γεγονώς. *Quid igitur dixit, propter hoc prohibet me in Cynoſarge ungi cum nothis, ſiquidem ex matre libera fortaſſis, & urbana natus ſum.*

a ΚΥΡΤΙΑΔΑΙ. *CYRTIADAE.*

Heſychius: Κυρτιάδαι, δῆμος τῆ Ἀκαμαντίδος φυλῆς. *Cyrtiadae, populus Acamantidis tribus.* R. A.

ΚΩΛΥΠΕΣ. *COLYPES.*

Suidas: Κώλυπες, δῆμος τῆ Αἰγηίδος. *Colypes, populus AEgeidis.* R. A.

ΛΑΚΙΑ. ſive ΛΑΚΙΑΔΑΙ. *LACIA. ſive LACIADAE.*

Oeneidis tribus. Stephanus. Λακιάδαι, δῆμος τῆς Οἰνηίδος φυλῆς. ὁ δημότης, Λακιάδης ἀναγράφει ὁ δῆμος, Λακία· κὴ ὁ δημότης, Λακιεύς. *Laciadae, populus Oeneidis tribus. Popularis, Laciades.*

---

2 Huius quoque populi incola commemoratur in inſcriptione, quae Venetiis ſervatur in palatio Grimani:

ΕΠΙΚΤΗΣΙΣ ΟΝΑΣΟΥ ΚΥΘΗΡΙΟΥ
ΘΥΓΑΤΗΡ

Spon. *Itin. Tom.* 2. *pag.* 430.

a Fuit tribus Acamantidis. Heſychius: Κυρτιάδαι, δῆμος Ἀκαμαντίδος φυλῆς. Omittebatur male hic populus a Meurſio in prima edit. libri de Populis Attic. ſed addidit poſtea in Reliquis Atticis.

Spon. *Itin.* 2. *pag.* 430.

Digitized by Google

ciades. Populus, ſcribitur Lacia. Popularis, Lacieus. Hinc oriundus erat Miltiades. Ecce apud Plutarchum in Cimone. ἀλλὰ Θουκυδίδης μὲν Ἀλιμούσιος γέγονε τ῀ δήμων, οἱ δὲ περὶ τ῀ Μιλτιάδην, Λακιάδαι. *Ceterum Thucydides Alimuſius fuit curia, Miltiades Laciades.* Etiam Cimon. Plutarchus ibidem paullo poſt de eo ipſo. οὐχ ἁπάντων Ἀθηναίων, ἀλλὰ τ῀ δημοτῶν αὐτοῦ Λακιαδῶν παρεσκεύαζετο τῷ βουλομένῳ τὸ δεῖπνον. *Non omnibus Athenienſibus, ſed curialium eius Laciadarum cuivis paratam coenam fuiſſe.* Itaque Theſſalus quoque eius filius. Habes apud eumdem Plutarchum in Alcibiade. Θεσσαλὸς Κίμωνος Λακιάδης, Ἀλκιβιάδην Κλεινίου Σκαμβωνίδην εἰσήγγειλεν ἀδικεῖν περὶ τὰ θεῶ. *Theſſalus Cimonis filius Laciades, Alcibiadem Cliniae Scambonidem, quod geminas Deas, (hoc eſt Cererem, & Proſerpinam) iniuria adfeciſſet, detulit.* Erat illic Lacii herois fanum; unde & nomen. Pauſanias in Atticis. προελθοῦσι δὲ ὀλίγον, Λακίου τέμενός ἐστιν ἥρωος, καὶ δῆμος, ὃν Λακιάδας ὀνομάζουσιν ἀπὸ τούτου. *Longius progreſſis Lacii herois lucus in conſpectu eſt, & Laciadarum ab eo nominata Curia.* Ita illic reſcribendum pro Λακίδας. Naſcebantur hic raphani; qui quia in adulterio deprehenſis per poſticum impingebantur, ideo contra adulteros Laciadae implorabantur. Obſervare eſt apud Heſychium. Λακιάδαι, δῆμος τ῀ Ἀττικῆς, ῥαφανίδας φέρων. ὃν ἐπιβοῶνται κατὰ τ῀ μοιχῶν. *Laciadae, vicus Atticae, rhaphanos ferens, quem contra Adulteros adclamant.*

1 ΛΑΜΠΡΑ, *LAMPRA.*

Binae erant Lampræ; una, καθύπερθεν: altera, ὑπένερθεν, ſive παράλιος, dicebatur. Heſychius. Λαμπρὰ καθύπερθεν, καὶ Λαμπρὰ ὑπένερθεν, δῆμοι λαμπροὶ Ἀθήνησιν, οἱ μὲν παράλιοι, οἱ δὲ καθύπερθεν. *Lampra ſupra, & Lampra infra, Lampri populi Athenis, hi quidem maritimi, illi vero ſupra.* Sed locum corruptum interpungo, & reſtituo. Λ. κ. κ. Λ. ὑπενέρθεν. δῆμοι Λαμπραὶ Ἀθήνησιν, ὁ μὲν, παράλιος· ὁ δὲ, καθύπερθεν. Vtraque erat tribus Erechtheidis. Suidas. Λαμπραὶ, δῆμος τ῀ς Ἐρεχθηίδος· δύο εἰσὶ Λαμπραὶ· αἱ μὲν, παράλιοι· αἱ δὲ, καθύπερθεν. *Lamprae, municipium, tribus Erechtheidis; Duae lamprae ſunt. Vna quidem maritima; Altera vero in loco ſita editiore.* Corruptiſſime apud Harpocrationem. Λαμπρεῖς, Δημοσθένης ἐν τῷ πρὸς Κάλλιππον. Λαμπραὶ δῆμος τ῀ς Ἐρεχθηίδος, ὡς Διόδωρός φησι. δύο δέ εἰσι Λαμπραὶ, αἱ μὲν, παράλιοι· αἱ δὲ, καθύπερθεν. *Lamptrenſes, Demoſthenes in oratione adverſus Callippum: Lamptrae, populus Erechtheidis, ut Diodorus ait; duae vero ſunt Lamptrae; hae quidem maritimae, illae vero deſuper.* Ita reſtituo. Λαμπρεῖς, Δημοσθένης ἐ. τ. π. Κ. Λαμπρὰ, δῆμος τ. Ε'. ὡ. Δ. Φ. δ. δέ εἰσι Λαμπραί. Lampram τὴν ὑπένερθεν, ſive παράλιον, intellexit manifeſto Ariſtophanes Amphiarao, quum inquit.

——— Λαμπρεὺς ἔγωγε τ῀ κάτω.
——— *Lamprenſis ego ex iis, qui infra ſunt.*

In alterutra ſepulcrum Cranai, priſci Athenarum regis. Pauſanias in Atticis. Κραναὸν δὲ τ῀ βασιλεύσαντα Ἀθηναίων. ὅτι μὲν ἐξέβαλεν Ἀμφικτύων κηδεστὴν ὄντα, ἔτι πρότερον εἴρηταί μοι. φυγόντα δὲ αὐτὸν σὺν τοῖς ἑρκτιώταις ἐς τ῀ δῆμον τ῀ Λαμπρέα, ἀποθανεῖν τε αὐτῦ καὶ ταφῆναι λέγουσι. καί ἐστι καὶ ἐς ἐμὲ ἐν τοῖς Λαμπρεῦσι Κραναῦ μνῆμα. *Cranaum vero Athenienſem Regem ab Amphyctione genero regno pulſum ante diximus. Confugientem illum quidem cum ſuis copiis ad Lamprenſes, diem ſuum obiiſſe, & eodem in loco ſepultum tradunt. Cranai certe monimentum etiamnum in Lamprenſibus exſtat.* Qui popularis, Λαμπρεὺς dicebatur. Lyſias in Orat. κατὰ Ἐρατοσθένους. καὶ Ἱππόκλῆς, καὶ Ἐπιχάρης ὁ Λαμπρεὺς, καὶ ἕτεροι. *Et Hippocles, & Epichares Lamprenſis, & alii.* Et Iſaeus. ὑπὲρ τῦ Νικοστράτου κλήρου. Πύρρος δὲ ὁ Λαμπρεὺς τῇ μὲν Ἀθηνᾷ ἔφη τὰ χρήματα ὑπὸ Νικοστράτου καθιερῶσθαι. *Pyrrhus vero Lamprenſis Minervae ait facultates a Nicoſtrato conſecratas fuiſſe.* Ergo male eſt apud Strabonem lib. IX. Λαμπυρεῖς, Αἰγινῆς, Ἀναφλύστιοι, Ἀζηνιῆς. *Lamprenſes, Aeginenſes, Anaphlyſtii, Azenienſes.* In ſcriptis Codicibus erat, Λαμπριεῖς. Scribe, Λαμπρεῖς. 2

ΛΑΤΡΙΟΝ. *LAVRIVM.*

Laurii multa paſſim mentio; & erant illic argentifodinae. Cuius tribus fuerit, haud in proclivi nobis dicere. Pauſanias in Atticis. πλέονλι δὲ ἐς τὸ πρόσω Λαύριόν τε ἐστὶ, ἔνθα ποτὲ Ἀθηναίοις ἦν ἀργυρίου μέταλλα. *Hinc porro navigantibus brevis ad Laurium via, ubi olim Argenti metalla Athenienſibus fuere.* Vides illic prope Sunium fuiſſe. Habes apud Plutarchum in Themiſtocle, & Nicia. Herodotum lib. VII. Thucydidem libb. II. & VI. Andocidem in Orat. περὶ τῶν μυστηρίων. Schol. Ariſtophanis ad Equites. Demoſth. Cherſ. Heſychium, & Suidam. (a)

1 ΛΕΚ-

---

1. Nunc vocatur *Palaeo Lambrica.* Eſt & λαμπρὰ ὑπένερθεν. Vide Meurſ. Ad alterutrius pagi incolas ſpectarunt hae inſcriptiones:

ΓΑΜΗΛΙΩΝΑ ΕΠΙΚΤΗΤΟΣ ΖΟ
ΣΙΜΟΥ ΛΑΜΠΤΡΕΥΣ &c.

Athenis autem & illa habetur:

. . ΧΙΡΙΑ ΟΜΙΛΟΥ

ΠΑΤΡΕΩΣ
ΟΜΗΡΟΣ ΛΑΜΠΤΡΕΥΣ

Spon. *Itin. Tom.* 2. *p.* 431.

2. ΛΑΡΙΣΣΑ.

Huius non meminit Meurſius, ſed clare Stephanus de Vrbibus, in V. Λάρισσα, loquens de variis Vrbibus, quae hoc nomen ferebant: Καὶ ἐν τῇ Ἀττικῇ ἐστι Λάρισσα. Spon. *Itin. T.* 2. *p.* 431.

(a) Vide *Lib. De Fortun. Attic. cap.* VII.

Digitized by Google

ΛΕΚΚΟΝ. *LECCVM.*

Heſychius. Λέκκον, δῆμ@ Ἀντιοχίδ@ φυλῆς. *Leccum, populus Antiochidis tribus.* R. A.

ΛΕΥΚΟΝΙΟΝ. *LEVCONIVM.*

Leontidis tribus. Varie ſcribitur. Harpocration. Λευκόνιον, δῆμ@ τῆς Λεοντίδ@. *Leuconium, populus Leontidis.* Ita doctiſſimus Mauſſacus edidit. In Aldina editione erat, Λευκόνιον. Apud Demoſthenem Orat. contra Polyclem. πάλιν αὐτῷ προσέρχουσ' ὕστερον, Πυθόδωρός τε Ἀχαρνεὺς, καὶ Ἀπολλόδωρ@ Λευκονοεύς. *Poſtea rurſus eum conveniunt Pythodorus Acharnenſis, & Apollodorus Leuconenſis.* Apud Plutarchum in vita Demoſthenis, & Dinarchi, Λευκονεὺς ſemel, iterumque ſcribitur. Sic apud Schol. Ariſtophanis ad Aves. Φιλόχορος δὲ Λευκονέα φησὶν αὐτόν. *Philochorus quidem Leuconenſem eum vocant.* Apud Stephanum in ἀβρότονον habes Λευκωνιεύς. Rurſum in Φολόη, Λευκωνοεύς. (a) Apud Suidam. Λευκόνιον, ὄνομα τόπου. Λευκωνιεὺς, δῆμ@ τῆς Λεοντίδ@ οἱ Λευκόνιοι. *Leuconium, nomen loci. Leuconieus, Leuconii ſunt municipium, tribus Leontidis.* Nihil certi eſt ſtatuere in re tam incerta. Hinc oriundus erat Meton (b) celeberrimus Mathematicus. Phrynichus in Monotropo.

τίς δ' ἐστιν ὁ μετὰ ταῦτα ταύτης φροντίζων;
Μέτων ὁ Λευκονοεὺς, ὁ τὰς κρήνας ἄγων.
Quis vero eſt poſt haec, qui huius curam habeat?
Meton Leuconoenſis, qui fontes agit.

Exſtat fragmentum hoc apud Schol. Ariſtophanis ad citatas Aves.

ΛΕΥΚΟΠΥΡΑ. *LEVCOPYRA.*

Antiochidis tribus. Heſychius. Λευκοπύρα τ' Ἀντιοχίδ@ φυλῆς δῆμ@. *Leucopyra, populus, tribus Leontidis.*

ΛΗΝΑΙΟΝ. *LENAEVM.*

Incertae tribus. Stephanus. Λήναι@ ἀγὼν Διονύσου (c) ἐν ἀγροῖς, ἀπὸ τοῦ ληνοῦ. Ἀπολλόδωρος ἐν τρίτῳ Χρονικῶν. καὶ Λιμναϊκὸς, καὶ Ληναιεύς. ἔστι δὲ καὶ δῆμ@. *Lenaeus, certamen Dionyſii in agris, a torculari. Apollodorus in tertio Chronicorum, & Lenaicus, & Lenaeus quoque dicitur. Eſt etiam populus.* Sed ὁ δῆμος neutro genere efferebatur, λήναιον. Habebat autem ingens ſeptum, & Bacchi Ληναίου fanum; ibique ludi peragebantur ab Athenienſibus, priuſquam exſtructum eſſet theatrum. Heſychius. ἐπὶ Ληναίῳ ἀγών. ἔστιν ἐν τῷ ἄστει Λήναιον, περίβολον ἔχον μέγα, καὶ ἐν αὐτῷ Ληναίου Διονύσου ἱερὸν, ἐν ᾧ ἐπετελοῦντο οἱ ἀγῶνες Ἀθηναίων, πρὶν τὸ θέατρον οἰκοδομηθῆναι. *In Lenaeo certamen. In Aſty Lenaeum eſt, magnum ſeptum habens, & in eo Lenaei Dionyſii templum, in quo certamina Athenienſium, priusquam Theatrum aedificaretur, peragebantur.* Ita locum illum reſtituo, ab interpunctione hodie laborantem. Reſpexit enim verſum Comici Acharn.

αὐτοὶ γὰρ ἐσμὲν, οὐ 'πὶ Ληναίῳ τ' ἀγών.
Ipſi enim ſumus, neque in Lenaeo certamen.

Sic apud Demoſthenem in Midiam eſt, ἐπὶ Ληναίῳ πομπή. *In Lenaeo pompa.* 2

ΛΙΜΝΑΙ. *LIMNAE.*

Incertae tribus. Schol. Callimachi Hymno III. Λίμναι, δῆμος Ἀττικῆς, ἔνθα τιμᾶται ἡ Ἄρτεμις.

---

1. Fuit tribus Antiochidis. Heſychius. Λέκκον δῆμ@ Ἀντιοχίδ@ φυλῆς. Hunc quoque Meurſius praeteriit populum. Spon. *Itin. Tom.* 2. *p.* 432.

2. Vetus inſcriptio, quam in Angliam pertulit Nobiliſſimus Wehlerus, meminit Eudemonis Lenaei:

ΤΙΒΕΡΙΟΥ ΚΛΑΥΔΙΟΥ ΚΑΙΣ.
ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ ΕΠΙ ΜΗΤΡΟ
ΔΩΡΟΥ ΑΡΧΟΝΤΟΣ ΚΟΣ
ΜΗτου

ΔΙΟΝΥΣΟΔΩΡΟΥ ΦΛΥΕΩΣ Η
ΓΕΜΟΝΟΣ ΦΙΛΟΣΤΡΑΤΟΥ

ΑΦΙΔΝΑΙΟΥ ΠΑΙΔΟΤΡΙΒΟΥΝ
ΤΟΣ ΕΥΦΡΟΣΥΝΟΥ ΦΑΛΗ
ΡΕΩΣ ΟΠΑ...

ΤΟΥ ΑΝΤΙΓΟΝΟΥ ΠΑΛΛΗ
ΝΕΩΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ ΑΖΗ
ΝΙΕΥΣ ΦΙΛΟ...

ΚΑΙ ΣΥΝΕΦΗΒΟΥΣ

ΑΙΟΛΙΩΝΑ	ΗΡΑΚΛΙΩΝ
ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ	ΗΡΑΚΛ...
ΦΛΥΕΑ	ΜΑΡΑΘ..
ΘΕΟΓΕΝΗΝ	ΧΑΡΟΠΕΙΝΟ
ΚΕΦΙΣΙΕΑ	ΤΡΥΦΩΝΑ
	ΕΥΔΗΜΩΝ
	ΛΗΝΑΙΟΣ

ΔΙΟΝΥΣΟΔΩΡΟΝ ΣΚΑΜΑΝ
ΔΡΟΝ ΣΥΜΦΕ....

ΣΩΤΑΝ	ΑΠΟΛΛΟΔΩ
ΑΡΙΣΤΩΝΑ	ΡΟΝ ΑΘΗΝ.
ΑΙΣΙΔΩΡΑΝ	ΣΥΜΜΑΧΟΝ
ΖΩΙΛΟΝ	Θ....
ΜΕΝΑΝΔΡΟΝ	ΣΤΕΦΑΝ...
ΑΝΤΙΓΟΝΟΝ	ΔΙΟΝΥ....

Spon. *Itin. T.* 2. *p.* 443.

(a) Iuvat hanc lectionem, nomina quaedam repetiri haud diſſimiliter compoſita. *Ovid.* IV. *Metam.*
— *Orſa, eſt*
Dicere Leuconoe.

(b) Hic erat Ariſtophanis σύγχρονος.

(c) Inter Bacchi cognomina & *Lenaeus* erat. *Ovid.* IV. *Metam.*
Additur his Nyſeus, indetonſuſque Thyoneus,
Et cum Lenaeo genialis conſitor uvae.

Digitized by Google

τεμις. *Limnae populus Atticae, ubi Diana colitur*. Sed confundit; nam Λίμναι illae, in quibus fanum Dianae, in confinio erant Laconicae, & Meſſeniae, ut teſtatur Strabo lib. VIII. Videndus etiam Pauſanias in Laconicis, & Meſſeniacis. Bacchi illic fanum erat. Harpocration. τόπος ἐστὶν ἐν Ἀθήναις Λίμναι, ἐν ᾧ ὁ τιμώμενος Διόνυσος. *Limnae, Athenis locus eſt, ubi Bacchus colitur*. Iſaeus in Orat. περὶ τοῦ Κίρωνος κλήρου. τὴν μὲν μίαν, μισθοφοροῦσαν, παρὰ τὸ ἐν Λίμναις Διονύσιον. *Vnam quidem, ſtipendia merentem apud Bacchi templum, quod eſt in Limnis*. Ariſtophanes Ranis.

Διόνυσον ἐν Λίμναισιν ἰαχήσομεν.

Bacchum in Limnis clamabimus.

Vbi Scholiaſtes. Λίμναι, χωρίον τῆς Ἀττικῆς, ἐν ᾧ Διονύσου ἱερόν. *Limnae, locus Atticae, in quo Bacchi fanum*. Et celebrata illic feſta Bacchi antiquiſſima, die duodecimo menſis Antheſterionis. Clare Thucydides lib. II. τὰ γὰρ ἱερὰ ἐν αὐτῇ τῇ ἀκροπόλει καὶ ἄλλων θεῶν ἐστι, καὶ τὰ ἔξω πρὸς τοῦτο τὸ μέρος τῆς πόλεως μᾶλλον ἵδρυται, τό τε τοῦ Διὸς τοῦ Ὀλυμπίου, καὶ τὸ Πύθιον, καὶ τὸ τῆς Γῆς, καὶ τὸ ἐν Λίμναις Διονύσου, ᾧ τὰ ἀρχαιότερα Διονύσια τῇ δωδεκάτῃ ποιεῖται ἐν μηνὶ Ἀνθεστηριῶνι. *Vt teſtantur, quae ibi ſunt delubra etiam aliorum Deorum, & quae extra illud ſunt, ab hac praecipue parte exſtructa delubra viſuntur, Iouis Olympii, & Apollinis Pythii, Telluris, Bacchi in Limnis, cui vetuſtiora Bacchanalia fiunt decimo menſis Antheſterionis die*. Hinc illa Demoſthenis in Orat. contra Neaeram. ἐν τῷ ἀρχαιοτάτῳ ἱερῷ τοῦ Διονύσου ἐν Λίμναις ἔστησαν. *Propterea in antiquiſſimo templo Bacchi in Limnis collocarunt*. Ac fiebant ſacra a quatuordecim mulieribus ſacerdotibus, quae γεραραὶ dicebantur. Heſychius. γεραραί, ἱέρειαι κοινῶς. ἰδίως δὲ, αἱ τῷ Διονύσῳ τῷ ἐν Λίμναις τὰ ἱερὰ ἐπιτελοῦσαι, τῷ ἀριθμῷ δεκατέσσαρες. *Gegarae, Sacerdotes communiter; proprie vero, quae Bacchо Limnaeo ſacra faciunt, numero quatuordecim*. Porro prope aram in columna lapidea perſcripta erat lex de uxore regis, quam civem ille, & virginem ducere tenebatur. Demoſthenis hac de re elegans eſt locus in Oratione contra Neaeram iam citata. ἐπειδὴ δὲ Θησεὺς συνώκησεν αὐτὰς, (a) (τὰς Ἀθηναίας) καὶ δημοκρατίαν ἐποίησε, καὶ ἡ πόλις πολυάνθρωπος ἐγίνετο. τὸν μὲν βασιλέα ὑδρίαν ἤτλον ὁ δῆμος ἠρεῖτο ἐκ προκρίτων κατ' ἀνδραγαθίαν χειροτονῶν. ἣ δὲ γυναῖκα αὐτῷ νόμον ἔθεντο ἀστὴν εἶναι, καὶ μὴ ἐπιμεμιγμένην ἑτέρῳ ἀνδρὶ, ἀλλὰ παρθένον γαμεῖν, ἵνα κατὰ τὰ πάτρια θύῃ τὰ ἄρρητα ἱερὰ ὑπὲρ τῆς πόλεως, καὶ τὰ νομιζόμενα γίγνηται τοῖς θεοῖς εὐσεβῶς, καὶ μηδὲν καταλύηται, μηδὲ καινοτομῇται· καὶ τοῦτον τὸν νόμον γράψαντες ἐν στήλῃ λιθίνῃ, ἔστησαν ἐν τῷ ἱερῷ τοῦ Διονύσου παρὰ τὸν βωμὸν ἐν Λίμναις. *Poſtquam autem Theſeus Cives in unum congregavit, liberamque rempublicam inſtituit, & urbs multitudine incolarum frequentari coepit, populus nihilominus Regem creabat, delectu e viris praeſtantiſſimis habito. Vxorem autem eius, lege ſanxit eſſe civem, & non alteri commixtam viro, ſed virginem ducendam, ut patrio ritu arcana ſacra pro Republica immolarentur, & iuſta Diis pie ſolverentur; utque nec deſereretur, nec innovaretur quicquam. Hanc legem Pilae lapideae inſcriptam in Bacchi templo, iuxta aram in Limnis erexerunt*. Etiam pueri hic pugilatu decertabant, qui ea ex re Λιμνομάχαι dicebantur. Heſychius. Λιμνομάχαι, παῖδες οἱ πυκτεύοντες ἐν τόπῳ Λίμναις καλουμένῳ. *Limnomachae, pueri pugilatu decertantes in loco, qui vocatur Limnae*.

ΛΟΥΣΙΑ. *LVSIA.*

Erat tribus Oeneidis. Harpocration. δῆμός ἐστι τῆς Οἰνηίδος Λουσιὰ, ἀφ' ἧς ὁ δημότης, Λουσιεύς. *Populus eſt Oeneidis Luſia, a quo popularis, Luſieus*. Nomen a Luſia Hyacinthi filia. Stephanus. Λουσία, ἡ Ὑακίνθου θυγατέρων ἦν. ἀφ' ἧς ὁ δημότης Οἰνηίδος φυλῆς Λουσιεύς. *Luſia, erat una ex Hiacynthi filiabus, a quo popularis Oeneidis tribus, Luſieus*. Sed aut ego valde fallor, aut mutilus eſt inſigniter locus, fraude ſupini librarii. Reſtituo. ἀφ' ἧς ὁ δῆμος τῆς Οἰνηίδος φυλῆς, ἧς (b) ὁ δημότης, Λουσιεύς. Meminit iterum in Ἀζηνιά. Ἀζηνιὰ, ὡς Πλωθιὰ, Λουσιὰ, δῆμος ἐν Ἀττικῇ. *Azenia, ut Plothia, Luſia, populus in Attica*. Suidas. Λουσιὰ, ἀφ' ἧς οἱ δημοῦ Λουσιεῖς. ὁ Λουσιεὺς δῆμος τῆς Οἰνηίδος. *Luſia, populus tribus Oeneidis, a quo populares dicti ſunt Luſienſes*. Emendandus eſt Heſychius. Λουσιεῖς, δῆμος φυλῆς Οἰνηίδος. *Luſienſes, populus tribus Oeneidis*. Peſſime hodie editur. Λυσιεύς, δῆμος Φ. Ο'. Iſaeus ὑπὲρ τοῦ Ἀπολλ. Λ. κλήρου. κατέλιπε γὰρ Εὔπολις θυγατέρας δύο. ταύτην τε, ἣ νῦν ἀμφισβητεῖ, καὶ Προνάπην συνοικεῖ· καὶ ἄλλην, ἣν ἔσχεν Αἰσχίνης ὁ Λουσιεύς. *Reliquit enim Eupolis filias duas; & hanc, quae nunc controvertitur, & Pronapae nupſit; & aliam, quam habuit Aeſchines Luſienſis*. Nec vero dumtaxat Λουσιεὺς dicebatur ὁ δημότης, ſed etiam Λύσιος. Itaque corrigendus alter Heſychii, quem citavi, locus. Λύσιος, δῆμος Οἰνηίδος. *Luſius, populus Oeneidis*. Hodie editur, Αὐσιος.

a ΛΥΚΑΒΗΤΤΟΣ. *LYCABETTVS.*

Inter montes Atticae memoratur Lycabettus apud Strabonem lib. IX. Plinium, lib. IV. cap. VII. & Solinum, cap. XIII. Etiam Scholiaſtes Ariſtophanis Ranis. Λυκαβητὸς, ὄρος Ἀθηναίων. *Lycabettus, mons Athenienſium*. Erat autem ante Arcem firmagna illic copia. Heſychius. Λυκαβητὸς, ὄρος τῆς Ἀττικῆς. εἴρηται δὲ ὕτω, διὰ τὸ λύκοις πλήθειν. *Lycabettus, mons Atticae; dictum vero hoc modo, quia lupis abundat*. De tribu, incertum eſt. *Ita olim Meurſ. in Pop. Att.*

a. Inter populos Atticae montanos commemorat Strabo lib. IX. & Plinius lib. IV. cap. VII. Meminit Ariſtophanes Ranis. Fabulam de eo narrat Antigonus ἱστορ. παραδ. cap. XII. Nomen datum a lupis, quorum

(a) Vide *Lib. De Fortun. Attic. cap.* III.

(b) Dicendum eſſet, οὗ.

Digitized by Google

mamentum eius positum ibi loci a Minerva. Docet id Antigonus Caryſtius, Hiſt. Mirab. cap. XII. Ἀφικομένῳ ὃ (τὴν Ἀθηνᾶν) εἰς Παλλήνην, φέρῃ ὄρος, (a) (τὸν Λυκαβηττόν,) ἵνα ἔρυμα πρὸ τῆς ἀκροπόλεως ποιήσῃ. *Quum abiiſſet (Minerva) in Pallenen, ut montem (Lycabettum) ferret, quem pro firmamento ante arcem ſtatueret.* Et mox: Τῇ ὃ Ἀθηνᾷ, φέρούσῃ τὸ ὄρος, ὃ νῦν καλεῖ Λυκαβηττός, κορώνην φησὶν ἀπαντῆσαι, καὶ εἰπεῖν, ὅτι Ἐριχθόνιος ἐν φανερῷ (b) · τὴν ὃ, ἀκούσασαν, ῥίψαι τὸ ὄρος, ὅπου νῦν ἐστι. *Minervae autem, montem ferenti, quem nunc Lycabettum vocant, obviam factam aiunt cornicem, & dixiſſe, revelatum Erichthonium. Quo audito, Deam montem abieciſſe quo nunc loco eſt.* Ante Arcem hunc fuiſſe licet etiam obſervare apud Platonem in Critia, ubi de vetere Vrbe agit. Τὸ ὃ πρὶν ἐν ἑτέρῳ χρόνῳ μέγεθος μὲν ἦν πρὸς τὸν Ἠριδανὸν, καὶ τὸν Ἴλισσὸν, ἀποβεβηκυῖα, καὶ περιέχουσα ἐντὸς τὴν Πνύκα, καὶ τὸν Λυκαβηττὸν ὄρος ἐκ τῆ καταντικρὺ Πνυκὸς ἔχουσα. *Olim autem ea magnitudo erat, uti uſque ad Eridanum, & Ilyſſum proveniret; & in ſe complecteretur etiam Pnycem, Lycabettum, ex adverſo Pnycis habens.* Atqui Pnyx, ut ſupra dixi, iuxta Arcem erat; & ecce ex adverſo eius Lycabettus. Meminit eius Auctor Eryxiae. Ἐν ὃ Σκύθαις τοῖς Νομάσιν εἴ τις τὴν Πολυτίωνος οἰκίαν κεκτημένος εἴη, ἐοικὲν ἂν πλουσιώτερος δοκοῖ εἶναι, ἢ εἰ παρ' ἡμῖν τὸν Λυκαβηττόν. *Si quis inter Scythas Nomadas domum Polytionis poſſideret, nihilo ſibi locupletior videretur, quam ſi apud nos Lycabettum.* Nomen illi datum a lupis, quorum magna ibi copia. Heſychius. Λυκαβηττός, ὄρος τῆς Ἀττικῆς. εἴρηὐ ὃ ἔτω, διὰ τὸ λύκοις πληθύειν (c). *Lycabettus, mons Atticae; ita dictus ob luporum ibi copiam.* Vt luporum autem ferax Lycabettus, ita olivarum erat. Statius Theb. XII. v. 631.

—— *Et pingui melior Lycabettus oliva.*

Lycabettii quoque pueri, tamquam ſi cynaedi eſſent, male vulgo audiebant. Inde eſt, quod Theopompus Comicus in Medo fabula, dicentem introducit Lycabettum:

Παρ' ἐμοὶ λίαν τὰ μειράκια χαρίζεὐ
Τοῖς ἡλικιώταις. ---
Apud me valde pueri copiam ſui faciunt
AEqualibus ſuis. ---

Exſtat id fragmentum apud Schol. Pindari, Pyth. Od. II. Phainus etiam mathematicus Solſtitia ibi deprehendiſſe memoratur. Theophraſtus de ſignis pluviarum. Καὶ ἀγαθοὶ γεγένηὐ κατὰ τόπους τινὰς ἀστρονόμοι ἔνιοι. καὶ Φαεινὸς Ἀθήνησιν ἀπὸ τῆ Λυκαβηττῆ, τὰ περὶ τὰς τροπὰς συνέδε. *Ac fuerunt boni quidam aſtronomi quibusdam locis; & Phainus Athenis a Lycabetto ea, quae ad Solſtitia pertinent, deprehendit.* R. A.

(a) Nil mirum a Minerva Dea montem ferri: Gigantes enim, non Dii, & geſtaſſe perhibentur,
Altaque congeſtos ſtruxiſſe ad ſidera montes.
(b) Hanc fabellam lege apud *Ovidium Metam. Lib.* II.
(c) Λύκος Lupum ſignificat.
(d) Vide *Lib.* I. *Athen. Attic. Cap.* V.

MAPAΘΩN. *MARATHON.*

Inter populos celeberrimus erat Marathon, ſub Leontide tribu. Stephanus. Μαραθών, δῆμος τῆς Λεοντίδος φυλῆς. *Marathon, populus Leontidis tribus.* Heſychius tribum non explicat. Μαραθών, δῆμος τῆς Ἀττικῆς. *Marathon, populus Atticae.* Erat autem in Tetrapoli. Stephanus. Τετράπολις, τῆς Ἀττικῆς. ἔχουσα πόλεις, καὶ δήμους, τέτταρας. Οἰνόην, Προβάλινθον, Μαραθῶνα, Τρικόρυθον. *Tetrapolis, Atticae; habens urbes, & populos quatuor: Oenoen, Probalinthum, Marathonem, Tricorythum.* Aberat Athenis millia paſſuum decem, ſive ſtadia octoginta. AEmilius Probus, ſive eſt Cornelius Nepos, in Miltiade, cap. IV. *Suas copias in campum Marathona deduxerunt. Is abeſt ab oppido circiter millia paſſuum decem.* Diſtabatque aequali intervallo Athenis, & Caryſto Euboeae. Pauſanias in Atticis. Δῆμός ἐστι Μαραθών, ἴσον τῆς πόλεως τῆ Ἀθηναίων ἀπέχων, καὶ Καρύστου τῆς ἐν Εὐβοίᾳ. *Populus vero eſt Marathon, ex aequo diſtans Athenis, & Caryſto Euboeae.* Nomen illi ab heroe Marathone. Pauſanias, ibidem. Σέβουὐ ὃ οἱ Μαραθώνιοι καὶ Μαραθῶνα, ἀφ' οὗ τῷ δήμῳ τὸ ὄνομά ἐστι. *Colunt vero Marathonii etiam Marathonem, a quo nomen populus habet.* Et alibi. Ἐνταῦθα καὶ Μαραθὼν γεγραμμένος ἐστὶν ἥρως, ἀφ' οὗ τὸ πεδίον ὠνόμασαι. *Heic etiam pictus eſt heros Marathon, a quo campus appellatus* (d). Alii dicunt a Maratho, Apollinis filio. Suidas. Μαραθών, τόπος Ἀθήνησιν· ἀπὸ Μαράθου, υἱῆ Ἀπόλλωνος. *Marathon, locus Athenis; a Maratho, Apollinis filio.* Plutarchus, in Vita Theſei. Ἐχέμου φησὶ, καὶ Μαράθου, συστρατευσάντων τότε τοῖς Τυνδαρίδαις ἐξ Ἀρκαδίας, ἀφ' οὗ μὲν, Ἐχεδημίαν προσαγορευθῆναι (e), τὴν νῦν Ἀκαδημίαν· ἀφ' οὗ ὃ, Μαραθῶνα τὸν δῆμον. *Quum, inquit, Echemus, Marathuſque ex Arcadia eo tempore cum Tyndaridis militaſſent, ab illo quidem, Echedemiam, quae nunc Academia dicitur, ab hoc, populum Marathonem nuncupatum.* Palus etiam, in qua fanum Minervae τῆς Ἑλλωτίας. Pindari Scholiaſtes, Olymp. Od. XIII. Τὴν προσηγορίαν ταύτην (τῆς Ἑλλωτίας,) ἐσχηκέναι φασὶ τὴν Ἀθηνᾶν, ἀπὸ τῆ ἐν Μαραθῶνι ἕλους, ἔνθα ἵδρυὐ. *Cognomentum Hellotiae accepiſſe Minervam, aiunt, a palude quae eſt Marathone, ubi templum huic dicatum.* Etymologici Auctor. Ἑλλωτίαν προσηγόρευσεν αὐτὴν, (τὴν Ἀθηνᾶν) καὶ ἱερὸν αὐτῇ ἱδρύσαλο. ἢ ἀπὸ τῆ πρὸς Μαραθῶνα ἕλους ἐν ᾧ ἵδρυὐ. *Hellotiam adpellavit Minervam, ac fanum ei dedicavit; vel a palude quae eſt Marathone, ubi loci dedicatum eſt* (f). Neque unica tantum palus, verum plures in lacu quodam, e quo flumen profluebat: ubi paludi proximum erat, aquas habens pecori paſcendo aptiſſimas; ubi in mare ſe exonerat, ſalſeſcentes, ac marinis piſcibus plenas. Pauſanias Atticis. Ἔστι ὃ ἐν τῷ Μαραθῶνι λίμνη,

(e) Eupolis apud *Laertium* in *Platone* ab Academo quodam Academiam nuncupatam indicat, Timon vero Hecademum appellat.
(f) An non ita dici potuit a Palude Tritonide, quae Pallantias a Callimacho dicitur, quod apud eam natam & educatam Minervam ferant?

Digitized by Google

τὰ πολλὰ ἑλώδης, ῥεῖ ϑ καὶ ποταμὸς ἐκ τ Λίμνης· τὰ μὲν πρὸς αὐτῇ τῇ λίμνῃ, βοσκήμασιν ὕδωρ ἐπιτήδειον παρεχόμεν@. κατὰ ϑ τὴν ἐσβολὴν τὴν ἐς τὸ πέλαγ@, ἁλμυρὸς ἤδη γίνεϑ, κ ἰχθύων τ ϑαλασσίων πλήρης. *Est in Marathone lacus, magna ex parte palustris. E lacu flumen effluit, ubi paludi proximum est, aquam pecori aptam praebens; ubi in mare se exonerat, iam salsescens, ac marinis piscibus scatens.* Et ecce piscium ibi copiam. In his apuae, quas commemorat Aristoteles, Hist. Anim. lib. VI. cap. XV. Αἱ ϑ ἄλλαι ἀφύαι, χέρυς· διὰ τὸ ταχέως λαμβάνειν αὔξησιν. γίνον ϑ ἐν τοῖς ἐπισκίοις, κ ἀλεεινοῖς, τόπους· ὅταν, εὐημερίας χρομένης, ἀναϑερμαίνῃ ἡ γῆ. οἷον περὶ Ἀθήνας, ἐν Σαλαμῖνι, κ πρὸς τῷ Θεμιστοκλέῳ, καὶ ἐν Μαραθῶνι. *Aliae vero apuae sunt deteriores; quia ocyus crescunt. Nascuntur autem in locis umbrosis, calidisque; quum, coelo sereno exsistente, calefit terra; veluti circa Athenas, Salamine, ad Themistoclis monumentum, & Marathone.* Atque, ut in flumine apuae, ita in lacu attagenes habebantur. Aristophanes, avibus, v. 248.

——— Ὅσσα τ' εὐδρόσους τε
Γῆς τόπους ἔχετε, κ λειμῶ-
Να τ ἐρόεντα Μαραθῶν@.
Ὄρνις τε πτεροποίκιλ@,
Ἀτταγᾶς, ἀτταγᾶς.

——— *Et quaecumque roscidaque*
Terrae loca tenetis, & pra-
Tum amabile Marathonis;
Avisque variegatis alis pulcra,
Attagen, attagen.

Vbi Scholiastes. Μαραϑῶν@ ϑ, ὅτι ἐν Μαραϑῶνι πολὺ τὸ ὄρνεον. *Marathonis vero, quia multa ea avis Marathone.* Ac respexit hunc locum Suidas. Ἀτταγᾶς, εἶδ@ ὀρνέου· ὃ τὰ λιμνώδη, κ ἕλεα, χωρία καταβόσκει ϑ. διὸ κ Μαραϑῶνα φησὶν αὐτὸν ἔχειν Ἀριστοφάνης· ἐκεῖ γὰρ πολὺ τὸ ὄρνεον. *Attagen, avis genus; quae lacustria, & palustria loca depascitur: quamobrem etiam Aristophanes ait, ipsam Marathonem incolere, quia illic magna est copia.* Supra hunc locum praesepia equorum Artaphernis erant lapidea; & in saxo tabernaculi vestigia. Pausanias in citatis Atticis. Ὑπὲρ ϑ τὴν λίμνην, φάτναι εἰσὶ λίθου τ ἵππων τ Ἀρταφέρνους, καὶ σημεῖα ἐν πέτραις σκηνῆς. *Supra lacum praesepia sunt e lapide equorum Artaphernis; & in saxo tabernaculi vestigia.* Apollinis quoque Delii templum illic erat; in quo, quum Theori in Delum mitterentur, sacra quotidie faciebant. Philochori hac de re fragmentum est sane elegans apud Scholiasten Sophoclis, Oed. Col. Ὅταν ϑ σημεῖα γένηϑ παραδεδόμενα ἐν τοῖς ἱεροῖς, τότε ἀποστέλλουσι τὴν ϑεωρίαν αἱ ἐκ τοῦ γένους, Πύϑιαί τε κ Δηλιάδες, ἐπὸτερα ἂν καϑήκῃ αὐτοῖς ϑύειν ϑ ὁ μάντις, ὅταν μὲν τὰ εἰς Δελφοὺς πόμπιμα γένηϑ, κ ϑεωρία πέμπηϑ ἐν Οἰνόῃ, καϑ' ἑκάστην ἡμέραν, ἐν τῷ Πυϑίῳ· ἐὰ ϑὲ εἰς Δῆλον ἀποστέλλοιτο ἡ ϑεωρία, κατὰ τὰ προειρημένα ϑύειν ὁ μάντις εἰς τὸ ἐν Μαραϑῶνι Δήλιον· καί ἐστιν ἱεροσκοπία, τ μὲν εἰς Δελφοὺς ϑεωρίας, ἐν τῷ κατὰ τὴν Οἰνόῃ Πυϑίῳ· τ ϑ εἰς Δῆλον, ἐν τῷ κατὰ Μαραϑῶνα Δηλίῳ. *Si portenderint quidpiam sacra, eorum causa legatos mittunt Pythiae, quae familia ea oriundae, aut Deliades, sciscitatum, quae conveniat ipsas facere. Quin & sacra vates facit, quum legati hi mittuntur, in Oenoe, singulis diebus, in Apollinis Pythii templo; sin in Delum hi Theori ablegantur, sacra facit iuxta haec praedicta vates in Apollinis Delii templo Marathone; fitque aruspicina, missis Delphos legatis, in Apollinis Pythii templo, quod Oenoae est: quod si in Delum hi mittantur, Marathone in Delii fano.* Scholiastes, quem iam dixi, Pythii quoque Apollinis illic aram memorat: Λέγοι ϑ' ἂν Πυθίας ἀκτὰς, τ τῦ Πυθίου Ἀπόλλων@ βωμὸν τ ἐν Μαραϑῶνι. *Dixerit etiam Pythia littora, aram Pythii Apollinis Marathone.* Et mox. Ἢ πρὸς Πυθίαις. ὡς ἐπὶ Μαραϑῶνα, οὗ τὸ Πύθιόν ἐστιν. *Aut ad Pythia littora; tamquam respiciens ad Marathonem, ubi Apollinis Pythii fanum est.* Verum fallitur omnino; nam Philochorus, quem allegat, & cuius verba iam exhibui, aliud dicit; neque ipse sat attendit. Ac triremis, qua Theori in Delum, ut dixi, vehebantur, sacra dicta: (a) & Philippus aliquando, facta hic excensione, eam abduxit. Demosthenes, Philippica I. Τὰ τελευταῖα ϑ, εἰς Μαραϑῶνα ἀπέβη· κ τ ἱερὰν ἀπὸ τ χώρας ᾤχετ' ἔχων τριήρη. *Denique in Marathonem exscendit; & sacra triremi e nostra ditione abrepta, abiit.* Libanius in Demosthenis Apologia. Ἐλάτϕαν κατέληφε· ἀλλ' ὐ Πάνακλον, ὐϑὲ Δεκέλϕαν. οὐϑὲ Οἰνόην τ ἱερὰν ἐκ Μαραϑῶνος, τριήρη λαϐὼν ᾤχετο. Sed gravissime ab interpunctione laborat iste locus; idque minime adversum impulit in errorem interpretem, V. Cl. Fridericum Morellum, qui sic vertit: *Elateam expugnavit; sed non Panactum, neque Decelam. Neque Oenoen sacram, e Marathone, triremi capta, abiit.* Interpungo. Οὐϑὲ Δεκέλϕαν, ὐϑὲ Οἰνόην. τ ἱερὰν ἐκ Μαραϑῶν@ τριήρη λαϐὼν, ᾤχετο. *Neque Deceleam, neque Oenoen. Sacra ex Marathone triremi capta, abiit.* Hercules quoque heic colebatur; & huic primi Marathonii divinos honores habuisse tradebantur. Pausanias, Atticis. Σέϐον ϑ οἱ Μαραθώνιοι κ Ἡρακλέα, φάμενοι πρώτοις Ἑλλήνων σφίσιν Ἡρακλέα ϑεὸν νομισθῆναι. *Colunt Marathonii etiam Herculem, inquientes, primos illi divinos honores*

(a) Non eadem videtur esse ac illa sacra navis, de qua ita *Plato* in *Phaedone*? PHAED *sorte quadam id Socrati, o Echecrates, accidit. Nam pridie quam iudicaretur, ornari contigit puppim navis eius, quam mittunt Athenienses in Delum.* ECHECR. *Id vero quid nam sibi vult?* PHAED. *Haec est illa navis, ut aiunt Athenienses, in qua Theseus olim bis septem illos secum tulit in Cretam, servavitque illos, & ille servatus est. Voverat autem, ut fertur, Apollini, si servarentur, quotannis in Delum spectaculum quoddam mittere. Quod quidem nunc etiam hac semper ex illo tempore singulis ad Deum mittunt annis. Quum igitur spectaculi principium agitur, ex lege interim lustrant urbem, neminemque eo tempore publice necant, donec in Delum perveniat navis, rursusque Athenas revertatur ex Delo. Id vero nonnumquam longo peragitur tempore, quando eos occupant venti. Initium vero spectaculi est, postquam Apollinis sacerdos navis illius coronaverit puppim.* De eadem navi *Tertullianus de Anima*: *Quid enim liquido saperet anima tunc Socratis iam sacro navigio regresso?* Hanc navim usque ad Demetrii Phalerei aetatem Athenienses conservasse scribit *Plutarchus* in *Theseo*.

Digitized by Google

res decreviſſe. Meminitque templi Herodotus lib. VI. cap. CXVI. Ἀπιγμένοι ἐς Ἡρακληΐου τοῦ ἐν Μαραθῶνι. *Digreſſi ex Herculis templo, quod Marathone*. Et videndus Harpocration in Ἡράκλεια. Quin certamen quoque ei celebratum; quo victores qui fuiſſent, praemium accipiebant argenteas phialas. Indicat Pindarus Olymp. Od. IX. v. 133.

Οἷον δ' ἐν Μαραθῶνι, συ-
λαθεὶς ἀγενείων,
Μένει ἀγῶνα πρεσβυτέρων,
Ἀμφ' ἀργυρίδεσσιν.
Quale vero Marathone, e-
Greſſus ex imberbibus,
Suſtinuit certamen ſeniorum,
Propter Phialas argenteas.

Vbi Scholiaſtes: Νῦν τὰ Ἡράκλεια, τὸ ἦ οἷον, θαυμαστικῶς. ὅπως ἦ, καὶ οἵως; ὑπέμενεν ἐν τῇ Μαραθῶνι, ἡνίκα περὶ ἀργυρῶν φιαλῶν προέκειτο ἀγωνίζεσθαι. τοῖς γὰρ ἐν Μαραθῶνι ἀγωνιζομένοις, φιάλαι ἀργυραῖ ἐδίδοντο ἔπαθλον. *Nunc certamen Herculis dicit. Ait vero, quale; tamquam admirans: quo vero, & quali modo ſuſtinuit Marathone; quum de Phialis argenteis propoſitum certamen eſſet. Marathone enim certantibus praemium dabantur phialae argenteae.* Heic Euryſtheus, conſerto cum Herculis filiis praelio, cecidiſſe memoratur, Strabo lib. VIII. Εὐρυσθεὺς μὲν ὖν, στρατεύσας εἰς Μαραθῶνα, ἐπὶ Ἡρακλέους παῖδας, καὶ Ἰόλαον, βοηθησάντων Ἀθηναίων, ἰσοφαίται πεσεῖν ἐν τῇ μάχῃ. *Euryſtheus igitur, ducto Marathonem exercitu, contra filios Herculis, & Iolaum, adiuvantibus Athenienſibus, cecidiſſe in pugna fertur*. Taurus quoque heic a Theſeo interfectus. Strabo, ubi de Marathone illi ſermo, lib. IX. Ἐνταῦθα μεμυθεύκασι, καὶ τὸν Μαραθώνιον ταῦρον, ὃν ἀνεῖλε Θησεύς. *Hic fabulantur etiam fuiſſe taurum Marathonium, quem Theſeus occidit*. Vnde Ovidius Metamorph. lib. VII. 432. 433.

—— *Te, maxime Theſeu,*
Mirata eſt Marathon, Cretaei ſanguine tauri.

Videndus etiam Plutarchus in eius Vita. Denique pugna celeberrima, Marathonia nuncupata, hic (a) commiſſa; quae deſcribitur ab Herodoto lib. VI. cap. CXI. &c. In hac pugna, ut hoc item obiter dicam, maximopere enituit virtus herois cuiusdam, quem Stivalem cognomento appellarunt, quod aratro magnam ſtragem edidiſſet. Pauſanias Atticis. Συνέβη δὲ, ὡς λέγουσιν, ἄνδρα ἐν τῇ μάχῃ παρεῖναι, τὸ εἶδος, καὶ τὴν σκευὴν, ἀγροῖκον. ὅτος πολλοὺς τῶν βαρβάρων καταφονεύσας ἀρότρῳ, μετὰ τὸ ἔργον ἦν ἀφανής. ἐρομένοις δὲ Ἀθηναίοις ἄλλο μὲν ὁ θεὸς ἐς αὐτὸ ἔχρησεν οὐδὲν, τιμᾶν δὲ Ἐχετλαῖον ἐκέλευσεν ἥρωα. *Accidit autem, uti ferunt, ut in pugna vir quidam adeſſet, ſpecie, habituque agreſtis. Qui, quum multos Barbarorum aratro interfeciſſet, mox evanuit. Deinde autem ſciſcitantibus Athenienſibus, nil reſpondit aliud Deus, quam ut heroem Stivalem honorarent*. Meminitque idem antea: Μαραθωνίοις γὰρ, ὡς αὐτοὶ λέγουσιν, Ἡρακλῆς ἐ-

(a) Hinc Statius vocat
—— *Eoo clarum Marathona triumpho.*

νομίσθη ἐν πρώτοις. τῶν μαχομένων δὲ δῆλοι μάλιστά εἰσιν ἐν τῇ γραφῇ, Καλλίμαχος, ὃς Ἀθηναίοις πολεμαρχῶν ἤρξατο, καὶ Μιλτιάδης τῶν στρατηγούντων, ἥρως τε Ἐχετλαῖος καλούμενος, ὃ καὶ ὕστερον ποιήσομαι μνήμην. *A Marathoniis enim, ut ipſi memorant, Herculi in primis honores ſunt habiti. Inter pugnantes vero maxime conſpicui in pictura, Callimachus, primus Athenienſium polemarchus; inter duces, Miltiades: & heros, Stivalis dictus; cuius etiam poſtea mentionem faciam*. Ita enim illic quoque eſt ſcribendum; non Ἔχετλος. (b) Atque hic ipſe eſt cenſendus, quem heroem Agricolam dictum a Philoſtrato memoratur in Herodis Attici Vita Sophiſt. lib. II. e quo illud inſuper diſcimus, Herculem eum fuiſſe; matre bubulca, patre Marathone genitum; cuius item ſtatuam heic exſtitiſſe. Γενέσθαι δὲ τὸν Ἡρακλέα τοῦτον οἱ μὲν γηγενῆ φασιν, ἐν τῷ Βοιωτίῳ δήμῳ, Ἡρώδης δὲ ἀκοῦσαι λέγοντά φησιν, ὡς μητὴρ μὲν αὐτῷ γένοιτο γυνὴ βυκόλος, πατὴρ δὲ Μαραθὼν, ὃ τὸ ἐν Μαραθῶνι ἄγαλμα. ἔστι δὲ ἥρως γεωργός. *Fuiſſe autem Herculem hunc terrigenam aiunt, in Boeotio populo. Herodes vero aiebat audiiſſe dicentem, matre genitum bubulca, patre vero Marathone, cuius etiam Marathone ſtatua exſtet, eſſque heros agricola*. Quin Agathionem dictum cognomento a Boeotiis, Marathoniiſque agricolis, idem paullo poſt commemorat; ipſum heroem ſic de ſe loquentem faciens: Καὶ ξυμφέρουσί μοι τὸν ἔρανον τοῦτον γεωργοὶ Μαραθώνιοί τε καὶ Βοιώτιοι· οἶμαι, καὶ Ἀγαθίωνα ἐπονομάζουσιν, ἐπειδὴ καὶ εὐξύμβολος αὐτοῖς φαίνομαι. *Conferuntque mihi hanc ſymbolam pariter ruſtici Marathonii, ac Boeotii, &, opinor, cognomento Agathionem item adpellant, quia ipſis fauſti ominis ſigna praebeam*. Poſt hanc pugnam, qui in ea cecidiſſent Athenienſes, uno omnes monumento honorati; alteroque Plataeenſes, atque ſervi: ac Miltiades, ſeorſim, tamquam ductor ſuum habuit: & Athenienſium quidem cippi impoſiti; in quibus caeſorum nomina, item tribus legebantur. Pauſanias in citatis Atticis. Τάφος δὲ ἐν τῷ πεδίῳ Ἀθηναίων ἐστὶν, ἐπὶ δὲ αὐτῷ στῆλαι, τὰ ὀνόματα τῶν ἀποθανόντων κατὰ φυλὰς ἑκάστων, ἔχουσαι. καὶ ἕτερος Πλαταιεῦσι Βοιωτῶν, καὶ δούλοις. ἐμαχέσαντο γὰρ καὶ δοῦλοι τότε πρῶτον. καὶ ἀνδρός ἐστιν ἰδίᾳ μνῆμα Μιλτιάδου τοῦ Κίμωνος. *In campo Athenienſium eſt ſepulcrum, & cippi in eo, nomina interfectorum iuxta tribus referentes: alterumque, Plataeenſibus, Boeotis, atque ſervis. Nam & ſervi tunc primum militarunt. Seorſim vero monumentum eſt Miltiadis Cimonis*. Sed & fons Macaria illic, a Macaria, Herculis, ac Deianirae filia dictus. Pauſanias ibidem. Ἔστι δὲ ἐν τῷ Μαραθῶνι πηγὴ, καλουμένη Μακαρία. ἐνταῦθα ἡ Μακαρία, Δηϊανείρας καὶ Ἡρακλέους θυγάτηρ, ὑποσφάξασα ἑαυτὴν, ἔδωκεν Ἀθηναίοις τε κρατῆσαι τῷ πολέμῳ, καὶ τῇ πηγῇ τὸ ὄνομα ἀφ' ἑαυτῆς. *Eſt fons etiam Marathone, quem Macariam adpellant. Heic Macaria, Herculis, & Deianirae filia, cum ſe ipſa occidiſſet, victoriam Athenienſibus, fonti nomen a ſe dedit*. He-

(b) Conſule ſuperius *Lib.* I. *Athen. Attic. cap.* V.

Digitized by Google

rodes Sophista plurimum heic commemoratus. Philostratus in eius vita lib. II. Διητᾶτο μὲν ὁ Ἡρώδης ἐν τῇ Ἀττικῇ παρὰ τοὺς φιλτάτους ἑαυτῷ δήμους, Μαραθῶνα, καὶ Κηφισίαν. *Commorabatur quidem Herodes in Attica, apud gratissimos sibi populos, Marathonem, & Cephesiam.* Et in Vita Alexandri eodem libro. Ἀκούων ἦ ἢ Ἡρώδου ἐν Μαραθῶνι διαιτώμενον, καὶ ἢ νεότητα ἑπακολουθοῦσαν αὐτῷ πᾶσαν, γράφει πρὸς αὐτὸν ἐπιστολήν. *Audiens Herodem Marathone commorari, ac sequutam eum esse iuventutem universam, litteras ad ipsum scribit.* Promontorium eius, Euboeae obversum, Κυνόσουρα dicebatur. Hesychius. Κυνόσουρα, φυλὴ Λακωνική· καὶ ἄκρα τῆ Μαραθῶνος, πρὸς τὴν Εὐβοίαν τετραμμένη. *Cynosura, tribus Laconica; & promontorium Marathonis, Euboeae obversum.* Agu m habebat olei fertilem. Inde Nonnus, Dionys. lib. XIII. v. 184.

Καὶ τέμενος βαθύδενδρον ἐλαιοκόμου Μαραθῶνος.
Et agrum sacrum cum arboribus altis oleae culturis Marathonis.

Iterum lib. XLVIII. v. 18.

Βότρυς ἐλαιήεντος ἐφοινίχθη Μαραθῶνος.
Uva oliviferi rubebat Marathonis.

Et videtur optimus fuisse versus Oenoen. Innuit istud Lucianus Icaromenippo. Μάλιστα δὲ ἐπ' ἐκείνοις ἐπήει μοι γελᾶν, τοῖς περὶ γῆς ὅρων ἐρίζουσι, καὶ τοῖς μέγα φρονοῦσιν ἐπὶ τῷ τὸ Σικυώνιον πεδίον γεωργεῖν, ἢ Μαραθῶνος ἔχειν τὰ περὶ τὴν Οἰνόην. *Ac potissimum illos mihi ridere libet, qui de terrae finibus contendunt, & se iactant, quod Sicyone agrum colant, aut possideant Marathonis eam partem, quae est circa Oenoen sita.* Totus autem planus erat, & aptissimus equitatui. Herodotus lib. VI. Καὶ γὰρ ἦν Μαραθὼν ἐπιτηδειότατον χωρίον τῆ Ἀττικῆς ἐυιππεῦσαι. *Erat enim Marathon locus Atticae ad inequitandum aptissimus.* Erant item A illic silvae. Indicat Seneca in Hippolyto v. 17. 18.

——— *Qua Marathon tramite laevo*
Saltus aperit. ———

Inde Βαθύδενδρον dixit Nonnus in citato statim versu. Equos quoque praestantissimos producebat; unde Cratino Εὐιπποτάτη alibi dicta. Porphyrius meminit Quaest. Hom. VIII. Οὐκέτι ἂν ὤμην ἁμάρτημα εἶναι γραφικὸν, Ἰωνικὸν δὲ μᾶλλον ἰδίωμα. πολλὰ γὰρ ἔτοι ἢ ὀνομάτων χαίρουσι θηλυκῶς ἐκφέροντες, οἷον, τήν τε λίθον· καὶ ἢ χίονα· καὶ ἔτι, ἢ Μαραθῶνα. Κρατῖνος. εὐιπποτάτη Μαραθών. Νίκανδρος· εὐκτιμένην Μαραθῶνα. *Itaque non putem erratum esse scriptionis, sed potius Ionicum idioma; siquidem illi multa nomina genere feminino efferunt, ut quum dicunt: Hanc lapidem: & hanc cippum: item hanc Marathonem. Cratinus: equis praestantissima Marathon. & Nicander: pulcra aedificiis Marathon.* Quin hoc quoque ibi observa, aedificia admodum pulcra habuisse; unde & εὐκτιμένην Μαραθῶνα a Nicandro adpellari. Ptolemaeus Sophista huic populo insertus fuit, ideoque Μαραθὼν cognominatus; quamquam alii sic existiment, quod nimirum in causis Atticis, eorum, qui Marathone essent periclitati, saepe meminisset. Philostratus in eius Vita Sophist. lib. II. Μαραθῶνα δὲ αὐτὸν ἐπωνόμαζον, ὡς μέν τινες, ἐπειδὴ τῷ Μαραθῶνι δήμῳ ἐνεγράφη Ἀθηναίων· ὡς δὲ ἔνιοι, ἐπειδὴ ἐν ταῖς Ἀττικαῖς ἢ ὑποθέσεων ἢ Μαραθῶνι προκινδυνευσάντων θαμὰ ἐμνημόνευσε. *Marathonem ipsum cognomento adpellabant, quod ut quidem arbitrantur, Athenis in hunc populum relatus esset: vel, ut quidam, quod in causis, quae nimirum Atticae essent, saepe eorum meminisset, qui Marathone se pro aliis in periculum coniecissent.* R. A. a 1

---

a. Tribus Leontidis. Μαραθὼν, δῆμος τῆς Λεοντίδος φυλῆς. *Marathon, populus Leontidis tribus.* Hesychius. Μαραθὼν, δῆμος ἢ Ἀττικῆς. *Marathon, populus Atticae.* Distabat aequali spatio Athenis, & Carysto Euboeae. Pausanias Atticis. δῆμός ἐστι Μαραθὼν, ἴσον ἢ πόλεως ἢ Ἀθηναίων ἀπέχων, καὶ Καρύστου ἢ ἐν Εὐβοίᾳ. *Populus est Marathon, eodem intervallo ab urbe Athenis distans, ut ab Carysto in Euboea.* Nomen illi a Marathone heroe. Pausanias loco citato. σέβονται δὲ οἱ Μαραθώνιοι, τούτους τε οἱ παρὰ ἢ μάχην ἀπόθανον, ἥρωας ὀνομάσαντες, καὶ Μαραθῶνα, ἀφ' οὗ τῷ δήμῳ τὸ ὄνομά ἐστι. *Venerantur autem Marathonii & illos qui in pugna occubuerunt, heroas vocantes, & Marathonem, a quo nomen populo est.* (a) E Alii dicunt a Maratho Apollinis filio. Suidas. Μαραθὼν, τόπος Ἀθήνησιν, ἀπὸ Μαράθου υἱοῦ Ἀπόλλωνος. *Marathon, locus Athenis, ab Maratho filio Apollinis.* Plutarchus Thesco. Ἔχεμον φησὶ καὶ Μαράθου συστρατευσάντων τότε τοῖς Τυνδαρίδαις ἐξ Ἀρκαδίας, ἀφ' οὗ μὲν Ἐχεδημίαν προσαγορευθῆναι τὴν νῦν Ἀκαδημίαν, ἀφ' οὗ δὲ Μαραθῶνα τὸν δῆμον. *Traditur Echemo & Maratho una militantibus cum Tyndaridis ex Arcadia venientibus; ab eo quidem Echedemiam dictam quae nunc Academia, ab hoc autem Marathonem populum.* Et Marathonis ibi statua. Philostratus de Vita Sophist. lib. II. in Herode. πατὴρ δὲ, Μαραθών. οὗ τὸ ἐν Μαραθῶνι ἄγαλμα. *Pater quidem Marathon. Cuius est in Marathone statua.* Hic accidit nobilissi-

(a) Hinc Demosthenes *De Corona* per eos iurat. *Longius* περὶ ὕψους *Sect.* XIIII. de Demosthene: ἀλλ' ἐπειδὴ καθάπερ ἐμπνευσθεὶς ἐξαίφνης ὑπὸ θεοῦ, καὶ οἱονεὶ φοιβόληπτος γενόμενος, τὴν τῶν ἀριστέων τῆς ἑλλάδος ὁρκον ἐξεφώνησεν. Οὐκ ἔστιν ὅπως ἡμάρτετε, οὐ μὰ τοὺς ἐν Μαραθῶνι προκινδυνεύσαντας, φαίνεται δι' ἑνὸς ὁμοίκου σχήματος (ὅπερ ἐνθάδε ἀποστροφὴν ἐγὼ καλῶ τοὺς προγόνους ἀποθεώσας, ὅτι δεῖ τοὺς οὕτως ἀποθανόντας ὡς θεοὺς ὀμνύναι παρισάνων. *Sed tamquam de repente a Deo inspiratus, ac veluti adflatus Phoebi numine, quum per proceres Graeciae qui strenue pugnantes cecidérant in Marathonia pugna, iurat exclamando*: Non est quod deliqueritis, non per eos, qui pro aliis in Marathone periclitati sunt. *Videtur una illa iurisiurandi forma & figura (quam hic ego Apostrophen voco) maiores divinis prosequutus honoribus, eos, qui sic occubuissent, tamquam Deos per quos iurare oporteat, producere.* Simile iuramentum apud *Eupolin* offenditur. Canit enim:

Οὐ γὰρ μὰ τὴν μαραθῶνι τὴν ἐμὴν μάχην.
Χαίρων τις αὐτῶν τοὐμὸν ἀλγυνεῖ κέαρ.
Non enim per meam ad Marathonem pugnam,
Gaudens quisquam eorum meum tristitia adficiet animum.

Digitized by Google

ΜΕΛΑΙΝΕΙΣ. sive ΜΕΛΑΙΝΑΙ.
MELENEI. sive MELENAE.

Antiochidis tribus. Stephanus. Μελαινεῖς.

A δῆμος τῆς Ἀντιοχίδος φυλῆς. Καλλίμαχος δὲ Μελαινάς φησι τὸν δῆμον κεκλῆσθαι. ὁ δημότης ομοίως, Μελαινεύς. *Melenei, populus Antiochidis tribus; Callimachus vero inquit populum Melaenas voca-*

---

lissima illa pugna, Marathonia dicta: exstantque sepulcra ibi caesorum, & columnae, quibus nomina inscripta, & tribus. Illic Miltiadis quoque monumentum; & fons Macaria, ab Herculis & Deianirae filia nomen habens, e quo amnis effluebat. Haec omnia adcurate narrat pluribus verbis Pausanias loco citato. Illic quoque taurus a Theseo occisus; de quo multi. Porro Marathon cognominatus fuit Ptolemaeus Sophista, quod insertus huic populo: vel, ut alii, quod in causis Atticis, eorum qui Marathone periclitati essent, frequenter meminisset. Philostratus in eius Vita lib. II. de Sophistis. Μαραθῶνα δὲ αὐτὸν ἐπωνόμασαν, ὡς μέν τινες, ἐπιδὴ τῷ Μαραθῶνι δήμῳ ἐνεγράφη Ἀθήνησιν. ὡς δὲ ἐνίων ἤκουον, ἐπειδὴ ἐν ταῖς Ἀττικαῖς τῶν ὑποθέσεων τῶν Μαραθῶνι προκινδυνευσάντων ξαμὰ ἐμνημόνευσε. *Marathona vero enim cognominabant, quia, ut quidam volunt, Marathoni populo adscriptus est Athenis; Vel ut ab quibusdam audivi, quia in causis Atticis, qui olim periclitati sunt Marathone, subinde meminerit.* Hoc modo olim Meurs. in Pop. Att.

1. Tribus Leontidis, sed in monumento de tredecim tribubus, quod mihi videtur fide dignius, additur Aiantidi. Inscriptio Athenienſis.

ΑΥΡΗΛΙΟC
ΕΥΕΛΠΙCΤΟC
ΜΑΡΑΘωΝΙΟC
ΠΡΕCΒΥΤΕΡΟC (a)

Ο ΚΟCΜΗΤΗC ΤΩΝ ΕΦΗΒΩΝ
ΜΑΡΚΟC ΙΟΥΛΙΟC ΠΗΝΩΝ
ΜΑΡΑΘΩΝΙΟC ΚΑΙ Ο ΑΝΤΙ
ΚΟCΜΗΤΗC ΟΦΙΛΛΙΟC ΑΡΙC
ΤΩΝ ΚΟΛΛΥΤΕΥC ΤΟΥC ΤΕ
ΣΥΝΑΡΧΟΝΤΑC ΚΑΙ ΤΟΥC
ΕΦΗΒΕΥCΑΝΤΑC ΕΠΙ ΑΡΧΟΝ
ΤΟC ΦΙΛΟΤΕΙΜΟΥ ΤΟΥ ΑΡ
ΚΕCΙΔΗΜΟΥ ΕΛΕΟΥCΙΟΥ (b) ΑΝΕ
ΓΡΑΨΑΝ ΠΑΙΔΟΤΡΙΒΟΥΝΤΟC
ΔΙΑ ΒΙΟΥ ΕΠΙΚΤΗΤΟΥ ΤΟΥ
ΦΙΛΕΡΩΤΟC ΣΦΗΤΤΙΟΥΕΤΟC
Ι ΓΡΑΜΜΑΤΕΥΟΝΤΟC ΔΙΑ
ΒΙΟΥ ΣΤΡΑΤΩΝΟC ΤΟΥ ΚΙ
ΘΑΙΡΩΝΟC ΑΧΑΡΝΕΩC

ΣΩΦΡΟΝΙΣΤΑΙ

ΑΡΙCΤΟΒΟΥΛΟC ΣΥΜΜΑΧΟΥ
ΜΑΡ.
ΠΑΙ. ΕΠΙΓΟΝΟC ΧΟΛΑΡ.
ΑΡΙCΤΟΒΟΥΛΟC ΑΠΟΛΛΩ
ΝΙΟΥ ΠΕΙ.
ΣΥΜΦΕΡΩΝ ΕΞ ΟΙΟΥ
ΑΓΑΘΗΜΕΡΟC ΠΡΩΤΟΥ
ΠΑΛΛΗ.
ΕΛΕΥCΕΙΝΙΟC ΜΗΝΟΔΩΡΟΥ
ΔΕΙΡ.

(a) Senior, ad discrimen iunioris, scilicet filii ejusdem nominis. *Salvin.*
(b) Forte Ἐλευσινίου *Salv.*

ΤΡΟCΩΦΡΟΝΙCΤΑΙ

ΣΕΡΑΠΙΩΝ ΙCΟΦΙΛΟΥ (c) ΓΑΡ
ΓΗΤΙ
.....
.....

B

ΓΥΜΝΑCΙΑΡΧΑΙ

ΒΟΗΔΡΟΜΙΩΝΑ ΙΟΥΛΙΟC ΕΥ
ΦΡΑΝΩΡ ΜΑΡΑΘΩΝΙΟC ΣΤΡΑ
ΤΗΓΟC
ΠΤΑΝΟΨΙΩΝΑ (d) ΔΗΜΗΤΡΙΟC
ΜΑΡΚΟΥ ΒΗCΑΙΕ.
ΜΑΙΜΑΚΤΗΡΙΩΝΑ ΣΥΜΜΑ
ΧΟC
ΑΡΙCΤΟΒΟΥΛΟC ΜΑΡΑΘΩ
ΝΙΟC
ΠΟCΕΙΔΕΩΝΑ ΑΡΤΕΜΩΝ
ΜΗΝΟΔΩΡΟΥ
....ΤΙΟC

C

ΠΤΟΛΕΜΑΙΔΟC

ΔΙΟΔΩΡΟC ΣΥΜΜΑΧΟΥ
ΔΗΜΗΤΡΙΟC ΣΥΜΜΑΧΟΥ
ΝΙΚΟΜΑΧΟC ΑΦΡΟΔΕΙCΙΟΥ
ΣΩΤΗΡ ΚΑΛΛΙΤΥΧΟΥ
ΕΙΡΕΝΑΙΟC ΚΑΛΛΙΤΥΧΟΥ
ΑCΚΛΗΠΙΑΔΗC ΚΑΛΛΙΤΥΧΟΥ

D

ΑΚΑΜΑΝΤΙΔΟC

ΣΩΤΑC
ΕΥΤΥΧΙΑΝΟC ΣΩΤΟΥ
ΠΑΙ. ΕΠΙΓΟΝΟC
ΠΑΙ. ΑCΙΑΤΙΚΟC
ΦΙΛΙCΤΟC ΕΠΑΓΑΘΟΥ
ΙΛΑΡΟC ΕΠΑΓΑΘΟΥ
ΑΡΙCΤΟΒΟΥΛΟC

ΑΔΡΙΑΝΙΔΟC

E

ΕΡΜΕΙΑC ΕΙCΙΔΩΡΟΥ (e)
ΛΙΓΥΡΟC ΑΝΘΟΥ
.....ΑΝΘΟΥ
.....
.....
.....

ΕΠΕΝΓΡΑΦΟΙ

ΙΟΥ. ΤΡΟΦΙΜΟC
ΦΙΛΗΤΟC
ΖΟCΙΜΟC
ΜΑΞΙΜΟC
ΧΡΥCΟC ΕΙCΙΔΟΤΟΥ
ΝΕΩΝ ΤΡΟΦΙΜΟΥ
ΑΓΑΘΗΜΕΡΟC
ΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟC ΖΩCΙΜΟΥ
ΔΙΟΝΥCΙΟC ΑΦΡΟΔΕΙCΙΟΥ
ΖΩCΙΜΟC Ο ΚΑΙ ΒΑCΙΛΕΟΔΩ.
ΚΛ.

F

(c) Alias Γ'σιφίλου, *Isidi cari*, ut Μενόφιλος, *Lunae carus*. *Salv.*
(d) In libris Πυανεψίωνα. *Salv.*
(e) Γ'σιδώρου.

Digitized by Google

vocatum fuisse. Popularis, similiter Meleneus. 1

ΜΕΛΙΤΗ. *MELITE.*

Tribus Oeneidis. Stephanus in Μελίτη. ἡ δῆμος Οἰνηίδος φυλῆς. ὁ δημότης, Μελιτεύς. *Et populus Oeneidis tribus. Popularis, Melitensis.* Alii Cecropidi tribuunt. Harpocration. Μελίτη, Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Κόνωνος. δῆμός ἐστι τῆς Κεκροπίδος. *Melite. Demosthenes in oratione adversus Cononem. populus est Cecropidis.* Et ex eo totidem verbis Suidas. Nomen habet a Melite Nympha, cum qua Hercules rem habuisse fertur. Aristophanis Schol. Ranis. ἐκλήθη δὲ (ἡ Μελίτη) ἀπὸ Μελίτης Νύμφης, ἣ ἐμίγη ὁ Ἡρακλῆς. *Vocata vero est (Melite) a Melite Nympha, cum qua rem habuit Hercules.* Harpocration loco citato. κεκλῆσθαι δὲ φησι τὸν δῆμον Φιλόχορος ἐν τρίτῃ ἀπὸ Μελίτης. *Vocatam vero esse populum ait Philochorus libro tertio a Melite.* Meminit Melites populi Isæus in Or. περὶ τοῦ Ἀγνου κλήρου. οἰκίαν ἣ Μελίτῃ, τρισχιλίων ὠνημένην. *Domum vero in Melite tribus millibus venditam.* Qui popularis esset, Μελιτεὺς dicebatur. Hesychius. Μελιτεὺς κάπρος. ὁ γὰρ δῆμος Μελιτεύς ἐστι. *Melitensis Aper. Populo enim Melitensis est.* Itaque corrigendus Plutarchus in Lycurgo Rhetore. Πρότερον δ' αὐτὴν γήμας Διοκλῆς ὁ Μελιτεὺς, ἐγέννησε Διοκλέα ὁ ἐπὶ τοὺς ὁπλί-

ΚΛ. ΜΑΡΩΝ
ΣΤΕΦΑΝΟΣ
ΕΥΚΑΡΠΟΣ
ΦΛ. ΠΡΕΙΜΟΣ
ΑΘΗΝΑΟΙΣ ΕΙΣΙΔΟΤΟΥ
ΜΥΡΙΣΜΟΣ ΑΣΚΛΗΠΙΑΔΟΥ
ΑΘΗΝΙΟΝ (a)
ΣΩΤΑΣ
ΑΓΑΘΟΠΟΥΣ (b) ΓΟΡΓΙΟΥ
..ΗΝΟΔΩΡΟΣ (c) ΕΥΦΡΟΣΥΝΟΥ
.....
.....

Spon. *Itin. T.* 2. *p.* 485. &c. (d)

1 ΜΕΙΛΗΤΟΝ.

Miletum. ex tribus quatuorve inscriptionibus antiquis de Milesiis, quas inveni Athenis, & in eius agro suspicor fuisse oppidum huius nominis in Attica, præter Melitam, cuius incolae vocabantur ΜΕΛΙΤΕΙΣ, illius vero ΜΕΙΛΗΣΙΟΙ sive ΜΙΛΗΣΙΟΙ. Et certe eius quoque inveni mentionem apud Plinium in descriptione Atticae. *Rhamnus pagus, locus Marathon, campus Thriasius, oppidum Miletos, & Oropus in confinio Boeotiae.* Editiones recentiores habent *Melita*. Sed utcumque id sit, utique est iste locus, diversus a Melite, quae pars erat Vrbis Athenarum; quum Melita sive Miletum, ut est in antiquis editionibus statuatur nomen Oppidi. In huius rei fidem est monumentum vetus, quod alibi attulimus, in quo duodecim populi Attici commemorantur, quod pulcre distinguit duos hos populos in istis duobus versibus.

ΛΕΩΝΙΔΗΣ ΛΕΩΝΙΔΟΥ ΜΕΛΙΤΕΥΣ

Et

ΕΣΤΙΑΙΟΣ ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΜΙΛΗΣΙΟΣ

Ista enim vox ΜΙΛΗΣΙΟΣ nequit esse ab Mileto Asiae minoris, quia in hac inscriptione sermo tantum est de populis Atticis. In Palaeochoro prope Athenas.

ΧΑΙΡΕ

ΑΘΗΝΑΕΙΣ ΘΕΟΚΡΙΤΟΥ ΕΔΑΠΤΕΩΝ (e)
ΦΑΥΣΤΟΣ ΛΕΟΝΤΟΣ ΜΕΙΛΗΣΙΟΣ

Athenis apud Benaldum,

...ΕΝΝΕΙΡΙΚΟ.. ΠΟΣ
...Ω Σ ΜΕΙΛΗΣΙΟΥΣ

In Sopollia.

ΕΥΤΥΜΙΑ (f) ΝΙΚΙΟΥ
ΜΙΛΗΣΙΑ

Athenis in aula Giorgaki Livaditi.

ΕΠΙΓΟΝΑ ΜΟΣΧΙΩΝΟΣ ΜΕΙΛΗΣΙΑ

Spon. *Itin. T.* 2. *p.* 444.

(a) Ἀθηνίων.
(b) Hoc nomen habes in Gemma Tom. II. Mus. Florent.
(c) Ἀθηνόδωρος.
(d) *Sponius* loco citato haec marmora illustrat, & quidem non sine alius inscriptionis, quae Oxonii extat Athenis advecta, enarratione: quam hic producere e re nostra esse censui, utpote libello De populis Atticae ornando aptissimam. In medio marmoris Hercules est sub arbore recubans: inscriptio autem ita habet.

ΚΟΣΜΗΤΕΥΟΝΤΟΣ ΣΤΑ. ΣΕΣΙ. ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΣ ΧΟΛΛΕΙΔΟΙ

ΑΝΤΙΚΟΣΜΗΤΕΥΟΝΤΟΣ ΚΑΣΙ. ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ ΣΤΕΙΡΙΕΩΣ

ΣΩΦΡΟΝΙΣΤΗΣ ΑΘΗΝΑΙΟΣ ΣΠΕΝΔΟΝΤΟΣ ΕΛΕΥΣΕΙΝΙΟΣ

ΤΟΙΣ ΕΦΗΒΟΙΣ ΤΟΝ ΗΡΑΚΛΕΑ ΑΠΟ ΤΗΣ ΕΝ ΕΛΕΥΣΕΙΝΙ ΝΕΙΚΗΣ

ΠΑΙΔΟΤΡΙΒΟΥΝΤΟΣ ΑΒΑΣΚΑΝΤΟΥ

ΣΙΕΩΣ ΕΤΟΣ ΗΓ.

(e) Ἐκ Δαπίων
(f) Fortè Εὐθυμία.

Digitized by Google

ἐπιλίτας στρατηγήσαντα. *Ante enim eam duxit Diocles Melitensis, genuitque Dioclem, qui gravis armaturae dux fuit.* Non recte scribitur. Διοκλῆς ὁ Μελιτεύς. Habitavit illic olim Eurysaces, Aiacis F. Plutarchus in Solone. Αὐτοὶ δ' Ἀθηναῖοι ταῦτα μὲν οἴονται φλυαρίαν εἶναι, τὴν δὲ Σόλωνά φασιν ἀποδεῖξαι τοῖς δικασταῖς, ὅτι Φιλαῖος καὶ Εὐρυσάκης, Αἰαντος υἱοὶ, Ἀθήνησι πολιτείας μεταλαβόντες, παρέδοσαν τὴν νῆσον αὐτοῖς καὶ κατῴκησαν, ὁ μὲν ἐν Βραυρῶνι τῆς Ἀττικῆς, ὁ δὲ ἐν Μελίτῃ. *Ceterum ipsi ducunt haec Athenienses pro vanis, Solonem vero planum fecisse aiunt iudicibus Philaeum, & Eurysacem Aiacis filios civitate ab Athenien sibus donatos ipsis insulam hanc tradidisse, habitavisseque hunc in Braurone Atticae, illum in Melite.* Et post mortem fanum ibi tamquam heroi est exstructum. Harpocr. Εὐρυσάκειον. Τὸ περίδρομον ἐν τῷ πρὸς Ἀρισογείτονα. τέμενός ἐστιν Εὐρυσάκους τοῦ Αἴαντος ἐν Ἀθήναις, ὅπως ὀνομαζόμενον, ἐν Μελίτῃ. (a) *Eurysacium. Hyperides Oratione adversus Aristogitonem. Fanum est Eurysacis Aiacis F. Athenis, quod ita nominatur, in Melite.* Et Melanippi quoque, Thesei F. ibidem fanum. Observo apud eumdem Harpocrationem alibi. Μελανίππειον, Λυκοῦργος ἐν τῷ κατὰ Λυκόφρονος. Μελανίππου τοῦ Θησέως ἡρῴον ἐστιν, ὡς φησιν Ἀσκληπιάδης τραγῳδεμένοις. Κλείδημος δ' ἐν πρώτῃ Ἀτθίδος. ἐν Μελίτῃ αὐτὸ εἶναι λέγει. *Menalippium, Lycurgus in oratione adversus Lycophronem. Monumentum est herois Menalippi Thesei F. honori erectum, ut Asclepiades in Tragicis ait. Clidemus vero in primo libro Atthidis, in Melite illud esse ait.* Erat autem ea pars Vrbis, quae retro Porticum longam. Schol. Aristophanis ad Aves. μέρος τι νῦν σύνηθες γέγονε τὸ Κολωνὸν καλεῖν, τὸ ὄπισθεν τῆς μακρᾶς στοᾶς. ἀλλ' οὐκ ἔστι. Μελίτη γὰρ ἅπαν ἐκεῖνο, ὡς ἐν τοῖς ὁρισμοῖς γέγραπται τῆς πόλεως. *Moris fuit, ut pars quaedam Colonum appellaret, id quod retro longam porticum erat. Sed non est. Totum enim illud Melite, ut in definitionibus urbis scriptum est.* Habebat domum Themistoclis, & prope eam templum Dianae Ἀριστοβούλης, ab ipso exstructum; ubi postea cadavera eorum, qui carnificis manu sublati, proiici solita. Plutarchus in Themistocle. ἠνίασε δὲ τοὺς πολλοὺς καὶ τὸ τῆς Ἀρτέμιδος ἱερὸν ἐσάμενος, ὃν Ἀριστοβούλην μὲν προσηγόρευσεν, ὡς ἄριστα τῇ πόλει περὶ τοῖς Ἕλλησι βουλευσάμενος. πλησίον δὲ τῆς οἰκίας κατεσκεύασεν ἐν Μελίτῃ τὸ ἱερὸν, ἔνθα νῦν τὰ σώματα τῶν θανατουμένων οἱ δήμιοι προβάλλουσι, καὶ τὰ ἱμάτια περὶ τὰς βρόχους τῶν ἀπαγχομένων καὶ καθαιρεθέντων ἐκφέρουσιν. *Momordit etiam multitudinem aede exstruenda Dianae, quam Aristobulen (quasi optima consilia ipse civitati, & Graecis dedisset) adpellavit. Iuxta domum suam delubrum hoc in Melita struxit, ubi nunc cadavera supplicio adfectorum carnifices proiiciunt, vestesque, & laqueos efferunt eorum, qui strangulati & interfecti fuerunt.* Hac de re corruptus locus apud eumdem de Herodoti Malign. οἶμαι μηδὲ ἐκείνους ἀνηκόους εἶναι Θεμιστοκλέους, καὶ τοῦ Θεμιστοκλέους βουλεύματος, ὁ βουλεύσας τῇ Ἑλλάδι ναυμαχῆσαι πρὸ τῆς Σαλαμῖνος, ἱδρύσατο ναὸν Ἀριστοβούλης Ἀρτέμιδος ἐν Μελίτῃ, τοῦ βαρβάρου κατατολεμηθέντος. *Ne illis quidem puto inauditum esse Themistoclem, & consilium Themistoclis, quo cum Graecis persuasisset, uti ante Salaminam navali praelio decernerent, victo Barbaro, in Melita Templum Consulentis Dianae dedicavit.* Hodie truncate editur. ναὸν βουλῆς Ἀρτέμιδος. Atqui Ἀριστοβούλη erat a Themistocle nuncupata. Nec vero ille primus hoc cognomen Deae excogitavit, sed Rhodiorum exemplo fecit, apud quos eo nomine iam ante colebatur. Porphyrius περὶ ἀποχῆς ἐμψύχων, lib. II. ἐθύετο γὰρ καὶ ἐν Ῥόδῳ μηνὶ Μεταγειτνιῶνι ἕκτῃ ἱσταμένου ἄνθρωπος τῷ Κρόνῳ (b). ὁ δὴ ἐπὶ πολὺ κρατῆσαν ἔθος μετεβλήθη. ἕνα γὰρ τῶν ἐπὶ θανάτῳ δημοσίᾳ κατακριθέντων μέχρι μὲν τῶν Κρονίων συνεῖχον. ἑνδεκάσης δὲ τῆς ἑορτῆς προαγαγόντες τὸν ἄνθρωπον ἔξω πυλῶν ἀντικρὺς τοῦ Ἀριστοβούλης ἕδους, οἴνῳ ποτίσαντες, ἔσφαττον. *Sacrificabatur enim etiam Rhodi die sextadecima Mensis Metagitnionis homo Saturno. Mos vero hic, qui diu obtinuit, mutatus est. Vnum enim eorum, qui publice capite damnati essent usque ad Saturnalia servabant. Quum autem festum advenisset, hominem extra portam e regione Aristobules sedis deducentes, quum vino eum potassent, immolabant.* Hic quoque mysteriis minoribus initiatus fuit Hercules, & templum illic ei conditum. Scholiastes Aristophanis ad Ranas. ἡ Μελίτη δῆμος τῆς Ἀττικῆς, ἐν ᾗ ἐμυήθη Ἡρακλῆς τὰ μικρὰ μυστήρια. ἔστι δὲ ἐκεῖ καὶ Ἡρακλέους ἱερόν. *Melite, populus Atticae, in qua Hercules parvis mysteriis initiatus est. Est autem ibi etiam Herculis fanum.* Et in eo simulacrum ipsius, Geladae opus, eius qui Phidiam artem docuit. Ioannes Tzetzes Chil. VIII. cap. CXCII.

Γελάδᾳ τῷ Ἀργείῳ μὲν ἦν μαθητὴς Φειδίας,
Τοῦ ἐν Μελίτῃ Ἀττικῆς πλάσαντος Ἡρακλέα.
Geladae Argivi quidem erat discipulus Phidias,
Eius qui in Melite Atticae finxit Herculem.

Et corrigendus est Aristophanis Scholiastes loco citato. τὸ δὲ τοῦ Ἡρακλέους ἄγαλμα, ἔργον Γελάδου τοῦ Ἀργείου, τοῦ διδασκάλου Φειδίου. *Herculis vero simulacrum, opus Geladae Argivi, Magistri Phidiae.* Male editur. ἔργον Ἐλάδου τοῦ Α. Nam Geladas dicebatur statuarius ille, Phidiae doctor. Vides in verbis Tzetzae, & apud Suidam. Γελάδας, ἀγαλματοποιὸς διδάσκαλος Φειδίου. *Geladas, Statuarius, Phydiae Magister.* Atque hoc ἐν παρόδῳ. Etiam Phocion aedes illic suas habebat. Plutarchus in eius vita testis. ἡ δὲ οἰκία τοῦ Φωκίωνος ἔτι νῦν ἐν Μελίτῃ δείκνυται, χαλκαῖς λεπίσι κεκοσμημένη, τὰ δὲ ἄλλα λιτὴ καὶ ἀφελής. *Phocionis aedes etiam hac memoria in vico Melito visuntur, laminis ornatae aereis, cetera tenues, & modicae.* Erat item Tragoedorum illic domus, valde ampla, quae Μελιτέων οἶκος appellata. Hesychius, Μελιτέων οἶκος, ἐν τῷ τῶν Μελιτέων δήμῳ οἶκός τις ἦν παμμεγέθης, εἰς ὃν οἱ Τραγῳδοὶ ἐμελέτων. *Melitensium domus. In Melitensium populo domus quaedam erat nimis ampla, in qua Tragoedi exercebantur.* Quin & portae quaedam Vrbis nomen inde consequutae. Μελιτίδες πύλαι dicebantur (c). Pausanias in Atticis. μνῆμά ἐστιν ἐπὶ πόρρῳ πυλῶν Μελιτίδων.

(a) Vide *Lib.* II. *Athenar. Attic. Cap.* XIII.
(b) Feralium & immanium huiusmodi sacrorum exempla pluria vide in *Psalmis*, apud *Eusebium I. Praep. Evang. & Orat. De laud. Constant. Clementem Alexandr. in Adhortat. Theodoretum Lib.* VII. *Therap.* aliosque passim.
(c) Vide *Lib.* III. *Athen. Cap.* XII.

Digitized by Google

τίδων. *Sepulcrum ad Melitidem est portam.* Marcellinus in vita Thucydidis. πρὸς γὰρ ταῖς Μελιτίσι πύλαις καλουμέναις ἐστὶν ἐν Κοίλῃ τὰ καλούμενα Κιμόνια μνήματα. *Ad portam, quae Melitis appellatur, sunt in Coele monumenta, quae Cimonia vocantur.* 1

2 ΜΟΥΝΥΧΙΑ. *MVNYCHIA.*

Incertum cuius tribus. Strabo lib. VIII. εἶθ' ὁ Πειραιεὺς, καὶ αὐτὸς ἐν τοῖς δήμοις τατ|όμενος, καὶ ἡ Μουνυχία. *Tum Piraeeus, qui & ipse in curiis censetur, inde Munychia.* Multa passim occurrit mentio, quippe loci celeberrimi. Nomen ab heroe Munycho: & fanum habebat Dianae Μουνυχίας. Stephanus. Μουνυχία, λιμὴν Ἀττικῆς, ἀπὸ Μουνύχου. καὶ ἱερὸν Μουνυχίας Ἀρτέμιδος. *Munychia, portus Atticae, a Munycho, & templum Dianae Munychiae.* Fanum Dianae commemorat etiam Pausanias in Atticis. ἔστι δὲ καὶ ἄλλῳ Ἀθηναίοις, ὁ μὲν ἐπὶ Μουνυχίᾳ λιμὴν, καὶ Μουνυχίας ναὸς Ἀρτέμιδος. *Sunt & alii Athenienſibus portus. In Munychia unus, cum Munychiae Dianae templo.* Et Xenophon Hellenic. lib. II. ὥστε ἐμπλῆσαι τὴν ὁδὸν, ἣ φέρει πρός τε τὸ ἱερὸν τῆς Μουνυχίας Ἀρτέμιδος. *Vt viam omnem complerent, quae ad Munychiae Dianae templum ducit.* Antiquitus muro cincta erat, habitataque, fere quemadmodum urbs Rhodiorum, complexa moenibus Piraeeum quoque, & portus navalium plenos, eratque navale, quod naves CCCC. caperet; nam tam multis Athenienſium classis constabat, quin & armamentarium ibidem valde insigne a Philone extructum (a). Strabo loco citato. τὸ μὲν οὖν παλαιὸν ἐτετείχιστο, καὶ συνῴκιστο ἡ Μουνυχία παραπλησίως ὥσπερ ἡ τῶν Ῥοδίων πόλις, προσφληφυῖα τῷ περιβόλῳ τὸν Πειραιᾶ, καὶ τοὺς λιμένας πλείους νεωρίων, ἐν οἷς καὶ ἡ ὁπλοθήκη Φίλωνος ἔργον. ἄξιόν τε ἦν γαύσασθαι τετρακοσίαις ναυσὶν, ὧν οὐκ ἐλάττους ἔσχον Ἀθηναῖοι. *Antiquitus muro cincta, atque habituta fuit Munychia, fere quomodo Rhodiorum urbs, complexa moenibus Piraeeum, & portus navalium plenos, in quibus & Philonis opus fuit armamentarium, fuitque navale quadringentis navibus recipiendis sufficiens: neque paucioribus constabat Athenienſium classis.* Ecce complectebatur item Piraeeum; eratque ambitus eius LX. stadiorum. Thucydides lib. I. τῷ Πειραιέως ξὺν Μουνυχίᾳ ἐξήκοντα μὲν σταδίων ἅπας ὁ περίβολος. *Et Piraeeo vicina Munychia; omnis autem ambitus sexaginta erat stadiorum.* Philonis armamentarium, urbe capta, Sulla incendit. Plutarchus in eius vita. εἶχε δὲ καὶ τὸν Πειραιᾶ μετ' ὀλίγον χρόνον ὁ Σύλλας, καὶ τὰ πλεῖστα κατέκαυσεν· ὧν ἦν καὶ ἡ Φίλωνος ὁπλοθήκη, θαυμαζόμενον ἔργον. *Nec multo post venit in Sullae potestatem Piraeeum, cuius pleraque ornamenta inflammavit, in quibus Armamentarium Philonis inclutum opus fuit.* Memoratur de Munychia vaticinium Solonis apud eumdem Plutarchum in vita eius. λέγεται δὴ τὴν Μουνυχίαν ἰδὼν, καὶ καταμαθὼν πολὺν χρόνον, εἰπεῖν πρὸς τοὺς παρόντας, ὡς τυφλόν ἐστι τὸ μέλλοντος ἄνθρωπον. ἐκφαγεῖν γὰρ τοὺς Ἀθηναίους τοῖς αὐτῶν ὀδοῦσιν, εἰ προήδεσαν ὅσα τὴν πόλιν ἀνιάσει τὸ χωρίον. *Fertur hic, quum Munychiam vidisset, diuque considerasset, dixisse ad coronam: quam caecutit ad futura homo(b)! suis ipsorum dentibus peresuri hunc locum Athenienses sint, si praeviderent quantum is fatigaturus sit Civitatem.* 3

ΜΥΡΡΙΝΟΥΣ. *MYRRHINVS.*

Recensetur inter populos etiam a Strabone lib. IX. εἶτα Μυρρινοῦς, Προβάλινθος, Μαραθών. *Tum Myrrhinus, Probalinthus, Marathon.* Erat autem tribus Pandionidis. Stephanus. Μυρρινοῦς, δῆμος τῆς Πανδιονίδος φυλῆς, ὁ δημότης, Μυρρινουσιος. *Myrrhinus, Populus, Pandionidis tribus; Popularis, Myrrhinusius.* Nomen habet a myrtis illic nascentibus. Aristophanis Scholiastes Pluto. Μυρρινοῦς γοῦν δῆμος ἐν Ἀττικῇ μυρίνας ἔχων. *Myrrhinus igitur populus in Attica, myrtos habens.* Meminit Alciphron in Epistola quadam Petalae ad Simalionem. οὐκ ἔστιν ἐν Μυρρινοῦντι πατρῷον ἐμοὶ κτημάτιον. *Non est mihi in Myrrhinunte paterna possessio.* Erat ibi fanum,

---

1 Herculis Ἀλεξικάκου fanum illic fuisse, observavit Gallandus Regis antiquarius ex Hesychio, in voce Ἐκμελίτης. Vetus inscriptio, quam possidebat Consul Giraldus, nunc est in Anglia apud Whelerum:

ΕΠΙ ΑΡΧΟΝΤΟΣ ΚΛ ΗΡΑΚΛΕΙ
ΔΟΥ ΜΕΛΙΤΕΩΣ ΚΟΣΜΗΤΕΥ
ΟΝΤΟΣ ΑΤΤΙΚΟΥ ΤΟΥ...
ΤΟΣ ΓΑΡΓΗΤΤΙΟΣ
ΚΑΙ ΣΥΣΤΑΤΑΙ ΛΥΤΟΙΣ ΑΝΕ
ΓΡΑΨΑΝ
Τ. ΑΙΛΙΟΣ ΛΕΥΚΟΣ ΠΑΛΛΗ...
ΦΙΛΟΙΤΙΟΣ ΓΑΜΟΥ ΜΕΛΙΤ.
ΟΝΗΣΙΜΟΣ ΜΕΝΕΚΡΑΤΟΥΣ
ΣΩΣΙΜΟΣ(c) ΙΣΙΓΕΝΟΥΣ ΠΗ...
ΤΕΛΕΣΦΟΡΟΣ ΜΕΝΕΚΡ....

Spon. *Itin. Tom.* 2. *pag.* 443.

2 ΜΟΛΣΟΣ.

Molsus citatur ab Hesichio. Μόλσος, ὁ δῆμος Αἰολέων. Sopingius putat legendum esse Αἰολίδος, & quod sit populus Atticus. Verum tribus AEolis ibi nulla fuit. Omnino Hesychius voluit indicare vocem Μόλζον significare populum apud AEoles.
Spon. *Itin. Tom.* 2. *pag.* 446.

3 Inscriptio vetus in Panagia Gorgopico:

ΗΡΑΚΛΕΩΝ ΗΡΑΚΛΕΩΝΟΣ ΚΗ
ΦΕΙΣΙΕΥΣ
ΔΩΡΟΘΕΑ ΙΣΙΓΕΝΟΥΣ ΜΥΡ
ΡΙΝΟΥΣΙΟΥ ΘΥΓΑΤΗΡ

Spon. *Itin. T.* 2. *pag.* 446.

(a) Vide *Lib. De Fortun. Attic. Cap.* VII.
(b) *Virgilius. Nescia mens hominum fati, sortisque futurae. Caliginosa nocte premit Deus.*
Horat. Prudens futuri temporis exitum Isocrates. τὸ μέλλον ἀόρατον.
(c) Ζώσιμος.

Digitized by Google

fanum, & ſimulacrum Colaenidis. Pauſanias Atticis. τὸ ὃ ἐν Μυῤῥινοῦντι ξόανον, ἐςὶ Κολαινίδος. *Myrrhinunte, Colaenidis eſt Signum.* Ac Colaenis quidem a Colaeno conditore dicebatur. Idem Pauſanias non multo poſt. τὴν δ' ἐν Μυῤῥινοῦντι Κολαινίδα, ἀπὸ Κολαίνου ἡγοῦμαι καλεῖσθαι. *Colaenidem vero, quae Myrrhinunte eſt, a Colaeno dictam exiſtimo.* Erat autem Dianae cognomentum. Suidas. Κολαινὶς ἐπώνυμον Ἀρτέμιδος. ἀπὸ Κολαίνου τοῦ κτίσαντος τὸ ἱερόν. *Colaenis, Epithetum Dianae, a Colaeno, qui templum ipſius condidit.* Corruptus eſt Heſychii locus. Κωλεμὶς, Ἄρτεμις, ἀπὸ Κολέμου τοὔνομα λαβοῦσαι. *Colemis, Diana, quae a Colemo nomen acceperunt.* Reſtitue Κολαινὶς, Ἄρτεμις, ἀπὸ Κολαίνου. λ. Colaenus ille antiquus Athenarum rex, ante Cecropen. Pauſanias. ἔςι δὲ ὁ Κολαινὸς ἀνδρὸς ὄνομα, πρότερον ἢ Κέκροψ ἐβασίλευσεν, ὡς οἱ Μυῤῥινούσιοι λέγουσιν, ἄρξαντος. *Colaenus itaque eſt viri nomen, qui, ut Myrrhinuſii credi volunt, ante Cecropen Rex in Attica fuit.*

ΞΥΠΕΤΗ. *XYPETE.*

Erat tribus Cecropidis. Harpocration. δῆμος τῆς Κεκροπίδος, Ξυπέτη. ἀφ' ἧς ὁ δημότης, Ξυπεταιών. *Populus Cecropidis Xypete, a quo popularis, Xypetaeon.* Stephanus. Ξυπέτη, δῆμος Κεκροπίδος φυλῆς. ὁ δημότης, Ξυπετεών. *Xypete, populus Cecropidis tribus, a quo popularis, Xypeteon.* Varie locus hic dicebatur. Primum Ξυπέτη, ut iam oſtendimus. Atque inde non Ξυπεταιών, aut Ξυπετεὼν, ut Harpocrationi, & Stephano placet, ὁ δημότης dicebatur, ſed Ξυπέτιος. Ipſa tibi analogia hoc dicet. Et hoc occurrit apud Plutarchum in Pericle. ἀποθανόντος δὲ τούτου, Μεταγένης ὁ Ξυπέτιος τὸ διάζωμα καὶ τοὺς ἄνω κίονας ἐπέςησε. *Quo defuncto, Metagenes Xypetius ſeptum, & ſuperiores columnas adiecit.* Vel Ξυπεταία quoque, & Ξυπετέα ſcribebatur. Apud Heſychium. Ξυπετέα, δῆμος τῆς Κεκροπίδος φυλῆς. *Xypetea, populus Cecropidis tribus.* Apud Suidam. δῆμος τῆς Κεκροπίδος, Ξυπεταία. *Populus Cecropidis, Xypetaea.* Corruptus locus apud Dionyſium Halicarnaſſeum Antiquit. Rom. lib. I. ἐκ τῆς Ἀτλικῆς μετοικῆσαί φασιν εἰς τὴν Ἀσίαν, δήμου Ἐξυπεταιέως ἄρχοντα. *Ex Attica in Aſiam migraviſſe ferunt, populi Exypetaeenſis Archontem.* In Codice Veneto erat δήμου Ἐξυπεταιέας. Omnino ſcribendum δήμου Ξυπεταίας, vel Ξυπετέας. Scripſerat librarius Ξυπεταίας, ε ſupra α adſcripto, ut διπλογραφίαν oſtenderet. Hinc, qui eam ſcribendi rationem non intelligebant, fecerunt Ξυπεταίεας, moxque ab aliis praepoſitum ε. Atque haec vera mendi iſtius origo. Et hinc ſunt illa Ξυπεταιών, & Ξυπετεών; de quibus initio a nobis dictum. Apud Diogen. Laertium in Platone lib. III. Νότοθεν δὲ Δημόςρατος ὁ Ξυπετεών. *Ab Auſtro vero Demoſtratus Xypeteenſis.* Iterum in Zenone lib. VII. Ἵππων Κρατιςοτέλους Ξυπετεὼν, καὶ οἱ συμπρόεδροι. *Hippon Cratiſtotelis F. Xypeteenſis, & qui cum eo praeſidebant.* Ita recte a magno harum litterarum principe Caſaubono utrobique emendatum. Apud Harpocrationem in citatis iam ante verbis, Ξυπεταιὼν, eſt expreſſum. Et emendandus Demoſthenes Orat. in Lacritum. πρὸς τοῖσδε ἐξεμαρτύρησεν Ἀχράδης Μνησωνίδου Ἀχαρνεὺς, Σύςρατος Φιλίππου Ἱςιαιόθεν, Φιλτιάδης Κτησίου Ξυπεταιὼν, Διονύσιος Δημοκρατίδου Χολλίδης. *Praeter hos teſtatus eſt, Achrades Mneſonidae filius Acharnenſis, Soſtratus Philippi filius Iſtiaeus, Philtiades Cteſiae filius Hypetaeenſis, Dionyſius Democratidae filius Chollides.* Perperam editur Φ. Κτησίου, ἐξ Ὑπαιτέων. Dicebatur quoque Ξυπετέωνον. Stephanus loco citato. Φιλόχορος δὲ, Ξυπετέωνον τὸν δῆμον φησί. *Philochorus vero, Xypeteonum vocat populum.* Scribebant vero & Ξυπεταίωνον, non aliter quam Ξυπελαία, & Ξυπετέα. Atque hinc Ξυπεταιονεὺς, apud Suidam. Porro cenſebatur ἐν τοῖς Τετρακώμοις, ut ex Polluce accipimus lib. IV. cap. XIV. Sed corrupta eius verba: οὐκ οἶδα εἴ τι πρόσφορον ἦν τοῖς Ἀθηναίοις Τετρακώμοις, οἱ ἦσαν Πειραιεῖς, Φαληρεῖς, Ὀξυπετεῶνες, Θυμοιτάδαι. *Neſcio an aliquid conveniens eſſet Tetracomis, qui ſunt Athenis, qui erant Piraeenſes, Phalerenſes, Oxypeteones, Thymoetadae.* Emenda. Π. Φαληρεῖς, Ξυπετεῶνες, Θυμοιτάδαι. Antiquitus Τροία dicebatur. Stephanus in illa voce: εἰσὶ δὲ ἄλλαι Τροίαι, ἐν Ἀτλικῇ κώμη, ἥ τις νῦν Ξυπέτη δῆμος καλεῖται. *Sunt etiam aliae Troiae, in Attica vicus, qui nunc Xypete populus vocatur.* Nempe a Teucro, qui inde in Aſiam commigraſſet. Strabo lib. XIII. ἄλλοι δ' ἐκ τῆς Ἀτλικῆς ἀφῖχθαί τινα Τεῦκρόν φασιν ἐκ δήμου Τρώων, ὃς νῦν ὁ Ξυπετεὼν λέγεται. *Alii veniſſe ex Attica quemdam Teucrum narrant, e pago, ſive curia Troum, quae nunc Xypeteon dicatur.* Male locum illum ſolicitant viri docti. Neque alio ſpectat locus Dionyſii Halicarnaſſei, cuius partem paulo ante citavi: τοῦτον (τὸν Τεῦκρον) ἄλλοι τε πολλοὶ, καὶ Φανόδημος ὁ τὴν Ἀτλικὴν γράψας ἀρχαιολογίαν, ἐκ τῆς Ἀτλικῆς μετοικῆσαί φασιν εἰς τὴν Ἀσίαν, δήμου Ξυπεταίας ἄρχοντα. *Hunc vero (Teucrum) & alii multi, & Phanodemus, qui Antiquitates Atticas ſcripſit, ex Attica in Aſiam migraviſſe ferunt, populi Xypetaeae archontem.* Ita enim poſtrema illa verba legi debere iam oſtendi.

ΟΑ, ſive ΟΕΙΣ. *OA, ſive OEIS.*

Pandionidis tribus. Stephanus. Ὄα, δῆμος τῆς Ἀτλικῆς, τῆς Πανδιονίδος φυλῆς. *Oa, populus Atticae, Pandionidis tribus.* Etymologici Auctor: ἔςι γὰρ τὸ ὄα, ὅπερ ἀπὸ τοῦ οἷα γέγονεν, ἐξ οὗ καὶ τὸ διὰ τοῦ ω διφθόγγου ᾠα. δηλοῖ δὲ δῆμον Ἀτλικὸν, καὶ τοῦ χιτῶνος τὸ ἄκρον. *Eſt enim Oa, quod ab Oia Ovis factum eſt; ex quo etiam propter diphthongum ω Oa. Significat vero populum Atticum, & tunicae extrema.* Dicebant etiam pluraliter Ὄεις. Stephanus ibidem ex Dionyſio. Διονύσιος δὲ ὁ τοῦ Τρύφωνός φησι, τὸ πληθυντικὸν Ὄεις λέγεσθαι αὐτὰς, ὡς καὶ ἄλλα πολλά. *Dionyſius vero Triphonis filius inquit, quod in numero plurali, Oei dicitur, ut & alia multa.* Vtrumque doctiſſimus Grammaticorum Heſychius repraeſentaverat: ſed locus eius ita corruptus, ut id ignoretur. Editur enim hodie Ὀάσεις, δῆμος τῆς Πανδιονίδος φυλῆς. *Oaſenſes, populus Pandionidis tribus.* Reſtituo Ὄα, Ὄεις, δῆμος τ. Π. φ. Haec

vera lectio. Qui inde oriundus Οἰαθεν dicebatur. Stephanus loco citato. ὁ μέν τοι δημότης, Οἰαθεν λέγεται. Δάμων Δαμωνίδου Οἰαθεν. *Popularis dicitur, ex Oa; ut Damon Damonidae ex Oa erat.* Alia erat, ne confundas. 1

ΟΙΗ, sive ΟΙΗΙ. *OE, sive OEA.*

Oeneidis tribus. Stephanus. λέγεται καὶ Οἰη, ἔστι δ' Οἰη Οἰνηίδος φυλῆς. *Dicitur etiam Oe. Est vero Oe Oeneidis tribus.* Et leorsim quoque commemorat Hesychius. Οἰη, δένδρον, καὶ δῆμος Ἀττικῆς. *Oe, arbor, & populus Atticae.* Vtramque adpellationem repraesentaverat Suidas, quomodo τῆς Οἰας supra Hesychius; sed, pari quoque cum illo sorte, corrupta hodie eius verba. Οἴηθεν. δῆμος Πανδιονίδος, Οἰέη. Restitue δ. Πανδιονίδος Οἰη, Οἴη. Sed temere confundit, quum Pandionidis tribus dicat, quae Oeneidis esset; nam ad Pandionidem Οἰα pertinebat, de qua iam dixi. Accepit autem errorem hunc suum ab Harpocratione, qui itidem Pandionidi adscribit. Verba eius ecce ista. δῆμος τῆς Πανδιονίδος ἡ Οἰη. *Oie populus Pandionidis,* Vt autem Οἰη & Οἴη dicebant, ita adverbialiter etiam Οἰηθεν, & Οἴηθεν. De priori Stephanus. ὁ δημότης, Οἰηθεν. *Popularis, ex Oe.* Posterius habes apud Harpocrationem, & Suidam. Et apud Diogen. Laertium in Polemone lib. IV. Πολέμων, Φιλοστράτου μὲν υἱὸς ἦν Ἀθηναῖος, τῶν δήμων Οἰήθεν. *Polemon, Philostrati filius, Atheniensis fuit, oppido Oea.* Emendandus est Plutarchus in Pericle. τρέπει πρὸς τὴν τῶν δημοσίων διανομὴν, συμβουλεύοντος αὐτῷ Δημωνίδου τοῦ Οἰήθεν, ὡς Ἀριστοτέλης ἱστόρηκεν. *Ad distributionem rerum publicarum convertitur, consilium ei dante Daemonide ex Oea, ut Aristoteles memoriae prodidit.* Rescribe Δ. τοῦ Οἰήθεν, vel certe Οἴηθεν. Meminit τῆς Οἴης. Sophocles Oed. Col.

ἤπου τὸν ἐφέσπερον
πέτρας νιφάδος πελῶ-
σ' Οἰάτιδος ἐκ νομῆ
πώλοισιν ἢ ῥιμφαρμάτοις
φεύγοντες ἀμίλλαις;

An vero versus occidentem
Petrae Niphadis occurrent,
Oeatidis ex pascuis,
Equestribus vel curulibus
Fugientes praeliis.

Vbi Scholiastes. Οἴη, δῆμος τῆς Ἀττικῆς. ὅθεν καὶ τὸ Οἰήθεν. *Oea, populus Atticae, unde & ab Oea.* Non recte illic editur Οἴα, δ. Sed damnat explicationem Hesychius. Οἰάτιδος ἐκ νομῆ, Σοφοκλῆς Οἰδίποδι ἐπὶ Κολωνῷ, τῆ προβατευομένης ἐκνεμήσεως. οἱ δὲ ἀπὸ τοῦ δήμου, κακῶς. ἡ γὰρ ἐγγὺς κεῖται. *Oeatidis ex pascuis, Sophocles Oedipode Colono, ex pascuis ovillis. Alii vero a populo, perperam; non enim prope est.* Ita emendo, nam male editur. οἱ δὲ ἀοιτῆ δήμου. Apud Eustathium commemoratur Οἰδς, & dubitat an idem sit, quod Οἰη. Locus ecce est in Comment. ad Iliad. λ'. τὸ Οἰδς, δῆμος δέ ἐστιν Ἀττικῆς, ἐξυτόνως, ὃν οὐκ ἔχει σύμφωνον πρὸ τοῦ ς. ὁ δὲ ῥηθεὶς Οἰδς ἔοικε καὶ Οἰη λέγεσθαι ἡλυκῶς. διὸ καὶ ὁ ἐκ τοῦ τοιούτου δήμου Οἰηθεν ἐλέγετο εἶναι, καθ' ὁμοιότητα τοῦ Ἀζηνηθεν, Θήβηθεν. εἰ δὲ ἴσως ἄλλος δῆμός ἐστιν ὁ Οἰδς, καὶ ἄλλος ἡ Οἰη, ζητητέον ἑτέρωθεν. *Oeus, populus est Atticae, cuius ultima acuitur, non habet consonantem ante* us. *Dictus autem Oeus, etiam Oea femineo genere dici consuevit. Propterea & ille, qui ex tali populo est, ex Oea esse dicitur non secus ac ex Athenis, ex Thebis. An vero alius populus sit Oeus, & alius Oea, aliunde indagandum est.* Sed errat profecto; neque enim, veluti masculino genere Οἰδς, sed neutro dicebatur. 2

ΟΙΝΑΙ. *OENAE.*

Hesychius. Οἶναι, οἱ μέν, τῆς Ἀτταλίδος· οἱ δὲ τῆς Πτολεμαΐδος φυλῆς εἶναι. *Oenae, quidam aiunt, esse tribus Attaliae; alii vero Ptolemaidis.* Popularis Οἰναῖος dictus. Inscriptio Vetus, ΑΝΘΕΣΘΗΡΙΟΣ (a) ΕΚ ΜΥΡΡΙΝΟΥΝΤΗΣ ΞΕΝΟΦΙΛΟΣ ΟΙΝΑΙΟΣ, ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ ΜΑΡΑΘΩΝΙΟΣ. Ita legendum; male editur, ΞΕΝΟΦΙΛΟΣ ΘΙΝΑΙΟΣ. Et ad hos proverbium pertinet, Οἰναῖοι ἢ χαράδραν, de iis, qui sibi ipsi malum aliquod arcessebant. Meminere Hesychius, Tarrhaeus, Suidas, Zenobius. item Apostolius. *R. A.* (b)

1-O

---

1. Fuit quondam tribus Pandionidis, ut multi Auctores scribunt, sed postea addita est Hadrianidi; vide Inscriptionem superius allatam ad populum Eleusan, in qua legitur:

ΕΥΠΑΙΔΕΙΟΣ
ΟΑΘΕΝ.

Spon. *Itin. Tom.* 2. *pag.* 447.

2. Hic natus est Lysicles, cuius meminit Inscriptio, quam vide in Populo Ἀγνοῦς.

ΛΥΣΙΚΛΗΣ ΒΙΟΤΤΟΥ ΟΗΘΕΝ
&c.

Spon. *Itin. Tom.* 2. *pag.* 447.

(a) Haud equidem falsus fui, ubi in inscriptione Riccardiana, quae in Παρνηθὸς producta est, ..ΙΩΝ ΑΝΘΕΣΤΗΡΙΟΥ .... ION ANTHESTERII filius, vertendum censui, non ut viro clarissimo visum, ΑΝΘΕΣΤΕΡΙΩΝΟΣ legendum: nihil enim ibi cum mensibus; sed vel Patres, vel Tribus, vel Populi adnotantur. Id animadvertit etiam doctissimus Praeceptor meus, & Κριτικώτατος *Ant. Maria Salvinius*, nam in margine Itinerarii *Iac. Sponii* in Μηλίτη, laudata Riccardiana inscriptione, *Sponium* prope castigans, hominis esse nomen ΑΝΕΣΤΗΡΙΟΣ adscribit.

(b) Inscriptio apud *Gruterum pag.* LXXXVI.

ΑΠΟΛΛΟΝΙΟΣ. ΔΙΟΣΚΟΥΡΙΔΟΥ ΝΕΑΠΟΛΙΤΗΣ. ΑΝΟΥΒΙΔΙ ΤΠΕΡ ΕΑΥΤΟΥ ΚΑΙ ΤΗΣ ΓΥΝΑΙΚΟΣ ΚΑΙ ΤΩΝ ΠΑΙΔΙΩΝ ΕΠΙ ΙΕΡΕΟΣ ΣΩΣΙΩΝΟΣ ΤΟΥ ΕΥΜΕΝΟΥΣ ΟΙΝΑΙΟΥ.

Digitized by Google

OINOH. *OENOE.*

Nomen ab OEnoe quadam. Pauſanias in Atticis. ἐξῆς δὲ ἐπὶ τῷ βάθρῳ ἡ ἔποχος καλουμένη, καὶ νεανίας ἐστὶν ἕτερος, ἐς τοῦτο ἄλλο μὲν ἤκουσα οὐδέν, ἀδελφοὺς δὲ εἶναι σφᾶς Οἰνόης, ἀφ' ἧς ἐστι τὸ ὄνομα τῷ δήμῳ. *In baſi deinceps eſt, quem Epochum dicunt, & alter item adoleſcens; de quibus aliud accepi nihil, niſi eos Oenoes fratres fuiſſe, a qua eſt curiae nomen.* Meminit Iſaeus in Orat. περὶ τοῦ Ἀγνίου κλήρου· ἡ δὲ ἐμὴ πόση τις; χωρίον ἐν Οἰνόῃ πεντακισχιλίων. *Mea autem quanta? ager in Oenoe quinquemillium.* Zenobius Cent. v. Proverb. xxix. Οἰνόη, δῆμος ἐστι τῆς Ἀττικῆς· *Oenoe, Atticae populus eſt.* Corrigi debet apud Harpocrationem. Οἰνόη, καὶ Οἰνοῦς, Ὑπερίδης ἐν τῷ πρὸς Ἀριστογείτονα, καὶ ἔφασαν ἐν Οἰνόῃ ἀκοῦσαι, ὅτι μάχη εἴη γεγονυῖα. *Oenoe, & Oenoaeus. Hyperides in oratione adverſus Ariſtogitonem, Et dixerunt ſe in Oenoe audiviſſe, pugnam commiſſam eſſe.* Hodie editur Οἰνέη καὶ Οἰναῖος. Et in Hyperidis verbis iterum ἐν Οἰνέῃ. Non ignoro Οἰνέλω, urbem circa Iſthmum Corinthiacum, ex Strabone, & Plinio; ſed tamen mendum hic eſſe contendo, idque ex ſequentibus clarum. Deinde ab Οἰνόη fit Οἰνοαῖος, non Οἰναῖος. Ipſa id analogia dicit; & fidem quoque facit Stephanus, ubi de Oenoa Icariae urbe. Οἰνόη, μία τῶν ἐν Ἰκαρίᾳ, δύοιν πόλεων. τὸ ἐθνικὸν, Οἰνοαῖος. *Oenoe, una ex duabus Icariae urbibus. Gentile, Oenoaeus.* Itaque mox apud eumdem Harpocrationem reſcribendum. ἀφ' ἑκατέρου δὲ τῶν δήμων, ὁ δημότης Οἰνοαῖος καλεῖται. *Ab utroque autem populo, popularis Oenoaeus vocatur.* Erant vero populi hoc nomine bini. Vnus ad Eleutheras, Hippothoontidis tribus; alter ad Marathonem, AEantidis. Harpocration. Οἰνόη, (ita recte habet Aldina editio, pro quo in Pariſienſi eſt Οἰνέη.) ἡ μὲν, δῆμος τῆς Ἱπποθοωντίδος, περὶ Ἐλευθεράς· ἡ δὲ, τῆς Αἰαντίδος, πρὸς Μαραθῶνι. *Oenoe, haec quidem populus Hippothoontidis tribus, circa Eleutheras; illa vero AEantidis ad Marathonem.* Sic enim legendus, & interpungendus totus ille locus. Facit itidem duas OEnoas Strabo lib. viii. ὠνομάζετο δὲ Οἰνώνη πάλαι, ὁμώνυμος δυσὶ δήμοις τῆς Ἀττικῆς, τῷ τε πρὸς Ἐλευθεραῖς,

——— Οἰνόης

σύγχορτα ναίων πεδία, τῆ τ' Ἐλευθεραῖς.

καὶ μιᾷ τῶν ἐκ Τετραπόλεως, τῆς περὶ Μαραθῶνα. *Inſula haec antiquitus Oenone fuit nominata, nomine communi cum duobus Atticae pagis; quorum alter ad Eleutheras fuit, unde illud.*

——— *Oenoes*

Herboſa incolere prata prope Eleutheras.

Alter, una urbs eſt ex Tetrapoli Marathoni vicina. Vbi recte Strabonem reprehendit Caſaubonus, quod Οἰνώνλω, & Οἰνόλω confundat. Ac prioris quidem, quae ad Eleutheras, meminit Thucydides lib. ii. ὁ δὲ στρατὸς τῶν Πελοποννησίων πρῶτον ἀφίκετο τῆς Ἀττικῆς ἐς Οἰνόην πρῶτον. *Peloponnenſium autem exercitus, in Atticam tendens, pervenit primum ad Oenoen.* Et poſtea. ἡ γὰρ Οἰνόη, ἦσαν ἐν μεθορίοις τῆς Ἀττικῆς καὶ Βοιωτίας, ἐτετείχιστο. *Nam Oenoe muris praedita erat, Atticam a Boeotia diſterminans.* Vbi Scholiaſtes Οἰνόη, δῆμος τῆς Ἀττικῆς, ὅριον ὂν Ἀθηναίων καὶ Βοιωτῶν. *Oenoe populus Atticae, confinium Athenienſium, & Boeotorum.* Certum inde, quod in limite Atticae, & Boeotiae commemoret; nam Eleutherae illic erant. Vides apud Pauſaniam in Atticis. ἐκ δὲ Ἐλευσῖνος τραπομένοις ἐπὶ Βοιωτῶν, ἔστιν ὅμορος Ἀθηναίοις ἡ Πλαταιίς. πρότερον μὲν γὰρ Ἐλευθερεῦσιν ὅροι πρὸς τὴν Ἀττικὴν ἦσαν. *Qua ab Eleuſine in Boeotiam iter eſt, Athenienſibus Plateaenſis ager finitimus eſt: Atticam tamen olim, & Boeotiam Eleutherenſes dirimebant.* Et quae illic ſequuntur. Alterius Oenoes, quae ad Marathonem mentio eſt apud Lucianum Icaromenippo. μάλιστα δὲ ἐπ' ἐκείνοις ἐπήλθέ μοι γελᾶν, τοῖς περὶ γῆς ὅρων ἐρίζουσι, καὶ τοῖς μέγα φρονοῦσιν ἐπὶ τῷ τὸ Σικυώνιον πεδίον γεωργεῖν, ἢ Μαραθῶνος ἔχειν τὰ περὶ τὴν Οἰνόλω. *Praecipue vero mihi riſum movebant ii, qui contendebant de finibus agrorum, quique ſibi placerent hoc nomine, quod Sicyonium agrum colerent, aut quod Marathonis eam partem haberent, quae eſt iuxta Oenoen.* Item apud Libanium in Apologia Demoſthenis. Ἐλάτειαν κατέλαβε, ἀλλ' οὐ Πάνακτον, οὐδὲ Δεκέλειαν, οὐ δὲ Οἰνόλω. *Elateam cepit, at non Panactum, neque Deceliam, neque Oenoen.* Atque haec quidem una erat e Tetrapoli Atticae. Vides in verbis Strabonis citatis. καὶ μιᾶς τῆς ἐκ Τετραπόλεως τῆς περὶ Μαραθῶνα. *Et uni ex Tetrapoli Marathoni vicina.* Et habes apud Stephanum. Τετράπολις, τῆς Ἀττικῆς, ἔχουσα δήμους καὶ πόλεις τέτταρας, Οἰνόλω, Προβάλινθον, Τρικόρυθον, Μαραθῶνα. *Tetrapolis Atticae habens populos, & urbes quatuor; Oenoen, Probalinthum, Tricorythum, Marathonem.*

I OION. *OEVM.*

Ecce apud Stephanum: Μετάχοιον, Φρουρίον Βοιωτίας, μεταξὺ Ὀρχομενοῦ καὶ Κορωνείας. Ἔφορος τριακοστῷ. τὸ ἐθνικὸν, ἐκ Μεταχοίου. ὡς τοῦ Οἷου, τὸ ἐξ Οἷου. Οἷον ᾧ, δῆμος Ἀττικῆς. *Metachoeum, Caſtellum Boeotiae, inter Orchomenum, & Coroneam. Ephorus libro trigeſimo. Gentile ex Metachoeo, ut Oei, ex Oeo. Oeum vero, populus Atticae.* Bini vero hoc nomine populi: alter Ceramici, Leontidis tribus; alter Deceleae, Hippothoontidis. Harpocration. δῆμοί εἰσιν ἐν τῇ Ἀττικῇ δύο οἱ δὲ ἑτέρως λεγόμενοι. Λ. καλοῦνται ᾧ Οἷον. κεκλῆσθαί φησιν οὕτω Φιλόχορος ἐν τῇ τρισκαιδεκάτῃ, διὰ τὸ μηδαμῶς οἰκεῖσθαι τόπον ἔχειν, ἀλλὰ μεμονῶσθαι. τὸ γὰρ μόνον, οἷον ἐκάλουν οἱ ἀρχαῖοι. ἔστι δὲ τὸ μὲν, Κεραμεικὸν Οἷον τῆς Λεον-

1. Semileuca extra Athenas in via, quae tendit verſus caput (a) Columnae:

ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ

ΗΡΟΔΟΥ
ΕΞ ΟΙΟΥ

Spon. *Itin. Tom.* 2. *pag.* 448.

(a) Latine vertendum videtur *Promontorium*, quod Itali *Capo*, Hiſpani *Cabo*, Galli *Cap*, Graeci tandem Ἄκραν dicunt.

Digitized by Google

τ῀ Λεοντίδ@ φυλῆς· τὸ ᾧ, Δεκελεικὸν, τ῀ Ἱππο-θοωντίδ@, ὡς Διόδωρ@. οἱ δὲ δημόται ἑκατέρωθεν ἐλέγοντο, ἐξ Οἴου. ἄλλοι δ' ἦσαν οἱ λεγόμενοι Οἰηθεν, ὡς προείρηται. *Duo ſunt in Attica populi, qui neutro genere dicuntur. Vocantur vero Oeum. Philochorus libro* XIII. *ait ita vocari, quod nullum locum habeant ad habitandum idoneum, ſed ſolitaria ſint. Solum enim, Oeum veteres dicebant. Vnum vero eſt Ceramicum Oeum, Leontidis tribus; alterum vero Decelicum, tribus Hippothoontidis, ut Diodorus ſcribit: populares autem ex utraque dicebantur ex Oeo. Alii vero erant, qui ex Oea dicebantur, ut praediximus.* Videndus quoque Suidas in Οἶον, qui haec tranſcripſit. De priori intelligendus Stephanus, quum ait: Οἶον, δῆμ@ τ῀ Λεοντίδ@ φυλῆς. *Oeum, populus Leontidis tribus.* Vtrinque οἱ δημόται dicebantur ἐξ Οἴου, ut adparet ex citatis Stephani, & Harpocrationis verbis. Itaque emendandus locus Demoſthenis in Orat. adverſus Macartatum. γένει ὄσα ἐγγυτάτω Ἀγνίᾳ τῷ ἐξ Οἴου. *Quum eſſet genere proxima Hagniae ex Oeo.* Et poſtea. διαθήκας δὲ ψευδεῖς ἦκον κατασκευάσαντες Γλαῦκός τε ὁ ἐξ Οἴου, καὶ Γλαύκων ὁ ἀδελφὸς αὐτῷ. *Falſa autem teſtamenta quum Glaucus ex Oeo, & Glauco illius fratres condidiſſent, venerunt.* Perperam utrobique editur, ὁ Ἐξοίου. Ea res non animadverſa in errorem impulit eruditiſſimum Interpretem. Vertit enim *Hagniae Exoei F.* Et *Glaucon Exoei F.* Debuerat. *Hagniae Oeenſi.* Et *Glaucon Oeenſis.* Dicebant vero adverbium e loco Οἰοθεν; quemadmodum ab Οἶα. Οἴαθεν; ab Οἴη, ſive Οἶις, Οἴηθεν, & Οἰήθεν. Itaque corrigendus Lyſias in Apologia, ὑπὲρ τῦ Ἐρατοσθένους φόνου. ἔστι δὲ, ἔφη, Ἐρατοσθένης Οἰοθεν ὁ ταῦτα πράττων. *Eſt vero, inquit, Eratoſthenes ex Oea, qui haec facit.* Male hodie eſt in vulgatis Ἐρατοσθένης ὄικοθεν. Nomen autem utrique huic Oeo; quod eſſent nimirum loca ſola, & minus commoda habitari; quippe οἶον veteribus Graecis idem, quod μόνον. Ecce in verbis Harpocrationis, quae ſtatim citavimus. κεκλῆσθαί φησιν οὕτω Φιλόχορ@ ἐν τῇ τρισκαιδεκάτῃ, διὰ τὸ μηδαμῶς εὐοίκητον τόπον ἔχειν, ἀλλὰ μεμονῶσθαι. τὸ γὰρ μόνον, οἶον ἐκάλουν οἱ ἀρχαῖοι. *Ita adpellari libro* XIII. *Philochorus ait, quod nullum habeat locum ad habitandum idoneum, ſed deſerta, ac ſola ſint. Solum enim Oeum ab antiquis vocabatur.* Ac corrigendus per hanc occaſionem inſignis maxime Heſychii locus: ὄιημο· νυμία, νομίζῃς, ὑπολαμβάνῃς. ἢ ὅπου. ὄιη δὲ, τὰ αὐτὰ, ὅπου δέ. Reſtituo ὄιη, μόνη, μία, νομίζῃς, ὑπολαμβάνῃς. ἢ, ὁποία. ὄιη δὲ, τὰ αὐτὰ, ὁποίαδε. Vna ſerie explicatur ὄιη nomen femininum, ὄιη ſecunda perſona verbi ὄιομαι, & οἴη.

ΟΤΡΥΝΕΙΣ. *OTRYNENSES.*

Demoſthenes Or. in Leocharem: Τὸ γὰρ ἐξ ἀρχῆς, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, γίνον῀ Εὐθυμάχῳ τῷ Ὀτρυνεῖ υἱεῖς τρεῖς, Μειδυλλίδης, καὶ Ἄρχιππ@, κ῀ Ἀρχιάδης. *Initio enim, Iudices, Euthymacho Otrynenſi nati ſunt filii tres, Midyllides, & Archippus, & Archiades.* Et eorum illic nomen paſſim occurrit. Ac laudantur gobiones Otrynenſes ab Antiphane in Timone apud Athenaeum lib. VII. Ἀντιφάνης δ' ἐν Τίμωνι ἐπαινῶν τοὺς κωβιοὺς, καὶ ὁπόθεν εἰσὶ κάλλιστοι, δηλοῖ διὰ τούτων·

Ἡμῖν γ῀ τοῖς θνητοῖς ἐπριάμην κωβιούς·
Ὡς προσβαλεῖν δ' ἐκέλευσα τ῀ τοιχωρύχον.
Τὸν ἰχθυοπώλην, προσίθημί, φησί, σοι
Τὸν δῆμον αὐτῶν· εἰσὶ γὰρ Φαληρικοί·
Ἄλλοι δ' ἐπώλεν, ὡς ἔοικ' Ὀτρυνικούς.

Antiphanes vero in Timone laudans gobios, & unde optimi advehantur, ſignificat his verbis:

Nobis vero mortalibus emi gobios.
Vt vero adiicere iuſſi vecticularium
Piſcium venditorem; adpono, inquit, tibi
Illorum populum; ſunt enim Phalerici.
Alii vero, ut videtur, vendebant Otrynenſes.

Vbi non recte interpres doctus Ὀτρυνικοὺς vertit Alienigenas; quum deberet Otrynenſes. *R. A.*

I ΠΑΙΑΝΙΑ. *PAEANIA.*

Hoc verum iſtius populi nomen; atque inde qui oriundus Παιανιεύς: ut Ἀζηνιὰ, Λυσιὰ, Πλωθιὰ, & ſimilia; unde Ἀζηνιεὺς, Λουσιεὺς, Πλωθιεύς. De quibus ſingulis ſuo loco. Erant autem duo hoc nomine populi. Vnus Παιανιὰ καθύπερθεν; alter Παιανιὰ ὑπένερθεν dicebatur Panagia Gorgopico, ſub (a) Quadrante Marmoreo:

ΦΑΙΔΡΟΣ ΖΩΙΛΟΥ
ΠΑΙΑΝΙΕΥΣ ΕΠΟΙΕ (b)

Spon. *Itin. Tom.* 2. *pag.* 449. (c)

ΚΑΙ ΘΕΑΣ ΕΙΡΗΝΑΙ
ΟΣ ΠΑΙΑΝΙΕΥΣ
ΕΦΗΒΕΥΣΑΝΤΟΣ
ΥΙΟΣ ΔΙΟΝΤΣΙΟΣ
ΕΙΡΗΝΑΙΟΥ ΠΑΙΑΝΙ
ΕΥΣ.

Et alia *pag.* CV. in qua

. . . . . ΑΡΧΟΝΤΟΣ
ΑΡΗΟΥ ΤΟΥ ΜΩΡΙΩΝΟΣ ΠΑΙΑΝΙΕΩΣ

1. Paeania Superior fuit patria Demoſthenis, Paeania Inferior fuit patria Tiberii Claudii Theogenis, praefecti militiae Athenienſium, ut innoteſcit ex Inſcriptione, quae dabitur inferius in populo ΤΡΙΚΟΡΥΣΙΟΣ. Fuit ibi quoque natus Phaedrus filius Zoili. Inſcriptio Athenienſis in Eccleſia, quae vo-

(a) *Sponius* non *ſub*, ſed *ſuper*, *ſur*, habet. Vertendum videtur; *In quadrante marmoreo*; vel potius: *In Horologio marmoreo*. Galli enim *Quadran* adpellant, quod nos Itali dicimus, *La moſtra dell' Oriuolo*.
(b) Ἐποίει. *Salvinius*.
(c) Inſcriptio apud *Gruterum pag.* LXXIX.

ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ
ΕΠΙΚΛ. ΑΤΤΑΛΟΥ ΑΡ
ΧΟΝΤΟΣ ΚΟΣΜΗΤΗΣ
ΕΦΗΒΩΝ ΙΕΡΕΥΣ ΘΕΟΥ

Digitized by Google

cebatur; uterque pertinebat ad tribum Pandionidem. Suidas in Παιανιεῖς. δῆμοι δίτλοί εἰσι Παιανιέων, τῆς Πανδιονίδ@ φυλῆς. ὃς Διόδωρ@ καλεῖσθαί φησι, Παιανιὰν καθύπερθεν, καὶ Παιανιὰν ὑπένερθεν. τὸν δὲ δημότην ἑκατέρᾳ δήμῳ καλεῖσθαι ὁμοίως Παιανιέα. *Duo ſunt Paeanienſes populi, Pandionidae tribus; quos Diodorus ait vocari, Paeaniam ſuperiorem, & Paeaniam inferiorem; utriuſque vero populi popularem, aeque Paeanienſem vocari.* Ita locum illum reſtituo. Perperam hodie editur, ὡς Διώδωρ@ κ. φ. Παιανιαίαν καθύπερθεν, καὶ Παιανιαίαν ὑπένερθεν. Eodem modo apud Harpocrationem laboratur; at tu reſcribe ad hoc exemplum. Apud Heſychium ſimpliciter plane habes, Παιανιέα, ἀπὸ δήμου τῆς Ἀτλικῆς. *Paeanienſem ex Atticae populo.* Ex alterutra autem Paeania oriundus Demoſthenes. Plutarchus in eius Vita. Δημοσθένης Δημοσθένους δὲ Κλεοβούλης, τῆς Πύλων@ γυναικὸς, ἦ δὲ δῆμον Παιανιεύς. *Demoſthenes, Demoſthenis filius, e Cleobula uxore Gylonis filia, curia Paeanienſis.* Emendandus Ioannes Tzetzes Chil. VI. cap. XXXVII.

Ὁ ῥήτωρ Δημοσθένης δὲ υἱὸς ἦν Δημοσθένους,
Ἀνδρὸς Παιανιέως τε, δὲ ἐλευθέρᾳ φύσιν.
Orator vero Demoſthenes filius erat Demoſthenis
Viri & Paeanienſis, & natura liberi.

Hodie editur ἀνδρὸς Παλαιέως τε. Et impegit interpres, quum verteret *Viri Palaniei.* Apud AEſchinem Orat. in Cteſiphontem nominatur Demomeles quidam Paeanienſis. ἐγράψατο εἰς Ἄρειον πάγον Δημομέλη τὸν Παιανιέα, ἀνεψιὸν ὄντα. *Accuſavit apud Areopagum Demomelem Paeanienſem, qui erat eius conſobrinus.* (a)

ΠΑΙΟΝΙΔΑΙ. *PAEONIDAE.*

Leontidis tribus. Harpocration in Παιανιεῖς. διαφέρουσι δὲ ἕτοι τῶν Παιονιδῶν, ὡς Ἴσ@ ἐν ἀτάκτῳ ὑποσημαίνῃ. μνημονεύουσι δὲ καὶ τούτων οἱ ῥήτορες, ὥσπερ κὴ Δείναρχ@ ἐν τῷ κατὰ Στεφάνου περὶ τὸ ὀχετόν. δῆμ@ δέ ἐστι κὴ ἕτ@ τῆς Λεοντίδ@, ὡς αὐτὸς Διόδωρ@ δηλοῖ. *Differunt vero hi a Paeonidis, ut Iſter in ἀτάκτῳ ſubindicat. Horum vero etiam Oratores mentionem faciunt, quemadmodum & Dinarchus in Oratione adverſus Stephanum De Aquaeductu. Populus autem eſt etiam hic tribus Leontidis, ut ipſe Diodorus tradit.* Suidas. διαφέρουσι ἤ ἕτοι (οἱ Παιανιεῖς nimirum) τῶν Παιονιδῶν. δῆμ@ δέ ἐστι καὶ ἕτ@ τῆς Λεοντίδ@. *Differunt autem iſti (hoc eſt Paeanienſes) a Paeanidis; nam hic etiam eſt Leontidis tribus populus.* Hinc Cineſias quidam, apud Ariſtophanem Lyſiſtrata:

Ἀνὴρ ἐκείνης, Παιονίδης Κινησίας.
Vir illius, Paeonides Cineſias.

ΠΑΛΛΗΝΗ. *PALLENE.*

Antiochidis tribus. Stephanus in Παλλήνη. ἔστι δὲ καὶ δῆμ@ Ἀτλικὸς τῆς Ἀντιοχίδ@ φυλῆς, οὕτω λεγόμεν@. *Eſt etiam populus Atticus Antiochidis tribus, ſic dictus.* Harpocration. Παλλήνη, δῆμ@ τῆς Ἀντιοχίδ@. *Pallene, populus Antiochidis.* Hic populus numquam cum Agnuſiis nuptias contrahebat. Plutarchus docet in Theſeo: ἐκ τούτου φασὶ τῷ Παλληνέων δήμῳ πρὸς τὴ Ἀγνουσίων ἐπιγαμίαν μὴ εἶναι. *Idem aiunt Pallenaeorum curiae, cum Agnuſiis connubium non eſſe.* Vide cauſam in verbis illic antecedentibus. Et hic pugna commiſſa inter Piſiſtratum, & Athenienſes. Schol. Ariſtophanis ad Acharnenſes. οἱ Παλληνεῖς δῆμός ἐστι τῆς Ἀτλικῆς, ἔνθα Πεισιστράτῳ βουλομένῳ τυραννεῖν, καὶ Ἀθηναίοις ἀμυνομένοις αὐτὸν, πόλεμ@ συνέστη. *Pallenei, populus eſt Atticae, ubi inter Piſiſtratum imperare volentem, & Athenienſes ei reſiſtentes, pugnatum eſt.* Emendandus Diogenes Laertius in Theophraſto lib. V. μάρτυρες Κάλλιππ@ Παλληνεὺς, Φιλόμηλ@ Εὐωνυμεύς. *Teſtes Callippus Palleneus, Philomelus Evonymeus.* Hodie perperam editur. Κάλλιππ@ Πελανεύς. Meminit quoque Pallenenſium Ariſtophanes Acharnenſibus:

Ἀλλὰ δεῖ ζητεῖν τὴ ἄνδρα, καὶ βλέπειν Παλληνάδε. 1
Sed quaerere oportet virum, & videre Pallenenſem. (b)

ΠΑΜΒΩΤΑΔΑΙ. *PAMBOTADAE.*

Erechtheidis tribus. Harpocration. Παμβωτάδαι, τῆ Ἐρεχθηίδ@ δήμ@. *Pambotadae, Erechtheidis populus.* Male apud Suidam. Παμβῶται, δῆμ@ τῆ Ἐρεχθηίδ@. *Pambotae, populus Erechtheidis.* Reſcribe Παμβωτάδαι. Qui inde oriundus, Παμβωτάδης dicebatur. Stephanus. Παμβωτάδαι (ita enim ſcribendum, non Παμβωτάδης) δῆμ@ Ἀτλικὸς, Ἐρεχθηίδ@ φυλῆς. ὁ δημότης, Παμβωτάδης. τὰ τοπικὰ, ἐκ Παμβωτάδων, εἰς Παμβωτάδων, ἐν Παμβωτάδων. *Pambotadae, populus Atticus Erechtheidis tribus. Popularis, Pambotades. Localia ex Pambotadis, ad Pambotadas, in Pambotadis.* Demoſthenes Orat. in Nicoſtratum. τίθημι οὖν τὴν συνοικίαν ἐκκαίδεκα μνῶν Ἀρκέσανδι Παμ-

---

1. Vide Inſcriptionem, quam damus ad populum Ἀζηνία, in quo commemoratur ΠΑΙΩΝ ΔΙΟΜΗΔΟΥΣ ΠΑΛΛΗνευς. In monte Ancheſmo, in Eccleſia S. Georgii:

.....ΙΤΟΙ...
...ΗΣ ΚΑΙ ΔΗΜΟΥ
...ΟΣ ΠΑΛΛΗΝΕΥΣ
...ΟΦΑΝΤΗΣ (c)
...Ο ΚΗΡΥΞ
....ΙΟΣ ΔΑΔΟΥΧΟΣ

Spon. *Itin. Tom.* 2. *pag.* 450.

(a) Vide Inſcriptionem Riccardianam in Παργητλός.
(b) Hyperboream Pallenen memorat *Ovidius* XV. *Metamorph.*
Eſſe viros fama eſt in Hyperborea Pallene,
Qui ſoleant levibus velari corpora plumis,
Quum Tritoniacam novies ſubiere paludem.
Hyperboream dixit, ut ab Attico demo diſtingueret.
(c) Ἱεροφάντης. *Salv.*

Digitized by Google

Παμβωτάδη. *AEstimo igitur coenaculariam domum undecim minis Arcesanti Pambotadae.* Male apud Harpocrationem Παμβωτάδης, apud Suidam Παμβωτάδες vulgatur. 1

ΠΑΡΝΗΣ, sive ΠΑΡΝΗΘΟΣ.
2 *PARNES, sive PARNETHVS.*

Erat Parnes suum agrestium, & ursorum venatione insignis. Pausanias in Atticis. Ὄ"ρη δὲ Ἀθηναίοις ἐστὶ Πεντελικὸν, ἔνθα λιθοτομίαι. καὶ Πάρνης, παρεχομένη θήραν συῶν ἀγρίων, καὶ ἄρκτων. *Montes sunt Atheniensibus: Pentele, ubi lapicidinae; item Parnes, exhibens venationem suum agrestium, ursorumque.* Leporres quoque illic cum binis iecinoribus; & cervi cum quaternis renibus. Ac de leporibus ita Plinius lib. XI. cap. XXXVII. *Bina iecinora leporibus circa Brilettum, & Parnethem.* De cervis paulo post ibidem: *At in Brileto, & Parnethe quaterni renes cervis.* Ita rescribo utrobique; nam male priore loco *B. & Tharnen;* altero *B. & Tharne*, hactenus editur. Etiam vites illic plurimae. Inde Statius Theb. XII. v. 630.

——— *Parnesque benignus*
Vitibus. ———

Seneca *saxosum* vocat in Hippolyto v. 4. 5.

Quae saxoso loca Parnethi
Subiecta iacent ———.

Simulacrum ibidem aeneum Iovis τῦ Παρνηθίυ; & ara una τῦ Σημαλέυ; item altera, in qua sacrificabant Iovi; modo Ὄ"μβριον, modo Ἀπήμιον adpellantes. Pausanias in Atticis. Καὶ ἐν Πάρνηθι Παρνήθι@ Ζεὺς χαλκῆς ἐστιν, καὶ βωμὸς Σημαλέυς Διός. ἔστι δὲ ἐν τῇ Πάρνηθι καὶ ἄλλο@ βωμός. Θύουσι δὲ ἐπ' αὐτῦ, τότε μὲν Ὄ"μβριον, τότε δὲ Ἀπήμιον καλοῦντες. *Etiam in Parnethe est Iupiter Parnethius aeneus, & Iovis Semalei ara; est ibidem ara altera, atque in ea sacra faciunt, modo Ombrium, modo Apemium nominantes.* Meminit Etymologici Auctor: Ἐπάκρι@ Ζεύς. ἐπ' ἄκρας γὰρ τ ὀρῶν ἱδρύοντο βωμὺς τῷ Διὶ, οἷον τῦ Ὑμήττυ, τῦ Πάρνηθ@. *Epacrius Iupiter. Quia in summo montium, ut Hymetti, ac Parnethis, aras Iovi statuebant.* Quod si ad Virgiliarum occasum circum illum montem solum fulgur conspectum fuisset, serenitatis id prognosticon habebatur; uti contra, tempestatis, si Hymettum circa etiam, & Brilessum. Teophrastus de Signis Tempestatum: Ἐπὶ Πλειάδι δυομένῃ ἐὰν λάμψῃ κατὰ Πάρνηθα, καὶ Βριλητ̃ον, καὶ Ὑμηττ̃ον, ἐὰν μὲν ἄπαυλα καλαλήψῃ, μέγαν χ̃ειμῶνα σημαίνει· ἐὰν δὲ τὰ δύο, ἐλάττω· ἐὰν δὲ Πάρνηθα μόνον, εὐδιανόν. *In Virgiliarum occasu, si fulgur fuerit circa Parnethem, Brilessum, ac Hymettum, siquidem omnes eos montes occupaverit, magnam tempestatem indicat; si duos, minorem; sed si Parnethem dumtaxat, serenitatem.* Tempestatis quoque signum habebatur, si Parnethis illam partem, quae occasum, & Phylen versus, nubes circumdedissent. Theophrastus mox ibidem: Τῆς Πάρνηθ@ ἐὰν τὰ πρὸς Ζέφυρον ἄνεμον, καὶ τὰ πρὸς Φυλην, φράττῃ νέφεσι, χειμέριον τὸ σημεῖον. *Si Parnethis ea pars, quae ventum Zephyrum spectat, & obiacet Phylae, nubibus cingatur, tempestatis est indicium.* Erat ibi locus quidam, Ἄ"ρμα dictus. Ecce in Hesychii Glossis: Διάρματ@, τόπ@ ἐν Πάρνηθι. *Diarmatos, locus in Parnethe.* Sed legendum est Δι' Ἄ"ρματ@. *Per Harma.* Nam Ἄ"ρμα locus dicebatur, non Διάρματ@. Eustathius ad Iliad. β. ἔστι δέ, φησι, καὶ τόπ@ ἐν Πάρνηθι, Ἄ"ρμα καλούμεν@. *Est & locus in Parnethe, Harma dictus.* Respexit vero Hesychius proverbium Athenienssium. Ἀστραπὴ δι' Ἄ"ρματ@. *Fulgur per Harma;* &, Ἀστράπτει δι' Ἄ"ρματ@. *Fulgurat per Harma.* Meminit idem alibi strictim: Ἀστραπὴ δι' Ἄ"ρματ@. Ἀθηναῖοι. *Fulgur per Harma. Athenienses.* Quod si vero fulgur illic observassent, Theoros ad facienda sacra Delphos mittebant; qui Πυθαϊσταὶ, sive Πυθιασταὶ, dicebantur. Idem Hesychius id nos docet: Ἀστράπτει δι' Ἄ"ρματ@. Ἀθηναῖοι. ὁπότε δι' Ἄ"ρματ@ ἀστράψειεν, ἔπεμπον εἰς Δελφοὺς θεωροὺς, τοὺς λεγομένους Πυθιαστάς. *Fulgurat per Harma. Athenienses, quum per Harma fulgurasset, Theoros mittebant Delphos, quos dicebant Pythiastas.* Observabant autem ab ara Iovis τῦ Ἀστραπαίυ, Fulguratoris (a); inde, ut adparet, dicti, idque per trimestre totum singulis mensibus per tres dies, ac totidem noctes. Eustathius loco iam citato: Τὸ δὲ παροιμιῶδες, τὸ, Ὁπότ' ἂν ἀστράψῃ δι' Ἄ"ρματ@· ἦγουν, Οὐδὲ ποτὲ, καὶ διὰ χρόνυ ἀδήλου. τῦ Ἀττικῦ Ἄ"ρματ@ μέμνηται, ἢ μᾶλλον τῦ Βοιωτικῦ. Φασὶ δὲ, ὡς ἀστραπὴν ἐσημήνατο κατά τινα χρησμὸν οἱ Πυθαϊσταὶ, βλέποντες ἐπὶ τὸ τοιῦτον Ἄ"ρμα. καὶ, ὅτι ἤστραψεν, ἔπεμπον θυσίαν εἰς Δελφούς. ἐτήρυν δὲ ἐπὶ τρεῖς μῆνας, καὶ καθ' ἕκαστον μῆνα ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας, καὶ νύκτας, ἀπὸ τ ἐσχάρας τῦ Ἀστραπαίυ Διός. *Proverbiale vero hoc, Quum per Harma fulguraverit; sive, sero aliquando, & incerto tempore: mentionem facit Harmatis Attici, sive potius Boeotici. Aiunt enim, fulgur observasse oraculi cuiusdam monitu Pythaistas, in hoc*

1. Mons iste hodie vocatur *Parnethe*. Spon. *Itin. Tom.* 2. *pag.* 451.

2. (b) ΠΑΝΑΚΤΟΣ.

Est urbs sita inter Boeotiam, & Atticam, secundum Harpocrationem. Hesychius eam tribuit Atticae: Πάνακτ@ ἡ ὀρίγαν@ καὶ τόπος ἐν τῇ Ἀττικῇ. *Panactus, origanum, & locus in Attica.* Praeterea Stephanus Byzantius scribit castellum Atticae fuisse. Πάνακλον φρούριον Ἀττικῆς. Spon. *Itin. Tom.* 2. *pag.* 450.

(a) Fulgerator Iuppiter passim in inscriptionibus antiquis occurrit. Apud *Gruterum pag.* XXI.

ARAM IOVI FVLGERATORI
&c.

Et in alia inscriptione ibidem.

IOVI FVLM. FVLG. TONANTI &c.

Et in alia

DEO FVLGERATORI ARAM

Integra est haec inscriptio.

DEO FVLGVRATORI ARA.

(b) Hunc etiam locum praeteriit *Meursius*.

Digitized by Google

in hoc Harma respicientes. Quum autem fulgurasset, sacrificium mittebant Delphos. Observabant autem per tres menses, & singulis mensibus dies tres, ac noctes totidem, ab ara Iovis Fulguritoris. Erat vero ea ara in muro, inter templa Apollinis Pythii, & Iovis Olympii. Strabo lib. IX. Καὶ τὸ Ἅρμα, τῆς Ταναγρικῆς κώμη ἔρημος, περὶ Μυκαλησσὸν, ἀπὸ τοῦ Ἀμφιαράου Ἅρματος λαβοῦσα τοὔνομα, ἑτέρα οὖσα τοῦ Ἅρματος τοῦ κατὰ τὴν Ἀττικήν. Ἐνταῦθα ἡ παροιμία τὴν ἀρχὴν ἔσχεν, ἡ λέγουσα, Ὁπότε δι' Ἅρματος ἀστράψῃ· ἀστραπήν τινα σημειωμένων κατὰ χρησμὸν τῶν λεγομένων Πυθαϊστῶν, βλεπόντων ὡς ἐπὶ τὸ Ἅρμα, ἢ τότε πεμπόντων τὴν θυσίαν εἰς Δελφοὺς, ὅταν ἀστράψαντα ἴδωσιν. ἐτήρουν δὲ ἐπὶ τρεῖς μῆνας, καθ' ἕκαστον μῆνα ἐπὶ τρεῖς ἡμέρας, καὶ τρεῖς νύκτας, ἀπὸ τῆς ἑσπέρας τοῦ Ἀστραπαίου Διός. ἔστι δὲ αὕτη ἐν τῷ τείχει, μεταξὺ τοῦ Πυθίου, καὶ τοῦ Ὀλυμπίου. *Estque Harma vicus Tanagricae desertus, iuxta Mycalettum; nomen habens ab Amphiarai curru, aliusque ab Harmate Atticae; unde initium accepit proverbium, Quum per Harma fulguraverit. Nam, qui Pythaistae dicti, oraculi cuiusdam iussu ad Harma respicientes, fulgur quoddam observabant. Quo conspecto, mittebant Delphos, qui sacra facerent. Observabant autem per tres menses, quovis mense triduum totum, & trinoctium, ab ara Iovis Fulguritoris; quae est in muro, inter Pythii Apollinis, & Olympii Iovis fana.* Idem porro fulgur, etiam Διὰ Πυκνός. *Per Pnycem*, dicebatur. Hesychius alibi: Ἀστράψῃ διὰ Πυκνός· ἀντὶ τοῦ δι' Ἅρματος. *Fulgraverit per Pnycem; pro eo, quod est, per Harma.* Denique, regio, a Parnethe ad Brauronem, quae excurreret Διακρία dicebatur. Hesychius: Διακρία, ἡ ἀπὸ Πάρνηθος εἰς Βραυρῶνα. *Diacria, regio a Parnethe ad Brauronem.* Ita eum locum emendo; hodie enim longe corruptissime editur, ἀπὸ Πάρνηθος εἰς Βαβυλῶνα. *A Parnethe ad Babylonem.* Neque in tota Attica locus ullus fuit, Babylonis nomine dictus. *R. A.* I

ΠΕΙΡΑΙΕΥΣ. *PIRAEEVS.*

Hippothoontidis tribus. Stephanus. Πειραιεὺς, δῆμος Ἱπποθοωντίδος φυλῆς. *Piraeeus, populus Hippothoontidis tribus.* Strabo lib. IX. εἶθ' ὁ Πειραιεὺς, καὶ αὐτὸς ἐν τοῖς δήμοις τατλόμενος. *Deinde Piraeeus & ipse inter populos constitutus.* Pausanias in Atticis. ὁ δὲ Πειραιεὺς δῆμος μὲν ἦν ἐκ παλαιοῦ. *Piraeeus vero curia fuit, ab antiquo.* Antiquitus quidem insula erat, unde & nomen ἀπὸ τοῦ διαπερᾶν; cuius editissimum locum quum Munychus occupasset, fanum illic Dianae Munichiae aedificavit. Ibi quum ursam Athenienses occidissent, immissa fame, promissum ab oraculo remedium, si quis Deae filiam suam immolasset. Id qui vellet, quum non facile inveniretur, Embarus quidam, sacerdotium familiae suae perpetuum pactus, filiam immolavit (a). Suidas. ἦν πρότερον ὁ Πειραιεὺς νῆσος, ὅθεν καὶ τοὔνομα εἴληφεν, ἀπὸ τοῦ διαπερᾶν. ἔχει δὲ ἄκρα Μένυχος κατασχών, Μενυχίας Ἀρτέμιδος ἱερὸν ἱδρύσατο. ἄρκτον δὲ γλυομένης ἐν αὐτῷ, καὶ ὑπὸ τῶν Ἀθηναίων ἀναιρεθείσης, λιμὸς ἐπεγένετο· ἣν τὴν ἀπαλλαγὴν ὁ θεὸς ἔχρησεν, ἄν τις τὴν θυγατέρα θύσῃ τῇ θεῷ. Ἐμβαρος δὲ μόνος, ὑποσχόμενος ἐπὶ τῷ τὴν ἱερωσύνην αὐτοῦ τὸ γένος διὰ βίου ἔχειν, διακοσμήσας αὐτοῦ τὴν θυγατέρα ἔθυσεν. *Erat prius Piraeeus insula, unde & nomen accepit, a* διαπερᾶν, *cuius promontoria quum Munichus possideret, Munichiae Dianae templum aedificavit. Quum vero ursa in illo esset, & ab Athenien sibus interfecta fuisset, pestis ingruit. A qua tandem liberatum iri Deus respondit, si quis filiam Deae sacrificaret. Solus autem Embarus, quum pactus esset suum genus sacerdotium perpetuum habiturum, & suam filiam disposuisset, eam immolavit.* Totidem paene verbis Eustathius ad Iliad. β'. Sed insulam Piraeeum fuisse, id non meminit; & in ceteris quoque variat parum. Distabat ab Vrbe stadiis XL. Hinc est illud apud Diogen. Laertium in Antisthene lib. VI. οἰκῶν τε ἐν Πειραιεῖ, καθ' ἑκάστην ἡμέραν τοὺς τετταράκοντα σταδίους ἀνιὼν, ἤκουσε Σωκράτους. *Quumque in Piraeeo habitaret, quotidie, quadraginta stadiis, confectis Socratem audiebat.* Errat Schol. Aristophanis ad Equites, qui triginta tantum quinque commemorat. καὶ γὰρ Πειραιᾶ ἐτείχισε, ὃς ἀπέχει τῆς πόλεως σταδίους τριάκοντα πέντε, παρὰ θάλατταν ὤν. *Etenim Piraeeum etiam moenibus cinxit, qui* XXXV. *stadiis ab urbe distabat, quum maritimus esset.* In mente illi Phalerum fuit, cuius hoc ab Vrbe intervallum. Thucydides lib. II. τότε γὰρ Φαληρικὸν τεῖχος σταδίους ἦσαν πέντε καὶ τριάκοντα πρὸς τὸν κύκλον τοῦ ἄστεως. *Siquidem & Phalericus murus erat quinque, & triginta stadiorum ad ambitum usque*

1 Inter populos Atticae montanos commemorat Strabo lib. IX. Optima illic suum agrestium, & ursorum venatio erat. Pausanias in Atticis. Ὄρη δὲ Ἀθηναίοις ἐστὶ Πεντελικὸν, ἔνθα λιθοτομίαι. καὶ Πάρνης, παρεχομένη θήραν συῶν ἀγρίων, καὶ ἄρκτων. *Montes in Atticas sunt, Pentelicus, ubi Lapicidinae: Parnes, qui aprorum, & ursorum luculentam venatoribus copiam praebet.* Meminerunt eius etiam Stephanus, Athenaeus lib. V. & Thucydides lib. II. Erat illic simulacrum aeneum Iovis Παρνηθίου, & ara Σεμαλέου; item altera quoque ara, in qua Iovi sacrificabant, modo Ὄμβριον, modo Ἀπήμιον indigetantes. Pausanias Atticis. Καὶ ἐν Πάρνηθι Παρνήθιος Ζεὺς χαλκοῦς ἐστι, καὶ βωμὸς Σεμαλέου Διός. ἔστι δὲ ἐν τῇ Πάρνηθι καὶ ἄλλος βωμός. θύουσι δὲ ἐπ' αὐτοῦ, τότε μὲν Ὄμβριον, τότε δὲ Ἀπήμιον καλοῦντες Δία. *In Parnethe, Parnethius Iupiter ex aere, & Semalei Iovis ara. Est item ara ibidem alia; ad quam Iovi, quem modo Pluvium, modo Innoxium adpellant, rem divinam faciunt.* Meminit Etymologici Auctor. ἐπάκριος Ζεύς. ἐπ' ἄκρας γὰρ τῶν ὀρῶν ἱδρύοντο βωμοὺς τῷ Διΐ, οἷον τοῦ Ὑμηττίου, τοῦ Παρνήθου. *Epacrius Iupiter. In montium enim cacuminibus Aras Iovi erigebant, veluti Hymetti, Parnethi.* Cuius tribus fuerit, in incerto est. *Ita olim Meursius in Popul. Attic.*

(a) Huiusmodi Sacrificii habes insigne exemplum in Iphigenia.

Digitized by Google

que urbis. Piraeeus quinque ſtadiis ulterior erat. Ac totum illud intervallum murus iungebat, ex re dictus μακρὰ τείχη. Strabo loco citato. ταῦτα δ' ἦν μακρὰ τείχη, τετταράκοντα σταδίων τὸ μῆκος, συνάπτοντα τὸ ἄστυ τῷ Πειραιεῖ. *Hi vero erant muri longi, quadraginta ſtadiorum longitudine, Aſty Piraeeo coniungentes*. Thucydides lib. II. τὰ δὲ μακρὰ τείχη πρὸς τὴν Πειραιᾶ, τεσσαράκοντα σταδίων. *Longi vero muri ad Piraeea uſque, ad quadraginta ſtadia habebat*. Id autem factum a Themiſtocle, loci opportunitatem conſiderante. Plutarchus in eius Vita. Θεμιστοκλῆς δ' ἠχ, ὡς Ἀριστοφάνης ὁ Κωμικὸς λέγει, τῇ πόλει τὸν Πειραιᾶ προσέμιξεν, ἀλλὰ τὴν πόλιν ἐξῆψε τοῦ Πειραιέως. *Themiſtocles vero, non (ut Comicus Ariſtophanes ait) urbi commiſit Piraeeum, imo urbem adnexuit Piraeeo*. Vbi legendum τ. π. τ. Πειραιᾶ προσέμαξεν. Locus Ariſtophanis, quem reſpexit, eſt in Equitibus.

Ὦ πόλις Ἄργος, κλύεθ' οἷα λέγει; σὺ Θεμιστοκλεῖ ἀντιφερίζεις;
Ὃς ἐποίησε τὴν πόλιν ἡμῶν μεστὴν, εὑρὼν ἐπιχειλῆ,
Καὶ πρὸς τούτοις ἀριστώσῃ τὸν Πειραιᾶ προσέμαξεν.

O Argi Vrbs, auditisne qualia dicit? Tu Themiſtocli te aequiparas?
Qui fecit noſtram urbem plenam, quum inveniſſet imminutam
Et inſuper optime ſe gerenti Piraeeum adpoſuit.

Atque ille ipſe navalia illuc etiam tranſtulit, quum Phalero ad id temporis uſi eſſent Athenienſes. Pauſanias in Atticis. Θεμιστοκλῆς δὲ, ὡς ἦρξε, (τοῖς τε γὰρ πλέουσιν ἐπιτηδειότερος ὁ Πειραιεὺς ἐφαίνετο οἱ προκεῖσθαι, καὶ λιμένας τρεῖς ἀνθ' ἑνὸς ἔχων τοῦ Φαληροῦ) τοῦτό σφισιν ἐπίνειον εἶναι κατεσκεύασατο· *At Themiſtocles, poſteaquam ſummae rerum praefuit, quod multo opportuniore loco nautis Piraeea ſitum putaret, quum pro unico Phaleri, triplex eius portus eſſet, in eo navale exaedificavit*. In illis autem verbis obſerva, tres fuiſſe ibi portus. Atque hoc verum. Thucydides lib. I. νομίζων τό τε χωρίον καλὸν εἶναι, λιμένας ἔχον τρεῖς αὐτοφυεῖς. *Exiſtimans, tum ipſum locum commodiorem fore, tres ſuapte natura portus habentem*. Loquitur de hoc ipſo Piraeeo Scylax in Periplo. ὁ δὲ Πειραιεὺς λιμένας ἔχει τρεῖς. *Piraeeus vero tres habet portus*. Idem videre eſt apud Heſychium, & Schol. Ariſtophanis, quorum mox verba proferemus. Ex his unus, a Cantharo heroe, Κανθάρου λιμήν; alter, a Veneris illic templo Ἀφροδίσιον; tertius, a frumento Ζέα dicebatur. De prioribus duobus docet nos Ariſtophanis, quem dixi, Scholiaſtes ad Pacem. Πειραιεὺς λιμένας τρεῖς ἔχει κλειστούς. εἷς μὲν ὁ Κανθάρου λιμὴν, οὕτω καλούμενος ἀπό τινος ἥρωος Κανθάρου ἐν ᾧ τὰ νεώρια. εἶτα τὸ Ἀφροδίσιον. εἶτα κύκλῳ τοῦ λιμένος στοαὶ πέντε. *Piraeeus tres celebres portus habet. Vnus quidem Canthari portus, qui ab Heroe quodam Cantharo ita vocatur, in quo navalia ſunt. Deinde Aphrodiſium. Deinde in portus ambitu porticus quinque*. Prioris mentio, nempe Canthari, etiam apud Heſychium exſtat, ſed corrigendum Κανθάρων, λιμὴν οὕτω καλεῖται ἐν Πειραιεῖ. *Cantharon ita adpellatur Portus in Piraeeo*. Reſtitue Κανθάρου λιμὴν, οὕτω κ. ἐ. Π. Aphrodiſium nomen accepit a propinquo Veneris fano, quod a Cononе ibi exſtructum commemorat Pauſanias loco citato. πρὸς ᾗ τῇ θαλάσσῃ Κόνων ᾠκοδόμησεν Ἀφροδίτης ἱερὸν, τριήρεσι Λακεδαιμονίων κατεργασάμενος περὶ Κνίδον τὴν ἐν Καρικῇ χερρονήσῳ. *Verum Veneris aedem, quae proxima mari eſt, Conon, Lacedaemoniorum triremibus ad Gnidum in Carica Cherſoneſo profligatis, erexit*. De tertio; plane ignotum nomen eius abſque uno Heſychio eſſet, nam Ariſtophanis quidem Scholiaſtes, niſi forte culpa librarii eſt, plane omittit. Itaque nos Heſychius docet, iſtis verbis: Ζέα, ἡ Ἑκάτη παρὰ Ἀθηναίοις, ἢ εἷς τῶν ἐν Πειραιεῖ λιμένων, οὕτω καλούμενος ἀπὸ τοῦ καρποῦ τῆς ζειᾶς. ἔχει δὲ ὁ Πειραιεὺς λιμένας τρεῖς κλειστούς. *Zea, Hecate apud Athenienſes, & unus ex Piraeei portubus; ita adpellatus a Zeae proventu. Tres vero Piraeeus clauſos portus habet*. Vbi obſerva λιμένας τρεῖς κλειστούς. Atque ita reſtituendum apud Scholiaſten Comici in verbis citatis; quippe male illic λιμένας ἔχει τρεῖς, πάντας κλειστούς. Nam catena tres illi portus claudebantur, quod olim quidem non fiebat, ut diſcimus clare ex Thucydide lib. II. ἀποπειράσαι τοῦ Πειραιέως τοῦ λιμένος τῶν Ἀθηναίων· ἦν δὲ ἀφύλακτος, καὶ ἄκλειστος. *Voluerunt tentare Piraeeum, Athenienſium portum, qui neque cuſtodiretur, neque clauderetur*. Poſtea vero muniri coepti, & claudi etiam bello Peloponneſiaco. Thucydides loco citato. καὶ μετὰ τοῦτο φυλακὴν ἤδη τοῦ Πειραιῶς μᾶλλον τὸ λοιπὸν ἐποιοῦντο, λιμένων τε κλεισμούς, καὶ τῇ ἄλλῃ ἐπιμελείᾳ. *Atque ex eo die Piraeeum impenſius cuſtodierunt, tum Clauſtris portuum, tum alia diligentia*. Ad maximum horum, Themiſtoclis poſtea ſepulcrum conſtitutum fuit, ob cauſas nempe, quas iam diximus. Pauſanias. καὶ πρὸς τῷ μεγίστῳ λιμένι τάφος Θεμιστοκλέους. φασὶ γὰρ μεταμελῆσαι τῶν εἰς Θεμιστοκλέα, καὶ ὡς οἱ προσήκοντες τὰ ὀστᾶ κομίσαιεν ἐκ Μαγνησίας ἀνελόντες. *Et non longe a maximo portu ſepulcrum Themiſtoclis; ſiquidem Athenienſes ſui aliquando facti in Themiſtoclem pertinuiſſe tradunt; atque eius oſſa ex Magneſia ſublata, ab ipſius propinquis in patriam reportata*. Plutarchus extremo Themiſtocle. περὶ τὸν λιμένα τοῦ Πειραιῶς ἀπὸ τοῦ κατὰ τὸν Ἄλκιμον ἀκρωτηρίου προκεῖταί τις οἷον ἀγκὼν, καὶ κάμψαντι τοῦτον ἐντὸς, ᾗ τὸ ὑπεύδιον τῆς θαλάττης, κρηπὶς ἐστιν εὐμεγέθης, καὶ τὸ περὶ αὐτὴν βωμοειδὲς, τάφος τοῦ Θεμιστοκλέους. *Apud portum Piracei excurrere ab Alcimi promontorio ſicut cubitum quemdam, & ubi intra huc flexeris, qua ſub tranquillum eſt mare, ingentem exſtare baſim; atque illam, quae in ea exſtat, arae ſpeciem ſepulcrum Themiſtoclis eſſe*. Habebat vero porticus quinque. Vides in citatis Scholiaſtae Comici verbis. εἶτα κύκλῳ τοῦ λιμένος στοαὶ πέντε. Atque hae coniunctae μακρὰ στοὰ, ſive *Longa porticus* dicebantur. Obſervo apud Pauſaniam, qui in Piraeei deſcriptione pro illis hanc nominat. ἔστι δὲ τῆς στοᾶς τῆς μακρᾶς· ἔνθα καθέστηκεν ἀγορὰ τοῖς

(a) Vide ſuperius in Μουνιχία.

Digitized by Google

τοῖς ἐπὶ θαλάσσῃ. *Longa ibidem quaedam porticus est, qua pro foro utuntur, qui proxime ad mare habitant.* Estque mentio huius porticus etiam apud Schol. Aristophanis Avibus. οὕτω μέρος τι νῦν σύνηθες γέγονε τὸν Κολωνὸν καλεῖν, τὸ ὄπισθεν τ᾽ μακρᾶς στοᾶς. *Ita pars quaedam Colonum nunc adpellare consuevit, aversam partem longae porticus.* Geminum illic forum erat; unum iuxta longam hanc porticum, de qua dixi, eorum, qui ad mare habitabant; alterum, eorum, qui remotiores. Pausanias. ἔστι δὲ τ᾽ στοᾶς τῆς μακρᾶς ἔνθα καθέσηκεν ἀγορὰ τοῖς ἐπὶ θαλάσσῃ· καὶ γὰρ τοῖς ἀπωτέρω τῶν λιμένος ἐστὶν ἑτέρα. *Est ibidem quaedam longa porticus, qua utuntur pro foro, qui ad mare proxime habitant. Nam qui absunt longius a portu, & ipsi suum habent forum.* In priori, quod ad mare, locus erat, ubi merces peregre advectae ostentui exponebantur; isque ex re Δεῖγμα dicebatur. Meminit Aristophanes Equit.

Ἐν τῷ Δείγματι τ᾽ δικῶν
Ἤκουσ᾽ ἀντιλεγόντων.
In Digmate iudicia
Audivi contradicentia.

Vbi Scholiastes. τὸ Δεῖγμα τόπος ἐστὶν ἐν Πειραιεῖ. *Digma locus est in Piraeeo.* Et mox, ἐκεῖ οἱ ἔμποροι τὰ δείγματα τ᾽ πωλουμένων ἐτίθεσαν. *Ibi mercatores venales res ostentui exponebant.* Harpocration. Δεῖγμα, κυρίως μὲν τὸ δεικνύμενον, ἀφ᾽ ἑκάστου τ᾽ πωλουμένων. ἤδη δὲ καὶ τόπος τίς ἐν τῷ Ἀθήνησιν ἐμπορίῳ, εἰς ὃν τὰ δείγματα ἐκομίζετο, ὅτως ἐκαλεῖτο. *Digma proprie quod a quolibet venditore ostentui exponitur. Iamvero etiam locus quidam in foro Athenis, in quod specimina ferebantur, ita adpellabatur.* Demosthen. Orat. in Philoclem. παραλαβὼν Δεινίαν τὸν κηδεστὴν τὸν ἐμὸν, προσέρχεται αὐτῷ ἐν τῷ Δείγματι. *Quum adsumsisset Diniam adfinem meum, accedit ad eum in Digmate.* Occurrit apud Xenophontem Hist. Graec. lib. v. ἦσαν δέ τινες οἱ καὶ ἐκπηδήσαντες, εἰς τὸ Δεῖγμα, ἐμπόρους τέ τινας, καὶ ναυκλήρους ξυναρπάσαντες, εἰς τὰς ναῦς εἰσήνεγκαν. *Nonnulli exstitere, qui in Digma desilirent, & mercatores, ac navicularios quosdam correptos suas in naves comportarent.* Item apud Lysiam in Orat. κατὰ Τίσιδος. cuius fragmentum exstat apud Dionysium Halicarn. περὶ τῆς Δημοσθ. δεινότ. Οὐ δυναμένου βαδίζειν, ἐκόμισαν αὐτὸν εἰς τὸ Δεῖγμα ἐν κλίνῃ, καὶ ἐπέδειξαν πολλοῖς μὲν Ἀθηναίων, πολλοῖς δὲ καὶ τ᾽ ἄλλων ξένων, ὕτω διακείμενον. *Quum incedere non posset, lecto iacentem in Digma eum portarunt, & multis Athenienſium, multis etiam aliorum hospitum, ita se habentem ostenderunt.* Exponebantur autem illic res venales in mensis. Inde est apud Polyaenum lib. vi. inter strategemata Alexandri. συνέταξε τοῖς ἐπὶ τῶν νεῶν διὰ τάχους προσπλεῦσαί τε παρὰ Δεῖγμα τὸ τῆ Πειραιῶς, καὶ ἀπὸ τῶν τραπεζῶν ἁρπάσαι χρήματα. *Iussit iis, qui in navibus erant, in Piraeei Digma festinanter adnavigare, & pecunias de mensis rapere.* Ita enim locum illum restituendum censeo. Hodie editur. προσπλεῦσαι τῷ παραδείγματι τὸ Π. Erant ibi μετρονόμοι decem, σιτοφύλακες quinque, ἀξυνόμοι totidem. Vide Harpocrationem in istis dictionibus. Retro

A porticum hanc longam statuae erant Iovis, & Demi, a Leochare factae. Pausanias Atticis. τῆς δὲ ἐπὶ θαλάσσῃ στοᾶς ὀπισθεν ἱστᾶσι Ζεὺς, καὶ Δῆμος, Λεωχάρους ἔργον. *In ultima vero porticus parte Leocharis exstant opera, Iupiter, & Demus.* Vbi erravit doctissimus Interpres, Romulus Amasaeus, quum putavit vocem δῆμος significare *populum*; quae illo loco nomen proprium. Vide Commentarium nostrum in Harpocrationem, in dictionem Πυριλάμπης. Maxime autem digna visu illic fana Iovis, & Minervae; ac simulacra utriusque aenea, huius hastam, illius sceptrum, victoriamque ferentis: item Leosthenis, qui Macedonas binis proeliis superavit, & liberorum ipsius pictura, Arcesilai opus. Pausanias ibidem. θέας δ᾽ ἄξιον τῶν ἐν Πειραιεῖ μάλιστα Ἀθηνᾶς ἐστι καὶ Διὸς τέμενος, χαλκοῦ μὲν ἀμφότερα τὰ ἀγάλματα. ἔχει δ᾽ ὁ μὲν σκῆπτρον, καὶ νίκην, ἡ δ᾽ Ἀθηνᾶ δόρυ· ἐνταῦθα Λεωσθένην, ὃς Ἀθηναίοις καὶ τοῖς πᾶσιν Ἕλλησιν ἡγούμενος Μακεδόνας ἐν τε Βοιωτοῖς ἐκράτησε μάχῃ, καὶ αὖθις ἔξω Θερμοπυλῶν, καὶ βιασάμενος ἐς Λάμιαν κατέκλεισε τὴν ἀπαντικρὺ τῆς Οἴτης, τοῦτον τὸν Λεωσθένην καὶ τοὺς παῖδας ἔγραψεν Ἀρκεσίλαος. *In Piraeeo vero quae spectentur, haec sunt. Iovis, & Minervae fanum. AEnea sunt Deorum signa: Iupiter sceptrum, & victoriam; Minerva hastam tenet. Eodem in loco Leosthenem, eiusque liberos pinxit Arcesilaus: Hic ille est Leosthenes, qui Athenienſium, & ceterorum Graecorum dux, Macedonas duobus proeliis vicit; uno in Boeotia, altero ultra Thermopylas, ad Lamian, ex adverso Oetae situm oppidum, ubi vi intra moenia compulsos obsedit.* Erat quoque locus quidam, Σηράγγιον appellatus. Harpocration. Σηράγγιον, Λυσίας ἐν τῷ κατ᾽ Ἀνδροτίωνος, χωρίον τοῦ Πειραιέως οὕτως ἐκαλεῖτο. *Serangion, Lysias in oratione adversus Androtionem. Piraeei locus ita vocabatur.* Suidas. Σηράγγιον, χωρίων τῶ Πειραιῶς. *Serangium Piraeei locus.* Et Balneum ibidem. Isaeus in Orat. περὶ τῶ Φιλοκτήμ. κλ. ἀποδίδοται ἀγρὸν μὲν Ἀθμονοῖ, πέντε καὶ ἑβδομήκοντα μνῶν, Ἀντιφάνει· τὸ δ᾽ ἐν Σηραγγίῳ βαλανεῖον, τρισχιλίων, Ἀριστολόχῳ. *Distractus est ager, qui in Athmone est,* LXXV. *minis Antiphani. Balneum vero, qui est in Serangio, tribus millibus, Aristolocho.* Hinc est apud Hesychium. Σηράγγιον, βαλανεῖον. *Serangium, Balneum.* Athenis porta quaedam, iuxta Chalcodontis herois fanum, ubi sepulcra eorum, qui in proelio contra Amazones ceciderant, Piraica appellata; quia nimirum per illam Piraeeum iretur. Plutarchus Theseo. μαχέσθαι δ᾽ πρὸς τοῦτο τὺς Ἀθηναίους ἀπὸ Μυσείου τ᾽ Ἀμαζόσι συμπεσόντας. καὶ τάφους τ᾽ πεσόντων περὶ τὴν πλατεῖαν εἶναι τὴν φέρουσαν ἐπὶ τὰς πύλας, παρὰ τὸ Χαλκώδοντος ἡρῶον, ἃς νῦν Πειραϊκὰς ὀνομάζουσι. *Conflixisse adversus hoc Athenienses a Museo concurrentes cum Amazonibus. Sepulcra esse desideratarum in platea, quae fert ad portam secundum Chalcodontis fanum, quam Piraicam nunc nominant.* Meminit eius rursum in Sulla. αὐτὸς δὲ Σύλλας τὸ μεταξὺ τῆς Πειραϊκῆς πύλης, καὶ τ᾽ ἱερᾶς, καθασκάψας καὶ συνομαλύνας περὶ μέσας νύκτας ἐσήλασε φρικώδης. *Ipse Sulla quod muri inter portam Piraicam, & sacram est inter medium diruto, & solo aequato,*

to, nocte concubia magno terrore urbem ingreſſus eſt. 1

ΠΕΝΤΕΛΗ, *PENTELE.*

Antiochidis tribus. Stephanus. Πεντέλη, δῆμος Ἀντιοχίδος φυλῆς. *Pentele, populus Antiochidis tribus.* Erat autem mons. Vitruvius lib. II. cap. VIII. *Et primum Athenis murum, qui ſpectat ad Hymettum montem, & Pentelenſem.* Et in eo lapicidinae. Pauſanias Atticis. ὄρη δ' Ἀθηναίοις ἐστὶ Πεντελικὸν, ἔνθα λιθοτομίαι· καὶ Πάρνης, παρεχομένη θήραν συῶν ἀγρίων, καὶ ἄρκτων. *Montes in Attica ſunt Pentelicus, ubi lapicidinae; Parnes, qui Aprorum, & Vrſorum luculentam venatoribus copiam praebet.* Inde eſt quod iterum alibi ait in iisdem Atticis. τοῦτο ἀνὴρ Ἀθηναῖος Ἡρώδης ᾠκοδόμησε, καὶ οἱ τὸ πολὺ τῆς λιθοτομίας τῆς Πεντέλησιν ἐς τὴν οἰκοδομὴν ἀνηλώθη. *Hoc ſtadium Herodes vir Atticus erexit; multumque ex Penteliçis Lapicidinis in eo conſumſit.* Plutarchus in Publicola. οἱ δὲ κίονες ἐκ τοῦ Πεντέλησιν ἐτμήθησαν λίθου. *Columnae exciſae ſunt ex Marmore Pentelico quadrato.* Lucianus in Iove Tragoedo. ἀλλ' εἰ μὴ πάνυ ληρῶ, λίθοι τοῦ λοξικοῦ Πεντέληθεν, οἶμαι, λιθοτομηθέντα. *Sed niſi prorſus hallucinor, aut caecutio ex lapide candido ex monte Penteli exciſo.* Erat autem prope urbem, ut & Hymettus. Strabo lib. IX. μάρμαρα δ' ἐστὶ τῆς τε Ὑμηττείας καὶ τῆς Πεντελικῆς κάλλιστα μέταλλα πλησίον τῆς πόλεως. *Marmor Hymettium pulcerrimum, ut & Pentelicum, prope urbem effoditur.* Et meminit λίθου Πεντελησίου Pauſanias in Achaicis non ſemel. Erat illic fanum Minervae. Pauſanias idem Atticis. Ἀθηναίοις δὲ τὰ ὄρη καὶ θεῶν ἀγάλματα ἔχει. Πεντέλησι μὲν Ἀθηνᾶς, ἐν Ὑμηττῷ δὲ ἄγαλμά ἐστιν Ὑμηττίου Διός. *Deorum vero ſigna, haec ſunt, in Atticae montibus. In Pentelico, Minervae, in Hymetto, Hymetti Iovis ſtatua eſt.* Qui inde oriundus, Πεντέληθεν dicebatur, & Πεντελεύς, quemadmodum alia huius formae. Inde conflatum moſtrum id verbi apud Stephanum. ὁ δημότης, Πεντεληθεύς. *Popularis, Penteletheus.* Scripſerat Auctor. ὁ δημότης, Πεντέληθεν, ἢ Πεντελεύς. Id ut per compendium ſcripturae repraeſentaret librarius, ſcripſerat, Πεντέληθεν; & ſyllabae ultimae εύς ſuperſcripſerat, more uſitato. Hinc nobis alii, qui hanc ſcribendi rationem ignorarent, Πεντεληθεὺς iſtud effinxerunt. Vt finiam; Athenis primus murus, qua montem hunc, & Hymettum ſpectabat, e latere fuit. Vitruvius loco citato. *Nonnullis civitatibus & publica opera, & privatas domos, etiam regias e latere ſtructas licet videre. Et primum Athenis murum, qui ſpectat ad Hymettum montem, & Pentelenſem.*

ΠΕΡΓΑΣΗ. *PERGASE.*

Erechtheidis tribus. Harpocration. Περγασὴ, δῆμος τῆς Ἐρεχθηίδος. τὸν μέν τοι δημότην διχῶς λέγεσθαί φασι, Περγασέα τε, καὶ Περγασῆθεν. *Pergaſe, populus tribus, Erechtheidis; popularem autem duobus modis dici aiunt, Pergaſenſem, & ex Pergaſe.* Steph. Περγασὴ, ὀξυτόνως, δῆμος τῆς Ἐρεχθηίδος φυλῆς. ὁ δημότης, Περγασεύς. ἔστιν οὖν καὶ, Περγασῆθεν. *Pergaſe, accentu acuto, populus Erechtheidis tribus, popularis, Pergaſeus; dicitur etiam ex Pergaſe.* Moſchopulus. Περγασὴ δῆμος ἐν Ἀθήναις. ἧς τὸν δημότην διχῶς ἔλεγον, Περγασέα καὶ Περγασῆθεν. *Pergaſe, populus Athenis, cuius popularem duobus modis dicebant, Pergaſenſem, & ex Pergaſe.* Tamen variat Suidas. δῆμος ἡ Περγασὴ τῆς Ἐρεχθηίδος. ἢ μέντοι δημότην διχῶς λέγεσθαί φασιν, Περγασέα τε, καὶ Περγασιῶνα. *Populus Pergaſe Erechtheidis; Popularem duplici modo dici aiunt, Pergaſenſem, & Pergaſenum.* Meminit Ariſtophanes Equitibus,

πρὶν γὰρ εἶναι Περγασῆσιν, ἔνεον ἐν ᾗ ἐμβάσιν,

An-

---

1 Vrbecula iuxta portum Pyraeeum. Hujus mentio fit in veteris epigrammatis fragmento Athenarum in aedibus Nicolai Trini.

Η ΒΟΥΛΗ Η ΕΞ ΑΡΕΙΟ.., (a)
ΤΩΝ ΕΞΑΚΟΣΙΩΝ..
ΚΛΑΥΔΙΟΝ ΚΑΙΣΑΡΑ...
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ ΤΠ... (b)
ΤΟ ΔΕΥΤΕΡΟΝ ΑΡΧΙΕ... (c)
ΚΗΣ ΕΞΟΥΣΙΑΣ..
ΔΙΟΚΛΕΟΥΣ.....
ΕΠΙ ΤΟΝ ΠΕΙΡΑΙΑ ΔΙΣ
..ΑΙΡΗΟΥ ΚΑΙ ΘΕΟΙΣ ΜΕΓ..
ΕΠΙ ΤΟΥΣ ΟΠΛΙΤΑΣ
...ΣΑΙΕΩΣ ΕΠΩΝΥΜ.... (d)

Cuius lacunae ſic poſſunt ſuppleri:

Η ΒΟΥΛΗ Η ΕΞ ΑΡΕΙΟΥΠΑΓΟΥ ΚΑΙ Η ΒΟΥΛΗ
ΤΩΝ ΕΞΑΚΟΣΙΩΝ ΚΑΙ Ο ΔΗΜΟΣ
ΤΙΒΕΡΙΟΝ
ΚΛΑΥΔΙΟΝ ΚΑΙΣΑΡΑ ΣΕΒΑΣΤΟΝ
ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ ΤΠΑΤΟΝ
ΤΟ ΔΕΥΤΕΡΟΝ ΑΡΧΙΕΡΕΑ ΜΕ
ΓΙΣΤΟΝ ΔΗΜΑΡΧΙ
ΚΗΣ ΕΞΟΥΣΙΑΣ ΕΠΙΜΕΛΗ
ΘΕΝΤΟΣ
ΔΙΟΚΛΕΟΥΣ ΣΤΡΑΤΗΓΗΣΑΝΤΟΣ
ΕΠΙ ΤΟΝ ΠΕΙΡΑΙΕΑ &c.

Alia ibidem exſtat apud Benaldum:

ΟΙ ΕΦΗΒΟΙ ΤΟΝ ΕΑΥΤΩΝ
ΚΟΣΜΗΤΗΝ ΙΕΡΕΑ ΕΥΚΛΕ
ΙΑΣ ΚΑΙ ΕΥΝΟΜΙΑΣ ΑΡΧΕ
ΛΑΟΝ ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ ΠΕΙ
ΡΑΙΕΑ ΕΥΧΑΡΙΣΤΙΑΣ ΕΝΕ
ΚΑ ΑΝΕΘ.

Spon. *Itin. T.* 2. *p.* 451. &c.

(a) Ἀρειοπάγου. *Salvinius.*
(b) Τ'παλόν. *Salv.*
(c) Ἀρχιερέα δημαρχικῆς. *Salv.*
(d) Hoc eſt, στρατηγήσαντος ἐπὶ τοὺς ὁπλίτας. *Salv.*

Digitized by Google

Antequam enim esset in Pergase, redibant in solis.

Vbi Scholiastes. Περγασῆσιν, ὄνομα δήμου. *In Pergase, nomen populi.*

ΠΕΡΙΘΟΙΔΑΙ. *PERITHOEDAE.*

Oeneidis tribus. Stephanus. Περιθοῖδαι, δῆμος Οἰνηΐδος φυλῆς, ὁ δημότης, Περιθοίδης. *Perithoedae, populus Oeneidis tribus, popularis Perithoedes.* Harpocration. Περιθοίδαι, δῆμός ἐστι τῆς Οἰνηΐδος. *Perithoedae, populus est Oeneidis.* Nomen a Perithoo. Suidas. Περιθοίδαι, δῆμος τῆς Οἰνηΐδος φυλῆς. ἀπὸ Πειρίθου τοῦ Ἰξίονος. νόμος δ' ἦν Ἀθήνησι, ξένους εἰσδέχεσθαι τοὺς βουλομένους τῶν Ἑλλήνων. Θεσσαλοὺς δ' ἐξαιρέτως ὑπεδέχοντο, διὰ τὴν Πειρίθου καὶ Θησέως φιλοξενίαν. τούτοις δὲ καὶ χώραν ἐμέρισαν, ἣν ἐκάλεσαν Πειριθίδα. *Perithoedae, populus Oeneidis tribus, A Pirithoo Ixionis F. Lex autem erat Athenis, ut hospites Graeci, quicumque vellent, admitterent: Thessalos vero praecipue recipiebant, ob Pirithoi, & Thesei hospitalitatem. His autem locum etiam impertiti sunt, quem Pirithida vocarunt.* Sed scribendum. ἣν ἐκάλεσαν Πειριθοΐδα. Apostolius hac in re mutilus, ac supplendus. Πειρίθου καὶ Θησέως φιλοξενία. ἐπὶ τῶν πολυτελῶς φιλοξενούντων. νόμος ἦν Ἀθήνησι, ξένους εἰσδέχεσθαι τοὺς βουλομένους τῶν Ἑλλήνων. Θεσσαλοὺς δ' ἐξαιρέτως ὑπεδέχοντο, διὰ τὴν Πειρίθου καὶ Θησέως φιλοξενίαν. ἣν ἐκάλεσαν Πειριθοΐδα, ἀπὸ Πειρίθου τοῦ Ἰξίονος, ὅθεν καὶ Πειριθοΐδαι, δῆμος τῆς Οἰνηΐδος φυλῆς. *Pirithoi, & Thesei hospitalitas. In eos, qui hospites magnifice excipiunt. Lex autem erat Athenis, ut hospites Graeci, quicumque vellent, admitterent. Thessalos vero in primis excipiebant, ob Pirithoi, & Thesei hospitalitatem, quam Piroethidem vocarunt, a Pirithoo Ixionis F. unde etiam Pirithoedae populus Oeneidis tribus.* Quid enim? an philoxeniam Thesei, & Pirithoi nuncuparunt Περιθοΐδα? Nugae. Certam illis regionem attribuerunt, eamque ex Pirithoi nomine ita dixerunt. Ergo restituo ductu Suidae, cuius verba transcripsit in partem. Φιλοξενίαν. τούτοις δὲ καὶ χώραν ἐμέρισαν, ἣν ἐ. Π. Totum hoc comma festinans librarius praetermiserat. Hinc oriundum Mnesilochum quemdam nominat Demosthenes Orat. in Polyclem. Ἀγνία γὰρ καὶ Πραξικλεῖ ὑπὸ τὸν αὐτὸν χρόνον κατέστησαν διάδοχοι Μνησίλοχός τε ὁ Περιθοίδης, καὶ Φρασικρίδης ὁ Ἀναφλύστιος. *Hagniae enim, & Praxicli eodem tempore successere Mnesilochus Perithoedes, & Phrasicrides Anaphlystius.* Hinc etiam Hyperbolus apud Plutarchum in Alcibiade. ἦν δέ τις Ὑπέρβολος ὁ Περιθοίδης, ὃν μέμνηται μὲν ὡς ἀνθρώπου πονηροῦ καὶ Θουκυδίδης. *Erat Athenis Hyperbolus quidam Perithoides, cuius quoque, ut tetri hominis meminit, Thucydides.* Et rursum in Nicia. ὧν ἦν καὶ Ὑπέρβολός τις Περιθοίδης, ἄνθρωπος ἀπ' ἐδεμιᾶς τολμῶν δυνάμεως. *In quibus Hyperbolus erat Perithoedes, homo ex nullis opibus audaciam sumens.* Apud AEschinem Orat. in Timarchum. γινώσκετε, ὦ Ἀθηναῖοι, Κρίτωνα τὸν Ἀσυβόχου, καὶ Περικλείδην τὸν Περιθοίδου. *Cognoscitis, Athenienses, Critonem Asyochi F. & Periclidem Perithoedae.* Legendum. καὶ Περικλείδην τὸν Περιθοίδην. Vel mutilus certe locus, culpa festinantis librarii, & exciderit nomen patris Periclidis, qui erat Περιθοίδης. Atque ita scribendum erit. καὶ Περικλείδην τὸν **** Περιθοίδου. 1

ΠΕΡΡΙΔΑΙ. *PERRHIDAE.*

Antiochidis tribus. Stephanus. Περρίδαι, δῆμος τῆς Ἀντιοχίδος φυλῆς. *Perrhidae, Populus Antiochidis tribus.* Hesychius. Περρίδαι, τῆς Ἀττικῆς δῆμος ἐν Ἀφίδναις. *Perrhidae, Atticae populus in Aphidnis.* Ita enim illic legendum; non, ἀφνίδαις. Primitus erat AEantidis tribus; ac postea transtulerunt. Nicander Thyatirenus lib. περὶ τῶν δήμων. μετέθηταν ἐξ Αἰαντίδος, Ἀφιδναῖοι, Περρίδαι, Τιτακίδαι, Θυργωνίδαι. *Translati sunt ex AEantide, Aphidnaei, Perrhidae, Titacidae, Thyrgonidae.* Ita enim restituendum illum locum monui in Commentario ad Harpocrationem, apud quem exstat in Θυργωνίδαι.

ΠΗΛΗΚΕΣ. *PELECES,*

Leontidis tribus. Stephanus. Πήληκες, δῆμος Λεοντίδος φυλῆς. *Peleces, populus Leontidis tribus.* Harpocration. δῆμός ἐστι τῆς Λεοντίδος, Πήληκες. *Populus est Peleces Leontidis.* Hesychius. Πήληξ. περικεφαλαία, ἀπὸ τοῦ πάλλεσθαι, ὅ ἐστι κινεῖσθαι· καὶ δῆμος. Ita scribendus ille locus, Hodie editur. Πήληξ, &, πάλεσθαι. Apud AEschinem in Orat. περὶ παραπρεσβ. Ἀλεξίμαχος ὁ Πήληξ δίδωσιν ἀναγνῶναι ψήφισμα τοῖς προέδροις. *Aleximachus Peleex decretum Praesidibus legendum dat.* Habes quoque apud Suidam; & iterum apud Stephanum in Εὐπυρίδαι: ubi dicit Τρικώμους fuisse adpellatos, Eupyridas, Cecropidas, & Peleces. Ecce verba; Τρικώμους δὲ τούτους ἐκάλουν, Εὐπυρίδας, Κεκροπίδας Πήληκας. *Tricomios vero hos vocabant, Eupyrides, Cecropides, Peleces.*

ΠΙΘΟΣ. *PITHOS.*

Tribus Cecropidis nomen ἀπὸ τοῦ πίθου, *a dolio* quia olim illic dolia fieri solita. Stephanus. Πίθος, ὁμωνύμως τῷ ἀγγείῳ, δῆμος τῆς Κεκροπίδος φυλῆς. κέκληται δὲ ἀπό τινος πίθου. τῶν

1. Huius meminit lapis vetus Athenis apud Ianum Mastrigium:

ΝΙΚΟΜΑΧΟΣ
ΑΠΟΛΛΟΔΟΡΟΥ
ΠΕΡΙΘΟΙΔΗΣ

ΑΡΙΣΤΟΝΟΗ
ΠΑΤΡΩΝΟΣ
ΠΕΡΙΘΟΙΔΟΥ
ΘΥΓΑΤΗΡ
ΑΡΧΕΛΑΟΥ
ΠΕΡΙΘΟΙΔΟΥ
ΓΥΝΗ

Alia ibidem: Spon. Itin. *T.* 2. *p.* 454.

Digitized by Google

τῶν πίθων αὐτόθι χυομένων. ὁ δημότης Πιθεύς. *Pithos, eiusdem nominis, ac vas, Populus, Cecropidis tribus. Sic vero vocatus fuit a quodam Pitho, quum dolia illic fierent; Popularis, Pitheus.* Itaque recte corrigendum apud Harpocrationem monui. Πιθεύς· δῆμος τῆς Κεκροπίδος, ὁ Πίθος. *Pithensis, populus Cecropidis, Pithus.* Antea edebatur. Πιτθεὺς δ. τ. Κ. ἡ πίτθις. Et eodem modo apud Suidam laboratur, qui exscripsit. Corrigendum etiam apud Diog. Laertium in Socrate lib. II. τάδε ἐγράψατο καὶ ὡμολογήσατο Μέλητος Μελίτου Πιθεὺς Σωκράτει Σωφρονίσκου Ἀλωπεκῆθεν. *Haec scripsit, & coram confessus est Melitus Meliti F. Pithensis adversus Socratem Sophronisci F. Alopecensem.* Nam, & illic editur, M. M. Πιτθεύς. Et apud Athenaeum lib. VI. παράσιτοι ἐπὶ Λυκοφρόνου Γαργηττίου Περικλῆς Περικλέους, Πιθεύς· Χαρῖνος Δημοχάρους Γαργηττίος. *Parasiti sub Lycophrone Gargettio. Pericles Periclitli F. Pithensis. Charinus Democharis F. Gargettius.* Et ibi editur, Πιτθεύς(a). Mendum quoque apud Isaeum Orat. περὶ τοῦ Κίρωνος κλ. Αἵ τε γυναῖκες ἐκ τῆς δημοσίας ταῦτα μετὰ πρόκριναν αὐτὴν μετὰ τὴν Διοκλέους γυναικὸς τοῦ Πιτέως ἄρχειν, εἰς τὰ Θεσμοφόρια. *Populares mulieres postea, ipsam praeesse in Thesmophoriis una cum Dioclis Pithensis uxore praeiudicarunt.* Rescribe. τοῦ Πιθέως. a

ΠΛΑΚΙΑΔΑΙ. *PLACIADAE.*

Placiadae. Suidas. Πλακιάδαι, δῆμος τῆς Ἀττικῆς, ἔνθα φαφανίδες μεγάλαι γίγνονται. *Placiadae, populus Atticae, ubi magni raphani nascuntur.* Verum insigniter errat Suidas; atque magis Phavorinus, apud quem est Πλαντιάδαι. Dicam erroris veram causam. Deprehensis in adulterio per posticum raphani impingebantur; qui, quia magni apud Laciadas nascebantur, adversum adulteros, ii implorari soliti, ut ostendo in libro de Populis Atticae, in Λακιάδαι. Itaque in exemplari, quo tunc Suidas usus fuit, sive is, quem ille exscripsit, pro vulgato ὦ Λακιάδαι, depravate sine dubio scriptum fuerit πλακιάδαι: idque mendum, haud animadversum, Suidam in errorem induxit. Ac, quod ad Laciadas attinet, praeter ea, quae in libro singulari indicavi, hoc sciendum, Philippidis etiam Comici fuisse fabulam, quae inscripta Λακιάδαι: & citari a Polluce, lib. X. cap. VIII. R. A.

ΠΛΩΘΕΙΑ. *PLOTHIA.*

AEgeidis tribus. Harpocration. Πλωθειὰ, δῆμος τῆς Αἰγηίδος. ὅθεν ὁ δημότης, Πλωθεύς. *Plothia, populus AEgeidis. Vnde popularis. Plothensis.* Suidas totidem verbis. Stephano Πλωθεὺς, & Πλωθειεὺς, dicitur ὁ δημότης. Verba eius ista. Πλοθειὰ, δῆμος Αἰγηίδος φυλῆς. ὁ δημότης, Πλωθειεὺς, καὶ Πλωθεύς. *Plothia, populus AEgeidis tribus. Popularis, Plothiensis, & Plothensis.* Meminit iterum in Ἀζωνιά. Vnum habes apud Demosthenem Orat. in Eubulidem. τὴν ἀδελφὴν λαμβάνει Ἀπολλόδωρος ὁ Πλωθεύς. *Sororem accipit Apollodorus Plothensis.* Alterum occurrit apud Isaeum, sed corrigendum. Orat. περὶ τοῦ Δικαιογένους κλήρου. καὶ ταῦτα ἐγγυᾶτο αὐτῷ Λεωχάρης ὅτος, καὶ ὡμολόγει ποιήσειν, οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ Μνησιπτόλεμος ὁ Πλωθεύς. *Et haec spondebat ipsi Leochares hic, & confitebatur facturum. Non solum, sed & Mnesiptolemus Plothiensis.* Hodie editur, Μνησιπτόλεμος ὁ πλωτιεύς.

ΠΝΥΞ. *PNYX.*

Incertum cuius tribus. Observo tamen ἐν τοῖς δήμοις censitam fuisse. Ecce apud Aristophanem Equitibus v. 41. &c.

Λέγοιμ' ἂν ἤδη. νῦν γάρ ἐστι δεσπότης,
Ἄγροικος ὀργὴν, κυαμότροφος, ἀκράχολος,
Δῆμος, Πυκνίτης, δύσκολον γερόντιον.
Dicam igitur iam; nunc enim est herus,
Inhumanus in ira, fabarum esor, bilioſus.
Demus, Pycnites, difficile senium.

Vbi fallitur eruditus Interpres Nicodemus Frischlinus, qui non animadvertit, Δῆμος esse nomen proprium. Vertit enim, δῆμος Πυκνίτης. *Vir tribu Pycnensis*, quum debuisset, *Demus Pnycensis.* Etymon nominis habes ibi apud Scholiasten. Πνὺξ λέγεται, παρὰ τὸ πυκνοῦσθαι ἐκεῖ τοὺς βουλευτὰς, ἢ ἀπὸ τοῦ πεπυκνῶσθαι τῶν καθέδραις. *Pnyx dicitur, quia ibi densantur senatores, vel a densatis cathedris.* Et apud Etymologici Auctorem. Πνὺξ παρὰ Ἀθηναίοις ἡ ἐκκλεσία, παρὰ τὸ πεπυκνῶσθαι τῷ πλήθει τῶν ἐκκλινόντων ἐκεῖσε ἀνθρώπων. ἢ ὅτι πυκνά ἐστι περὶ αὐτὴν οἰκήματα. *Pnyx apud Athenienses concio, quia densata erat multitudine declinantium illuc hominum. Vel quia densa circa eam sunt domicilia.* Sic Harpocration. Κλείδημος δ' ἐν τρίτῳ πρωτογονίας, συνήεσάν, φησιν, εἰς τὴν Πνύκα ὀνομασθέισαν, διὰ τὸ τὴν συνοίκησιν πυκνουμένην εἶναι. *Clidemus autem in tertio libro primogenitarae, Coierunt, inquit, ad Pnycem ita vocatam, quia cohabitatio ibi densata esset.* Ecce, celeberrimae circa Pnycem aedes erant; omnisque is tractus, qui ad eam pertinebat, δῆμος erat; & qui illic habitarent, Πνυκίται, sive Πυκνίται, dicebantur. Erat autem ipsa Pnyx locus iuxta arcem, prisca simplicitate extructus, nullam theatri magnificentiam referens; habebaturque illic concio, quum eligendus esset magistratus; nam cetera comitia in theatro Bacchi erant. Pollux lib. VIII. cap. X. ἐκκλησιάζον δὲ πάλαι μὲν ἐν τῇ Πνυκί. Πνὺξ δ' ἦν χωρίον πρὸς τῇ ἀκρόπολιν, κατεσκευασμένον κατὰ τὴν παλαιὰν ἁπλότητα, οὐκ εἰς θέατρα πολυπραγμοσύνην. αὖθις δὲ τὰ μὲν ἄλλα ἐν τῷ Διονυσιακῷ θεάτρῳ.

a. Populus Πίθος, nomen suum accepit, ob inventa illic dolia. Proclus ad Hesiodi ἔργ. β'. Τὸν δὲ τῶν Πιθέων δῆμον διὰ τοῦτο ὕστερον ὀνομάσαι, διότι τῶν πίθων ἐπενοήσαντο τὴν πλάσιν. *Populum vero Pithensium ideo dictum, quod illic primum dolia fingere excogitarint.* R. A.

(a) Vide, quae superius in Γαργηττὸς adnotavimus ad Inscriptionem Riccardianam.

Digitized by Google

τρῷ. μόνας ϑ τὰς ἀρχαιρεσίας ἐν τῇ Πνυκί. *Conciones autem olim quidem habebant in Pnyce. Pnyx autem erat locus iuxta arcem, adparatus ſecundum veterem ſimplicitatem, non ad theatri magnificentiam. Poſtea vero alia quidem acta in Dionyſiaco theatro, ſolae autem magiſtratuum electiones in Pnyce.* Tamen Heſychius ait, olim omnes illic conciones fuiſſe, ſed poſtea tantum eo conventum, quum praetorem eligere vellent. Πνὺξ, τόπ@ Ἀθήνησιν ἐν ᾧ αἱ ἐκκλησίαι πάλαι μὲν ἤγοντο πᾶσαι, νῦν ϑ ἅπαξ, ὅταν στρατηγὸν χειροτονῶσιν. *Pnyx, locus Athenis, in quo conciones olim quidem agebantur omnes, nunc autem ſemel, quando praetorem creant.* Hic Amazones bello cum Athenienſibus ſigna commiſerunt. Plutarchus Theſeo. ὃ γὰρ ἂν ἐν ἄστει κατεστρατοπέδευσαν, οὐδὲ ϑ μάχῃ συνῆψαν ἐν χρῷ περὶ ϑ Πνύκα, κ τὸ Μουσεῖον. *Neque enim in urbe caſtra metati fuiſſent, neque pugnam commiſiſſent accurate circa Pnycem, & Muſeum.* Loquitur de Amazonibus. Erat illic tribunal mare ſpectans; quod poſtea triginta Tyranni inverterunt, & terram verſus conſtituerunt. Plutarchus in Themiſtocle. καὶ τὸ βῆμα τὸ ἐν Πνυκὶ πεποιημένον, ὡς' ἀποβλέπῃ πρὸς ϑ θάλασσαν, ὕστερον οἱ τριάκοντα πρὸς ϑ χώραν ἀπέστρεψαν, οἰόμενοι ϑ μὲν κατὰ θάλασσαν ἀρχὴν, γένεσιν εἶναι δημοκρατίας, ὀλιγαρχίᾳ ϑ ἧττον δυσχεραίνειν τοὺς γεωργοῦντας. *Tribunalque in Pnyce factum, ita ut reſpiceret verſus mare, poſtea triginta (tyranni) verſus terram converterunt, exiſtimantes maritimum magiſtratum, originem eſſe Democratiae, paucorum autem dominatu minus offendi ruſticos.*

ΠΟΡΟΣ. *PORVS.*

Acamantidis tribus. Harpocration. Πόρος, ἔστι δῆμ@ τῆς Ἀκαμαντίδ@. ὁ δημότης, Πόρι@. *Porus eſt populus Acamantidis. Popularis, Porius.* Totidem verbis Suidas. Popularis qui eſſet, Πόρι@ dicebatur, & Ποριεύς. Illud habes apud Harpocrationem; iſtud apud Heſychium, cuius iſta verba. Ποριεῖς, δῆμ@ τῆς Ἀκαμαντίδ@ φυλῆς. *Porienſes, populus Acamantidis tribus.*

(a) ΠΟΤΑΜΟΣ. *POTAMVS.*

Leontidis tribus. Harpocration. Ποταμὸς, δῆμ@ τ Λεοντίδ@. ὃ ὁ δημότης, Ποτάμι@. *Potamus, populus Leontidis tribus. Cuius popularis, Potamius.* Meminit huius populi Strabo lib. IX. κάμψαντι δὲ τὴν κατὰ τὸ Σούνιον, εἶτα Θόρικ@, εἶτα Ποταμὸς, δῆμ@ ὕστω καλούμεν@, ἐξ ὃ οἱ ἄνδρες, Ποτάμιοι. *Flectenti autem curſum circa Sunium, dein Thoricus, inde Potamus pagus, cuius curiales, Potamii.* Olim oppidum fuit. Plinius lib. IV. cap. VII. *A Piraeeo quadraginta duo millia paſſuum Sunium promontorium, Doriſcum promontorium, Potamos, Brauron, quondam oppida.* Erat hic ſepulcrum Ionis. Pauſanias Atticis. Ἴων@ ϑ τῷ Ξούθου τάφ@ ἐν Ποταμοῖς ἐστι τῆς χώρας. *Ionis vero Xuthi filii ſepulcrum eſt in curia Potamiorum.* Iterum Achaicis. καὶ Ἴων@ ἐν τῷ δήμῳ μνῆμα Ποταμίων ἐστίν. *Et Ionis monumentum in Potamiorum curia eſt.* Hic quoque praedium Ariſtogitonis ex filia nepti dotem dederunt Athenienſes. Plutarchus Ariſtide. καὶ οὐδέν ἐστι θαυμαστὸν οὕτω φρονῆσαι ϑ ἐν ἄστει τὸν δῆμον, ὅτου θυγατριδῆν Ἀριστογείτον@ ἐν Λήμνῳ πυθόμενοι ταπεινὰ πράττειν, ἀνδρὸς ἀποροῦσαν διὰ πενίαν, κατήγαγον Ἀθήναζε, καὶ συνοικίσαντες ἀνδρὶ ϑ εὖ γεγονότων, τὸ Ποταμοῖ χωρίον εἰς φερνὴν ἐπέδωκαν. *Neque mirum eſt tantam curam egiſſe populum eorum, qui in urbe agerent, quum Ariſtogitonis ex filia neptem, quam vivere acceperant in Lemno ſordide, illocabilem ob inopiam, reduxerint Athenas, atque nobili viro nuptum dederint, in dotem largiti praedium in Potamo.* Meminit horum popularis Diogenes Laertius in Epicuro lib. X. κατὰ τάδε δίδωμι τὰ ἐμαυτοῦ πάντα Ἀμυνομάχῳ Φιλοκράτους, Βατῆϑεν. κ Τιμοκράτ Δημοκρίτου, Ποταμίῳ. *Iuxta haec do mea omnia Amynomacho Philocratis F. Batenſi, & Timocrati Democriti F. Potamienſi.* Et Iſaeus Orat. περὶ τοῦ Δικαιογένους κλήρου. Πρωταρχίδῃ γὰρ Πολαμίῳ ἔδωκε Δικαιογένης τὴν ἀδελφὴν τὴν ἑαυτοῦ ἐπὶ τετταράκοντα μναῖς. *Protarchidae enim Potamienſi ſororem ſuam propter quadraginta minas, Dicaeogenes dedit.* Exagitabatur autem hic populus a Comicis, ut qui facile adſcriptitios admitteret. Harpocration loco citato. ἐκωμῳδοῦντο ϑ, ὡς ῥᾳδίως δεχόμενοι τοὺς παρεγγράπτους, ὡς ἄλλοι τε δηλοῦσι, καὶ Μένανδρ@ ἐν ταῖς Διδύμαις. *Sugillabantur vero, ut qui facile adſcriptitios recipiant, ut aliique docent, & Menander in Geminis.* Etymologici Auctor in Δρυαχαρνεῦ. ἐκωμῳδοῦντο γὰρ οἱ Ἀχαρνεῖς, ὡς ἄγροικοι καὶ σκληροί. Πολάμιοι ϑ, ὡς ῥᾳδίως δεχόμενοι τοὺς παρεγγράφους. *Sugillabantur enim Acharnenſes, ut agreſtes, & rudes. Potamienſes vero, ut ii, qui facile adſcriptitios reciperent.* Idem habes apud Suidam quoque. I

ΠΡΑΣΙΑΙ. *PRASIAE.*

Pandionidis tribus. Stephanus. Πρασιαὶ, δῆμ@ Ἀθήνησι, Πανδιονίδ@ φυλῆς. δημότης, Πρασιεύς. *Praſiae, populus Athenis, tribus Pandionidis; popularis, Praſieus.* Corrigendus Strabo

---

1. Eſt tribus Leontidis. Fuit populus maritimus ad Sunium, nimirum in littore Euripi. Nunc vocatur portus de Rafty, iam incolis vacuus. Ibi Diogenes Laertius natus eſt, ibique reperiebatur olim monumentum Iovis, filii Xuthi. Inſcriptio Athenis in Eccleſia Sanctorum Apoſtolorum:

. . . . . .
ΣΤΡΑΤΟΚΛΕΟΥΣ
ΠΟΤΑΜΙΟΥ. (b) . .
ΘΥΓΑΤΗΡ

Spon. *Itin. Tom.* 2. *pag.* 456.

(a) Ποτα̃μὸς *flumen* ſignificat: ſic a fluminibus Μεσοποταμία, & Παραποταμία: ſic urbs ad ſinum Adriaticum *Fiume* adpellatur.

(b) Perperam in Inſcriptione apud *Gronovium* Ποταμίοι.

Digitized by Google

bo lib. IX. εἶτα Πρασιαὶ, Στϕρία, Βραύρων, ὅπου τὸ τῆς Βραυρωνίας Ἀρ]έμιδ@ ἱερόν. *Sequuntur Praſiae, Steiria, Brauron, ubi Dianae Brauroniae Templum eſt.* Hodie editur εἶτα Πρασία, Στϕρία, B. Pluraliter enim Scriptores alii omnes hunc populum laudant. Livius lib. XXXI. *Ad Praſias (continentis Atticae is locus eſt) Iſſaeorum viginti lembi claſſi Romanorum adiuncti ſunt.* Erat hic Apollinis templum, quo primitiae hyperboreorum deferebantur; quas in Delum inde Athenienſes mittebant; item Eryſichthonis ſepulcrum, qui quum e Delo, quo cum ſacris miſſus fuerat, domum rediret, in itinere diem obiit. Pauſanias Atticis. ἐν ᾗ Πρασιεῦσιν Ἀπόλλωνός ἐϛι ναός· ἐνταῦϑα τὰς Ὑπερβορέων ἀπαρχὰς ἰέναι λέγεται. παραδιδόναι ᾗ αὐτὰς Ὑπερβορέας μὲν Ἀριμασποῖς, Ἀριμασποὺς δ' Ἰσσηδόσι, παρὰ ᾗ τούτων Σκύϑας ἐς Σινώπλν κομίζειν. ἐνϑεῦϑεν ᾗ φέρεσϑαι διὰ Ἑλλήνων ἐς Πρασιάς· Ἀϑηναίους ᾗ εἶναι τοὺς ἐς Δῆλον ἄγοντας. τὰς ᾗ ἀπαρχὰς κεκρύϕϑαι μὲν ἐν καλάμῃ πυρῶν, γινώσκεσϑαι ᾗ ὑπ' οὐδένων. ἔϛι ᾗ μνῆμα ἐπὶ Πρασιαῖς Ἐρυσίχϑονος, ὃς ἐκομίζετο ὀπίσω μετὰ τὴν ϑεωρίαν ἐκ Δήλου, χϱυομένης οἱ κατὰ τ πλοῦν τ τελευτῆς. *In Praſienſibus Apollinis templum eſt, quo primitias Hyperboreorum mitti tradunt, eas enim Hyperborei Arimaſpis committunt; Arimaſpi Iſſedonibus, ab iis acceptas Scythae Sinopen, inde ad Praſienſes Graeci deportant; eas deinde Delon Athenienſes mittunt. Abſconditae illae quidem in triticea ſtipula ſunt, neque eas cuiquam fas eſt intueri. Apud eosdem Praſienſes Eryſichthonis monimentum eſt, qui quum e Delo, quo cum ſacris iverat, domum reveheretur, in ipſo navigationis curſu e vita deceſſit.* 1

ΠΡΟΒΑΛΙΝΘΟΣ.
PROBALINTHVS.

Eius inter populos Atticae meminit etiam Strabo lib. IX. εἶτα Μυρρινοῦς, Προβάλινϑος, Μαραθών. *Tum Myrrhinus, Probalinthus, Marathon.* Vrbs fuit, ut adparet ex Plinio lib. IV. cap. VII. *Oppida (Atticae) Sidus, Cromyon, Scyronia Saxa trium millium longitudine, Geranea, Megara, Eleuſin. Fuere & Oenoa, & Probalinthos.* Et in Tetrapoli numerabatur. Stephanus. Τετράπολις τ Ἀτλικῆς, ἔχουσα δήμους καὶ πόλεις τέτλαρας, Οἰνόλν, Προβάλινϑον, Τρικόρυϑον, Μαραϑῶνα. *Tetrapolis Atticae habens populos, & urbes quatuor: Oenoen, Probalinthum, Tricorythum, Marathonem.* Popularis qui eſſet Προβαλίνϑι@ dicebatur. Stephanus. ὁ δημότης, Προβαλίνϑι@. Itaque corrigi debet Demoſthenes in Neaeram. καὶ ὅτι ταῦτ' ἀληϑῆ λέγω, κάλει μοι μάρτυρας τοὺς συνόντας αὐτοῖς, Εὔβυλον Προβαλίνϑιον, Διοπείϑν Μελιτέα, Κτήσωνα ἐκ Κεραμέων. *Et haec vere a me dici, advocat mihi teſtes, qui cum eis ſunt, Eubulum Probalinthium, Diopithen Melitenſem, & Cteſonem Ceramenſem.* Perperam editur, Εὔβυλον Προβαλείσιον. Iterum in Aphobum Or. I. Θεογένης γὰρ ὁ Προβαλίνϑι@, ὁ μισθωσάμεν@ αὐτ τ οἶκον ἐν τῇ ἀγορᾷ, ταῦτα τὰ χρήματα ἐξηρίθμησεν. *Theogenes enim Probalinthius, qui eius aedem in foro conduxerat, has pecunias enumeravit.* Etiam illic non recte vulgatur, Θεογένης γὰρ ὁ Προβαλίσιος. Erat autem tribus Pandionidis. Stephanus. Προβάλινϑ@, δῆμ@ Πανδιονίδ@ φυλῆς. *Probalinthus, populus Pandionidis tribus.* 2

ΠΑΤΡΟΚΛΟΥ ΧΑΡΑΞ.
PATROCLI VALLVM.

Commemoratur a Strabone lib. IX. πρόκϱ-ται δὲ καὶ τούτων τ τόπων Βέλβινα νῆσ@, ὑ πολὺ ἄπωϑεν. καὶ ὁ Πρόκλν χάραξ. *Ante haec loca non procul a continente, remota iacet Belbina inſula, & Procli vallum.* Sed legendum, καὶ ὁ Πατρόκλν χάραξ. Atque ita recte eſt in manuſcriptis. Nomen habet a Patroclo, AEgyptiarum triremium praefecto, qui communivit, quum Antigonus Demetrii agrum Atticum infeſtaret, & oram maritimam claſſe obſeſſam teneret. Pauſanias in Atticis. πλέονλι ᾗ ἐς τὸ πρόσω Λαύριόν τέ ἐϛι, ἔνϑα ποτὲ Ἀθηναίοις ἦν ἀργυρίν μέταλλα, καὶ νῆσος ἔρημ@ ὑ μεγάλη Πατρόκλν καλνμένη, τεῖχος γὰρ ᾠκοδομήσαλο ἐν αὐτῇ. καὶ χάρακα ἐβάλετο Πάτροκλος, ὃς τριήρεσιν ὑπέπλ ναύαρχος Αἰγυπλίαις, ὰς Πτολεμαῖος ὁ τ Λάγν ἰμωρεῖν ἔϛλεν Ἀθηναίοις, ὅτε σφίσιν Ἀντίγονος ὁ Δημητρίν ϛραλιᾷ τε αὐτὸς ἐσβεβληκὼς ἔφϑϱε τὴν χώραν, ϗ ναυσὶν ἅμα ἐκ ϑαλάσσης κατεῖργεν. *Hinc porro navigantibus brevis ad Laurium via, ubi olim Argenti metalla Athe-*

---

1. In Eccleſia, in via, qua itur Athenis in Sunium:

ΟΝΗΤΩΡ
ΠΑΝΑΙΟΥ
ΠΡΑΣΙΕΥΣ

Harpocration meminit Onetoris, cui Demoſthenes inſcripſit aliquot orationes, quem Suidas more ſuo deſcripſit, ne verbo quidem mutato. Spon. *Itin. Tom.* 2. *pag.* 457

2. Incolae vocantur Προβαλίνϑιοι, & Προβαλίσιοι, quod patet ex inſcriptionibus vetuſtis. Quarum ſequens conſpicitur in aede ſacrata S. Georgio, prope monaſterium Aſomatum:

ΕΡΜΟΚΛΗΣ
ΕΡΜΟΓΕΝΟΥ (a)
ΠΡΟΒΑΛΙΣΙΟΣ

Salamine in Eccleſia Panagia Ampelaki:

ΘΕΟΦΙΛΟΣ ΦΙΛΙΣΤΙΔΟΥ ΠΡΟΒΑΛΙ
ΣΙΟΣ
ΔΙΟΚΛΕΙΑ ΑΡΧΕΒΙΟΥ
ΣΚΑΜΒΟΝΙΔΟΥ ΘΥΓΑΤΗΡ
ΦΙΛΙΣΤΙΔΗΣ ΘΕΟΦΙΛΟΥ ΠΡΟΒΑΛΙ
ΣΙΟΣ

Spon. *Itin. Tom.* 2. *pag.* 457. 458.

(a) Ἑρμογένους.

Digitized by Google

Athenienſibus fuere. Proxime iacet parva, ac deſerta inſula: Patrocli dicitur, quod Patroclus Praefectus AEgyptiarum triremium, quas Ptolemaeus Lagi filius Athenienſibus auxilio miſit, clam occupatam, muro eam, & vallo muniit, quum Antigonus Demetrii filius ipſe cum exercitu agrum popularetur, & maritimam partem claſſe obſeſſam teneret. Incolae Πατροκλονήσιοι dicebantur. Stephanus. Πατρόκλου νῆσος (a). ὡς Προκονήσιος, ὕτω Πατροκλονήσιος, παρὰ τὴν Ἀττικήν. *Patrocloneſus; ut Proconeſius, ſic Patrocloneſius, iuxta Atticam.*

ΠΡΟΣΠΑΛΤΑ. *PROSPALTA.*

Acamantidis tribus. Harpocration. Πρόσπαλτα, δῆμος τῆς Ἀκαμαντίδος. *Proſpalta, populus Acamantidis.* Totidem verbis Suidas. Stephanus. Πρόσπαλλα, δῆμος Ἀκαμαντίδος φυλῆς, ὁ δημότης, Προσπάλτιος. τὰ τοπικὰ, Προσπαλτίθεν, Πρυσπαλτάδε, Προσπαλτοῖ. *Proſpalta, populus Acamantidis tribus; popularis, Proſpaltius; localia, ex Proſpalta, ad Proſpaltam, in Proſpalta.* Emendandus Iſaeus Orat. περὶ τοῦ Ἀγνίου κλήρου. Χαιρέλεως δὲ τὸ Προσπαλτοῖ χωρίον κατέλιπεν. *Chaereleus vero agrum, qui in Proſpalta eſt, dereliquit.* Et mox iterum: καταλειφθέντος τοῦ Προσπαλτοῖ χωρίου, καὶ γρυομένου τῆς ἐκείνων ἀδελφῆς. *Derelicto vero agro, qui in Proſpalta eſt, & illorum ſororis facto.* Vtrobique hactenus minus recte editur, πρὸς Παλτοῖ. Erat illic fanum Cereris, & Proſerpinae. Pauſanias Atticis. Προσπαλτίοις δὲ ἤδη καὶ τούτοις Κόρης καὶ Δήμητρος ἱερόν. *Et ipſi Proſpaltii Cereris, & Proſerpinae aedem habent.* Comici Proſpaltios traducebant veluti δικαστικούς. Etymologici Auctor in Δρυαχαρνεῦ. ἐκωμῳδοῦντο οἱ Ἀχαρνεῖς, ὡς ἄγριοι καὶ σκληροί. Ποτάμιοι δὲ, ὡς ῥᾳδίως δεχόμενοι τοὺς παρεγγράφους. Θυμοιτάδαι δὲ, καὶ Προσπάλλιοι, ὡς δικαστικοί. *Sugillabantur enim Acharnenſes, ut agreſtes, & rudes. Potamienſes vero, ut facile adſcriptitios admittentes. Thymoetadae autem, & Proſpaltii, ut litium amantes.* Eupolis in illos Comoediam fecit, & inſcripſit, Προσπάλτιοι. Hanc laudant paſſim Athenaeus, Scholiaſt. Ariſtophanis, Suidas, alique.

ΠΤΕΛΕΑ. *PTELEA.*

Oeneidis tribus. Stephanus. Πτελέα, δῆμος Οἰνηΐδος φυλῆς. ὁ δημότης, Πτελεάσιος. τὰ τοπικὰ, Πτελεάθεν, Πτελεάνδε, Πτελεάσιν. *Ptelea, populus, Oeneidis tribus; popularis. Pteleaſius; localia, ex Ptelea, ad Pteleam, in Ptelea.*

ΡΑΜΝΟΥΣ. *RHAMNVS.*

AEantidis tribus. Stephanus. Ῥαμνύς, δῆμος τῆς Αἰαντίδος φυλῆς. *Rhamnus, populus AEantidis tribus.* Nomen accepit a multitudine Rhamnorum illic naſcentium. Ariſtophanis Scholiaſtes Pluto. Μυῤῥινοῦς γῦν δῆμος ἐν Ἀττικῇ μυῤῥίνας ἔχων, ὅθεν αὐτὸς Μυῤῥινόεις, καὶ κατὰ συναίρεσιν Μυῤῥινοῦς. ὥσπερ ἕτερος Ῥαμνοῦς, ἀπὸ τῶν ἐκεῖ φυομένων ῥάμνων. *Myrrhinus igitur populus Atticae, myrtorum ferax. Vnde ipſe Myrrhinoenſis, & per contractionem Myrrhinus. Vt alter Rhamnus, a Rhamnis, qui ibidem naſcuntur.* Diſtabat Marathone ſtadiis LX. via, quae per littus Oropum verſus ducebat. Pauſanias Atticis. Μαραθῶνος δὲ σταδίους μάλιστα ἑξήκοντα ἀπέχει Ῥαμνοῦς τὴν παρὰ θάλασσαν ἰοῦσιν ἐς Ὠρωπον. *A Marathone ſtadia quadraginta Oropum verſus, per litus progreſſis Rhamnus occurrit.* Hic cum Nemeſi (b) concubuiſſe Iovem fabulantur. Callimachi Scholiaſtes Hymno in Dianam. Ῥαμνοῦς, δῆμος Ἀττικῆς, ἔνθα τῇ Νεμέσει ὁ Ζεὺς συνεκαθεύδησεν. *Rhamnus, populus Atticae, ubi cum Nemeſi Iupiter concubuit.* Inde nimirum fanum quoque illic, & ſimulacrum Nemeſeos. Heſychius, Ῥαμνουσίας ἀκτὰς, δῆμος ἐν τῇ Ἀττικῇ, ὅπου Νέμεσις τιμᾶται. *Rhamnuſias Actas, populus Atticae, ubi Nemeſis colitur.* Euſtathius ad Iliad. β'. Ῥαμνοῦς δὲ (ἔχει) τὸ τῆς Νεμέσεως ξόανον, μεγέθει καὶ κάλλει κατωρθωμένον, καὶ τοῖς τοῦ Φειδίου ἐναμίλλον. *Rhamnus autem habet Nemeſis ſignum, magnitudine, ac pulcritudine egregia elaboratum, & Phidiae operibus certans.* Strabo lib. IX. μετὰ δὲ Μαραθῶνα Τρικόρυθος, εἶτα Ῥαμνοῦς, τὸ τῆς Νεμέσεως ἱερόν. *Poſt Marathonem Tricorythus, deinde Rhamnus, Nemeſis fanum.* Ea Nemeſis loci iſtius regina fuit, filiumque habuit Erechtheum, qui matris honori fanum illud conſecravit; & ſimulacrum poſuit ad Veneris inſtar, unde etiam mali arboris ramum in manu. Factum autem ſimulacrum a Phidia, qui Agoracriti Parii amaſii nomen inſcripſerat. Suidas. Ῥαμνουσία Νέμεσις, αὕτη πρῶτον ἀφίδρυτο ἐν Ἀφροδίτης σχήματι διὰ καὶ κλάδου εἶχε μηλέας, ἱδρύσατο δὲ αὐτὴν Ἐρεχθεὺς μητέρα ἑαυτοῦ οὖσαν ὀνομαζομένην δὲ Νέμεσιν, καὶ βασιλεύσασαν ἐν τῷ τόπῳ. τὸ δὲ ἄγαλμα Φειδίας ἐποίησεν. ἣ τὴν ἐπιγραφὴν ἐχαρίσατο Ἀγορακρίτῳ τῷ Παρίῳ ἐρωμένῳ. *Rhamnuſia Nemeſis; haec primum dedicata fuit Veneris ſpecie. Quamobrem etiam mali ramum geſtabat. Eam vero dedicavit Erechtheus, quod eſſet ipſius mater, & vocaretur Nemeſis, & in illo loco regnaſſet. Statuam vero Phidias fecit. Cuius inſcriptionem conceſſit Agoracrito Pario ſuo Amaſio.* Meminit Plinius lib. XXXVI. cap. V. *Eiusdem (Phidiae) diſcipulus fuit Agoracritus Parius, ei aetate gratus. Itaque e ſuis operibus pleraque nomini eius donaſſe fertur. Certavere autem inter ſe ambo diſcipuli in Venere facienda. Vicitque Alcamenes non opere, ſed civitatis ſuffragiis, contra peregrinum ſuo faventis. Quare Agoracritus ea lege ſignum ſuum vendidiſſe traditur, ne Athenis eſſet, & Nemeſim adpellaſſe. Id poſitum eſt Rhamnunte pago Atticae, quod M. Varro omnibus ſignis praetulit.* De mali arboris ramo in manu tradit etiam Heſychius, additque, ſimulacrum illud decem cubitos altum fuiſſe, & e lapide ſolido factum. Ῥαμνουσίων, Νέμεσιν. ἐν Ῥαμνοῦντι Νεμέσεως ἵδρυτο ἄγαλμα δεκάπηχυ, ὁλόλιθον, ἔργον Φειδίου, ἔχον ἐν τῇ χειρὶ μηλέας κλάδον. *Rhamnuſiam, Nemeſin. Rhamnunte Nemeſis ſimulacrum ulnarum decem, totumque lapideum, Phidiae opus, manu mali ramum gerens conſecra-*

(a) Hoc eſt, *Patrocli Inſula.*
(b) *Auſonius:*
——— *Latiae Nemeſis non cognita linguae.*

Digitized by Google

secratum est. Ex illo ramo tabella pendebat, in qua scriptum, ΑΓΟΡΑΚΡΙΤΟΣ ΠΑΡΙΟΣ ΕΠΟΙΗΣΕΝ. Zenobius Cent. v. Prover. LXXXII. ἐν Ῥαμνοῦντι Νεμέσεως ἵδρυται ἄγαλμα δεκάπηχυ, ὁλόλιθον, ἔργον Φειδίου. ἔχει δὲ ἐν τῇ χειρὶ μηλέας κλάδον· ἐξ οὗ φησιν Ἀντίγονος ὁ Καρύστιος ψυχίον τι μικρὸν ἐξηρτῆσθαι τὴν ἐπιγραφὴν ἔχον, ΑΓΟΡΑΚΡΙΤΟΣ ΠΑΡΙΟΣ ΕΠΟΙΗΣΕΝ. *Rhamnunte Nemesis exstat simulacrum, decem ulnarum, lapideum, Phidiae opus. Manu autem gerit mali ramum; ex quo Antigonus Carystius ait parvum libellum pendere, in quo inscriptum est AGORACRITVS PARIVS FECIT.* Adcuratissime Pausanias loco citato: simulacrum fuisse e Pario marmore, quod Barbari ad Marathonem devicti comportandum illuc curassent, ceu devictis iam Athenienſibus tropaeum ibi ex eo erecturi; quippe creditum, hanc ipsorum arrogantiam Nemesin vindicasse. Habuisse autem in capite coronam, in qua cervi, & Victoriae quaedam sigilla; in dextra phialam, cui AEthiopes insculpti; in sinistra mali arboris, quem dixi, ramum. Audi narrantem testem oculatum. καὶ αἱ μὲν οἰκήσεις ἐπὶ θαλάσσῃ τοῖς ἀνθρώποις εἰσὶ, μικρὸν δὲ ἀπὸ θαλάσσης ἄνω, Νεμέσεώς ἐστιν ἱερόν. ἡ θεὸς μάλιστα ἀνθρώποις ὑβρισταῖς ἐστιν ἀπαραίτητος. δοκεῖ κῆ τοῖς ἀποβᾶσιν εἰς Μαραθῶνα τῶν Βαρβάρων ἀπανθῆσαι μήνιμα ἐκ τῆς θεοῦ ταύτης. καταφρονήσαντες γὰρ σοφίσιν ἐμποδὼν εἶναι τὰς Ἀθήνας, ἐλεῖν λίθον Πάριον, ὃν ὡς ἐπ' ἐξεργασμένον ἤγον ἐς τροπαίου ποίησιν. τοῦτον Φειδίας τὸν λίθον εἰργάσατο, ἄγαλμα μὲν εἶναι Νεμέσεως, τῇ κεφαλῇ δὲ ἔπεστι τῆς θεοῦ στέφανος, ἐλάφους ἔχων καὶ νίκης ἀγάλματα ἐμεγάλα. τῇ δὲ χερσὶν ἔχει, τῇ μὲν κλάδον μηλέας, τῇ δεξιᾷ δὲ φιάλην. Αἰθίοπες δὲ ἐπὶ τῇ φιάλῃ πεποίληνται. *Vbi & hominum sunt aedes, & Nemesis Deae fanum. Haec se Deorum una maxime insolentioribus hominibus implacabilem praebet: & eius in primis ira barbaros ad Marathonem adflictos putant; quum enim illi Athenienſium opes contemnerent, Parium marmor, ac si hostem iam vicissent, tropaei erigendi causa in haec loca deportandum curarant. Ex eo Phidias Nemesis signum fecit, in cuius capite corona Cervos habet, & victoriae sigilla; ipsa laeva malini ramum, dextera Phialam tenet. In Phiala AEthiopes caelati sunt.* Hinc oriundus Antiphon Rhetor. Plutarchus in eius Vita. Ἀντιφῶν Σοφίλου μὲν ἦν πατρὸς, τῶν δὲ δῆμον Ῥαμνούσιον. *Antiphon Sophili F. populo Rhamnusius.* Ab eius illic imitatoribus factum, ut viri honesti proverbialiter Ῥαμνούσιοι dicerentur. Suidas. Ῥαμνούσιον (ita scribo, non Ῥάμνον.) ἐπὶ τῶν σοφῶν καὶ ἐλλογίμων. Ῥαμνεῖς (ita scribo, non Ῥάμνους.) γὰρ δῆμός Ἀττικῆς, ἐν ᾧ καὶ Ἀντιφῶν ἤκμασε κατὰ ῥητορικήν. ὃν πολλοὶ μιμήσασθαι ζηλοῦντες παροιμίαν ἔλιπον τῷ βίῳ, ὥστε τοὺς καλοὺς, Ῥάμνους καλεῖν. *Rhamnusius, de sapientibus, & eloquentibus. Rhamnus enim populus Atticae est, in quo Antiphon etiam Rhetorica claruit, quem quum multi imitari vellent, proverbium vitae reliquerunt, & honesti, ornatique viri, Rhamnusii vocantur.* Itidem ibi scribendum. τοὺς καλοὺς, Ῥαμνουσίους καλεῖν. Ipse Suidas non multo post iterum. λέγεται καὶ παροιμία, Ῥαμνούσιον, ἐπὶ τῶν σοφῶν καὶ ἐλλογίμων. *Dicitur vero, & proverbium, Rhamnusius, de sapientibus, & eloquentibus.* 1

ΣΑΛΑΜΙΣ. *SALAMIS.*

Salamis. Haec olim quidem inter populos Atticae non fuit, sed Athenienses postea adsciverunt. Philostratus Heroicis in Aiace Telamonio: Ἡτίλιζέ τε, ἅτε οἶμαι, Σαλαμῖνα οἰκῶν, ἣν Ἀθηναῖοι δῆμον πεποίηνται. *Atticissabat etiam, quippe, ut arbitror, Salaminem habitans, quam Athenienses populum fecerunt.* Factum autem id sine dubio, quum Athenienſibus eam Aiacis filii, Phylaeus, & Eurysaces tradiderunt; ut Auctor est Plutarchus in Solone. Itaque inter Atticae populos etiam commemoratur apud Statium Theb. lib. XII. v. 637. 638.

Hos Salamis populos, illos Cerealis Eleusin
Horrida suspensis ad praelia misit aratris.

Illic autem sata prius, quam in Attica, matureſcere credebantur; qua de re videndus tibi Theophrastus Hist. Plant. lib. VIII. cap. III.

ΣΗΜΑΧΙΔΑΙ. *SEMACHIDAE.*

Antiochidis tribus. Hesychius. Σημαχίδαι, δῆμος τῆς Ἀντιοχίδος φυλῆς. *Semachidae, populus Antiochidis tribus.* Nomen inditum a Semacho, cuius filiae Bacchum hospitio excepisse tradebantur; unde & ex earum posteris illius sacerdotes lectae. Stephanus. Σημαχίδαι, δῆμος Ἀττικῆς, ἀπὸ Σημάχου, ἧς καὶ τὰς θυγατράσιν ἐπεξενώθη Διόνυσος. ἀφ' ὧν αἱ ἱέρειαι αὐτῷ. ἔστι δὲ τῆς Ἀντιοχίδος φυλῆς. Φιλόχορος δὲ τὸ Ἐπακρίας φησὶ τὸν δῆμον. *Semachidae, populus Atticus, a Semacho, cuius filiae Dionysium hospitio excepere. A quibus ipsius sacerdotes; Est*

---

1. Apud Gruterum exstat inscriptio Patavina pag. LXXIV. sed valde corrupta, quae sic in lapide se habet:

ΘΕΟΦΙΛΟΣ ΘΕΟΦΙΛΟΥ
ΑΝΤΙΟΧΕΥΣ ΜΕΛΑΝΗΦΟΡΟΣ
ΤΗΝ ΚΟΝΙΑΣΙΝ ΤΟΥ
ΠΑΣΤΟΦΟΡΙΟΥ ΚΑΙ
ΤΗΝ ΓΡΑΦΗΝ ΤΩΝ
ΤΕ ΤΟΙΧΩΝ ΚΑΙ ΤΗΣ
ΟΡΟΦΗΣ ΚΑΙ ΤΗΝ ΕΓ
ΑΥΣΙΝ ΤΩΝ ΘΥΡΩΝ
ΚΑΙ ΤΟΥΣ ΠΡΟΜΟΧΘΟΥΣ
ΤΟΥΣ ΕΝ ΤΟΙΣ ΤΟΙΧΟΙΣ
ΚΑΙ ΤΑΣ ΕΠ ΑΥΤΟΙΣ ΣΑΝΙΔΑΣ
ΑΝΕΘΗΚΕΝ ΣΑΡΑΠΙΔΙ ΙΣΙΔΙ
ΑΝΟΥΒΙΔΙ ΑΡΠΟΚΡΑΤΕΙ
ΕΠΙ ΙΕΡΕΩΣ ΣΕΛΕΥΚΟΥ
ΤΟΥ ΑΝΔΡΟΝΙΚΟΥ
ΡΑΜΝΟΥΣΙΟΥ.

Spon. *Itin. Tom.* 2. *pag.* 460.

Digitized by Google

Est vero vicus Antiochidis tribus. Philochorus Epacriae tribus ait esse populum. 1

ΣΚΑΜΒΩΝΙΔΑΙ.
SCAMBONIDAE.

Leontidis tribus. Harpocration. Σκαμβωνίδαι. Λυκοῦργος ἐν τῇ διαδικασίᾳ Κροκωνιδῶν· ἔστι δὲ δῆμος τῆς Λεοντίδος. *Scambonidae. Lycurgus in iudicio Croconidarum. Est autem populus tribus Leontidis.* Hesychius. Σκαμβωνίδαι, δῆμος τῆς Λεοντίδος φυλῆς. *Scambonidae, populus, Leontidis tribus.* Stephanus. Σκαμβωνίδαι, δῆμος Ἀττικὸς, Λεοντίδος φυλῆς· *Scambonidae, populus Atticus, Leontidis tribus.* Aristophanes Vespis.

Νικόστρατος δ' αὖ φησιν ὁ Σκαμβωνίδης.
Nicostratus vero iterum dicit ille Scambonides.

Vbi Scholiastes. Σκαμβωνίδης. ἀπὸ δήμου τῆς Λεοντίδος φυλῆς. *Scambonides. A populo Leontidis tribus.* Emendandus est Suidas. Σκαμβωνίδαι, δῆμος τῆς Λεοντίδος. *Scambonidae, populus Leontidis.* Hodie editur. Σκαμωνίδαι, δ. Erat hic via, quae Myrmecis dicebatur, ab heroe Myrmece. Hesychius. Μύρμηκας, ἀτραπὸς Ἀθήνησιν, ἐν Σκαμβωνιδῶν· ἔστι μύρμηκος ἀτραπὸς ἀπὸ ἥρωος Μύρμηκος ὀνομαζομένη. *Myrmecas, vias Athenis in Scambonidis; est Myrmecis via, quae ab Heroe Myrmece nominatur.* Sed corruptus locus. Restituo, & interpungo. Μύρμηκος ἀτραπός. Ἀθήνησιν ἐν Σκαμβωνιδῶν ἐστι Μύρμηκος ἀτραπὸς, ἀπὸ ἥ. Μ ὁ. Differebant vero ne quis confundat, Μυρμήκων ὁδοί. Idem Hesychius. Μυρμήκων ὁδοὶ, Ἀθήνησι τόπος· ἢ αἱ μονόκωλοι τρίβοι, ἀπὸ τῆς τῶ ζώου ὁμοιότητος κατὰ τὴν ὁδὸν γινομένη. *Myrmecum viae, locus Athenis. Et unimembres semitae, a similitudine animalis, quod in via est.* Quo alluſit Aristophanes θεσμοφορ. quum inquit:

Μύρμηκος ἀτραπὸς, ἢ τί διαμινυρίζει;
Myrmecis vias, vel quid vibrissatur?

Atque hoc ὡς ἐν παρόδῳ. Hic populus Baesaram Celei filiam Croconi nuptam fuisse dicebat. Pausanias in Atticis. τοῦτον Ἀθηναῖοι ἢ Κρόκωνα Κελεῶ θυγατρὶ συνοικῆσαι Βαισάρᾳ λέγουσι. λέγουσι δὲ ὑπ' ἀνάντες, ἀλλ' ὅσοι τῶ δήμου τῶ Σκαμβωνιδῶν ἐσίν. *Athenienses, memorant, cum hoc Crocone nuptam fuisse Baesaram Celei filiam, neque tamen haec omnium opinio est, sed eorum tantum, qui sunt e curia Scambonidarum.* Hinc oriundus Alcibiades. Apud Plutarchum in eius Vita. Θέσσαλος Κίμωνος Λακιάδης Ἀλκιβιάδην Κλεινίου Σκαμβωνίδην εἰσήγαγεν ἀδικεῖν περὶ τὼ θεὼ, τὴν Δήμητρα καὶ τὴν Κόρην. *Thessalus Cimonis filius Laciades. Alcibiadem Cliniae filium Scambonidem, quod geminas Deas, Cererem nempe, & Proserpinam iniuria adfecisset, detulit.* 2

ΣΚΙΡΟΝ. *SCIRON.*

Ignotae tribus. Inter Athenas, & Eleusinem erat, ut adparet ex Pausaniae Atticis. Ἴασι δὲ ἐπ' Ἐλευσῖνα ἐξ Ἀθηνῶν ἣν Ἀθηναῖοι καλοῦσιν ὁδὸν ἱερὰν, Ἀνθεμοκρίτου πεποίηται μνῆμα. *Qua Eleusinem Athenis iter est, per eam viam, quam sacram adpellant, Anthemocriti monimentum conspicitur.* Et paulo post. κὴ χωρίον Σκῖρον ἐπὶ τοιῶδε καλούμενον. *Vicus prope est, cui Scirum nomen.* Meminerunt quoque Strabo, Stephanus, Suidas, Harpocration, aliique. Ab eo dictum festum Σκίρα, Minerva Σκιράς. De festo adcurate dicam antiquitatis illustrandae causa. Harpocration. Σκίρα, ἑορτὴ παρ' Ἀθηναίοις, ἀφ' ἧς κὴ ὁ μὴν Σκιροφοριών. *Scira, festum apud Athenienses, a quo etiam Scirophorion.* Celebrabatur vero die XII. mensis inde dicti Scirophorionis, in honorem Minervae Σκιράδος, vel ut alii volunt, Cereris, & Proserpinae. Scholiastes Aristophanis ad Concion. Σκίρα, ἑορτή ἐστι τῆς Σκιράδος Ἀθηνᾶς, Σκιροφοριῶνος τῇ δωδεκάτῃ. οἱ δὲ, Δήμητρος, καὶ Κόρης. *Scira, festum Sciradis Minervae, duodecima die Scirophorionis; alii vero, Cereris, & Proserpinae.* Mendosissimus hodie Hesychii locus. Σκέρα, ἑορτὴ Ἀθήνησιν Ἀρείου. *Scira Athenis festum Arionis.* Rescribe. Σκίρα, ἑορτὴ Ἀθήνησιν Ἀθηνᾶς. Item Stephani in Σκίρος. Σκίρα δὲ κέκληται, τινὲς μὲν ὅτι ἐπὶ Σκίρου Ἀθήνησι θύεται. ἄλλοι δὲ, ἀπὸ τῶν γιγνομένων ἱερῶν Δημήτερι καὶ Κόρῃ. καὶ ἡ ἑορτὴ ταύτη Ἐπισκίρα κέκληται. *Scira vero vocata fuere, secundum aliquos quod, Athenis in Sciro immoletur. Secundum alios vero a sacris, quae in honorem Cereris, & Proserpinae fiebant. Et ipsum festum Episcira vocatum fuit.* Restituo. καὶ ἡ ἑορτὴ ταύτη ἔτι Σκίρα κέκληται. Meminit festi etiam Poliaenus lib. III. Ἦν ἑορτὴ Σκίρα. Τιμόθεος κατὰ ταύτην τὴν ἡμέραν μυρσίνῃ στεφανώσας τὰς τριήρεις ἦρε τὸ σημεῖον. *Erat festum Scira. Timotheus hac die, quum triremes myrto coronasset, signum sustulit.* Sunt qui datum nomen velint ab umbella, quae

1. Eleusine in Ecclesia S. Georgii epigramma legitur:

Η ΒΟΥΛΗ Η ΕΞ ΑΡΕΙΟΠΑΓΟΥ
ΚΑΙ Ο
ΔΗΜΟΣ ΝΕΙΚΟΣΤΡΑΤΗΝ
ΜΕΝΝΕ...
..ΕΡΝΕΙΚΙΔΟΥ ΘΥΓΑΤΕΡΑ
ΜΥΗΘΕΙΣΑΝ
ΑΦ ΕΣΤΙΑΣ ΔΗΜΗΤΡΙ ΚΑΙ ΚΟΡΗ
ΑΝΕΘΗΚΕ
ΕΠΙΜΕΛΗΘΕΝΤΟΣ ΤΗΣ ΑΝΑ
ΘΕΣΕΩΣ
ΤΟΥ ΕΠΙΤΡΟΠΟΥ ΑΥΤΗΣ
ΓΑΙΟΥ
ΚΑΣΙΟΥ ΣΗΜΑΧΙΔΟΥ.

Spon. *Itin. Tom.* 2. *pag.* 460.

2. Salamine hic lapis legitur:

ΘΕΟΦΙΛΟΣ ΦΙΛΙΣΤΙΔΟΥ ΠΡΟΒΑΛΙ
ΣΙΟΣ
ΔΙΟΚΛΕΙΑ ΑΡΧΕΒΙΟΥ
ΣΚΑΜΒΩΝΙΔΟΥ ΘΥΓΑΤΗΡ
ΦΙΛΙΣΤΙΔΗΣ ΘΕΟΦΙΛΟΥ
ΠΡΟΒΑΛΙΣΙΟΣ.

Spon. *Itin. Tom.* 2. *pag.* 462.

Digitized by Google

σκίρον nuncupatur, ferebaturque quum ex arce irent Scirum ſacerdotes Minervae, Neptuni, & Solis; erat autem umbella ea alba; quique geſtabant, Eteobutadae (a). Harpocration, Σκίρον, σκιάδιόν ἐϛι, μεθ' ἣ φερόμενοι ἐξ ἀκροπόλεως εἴϛ τινα τόπον καλούμενον Σκίρον πορεύονται, ἥ τε τ' Ἀθηνᾶς ἱέρεια, καὶ ὁ τῦ Ποσειδῶνος ἱερεὺς, καὶ ὁ τῦ Ἡλίυ. κομίζυσι δὲ τῦτο Ἐτεοβυτάδαι. *Sciron, umbella eſt, cum qua ex Arce in locum quemdam Sciron adpellatum concedunt, & Minervae Antiſtita, & Neptuni, Soliſque ſacerdos. Ferunt vero hanc Eteobutadae.* Totidem verbis Scholiaſtes Ariſtophanis loco citato, niſi quod Neptuni ibi ſacerdotis nulla mentio. Dixi umbellam albam fuiſſe, idque eiusdem Comici Scholiaſtae locus teſtatur, qui hoc quoque addit, non ab Eteobutadis geſtatam, ſed ab Erechthei ſacerdote. Ecce verba. ἐν ᾗ ὁ ἱερεὺς τῦ Ἐρεχθέως φέρῃ σκιάδιον λευκὸν, ὃ λέγεται σκίρον. *In qua Erechthei ſacerdos umbellam albam, quae Sciron dicitur, fert.* Ea vero umbellae portatio ſignificabat, tempus iam aedificando idoneum eſſe. Harpocration. σύμβολον δὲ τῦτο γίνεται τῦ δεῖν οἰκοδομεῖν καὶ σκέπας ποιεῖν, ὡς τότυ τῦ χρόνυ ἀρίϛυ ὄντος πρὸς οἰκοδομίαν. *Signum vero hoc indicat aedificandum eſſe, & tegmen faciendum, quaſi hoc tempus ſit ad aedificandum idoneum.* Habes totidem verbis apud Suidam, & Scholiaſten Ariſtophanis. Praeterea tum quoque curſu ephebi certabant, vitis ramum geſtantes uvis onuſtum, quem ὄσχλω nuncupabant; unde & ὀσχοφορία id certamen. Currebant autem a Bacchi templo uſque ad Minervae Sciradis; quique prior perveniſſet, is victor edebat e phiala, quae πενταπλόα, ſive πενταπλῆ, dicebatur; quia mixta in ea erant, vinum, mel, caſeus, farina, & olei parum. Athenaeus lib. xi. Ἀριϛόδημος δ' ἐν τρίτῳ περὶ Πινδάρυ, τοῖς Σκίροις φησὶν Ἀθήναζε ἀγῶνα ἐπιτελεῖσθαι τῶν ἐφήβων δρόμυ τρέχειν δ' αὐτῦς ἔχοντας ἀμπέλυ κλάδον καλάκαρπον ἤτοι καλήμυλον ὄσχον. τρέχυσι δ' ἐκ τῦ ἱερῦ τῦ Διονύσυ μέχρι τῦ τ' Σκιράδος Ἀθηνᾶς ἱερῦ. καὶ ὁ νικήσας λαμβάνει κύλικα τὴν λεγομένην πενταπλόαν, καὶ κωμάζει μετὰ χορῦ. πενταπλόα δ' ἡ κύλιξ καλεῖται, καθόσον οἶνον ἔχει, καὶ μέλι, καὶ τυρὸν, καὶ ἄλφιτον, καὶ ἐλαίυ βραχύ. *Ariſtodemus, libro tertio de Pindaro; prope Athenas, inquit, in Sciris ludos fieri, in quibus curſu Ephebi certant, vitis ramum geſtantes onuſtum uvis, quem ὄσχον, ideſt, Palmitem nuncupant. Currunt autem a Bacchi templo uſque ad Sciradis Minervae delubrum. Qui vincit, calicem, quem Pentaploan vocant, praemium aufert, & cum iuvenum coetu comeſſatur. Pentaploan calicem eum dicunt, propterea quod in eo miſcent vinum, mel, caſeum, polentam, & olei aliquantulum.* Atque erant iſti iuvenes, qui utrumque parentem ſuperſtitem haberent, legebanturque e ſingulis tribubus. Scholiaſtes Nicandri Alexipharmacis. ὀσχοφόροι δὲ λέγονται Ἀθήνησιν παῖδες ἀμφιθαλεῖς ἀμιλλώμενοι κατὰ φυλὰς, οἱ λαμβάνοντες κλήματα ἀμπέλυ, ἐκ τῦ ἱερῦ τῦ Διονύσυ ἔτρεχον εἰς τὸ τῆς Σκιράδος Ἀθηνᾶς ἱερόν· εἰσὶ δὲ κλήματα ἔχοντα βότρυας. *Oſchophori vero dicuntur Athenis pueri pubeſcentes tributim contendentes, qui accipientes vitis palmites e Bacchi templo, in Minervae Sciradis fanum currebant: ſunt vero palmites racemos habentes.* Et quidem nobiles. Accipio ex Heſychio. Ὀσχοφόρια, παῖδες εὐγενεῖς ἡλικῶντες καλαλέγονται, οἱ φέροντες τὰς ὤσχας εἰς τὸ τῆς Σκιράδος Ἀθηνᾶς ἱερόν. εἰσὶ δὲ κλήματα ἔχοντα βότρυας. *Oſchophoria, pueri nobiles veſticipes dicuntur, qui ferunt vitis ramos in Sciradis Minervae fanum. Sunt vero palmites uvis onuſti.* Dixi lectos e ſingulis tribubus, & victorem e phiala quintuplice ediſſe. Proclus confirmat in Chreſtomathia. ἐξ ἑκάϛης φυλῆς ἔφηβοι διημιλλῶντο πρὸς ἀλλήλυς δρόμῳ, καὶ τῶν ὁ πρότερος ἐγεύετο ἐκ τ' πενταπλῆς λεγομένης φιάλης, ἣ συνεκιρνᾶτο ἐλαίῳ, καὶ οἴνῳ, καὶ μέλιτι, καὶ τυρῷ, καὶ ἀλφίτοις. *Ex qualibet vero tribu Ephebi inter ſe curſu certabant, & horum prior de phiala, quae πενταπλῆ dicebatur, guſtabat, quae commiſcebatur oleo, & vino, & melle, & caſeo, & farinis.* De curſu e fano Bacchi ad Minervae Sciradis, idem refert. Ἦν δὲ τοῖς Ἀθηναίοις ἡ παραπομπὴ ἐκ τῦ Διονυσιακῦ ἱερῦ εἰς τὸ τ' Ἀθηνᾶς τ' Σκιράδος τέμενος. *Erat vero apud Athenienſes pompa, ac proceſſio e Bacchi templo ad Minervae Sciradis fanum.* Erat item chorus, qui carmina cantabat, ὀσχοφορικὰ dicta, in honorem certantium; eumque ducebant iuvenes duo veſte muliebri induti, & ipſi vitis ramos geſtantes uvis maturis refertos. Commemorat ibidem Proclus. Ὀσχυφορικὰ δὲ μέλη παρὰ Ἀθηναίοις ᾖδετο. τῦ χορῦ δὲ δύο νεανίαι, κατὰ γυναῖκας ἐσταλισμένοι, κλήματα ἀμπέλυ κομίζοντες μεσῶν εὐθαλῶν βοτρύων (ἐκάλυν δὲ αὐτὸ ὄσχλω, ἀφ' ὃ καὶ τοῖς μέλεσιν ἡ ἐπωνυμία) τῆς ἑορτῆς καθηγεῖτο. εἵπετο δὲ τοῖς νεανίαις ὁ χορὸς, καὶ ᾖδε τὰ μέλη. *Oſchophorica vero carmina apud Athenienſes canebantur. Chori autem duo adoleſcentes, muliebri veſte induti, vitis palmitem ferentes plenum florentibus uvis (hunc vero oſchen vocabant, unde etiam cantibus cognomen) feſtum regebant. Sequebatur vero adoleſcentes chorus, & carmina cantabat.* Sed corruptus ille locus, legendumque. κλῆμά τε ἀμπέλυ κομίζοντες μεσὸν εὐθαλῶν β. Qui phialam illam quintupiicem ferebant, δειπνοφόροι dicebantur. Obſervo ex iſtis Heſychii verbis. παρὰ Ἀθηναίοις καθίσανται ἐν τῇ τῶν ὀσχοφορίων ἑορτῇ οἱ δειπνοφόροι. *Apud Athenienſes in Oſchophoriorum feſto Dipnophori eliguntur.* Erat autem templum hoc Minervae Sciradis, non quod in Sciro, ne quid erres, ſed alterum, quod Phaleri, vetuſtius ſcilicet, exſtructumque a vate Sciro, cuiuſque meminit Pauſanias in Atticis, ubi de Phalero agit. Ἐνταῦθα καὶ Σκιράδος Ἀθηνᾶς ναός ἐϛι. *Et proxime Sciradis Minervae templum eſt.* Et alibi. Ἐλευσινίοις πολεμῦσι πρὸς Ἐρεχθέα, ἀνὴρ μάντις ἦλθεν ἐκ Δωδώνης, ὄνομα Σκῖρος, ὃς καὶ τῆς Σκιράδος ἱδρύσατο Ἀθηνᾶς ἐπὶ Φαληρῷ τὸ ἀρχαῖον ἱερόν. *Dum Eleuſinii bellum cum Erechtheo gererent, vate uſi ſunt Dodonaeo, cui Sciro nomen. Is Sciradis Minervae in Phalero templum dedicavit vetuſtum.* Et locus, in quo templum, a ramorum, quam dixi, illuc geſtatione ὀσχοφόριον. Ita interpretor Heſychii verba: Ὀσχοφόριον, τόπος Ἀθήνησι Φαληροῖ, ἔνθα τὸ τῆς

(a) De his vide ſuperius in Βουτεία.

τῆς Ἀθηνᾶς ἱερὸν: *Oſchophorion, locus Athenis in Phalero, ubi Minervae templum.* Nam dubium nullum eſt, quin Minervam hanc Sciradem intelligat. Porro Athenienſes e tribus arationibus ſacris, ut ſecundam in Rhario campo, tertiam ſub ipſa urbe, quam βουζύγιον adpellabant; ita primam Sciri obibant, antiquiſſimae ſationis monumentum. Plutarchus in Praeceptis Coniug. Ἀθηναῖοι τρεῖς ἀρότους ἱεροὺς ἄγουσι, πρῶτον ἐν Σκίρῳ, τὸ παλαιοτάτου σπόρων ὑπόμνημα, δεύτερον ἐν τῇ Ῥαρίᾳ, τρίτον ὑπὸ πόλιν ὃ καλοῦμεν βουζύγιον. *Athenienſes tres arationes ſacras obeunt, primam in Sciro, antiquiſſimae ſationis monumentum, ſecundam in Rharia, tertiam ſub ipſa urbe, quam a iugo boum nuncupant Buzygium.* Ibi quoque aleatores conveniebant, ludebantque; atque inde aleatorium Σκιράφιον dictum. Suidas. Σκιράφιον, (ita ſcribo, non Σκιραφεῖον.) κυβευτήριον. ἐπειδὴ διέτριβον ἐν Σκίρῳ οἱ κυβεύοντες. *Sciraphion, aleatorium; quoniam verſabantur in Sciro aleatores.* Heſychius. Σκιράφιον, (male hodie Σκιαράφιον editur) κυβευτήριον. ἴσως διὰ τὸ ἐν Σκίρῳ τὴν διατριβὴν ἔχειν. *Sciraphion, conſeſſus aleatorius, forteſſe quia in Sciro converſentur.* Addendum, τοὺς κυβεύοντας; nam mutilus locus. Emendandus quoque Harpocration. Σκιράφια ἔλεγον τὰ κυβευτήρια, ἐπειδὴ διέτριβον Σκίρωσι οἱ κυβεύοντες. *Sciraphia vocabant aleatoria, quoniam verſabantur in Sciro aleatores.* Hodie editur, Σκίρωνι. Stephanus. καὶ τὸ Σκιράφιον, ὅπερ δηλοῖ τὸν τόπον, εἰς ὃν οἱ κυβιστηταὶ συνίασιν. καὶ ὁ Σκιροφόρος, ὁ σημαίνων τὸν ἀκόλαστον, καὶ κυβευτὴν, ἀπὸ τῶν ἐν Σκίρῳ διατριβόντων. *Et Sciraphion, quod indicat locum, in quem aleatores conveniunt. Et Sciropborus, qui indicat laſcivum, & aleatorem, ab iis qui in Sciro verſantur.* Et quidem ludebant in ipſo Minervae Σκιράδος templo. Etymologici auctor. ἐν τῷ τῆς Σκιράδος Ἀθηνᾶς ἱερῷ οἱ κυβευταὶ ἔπαιζον. *In fano Sciradis Minervae aleatores ludebant.* Euſtathius ad Odyſſ. ά. ἐσπουδάζετο ἡ κυβεία, οὐ μόνον παρὰ Σικελοῖς, ἀλλὰ καὶ Ἀθηναίοις· οἱ καὶ ἐν ἱεροῖς ἀθροιζόμενοι ἐκύβευον. καὶ μάλιστα ἐν τῷ τῆς Σκιράδος Ἀθηνᾶς τῷ ἐπὶ Σκίρῳ. ἀφ' ἧς καὶ τὰ ἄλλα κυβευτήρια, σκιράφια ὠνομάζετο. *Fervebat luſus aleae, non ſolum apud Siculos, ſed & Athenienſes, qui & in fanis congregati alea ludebant. Et maxime in fano Minervae Sciradis, quod in Sciro. A quo & alia aleatoria Sciraphia vocabantur.* Verum non aleatores tantum illic ludebant, ſed & meretrices proſidebant. Stephanus. ὁ τόπος ὃν (Σκίρον) ἀπὸ Σκίρου ἥρωος. ἐν ᾧ τῷ τόπῳ τούτῳ αἱ πόρναι ἐκαθέζοντο. *Locus autem (Sciron) a Sciro heroe. In eo autem loco meretrices deſidebant.*

ΣΟΥΝΙΟΝ. *SVNIVM.*

Heſychius. Σουνιεὺς, Σουνιᾶς, δῆμος. Σούνιον, ἀκρωτήριον τῆς Ἀττικῆς. *Sunienſis, Sunienſes, populus. Sunium Atticae promontorium.* Strabo lib. IX. κάμψαντι δ' ἡ κατὰ τὸ Σούνιον ἄκραν, ἀξιόλογος δῆμος Σούνιον· *Vbi promontorium circumflexeris, quod ad Sunium eſt, offertur Sunium memorabilis pagus, ſive curia.* Et obſerva, ἀξιόλογον adpellari. Certe Piraeeo comparat Cicero ad Atticum lib. VII. epiſt. III. *Heri aliquot adoleſcentuli coimus in Piraeeum, & idem Mercator hoc addebat, captam e Sunio. Quod ſi δήμους oppida volumus eſſe, tam eſt oppidum Sunium, quam Piraeeus.* At de Piraeeo vide quae ſupra a me dicta. Erat tribus Leontidis. Stephanus. Σούνιον, δῆμος Λεοντίδος φυλῆς. ὁ δημότης, Σουνιεύς. *Sunium, populus Leontidis tribus. Popularis Sunieus.* In ſupremo promontorio Minervae Σουνιάδος templum erat. Pauſanias initio Atticorum. τὴν ἠπείρου τὴν Ἑλληνικὴν κατὰ νήσους τὰς Κυκλάδας, καὶ πέλαγος τὸ Αἰγαῖον, ἄκρα Σούνιον πρόκειται γῆς τῆς Ἀττικῆς. καὶ λιμήν τε περιπλεύσαντι ἡ ἄκραν ἐστὶ, καὶ ναὸς Ἀθηνᾶς Σουνιάδος ἐπὶ κορυφῇ τῆς ἄκρας. *In ea continentis Graeciae parte, quae Cycladas inſulas, & Aegaeum mare ſpectat, Sunium promontorium Atticae praetenditur; & ubi circum promontorium navigaveris, portus eſt; in vertice autem promontorii, Minervae Suniadis templum.* Huius templi meminit etiam Vitruvius lib. IV. cap. VII. *Hoc autem genere primo facta aedes, uti eſt Caſtoris in Circo, Athenis in Arce Minervae, & in Attica Sunio Palladis.* Hinc ἱρὸν ἄκρον ἀθηνῶν dixit Homerus Odyſſ. γ'.

ἀλλ' ὅτε Σούνιον ἱρὸν ἀφικόμεθ' ἄκρον Ἀθηνῶν.
Sed ubi Sunium ſacrum venimus promontorium Athenarum.

Etiam Neptunus illic cultus; unde Σουνιάρατος dicitur Ariſtophani in Equitibus.

δεῦρ' ἔλθ' ἐς χορὸν ὦ χρυσοτρίαιν', ὦ
δελφίνων μελέων Σουνιάρατε.
Huc ades, inque Chorum veni, auream fuſcinam habens
Delphinum moderator, Suniarate.

Vbi Scholiaſtes. ὦ χρυσοτρίαινε περιφραστικῶς τὸν θαλάττης βασιλεῦ. Σουνιάρατε δή, ᾧ ἐν τῷ Σουνίῳ ἀρῶνται καὶ εὔχονται. *Auream fuſcinam habens periphraſtice maris Rex. Suniarate vero, quem in Sunio iurant, & orant.* Errat Euſtathius, qui hunc locum de Iove interpretatur. Verba eius ad citatum Homeri locum iſta ſunt. ὅτι τὸ Σούνιον ἱερὸν ἄκρον, ἤγουν ἀκρωτήριον Ἀθηναίων φησί. καὶ ἴσως ἱερὸν αὐτό φησιν, ἐπεὶ Ζεὺς Σουνιεὺς ἐτιμᾶτο ἐκεῖ. ὃν διθυραμβικῶς παίζων ὁ Κωμικὸς, καλεῖ Σουνιάρατον. *Quia Sunium ſacrum promontorium, videlicet promontorium Athenienſium dicit. Et forte ſacrum illud adpellat, quod Iupiter Sunienſis ibi colebatur, quem Dithyrambice ludens Comicus, Suniaratum vocat.* Ita quoque Σουνιέρακος dicitur ab eodem Avibus.

ὦ Σουνιέρακε χαῖρ' ἄναξ πελαργικέ. (a)
O Sunierace ſalve Rex Pelargice.

Vbi Schol. ὦ Σουνιέρακε. ἐπεὶ περὶ ὀρνίθων ὁ λόγος, ἀντὶ τοῦ Σουνιάρατε. Φαίνεται δὲ εἶναι Ποσειδῶνος τὸ ἐπίθετον, καὶ Ἵππιεῦσι.

ὦ δελφίνων μελέων Σουνιάρατε.
παρὰ τὸ ἐν Σουνίῳ ἄκρῳ τῆς Ἀττικῆς τὰς εὐχὰς καὶ τὰς ἀρὰς δέχεσθαι. *O Sunierace: quoniam de avibus ſermo, pro Suniarate. Neptuni autem epithetum eſſe videtur. Et equit.*

O Delphinum moderator Suniarate.

eo quod in Sunio Atticae promontorio preces, & vo-

(a) Ita adludens Comicus, & argumento inſervit, & ſpectatorum riſum excitare ſatagit: in quo quidem *Plautus* paulo prolixior eſt.

& vota acciperet. Et triremibus illic certabatur Panathenaeis minoribus. Obſervo apud Lyſiam in Oratione, quae inſcribitur, ἀπολογία δωροδοκίας. ϗ Παναθηναίοις τοῖς μικροῖς ἐχορήγων πυῤῥιχισταῖς ἀχμαίοις, ϗ ἀνήλωσα ἑπτὰ μνᾶς. νενίκηκα δ' τριήρει μὲν ἀμιλλώμενος ἐπὶ Σουνίῳ, ἀναλώσας πεντεκαίδεκα μνᾶς. *Et minoribus Panathenaeis impenſas ſuppeditabam Pyrrhichiſtis imberbibus, & ſeptem minas expendi. Vici vero triremi in Sunio contendens, quum ſeptemdecim minas impendiſſem*. 1

ΣΠΟΡΓΙΛΟΣ. *SPORGILVS*.

Stephanus. Σπόργιλος, δῆμος Ἀττικός. ὁ δημότης Σποργίλιος. *Sporgilus, Populus Atticae. Popularis, Sporgilius*. Tribus incerta eſt.

ΣΤΕΙΡΙΑ. *STIRIA*.

Strabo lib. IX. Εἶτα Θόρικος, εἶτα Ποταμὸς δῆμος ὕπω καλούμενος, ἐξ ὃ οἱ ἄνδρες Ποτάμιοι. εἶτα Πρασιά, Στειριά, Βραύρων. *Tum Thoricus; inde Potamus pagus; cuius curiales Potamii. Sequuntur Praſia, Stiria, Brauron*. Erat tribus Pandionidis. Suidas. Στειριά, δῆμος τῆς Πανδιονίδος. ἧς ὁ δημότης Στειριεύς. οἷον, Στειριεὺς ἦν δῆμον. *Stiria, populus Pandionidis, cuius popularis Stirienſis; velut, Stirienſis populo*. Heſychius. Στειριεῖς, δῆμος φυλῆς τῆς Πανδιονίδος. *Stirienſes, populus tribus Pandionidis*. Et diſerte Lucianus in Dial. Meretr. ὅτι Πολέμων ὁ Στειριεὺς, Πανδίονος φυλῆς, ἀκούεις, χιλιαρχήσας τὸ πρῶτον, νῦν δ' ἐξανασήσας πεντακισχιλίαν ἀσπίδα. *Quod Polemon Stirienſis, tribus Pandionis, audis, quum tribunus primum fuerit, nunc autem quinquies milleſimum ſcutum erexerit*. Harpocration. Στειριεὺς, Ὑπερίδης κατ' Ἀρχεστρατίδου· δῆμος φυλῆς τῆς Πανδιονίδος Στειριά. *Stirienſis, Hyperides adverſus Archeſtratidem. Populus tribus Pandionidis, Stiria*. Efferebatur feminino, & neutro genere. Stephanus. Στειριὰ, δῆμος Ἀττικὸς Πανδιονίδος φυλῆς, θηλυκῶς, ϗ οὐδετέρως. *Stiria, Populus Atticus, Pandionidis tribus, & feminino, & neutro genere*. Occurrit quoque apud Lyſiam in Apologia. ὕστερον ἀνεχώρησα, τῷ σεμνῷ Στειρίως τοῖς πᾶσιν ἀνθρώποις δειλίαν ὠνειδικότος. *Poſterius ſeceſſi, venerando Stirienſi hominibus cunctis metum exprobrante*. Emendandus Ariſtophanis Scholiaſtes Ranis. ὅτος δ' γέγονεν ὁ Θηραμένης, διδάσκαλος Ἰσοκράτους, στρατηγὸς δέ ϗ ὑποκριτὴς, εὐμετάβλητος, Ἀγνωνος παῖς, Στειριεύς τὸ δῆμον. *Hic vero fuit Theramenes, magiſter Iſocratis, imperator autem, & hiſtrio, facile mutabilis, Hagnonis filius, Stirienſis populo*. Hodie ſcribitur. Στηριεὺς τὸν δ. Et obſerva, Theramenem Stirienſem fuiſſe. Fuit etiam Thraſibulus. AEſchines Orat. in Cteſiphontem. Ἀρχῖνος γὰρ ὁ ἐκ Κοίλης ἐγράψατο παρανόμων Θρασύβουλον τὸ Στειριέα. *Archinus enim ex Coele Thraſybulum Stirienſem violatarum legum accuſavit*. Emendandus inſignis locus hac de re apud Diodorum Siculum lib. XIV. Θρασύβουλος Στειριεὺς ὀνομαζόμενος, ὢν Ἀθηναῖος, ὑπὸ δὲ τῶν τριάκοντα πεφυγαδευμένος. *Thraſibulus, qui Stirienſis nominabatur, quum eſſet Athenienſis, & ſub triginta in exilium miſſus*. Perperam editur. Θρασύβουλος ὁ Τυριεὺς ὀνομαζόμενος. Obſervandum autem, Stirienſem dictum, ſed revera Athenienſem fuiſſe. Iterum apud AEſchinem, quem citavi, nominatur Hegeſander quidam Stirienſis, Orat. in Timarchum. Ἡγήσανδρος Διφίλου Στειριεὺς μαρτυρεῖ, ὅτι κατέπλευσα ἐξ Ἑλλησπόντου. *Hegeſander Diphili F. Stirienſis teſtatur me ex Helleſponto enavigaſſe*. Sed corruptus hodie locus; editurque. Ἡγήσανδρος Διφίλου Σπειριεύς. Apud Platonem in Hipparcho commemoratur Via Stiriaca; & ad eam ſepulcrum Hipparchi ἔστι δὲ τοῦ τοιούτου ϗ ἄλλα ἐν ἄλλοις ἑρμαῖς πολλὰ ϗ καλὰ ἐπιγεγραμμένα. ἔστι δὴ καὶ τοῦτο ἐπὶ τῇ Στειριακῇ ὁδῷ, ἐν ᾧ λέγει.

μνῆμα τόδ' Ἱππάρχου, μὴ φίλων ἐξαπάτας.

Sunt

1. Hodie promontorium Columnae. Fuit quondam tribus Leontidae, poſtea vero Attalidae, ut patet ex hoc marmore, quod tum Athenis apud Giraldum, nunc vero in Anglia eſt:

ΟΙ ΕΦΗΒΕΥΣΑΝΤΕΣ ΕΝ ΡΩΕ...
ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΡΟΙΜΗΤΑΛΚΑ...
ΑΡΧΟΝΤΟΣ ΕΝΙΑΥΤΩΙ.. ΠΑΙ
ΔΟΤΡΙΒΟΥΝΤΩΝ ΙΡΕΝΑΙΟΥ...
ΜΗΩΝ ΤΠΟΠΑΙΔΟΤΡΙΒΟΥΝ
ΤΟΣ
ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ ΤΟΥ ΜΥ
ΡΩΝΟΣ
ΚΥΔΑΘΗΝΑΙΕΩΣ
ΔΥΛΟΣ ΒΑΣΣΟΥ ΠΑΛΛΗ
ΝΕΥΣ
ΛΕΟΝΤΙΣΚΟΣ ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ
ΣΟΥΝΙΕΥΣ
ΒΑΣΣΟΣ ΓΑ....ΤΙΟΣ
ΛΗΝΑΙΟΣ ΕΞ ΟΙΟΥ

ΑΘΗΝΑΙΣ
ΦΙΛΗΜΩΝ ΤΕ ΜΥΡΙΝΟΥΝΤΙΟΣ (a)
ΧΑΒΡΕΑΣ ΤΙΜΟΚΡΑΤΟΣ ΠΕΙ
ΡΑΙΕΥΣ
ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΗΣ ΤΙΜΟΚΡΑΤΟΣ (b)
ΕΥΜΗΔΗΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ
ΝΑΥΚΥΔΗΣ ΙΣΙΔΟΤΟΥ
ΑΦΡΟΔΙΣΙΟΣ ΦΙΛΗΜΟΝ... (c)

Alia Athenis in Eccleſia, Panagia Gorgopico:

ΦΛ. ΠΑΡΑΜΟΝΟΣ ΑΙΛΙΑ ΑΒΙ
ΔΙΑΝΟΣ
ΗΡΑΚΛΕΙΔΟΥ ΦΑΥΕΥΣ ΕΙΣΙΑΣ
ΕΞΟΥΝΙΕΟΝ

ΕΞΟΥΝΙΕΩΝ eſt ΕΚ ΣΟΥΝΙΕΩΝ. Ξ enim idem eſt quod ΚΣ. Spon. *Itin. Tom.* 2. *p.* 463. 464.

(a) Pro Μυρῑνόσιος. In nummis: Σελινοντίων. *Salvinius*.

(b) Τιμοκράτης. *Salv.*

(c) Φιλήμονος. *Salv.*

Digitized by Google

Sunt vero alia etiam poemata, & multa quidem ac pulcra in aliis Mercuriis inſcripta. Eſt profecto etiam hoc in via Stiriaca, in quo dicit:

Hoc Hipparchi monumentum, ne amicum decipito.

Ab hoc populo urbs Phocidis Stiris adpellata, quod magna Petei comitum pars, quae cum Peteo Ornei filio eo devenerat, Stirienſes fuiſſent. Obſervo apud Pauſaniam in Phocicis. ὅτι ἡ τῷ Πετεῷ πολὺ τῦ δήμυ ἦ Στειριῶν. (ita recte emendatum a doctiſſimo Sylburgico) ἠκολέθησεν, ἐπὶ τῦτο κληθῆναι ἦ πόλιν Στίριν. *Quia vero Peteum multi ex populo Stirienſi ſequuti ſunt, hac de cauſa urbem Stirin vocari.* I

ΣΥΒΡΙΔΑΙ. *SYBRIDAE.*

Erat tribus Erechtheidis. Stephanus. Συβρίδαι, δῆμος τῆς Ἐρεχθηίδος φυλῆς. *Sybridae, populus Erechtheidis tribus.* Et profecto, aut valde fallor, aut meminerat huius quoque populi Heſychius, ſed excidit nomen, incuria feſtinantis librarii. Eius verba non uno ſane mendo inſeſſa, & mutila quoque hodie eduntur. Ecce tibi. Συβριακὸν, τὸ πολυτελές. Συβριάζει, σοβαρεύεται, τρυφᾷ. Συβριασμὸς, ὁ ἐν εὐωχίᾳ θόρυβος. Ἐρεχθηίδος φυλῆς. *Sybriacon, ſumtuoſum.* Συβριάζει, *Inſoleſcit, deliciis diffluit.* Συβριασμὸς, *Tumultus in convivio. Erechtheidis tribus.* Reſcribendum omnino cenſeo. Συβαρικὸν, τὸ π. Συβαρίζει, σοβαρεύεται, τ. Συβαρισμὸς, ὁ ἐν εὐωχίᾳ θόρυβος. Συβρίδαι, δῆμος τῆς Ἐρεχθηίδος φυλῆς. De Sybaritis, eorumque luxu, res eſt nota. Inde nata iſta vocabula, Συβαρικὸν, Συβαρίζειν, Συβαρισμός. Et vero cum his quid tribui Erechtheidi? Manifeſtum excidiſſe Sybridas noſtros, quos nos recte atque ordine reſtituimus.

ΣΥΠΑΛΗΤΤΟΣ. *SYPALETTVS.*

Tribus Cecropidis. Stephanus. Συπαλήττος, δῆμος τῆς Κεκροπίδος φυλῆς. ὁ δημότης, Συπαλήττιος. *Sypalettus, populus Cecropidis tribus. Popularis Sypalettius.* Iterum emendandus Heſychius. Συπαλήττιος, δῆμος φυλῆς Κεκροπίδος. *Sypalettius, populus Cecropidis tribus.* Hodie editur. Συπαλετίττιος, ſ. φ. κ. Occurrit quoque apud Diogenem Laertium in Zenone Cittienſi lib. VII. ἐπὶ δὲ τῆ οἰκοδομὴν κεχειροτόνηντο Θράσων Ἀναφλύσιος, Φιλοκλῆς Παιανιεὺς, Φαῖδρος Ἀναφλύσιος, Μέλλων Ἀχαρνεὺς, Μίκυθος Συπαλήττιος. *Ad aedificandum vero electi ſunt Thraſon Anacaeenſis, Philocles Piraeenſis, Phaedrus Anaphlyſtius, Mellon Acharnenſis, Micythus Sypalettenſis.* Ita recte emendatum a Caſaubono, quum antea ederetur, Μίκυθος Συμπαλλητεύς.

ΣΦΕΝΔΑΛΗ. *SPHENDALE.*

Tribus Hippothoontidis. Stephanus. Σφενδάλη, δῆμος Ἱπποθοωντίδος φυλῆς. ὁ δημότης, Σφενδαλεύς. *Sphendale, populus Hippothoontidis tribus. Popularis, Sphendaleus.* Emendandus eſt Heſychius. Σφενδαλεῖς, δῆμος τῆς Ἀττικῆς.

Sphen-

I. Iſte pagus non longe abeſt a Braurone. Plato meminit viae eo ducentis, ubi invenit tumulum Hipparchi. Egregiam habes hic inſcriptionem, in qua nominantur Prytanes tribus Pandionidis, quibus publice decretus eſt victus in Prytaneo, qui vocabantur *Aeſitoi*, ut ſupra dictum. Prytanes fuerunt iudices Reip. Athenienſis, quorum tribunal erat Prytaneum; legebantur quinquaginta ex quaque tribu, ut quidam ſcriptores volunt, & probat noſtra inſcriptio. Adpellabatur conſilium quingentorum, quum tantum tribus decem eſſent, ſed quum nova tribus adiiceretur prioribus, ex qua novi quinquaginta legebantur, dictum fuit conſilium ſexcentorum, ut ſupra ex inſcriptionibus didicimus. Hæc inſcriptio inſculpta eſt columnae ſeu baſi rotundae, Athenis in templo Theſei:

ΑΓΑΘΗΙ
ΤΥΧΗΙ
ΕΠΙ ΤΟΥ ΜΕΤΑ ΤΕ....ΙΟΝ
ΠΟΝΤΙΚΟΝ ΑΡΧΟΝΤΑ ΕΝΙ
ΑΥΤΟΥ Η ΠΡΥΤΑΝΕΙΑΣ ΟΙ
ΠΡΥΤΑΝΕΙΣ ΤΗΣ ΠΑΝΔΕΙΟ
ΝΙΔΟΣ ΦΥΛΗΣ ΤΕΙΜΗΣΑΝ
ΤΕΣ ΑΥΤΟΥΣ ΑΙΣΕΙΤΟΥΣ Α
ΝΕΓΡΑΨΑΝ ΕΠΩΝΥΜΟΣ ΘΕΟ
ΠΟΜΠΟΣ ΘΑΛΑΜΟΥ ΠΑΙΑ.

ΠΑΙΑΝΙΕΙΣ

ΦΛ. ΑΡΡΙΑΝΟΣ
ΦΛ. ΠΥΡΦΟΡΟΣ
ΦΛ. ΦΙΛΟΤΕΙ
ΜΟΣ
ΑΙΛ. ΚΑΛΛΙΑΣ
ΣΤΑ. ΦΙΛΩΝ
ΚΛ. ΘΕΤΔΙΑ
ΝΟΣ
ΑΝΤΙΔΟΧΟΣ
ΔΕΙΟΣ ΠΥΤΟΥ
ΙΩΝΙΚΟΣ ΑΒΡ
ΩΝΟΣ

ΣΤΕΙΡΙΕΙΣ

ΓΕΛΛ. ΘΕΙΜΟ
ΘΕΟΣ
ΦΛ. ΝΕΙΚΟΜΑ
ΧΟΣ
ΘΕΟΔΩΡΟΣ
ΠΡΕ
ΘΕΟΔΩΡΟΣ
ΝΡ.

ΠΡΑΣΙΕΙΣ

ΗΡΩΔΗΣ ΛΕΩ
ΝΙ

ΑΓΓΕΛΗΘΕΝ
...ΙΜΟΣ ΑΘΗ
ΝΑΙΟΥ
ΕΠΑΦΡΟΔΕΙ
ΤΟΣ ΑΘΗΝΑΙ
ΘΕΩΝ ΔΙΟΝΥ
ΣΙΟΥ
ΦΟΙΒΟΣ ΚΤΗ
ΣΙΟΥ
ΕΥΠΟΡΟΣ ΕΡ
ΜΟΝΑΚΤΟΣ
ΣΑΡΠΗΔΩΝ
ΑΝΤΙΟΧΟΥ
ΑΦΡΟΔΕΠΙΟΣ (a)
ΠΟΛΥΜΝΗ
ΚΟΡΥΜΒΟΣ
ΤΡΥΦΩΝ ΕΠΑ
ΦΡΟΔΕΙΤΟΥ
ΘΕΟΦΙΛΟΣ

ΚΥΔΑΘΗΑΙΕΙΣ (b)

ΦΛ. ΑΜΒΑΚ
ΧΙΟΣ ΕΥΠΟ
ΡΟΣ
ΕΙΣΙΔΟΤΟΣ
ΦΗΛΙ.
ΜΟΥΣΑΙΟΣ
ΔΙΟΝ.
ΜΥΡΡΙΝΟΥ
ΣΙΟΙ

Ap-

(a) Forte Ἀφρόδυτος, vel potius Ἀφροδίσιος. *Salm.*

(b) Κυδαθηναιεῖς.

Digitized by Google

Sphendalenſes, populus Atticae. Hodie editur. Σφενδαλῆς, ὁ. Meminit huius populi Herodotus lib. IX. ἔτοι ἡ αὐτῷ τὴν ὁδὸν ἡγέοντο ἐς Σφενδαλέας. *Hi viae illi duces fuerunt in Sphendalas*.

ΣΦΗΤΤΟΣ. *SPHETTVS*.

Tribus Acamantidis. Suidas. Σφήτλιος. ὄνομα κύριον. καὶ Σφήτλιος δῆμος. Σφητλοῖ, Δημοσθένης. τῆ Ἀκαμαντίδος ὁ Σφητλός. *Sphettius, nomen proprium; & Sphettius populus. In Sphetto, Demoſthenes. Sphettus, Acamantidis*. Stephanus. Σφητλος, δῆμος Ἀκαμαντίδος φυλῆς, ὁ δημότης, Σφήτλιος. *Sphettus, populus Acamantidis tribus. Popularis, Sphettius*. Heſychius. Σφήτλιοι, δῆμος τῆς Ἀκαμαντίδος φυλῆς. *Sphettii, populus Acamantidis tribus*. Male apud Harpocrationem. Σφιτλος, δῆμος τῆς Ἀκαμαντίδος. *Sphittos, populus Acamantidis*. Reſcribe, Σφητλός. Ariſtophanes Nubibus.

ἀνῄρετ' αὐτὸν Χαιρεφῶν ὁ Σφήτλιος.
Interfecit eum Chaerephon Sphettius.

Vbi Scholiaſtes. Σφήτλιος. ἀπὸ δήμου τῆς Ἀκαμαντίδος φυλῆς. *Sphettius. Ab populo Acamantidis tribus*. Huius populi apud Oratores Graecos, alioſque Scriptores paſſim mentio. Nomen accepit a Sphetto heroe, Troezenis filio. Stephanus loco citato. ὁ δῆμος καλεῖται ἀπὸ Σφήτλου, τοῦ Τροιζῆνος παιδός. *Populus vocatur a Sphetto Troezenis filio*. Pauſanias in Corinthiacis. Τροιζῆνος δὲ οἱ παῖδες, Ἀνάφλυστος καὶ Σφῆτλος, μετοικοῦσιν ἐς τὴν Ἀτλικὴν, καὶ οἱ δῆμοι τὰ ὀνόματα ἔχουσιν ἀπὸ τούτων. *Troezenis filii, Anaphlyſtus, & Sphettus in Atticam migrarunt. A quibus curiae Athenienſium duae nomina acceperunt*. Acetum illic acerbiſſimum; & populus ipſe mordaciſſimus, ac ſycophanta. Ariſtophanes Pluto.

——— εἶτ' ὄξει διέμβυος Σφητλίῳ,
κατέψωλασεν αὐτοῦ τὰ βλέφαρα ---
——— *Deinde aceto Sphettio madefaciens*
Eius palpebras curavit. —

Vbi Scholiaſtes. Σφητλίῳ ᾗ, τῷ δριμυτάτῳ, ἀπὸ τοῦ δήμου. πικροὶ γὰρ οἱ Σφήτλιοι, καὶ συκοφάνται. *Sphettio autem, acerrimo, a populo. Amarulenti enim Sphettii, & Criminatores*. Heſychius. ὄξος Σφήτλιον, ἴσως οἱ Σφήτλιοι ὀξεῖς ἦσαν. διὰ τοῦτο εἶπεν ὄξος Σφέτλιον, ἤγουν δριμύ. *Acetum Sphettium; Forte Sphettii acres erant, & propterea dixit acetum Sphettium, ideſt, acre*. Athenaeus lib. II. Ἀριστοφάνης δὲ ἐν πλούτῳ φησὶ,

——— ὄξει διέμβυος Σφητλίῳ.

Δίδυμος δ' ἐξηγούμενος τὸ ἰαμβεῖον φησὶν, ἴσως διότι οἱ Σφήτλιοι ὀξεῖς. *Ariſtophanes vero in Pluto ait*:

——— *Deinde aceto Sphettio madefaciens*.

Didymus vero enarrans iambium, ait, forte quia Sphettii acres ſunt. Hinc via Sphettia. Σφητλία ὁδὸς, qua Athenis huc iretur. Philochorus apud Scholiaſten Euripidis Hippolyto. Τοὺς Παλλαντίδας ὑπὸ Θησέως ἀνῃρῆσθαι Φιλόχορος ἱστορεῖ οὕτω. *Pallantidas a Theſeo interfectos fuiſſe ita Philochorus prodit*. Deinde ipſa Philochori verba ponit. Πάλλαντος ἐπιθέναι ταῖς Ἀθήναις διανοουμένου, καὶ τὴν Σφητλίων ὁδὸν φανερῶς διαπορευομένου ἐπὶ τὸ ἄστυ μετὰ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ οἱ τούτου παῖδες κατὰ βούλησιν τοῦ πατρὸς βαρβίτῳ ἐγκαθίζουσι μετὰ τῶν ἡλικιωτῶν, ἵν' ὅταν ἐπεξέλθωσιν τοῖς Ἀθηναίοις ὁ Πάλλας συμβάλῃ, ἐξ ἐφόδου προσπεσόντες λάβωσι τὴν πόλιν. ἀνὴρ δέ τις, ὃς ἐκηρύκευσε τῷ Πάλλαντι, ἀπαγγέλλῃ τῷ Θησεῖ τὸ γινόμενον. ὁ δὲ προσπεσὼν μετὰ τῶν ἡλικιωτῶν αὐτοὺς ἀναιρεῖ. *Quum Pallas Athenis inſidiari moliretur, & via Sphettia aperte in Aſty progrederetur cum ſuo exercitu, huius filii, Patris conſilio, Gargetti inſident, cum coaevis, ut quum in Athenienſes inruiſſent, & Pallas adiuvaſſet, impetum ſtatim facientes urbem caperent. Vir autem quidam, qui apud Pallantem praeconis officium exercebat, Theſeum de hiſce omnibus certiorem facit, qui cum coaevis incurrens, eos interficit*. Elegantiſſimus profecto locus, & qui praeclariſſimum antiquitatis monumentum repraeſentat. Sed inſigne certe mendum. Quid enim hoc eſt? βαρβίτῳ ἐγκαθίζουσι. An barbito inſederunt, ut ſe occultarent. Nugae merae. Antiquiſſima eſt hiſtoria; & ita habet. Pallas cum ſuis indignatus Theſeum regni heredem inſtitutum, bellum movet; copiiſque diſtributis, partem aperte e Sphetto recta Athenas ducere iubet, partem vero Gargetti occultat, qui, confligente cum Athenienſibus Pallante, urbem ex inſidiis caperent. Ergo reſtituendum omnino. Γαργητλοῖ ἐγκαθίζουσι. Ecce emendationis meae fundum Plutarchum in Theſeo, ubi eamdem hanc hiſtoriam eodem plane modo narrat. Atque ibi inter cete-

---

ΑΡΤΕΜΩΝ ΕΤ
ΧΛ.
ΤΑΧΙΔΙΟΣ
ΦΑΡΝΑ
ΓΡΑΜΜΑΤΕΥΣ
ΒΟΥΛΗΣ
ΔΙΟΝΥΣΟΔΩ
ΡΟΣ
ΙΟΥ. ΙΕΡΟΦΑ
ΝΤΗΣ
ΠΟΜ. ΔΑΔΟΥ
ΧΟΣ
ΠΑΙ...ΕΡΟ....Ξ..
ΜΕ...ΜΩΝ

...ΗΡΤΞ ΒΟ. (a)
ΚΑΙ ΔΗΜΟΥ
ΕΡ...ΝΕΙΚΑΓΟ
ΙΡΟΚΛΕΙΔΗΣ
ΜΕΤΡΟΔ.
ΗΛΙΟΔΩΡΟΣ
ΑΡΤΕΜΩΝΟΣ
ΑΡΤΕΜΩΝ
ΡΟΥ
....ΜΑΤΕΥΣ (b)
..ΒΟΥΛΗΣ
ΜΗΝΟΔΟ....
ΙΟΥΛ. ΖΗΝΟ
ΒΙΟΣ

ΠΡΕΙΜΟΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ
ΑΝΤΙΓΟΝΟΣ ΝΟΥΜΗΝΙΟΥ
ΑΦΡΟΔΕΙΣΙΟΣ ΕΙΣΙΔΟΤΟΥ
ΖΩΣΙΜΟΣ ΕΙΣΙΔΟΤΟΥ
ΠΕΙΝΑΡΙΟΣ ΦΙΛΗΜΟΝ.
ΑΝΤΙΓΡΑΦΕΥΣ ΠΑ..ΧΟΣ
ΠΕΡΙ ΤΟ ΒΗΜΑ ΚΟΡΜΕΝΕΣΘΕ
ΙΕΡΑΥΛΗΣ.. ΟΝΟΣ ΕΠΙΣΚΙ..
ΤΠΟΓΡΑΜΜΑΤΕΥΣ ΜΥΡΩ..

Spon. *Itin. T.* 2. *p.* 466. *&c.*

(a) Κύρυξ βούλης. *Salvinius*.
(b) Γραμματεύς.

Digitized by Google

cetera ita ait: κ) διελόντες ἑαυτὺς (οἱ Παλλαντίδαι) οἱ μὲν ἐμφανῶς ΣΦηττόθεν ἐχώρεων ἐπὶ τὸ ἄστυ μετὰ τοῦ πατρός· οἱ δὲ, Γαργηττοῖ κρύψαντες ἑαυτὺς, ἐνήδρευον, ὡς διχόθεν ἐπιθησόμενοι τοῖς ὑπεναντίοις. *Partiti copias, (Pallantidae) aperte ex Sphetta urbem cum parente petierunt, pars in Gargetto in insidiis occulti consederunt, ut utrinque in inimicos coorituri.* Vindicandum erat a mendo tam praeclarum Scriptoris antiquissimi fragmentum per hanc occasionem. 1

ΤΙΘΡΑΣ. *TITHRAS.*

Erat tribus AEgeidis. Stephanus. Τίθρας, δῆμος τ῀ Αἰγηΐδος φυλῆς. ὁ δημότης, Τιθράσιος. *Tithras, populus Aegeidis tribus. Popularis, Tithrasius.* Nomen inditum a Tithrante Pandionis filio. Traducebantur autem ut maligni, atque improbi. Hinc Gorgones Τιθρασίαι apud Aristophanem in Ranis.

—— τὸ νεφρὸν δέ σου,
αὐτοῖσιν ἐντέροισιν ἡμαλωμένου,
διασπάσονθ' Γοργόνες Τιθρασίαι,
—— *Tuos autem renes*
Ipsis visceribus cruentatos
Divellent Gorgones Tithrasiae.

Vbi Scholiastes. Γοργόνες Τιθρασίαι. ἀπὸ δήμου τ῀ Ἀττικῆς πονηροῦ. οὐκ εἰκῆ δ' τοῦτο εἶπεν. ἀλλ' ἐοίκασι δὲν δῆμον διαβάλλειν τοῦτον, ὡς κακοπράγμονα. εἰσὶ δ' ἔτοι ἀπὸ Τίθρανός τοῦ Πανδίονος παιδὸς ἐπώνυμοι. εἰς δ' τ῀ Αἰγηΐδα φυλὴν καλανενέμηνται. *Gorgones Tithrasiae, a maligno Atticae populo. Haud temere vero hoc dixit: sed hunc populum calumniari videntur, ut maleficum. Hi autem nomen a Tithrante Pandionis filio traxerunt. In tribum autem Aegeidem cooptati sunt.* Suidas. Τίθρασος πόλις τ῀ Λιβύης. κ) Ἀριστοφάνης, Γοργόνες Τιθρασίαι. ἔνθα αἱ Γοργόνες διέτριβον. ἀπὸ δήμου τ῀ Ἀττικῆς πονηροῦ. διαβάλλουσι γὰρ δῆμον τοῦτον, ὡς κακοπράγμονα. *Tithrasos Lybiae urbs. Et Aristophanes, Gorgones Tithrasiae. Hic Gorgones morabantur. A populo Atticae improbo. Criminantur enim hunc populum, ut maleficum.* Huc pertinent illa Hesychii. Τιθράσια. χαλεπά. τραχέα. *Tithrasia. Difficilia. Aspera.* Sed corruptus hodie locus, editurque. Τιθράσι. χαλεπά. τ. Nos restituimus. Meliores vero illic caricae; & commendabantur. Habes apud Athenaeum lib. XIV. ex Theopompi Comici Pace. Θεόπομπ@ δ' Εἰρήνῃ, τὰς Τιθρασίας ἐπαινῶν ἰσχάδας φησὶν οὕτως·

μάζαι, πλακοῦντες, ἰσχάδες Τιθράσιαι.

Theopompus vero Pace, Tithrasias caricas laudans ita ait:

Mazae, Placentae, Caricae Tithrasiae. 2

ΤΙΤΑΚΙΔΑΙ. *TITACIDAE.*

AEantidis tribus. Nomen autem ab heroe Titaco. Harpocration. Τιτακίδαι. Ἰσαῖος ἐν τῷ πρὸς Νικοκλέα δήμός ἐστι τ῀ Αἰαντίδ@ φυλῆς οἱ Τιτακίδαι, ὡς Νίκανδρ@ ὁ Θυατειρηνὸς ἐν τῷ περὶ τ῀ δήμων δηλοῖ· μή ποτε δ' ἀπὸ Τιτάκου ὠνομάσθησαν. ὃ μνημονεύει Ἡρόδοτ@. *Titacidae. Isaeus in Oratione adversus Nicoclem. Populus est AEantidis tribus Titacidae, ut Nicander Thyatirenus in libro de populis tradit. Nisi forte a Titaco adpellati sunt, cuius Herodotus meminit.* Et ex eo Suidas. Τιτακίδαι, δῆμός ἐστι τ῀ Αἰαντίδ@ φυλῆς. μή ποτε δ' ἀπὸ Τιτακοῦ ὠνομάσθησαν. *Titacidae, populus est tribus AEantidis; vide autem, ne forte dicti fuerint a Titaco.* Totidem verbis Etymologici Auctor. Stephanus ad tribum Antiochidem refert. Τιτακίδαι, δῆμ@ τ῀ Ἀντιοχίδος φυλῆς, ἀπὸ Τιτάκου τοῦ προδόντ@ Ἀφίδνας τοῖς Διοσκούροις. ὁ δημότης, Τιτακίδης ὁμοφώνως. *Titacidae, populus Antiochidis tribus, a Titaco, qui prodidit Aphidnas Dioscuris. Popularis, Titacides, eiusdem vocis.* Ad Titacum quod attinet, eum Aphidnas prodidisse Dioscuris refert etiam Herodotus lib. IX. ὡς γὰρ δὴ τὸ πάλαι κατὰ Ἑλένης κομιδὴν Τυνδαρίδαι ἐσέβαλον ἐς γῆν τὴ Ἀττικὴν σὺν στρατῷ πλήθ῀, κ) ἀνίσασαν τὺς δήμους, ὡς εἰδότες ἵνα ὑπεξέκειτο ἡ Ἑλένη, τότε λέγουσι κ) τὺς Δεκελέας, (οἱ δ' αὐτὸν Δεκέλεον) ἀχθόμενόν τε τῇ Θησέως ὕβρι, κ) δειμαίνοντα περὶ πάσῃ τῇ Ἀθηναίων χώρῃ, ἐξηγησάμενόν σφι τὸ πᾶν πρᾶγμα, κατηγήσασθ῀ ἐπὶ τὰς Ἀφίδνας, τὰς δ' Τιτακὸς ἐὼν αὐτόχθων καταπροδιδοῖ Τυνδαρίδῃσι. *Siquidem quum olim ad investigandam Helenam Tyndaridae cum magnis copiis oram Atticam invasissent, & populos e sedibus suis eiicerent, ignari quonam loco subducta Helena esset, tum Decelenses, feruntur, (& ut quidam volunt) ipse Deceleus, cum dolore contumeliae, quae Theseo fieret, tum metu totius Athenienſium soli, ne vastaretur, exposuisse illis omnem rem gestam, eosque deduxisse ad Aphidnas, quas Titacus indigena Tyndaridis proderet.*

ΤΡΙΚΟΡΥΘΟΣ. *TRICORYTHVS.*

Strabo proxime Marathonem collocat lib. IX. μετὰ δ' Μαραθῶνα Τρικόρυθ@, εἶτα Ῥαμνοῦς. *Post Marathonem autem Tricorythus, deinde Ramnus.* Erat tribus AEantidis. Stephanus. Τρικόρυθον, ὐδετέρως Δίδυμ@ κ) Διόδωρος. Διονύσιος ἀρσενικῶς. Εὐφορίων θηλυκῶς. ἔστι δ' δῆμος τ῀ Αἰαντίδος φυλῆς. ὁ δημότης, Τρικορύσι@. *Tricorython, in neutro genere Didymus & Dio-*

---

1. Constantinopoli apud Legatum Nointelium exstat hæc inscriptio illuc Athenis deportata:

ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ
ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ
ΣΦΗΤΤΙΟΣ

Spon. *Itin. T.* 2. *p.* 469. (a)

(a) Vide superius Inscriptionem, quae in Κεφαλή producta est.

2. Salamine legitur iste titulus:

ΚΑΛΛΙΣΤΩ
ΑΝΤΙΔΩΡΟΥ
ΤΕΙΘΡΑΣΙΟΥ

Spon. *Itin. T.* 2. *p.* 469.

Digitized by Google

Diodorus; *Dionyſius in maſculino*; *Euphorion in feminino*. *Eſt autem populus AEantidis tribus*. *Popularis Tricoryſius*. Non recte hodie editur. Τρικόρυνθον. Et mox. κὴ Τρικορυθόθεν, κὴ Τρικορυθόνδε, κὴ Τρικορυθοῖ. *Et a Tricorytho, & ad Tricorythum, & in Tricorytho*. Male enim etiam illic. Τρικορυνθόθεν, κὴ Τρικορυνθόδε, καὶ Τρικορυνθοῖ. Rectius alibi apud eumdem. Τετράπολις, τ᾽ Ατ̓τικῆς, ἔχουσα δήμους καὶ πόλεις τέτταρας, Οἰνόην, Προβάλινθον, Τρικόρυθον, Μαραθῶνα. *Tetrapolis, Atticae, habens populos & urbes quatuor, Oenoen, Probalinthum, Tricorythum, Marathonem*. Vbi hoc quoque obſerva: e quatuor Tetrapoleos urbibus unam eſſe. Memorantur illic tipullae. Ecce apud Ariſtophanem Lycoſtrata.

ἦ μέγ᾽ ὦ Ζεῦ χρῆμ᾽ ἰδεῖν τ᾽ ἐμπίδος ἔνεστί σοι.
οὐχ ὁρᾷς; οὐκ ἐμπίς ἐστιν ἥδε Τρικορυσία.
Magna res eſt, Iupiter, videre culicem in te.
Nonne vides? non tipulla eſt Tricoryſia.

Nimirum, quia aquoſus ille locus, & nemoroſus. Accipio ex Suida. Τρικορυσία ἐμπίς ὡς ἐν Τρικορυσίᾳ πολλῶν ἐμπίδων γινομένων. ἔστι γὰρ ἀλσώδης καὶ κάθυγρος ὁ τόπος. *Tricoryſia tipulla. Quia in Tricoryſia multi culices ſunt. Eſt enim nemoroſus, & aquoſus locus*. 1

ΤΡΙΝΕΜΕΙΣ. *TRINEMENSES*.

Cecropidis tribus. Stephanus. Τρινεμεῖς, δῆμος τῆς Κεκροπίδος φυλῆς. *Trinemenſes, populus Cecropidis tribus*. Hic oriebatur Cephiſſus fluvius. Strabo lib. IX. Ποταμοὶ δ᾽ εἰσὶν, ὁ μὲν κηφισὸς ἐκ Τρινεμέων τὰς ἀρχὰς ἔχων. *Fluvii autem ſunt, Cephiſsus quidem ex Trinemenſibus principia habens*.

ΤΥΡΜΙΔΑΙ. *TYRMIDAE*.

Tribus Oeneidis. Suidas. Τυρμίδαι, δῆμος τ᾽ Οἰνηίδος. *Tyrmidae, populus Oeneidis*. Stephanus. Τυρμίδαι, δῆμος Οἰνηίδος φυλῆς. ὁ δημότης, Τυρμίδης. *Tyrmidae, populus Oeneidis tribus. Popularis, Tyrmides*. 2

ΤΒΑ, ſive ΤΒΑΔΑΙ
HYBA, ſive HYBADAE.

Tribus Leontidis. Etymologici Auctor. Γ῾βάδαι, δῆμος τ᾽ Λεοντίδος. *Hybadae, populus Leontidis*. Suidas. Γ῾βάδαι, δῆμός ἐστι τ᾽ Λεοντίδος. *Hybadae, populus eſt Leontidis*. Stephanus. Γ῾βα, ὅτως ὁ δῆμος τ᾽ Λεοντίδος φυλῆς. Τινὲς δὲ τὸ δῆμον Γ῾βάδαι λέγουσι. *Hyba, ita dicitur populus Leontidis tribus. Quidam vero populum Hybadae vocant*. Hinc qui oriundus, Γ῾βάδης dicebatur: ut a Τυρμίδαι, Τυρμίδης. Τιλακίδαι, Τιλακίδης. Σημαχίδαι, Σημαχίδης, & ſimilia. Itaque emendandus Diogenes Laertius in Theophraſto lib. V. c. 57. Μάρτυρες, Κάλλιππος Πελανεὺς, Φιλόμηλος Εὐωνυμεὺς, Λύσανδρος Γ῾βάδης, Φιλίων Α᾽λωπεκῆθεν. *Teſtes, Callippus Pelanenſis, Philomelus Euonymenſis, Lyſander Hybades, Philion ab Alopece*. Perperam editur hodie, Λύσανδρος Γ῾βαίης. 3

ΤΔΡΟΤ-

1. Situs circa Marathonem in ora paludis Campi Marathonis, ubi debellata eſt pars exercitus Perſici in pugna Marathonia. Nunc eſt ignobilis viculus, qui vocatur *Calyvi s' to Soully*, quum quondam eſſet una e numero quatuor urbium, a quibus haec regio vocata Tetrapolis. Vrbes hae quatuor erant Oenoe, Trycorythus, Probalinthus, Marathon. Ibi tenuit ſedem Xuthus, qui gener erat Regis Erechthei. Athenis in Eccleſia Sanctae Cyrae:

ΕΣΤΙΑ ΚΑΙ ΑΠΟΛΛΩΝΙ ΚΑΙ
ΘΕΟΙΣ ΣΕΒΑΣΤΟΙΣ ΚΑΙ ΤΗΙ
ΒΟΥΛΗΙ ΤΗΙ ΕΞ ΑΡΕΙΟΥΠΑ
ΓΟΥ ΚΑΙ ΤΗΙ ΒΟΥΛΗΙ ΤΩΝ
ΕΞΑΚΟΣΙΩΝ ΚΑΙ ΤΩΙ ΔΗΜΩΙ
ΦΙΛΟΞΕΝΟΣ ΑΓΑΘΟΚΛΕΟΥΣ
ΦΛΥΕΥΣ ΑΝΕΘΗΚΕΝ ΕΚ ΤΩΝ
ΙΔΙΩΝ ΠΟΙΗΣΑΝΤΟΣ ΤΟΥ
ΠΑΤΡΟΣ ΑΓΑΘΟΚΛΕΟΥΣ ΤΟΥ
ΦΙΛΟΞΕΝΟΥ ΦΛΥΕΩΣ ΣΤΡΑ
ΤΗΓΟΥΝΤΟΣ ΕΠΙ ΤΟΥΣ Ο
ΠΛΕΙΤΑΣ ΤΙ ΚΛΑΥΔΙΟΥ ΘΕΟ
ΓΕΝΟΥΣ ΠΑΙΑΝΙΕΩΣ ΚΑΙ
ΕΠΙΜΕΛΗΤΟΥ ΤΗΣ ΠΟΛΕΩΣ.
....ΤΡΙΚΟΡΥ....

Spon. *Itin. T.* 2. *p.* 470. 471.

2. In veteri inſcriptione ſecunda litera ante ultimam ſcribitur per E, apud Harpocrationem per EI, apud alios per I. Florentiae apud Marchionem Richardum:

ΙΣΙΔΙ ΧΡΗΣΤΗΙ (*a*) ΕΠΗΚΟΩΙ
ΣΕΛΕΥΚΟΣ ΣΩΚΡΑΤΟΥ ΕΥ
ΧΗΝ
ΕΠΙ ΙΕΡΕΩΣ ΔΙΟΚΛΕΟΥΣ
ΤΟΥ ΔΙΟΚΛΕΟΥΣ ΤΥΡΜΕΔΟΥ (*b*)

Spon. *Itin. T.* 2. *p.* 472.

3. Incolae Γ῾βαδᾶς & Γ῾βάδαι dicti. Athenis prope Eccleſiam Sanctorum Apoſtolorum:

ΤΙΦΑΝΗΣ (*c*) ΠΥΘΙΩΝΟΣ ΤΒΑ
ΔΗΣ

Alia ibidem in Palatio Beninzeli:

ΑΡΤΕΜΩΝ
..ΣΩΠΤΡΟΥ
ΤΒΑΔΕΥΣ

Spon. *Itin. T.* 2. *p.* 473.

(*a*) In marmore ſcriptum eſt χεηΐῃ, & deinde ἐπ᾽ ἠερέως errore Quadratarii.

(*b*) Vir Cl. *Gorius*, qui hanc inſcriptionem poſt *Jac. Sponium* edidit, fatetur ſe neſcire τυρμέδου quid nominis ſit: ſeu potius is *Salvinius* eſt, cuius tunc memoria, ut videtur, exciderat, quid Harpocration, quid Sponius ipſe de Tyrmidis literis mandaverant. Cur aut τυρμέδου, pro τυρμίδου ſcriptum ſit, in cauſſa eſſe potuit vel ſculptoris oſcitantia, vel quod id nominis varie efferretur.

(*c*) Forte, Ἐπιφάνης. *Salvinius*.

Digitized by Google

ΥΔΡΟΥΣΑ. *HYDRVSA.*

Commemoratur etiam inter populos a Strabone lib. IX. Μεταξὺ δ' τ λεχθέντων δήμων μακρὰ ἄκρα πρώτη μετὰ τοὺς Αἰξωνέας Ζωστήρ. εἶτ' ἄλλη μετὰ Θορέας Ἀσυπάλαια. ὧν τ μὲν πρόκειται νῆσος Φαῦρα, τ δ' Ἐλεῦσα. κ καλὰ τοὺς Αἰξωνέας δ' ἐστὶν Ὑδροῦσα. *Inter dictos vero populos est longum promontorium primum post AExonenses Zoster. Dein aliud post Thorenses Astypalaea. Quorum uni obiacet insula Phaura, alteri vero Eleusa. Et ad AExonenses autem est Hydrusa.*

a ΥΜΗΤΤΟΣ. *HYMETTVS.*

Mons Hymettus geminus erat; unus maior, alter minor, Ἄνυδρος dictus. In minoris cava parte si conspecta esset nebula; aut aestate si in vertice maioris, item latere nubes alba; sive in minoris etiam, id prognosticon erat pluviae ab Athenienſibus habitum. Theophrastus de signis pluviae. Ὑμηττὸς ἐλάττων, Ἄνυδρος καλούμενος, ἐὰν τῷ κοίλῳ νεφέλιον ἔχῃ, ὕδατος σημεῖον. κ, ἐὰν, ὁ μέγας Ὑμηττὸς, τῷ ἤρους λόφους ἔχῃ νεφέλας, ἄνωθεν κ ἐκ πλαγίου, ὕδατος σημεῖον. κ, ἐὰν ὁ Ἄνυδρος Ὑμηττὸς λευκὰς ἔχῃ ἄνωθεν κ ἐκ πλαγίου, ὕδωρ σημαίνει. *Hymettus minor, qui Anydrus adpellatur, si in cava parte nebulam habeat, aquae signum est. Et si maior aestate albas habeat nubes cum in summo, tum in latere, aquae signum est. Item si Anydrus Hymettus albas habeat in fastigio, & in latere, aquam significat.* Quod si noctu etiam infra verticem nubes alba, & longa cinxisset, aliquot dierum pluvia praesignificari credita. Idem Theophrastus libro eodem non multo post: Τῆς δὲ νυκτὸς ὅταν τ Ὑμηττὸν κάτωθεν τ ἄκρων νεφέλη διαζώσῃ λευκὴ, καὶ μακρὰ, ὕδωρ γίνεται, ὡς τὰ πολλὰ μετρίων ἡμερῶν. *Noctu quum Hymettum infra verticem nubes cingit alba, & longa, pluvia plerumque est per aliquot dies.* Si hieme ei nubes longa incubuisset, id prognosticon acrioris tempestatis habitum. Idem Theophrastus lib. de signis tempestatis. Καὶ, ἐὰν χειμῶνος ὄντος νεφέλη μακρὰ ἐπὶ τ Ὑμηττὸν ᾖ, χειμῶνος ἐπίτασιν σημαίνει. *Et, si hiberno tempore longa nebula in Hymettum incumbat, tempestatem acriorem praesignificat.* Silva etiam nobilis erat, e qua trabes petebantur aedificiis. Inde Horatius lib. II. Od. XVIII. v. 3. &c.

Non trabes Hymettiae
Premunt recisas ultima columnas
Africa. ———

Item marmore, e quo columnae. Plinius lib. XXXVI. cap. III. *Primus L. Crassus orator peregrini marmoris columnas habuit in eodem*

a. Ignotae tribus. Commemoratur inter populos montanos a Strabone lib. IX. & Plinio lib. IV. cap. VII. Erat simulacrum illic Iovis Ὑμηττίου; & arae duae: una Iovis Ὀμβρίου, altera Apollinis Προσηίου. Pausanias in Atticis. Ἀθηναίοις δ τὰ ὄρη κ θεῶν ἀγάλματα ἔχει. Πεντέλησι μὲν Ἀθηνᾶς, ἐν Ὑμήττῳ δ ἄγαλμά ἐστιν Ὑμηττίου Διός. βωμοὶ δ κ Ὀμβρίου Διὸς κ Ἀπόλλωνός εἰσι Προσηίου. *Apud Athenienses etiam montes statuas Deorum habent. Pentele quidem Minervae, in Hymetto autem statua est Hymetti Iovis. Arae autem quoque Ombrii Iovis, & Apollinis Prospicientis exstant.* De simulacro hoc, arisque, intelligendus Hesychius. Ὑμήττιος Ἀπόλλων, ὁ ἐν Ὑμήττῳ τιμώμενος. Ὑμήττιος Ζεύς, παρὰ Ἀττικοῖς. *Hymettius Apollo, qui in Hymetto colitur. Hymettius Iupiter, apud Atticos.* De Iovis ara, tradit quoque Etymologici Auctor in Ἑπάκριος Ζεύς. Laudatissima illic apum pascua. Pausanias loco citato. Καὶ Ὑμήττιος, ὃς φύει νομὰς μελίτταις ἐπιτηδειοτάτας. *Et Hymettus, qui producit pascua apibus aptissima.* Strabo lib. IX. ὁ δ' Ὑμήττιος κ μέλι ἄριστον ποιεῖ. *Hymettus autem mel quoque optimum facit.* Mella Hymettia celebrantur passim. Marmor etiam Hymettium laudat Plinius lib. XXXVI. & Strabo loco citato. Athenienses olim etiam auri illic ramenta esse accepta fama, quae formicae pugnaces custodirent, cum armis egressi contra Athenienses, ubi frustra se esse vidissent, alter alterum deridentes, σὺ ἦς ὤου χρυσοχοήσειν, inquiebant: idque proverbii vicem postea obtinuit, in eos, qui frustra ex re aliqua divitias speraverant. Narrat Harpocration in χρυσοκοεῖον, istis verbis. ἔπεσέ τις φήμη ποτὲ εἰς τὸ πλῆθος τ Ἀθηναίων, ὡς ἐν Ὑμήττῳ χρυσῦ ψῆγμα πολὺ φανείη, κ φυλάττοιτο ὑπὸ τ μαχίμων μυρμήκων· οἱ δ ἀναλαμβάνοντες τὰ ὅπλα ἐξέθεον ἐπ' αὐτούς. ἄπρακτοι δ' ὑποστρέψαντες, κ μάτην κεκακοπαθηκότες, ἔσκωπτον ἀλλήλους λέγοντες· σὺ ἦς ὤου χρυσοχοήσειν; ὅπερ δηλοῖ, σὺ ἦς ὤου ψῆγμα πολὺ συλλέξας κ χρυσοχοήσας πλουτήσειν; *Incidit quidam rumor quondam in vulgus Atheniense, quasi multa in Hymetto auri ramenta apparuissent, & conservaretur ab pugnacibus formicis. Illi autem capientes arma excurrerunt contra ipsas. Infecta vero re reversi, & frustra mala passi, deridebant se invicem dicentes. Tu putabas te aurum fusurum? quod significat: Tu existimabas ramento multiplici congregato & auro fuso te divitem evasurum?* Totidem verbis Suidas, & Apostolius. Atque hinc irridet Athenienses Eubulus Comicus in Glauco, apud eumdem Harpocrationem.

Ἡμεῖς ποτ' ἄνδρας Κεκροπίδας ἐπείσαμεν
Λαβόντας εἰς Ὑμηττὸν ἐπελθεῖν ὅπλα,
Καὶ σὺ ἐπὶ μύρμηκας ἡμερῶν τριῶν,
Ὡς χρυσοτεύκτῳ ψήγματι πεφηνότι.
Nos quondam viris Cecropidis persuasimus,
Vt arripientes arma ad Hymettum exirent,
Et tu ad formicas trium dierum,
Velut aureo ramento conspecto.

Sed tertio versu certe mendum est. Nam quid illud? Καὶ σὺ ἐπὶ μύρμηκας. Dicam quod res est. Athenienses contra formicas Hymet-

dem palatio, Hymettias; tamen nec plures ſex, nec longiores duodenum pedum. Strabo lib. IX. Μαρμάρῳ δ' ἐστὶ τό τε Ὑμηττέως, καὶ τὸ Πεντελικῆς, κάλλιστα μέταλλα πλησίον τοῦ πόλεως. *Marmor Hymettium, & Pentelicum, pulcerrimum effoditur prope urbem.* Laudatiſſima quoque apum paſcua. Pauſanias in Atticis. Καὶ Ὑμηττὸς, δὲ φύει νόμας μελίτταις ἐπιηδειοτάτας. *Et Hymettus, qui producit pabula apibus quam aptiſſima.* Itaque & mel illic optimum. Strabo libro iam citato. Οὗ δὴ Ὑμηττὸς ἡ μέλι ἄριστον ποιεῖ. *Et Hymettus mel optimum facit.* Diophanes Geoponic. lib. XV. cap. VII. Ἄριστον μέλι, τὸ Ἀττικόν. καὶ τοῦ Ἀττικοῦ τὸ Ὑμήττιον. *Optimum mel eſt Atticum; & inter Atticum, Hymettium.* Ioannes Tzetzes Var. Hiſt. Chil. VII. c. XCIII.

Τῆς Ἀττικῆς τοῦ Ἀθηνῶν ὁ Ὑμηττὸς τὸ ὄρος
Μέλι γλυκὺ τὸ κάλλιστον μελίτων τοῦ ἁπάντων.
Athenarum in Attica mons Hymettus
Mel producit, inter mella omnia optimum.

Vide eumdem iterum Chil. XI. cap. CCCLXX. Solinus Polyſt. c. XIII. *Nec Atticos montes in partem tacebimus. Eſt Icarius, eſt Bryleſſus, eſt Lycabettus, eſt AEgialus; ſed Hymetto meritiſſimo attribuitur principatus: quod apprime florulentus, eximio mellis ſapore, & externos omnes, & ſuos vincit.* Martialis lib. XIII. epigr. CIII. cuius inſcriptio eſt, Mel Atticum:

Hoc tibi Theſei populatrix miſit Hymetti
Pallados a ſilvis nobile nectar apis.

Horatius lib. II. Od. VI. v. 14. &c.

Ille terrarum mihi praeter omnes
Angulus ridet, ubi non Hymetto
Mella decedunt. ———

Nonnus Dionyſiac. lib. XIII. v. 182. 183.

Οἱ λάχον Οἰνώνης γόνιμον πέδον, οἵ τε καρήνων
Γέτονας Ὑμήττοιο μελισσήνεας ἐναύλους.
Qui ſortiti fuerunt Oenones fertile ſolum,
quique iugis
Vicina Hymetti apibus frequentata ſtabula.

Inde nimirum Dulcis dicitur Val. Flacco lib. I. v. 397.

— In dulcem reges dimittit Hymettum.

Et Iuvenali Sat. XIII. v. 184. 185.

Chryſippus non dicet idem, nec mite Thaletis
Ingenium, dulcique ſenex vicinus Hymetto.

Hac de cauſa etiam mellatores illic admodum multi habitabant; qui manſere, quamquam vaſtatis Athenis. Syneſius ubi vaſtitatem Athenarum deplorat Epiſt. CXXXV. Αἱ δὴ Ἀθῆναι παλαι μὲν ἦν ἡ πόλις ἑσία σοφῶν. τὸ δὲ νῦν ἔχον, σεμνύνουσιν αὐτὰς οἱ μελιτουργοί. ταῦτ' ἄρα καὶ ἡ ξυνωρὶς τῶν σοφῶν Πλουταρχείων, οἵ τινες ἀ τῇ φήμῃ τῶν λόγων ἀγείρουσιν ἐν τοῖς θεάτροις τοὺς νέους, ἀλλὰ τοῖς ἐξ Ὑμηττοῦ σταμνίοις. *Athenae urbs, olim quidem ſapientum domicilium erat; ut nunc habet, mellatores eam honore afficiunt: idque biga ſapientum Plutarcheorum, qui non eruditionis fama iuvenes in theatris congregant, ſed mellis ex Hymetto urnis.* Nonnulli illic apes natas memorabant, Erichthonii regis tempore. Columella lib. IX. cap. II. *Sed ne illud quidem pertinet ad agricolas, quando, & in qua regione primum natae apes ſint; utrum in Theſſalia ſub Ariſteo; an in inſula Cea, ut ſcribit Euhemerus: an Erichthonii temporibus in monte Hymetto, ut Euthronus.* Abundabat autem floribus. Ecce in citatis iam Solini verbis. *Apprime florulentus, eximio mellis ſapore, & externos omnes, & ſuos vincit.* Valerius Flaccus lib. V. v. 343.

Florea per verni qualis iuga duxit Hymetti.

Ovidius delicias eius fuſe deſcribit de Arte lib. III. v. 687. &c.

Eſt prope purpureos colles florentis Hymetti
Fons ſacer, & viridi ceſpite mollis humus.
Silva nemus non alta facit; tegit arbutus herbam,
Roſmaris, & laurus, nigraque myrtus olent,
Nec denſum foliis buxum, fragileſque myricae,
Nec tenues cytiſi, cultaque pinus abeſt.
Lenibus impulſae Zephyris, auraque ſalubri,
Tot generum frondes, herbaque ſumma tremit.

Et gleba univerſa felix. Apuleius Mileſia I. *Hymettos Attica, & Iſthmos Ephyrea, & Taenaros Spartiaca, glebae felices.* Ac maxime thymum proferebat, ſilphiumque. Eubulus Glauco apud Pollucem lib. VI. cap. X.

Καὶ σίλφιον, θύμόν τε, τὸ Ὑμηττίων.
Ac ſilphium, thymumque, ex Hymettiis.

Ac de thymo clare etiam Valerius Maximus lib. I. cap. VI. *Apes non montem Hymettum, thymi flore redolentem: ſed Muſarum,*

---

mettias profecti, aurum ab illis vi ablaturi, arma cibumque in tres dies ſuffecturum ſecum tulerunt. Ergo reſcribendum.

Καὶ σῖτ' ἐπὶ μύρμηκας ἡμερῶν τριῶν.
Et cibum contra formicas trium dierum.

Abundat porro Hymettus ſerpyllo, unde & Athenienſes, ac Sicyonii, transferebant ad ſationem. Theophraſtus Hiſt. Plant. lib. VI. cap. VII. καὶ γὰρ ἕρπυλλός ἐστιν ἄγριος. ὃν κομίζοντες ἐκ τῶν ὀρῶν φυτεύουσι καὶ ἐν Σικυῶνι, καὶ Ἀθήνησιν, ἐκ τοῦ Ὑμήττου. *Eſt enim ſerpyllum ſilveſtre. Quod petentes ex montibus plantant & Sicyone, & Athenis, ex Hymetto.* Quem locum reſpexit Athenaeus lib. XV. quum inquit: τὸ δὲ ἕρπύλλου, φησὶ Θεόφραστος, τὴν ἄγριον κομίζοντες ἐκ τῶν ὀρῶν φυτεύουσιν ἐν Σικυῶνι, καὶ Ἀθήνησιν, ἐκ τοῦ Ὑμήττου. *Quod ad ſerpyllum, inquit Theophraſtus, ſylveſtre deportantes ex montibus plantant in Sicyone, & Athenis, ex Hymetto.* Ita recte locum illum legendum cenſet vir magnus, Iſaacus Caſaubonus; quum antea ederetur. ἐκ τῶν ἀγρῶν. Et thymus ſilphiumque illic laudabatur. Eubulus Glauco, apud Pollucem lib. VI. cap. X.

καὶ κάρδαμον Μιλήσιον, καὶ κρόμμυον
Σαμοθράκιον, καὶ καυλὸν ἐκ Καρχηδόνος,
καὶ σίλφιον θυμόν τε τὸ Ὑμηττίων·
Et naſturtium Mileſium, & caepa
Samothracia, & caulis e Carthagine,
Et ſilphium thymumque Hymettiorum.

Ita olim Meurſ. *in Pop. Att.*

Digitized by Google

rum Heliconios colles, omni genere doctrinae virentes, Dearum inſtinctu depaſtae. Laudat quoque thymum Hymettium Antiphanes apud Athenaeum lib. 1. Sed verſus ſunt corruptiſſimi. Ἀντιφάνης ϕησί.

Νάπυ Κύπρυ, καὶ Σκαμωνίας ὀπὸν,
Κάρδαμον Μιλήσιον, κρόμμυον Σαμοθράκιον,
Καυλὸν, ἐκ Καρχηδόνος, καὶ σίλφιον, θύμον Ὑμήττιον,
Ὀρίγανον Τενέδιον. ———

Reſtituo:

Καὶ σινάπυ Κύπρυ, καὶ Σκαμωνίας ὀπὸν,
Καὶ κάρδαμον Μιλήσιον, καὶ κρόμμυον
Σαμοθράκιον, καὶ καυλὸν ἐκ Καρχηδόνος,
Καὶ σίλφιον, θύμόν τε, τὸ Ὑμηττίων,
Ὀρίγανον Τενέδιον. ———

Et ſinapi Cypri, & Scamoniae ſuccum,
Et Naſturtium Mileſium, & caepa
Samothracia, & caulis e Carthagine,
Et ſilphium, thymumque, ex Hymettis,
Origanum Tenedium. ———

Sunt illi ipſi Eubuli verſus, quos e Glauco eius profert Iul. Pollux lib. vi. cap. x. Athenaeus delinquente heic memoria, pro Eubulo Antiphanem laudat; & librarii verſus Comici peſſime ſane habuerunt. Vt vero Valerius Maximus, *Hymettum thymi flore redolentem*, ita *Olentem* Statius ſimpliciter dixit Theb. lib. xii. verſ. 632.

Venit atrox Alaeus, & olentis arator Hymetti.

Propter thymum autem, e quo partim mel ſuum petebant apes, muſca ei nulla inſidere ſolita. Ioannes Tzetz Var. Hiſt. Chil. vii. cap. xciii. v: 4. 5.

Μυῖα ἐκ ἐπικάθηται μέλιτι Ὑμηττίῳ,
Ἐκ θύμου γαρ αἱ μέλισσαι τοῦτο κηροποιοῦσιν.
Muſca non inſidet melli Hymettio,
Quia hoc e thymo apes in favis faciunt.

Theodorus Metochita Hiſt. lib. 1. Τὴν μυῖαν Ἀττικῷ μέλιτι μὴ ἐπικαθῆσθαι φασί. θύμου γὰρ καὶ τὴν Ἀττικὴν κομῶσάν ἐστι θεάσασθαι, οἷς ἐφιζάνουσιν Ἀττικαὶ συχνότερον μέλισσαι· Ἐντεῦθεν καὶ δριμυτέραν τὸ μέλι ἔχειν τὴν ὀσφρησιν· διὸ, καθάπερ ἱερῷ λίνῳ, Ἀττικῷ μυῖα οὐκ ἐπικάθηται μέλιτι, περιβομβοῦσα μέν, ὅμως ἀτέργει Ἀττικῆς μελίσσης πόνους λῃζεσθαι. *Muſcam aiunt Attico melli non inſidere. Thymo enim florentem Atticam eſt videre, cui ut plurimum apes Atticae inſident, unde & mel acriorem odorem habet: qua de cauſa muſca quoque melli Attico, veluti ſacro, minime inſidet. Circumſtrepit quidem, tamen Apis Atticae opera populari prohibetur.* Quin ſerpyllum etiam ibi plurimum erat; & Athenienſes inde, ac Sicyonii transferebant. Theophraſtus Hiſt. Plant. lib. vi. cap. vii. Καὶ γὰρ ἕρπυλλός ἐστιν ἄγριος· ὃν κομίζοντες ἐκ τῶν ὀρῶν φυτεύουσι καὶ ἐν Σικυῶνι, καὶ Ἀθήνησιν, ἐκ τοῦ Ὑμηττοῦ. *Eſt enim & ſerpyllum agreſte, quod ex montibus petitum plantant partim Sicyone, partem Athenis, ex Hymetto.* Quem locum reſpexit Athenaeus lib. xv. Τῆς δὲ ἑρπύλλου, ϕησὶ Θεόϕραστος, τὴν ἄγριον κομίζοντες ἐκ τῶν ὀρῶν, φυτεύουσιν ἐν Σικυῶνι, καὶ Ἀθήνησιν, ἐκ τοῦ Ὑμηττοῦ. *Ex ſerpyllo vero agreſte, uti auctor Theophraſtus, ex montibus adferentes, plantant Sicyone, & Athenis ex Hymetto.* Praeterea mugil quoque Hymettius laudabatur. Athenaeus ex Antiphanis Cyclope lib. vii. Ἀντιφάνης, ἐν Κύκλωπι, ὑπεραρκονλίζων τινὰ τένθλιν Ἀρχέστρατόν, ϕησίν·

Ἔγω δ' ἡμῖν κεστρεύς Ὑμήττιος. ——

Antiphanes in Cyclope exſuperans lurconem Archeſtratum, inquit.

Sit nobis mugil Hymettius. ——

Olim quoque Athenienſes, accepta fama, auri heic ramenta eſſe, quae formicae bellatrices cuſtodirent, cum armis egreſſi contra Hymettios, ubi fruſtra ſeſe eſſe intelligerent, revertentes, alter alteri per irriſum, Σὺ ἦθα χρυσοχοήσειν, inquiebant. Et proverbii illud vicem poſt obtinuit; uſurpari in illos ſolitum, qui divitias alicunde temere aliquas ſperaviſſent. Narrat Harpocration in χρυσοχοεῖν, iſtis verbis. Ἔπεσέ τις ϕήμη ποτὲ εἰς τὸ πλῆθος τῶν Ἀθηναίων, ὡς ἐν Ὑμηττῷ χρυσοῦ ψῆγμα πολὺ ϕανείη, καὶ ϕυλάττοιτο ὑπὸ τῶν μαχίμων μυρμήκων· οἱ δὲ, ἀναλαμβάνοντες τὰ ὅπλα, ἐξέθεσαν ἐπ' αὐτούς. ἄπρακτοι δ' ὑποστρέψαντες, καὶ μάτην κεκακοπαθηκότες, ἔσκωπτον ἀλλήλους, λέγοντες· σὺ δὲ ἦθα χρυσοχοήσειν; ὅπερ δηλοῖ, σὺ δὲ ἦθα ψῆγμα πολὺ συλλέξας, καὶ χρυσοχοήσας, πλουτῆσαι; *Olim rumor quidam in vulgus Athenienſium percrebuit, in Hymetto multa auri ramenta conſpecta fuiſſe, eaque a formicis pugnacibus cuſtodiri. Qua de cauſa, quum correptis illi armis contra eos excurriſſent, & infecta re redirent, fruſtra mala multa paſſi, ſeſe mutuo deridebant, inquientes; Tu putabas aurum te fuſurum eſſe? id eſt, Tu te exiſtimabas, collecto multo auri ramento, eoque fuſo, divitem futurum eſſe?* Habes hiſtoriam totidem verbis apud Suidam, & Apoſtolium. Atque hinc irridet Athenienſes Eubulus Comicus in Glauco, apud eumdem Harpocrationem in citato ſtatim loco:

Ἡμᾶς ποτ' ἄνδρας Κεκροπίδας ἐπείσαμεν
Λακώνας εἰς Ὑμηττὸν ἐξελθεῖν ὅπλα,
Καὶ σὺ ἐπὶ μύρμηκας ἡμερῶν τριῶν.
Ὡς χρυσοτεύκτου ψήγματος πεφλυάρεις.
Nos olim viris Cecropidis perſuaſimus,
Vt, arma capientes, in Hymettum exirent,
Et tu in formicas trium dierum,
Tamquam ex auro ramento conſpecto.

Sed tertio certe verſu mendum eſt. Dicam, quod res eſt. Athenienſes contra formicas Hymettias profecti, aurum illis erepturi, arma, cibumque, in tres dies ſuffecturum, adſumſere. Ergo reſcribendum omnino:

Καὶ σῖτ' ἐπὶ μύρμηκας ἡμερῶν τριῶν.
Et cibum in formicas trium dierum.

Viſebatur porro ibidem ſimulacrum Iovis, τοῦ Ὑμηττίου cognomento; & arae duae: una, Iovis, τοῦ Ὀμβρίου; altera Apollinis τοῦ Προοψίου. Pauſanias in Atticis. Ἀθηναίοις δὲ τὰ ὄρη καὶ θεῶν ἀγάλματα ἔχει. Πεντελῆτι μὲν, Ἀθηνᾶς· ἐν Ὑμηττῷ δὲ, ἄγαλμά ἐστιν Ὑμηττίου Διός. βωμοὶ δὲ καὶ Ὀμβρίου Διός, καὶ Ἀπόλλωνός εἰσι Προοψίου. *Apud Athenienſes etiam montes ſimulacra Deorum habent. Pentele, Minervae; in Hymetto ſignum Iovis eſt Hymettii; ſunt & arae, Iovis Ombrii, & Apollinis Proopſii.* Sed Proopſium Apollinem, Hymettium Heſychius vocare videtur, qui Hymettii quoque Iovis mentionem nobis facit: Ὑμήττιος·

Ἀπόλλων, ὁ ἐν Ὑμηττῷ τιμώμενος. Ὑμήττιος Ζεὺς, παρὰ Ἀττικοῖς. *Hymettius Apollo, qui in Hymetto colebatur. Hymettius Iupiter, apud Atticos.* De Iovis ara, in Hymetto monte ſtructa, Etymologici quoque Auctor in Ἐπάκριος Ζεύς. Ἐπ' ἄκρας γὰρ τῶν ὀρῶν ἱδρύοντο βωμοὺς τῷ Διΐ, οἷον τῷ Ὑμηττίῳ. *In ſummo montium, ut Hymetti, aras Iovi exſtruxerunt.* Ac Minervae quoque illic, uti Vrbis, Atticaeque univerſae ſpeciatim Dea tutelaris erat. Sidonius Carm. IX.

Non Divos, ſpecialibus faventes
Agris, urbibus, inſuliſve, canto;
Saturnum Latio, Iovemque Cretae,
Iunonemque Samo, Rhodoque Solem,
Ennae Perſephonem, Minervam Hymetto.

Iuxta Hymettum locus erat, Κύλλης πήρα, appellatus; in quo Veneris templum, & fons: e quo, quae bibiſſent feminae, uterum ferentes, faciles poſtea partus habebant: quaeque ſteriles, etiam foecundae fiebant. Suidas. Κύλλης πήρας. ἡ Πήρα χωρίον πρὸς τῷ Ὑμηττῷ, ἐν ᾧ ἱερὸν Ἀφροδίτης, καὶ κρήνη· ἐξ ἧς αἱ πιοῦσαι, εὐτοκοῦσι· καὶ αἱ ἄγονοι, γόνιμοι γίνονται. *Cylli Peram. Pera, locus eſt prope Hymettum; in quo Veneris templum, & fons: ex quo feminae, quae bibiſſent, faciles partus habebant: quaeque ſteriles eſſent, foecundae fiebant.* Meminit in partem, de ſterilibus, Appendix Vaticana Proverbiorum viri inſignis, Andreae Schotti Cent. II. Proverb. XXXVIII. Fontis mentio exſtat etiam apud Ovidium in citato ante loco lib. III. de Arte v. 187.

Eſt prope purpureos colles florentis Hymetti
Fons ſacer. ——

Olim autem hic Pelaſgis aſſignata habitatio, pro mercede impenſae operae inſtuendo Arcis muro. Obſervare eſt apud Herodotum lib. VI. cap. XXXVII. Ἐπεί τε γὰρ ἰδεῖν τοὺς Ἀθηναίους τὴν χώρην, αὐτοῖσι, ὑπὸ τὸ Ὑμηττὸν, ἔθεσαν, (de Pelaſgis eiectis loquitur) ἔδοσαν οἰκῆσαι, μισθὸν τοῦ τείχεος, τοῦ περὶ τὴν ἀκρόπολίν ποτε ἐληλαμένου. *Quum viderent Athenienſes regionem, quae ſub Hymetto erat, quam dederunt illis (Pelaſgis) habitandam mercedem muri circum arcem ducti.* Ἐξέβαλον τοὺς μὲν Πελασγοὺς ἐς Ἀθήνας, ἀφ' ὧν ἐκλήθη μέρος τι τῆς Πόλεως Πελασγικόν. ᾤκησαν δὲ ὑπὸ τῷ Ὑμήττῳ. *Pelaſgos eiectos Athenas compulerunt; de quibus & pars quaedam Vrbis dicta eſt Pelaſgicum. Habitarunt vero ſub Hymetto.* Et murus Vrbis, qua Hymettum ſpectabat, lateritius erat. Vitruvius lib. II. *Nonnullis civitatibus publica opera, & privatas domos, etiam regias, e latere ſtructas licet videre; & primum Athenis murum, qui ſpectat ad Hymettum montem.* Plinius lib. XXXV. cap. XIV. *Graeci, praeterquam ubi e ſilice fieri poterat ſtructura, parietes lateritios praetulere; ſunt enim aeterni, ſi ad perpendiculum fiant: ideo & ad publica opera, & regias domos, adduntur. Sic ſtruxere murum Athenis, qui ad Hymettum montem ſpectat.* R. A.

ΥΣΙΑΙ. *HYSIAE.*

Meminit Herodotus lib. V. cap. LXXIV. Κλεομένης τε δὴ σόλῳ μεγάλῳ ἐσέβαλε ἐς τὴν Ἐλευσῖνα, καὶ οἱ Βοιωτοὶ ἀπὸ συνθήματος Οἰνόην αἱρέουσι, καὶ Ὑσίας, δήμους ἐσχάτους τῆς Ἀττικῆς. *Cleomenes vero claſſe ingenti irruit in Eleuſina, & Boeoti ex compoſito Oenoen capiunt, & Hyſias, populos ultimos Atticae.*

ΦΑΛΗΡΟΝ. *PHALERVM.*

Stephanus. Φαληρὸν, δῆμος καὶ ἐπίνειον τῆς Ἀττικῆς. *Phalerum populus, & navale Atticae.* Erat autem tribus Antiochidis. Harpocration. Φαληρὸν, δῆμος τῆς Αἰγηιδος. ἀφ' οὗ ὁ δημότης Φαληρεύς. *Phalerum, populus Antiochidis. A quo popularis Phalerenſis.* Corrigendus eſt Suidas, apud quem male editur, Φάληροι, δῆμος τ. Α'. Multa paſſim eius populi mentio. Hoc antiquiſſimum Athenienſium navale, quia proximum illis mare Athenis; & inde Meneſtheus cum aliquot navibus Troiam, atque ante illum etiam Theſeus in Cretam ſolvit. Pauſanias Atticis. Φαληρὸν δὲ, ταύτῃ γὰρ ἐλάχιστον τῆς πόλεως ἀπέχει θάλασσα, τοῦτο σφίσιν ἐπίνειον ἦν· καὶ Μενεσθέα φασὶν αὐτόθεν ταῖς ναυσὶν ἐς Τροίαν ἀναχθῆναι, καὶ τούτου πρότερον Θησέα δώτειλαι Μίνῳ δίκας τοῦ Ἀνδρόγεω τελευτῆς. *Phalerum vero, ibi enim ut minimum abeſt ab urbe mare, illis navale fuit. Et Meneſtheum inquiunt inde navibus ad Troiam ſolviſſe, & ante illum Theſeum Minoi poenas ob Androgei mortem.* Hic oriebatur fons Clepſydra. Heſychius. Κλεψύδρα, κρήνη, ἥτις τὸ πρότερον Ἐμπεδὼ προσηγορεύετο. σημαίνει δὲ καὶ τὸ σκεῦος. ἔχει δὲ τὰς ῥύσεις ἀνατελλούσας ἐς τὸ Φαληρέων δῆμον. *Clepſydra, fons prius Empedo vocabatur. Significat autem quoque vas. Habet vero ductus ſcaturientes in Phalerenſem populum.* Habebat templum Cereris, & Minervae Sciradis; (a) atque non longe inde, etiam Iovis: tum aram ibidem Deorum ignotorum (b), Heroum, Theſei filiorum, Phaleri Argonautae, a quo nomen, & Androgei Minois filii. Pauſanias ibidem. ἔστι δὲ καὶ ἄλλος Ἀθηναίοις, ὁ μὲν ἐπὶ Μουνυχίᾳ λιμνὴν, καὶ Μουνυχίας ναὸς Ἀρτέμιδος· ὁ δὲ ἐπὶ Φαλήρῳ, καθὰ καὶ πρότερον εἰρηταί μοι, καὶ πρὸς αὐτῷ Δέμητρος ἱερόν. ἐνταῦθα καὶ Σκιράδος Ἀθηνᾶς ναός ἐστι, καὶ Διὸς ἀπωτέρω. βωμοὶ δὲ θεῶν τε ὀνομαζομένων ἀγνώστων, καὶ ἡρώων, καὶ παίδων τοῦ Θησέως, καὶ Φαλήρου. τοῦτον γὰρ τὸν Φαληρὸν Ἀθηναῖοι πλεῦσαι μετὰ Ἰάσονος φασιν ἐς Κόλχους. ἔστι δὲ καὶ Ἀνδρόγεω βωμὸς τοῦ Μίνω, καλεῖται δὲ ἥρως. *Eſt & alius Athenienſibus, alius quidem in Munychia portu.*

(a) Vide ſuperius in *Sciron*.

(b) Aras Ignoto Deo ſacrae meminit Paulus Apoſtolus apud *Lucam Act. Cap.* XVII. *Hieronymus* tamen *in Epiſt. ad Tit. Cap.* I. ita ſcriptum reliquit: Inſcriptio aras non ita erat, ut Paulus adſeruit, ſed ita: *Diis Aſiae, & Europae, & Africae, Diis ignotis & peregrinis. Verum quia Paulus non pluribus indigebat diis, ſed uno tantum ignoto Deo, ſingulari verbo uſus eſt; ut doceret illum ſuum eſſe Deum, quem Athenienſes in arae titulo praenotaſſent. Philoſtratus, & Pauſanias*, qui hic a Meurſio producitur, Deorum ignotorum Aras Athenis fuiſſe memoriae produnt Sed quid ſentiendum ſit de Pauli adſertione videatur apud eruditiſſimum *Calmetium in Diſſertatione ad hunc Actorum locum*. Vide etiam *Sponii, Ignotorum Deorum Aras*.

Digitized by Google

portus, & templum Munychiae Dianae. Qui vero in Phalero, de quo prius mihi dictum, illic est Cereris sacrarium. Ibi quoque Sciradis Minervae templum est, & Iovis paulo longius. Arae autem Deorum qui vocantur ignoti, & Heroum, & filiorum Thesei, & Phaleri. Hunc enim Phalerum Athenienses navigasse dicunt cum Iasone in Colchos. Est & Androgei ara filii Minois, vocatur autem herois. Ac Cereris quidem templi ibi loci meminit iterum in Phocicis. Aberat Athenis stadiis xx. observo apud eumdem in Arcadicis: Ἀθηναίοις μὲν δὴ σταδίους μάλιστα εἴκοσιν ἀφέστηκε τῆς πόλεως ἡ πρὸς Φαλήρῳ θάλασσα. *Athenienſibus quidem ſtadia admodum viginti aberat ab urbe mare ad Phalerum.* Laudatae autem illic braſſicae. Heſychius. Φαληρικαί, αἱ ῥάφανοι, ἀπὸ τῆς Ἀττικῆς. *Phalericae, Braſſicae, ab Attica.* Dicit autem Φαληρικὰς adpellatas braſſicas a Phalero Atticae propter diſcrimen: nam & alia eius nominis loca erant, ut ex Stephano eſt cognoſcere. Atque hinc oriundus ille Demetrius, inde Phalereus dictus, cuius vitam deſcribit Diogenes Laertius lib. v.

ΦΑΡΜΑΚΥΣΑΙ. *PHARMACYSAE.*

Videtur inter populos recenſere Strabo lib. Erant duae inſulae, inter Amphialem, & Corydalum, in quarum maiore oſtendebatur monumentum Circes. Strabo loco citato. Ἐνταῦθά ἐστι καὶ Φαρμακοῦσαι δύο νησία, ὧν τῷ μείζονι Κίρκης τάφος δείκνυται. *Ibi autem ſunt etiam Pharmacuſae duae inſulae, in quarum maiore Circes monumentum oſtenditur.* 2

ΦΑΥΡΑ. *PHAVRA.*

De tribu non liquet. Commemoratur a Strabone lib. ix.

ΦΗΓΑΙΑ. *PHEGAEA.* AEgeidis, vel AEantidis.

Incertae tribus. Sunt qui AEgeidi adſcribant. Stephanus. Φηγαία, δῆμος τῆς Αἰγηίδος φυλῆς. *Phegaea, populus AEgeidis tribus.* Heſychius. Φηγαιεὺς, δῆμος Αἰγηίδος. *Phegaeenſis, populus AEgeidis.* Alii ad AEantidem referunt. Suidas. Φηγαιεῦσι, δήμου τῆς Αἰαντίδος. *Phegaeenſibus, populus AEantidis.* Etymologici Auctor. Φηγαιεῦσι, δήμου τῆς Αἰαντίδος φυλῆς. *Phegaeenſibus, populus AEantidis tribus.* Emendandus Harpocration. Φηγαιεῦσι. Μυσίας ἐν τῷ περὶ τῶν ἰδίων εὐεργεσιῶν Φηγαιεὺς, δήμου τῆς Αἰαντίδος, ὡς φησι Διόδωρος. *Phegaeenſibus. Lyſias in oratione de propriis beneficiis. Phegaeenſis, populus AEantidis, ut inquit Diodorus.* Perperam hodie editur, Φυγαιεῦσι, & Φυγαίης. Item Plutarchus in Alcibiade. καὶ ὀνομάζουσι αὐτὸν μὲν ἱεροφάντην, Πολυτίωνα δὲ δᾳδοῦχον, κήρυκα δὲ Θεόδωρον Φηγαιέα. *Et quum vocaſſet ipſum quidem hierophantam, Polytionem vero facis portatorem, praeconem autem Theodorum Phegaeenſem.* Hodie editur. Θ. Φυγεία. Erat & altera

ΦΗΓΑΙΑ. *PHEGAEA.* Pandionidis.

Stephanus. Ἔστι καὶ ἄλλος δῆμος τῆς Πανδιονίδος φυλῆς, οἱ Φηγαιεῖς. *Eſt & alius populus Pandionidis tribus, Phegaeenſes.* 3

ΦΗΓΟΥΣ. *PHEGVS.*

Erechtheidis tribus. Etymologici Auctor. Φηγοῦς, δῆμος τῆς Ἐρεχθηίδος. *Phegus, populus Erechtheidis.* Stephanus. Φηγοῦς, δῆμος Ἐρεχθηίδος φυλῆς. *Phegus, populus Erechtheidis tribus.* Harpocration. Φηγούσιον. Λυσίας ἐν τῷ περὶ τοῦ βατράχων φόνου. Φηγοῦς, δῆμος τῆς Ἐρεχθηίδος. *Phegusium. Lyſias in oratione de ranarum caede. Phegus, populus Erechtheidis.* Suidas. Φηγοῦς, δῆμος τῆς Ἐρεχθηίδος. Φηγούσιον. Λυσίας ἐν τῷ περὶ βατράχων φόνου. τὸ ἐκ Φηγοῦντος δήμου. *Phegus, populus Erechtheidis. Phegusium. Lyſias in oratione de ranarum caede. quod eſt ex Phegunte populo.* Sed corrigendum apud Harpocrationem, περὶ τοῦ Βατράχου φόνου. *De Batrachi caede.* apud Suidam. περὶ Βατράχου φόνου. *De Batrachi caede.* τὸ ἐκ Φ. δ. Erat enim viri nomen ſceleratiſſimi Batrachus, cuius mentio iterum apud eumdem Lyſiam Orat. ὑπὲρ Καλλίου. & κατὰ Ἐρατοσθένους.

ΦΙΛΑΙΔΑΙ. *PHILAEDAE.*

Tribus AEgeidis. Nomen habet a Philaeo filio Aiacis ex Lyſide Coroni Lapithae filia. Stephanus. Φιλαίδαι, δῆμος τῆς Αἰγηίδος φυλῆς ἀπὸ Φιλαίου τοῦ Αἴαντος υἱοῦ, καὶ Λυτίδης, τῆς Κορωνοῦ τοῦ Λαπίθου. *Philaedae, populus AEgeidis tribus, a Philaeo Aiacis filio, & Lyſidae, Coroni Lapithae filiae.* Elegans hac de re locus eſt apud Plutarchum in Solone. Αὐτοὶ δ' Ἀθηναῖοι ταῦτα μὲν οἴονται φλυαρίαν εἶναι. τὸν δὲ Σόλωνά φασιν ἀποδεῖξαι τοῖς δικασταῖς ὅτι Φιλαίου καὶ Εὐρυσάκης Αἴαντος υἱοὶ, Ἀθήνησι πολιτείας μεταλαβόντες, παρέδοσαν τὴν νῆσον αὐτοῖς, καὶ κατῴκησαν, ὁ μὲν ἐν Βραυρῶνι τῆς Ἀττικῆς, ὁ δὲ ἐν Μελίτῃ. καὶ δῆμον ἐπώνυμον Φιλαίου τὸν Φιλαίδων ἔχουσιν, ὅθεν ἦν Πεισίστρατος. *Ipſi autem Athenienſes illa quidem putabant vanitatem eſſe: Solonem vero dicebant indicaſſe iudicibus, Philaeum, & Euryſacen Aiacis filios, Athenis civitatem adeptos, tradidiſſe inſulam ipſis, & habitaviſſe, alterum*

---

1. Apud Harpocrationem adſcribitur Antiochidae tribui, ſed in inſcriptione veteri AEantidae. Spon. *Itin. T.* 2. *p.* 475.

2. Sunt duae inſulae; maior, ſi non fallor, vocatur nunc Hagios Georgios, minor vero Sarpedona. Incultae ſunt, nec puto olim fuiſſe habitatas, aut inter pagos Atticos numeratas unquam fuiſſe, quemadmodum Meurſius vult, ſicut nec Φαῦρα, cuius quidem mentio eſt apud Strabonem, ſed non ſcribit fuiſſe pagum Atticum. Spon. *Itin. T.* 2. *p.* 475.

3. In inſcriptione veteri tribuitur tribui Hadrianidae. Spon. *Itin. T.* 2. *p.* 476.

Digitized by Google

terum quidem in Braurone Atticae, alterum Aixone in Melite. Et populum cognominatum a Philaeo Philaidarum habent, unde erat Pisistratus. Meminit Herodotus lib. VI. c. XXXV. τὰ δὲ νεώτερα, Ἀθηναῖοι, Φιλαίῳ τῷ Αἴαντος παιδὸς γενομένῳ πρώτῳ τῆς οἰκίης ταύτης Ἀθηναίῳ. *Nuper vero, Athenienſis, Philaeo Aiacis filio facto primo illius familiae Athenienſi.* Emendandus Suidas in ἄρκτος. ἐπῆλθε ἄρκτος ἀγρία ἐπιφοιτῶσα διέτριβεν ἐν τῷ δήμῳ Φιλαϊδῶν. *Poſtquam urſa ſilveſtris ſuperveniens manſit in populo Philaidarum.* Non recte editur, ἐν τῷ δήμῳ Φλαυιδῶν. In hoc populo natus Piſiſtratus, ut eſt videre in citatis Plutarchi verbis. Erat praeterea, ne quis confundat, familia Athenis eodem cum hoc populo nomine. Ex hac Epicurus. Diogenes Laertius in eius vita lib. X. cap. I. Ἐπίκουρος Νεοκλέους καὶ Χαιρεστράτης, Ἀθηναῖος, τὸν δῆμον Γαργήττιος, γένους τῶν ἀπὸ Φιλαϊδῶν, ὥς φησι Μητρόδωρος ἐν τῷ περὶ εὐγενείας. *Epicurus Neoclis, & Chaereſtratae filius, Athenienſis, quod ad populum Gargettius, quod ad familiam ex Philaidis, ut inquit Metrodorus in libro de nobilitate.* Reſtituendum nomen apud Etymologici Auctorem. Φιλαΐδαι, γένος Ἀθήνησιν. *Philaidae, familia Athenis.* Male editur. Φιαλεῖδαι. 1

ΦΛΥΑ. *PHLYA.*

Ita verum populi huius nomen eſſe analogia evincit. Inde enim popularis, Φλυεύς. Adverbia, Φλύαθεν, Φλύασε, Φλυῇσι. Habes apud Stephanum. Φλυᾶς, δῆμος τῆς Κεκροπίδος φυλῆς. ὁ δημότης, Φλυεὺς. καὶ, Φλυῆθεν. τὰ τοπικὰ, Φλύαθεν, Φλύασε, Φλυῇσι. *Phlyenſes, populus Cecropidis tribus. Popularis Phlyenſis. Et a Phlye. Localia, e, ad, in Phlyenſibus.* Ergo corrigendus Harpocration, apud quem ſcribitur Φλυέα; & Suidas, apud quem, Φλυία. Erat autem Cecropidis tribus, ut patet ex Auctoribus citatis. Heſychius Ptolemaidi adſcribit. Φλυεῖς, δῆμος τῆς Πτολεμαΐδος φυλῆς. *Phlyenſes, populus Ptolemaidis tribus.* Ex hoc populo oriundus Euripides. Harpocration. Φλυεῖς, δῆμος τῆς Κεκροπίδος. ἐκ τούτου δὲ τοῦ δήμου ἦν Εὐριπίδης, ὁ τῆς τραγῳδίας ποιητής. *Phlyenſes, populus Cecropidis Ex illo autem populo erat Euripides, tragoediae poeta.* Quae totidem verbis Suidas. Sacrarium illic Lycomidarum commune, quod incenſum a Barbaris Themiſtocles inſtauravit, & picturis exornavit. Plutarchus in eius vita. ὅτι μέντοι τῶν Λυκομιδῶν γένους μετεῖχε, δῆλόν ἐστι. τὸ γὰρ Φλυῇσι τελεστήριον, ὅπερ ἦν Λυκομιδῶν κοινόν, ἐμπρησθὲν ὑπὸ τῶν Βαρβάρων, αὐτὸς ἐτεσκεύασε, καὶ γραφαῖς ἐκόσμησεν, ὡς Σιμωνίδης ἱστόρηκεν. *Quod quidem e genere Lycomidarum fuerit, manifeſtum eſt. Sacrarium enim, quod eſt Phlyis, quod erat Lycomidarum commune, incenſum a Barbaris, ipſe inſtauravit, & picturis exornavit, ut Simonides narravit.* Et duo ibidem templa; in quorum uno arae Apollinis Διονυσοδότου, Dianae Σελασφόρου, Bacchi Ἀνθίου, Nympharum Ἰσμηνίδων, & Telluris, quam Magnam Deam adpellabant; in altero arae Cereris Ἀνησιδώρας, Iovis Κτησίου, Minervae Τιθρωνῆς, Proſerpinae Πρωτογόνης, & Eumenidum, quae Σεμναὶ θεαὶ nuncupabantur. Pauſanias Atticis. Φλυεῦσι δέ εἰσι καὶ Μυρρινουσίοις, τοῖς μὲν Ἀπόλλωνος Διονυσοδότου καὶ Ἀρτέμιδος Σελασφόρου βωμοὶ, Διονύσου τε Ἀνθίου, καὶ Νυμφῶν Ἰσμηνίδων, καὶ Γῆς, ἣν μεγάλην θεὸν ὀνομάζουσιν. Ναὸς δὲ ἕτερος ἔχει βωμοὺς Δήμητρος Ἀνησιδώρας, Διὸς Κτησίου, καὶ Τιθρωνῆς Ἀθηνᾶς, καὶ Κόρης Πρωτογόνης, καὶ Σεμνῶν ὀνομαζομένων θεῶν. Τὸ δὲ ἐν Μυρρινοῦντι ξόανόν, ἐστι Κολαινίδος. *Apud Phlyenſes autem ſunt, & apud Myrrhinuſios, illis quidem Apollinis Dionyſodoti, & Dianae Luciferae arae, Bacchi quoque Floridi, & Nympharum Iſmenidum, & Telluris, quam magnam Deam vocant. Alterum vero fanum habet arus Cereris Aneſidorae, Iovis Cteſii, & Tithrones Minervae, & Proſerpinae Primigeniae, & Severarum, quae ita dictae, dearum. In Myrrhinunte autem ſtatua eſt Colaenidis.* 2

ΦΟΡΜΙΣΙΟΙ. *PHORMISII.*

De tribu non conſtat. Meminit eius populi Dinarchus Orat. in Demoſthenem. Ἀλλὰ ταυτὶ τὰ μικρὸν πρὸ τῆς ἡμετέρας ἡλικίας γεγενημένα ὑπὸ Κεφάλου τοῦ ῥήτορος, καὶ Θράσωνος τοῦ Ἐρχιέως, καὶ Ἡλιοδώρου Φορμισίου, καὶ ἑτέρων ἀνδρῶν ἀγαθῶν. *Verum ibi brevi ante noſtram aetatem facta a Cephalo rhetore, & Thraſone Erchienſe, & Heliodoro Phormiſio, & ab aliis viris bonis.*

ΦΡΕΑΡΟΙ. *PHREARI.*

Tribus Leontidis. Nomen habet ab heroe Phrearo. Stephanus. Φρεάρριοι, δῆμος Ἀθήνησι τῆς Λεοντίδος φυλῆς. ἀπὸ Φρεάρρου Ἀθηναίου ἐπισήμου ἥρωος· ὁ δημότης, Φρεαρρίος. *Phrearrhi, populus Athenis, Leontidis tribus, a Phrearo Athenis celebri heroe. Popularis, Phrearrhius.* Sed ſcribendum. Φρεάροι; & Φρεάριος. Heſy-

---

1. Aiunt fuiſſe tribus AEgeidae, verum in inſcriptione tredecim tribuum adcenſetur Oeneidae. Athenis apud fratrem Capitanaki:

ΛΙΓΗΙΣ ΑΝΔΡΩΝ ΕΝΙΚΑ
ΕΥΑΓΙΔΗΣ ΚΤΗΣΙΟΥ ΦΙΛΙΔΗΣ
ΕΧΟΡΗΓΕΙ
ΛΥΣΙΜΑΧΙΔΗΣ ΕΠΙΔΑΜΝΙΟΣ
ΗΥΑΕΙ
ΧΑΡΙΛΑΟΣ ΛΟΚΡΟΣ ΕΔΙΔΑΣΚΕ
ΕΥΘΥΚΡΙΤΟΣ ΗΡΧΕΝ.

Spon. *Itin. Tom.* 2. *pag.* 477.

2. Servat illud nomen vicus, qui ſitus eſt inter flumen, nunc Rafty, & Sunium, nunc Columnae promontorium. Athenis in Eccleſia Sanctorum Apoſtolorum:

ΣΕΛΕΥΚΟΣ
ΞΕΝΩΝΟΣ
ΦΛΥΕΥΣ

Spon. *Itin. Tom.* 2. *pag.* 478. (a)

(a) Vide ſuperius inſcriptionem, quae in τριπόρυθον producta eſt.

Digitized by Google

ſychius. Φρεάριοι, δῆμος τῆς Λεοντίδος φυλῆς. *Phrearii, populus Leontidis tribus.* Plutarchus in Themiſtocle. πατρὸς γὰρ ἦν Νεοκλέους, οὐ πάνυ ἀγαν ἐπιφανῶν Ἀθήνησι, Φρεαρίου τ' δῆμον, ἐκ τῆς Λεοντίδος φυλῆς. *Patre enim erat Neocle, non ex valde nobilibus Athenis, Phreario quod ad populum, ex Leontide tribu.* Neque aliter ſcribitur apud Harpocrationem, Suidam, Etymologici Auctorem, & Oratores. 1

ΦΡΙΤΤΙΟΙ. *PHRITTII.*

Ignotae tribus. Obſervo apud Alciphronem in epiſtola AEgialei ad Struthionem. Βούλομαι δὲ πρὸς ἕνα ἢ δεύτερον τυτωνὶ τὸ λακκον πλούτων διά σε προξένου, ἢ πρὸς Ἐρασικλέα τὸ Φρίττιον, ἢ πρὸς Φιλόστρατον τὸν Χολαργέα οἰκείως ἔχειν. *Volo autem adverſus unum, vel alterum horum, qui e foſſa ditati ſunt, in tui hoſpitis gratiam, aut adverſus Heraſicleum Phrittium, aut adverſus Philoſtratum Cholargenſem familiariter agere.*

ΦΥΛΗ. *PHYLE.*

Oeneidis tribus. Harpocration. Φυλὴ, δῆμός ἐστι τῆς Οἰνηΐδος. *Phyle, populus eſt Oeneidis.* Stephanus. Φυλὴ, δῆμος Οἰνηΐδος φυλῆς. *Phyle, populus Oeneidis tribus.* Populares Φυλάσιοι dicebantur. Stephanus ibidem. ὁ δημότης, Φυλάσιος. *Popularis, Phylaſius.* Heſychius. Φυλάσιοι, οἱ ἐκ τοῦ δήμου. καλεῖται ἢ ὕστω καὶ Φυλή τις. *Phylaſii, qui ex populo. Vocatur autem ſic etiam tribus quaedam.* Qui locus manifeſto mutilus. Reſtituo, ἐκ τοῦ δήμου τῆς Φυλῆς. καλεῖται δ. *Ex populo Phyles. Vocatur autem.* Etymologici Auctor. Φυλάσιοι, οἱ ἐκ τοῦ δήμου τῆς Φυλῆς. Φυλὴ γὰρ, δῆμος τῆς Οἰνηΐδος. *Phylaſii, qui e populo Phyles. Phyle enim populus Oeneidis.* Videntur omnium optime Pani ſacrificaſſe. Innuit AElianus in epiſtola Callipidis ad Cnemonem. Θύω τοίνυν τῷ Πανὶ, καὶ Φυλασίων τοὺς μάλιστα ἐπιτηδείους εἰς τὴν ἱερουργίαν παρακαλῶ. *Sacrifico igitur Pani, & Phylaſiorum aptiſſimos ad ſacrificium advoco.* Et albis veſtibus ſe induebant. Ariſtophanes Acharn. v. 1021. 1022.

——— Γεωρ. ἀπὸ Φυλῆς ἔλαβον οἱ Βοιώτιοι.
Δικ. Ὦ τρισκακοδαίμων, εἶτα λευκὸν ἀμπέχῃ.
——— *a Phyle acceperunt Boeotii.*
O ter miſerum, ergo albata veſte amiciaris.

Vbi Scholiaſtes. ἀντὶ τοῦ, λευχειμονεῖς. οἱ γὰρ Φυλάσιοι λευκὰ ἐφόρουν. *Pro albis veſtimentis indutus. Nam Phylaſii alba gerebant.* Nobilis hic locus egregio pro patriae libertate Thraſybuli facinore; aberatque Athenis ſtadiis centum. Diodorus Siculus lib. XIV. Θρασύβουλος Στειριεὺς ὀνομαζόμενος, Ἀθηναῖος ὤν, ὑπὸ τῶν τριάκοντα πεφυγαδευμένος, συνεργούντων αὐτῷ λάθρᾳ τῶν Θηβαίων, κατελάβετο χωρίον τῆς Ἀττικῆς ὀνομαζόμενον Φυλήν. ἦν δὲ τὸ φρούριον ὀχυρόν τε σφόδρα, καὶ τῶν Ἀθηνῶν ἀπέχον σταδίους ἑκατόν. *Thraſybulus Stirienſis dictus, Athenienſis exſiſtens, ſed a triginta pulſus, adiuvantibus ipſum clam Thebanis, cepit caſtellum Atticae dictum Phylen. Erat autem praeſidium munitum valde, & Athenis aberat ſtadia centum.* Videndus quoque Xenophon Hiſt. Graec. lib. II. Hinc illa apud Lyſiam in Orat. κατὰ Ἐρατοσθένους. Πῶ κάλλιον ἂν ἦν ἀνδρὶ ἄρχοντι, ἢ Θρασυβούλῳ Φυλὴν κατελήφοτος, τό τε ἐπιδείξασθαι τὴν αὐτοῦ συνοισίαν. *Vbi pulcrius erat viro principi, quam quum Thraſibulus Phylen caperet, tunc oſtendere animi ſui benevolentiam.* Res paſſim obvia eſt. Itaque reſcribendum apud Philoſtratum De vita Apollonii lib. VII. cap. II. Δίκῃ δὲ αὐτοῖς καὶ τὰ Παναθήναια τὰ Ἀττικὰ, ἐφ' οἷς Ἁρμόδιός τε καὶ Ἀριστογείτων ἄδονται. καὶ τὸ ἀπὸ Φυλῆς ἔργον, ὃ καὶ ὁμοῦ τριάκοντα τυράννους εἶλε. *Narrabat autem illis quoque Panathenaea Attica, quibus Harmodius, & Ariſtogiton cantantur. Et res a Phyle geſta, quae etiam ſimul triginta tyrannos ſuſtulit.* Hodie editur, καὶ τὸ ἀπὸ Φυλῆς ἔργον. Impegit graviſſime eruditus Interpres, qui vertit. *Et Athenienſium tribuum acta, quibus triginta ſimul tyranni ſuperati ſunt.* Debuiſſet, *Et illud a Phyla facinus, quod triginta ſimul tyrannos ſuſtulit.* Hinc proficiſcentem Thraſybulum, nocte illuni, ignis praevius anteceſſit, duxitque uſque Munychiam; unde & illic Dianae τῆς Φωσφόρου ara poſita. Clemens Strom. I. ἀλλὰ καὶ Θρασυβούλῳ τοὺς ἐκπεσόντας ἀπὸ Φυλῆς καταγαγόντι, καὶ βουλομένῳ λαθεῖν, σύλος ὁδηγὸς γίνεται διὰ τῶν ἀτριβῶν ἰόντι. τῷ Θρασυβούλῳ νύκτωρ, ἀσελήνου καὶ δυσχειμερίου τοῦ καταστήματος γεγονότος, πῦρ ἐφαίνετο προηγούμενον, ὅπερ αὐτοὺς ἁπλαίστως προπέμψαν, κατὰ τὴν Μουνυχίαν ἐξέλιπεν· ἔνθα νῦν ὁ τῆς Φωσφόρου βωμός ἐστι. *Sed & Thraſybulo illos qui in exilium pulſi erant, a Phyle reducenti, & volenti latere, columna dux viae fuit quum per devia iret. Thraſybulo nocte, quum illune, & tenebroſum coelum eſſet, ignis viſus eſt antecedens, qui illos illaeſos deducens, circa Munychiam defecit, ubi nunc Phoſphori ara eſt.* Erat autem in confinio Boeotiae. Obſervare id licet ex Hiſtoria Graeca, & verſu Ariſtophanis Acharnenſibus 1021.

——— ἀπὸ Φυλῆς ἔλαβον οἱ Βοιώτιοι.
——— *a Phyle acceperunt Boeotii.* 2

(a) ΦΩ-

---

1. In monte Ancheſmo in Eccleſia Sancti Georgii:

.... ΦΡΕΑΡΡΙΟΙ (a)
... ΣΠΕΝΔΩΝ
... ΚΡΟΠΙΔΑΙ
ΚΛ. ΚΑΛΛΙΣΤΟΜΑΧΟΣ
ΕΠΙΤΥΓΧΑΝΩΝ (b) ΠΤΛΑΔΟΥ. (c)

Spon. *Itin. Tom.* 2. *pag.* 478.

2. Athenis in Eccleſia Gorgopiki:

ΟΛΥΜΠΙΑΣ ΣΩΣΙΓΕΝΟΥΣ ΕΚ ΦΥΛΑΣΙΩΝ

Conſtantinopoli apud Legatum Nointelium viſitur haec inſcriptio, Athenis eo delata:

Μ. ΠΟΜΠΗΙΟΣ ΙΣΙΔΟΡΑ ΠΡΑ ΞΙΤΕΛΟΥΣ ΕΥΟΔΟΣ ΕΚ ΦΥ ΛΑΣΙΩΝ.

Spon. *Itin. Tom.* 2. *pag.* 479.

(a) Non igitur corrigendus Stephanus, ut vult *Meurſius*, ſi mendo caret haec inſcriptio.

(b) Nomen proprium. *Salvinius.*
(c) Πυλάδου. *Salvin.*

Digitized by Google

(a) ΦΩΡΩΝ. *PHORON.*

De tribu incertum eſt. Erat autem portus, quemadmodum Munychia, Phalerum, Piraeeus. Memorat Strabo lib. IX. ὑπὲρ δὲ τῆς ἀκτῆς ταύτης ὄρος ἐστὶν ὁ καλεῖται Κορυδαλὸς, καὶ ὁ δῆμος οἱ Κορυδαλεῖς. εἶθ' ὁ Φώρων λιμὴν, καὶ Ψυττάλια νησίον. *Supra autem promontorium illud mons eſt, qui vocatur Corydalus, & populus Corydalenſes. Dein Phoron portus, & Pſyttalia inſula.*

ΧΑΣΤΙΕΙΣ. *CHASTIENSES.*

Chaſtienſes. Heſychius. Χασιᾶ, ἡ ἀπὸ δήμου. Χασιεῖς γὰρ, δῆμος. Χασιεῖς, ὄνομα δήμου. *Chaſtienſem, qui e populo; Chaſtienſes enim, populus; Chaſtienſes, nomen populi.* R. A.

ΧΙΤΩΝΗ. *CHITONE.*

Ignotae tribus. Feſtum ibi Dianae, cognomento Χιτώνης. Callimachus Hymno in Dianam v. 225.

Πότνια, πολυμέλαθρε, πολύπτολι, χαῖρε Χιτώνη.

Veneranda, multas aedes, & multas urbes habens, ſalve Chitone.

Vbi Scholiaſtes. Νηλεὺς ὁ Κόδρου, ἀποικίαν θέμενος ἀπὸ Ἀθηνῶν, ἔλαβε χρησμὸν ἐγεῖραι ξόανον τῇ Ἀρτέμιδι ἀπὸ παγκάρπων ξύλων. καὶ δήποτε ἑορτῆς τελουμένης τῇ Ἀρτέμιδι ἐν τῇ Χιτώνῃ, (ἔστι δὲ δῆμος Ἀττικῆς) ἀπελθὼν εὗρε δρῦν πάμπολυν καὶ διάφορον ἔχουσαν ἠρτημένον καρπόν. καὶ ἐκ τούτου ἐποίησεν ἄγαλμα τῇ θεᾷ. καὶ ὕστω μετώκησεν ἐν Μιλήτῳ. ἀπὸ τοῦ δήμου ὃν ἔσχε τὴν ὀνομασίαν ἡ Ἄρτεμις. *Neleus Codri filius coloniam fundans ab Athenis, accepit oraculum erigere ſtatuam Dianae ex ligno omnis generis fructus ferente. Et aliquando quum feſtum peragereturDianae in Chitone, (eſt autem populus Atticae) abiens invenit quercum multos, & diverſos habentem dependentes fructus. Et ex illa fecit ſtatuam Deae. Et ſic migravit in Miletum. A populo igitur tenuit denominationem Diana.* Certe Dianae Χιτώνης meminit quoque Inſcriptio vetus:

VIRGINI CHITONAE SACRVM.

Et Stephanus. Χιτώνη ὕτως ἡ Ἄρτεμις. *Chitone, ita Diana.* Sed profecto, aut me fugit ratio, aut mutilus ille locus. Nam ut quid inter regionum, populorum, urbium, locorumque nomina, nudum Deae unius cognomentum interſerat? Non hoc ſolet. Certe ſcripſerit, Χιτώνη, δῆμος τῆς Ἀττικῆς. καὶ ὕτως ἡ Ἄρτεμις. *Chitone, populus Atticae. Et hoc modo Diana.* Et fortaſſis etiam tribum expreſſerat. Sed hoc ſine ſcripti codicis ope affirmare non licet. Tamen hoc liquido pronuntiaverim, mutilatum eſſe locum.

ΧΟΛΑΡΓΟΣ, ſive ΧΟΛΑΡΓΟΙ. ΚΟΛΑΡΓΙΑ. *CHOLARGVS, ſive CHOLARGI. CHOLARGIA.*

Acamantidis tribus. Stephanus. Χόλαργος. ὕτω Δίδυμος, καὶ Διόδωρος. Διονύσιος δὲ, Χόλαργοι. ἔστι δὲ δῆμος τῆς Ἀκαμαντίδος. ὁ δημότης, Χολαργεύς. *Cholargus, ita Didymus, & Diodorus. Dionyſius vero. Cholargi. Eſt autem populus Acamantidis. Popularis, Cholargenſis.* Heſychius. Χολαργεῖς, δῆμος φυλῆς Ἀκαμαντίδος. *Cholargenſes, populus tribus Acamantidis.* Suidas. Χολαργεῖς, δῆμος τῆς Ἀττικῆς. *Cholargenſes, populus Atticae.* Vide eumdem iterum in Χηναλώπηξ. Ariſtophanes Acharn. v. 855.

Λυσιστρατός τ' ἐν ἀγορᾷ Χολαργέων ὄνδος.

Et Lyſiſtratus in foro Cholargenſium opprobrium.

Scholiaſtes. Δῆμος Ἀττικῆς οἱ Χολαργεῖς τῆς Ἀκαμαντίδος φυλῆς. *Populus Atticae Cholargenſes Acamantidis tribus.* Apud Harpocrationem Χολαργία dicitur. Χολαργεύς. Ἰσαῖος ἐν τῷ περὶ τῆς Κήρωνος κλήρου. δῆμος τῆς Ἀττικῆς Χολαργίαι τῆς Ἀκαμαντίδος φυλῆς. *Cholargenſis. Iſaeus in oratione de Ceronis hereditate. Populus Atticae Cholargiae Acamantidis tribus.* Reſcribe, ἐν τῷ περὶ τῆς Κίρωνος κλήρου. *In oratione de Cironis hereditate.* Sed in tota illa Iſaei Oratione hodie nomen id non comparet; cubat autem involutum graviſſimo mendo, ecce iſto loco. ἐκείνων τε ἔτι ζώντων, ἐπεὶ συνοικεῖν εἶχεν ἡλικίαν, ἐκδίδωσιν αὐτὴν Ναυσιμένῃ λοχαγεῖ σὺν ἱματίοις & χρυσίοις, πέντε & εἴκοσι μνᾶς ἐπιδούς. *Illis adhuc viventibus, poſtquam aetas tulit cohabitare, locarunt eam Nauſimeni ductori turmae cum veſtimentis, & aureo ornatu, quinque & viginti minas addens.* Protraho e latibulo veram lectionem, ἐκδίδωσιν αὐτὴν Ναυσιμένῃ Χολαργεῖ σὺν ἱ.

ΧΟΛΛΙΔΑΙ. *CHOLLIDAE.*

Tribus Aegeidis. Ariſtophanes Acharnenſibus v. 404.

Δικαιόπολις καλεῖ σε, Χολλίδης ἐγώ.

Dicaeopolis vocat te, Chollides ego.

Vbi Scholiaſtes. Χολλίδης ἐγώ. δῆμος τῆς Αἰγηίδος φυλῆς. *Chollides ego, populus AEgeidis tribus.* Sed alii Leontidi adſcribunt. Stephanus. Χολλίδαι, δῆμος τῆς Λεοντίδος φυλῆς. *Chollidae, populus Leontidis tribus.* Corrigendus eſt Harpocration, apud quem ſcribitur, Χολλεῖδαι. Λυσίας. δῆμος τῆς Λεοντίδος. *Cholidae. Lyſias. Populus Leontidis.* Et Suidas, apud quem, Χολλεῖδαι. Reſcribe utrobique, Χολλίδαι. 1

ΨΥΤΤΑΛΙΑ. *PSYTTALIA.*

Ponit inter Atticae populos item Strabo lib. IX. Ὑπὲρ δὲ τῆς ἀκτῆς ταύτης ὄρος ἐστὶν ὃ καλεῖ Κορυδαλὸς, καὶ ὁ δῆμος οἱ Κορυδαλεῖς. εἶθ' ὁ Φώρων λιμὴν,

---

1. Legitur quoque ΧΟΛΛΕΙΔΑΙ, quamvis illud Meurſius non admittat. Vetus lapis Eleuſinius:

ΝΙΚΟΚΛΗΣ
ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ
ΧΟΛΛΕΙΔΗΣ.

Spon. *Itin. Tom.* 2. *pag.* 481.

(a) Vide ſuperius adnotata ad Ἀταλάντη.

Digitized by Google

λιμὴν, κὴ ἡ Ψυτ]αλία, νησίον ἔρημον πετρῶδες. *Supra autem illud promontorium mons eſt, qui vocatur Corydalus, & populus Corydalenſes. Dein Furum portus, & Pſyttalia, parva inſula deſerta, & petroſa.* Hic Xerſes quoſdam expoſuerat. Pauſanias Atticis. νῆσός δὲ πρὸ Σαλαμῖνός ἐϛι Ψυτ]άλ]α. ἐς ταύτ]ω τ Βαρβάρων ὅσον τετρακοσίους ἀποβῆναι λέγουσι. ἡτ]ωμένους δὲ τῇ Ξέρξ ναυτικῇ, κὴ τούτους ἀπολέσθαι φασὶν ἐπιδιαβάντων ἐς τὴν Ψυτ]άλ]αν τ Ε'λλήνων. *Inſula autem ante Salaminem eſt Pſyttalia. In illam Barbarorum circiter quadringentos exſcendiſſe dicunt. Quum Xerxis autem navales copiae victae eſſent, & illos periiſſe dicunt, Graecis in Pſyttaliam rurſus exſcendentibus.* Videndus Herodotus lib. VIII. Hinc illud Himerii in Eclog. Μικρὸς ἦν ἐν Α'ρτεμισίῳ Θεμιϛοκλῆς, μείζων ἐν Ψυτ]αλίᾳ. *Parvus erat in Artemiſio Themiſtocles, maior in Pſyttalia.* Alciphron in epiſtola Menandri ad Glyceram. A Ποίαν αἵρεσιν. ποίους χύτρους κεραμικοὺς. ἀγοράν. δικαϛήρια. τὴν γ]τνιῶσαν Σαλαμῖνα. τὴν Ψυτ]αλίαν. τὴν Μαραθῶνα ὅλ]ω. *Quem habitum, quales ollas ceramicum, forum, tribunalia, vicinam Salaminem, Pſyttaliam, Marathonem totam.* 1

ΩΡΩΠΟΣ. *OROPVS.*

Etiam inter Atticae populos numerat Strabo lib. IX. etſi controverſia olim fuerit. B Ω'ρωπὸς δ' ἐν ἀμφισβητησίμῳ γεγένηται πολλάκις· ἴδρυται γὰρ ἐν μεθορίῳ τ τε Α'τ]ικῆς κ τ Βοιωτίας. *Oropus autem in controverſia ſaepe fuit. Sita enim eſt in confinio Atticae, & Boeotiae.* Plinius lib. IV. cap. VII. *Rhamnus pagus, locus Marathon, campus Thriaſius, oppidum Melita, & Oropus in confinio Boeotiae.* Vide Pauſaniam in Atticis, ubi multa non alibi obvia. 2

1. Non inſeruiſſem catalogo populorum Atticorum, niſi cum Strabone longe aliter ſentiendum fuiſſet. Propterea crediderim quondam fuiſſe habitatum. Spon. *Itin. T.* 2. *pag.* 481.

2. Vocatur nunc *Ropo*. In Sycamino, quarto milliari Oropo diſtante, in Eccleſiae S. Sarandae:

ΑΦΡΟΔΥΣΙΟΣ
ΠΩΠΥΡΟΥ
ΩΡΩΠΙΟΣ.

Spon. *Itin. Tom.* 2. *pag.* 482.

(a) Ita perperam Latinus *Sponii* interpres eius verba vertit, quae aliud omnino ſonant, atque ita habent: *Pſyttaliam inſulam Atticis populis non adcenſeo, quia, ut Strabo teſtatur, deſerta erat. Sed etſi aliquando habitata fuiſſet, potius ad Salaminem inſulam, cui vicina erat, quam ad Atticam pertinuiſſet.*

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

CECROPIA

SIVE

DE ATHENARVM ARCE

ET

EIVSDEM ANTIQVITATIBVS

LIBER SINGVLARIS.

Digitized by Google

VIRO ILLVSTRISSIMO

DOMINICO MOLINO
PATRITIO VENETO
ET SENATORI

IOANNES MEVRSIVS DEDICO CONSECROQVE.

VIR ILLVSTRISSIME.

ANTUS ſane eſt virtutis tuae ſplendor, ut trans Alpes etiam veſtras quam longiſsime radios mittat; quin & in Hollandiam noſtram: quod quum ita ſeſe habeat, ut vis eius multo maxima eſt, magnam adeo in me tui obſervantiam excitavit, ut non putem eſſe quemquam, ne Venetiis quidem veſtris, vel in iis, quos obnoxios beneficiis reddidiſti, qui devotiore animo te colendum propoſuerit. Cum Virtute & Fortuna ſe coniungit; ac videtur blande utraque ad te ornandum conſpiraſſe, quippe in ea te familia naſci contigit, quae ut ſuum inter primas Reipublicae Sereniſſimae locum tenet, ita meritis praeſtantiſſimis plurimum ſibi illam obſtrinxit. Huc accedit, quod in dignitate ſumma, maiorum, tuoque merito, conſtitutus, tam praeclare hanc tueris, ut omnino nulli cedas; qua quum ſemper pro Rep. ſine ambitione utaris, ea quoque tantum defert, ut in ſide iſta tua, ac virtute, quaſi tota adquieſcere videatur. Iam quid dicam humanitatem incomparabilem? quid doctrinam excellentem, & adfectum in litteratos tam prolixum, ut iniuriam tibi faciat, qui hac laude potiorem quemquam cenſeat? Hinc nimirum eſt, quod me hominem tranſmontanum, ſolo ſtudiorum nomine commendatum, & amandum ſponte tua ſuſcepiſti, & amorem item tuum nihil tale exſpectanti per epiſtolam indicare voluiſti. Quam rem certe ſi quid aliud, quam eximium beneficium ipſe interpreter, plane amari ſim indignus; ac, ni palam hic profitear, nimis me ingratum putem. Teſtor itaque, ſic me tibi obligatum exiſtimare, ut agnoſcere facilius debitum, quam exſolvere unquam, poſſim. Interim, quum hoc non detur, ſaltem obſervantiam, & cultum, quantum potero, exhibebo. Pignus autem, ecce, hanc CECROPIAM trado, quam placere tantum opto, quantum amorem in me tuum conſervare mihi ſtudeo. Vale, Italiae tuae decus. Lugduni Batavorum, ad diem XIV. *menſis Iulii* CIↃIↃCXXII.

BENIGNE LECTOR.

ECCE tibi nunc CECROPIAM, quam mox ipſae quoque ATHENAE ſubſequentur, ut ſic Vrbis univerſae antiquitates meo beneficio habeas. Auctorum Graecorum locis, quae citantur, verſionem ſuam addidi; non id quidem ex more noſtro, neque ſponte: ſed, quum pridem ex Hiſpania, & nunc nuper ex Italia, viri magni id petierint, uti morem illis gererem, animum induxi. Eſt enim hoc ſaeculi huius vitium, an infortunium, ut, quum pauci Graecae linguae ſtudioſi habeantur, inter eos plures etiam inveniantur, qui ament magis, quam intelligant. Iſtis hic ſubveniendum exiſtimavi. Vtinam autem, quae utilitas huius linguae eſt, & neceſsitas, ea quoque gratia eſſet; non nunc ſic laboraretur. Sed querelam non inſtituo; nam prolixiore pagina agendum eſſet; & feruntur iſta rectius, quam culpantur. Tu, mi Lector, ſalve, & vale; ac me ama, tui apprime ſtudioſum.

CE-

Digitized by Google

CECROPIA
SIVE
DE ARCE ATHENARVM
ET
EIVSDEM ANTIQVITATIBVS
LIBER SINGVLARIS.

CAPVT PRIMVM.

De Athenarum Arce Heliodori Periegetae Opus.

GRaecia tota primae Athenae; & in illis Arx excelluit. Integro Opere celebravit Heliodorus Periegetes.(a) Harpocration eccelaudat, in Θεττα̃λός. Εἷς τ̃ Κίμωνος παίδων, Θετταλὸς ἐκαλεῖτο· ὡς φησιν Ἡλιόδωρος, ἐν τῷ πρώτῳ Περὶ ἀκροπόλεως. *Vnus e Cimonis filiis, Theſſalus vocatus fuit; ut Heliodorus refert libro primo De Arce.* Iterum, in Νίκη Ἀθηνᾶ. Ὅτι δ' ἐλιμᾶ̃το παρ' Ἀθωναίοις, δεδήλωκεν Ἡλιόδωρος ὁ Περιηγητὴς ἐν τῇ πρώτῃ Περὶ ἀκροπόλεως. *Quod culta fuerit (Minerva Victoria) apud Athenienſes, oſtendit Heliodorus Periegeta libro primo de Arce.* Et in Προπύλαια. Ἡλιόδωρος δ' ἐν πρώτῃ περὶ τῆς Ἀθήνησιν ἀκροπόλεως, μεθ' ἕτερα καὶ ταῦτα φησί. *Heliodorus in primo De Arce Athenienſi, poſt alia etiam iſta dicit.* Atheneus lib. IX. Ἡλιόδωρος δ' ὁ Περιηγητὴς, ἐν πρώτῳ Περὶ ἀκροπόλεως. τῆς τῶν πυρῶν, φησὶν ἐψήσεως ἐπινοηθείσης, οἱ μὲν παλαιοὶ ἦ, πύανον· οἱ δὲ νῦν, ὁλόπυρον προσαγορεύουσιν. *Heliodorus vero Periegeta, libro primo De Arce; Tritici, inquit, coctura excogitata, veteres, πύανον; hodierni, ὁλόπυρον appellant.* Meminit quoque Anonymus in Deſcript. Olymp. in anno IV. Olymp. LXXXV. Fuitque Opus univerſum in libros quindecim diſtributum. Athenaeus lib. VI. Ἡλιόδωρος ὁ Ἀθηναῖος, ἐν τοῖς περὶ ἀκροπόλεως, (πεντεκαίδεκά ἐσι ταῦτα τὰ βιβλία) Ναυκρατίτιν εἶναι γένος. *Heliodorus Athenienſis, in libris De Arce, (ſunt illi numero quindecim) Naucrate oriundum dicit.*

CAP. II.

De eadem, Polemonis quoque Opus; aut potius, de donariis, quae in illa. Eorumque deſcriptio, & multitudo. Statuae pleraeque a Nerone ſublatae.

NEc de ea Heliodorus tantum ſcripſit, ſed & Polemon.(b) Marcellinum teſtem habeo in Vita Thucydidis. Καὶ Πολέμων ὁ, ἐν τῷ Περὶ ἀκροπόλεως, μαρτυρεῖ. *Et Polemon vero in eo, quod De Arce ſcripſit Opere, teſtatur.* Et Athenaeum lib. XI. Πολέμων δ', ἐν πρώτῃ Περὶ τ̃ Ἀθήνησιν ἀκροπόλεως, ἀδετέρως ὠνόμασεν. *Polemon vero libro primo De Arce Athenienſi neutro genere extulit.* Iterum poſtea. Ἦν δ' ἔτος τὸ γένος Βοιώτιος, ἐξ Ἐλευθερῶν, υἱὸς Μύρωνος τ̃ ἀνδριαντοποιοῦ· ὡς Πολέμων φησὶν, ἐν πρώτῳ ἀκροπόλεως. *Erat vero hic Boeotius genere, Eleutheris natus, Myronis ſtatuarii filius; ut Polemon tradit in primo De Arce.* Ac libro XIII. Κεκώλυτο γὰρ τὰ τοιαῦτα τίθεσθαι ὀνόματα, ὐ μόνον ταῖς ἑταιρούσαις, ἀλλὰ καὶ ταῖς ἄλλαις δούλαις· ὥς φησι Πολέμων, ἐν τοῖς Περὶ ἀκροπόλεως. *Vetitum enim erat, nomina eiuſmodi imponere non ſolum meretricibus, ſed & aliis ancillis: ut Polemon auctor in libris de Arce.* Harpocration, in Νεμέα χαράδρα. Ὁ δὲ Πολέμων, ἐν τοῖς Περὶ ἀκροπόλεως παρατίθη ψήφισμα. καθ' ὃ ἀπείρητο Ἀθήνησιν, ὄνομα πενταετηρίδι τίθεσθαι δούλῃ, ἢ ἀπελευθέρᾳ, ἢ πόρνῃ, ἢ αὐλητρίδι. *Polemon vero in libris De Arce apponit decretum, quo Athenis interdictum, ne* Πενταετηρὶς *diceretur, quae ſerva eſſet, aut liberta, aut meretrix, aut tibicina.* Erat autem non tam in genere de ipſa Arce, quam in ſpecie de donariis, quae in ea: diſtribueratque Auctor totum Opus in libros IV. Animadverto apud Strabonem lib. IX. Πολέμων ὁ Περιηγητὴς τέτταρα βιβλία συνέγραψε, Περὶ τῶν ἀναθημάτων τ̃ ἐν τ̃ ἀκροπόλει. *Polemon Periegeta ſcripſit libros quatuor, De donariis, quae in Arce.* Ac deſcriptio olim horum facta publice, ſummum Athenis magiſtratum obeunte Alcibiade. Ecce tibi apud Pollucem lib. X. cap. XXVIII. Καὶ ταθμία ἦ χαλκᾶ ἐν τῇ ἐπ' Ἀλκιβιάδου ἄρχοντος ἀναγραφῇ τῶν ἐν ἀκροπόλει ἀναθημάτων ἀναγέγραπται. *Et vero ſtaterae exiguae aeneae in deſcriptione donariorum, quae in arce, Alcibiade magiſtratu facta, recenſentur.* Quanta autem multitudo eorum fuerit, Ariſtides nobis dicit in Panathenaica ſua. Καὶ μέντοι κἂν τούτοις αὖ πάλιν ἡ πόλις τοσοῦτον ὅσον περ ἐν αὐταῖς τ̃ πράξεσι διενεγκοῦσα φανήσεται. Ἃ τοῦτο μέν γὰρ τὴν ἀκρόπολιν κατεκόσμησε τοῖς τῶν ἔργων ὑπομνήμασι, καὶ τῷ τῆς

(a) Vide *Voſſium de Hiſtor. Graecis. Lib. III.*

(b) Vide *Voſſium de Hiſtor. Graec. Lib. I. Cap.* XVIII.

Digitized by Google

τῆς φύσεως κάλλει, τὸ παρὰ τὸ πλῆθος καὶ ἡ τέχνης ἐφάμιλλον προσέθηκεν, ὥς᾽ εἶναι πᾶσαν ἀντ᾽ ἀναθήματος, μᾶλλον δ᾽ ἀντ᾽ ἀγάλματος. *Verumtamen in his quoque rursum haec civitas, quantum in ipsis rebus gestis eminere conspicietur; ideoque arcem exornavit rerum gestarum monumentis, in quibus cum nativa sua pulcritudine divitiae, & ars certare videantur; ita ut tota instar quoddam sit donarii, statuaeve.* Ac quod statuas quidem attinet, bonam partem Nero sustulit, Dion Chrysostomus Orat. XXXI. Καὶ Νέρων, τοιαύτῃ ἐπιθυμίᾳ καὶ σπουδῇ περὶ τοῦτο ἔχων, ὥστε μηδὲ τῶν ἐξ Ὀλυμπίας (ἀνδριάντων) ἀποσχέσθαι, μηδὲ τῶν ἐκ Δελφῶν· καί τοι πάντων μάλιστα τιμήσας ταῦτα πάντα ἱερά· ἔτι δὲ τὰς πλείστας τῆ ἐκ᾽ ἀκροπόλεως Ἀθήνηθεν μετενεγκεῖν. *Et Nero, cuius ea circa hoc cupido, studiumque fuit, ut neque ab illis, (statuis,) quae Olympiae, quamquam sacra ista omnia supra omnes honorasset, abstinuerit; insuper vero plurimas ex iis quoque, quae in arce, Athenis transtulerit.*

CAP. III.

Arx vetus, alia a nova; quae Athenae veteres totae: unde etiam Πόλις *dicta.* Κεκροπία, *&* Γλαυκώπιον, *ante id tempus adpellata.*

ET Arx quidem non semper eadem; aliaque vetus erat, alia nova. Plato in Critia. Πρῶτον μὲν τὸ τῆς ἀκροπόλεως εἶχε τότε οὐχ ὡς νανῦν ἔχει. *Primum quidem aliter sese arx habebat, ac nunc habet.* Nempe non tam magna erat. Mox, quum auctæ in immensum Athenæ essent, ut illustrior ea esset, ceteraeque Vrbis tantae magnitudini responderet, totae veteres Athenae ipsi adiectae, ac potissimum ea pars, quae versus Austrum. Hoc Thucydides nos docet lib. II. Τὸ δὲ πρὸ τούτου, ἡ ἀκρόπολις, ἡ νῦν οὖσα, πόλις ἦν· καὶ τὸ ὑπ᾽ αὐτὴν πρὸς νότον μᾶλλον τετραμμένον. *Ante illud tempus autem, quae nunc arx est, urbs erat; ac potissimum, quae subjecta huic pars ad Austrum versa est.* Idem alii testantur. Pausanias in Atticis. Τὸ δὲ ἁγιώτατον ἐν κοινῷ πολλοῖς πρότερον νομισθὲν ἔτεσι συνῆλθεν ἀπὸ τῶν δήμων, ἔστιν Ἀθηνᾶς ἄγαλμα ἐν τῇ νῦν ἀκροπόλει, τότε δὲ ὀνομαζομένῃ πόλει. *Sanctissimum vero omnium Minervae simulacrum multis ante annis habitum, aere collato dedicatum est a populis in ea, quae nunc Arx vocatur, sed tunc Vrbs appellabatur.* Aristides in Panathenaica. Τρίτη δὲ ἀκόλουθος τούτων ἀνέχει περιφανὴς ἄνω διὰ μέσης τῆς πόλεως, ἡ πάλαι μὲν πόλις, νῦν δὲ ἀκρόπολις, κορυφῇ παραπλησίως. *Tertia vero deinceps sicuti vertex eminet in media Vrbe, olim quidem sic vocata, sed quae nunc Arx nuncupatur.* Et hinc factum, ut Πόλις etiam, sive *Vrbs* diceretur. Thucydides libro citato. Καλεῖται δὲ διὰ τὴν παλαιὰν ταύτην κατοίκησιν καὶ ἡ ἀκρόπολις μέχρι τοῦδε ἔτι ὑπὸ Ἀθηναίων πόλις. *Propter antiquam vero habitationem etiam ad hoc usque tempus Arcem Athenienses Vrbem vocant.* Etymologici Auctor in Διιπόλια. Πόλιν τὴν ἀκρόπολιν ἔλεγον. *Vrbis nomine Arcem dicebant.* Stephanus in Ἀθῆναι. Πρῶτοι γὰρ Ἀθηναῖοι τὰς ἄξεις, καὶ τὰς πόλεις, εὑρεῖν ἰσοῦνται· ὅθεν καὶ τὴν ἀκρόπολιν αὐτῶν πόλιν ἐκάλεσαν κυρίῳ ὀνόματι. *Primi enim Athenienses oppida, & urbes inveniſse memorantur; unde & arcem suam proprio nomine Vrbem vocabant.* Nec aliter appellat Thucydides lib. V. Τὰς δὲ ξυνθήκας, τὰς περὶ τῶν σπονδῶν, καὶ τῶν ὅρκων, καὶ τῆς ξυμμαχίας, ἀναγράψαι ἐν στήλῃ λιθίνῃ· Ἀθηναίους μέν, ἐν πόλει· Ἀργείους δὲ, ἐν ἀγορᾷ. *Pacta vero foederis, jurisjurandi, & societatis in lapideo cippo inscribant; Athenienses quidem in arce: Argivi autem in foro.* Et Aeschines Orat. in Timarchum. Οἰκίαν μὲν γὰρ ὄπισθεν τῆς πόλεως· ἐσχαλιὰν δὲ, Σφηττοῖ· Ἀλωπεκῆσι δ᾽, ἕτερον χωρίον. *Domum quidem retro Arcem; & procul urbe fundum, Sphetti: apud Alopecenses vero praedium alterum.* Et erat sane urbs reipsa a Cecrope condita; a quo Κεκροπία etiam nuncupata. Plinius lib. VII. cap. LVI. *Oppidum Cecrops a se appellavit Cecropiam, quae nunc est arx Athenis.* Eustathius in Dionysium. Τὴν δὲ τῶν Ἀθηναίων ἀκρόπολιν, Κεκροπίαν ποτὲ κληθῆναι φασὶν, πόλιν οὖσαν, μίαν τῶν ὑπὸ Κέκροπος ἐκτισμένων. *Athenienſium vero arcem, olim Cecropiam appellatam fuisse dicunt; quum urbs esset, una earum, quae a Cecrope conditae.* Scholiastes Apollonii lib. I. Ἡ ἀκρόπολις τῆς Ἀττικῆς, Κεκροπία ἐκαλεῖτο τὸ πρότερον. *Arx Atticae, prius Cecropia dicebatur.* Postea Γλαυκώπιον quoque appellata, a Minerva, ejus praeside, quae Γλαυκῶπις dicebatur. Eustathius ad Odyss. β. Ὅτι δὲ ἀπὸ τῆ γλαυκῶπις, Γλαυκώπιον ἡ Ἀττικὴ ἐλέχθη ἀκρόπολις, καὶ ἁπλῶς, δηλοῦσιν οἱ παλαιοί. *Quod vero a* γλαυκῶπις *verbo arx Attica* Γλαυκώπιον *dicta sit, idque simpliciter, veteres testantur.*

CAP. IV.

Vbi sita, & quomodo. Primitus palis spinosis cincta, & extrinsecus oleastris.

SIta autem in media Vrbe. Accipio ex Aphthonio in arcis Alexandrinæ descriptione. Καὶ τὴν μὲν Ἀθηναίων ἀκρόπολιν μέσος Ἀθηνῶν περιέλαβε χῶρος. *Et Athenienſium quidem arcem medius Athenarum locus amplexus est.* Scholiastes Aristidis, ad Orat. pro Quatuor-viris. Ἡ ἀκρόπολις (τῶν Ἀθηνῶν) κεῖται μέση τῆς πόλεως. *Arx (Athenarum) in medio Vrbis sita est.* Aristides ipse in Panathenaica. Τρίτη δὲ ἀκόλουθος τούτων ἀνέχει, περιφανὴς ἄνω διὰ μέσης τῆς πόλεως, ἡ πάλαι μὲν πόλις, νῦν δὲ ἀκρόπολις, κορυφῇ παραπλησίως· οὐχ᾽ ὡς ὕστατον εἶναι τῆς πόλεως, ἀλλ᾽ ὡς περὶ αὐτὴν πᾶν τὸ λοιπὸν σῶμα τῆς πόλεως ἄκρα καὶ μέσου ταυτῇ συμπεπλωκότος, τὸ διὰ πάντων τοιοῦτο καλλος, καὶ ὁ τελευταῖος ὄρος τῆς περὶ γῆν εὐκαιρίας. ὡς γὰρ ἐπ᾽ ἀσπίδος κύκλων εἰς ἀλλήλους ἐμβεβηκότων, πέμπτος εἰς ὀμφαλὸν πληροῖ διὰ πάντων ὁ κάλλιστος· εἴπερ ἡ μὲν Ἑλλὰς, ἐν μέσῳ τῆς πάσης γῆς· ἡ δὲ Ἀττικὴ, τῆς Ἑλλάδος. τῆς δὲ χώρας, ἡ πόλις· τῆς δ᾽ αὖ πόλεως, ἡ ὁμώνυμος, *Tertia vero deinceps, verticis instar, e medio oppido eminet ea, quae Vrbs olim, nunc Arx dicitur; non quod ea sit ultima urbis pars, sed quod circa ipsam reliquum sit urbis corpus circumfusum; medio eodem, ac*

sum-

ſummo concurrente : in quo jam univerſum conſiſtit ornamentum, & ſumma regionis opportunitas. Sicut enim in orbibus clypei, in ſe invicem incurrentibus, quintus umbilicum implet, qui eſt omnium pulcerrimus; ſic & Graecia eſt in medio totius terrae, Atticamque in medio ſui complectitur; in qua deinde media ſita Vrbs, & in medio rurſum huius, quae eodem cum ipſa nomine nuncupatur, Arx. Et quidem in rupe praerupta, & inacceſſa. Herodotus lib. VIII. Ἔμπροσθεν ὦν πρὸ τῆς ἀκροπόλιος, ὄπισθεν δὲ τῶν πυλέων, καὶ τῆς ἀνόδου, τῇ δὲ ἤκοτέ τις ἐφύλαξε, οὔτ' ἂν ἤλπισε μήκοτέ τις κατὰ ταῦτα ἀναβαίη ἀνθρώπων, ταύτῃ ἀνέβησάν τινες κατὰ τὸ ἱρὸν τῆς Κέκροπος θυγατρὸς Ἀγλαύρου, καίτοιπερ ἀποκρήμνου ἐόντος τοῦ χώρου. *Igitur a fronte arcis, a tergo autem portarum, & aſcenſus, qua parte nemo excubabat, quaque nemo credebat quempiam hominum aſcenſurum, hac parte, etſi loco praerupto, quidam conſcenderunt, iuxta templum Agrauli, Cecropis filiae.* Nicetas Choniates in Balduino Flandro; ubi de Scuro, arcem iſtam obſidente. Καὶ γνοὺς, ὡς εἰκῇ ταῖς τῆς ἀκροτόλεως ῥαχίαις διακυρίττεται, τὸν θυμὸν ἐκριπίζῃ κατὰ τῆς πόλεως. *Ac gnarus, fruſtra ſe contra arcis praerupta niſurum, animum contra urbem concitat.* Pauſanias in Atticis. Ἐς δὲ τὴν ἀκρόπολίν ἐστιν εἴσοδος μία. ἑτέραν δὲ ὐ παρέχεται, πᾶζα ἀπότομος ὅσα. *In arcem vero introitus unus eſt; alium non praebet, quum praerupta tota exſiſtat.* Atque initio palis ſpinoſis ſepta erat. Syrianus in Hermogenem. Ξέρξου ἐπιόντος ἔχρησεν ὁ θεὸς·

Τεῖχος Τριτογενεῖ ξύλινον διδοῖ εὐρυόπα Ζεύς.
Ἐ οἱ μὲν, συμβουλεύουσιν ἔχεσθαι τῆς ἀκροπόλεως, ῥάχῳ γὰρ ἐπέφρακτο· οἱ δὲ, ἐμβαίνειν ἐς τὰς ναῦς. *Xerſe adveniente, effatus eſt Deus:*

Murum Tritoniae ligneum dat late ſonans Iupiter.

Et hi quidem, ſuadent arcem occupare, quae palis ſpinoſis ſepta; illi vero naves conſcendere. Vel oleaſtris, ut alii tradunt. Sopater alibi, ad eumdem Hermogenem. Τῷ θεῷ χρήσαντος·

Τεῖχος Τριτογενεῖ ξύλινον διδοῖ εὐρυόπα Ζεύς·
οἱ μὲν, εἰς τὴν ἀκρόπολιν ἀξιοῦσι καταφεύγειν, κολίνοις τότε πυκνοῖς καταπεφραγμένην· οἱ δὲ, πρὸς τὰς τριήρεις κελεύουσι καταασκευάζεσθαι. *Quum oraculo dixiſſet deus,*

Murum Tritoniae ligneum dat late ſonans Iupiter;

hi quidem in arcem confugere cupiunt, crebris tunc oleaſtris ſeptam; iſti vero triremes apparari iubent. Nempe ſeptum iſtud extrinſecus oleaſtris circumdatum erat; atque ita conciliandum hoc diſſidium eſſe puto. Atque hoc ipſum eſt, quod idem Sopater alio quodam loco ait, in eo Opere, cui titulum ipſe fecit, Διαιρέσεις ζητημάτων· Φράξαι ξυλίνῳ τείχει τὴν ἀκρόπολιν, καὶ γὰρ πρότου ξυλίνῳ τείχει ἐπέφρακτο. *Munire ligneo muro arcem; etenim ante iſtud tempus muro ligneo ſepta erat.*

CAP. V.

Poſtea muro circumdata fuit a Cimone, & Pelaſgis; quibus ideo ſub Hymetto habitare datum fuit. Heſychii locus explicatus. Tyrrheni prius Pelaſgi dicti. Πελασγικὸν τεῖχος. *Habitare illic nefas. Libanii locus illuſtratus. Item metere, ac fodere; eamque in rem poena poſita, cuius irrogandae cura penes Nomothetas erat. Novem portas habuit. Cur* Πελαργικὸν *Ariſtophanes appellaverit.*

INde murum circum duxere, partim Cimon; partim Agrolas, & Hyperbius, Pelaſgi. Pauſanias in Atticis. Τῇ δὲ ἀκροπόλει, πλὴν ὅσον Κίμων ᾠκοδόμησεν αὐτῆς ὁ Μιλτιάδου, περιβολῇν τὸ λοιπὸν λέγει τοῦ τείχους Πελασγοὺς. οἰκήσαντάς ποτε ὑπὸ τὴν ἀκρόπολιν. φασὶ γὰρ Ἀγρόλαν, καὶ Ὑπέρβιον. *Arcem ipſam, praeter eam partem, quam Cimon Miltiadis filius exſtruxit, muris cinxiſſe Pelaſgos homines tradunt, qui olim ſub arce habitarunt, Agrolam, & Hyperbium.* Et Pelaſgis hac de cauſa ſub Hymetto habitare conceſſum fuit. Herodotus lib. VI. Ἐπεί τε γὰρ ἰδεῖν τοὺς Ἀθηναίους τὴν χώρην σφίσι αὐτοῖσι (τοῖς Πελασγοῖς) ὑπὸ τὸν Ὑμηττὸν ἐοῦσαν, ἔδοσαν οἰκῆσαι, μισθὸν τοῦ τείχεος, τοῦ περὶ τὴν ἀκρόπολίν ποτε ἐληλαμένου, ταύτην ὡς ἰδεῖν τοὺς Ἀθηναίους ἐξεργασμένην εὖ, ἢ πρότερον εἶναι κακήν τε, καὶ μηδενὸς ἀξίην, λοιδορίην φθόνον τε καὶ ἵμερον τῆς γῆς, καὶ οὕτω ἐξελαύνειν αὐτούς. *Athenienſes enim quum viderent regionem, quae erat ſub Hymetto, quam illis (Pelaſgis) habitandam dederant, mercedem muri circa arcem ducti, bene excultam, quae prius mala fuiſſet, & nullius adeo pretii, invidia captos fuiſſe, ac cupiditate terrae potiundae; & ita illinc exegiſſe illos.* Habitationis ſub Hymetto meminit Strabo lib. IX. Μετ' ἐκείνων ἐξέβαλον μὲν τοὺς Πελασγοὺς εἰς Ἀθήνας, ἀφ' ὧν ἐκλήθη μέρος τι τῆς πόλεως Πελασγικόν. ᾤκησαν ὑπὸ τῷ Ὑμηττῷ. *Cum illis eiecerunt Pelaſgos quidem Athenas; a quibus & urbis quaedam pars Pelaſgicum eſt dicta. Habitarunt autem ſub Hymetto.* Ac murus quidem a Cimone exſtructus, Auſtralis fuit; idque e manubiis belli contra Perſas, ab eo confecti. Plutarchus in eius vita. Πραθέντων δὲ τῶν αἰχμαλώτων λαφύρων, εἴς τε τὰ ἄλλα χρήμασιν ὁ δῆμος ἐρρώσθη, καὶ τῇ ἀκροπόλει τὸ Νότιον τεῖχος κατεσκεύασεν, ἀπ' ἐκείνης εὐπορήτας τῆς στρατείας. *Praeda ſubhaſtata, cum ad alios uſus valuit pecunia populus, tum de illius belli manubiis Auſtralem arcis murum exſtruxit.* AEmilius Probus itidem in Vita eiuſdem. *His a manubiis Athenarum arx, qua ad meridiem vergit, eſt ornata.* Quem vero a Pelaſgis murum ſtructum Pauſanias dicit, eum Thyrrenis aſcribit Heſychius. Πελασγικὸν, τεῖχος, οὕτω ἐν Ἀθήναις καλούμενον, Τυρρηνῶν κτισάντων. *Pelaſgicus murus, ita Athenis appellatus, quum Tyrrheni exſtruxiſſent.* Et huc Thucydidis iſta pertinent lib. IV. Τὸ δὲ πλεῖστον Πελασγικὸν, τῶν καὶ Λήμνου ποτε, καὶ Ἀθήνας, Τυρσηνῶν οἰκησάντων. *Sed maxima pars eſt Pelaſgica, eorum Tyrrhenorum, qui Lemnum olim, & Athenas habitarunt.* Sed ſolvo nodum;

Tyr-

Tyrrheni enim prius Pelasgi nuncupati. Dionysius Halicarnasseus Antiquit. Rom. lib. 1. Ἑλλάνικος ὁ Λέσβιος τοὺς Τυρρηνούς φησι, Πελασγοὺς πρότερον καλουμένους, ἐπειδὴ κατῴκησαν ἐν Ἰταλίᾳ, παραλαβεῖν ἣν ἔχουσι προσηγορίαν. (1) *Hellanicus vero Lesbius ait, Tyrrhenos, prius Pelasgos dictos, postquam Italiam inhabitarunt, eo nomine, quod nunc habent, appellatos.* Et passim Πελασγικὸν τεῖχος, *Pelasgicus murus* nuncupatur. Herodotus lib. v. Κλεομένης ὁ, ἀφικόμενος ἐς τὸ ἄστυ, ἅμα Ἀθηναίων τοῖσι βουλομένοισι εἶναι ἐλευθέροισι, ἐπολιόρκησε τοὺς τυράννους, ἀπεργμένους ἐν τῷ Πελασγικῷ τείχει. *Cleomenes vero, postquam ad Vrbem accessisset, una cum iis Athenien sibus, qui liberi esse cupiebant, tyrannos in muro Pelasgico seclusos obsedit.* Philostratus in Herode, Sophist, lib. II. Ἐκ Κεραμεικοῦ ὁ ἅραζαν χιλίᾳ κώπῃ, ἀφεῖναι ἐπὶ τὸ Ἐλευσίνιον· καὶ περιβαλεῖσαν αὐτὸ, παραμεῖφαι τὸ Πελασγικόν. *Ex Ceramico vero quum solvisset mille remis, ad Eleusinium perveniisse; illudque circumvectam Pelasgicum murum praeteriisse.* Lucianus in Bis accusato. Καὶ τὸ ἀπ' ἐκείνου, τὴν ὑπὸ τῇ ἀκροπόλει ταύτῃ σπήλυγγα ἀπολαβόμενος, οἰκεῖ μικρὸν ὑπὸ τοῦ Πελασγικοῦ. *Et ex eo, spelunca hac sub arce accepta, habitat paulum infra Pelasgicum murum.* Nefas vero habitare illic quemquam; quique faceret, diris hic devotus erat. Thucydides lib. II. Τό, τε Πελασγικὸν καλούμενον, τὸ ὑπὸ τὴν ἀκρόπολιν· ὃ καὶ ἐπάρατόν τε ἦν μὴ οἰκεῖν, καί τι καὶ Πυθικῷ μαντείῳ ἀκροτελεύτιον τοιόνδε διεκώλυε, λέγον ὡς

——— τὸ Πελασγικὸν ἀργὸν ἄμφνον.

Et, qui Pelasgicus murus appellatur, qui sub arce; qui & diris devotus, ne quis habitaret; quin etiam quidam oraculi Pythici extremus versus prohibebat, ita dicens:

——— *Pelasgicus murus non habitatus melior est.*

Hinc est illud Libanii, in Presbeutico. Ἐξάγιος ἡ πόλις, ὡς ὁ Κιρραίων λιμήν· ἐπάρατος, ὡς τὸ Πελασγικὸν ἐκεῖνο. *Scelerata urbs, uti Cirrhaeorum portus; & devota etiam diris, ut Pelasgicus ille murus.* Ideo factum, quia insidiae eo loco Athenien sibus a Pelasgis structae essent. Scholiastes Thucydidis ad citata statim verba. Οἱ δὲ Πελασγοὶ αὐτὸ οἰκήσαντες, ἐπεβούλευσαν τοῖς Ἀθηναίοις. ὃς διώξαντες πάλιν οἱ Ἀθηναῖοι, κατηράσαντο τὸν τόπον μὴ οἰκισθῆναι. *Pelasgi vero, quum in ea habitarent, Athenien sibus insidias struxere; quos quum rursum Athenienses expulissent, diris locum devovere, ne quis illic habitaret.* Praeterea, ut non habitare ibi licitum, ita nec metere, aut fodere; quique isthic deliquisset, drachmis tribus mulctabatur; eaque cura ad Nomothetas pertinebat, qui archonti delinquentem tradebant. Iulius Pollux lib. VIII. cap. IX. sect. XIX. Οὗτοι (οἱ νομοθέται) παρεφύλαττον, μή τις ἐντὸς τοῦ Πελασγικοῦ κέιροι, ἢ καὶ πλέον ἐξορύττοι. καὶ τῷ ἄρχοντι δὲ παρεδίδοσαν. τὸ δὲ ζήμημα ἦν τρεῖς δραχμαί. *Hi (Nomothetae) observabant, ne quis intra murum Pelasgicum meteret, aut nimium foderet; & archonti tradebant: mulcta autem constituta drachmae tres*

1. Consulatur *Scipio Maffeius De Origine Italorum primitivorum.*

Habebat autem portas novem; unde Ἐννεάπυλον dicitur a Cilemo. Καὶ ἠπέδιζον τὴν ἀκρόπολιν, περίβαλλον δὲ ἐννεάπυλον τὸ Πελασγικόν. *Et arcem aequarunt, & Pelasgico muro, novem portas habente, circumdederunt.* Aristophanes Avibus Πελαργικὸν appellat, quasi *Ciconiarum* dicas.

Τίς δ' ἂν καθέξει τ' πόλεως τὸ πελαργικόν;

Quis vero habebit murum Vrbis ciconiarium? Vbi Scholiastes. Ὅτι Ἀθήνησι τὸ πελαργικὸν τεῖχος ἐν τῇ ἀκροπόλει. *Quia Athenis ciconiarius murus in arce.* Causam observo; quia Tyrrheni, quos Pelasgos prius dictos paulo ante memoravi, πελαργοὶ, id est *Ciconiae*, nominati. Dionysius Halicarnasseus Antiquit. Rom. lib. I. Μυρσίλος, τὰ ἐμπαλιν ἀποφαινόμενος Ἑλλανίκῳ, τοὺς Τυρρηνούς φησιν, ἐπειδὴ τὴν ἑαυτῶν ἐξέλιπον, ἐν τῇ πλάνῃ μετονομασθῆναι πελαργοὺς, τῶν ὀρνέων τοῖς καλουμένοις πελαργοῖς εἰκαθενίας, ὡς κατὰ ἀγέλας ἐφοίτων εἴς τε τὴν Ἑλλάδα καὶ τὴν βάρβαρον· καὶ τοῖς Ἀθηναίοις τὸ τεῖχος τὸ περὶ τὴν ἀκρόπολιν, τὸ Πελασγικὸν καλούμενον, τούτους περιβαλεῖν. *Myrsilus, contraria Hellanico ostendens, Tyrrhenos ait, postquam patriam reliquissent, dum oberrant, Ciconias dictos; quia instar avium, quae ciconiae appellantur, agminatim per regiones, graecas pariter, atque barbaras vagarentur; quin & murum Athenien sibus circum arcem, qui Pelasgicus appellatus, exstruxisse.* Strabo lib. V. Καὶ οἱ τὴν Ἀτθίδα συγγράψαντες, ἱστοροῦσι περὶ τ Πελασγῶν, ὡς καὶ Ἀθήνησι γενομένων τ Πελασγῶν. διὰ τὸ πλάνητας εἶναι, καὶ δίκην ὀρνέων ἐπιφοιτᾶν ἐφ' οὓς ἔτυχε τόπους, πελαργοὺς ὑπὸ τ Ἀττικῶν κληθῆναι. *Et Historiae Atticae scriptores, de Pelasgis narrant, eos Athenis fuisse; & quia errabundi, avium instar, ad quaecunque loca adirent, ciconias ab Atticis adpellatos fuisse.* Et respexit sine dubio huc Hesychius, quum inquit. Πελαργικὸν, ἀντὶ τοῦ Πελασγικὸν. πελαργοὺς γάρ φασι τ Ἀττικὴν οἰκῆσαι, ἀπο τ Πελασγῶν μεταφέροντες ἐπὶ τὰ πλησιόν. Πελαργικὸν, *pro eo, quod est*, Πελασγικόν. *Pelargos enim, id est Ciconias, Atticam habitasse ferunt, a Pelasgis facta ad aves translatione.* Nempe explicare voluit istum Aristophanis locum, quem ex Avibus citavi.

CAP. VI.

Vnus tantum ad eam aditus, idque per vestibula, magnifico opere exstructa a Pericle, architecto Mnesicle, quinque annorum spatio; sub archonte Euthymene inchoata, & sub Pythodoro perfecta. Quantus in ea sumtus factus; & quot portas item habuerit: quarum claves penes archontas adservatae. Supra tectum statuae quaedam equestres, Xenophontis filiorum, ut quibusdam existimatum.

AD hanc una tantum via aditus erat. Pausanias in Atticis. Ἐς ὃ τὴν ἀκρόπολίν ἐσιν εἰσοδος μία. ἑτέραν ὃ ὐ παρέχεται, πᾶσα ἀπότομος ὅσα. *Ad arcem vero unicus tantum est aditus; neque vero alium habet, quum praerupta tota exsistat.* Idque per vestibula, magnifice exstructa, & lapide albo tecta;

Pau-

Digitized by Google

Pausanias ibidem. Τὰ δὲ προπύλαια, λίθου λευκοῦ τὴν ὀροφὴν ἔχει· καὶ μεγέθει τῶν λίθων, μέχρι γε κὴ ἐμοῦ προεῖχε. *Vestibula vero e lapide albo tectum habent; & ornatu, lapidumque magnitudine etiam nostro aevo praestant.* Multa eorum apud Oratores mentio. Exstruxit autem illa Pericles annis quinque, opera Mnesiclis architecti. Plutarchus auctor in eius Vita. Τὰ δὲ προπύλαια τῆς ἀκροπόλεως ἐξειργάσθη μὲν ἐν πενταετίᾳ, Μνησικλέους ἀρχιτεκτονοῦντος. *Arcis vero vestibula quinquennio exstructa, Mnesicle architecto.* Inchoata autem archonte Euthymene, Olymp. LXXXV. anno IV. Anonymus in Descript. Olymp. diserte notat ad istum annum. Τὰ προπύλαια τῆς ἀκροπόλεως οἰκοδομεῖν ἤρξαντο Ἀθηναῖοι, Μνησικλέους ἀρχιτεκτονοῦντος. *Vestibula arcis exstruere coepere Athenienses, architecto Mnesicle.* Absoluta vero quinto post anno sub archonte Pythodoro; & impensa in ea facta bis mille, ac duodecim talentorum. Anonymus ibidem. Ἐν ἔτεσι μὲν πέντε παντελῶς ἐξεποιήθη, τάλαντα δὲ ἀνηλώθη δισχίλια δώδεκα. *Annis quidem quinque omnino exstructa sunt, & impensa talenta bis mille duodecim.* Ac habebant portas quinque. Idem Anonymus addit. Πέντε δὲ πύλας ἐποίησαν, δι' ὧν εἰς τὴν ἀκρόπολιν εἰσίασιν. *Fecere vero portas quinque, per quas in arcem introirent.* Haec omnia etiam Harpocration nobis tradit in Προπύλαια. Περὶ δὲ τῶν προπυλαίων τῆς ἀκροπόλεως, ὡς ἐπὶ Εὐθυμένους ἄρχοντος οἰκοδομεῖν ἤρξαντο Ἀθηναῖοι, Μνησικλέους ἀρχιτεκτονοῦντος, ἄλλοί τε ἱστορήκασι, καὶ Φιλόχορος, ἐν τῇ τετάρτῃ. Ἡλιόδωρος δέ, ἐν πρώτῃ περὶ τῆς Ἀθήνησιν ἀκροπόλεως, μετ' ἕτερα καὶ ταῦτά φησιν. Ἐν ἔτεσι μὲν πέντε παντελῶς ἐξεποιήθη, τάλαντα δὲ ἀνηλώθη δισχίλια δώδεκα. πέντε δὲ πύλας ἐποίησαν, δι' ὧν εἰς τὴν ἀκρόπολιν εἰσίασιν. *De arcis autem vestibulis, quo modo archonte Euthymene aedificare ea coeperint Athenienses, architecto Mnesicle, cum alii in scripta retulere, tum Philochorus libro quarto. Heliodorus vero, libro primo De arce, quae Athenis, inter cetera ita ait. Annis quinque absoluta, & impensa talenta bis mille duodecim; portas vero, per quas arcem ingrederentur, quinque fecerunt.* De aedificationis tempore quinquennali, impensaque, & quinque portis, eadem Suidas in Προπύλαια, Heliodori verbis refert. Ac portarum istarum claves archontes singuli, singulis diebus tantum, ne tyrannidem affectare unquam possent, asservabant, quoque eas die habebant, Ἐπισάται dicebantur. Scholiastes Demosthenis in Argumento Orationis in Androtionem. Ἕκαστος δὲ ἄρχων ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ ἐκαλεῖτο ἐπισάτης. διὰ τί ὁ μόνῳ μίαν ἡμέραν ἦρχε; ἐπειδὴ αὐτὸς τὰς κλεῖς τῆς ἀκροπόλεως ἐπιστεύετο, καὶ πάντα τὰ χρήματα τῆς πόλεως. ἵν' ὃν μὴ ἐραθῇ τυραννίδος, διὰ τοῦτο μίαν ἡμέραν ἐποίουν αὐτὸν ἄρξαι. *Vnusquisque archon uno die Ἐπισάτης dicebatur; sed cur unum tantum diem magistratum hunc gerebat? siquidem ipsi claves arcis creditae erant, & pecuniae urbis omnes, ne tyrannidem affectaret, ideo uno tantum die magistratum permittebant.* Quod ad tectum porro adtinet, quod fuisse ex albo lapide

A statim dixi, addit Pausanias, supra illud statuas stetisse equestres; quas Xenophontis filiorum quidam rati, alii ornatus tantum causa positas esse existimabant. Verba eius ecce ista. Τὰ δὲ προπύλαια, λίθου λευκοῦ τὴν ὀροφὴν ἔχει· καὶ κόσμῳ, καὶ μεγέθει τῶν λίθων. μέχρι γε κὴ ἐμοῦ προεῖχε. Ἃς μὲν ἐν εἰκόνας τῶν ἱππέων οὐκ ἔχω σαφῶς εἰπεῖν, εἴτε οἱ παῖδές εἰσιν οἱ Ξενοφῶντος, εἴτε ἄλλως ἐς εὐπρέπειαν πεποιημέναι. *Vestibula vero e lapide albo tectum habent; & ornatu, lapidumque magnitudine etiam nostra aetate praestant. Equestres statuae quorum sint, non facile dixerim; sintne eae Xenophontis filiorum, an duntaxat ad decorem loci positae.*

CAP. VII.

In muro Mercurii Propylaei simulacrum spectabatur; & Gratiarum item alia, a Socrate facta.

HActenus foris Arcem aspeximus; nunc intremus, & quae digna illic visu, perlustremus: ac Pausaniam praeeuntem, quando ille in describendo operam accuratam posuit, subsequamur. In ipso introitu, in pariete, simulacrum Mercurii Propylaei erat; item alia Gratiarum, quae a Socrate facta esse ferebantur. Pausanias. Καὶ δὴ καὶ ἡ ἔσοδον αὐτὴν ἤδη τὴν ἐς ἀκρόπολιν, Ἑρμῆν, ὃν Προπυλαῖον ὀνομάζουσι, καὶ Χάριτας, Σωκράτη ποιῆσαι τὸν Σωφρονίσκου λέγουσιν· ᾧ σοφῷ γενέσθαι μάλιστα ἀνθρώπων ἔστιν ἡ Πυθία μάρτυς. *In ipso autem introitu arcis, Mercurium, quem Propylaeum vocant, Gratiasque, Socratem fecisse ferunt, Sophronisci filium; quem inter homines maxime sapientem fuisse Pythia testis.* Ac Gratiarum meminit iterum in Boeoticis. Σωκράτης τε, ὁ Σωφρονίσκου, πρὸ τῆς ἐς τὴν ἀκρόπολιν ἐσόδου Χαρίτων εἰργάζατο ἀγάλματα Ἀθηναίοις. *Et Socrates, Sophronisci filius, ante introitum in arcem Gratiarum simulacra Athenienſibus fecit.* Et commemorat, sed omisso auctoris nomine, paullo ante. Καὶ Ἀθήνησι, πρὸ τῆς ἐς τὴν ἀκρόπολιν ἐσόδου, Χάριτές εἰσι καὶ αὗται τρεῖς. *Et Athenis, ante introitum in arcem, Gratiae sunt, eaeque tres numero.* Plinius lib. XXXVI. cap. V. *Non posteferuntur & Charites in propylaeo Athenienſium, quas Socrates fecit.* Alium locum, & quidem retro Minervae, adscribit illis Aristophanis Scholiastes ad Nubes. Νὴ τὰς Χάριτας. Οὐχ ἁπλῶς ὄμνυσι κατὰ τῶν Χαρίτων· ὀπίσω γὰρ τῆς Ἀθηνᾶς γλυφεῖσαι ἦσαν αἱ Χάριτες ἐν τῷ τοίχῳ, ἃς ἐλέγετο ὁ Σωκράτης γλύψαι. τὸ γὰρ πρῶτον λιθογλύφος ἦν τὴν τέχνην. *Per Gratias. Non simpliciter iurat per Gratias; siquidem retro Minervae simulacra Gratiarum visebantur in pariete, quas sculpsisse Socrates dicebatur: nam is primitus statuariam factitabat.* Diogenes Laertius in Vita Socratis lib. II. Δῦρις δέ κὴ δεδουλεῦσαί (φησιν) αὐτὸν, καὶ ἐργάσασθαι λίθους. εἶναί τε αὐτῶν καὶ τὰς ἐν τῇ ἀκροπόλει Χάριτας ἔνιοί φασιν, ἐνδεδυμένας ἔσας. *Duris vero & serviisse ipsum inquit, & lapides sculpsisse; quin & Gratias in arce, veste amictas, illius esse quidam*

dam dicunt. Vbi iſtud item obſerva; quum nudae alias fingerentur (a), Socratem amictas eas poſuiſſe.

CAP. VIII.

Inde, a dextra, Victoriae ſine alis templum: ad ſiniſtram, cella erat, in qua variae picturae.

INde porro ingredientibus, ad dextram, Victoriae alis (b) carentis templum erat. Pauſanias. Τῶν δὲ προπυλαίων ἐν δεξιᾷ Νίκης ἐστὶν ἀπτέρου ναός. *A veſtibulis, ad dextram manum, Victoriae fanum eſt alis carentis.* Ita autem cognominata Minerva fuit; & in templo erat item ſimulacrum eius deae ſine alis ullis factum: manu dextra, malum Punicum; ſiniſtra vero, galeam tenens. Harpocration. Νίκης Ἀθηνᾶς ξόανον ἄπτερον, ἔχον ἐν μὲν τῇ δεξιᾷ ῥοιὰν, ἐν ᾗ τῇ εὐωνύμῳ κράνος, ἐτιμᾶτο. ὅτι δὲ ἐτιμᾶτο παρ' Ἀθηναίοις, δεδήλωκεν Ἡλιόδωρος ὁ Περιηγητὴς, ἐν τῇ πρώτῃ Περὶ ἀκροπόλεως. *Victoriae Minervae ſimulacrum, alis carens, & in dextra malum Punicum, in ſiniſtra galeam tenens, colebatur; idque apud Athenienſes: cuius rei clarus teſtis Heliodorus Perieget. libro primo de Arce.* Quae totidem verbis habet Suidas. Vlpianus in Timocrateam. Τινὲς δὲ ἐξηγοῦνται, Νίκης Ἀθηνᾶς εἶναι ἄγαλμα ἐν τῇ ἀκροπόλει, ταύτης δὲ πτέρυγας, χρυσᾶς (c) ὔσας, ἐπεχείρησάν τινες κακοῦργοι ἀφελέσθαι. *Quidam vero exponunt, Victoriae Minervae ſimulacrum eſſe in arce; & alas huius, quae aureae erant, maleficos quoſdam eripuiſſe.* Ad ſiniſtram cella erat; quam picturae varie ornabant; inter quas Diomedes erat, & Vlyſſes; ille, e Lemno Philoctetis ſagittas referens; hic, Palladium Ilio abducens: Oreſtes quoque, qui AEgyſthum; & Pylades, qui Nauplii filios, opem AEgyſtho ferentes, interficeret: Polyxena item ad Achillis tumulum mactanda: denique Vlyſſes iterum, Nauſicaae adſtans, & lavantibus cum ea puellis. Atque haec omnia picta a Polygnoto erant. Pauſanias. Εἰσὶ δὲ ἐν ἀριστερᾷ τῶν προπυλαίων οἴκημα, ἔχον γραφάς· ὁπόσαις δὲ μὴ κατέσηκεν, ὁ χρόνος αἴτιος ἀφανέσιν εἶναι. Διομήδης ἦν, καὶ Ὀδυσσεύς· ὁ μὲν, ἐν Λήμνῳ τὸ Φιλοκτήτου τόξον· ὁ δὲ, τὸ Ἀθηνᾶν ἀφαιρούμενος ἐξ Ἰλίου· ἐνταῦθα ἐν τῇ γραφαῖς ἐστιν Ὀρέστης, Αἴγισθον φονεύων· καὶ Πυλάδης, τοὺς παῖδας τοῦ Ναυπλίου, βοηθοὺς ἐλθόντας Αἰγίσθῳ. τοῦ δὲ Ἀχιλλέως τάφου πλησίον μέλλουσά ἐστι σφάζεσθαι Πολυξένη· ἃ δὴ καὶ Πολύγνωτος ἔγραψε. ἔγραψε δὲ καὶ πρὸς τῷ ποταμῷ ταῖς ὁμοῦ Ναυσικάᾳ πλυνούσαις ἐφιστάμενον Ὀδυσσέα. *Ad veſtibulorum laevam cella quaedam eſt, picturas habens; e quibus quae non ſatis conſtant, eae tempore obſcuratae. Erat Diomedes, & Vlyſſes; ille e Lemno Philoctetae ſagittas ferens; iſte, Palladium Ilio abducens. Oreſtes quoque hic inter picturas, AEgiſthum occidens; & Pylades, Nauplii filios, qui AEgiſtho ad ſuppetias veniebant, tum Polyxena, ad Achillis tumulum mactanda. Quae ſane Polygnotus pinxit; uti etiam Vlyſſem, Nauſicaae adſtantem, & puellis, quae cum ea ſe lavabant.* Ad haec Alcibiades erat, equis apud Nemeam victor; item Perſeus Polydecti in Seriphum Meduſae caput apportans. Pauſanias. Γραφαὶ δέ εἰσι καὶ ἄλλαι. καὶ Ἀλκιβιάδης, ἵππων δὲ οἱ νίκης τε ἐν Νεμέᾳ ἔστι σημεῖα ἐν τῇ γραφῇ· καὶ Περσεύς ἐστιν, ἐς Σέριφον κομίζόμενος, Πολυδέκτῃ φέρων τὴν κεφαλὴν τὴν Μεδούσης. *Sunt vero & aliae picturae; in his Alcibiades, cum equeſtris ad Nemeam Victoriae monumentis: Perſeus quoque in Seriphum ad Polydecten caput Meduſae adferens.* Praeterea puer, hydrias geſtans; & luctator, a Timaeneto factus; ac Muſaeus. Pauſanias. Ἐπὶ δὲ τῶν γραφῶν παρέντι τὸν παῖδα, τὸν τὰς ὑδρίας φέροντα, καὶ τὸν παλαιστὴν, ὃν Τιμαίνετος ἐγραψεν, ἔστι Μουσαῖος. *In his picturis, praeter puerum, hydrias geſtantem, & luctatorem, quem Timaenetus pinxit, eſt Muſaeus.*

CAP. IX.

Statuae leaenae, in honorem Leaenae meretricis; quae conſcios coniurationis, contra Piſiſtratidas initae, tacuiſſet.

TVm leaenae ſeſe ſtatua offerebat, in Leaenae meretricis honorem poſita, quia conſcios coniurationis Hippiae tyranno prodere noluiſſet. Pauſanias (d). Διὰ τὸν Ἵππαρχου θάνατον Ἱππίας ἄλλά τε ἐχρήσατο θυμῷ, καὶ ἐς γυναῖκα, ὄνομα Λέαιναν· ταύτην γὰρ, ἐπεί τε ἀπέθανεν Ἵππαρχος, Ἱππίας εἶχεν ἐν αἰκίᾳ, ἐς ὃ διέφθειρεν· οἷα ἑταῖραν Ἀριστογείτονος ἐπιστάμενος, καὶ τὸ βούλευμα οὐδαμῶς ἀγνοοῦσαι δοξάζων. ἀντὶ δὲ τούτων, ἐπὶ τυραννίδος ἐπαύθησαν οἱ Πεισιστρατίδαι, χαλκῆ λέαινα Ἀθηναίοις ἐστὶν ἐς μνήμην τῆς γυναικός. *Ob Hipparchi caedem cum alia Hippias, animo morem gerens, fecit: tum mulierem, cui Leaena nomen erat, tamdiu in tormentis habuit, quo ad animam efflaret: quod nimirum, quia cum illa conſuevisſe Ariſtogitonem ſciret, conſilii omnino non ignaram exiſtimaret; cuius rei cauſa Athenienſes a tyrannide Piſiſtratidarum liberati, leaenam, ex aere, in memoriam mulieris ſtatuerunt.* Plutarchus in ipſa Arcis porta fuiſſe tradit libro De Garrulitate. Καλὸν δὲ καὶ Λέαινα τὴν ἐγκρατείας ἔχει γέρας. ἑταῖρα τῶν περὶ Ἁρμόδιον ἦν, καὶ Ἀριστογείτονα, καὶ τὴν ἐπὶ τοὺς τυράννους συνομοσίας ἐκοινώνει ταῖς ἐλπίσιν, ὡς γυνή. καὶ γὰρ αὐτὴ περὶ τὸν καλὸν ἐκεῖνον ἐβάκχευσε κρατῆρα τῷ ἔρωτος, καὶ καλωργίασο διὰ τοῦ θεοῦ τοῖς ἀπορρήτοις. ὡς οὖν ἐκεῖνοι πλαισανίες ἀνηρέθησαν, ἀνακρινομένη, ἡ κολαζομένη φράσαι τοὺς ἔτι λανθάνοντας, οὐκ ἔφρασεν, ἀλλ' ἐνεκαρτέρησεν· ἐπιδείξασα τοὺς ἄνδρας οὐδὲν ἀνάξιον ἑαυτῶν παθόντας, εἰ τοιαύτῃ ἠγάπησαν. Ἀθηναῖοι δὲ, χαλκῆν ποιησάμενοι λέαιναν, ἄγλωσσον, ἐν

(a) Ita paſſim in antiquis gemmis & anaglyphis occurrunt. Conſule *Muſeum Florentinum*.

(b) Victoriam alatam paſſim effingebant, ut videre eſt in antiquis nummis, & gemmis. Ovid. II. *Triſt.*

Sic adſueta tuis ſemper Victoria caſtris
Advolet.

(c) *Prudentius Lib. II. contra Symmachum:*

——— aurea quamvis
Marmoreo in templo rutilas Victoria pennas
Explicet.

(d) Haec Hiſtoria refertur a Gellio Lib. IX. Cap. II.

Digitized by Google

ἐν πύλαις τ῀ ἀκροπόλεως ἀνέθηκαν· τῷ μὲν θυμοῦσθαι τῷ ζώῳ, τὸ ἀήττητον αὐτῆς· τῷ δ' ἀγλώσσῳ, τὸ σιωπηλόν, καὶ μυστηριῶδες, ἐμφαίνοντες. *Honestum etiam Leaena continentiae habet praemium. Haec meretrix erat, Aristogitoni, & Harmodio familiaris; &, ut mulier, spe conjurationis in tyrannos particeps erat; nam & illa circa pulcrum illum Amoris craterem bacchata, & per Deum arcanis initiata fuerat. Vt illi igitur, quum conatu excidissent, interfecti, haec vocata ad quaestionem, & indicare latentes iussa, minime fecit, sed constanter cruciatus toleravit; ostendens eos, quia ipsam adamassent, nihil plane se indignum commisisse. Athenienses vero ei leaenam aeream, elinguem, in portis arcis collocarunt; animantis quidem ferocia, vim invictam illam animi; linguae autem exemtione, taciturnitatem eius, qualis in arcanis sacris postulatur, indicantes.* Plinius Iphicratis opus fuisse refert lib. XXXIV. cap. VIII. *Et Iphicratis leaena laudatur. Scortum haec, lyrae cantu familiare Harmodio, & Aristogitoni, consilia eorum de tyrannicidio, usque & ad mortem excruciata, non prodidit. Quamobrem Athenienses, & honorem ei habere volentes, nec tamen scortum celebrasse, animal nominis eius fecere; atque, ut intelligeretur causa honoris, in opere linguam addi ab artifice vetuerunt.* Meminit Lactantius lib. I. cap. XXXII. ac Polyaenus lib. VIII.

CAP. X.

Veneris etiam, & Diitrephis; tum Hygiae, & Minervae τῆς Ὑγιείας; cuius etiam ara ibidem. Simulacrum, a Pericle positum, quam ob causam. Parthenium herba, a Minerva ad curandum opificem ostensa. Matris Isocratis statua. Lapis quoque, in quo Silenus quievisse ferebatur.

IVxta Veneris simulacrum positum erat, Calliae donarium; Calamidis opus: & Diitrephis, sagittis confixi. Pausanias. Παρὰ δὲ αὐτὴν (τὴν λέαιναν) ἄγαλμα Ἀφροδίτης· ὃ Καλλίᾳ τέ φασιν εἶναι ἀνάθημα, καὶ ἔργον Καλάμιδου. πλησίον δέ ἐστι Διϊτρεφοῦς χαλκοῦς ἀνδριὰς, ὀϊστοῖς βεβλημένου. *Iuxta ipsam vero (leaenam) Veneris signum est; quod & Calliae donarium esse, & Calamidis opus ferunt. In propinquo, Diitrephis ex aere statua, sagittis confixi.* Proxime Hygia stabat, AEsculapii filia; & Minerva, Ὑγίεια (a) cognomento. Pausanias. Τοῦ δὲ Διϊτρεφοῦς πλησίον θεῶν ἀγάλματά ἐστιν, Ὑγίας τε, ἣν Ἀσκληπιοῦ παῖδα εἶναι λέγουσιν· καὶ Ἀθηνᾶς, ἐπίκλησιν δὲ ταύτης Ὑγιείας. *Propter Diitrephis, dearum simulacra visuntur; Hygiae, Aesculapii filiae, uti aiunt: ac Minervae, quae & ipsa Hygieae cognomento adpellatur.* Aristides eius aram, non simulacrum tradit nobis, Orat. in Minervam. Ἀθηναίων δὲ οἱ πρεσβύτατοι καὶ Ὑγιείας Ἀθηνᾶς βωμὸν ἱδρύσαντο. *Antiquissimi vero Athenienses etiam Hygieae Minervae aram posuerunt.* Conciliabo. Ara eius deae prior collocata; simulacrum, idque ex aere, postea Pericles iuxta po-

suit, ob ostensam a dea illa medicinam, qua delapsus opifex de propylaeis, dum exstruuntur, curaretur. Plutarchus clare ita narrat in Vita Periclis; Τὰ δὲ προπύλαια τ῀ ἀκροπόλεως ἐξεργάσθη μὲν ἐν πενταετίᾳ, Μνησικλέους ἀρχιτεκτονοῦντος. τύχη δὲ θαυμαστὴ συμβᾶσα περὶ τὴν οἰκοδομίαν ἐμήνυσε τὴν θεὸν ὡς ἀποστατοῦσαν, ἀλλὰ συνεφαπτομένην τῷ ἔργῳ, καὶ συνεπιτελοῦσαν. ὁ γὰρ ἐνεργότατος, καὶ προθυμότατος, τῶν τεχνιτῶν, ἀποσφαλεὶς, ἐξ ὕψους ἔπεσε· καὶ διέκειτο μοχθηρῶς, ὑπὸ τῶν ἰατρῶν ἀπεγνωσμένος. ἀθυμοῦντι δὲ τῷ Περικλεῖ, ἡ θεὸς, ὄναρ φανεῖσα, συνέταξε θεραπείαν, ᾗ χρώμενος ὁ Περικλῆς, ἰσχύι, καὶ ῥᾳδίως, ἰάσατο τὸν ἄνθρωπον. ἐπὶ τούτῳ δὲ καὶ τὸ χαλκοῦν ἄγαλμα τῆς Ὑγιείας Ἀθηνᾶς ἀνέστησεν ἐν ἀκροπόλει, παρὰ τὸν βωμόν· ὃς καὶ πρότερον ἦν, ὡς λέγουσιν. *Arcis vero propylaea quinquennio absoluta ferunt, Mnesicle architecto. Casus autem admirandus, qui in hac aedificatione sese obtulit, indicavit, non invita sane dea, sed cooperante ipsa, & perfectionem eius adiuvante, factam esse; nam opificum, qui in opere maxime sedulus, & promtissimus, quum offendisset, ex alto decidit graviter profecto adflictus, ita ut medici desperarent. Anxio autem animi Pericle, dea, in somno ipsi apparens, medicinam, qua & cito, & sine negotio eum curaret, ordinavit. Quam ob rem Minervae Hygieae signum aeneum in arce posuit, iuxta aram; quae & antea illic erat, uti ferunt.* Medicina autem, a dea ostensa, ut hoc obiter quoque dicam, parthenium erat. Accipio ex Plinio lib. XXII. cap. XVII. *Vernula, carus Pericli, Athenienstium principi, quum is in arce templum aedificaret, repsisseque super altitudinem fastigii, & inde cecidisset, hac herba dicitur sanatus, monstrata Pericli somnio a Minerva; quare parthenium vocari coepta est, adsignaturque ei deae.* Crescebat nempe iuxta arcem ea herba. Observo apud Plutarchum in Sulla; ubi Athenienses, fame pressos, comedisse eam refert. χιλίων δραχμῶν ὠνίου τοῦ μεδίμνου τῶν πυρῶν ὄντος ἐν ἄστει τότε, τῶν ἀνθρώπων σιτουμένων τὸ περὶ τὴν ἀκρόπολιν φυόμενον παρθένιον. *Quum tritici medimnus in Vrbe mille drachmis venderetur, hominesque parthenium, quod circa arcem nascebatur, esitarent.* Quod Minervae porro istud simulacrum attinet, astabat ei mater Isocratis. Plutarchus in Isocrate De X. Rhet. Τῆς δὲ μητρὸς αὐτῶν, Ἰσοκράτους, καὶ Θεοδώρου, καὶ τ῀ ταύτης ἀδελφῆς Ἀνακοῦς, εἰκόνες ἀνέκειντο ἐν ἀκροπόλει. ὧν ἡ τ῀ μητρὸς, παρὰ τὴν Ὑγίειαν νῦν κεῖται. *Matris vero ipsorum, Isocratis, & Theodori, tum sororis eius Anacus, statuae in arce positae erant; ac matris quidem, iuxta signum Hygieae.* Lapis quoque ostendebatur; non maior, quam ut pusillus homo considere in eo possit: in quo Silenum, quum in Atticam Bacchus venisset, quievisse memorabant. Pausanias. Ἔστι δὲ λίθος, οὐ μέγας, ἀλλ' ὅσον καθίζεσθαι μικρὸν ἄνδρα. ἐπὶ τούτῳ λέγουσιν, ἡνίκα Διόνυσος ἦλθεν ἐς τὴν γῆν, ἀναπαύεσθαι τὸν Σειληνόν. *Est autem & lapis, non magnus, sed in quo consideret vir pusillus. In hoc dicunt, quum in regionem hanc Bacchus venisset, Silenum quievisse.*

Meursii Tom. I.

(a) Vide adnotata *Lib. De Populis Atticis* in Ἀχάρνα.

Digitized by Google

CAP. XI.

Lycius puer, cum labello; & Perſeus Meduſae caput amputans. Dianae etiam Brauroniae ſacellum, & in eo ſimulacrum: tum equus Durius. Epicharmus quoque, curſu armato ſe exercens; & Oenobius, de Thucydide revocando decretum faciens: inde Phormio, & Hermolycus pancratiaſta.

POſt haec ſeſe offerebat puer Lycius, labellum tenens, ex aere factus; item Perſeus, Meduſae caput amputans; utrumque Myronis opus. Pauſanias. Καὶ ἄλλα ἐν τῇ Ἀθηναίων ἀκροπόλει θεασάμην οἶδα· Λύκιον τὸν Μύρωνος χαλκοῦν παῖδα, ὃς τὸ περιῤῥαντήριον ἔχει· καὶ Μύρωνος Περσέα, τὸ ἐς Μέδουσαν ἔργον εἰργασάμενον. *Etiam alia in Athenienſium arce vidiſſe memini; Lycium puerum ex aere, cum labello, Myronis opus: Perſeum item, qui Meduſam occidiſſet; hunc quoque a Myrone factum.* Ad haec ſacellum Dianae Brauroniae (a), & in eo a Praxitele factum deae ſimulacrum. Pauſanias. Καὶ Ἀρτέμιδος ἱερόν ἐστι Βραυρωνίας· Πραξιτέλους μὲν τέχνη τὸ ἄγαλμα· τῇ θεῷ δ' ἐστὶν ἀπὸ Βραυρῶνος δήμου τὸ ὄνομα. *Et Dianae Brauroniae ſacellum eſt; eiuſque ſignum, a Praxitele fabrefactum: dea vero, a Braurone populo dicta.* Inde equus Durius; e quo Meneſtheus, Teucer, & Theſei filii proſpectabant. Pauſanias. Ἵππος δὲ, ὁ καλούμενος Δούριος, ἀνάκειται χαλκοῦς. καὶ ὅτι μὲν τὸ ποίημα τοῦ Ἐπειοῦ μηχάνημα ἦν, ἐς διάλυσιν τοῦ τείχους, οἶδεν, ὅστις μὴ πᾶσαν ἐπιφέρει τοῖς Φρυξὶν εὐήθειαν. λέγεται δὲ ἐς τε ἐκεῖνον τὸν ἵππον, ὡς ἐν Ἕλλήνων ἔνδον ἔχοι τοὺς ἀρίστους. καὶ δὴ καὶ τοῦ χαλκοῦ τὸ σχῆμά ἐστι κατὰ ταῦτα· καὶ Μενεσθεὺς, καὶ Τεῦκρος, ὑπερκύπτουσιν ἐξ αὐτοῦ· προσέτι δὲ καὶ οἱ παῖδες τοῦ Θησέως. *Equus vero, Durius dictus, ex aere eſt poſitus; & hanc quidem machinam eſſe, ab Epeo factam, ad deiiciendos muros, norit ſane, quiſquis non omnino Troianos vecordiae damnare velit. Fertur autem de hoc equo, fortiſſimos Graecorum in eo incluſos fuiſſe; & conveniens equi iſtius aenei forma eſt: Meneſtheusque ex illo, & Teucer, ac Theſei filii proſpectant.* Meminit eius Heſychius. Δούριος ἵππος Ἀθήνησιν ἐν ἀκροπόλει χαλκοῦς ἐστιν, καὶ ἐξ αὐτοῦ ἐκκύπτουσι δόρατα. *Durius equus Athenis in arce eſt, ex aere factus; & ex eo haſtae exſertae.* Ariſtophanes avibus dicit fuiſſe centum ulnarum magnitudine

——— ἐναντίω δύ' ἅρματε
Ἵππων ὑπόντων μέγεθος ὅσον ὁ Δούριος.
Τὸ δὲ μῆκος ἐστὶ. καὶ γὰρ ἐμέτρησ' ἄν τ' ἐγὼ
Ἑκατοντόργυιον ———

Dedicaverat autem Chaeredemus, Evangeli filius. Docet Scholiaſtes Comici, ad citatum illum locum. Οὐ πιθανὸν, κοινῶς λέγειν αὐτὸν, ἀλλὰ τοῦ χαλκοῦ, τοῦ ἐν ἀκροπόλει. ἀνέκειτο γὰρ ἐν ἀκροπόλει Δούριος Ἵππος, ἐπιγραφὴν ἔχων· Χαιρέδημος Εὐαγγέλου, ἐκ Κοίλης, ἀνέθηκε. *Non eſt veriſimile, eum communiter loqui; ſed de aeneo, qui in arce. Erat enim in arce equus Durius, cum inſcriptione iſta: Chaeredemus, Evangeli filius, e Coele populo oriundus, dedicavit.* Prope Epicharmus ſtabat, curſu armato ſe exercens, Critiae opus, & Oenobius, de Thucydide revocando decretum obtinens. Pauſanias. Ἀνδριάντων δὲ ὅσοι μετὰ τὸν ἵππον ἐστήκασιν, Ἐπιχάρμου μὲν, ὁπλιτοδρομεῖν ἀσκήσαντος, τὴν εἰκόνα ἐποίησε Κριτίας. Οἰνοβίου δὲ ἔργον ἐστὶν ἐς Θουκυδίδου χρηστόν· ψήφισμα γὰρ ἐνίκησεν Οἰνοβίου, καταλθεῖν εἰς Ἀθήνας Θουκυδίδου. *Ex ſtatuis vero, quae ſecundum equum poſitae, Epicharmi quidem, qui in armatorum curſu ſe exercuit, Critias fecit. Oenobii quoque in Thucydidem opus laudabile conſpicitur; qui pervicit, ut de eo revocando decretum fieret.* Phormio etiam, & pancratiaſta Hermolycus. Pauſanias. Τὰ δὲ ἐς Ἑρμόλυκον τὸν παγκρατιαστὴν, καὶ Φορμίωνα τὸν Ἀσωπίχου, γραψάντων ἑτέρων, παρίημι. *Iam quae ad Hermolycum pancratiaſten attinent, & Phormionem, Aſopichi filium,* (quorum nempe illic etiam ſtatuae erant,) *quum alii ſcripſerint, ego omitto.*

CAP. XII.

Minerva, Marſyam ferieus. Theſeus cum Minotauro pugnans. Aries, Phrixum Colchos vehens. Hercules angues enecans. Minerva e Iovis capite enaſcens; item taurus.

MInerva etiam erat, Marſyam feriens; quia tibias, quas abiectas cupiebat, ſuſtuliſſet. Pauſanias. Ἐνταῦθα Ἀθηνᾶ πεποίηται, τὸν Σάτυρον Μαρσύαν παίουσα, ὅτι δὴ τοὺς αὐλοὺς ἀνέλοιτο, ἐρρίφθαι σφᾶς τῆς θεοῦ βουλομένης. *Hic Minerva item fuit, Marſyam Silenum caedens; quod is tibias, quas abiectas dea vellet, ſuſtuliſſet.* Inde Theſei adverſus Minotaurum pugna. Pauſanias. Τούτων πέραν, ὧν εἰρηταί, ἐστιν ἡ λεγομένη Θησέως μάχη πρὸς τὸν ταῦρον, τὸν Μίνω καλούμενον. *Praeter iſta, quae recenſui, Theſei, quae fertur, pugna eſt, contra taurum, quem Minois adpellabant.* Tum aries ille, qui in Colchos Phrixum vexerat, ab eodem immolabatur; ſed incertum, cui deo: ipſo Phrixo, dum torrentur ritu Graeco, femora hoſtiae aſpectante. Pauſanias. Κεῖται δὲ καὶ Φρίξος ὁ Ἀθάμαντος, ἐξενεγμένος ἐς Κόλχους ὑπὸ τοῦ κριοῦ. καὶ θύσας δὴ αὐτὸν ὅτῳ τῷ θεῷ, ὡς δὲ εἰκάσαι, τῷ Λαφυστίῳ καλουμένῳ παρὰ Ὀρχομενίοις, τοὺς μηροὺς κατὰ νόμον ἐκτεμὼν τῶν Ἑλλήνων, ἐς αὐτοὺς καιομένους ὁρᾷ. *Ibidem Phrixus, Athamantis filius, ab Ariete in Colchos delatus, eumque immolans deo incerto (b); niſi quod coniicere licet, illum eſſe, qui Laphyſtius Orchomeniis adpellatur; femora ritu Graeco ſecta, dum torrentur, aſpectabat.* Hic exiſtimandus eſt is ipſe aries, cuius meminit Heſychius. Ἦν ἐν τῇ ἀκροπόλει κριὸς ἀνακείμενος, μέγας, χαλκοῦς· ἀσελγοκέρως δὲ αὐτὸν εἶπε Πλάτων ὁ κωμικὸς, διὰ τὸ μέγαν εἶναι. *Erat in arce dedicatus aries, magnus, ex aere; quem, quod magnus ille eſſet, ἀσελγοκέρως, ſeu laſcivientem cornibus, Plato Comicus dixit.*

Poſt

(a) Vide *Lib. De Populis Atticis* in Βραυρών.
(b) Sic *Lucanus*:
——— *Et dedita ſacris*
Incerti Iudaea Dei ———
Conſule Tacitum *Lib.* v. *hiſtor.*

Digitized by Google

Poſt haec Hercules ſpectabatur, angues ſtrangulans; & Minerva, e Iovis vertice enaſcens: item taurus, Areopagitarum donarium. Pauſanias. Κεῖνται δὲ ἐξῆς ἄλλαί τε εἰκόνες, καὶ Ἡρακλέους· ἄγχει μὲν, ὡς λόγος ἔχει, τοὺς δράκοντας. Ἀθηνᾶ τέ ἐστιν, ἀνιοῦσα ἐκ τῆς κεφαλῆς τοῦ Διός. ἔστι δὲ καὶ ταῦρος, ἀναθήματα τῆς βουλῆς τῆς ἐν Ἀρείῳ πάγῳ. *Sunt deinde alia ſigna; in his Herculis, dracones, quod de eo fertur, ſtrangulantis: tum Minervae, e Iovis capite prodeuntis. Eſt & taurus, quem Senatus Areopagi dedicavit.*

CAP. XIII.

Vir cum unguibus argenteis, galeae innitens, Terra a Iove imbres petens. Timotheus cum Cononе patre. Progne, Ityn tollere meditans; & Itys ipſe. Minerva, oleam; & Neptunus undam proferens. Denique Iupiter Leocharis, & Πολιεύς.

SPectabatur & vir quidam galeae innitens a Cleoeta factus. Pauſanias. Οὗτος δὲ τὰ σὺν τέχνῃ πεποιημένα ἐπίπροσθεν τίθεται τῶν ἐς ἀρχαιότητα ἡκόντων, καὶ τάδε ἐστὶν οἱ θεάσασθαι. Κράνος ἐστὶν ἐπικείμενος ἀνὴρ, Κλεοίτου. καὶ οἱ τοὺς ὄνυχας ἀργυροῦς ἐνεποίησεν ὁ Κλεοίτας, *Quiſquis vero cum artificio facta vetuſtis anteponit, etiam haec ſpectare poteſt. Vir eſt, galeae incumbens, Cleoetae opus, qui argenteos quoque ungues ei fecit.* Haec ipſa eſt ſtatua, ut exiſtimo, cuius meminit iterum Eliac. II. Τὸ μὲν δὴ ἐξ ἀρχῆς Κλεοίτας ἐστὶν, ἄρξαι μηχανησάμενος, καὶ Φρονήσας γε ἐπὶ τῷ εὑρήματι, ὡς καὶ ἐπίγραμμα ἐπὶ ἀνδριάντι τῷ Ἀθήνησιν ἐπιγράψαι.

Οὗς ἵππαφέσιν σὺν Οὐλυμπία εὔρατο πρῶτος,
Τεῦξέ με Κλεοίτας, υἱὸς Ἀριστοκλέους.

Primus, qui carcerum formam excogitavit, eſt Cleoetas; qui & adeo ob inventum ſibi placuit, ut & ſtatuae, quae Athenis, epigramma hoc inſcripſerit:

Me, qui carceribus docuit dimittere currus,
Cleoetas fecit, natus Ariſtoclee,

Deinde Terra, pluviam a Iove petens. Pauſanias. Ἔστι δὲ καὶ Γῆς ἄγαλμα, ἱκετεύουσης ὕσαι οἱ τὸν Δία. *Eſt & Terrae ſimulacrum, Iovi, ut pluere ipſi velit, ſupplicantis.* Item Timotheus, cum Cononе, patre ſuo. Pauſanias. Ἐνταῦθα καὶ Τιμόθεος ὁ Κόνωνος. καὶ αὐτὸς κεῖται ὁ Κόνων. *Ibi & Timotheus poſitus, Cononis filius; & ipſe Conon.* Progne quoque, Ityis filii caedem meditans; & Itys ipſe, Alcamenis donarium. Pauſanias. Πρόκνῃ δὲ τὰ ἐς τὸν παῖδα βεβουλευμένῃ αὐτήν τε καὶ τὸν Ἴτυν, ἀνέθηκεν Ἀλκαμένης. *Progne vero, facinus in filium meditantem, ipſamque, & Ityn, Alcamenes dedicavit.* Hinc Neptunus, & Minerva; ille flumen(a), iſta oleam producens. Pauſanias. Πεποίηται δὲ ἐς τὸ φυτὸν τῆς ἐλαίας Ἀθηνᾶ, καὶ κῦμα ἀναφαίνων Ποσειδῶν. Et Iovis duo ſimulacra; unum, a Leochare factum: alterum, Πολιέως, dicti. Pauſanias. Καὶ Διός ἐστιν ἄγαλμα, τό τε Λεωχάρους, καὶ ὁ ὀνομαζόμενος Πολιεύς. *Et Iovis ſignum eſt, cum quod a Leochare factum, tum illius, qui* Πολιεὺς *cognominatus.*

CAP. XIV.

Παρθενὼν, centum undique pedes habens; unde etiam Ἑκατόμπεδον. *Quare* Παρθενὼν *diceretur.* Παρθένοι, *Erechthei filiae. Minerva,* Παρθένος *cognomento. Quis id templum aedificarit. Ictini de eo, & Carpionis, libri. Mulae, dum aedificatur, factum inſigne; item praemium, & aetas.*

POſt haec nobis Parthenona dicit Pauſanias; de quo adcuratius paulo eſt agendum. Nomen autem etiam Ἑκατόμπεδον fuit. Harpocration. Ὁ Παρθενὼν ὑπό τινων Ἑκατόμπεδον ἐκαλεῖτο, διὰ κάλλος, καὶ εὐρυθμίαν· οὐ διὰ μέγεθος. *Parthenon a quibusdam Hecatompedum vocabatur, propter formam, & concinnitatem eius, non magnitudinem.* Nempe quia undique pedes centum haberet. Etymologici Auctor. Ἑκατόμπεδον, νεώς ἐστι τῶν Ἀθηνᾶς, ποδῶν ἑκατὸν ἐκ πάσης πλευρᾶς. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ὠνόμασται. *Hecatompedum, Minervae templum eſt, ex unoquoque latere centum pedes habens; qua de re & nomen datum.* Et Παρθενὼν dicebatur, quia virginibus exſtructum eſſet. Heſychius. Ἑκατόμπεδον, νεὼς ἐν τῇ ἀκροπόλει, παρθένοις κατασκευασθεὶς ὑπὸ Ἀθηναίων. *Hecatompedum, templum eſt in arce, virginibus ſtructum ab Athenienſibus.* Eo nomine Erechthei filiae accipiendae; quae Παρθένοι dictae κατ' ἐξοχήν, ſic colebantur. Idem ille Heſychius alibi. Παρθένοι. τὰς Ἐρεχθέως θυγατέρας οὕτως ἔλεγον, καὶ ἔτι νῦν. Παρθένοι, ſive *Virgines. Erechthei filias eo nomine appellabant, & colebant.* Vel quia Minervae, τῇ Παρθένῳ cognomento, ſacrum eſſet. Scholiaſtes Demoſthenis ad Orat. in Androtionem. Παρθενὼν, ναὸς ἦν ἐν τῇ ἀκροπόλει, Παρθένου Ἀθηνᾶς. *Parthenon, templum erat in arce,* Παρθένου, ſive *Virginis Minervae.* AEdificatum a Callicrate, & Ictino; adcurante opus Pericle. Plutarchus in Vita Periclis. Τὸν μὲν γὰρ Ἑκατόμπεδον Παρθενῶνα Καλλικράτης ἐργάσατο, καὶ Ἰκτῖνος. *Hecatompedum enim, qui & Parthenon, Callicrates fecit, & Ictinus.* Pauſanias in Arcadicis ſolum Ictinum nobis memorat; nec Callicratis mentionem ullam fecit. Καὶ Ἰκτῖνος, ὁ ἀρχιτέκτων τοῦ ἐν Φιγαλίᾳ ναοῦ, γεγονὼς τῇ ἡλικίᾳ κατὰ Περικλέα, καὶ Ἀθηναίοις τὸν Παρθενῶνα καλούμενον κατασκευάσας. *Et Ictinus templi, quod Phigaliae eſt, architectus; qui aetate Periclis vixit, & Athenienſibus item Parthenona, quem appellant, aedificavit.* Et Strabo lib. IX. Ἰκτῖνος, ὃς καὶ Παρθενῶνα ἐποίησεν, τὸν ἐν ἀκροπόλει. *Ictinus, qui & Parthenonem in arce aedificavit.* Auſonius in Moſella.

Atque Epheſi ſpectata manus, vel in arce Minervae
Ictinus.

Dixi autem aedificatum, curante Pericle; quo Himerii iſta pertinent, in Excerptis. Περικλεῖ μὲν προπύλαια πρὸς ψιλολιμίαν ἤρκει, καὶ Παρ-

(a) *Gronovius Praefatione IV. Voluminis Theſ. Antiq. Graecarum*, ad hunc locum haec adnotat: *Me offendiſſe fateor in Capite XIII. ubi*, Κῦμα ἀναφαίνων Ποσειδῶν *in Pauſania a Meurſio vertitur* flumen producens Neptunus *meliuſque videtur reddidiſſe iſtius Scriptoris interpres* undam.

Παρθενών. *Pericli quidem ad cupiditatem laudis vestibula, & partbenon, sufficiebant.* Meminit eius Vitruvius lib. IV. cap. VII. *Hoc autem genere primo facta aedes, ut est Castoris, in Circo: Athenis in arce, Minervae.* Structura autem Dorica fuit; ac de ea scripsere olim Carpion, & ipse Ictinus. Vitruvius idem in Praefatione lib. VII. *De aede Minervae Dorica, quae est Athenis, (volumen ediderunt) Ictinus, & Carpion.* Quod prius fuerat, id, a Persis igne iniecto, conflagravit; itaque postea hunc in modum instauratum, prius illud pedibus totis quinquaginta superabat. Hesychius, in Ἑκατόμπεδον. Μείζων τῷ ἐμπρησθέντι ὑπὸ τῶν Περσῶν ποσὶ πεντήκοντα. *Illud, quod incensum a Persis, magnitudine pedum quinquaginta excedebat.* Stupendum sane opus fuisse ait Dicaearchus, in descriptione Graeciae, ubi de Athenis agit. Ὁ καλούμενος Παρθενών, ὑπερκείμενος τῷ θεάτρῳ, μεγάλῳ κατάπληξιν ποιεῖ τοῖς θεωρῶσι. *Qui Parthenon dicitur, supra theatrum situs, magnum spectantibus stuporem incutit.* Non silendum hic mulae factum singulare, dum exstruitur. Athenienses mulas vetulas ab opere liberas esse iusserant; e quibus tamen una, ut ferunt, ultro ad opus accurrit, alias praecedens, & ad laborem capessendum quasi exhortans: unde & illi usque ad mortem alimenta publice data. Plutarchus in Catone maiore. Ὁ ἢ τῶν Ἀθηναίων δῆμος, οἰκοδομῶν τὸν Ἑκατόμπεδον, ὅσας κατενόησεν ἡμιόνους μάλιστα τοῖς πόνοις ἐγκαρτερούσας, ἀπέλυσεν ἐλευθέρας νέμεσθαι, καὶ ἀφέτους. ὧν μίαν φασὶ, καταβαίνουσαν ἀφ' ἑαυτῆς πρὸς τὰ ἔργα, τοῖς ἀνάγκαις τὰς ἀμάξας ὑποζυγίοις εἰς ἀκρόπολιν συμπαρατρέχειν, καὶ προηγεῖσθαι καθάπερ, ἐγκελευομένῳ, καὶ συνεξορμῶσαν. ἦν καὶ τρέφεσθαι δημοσίᾳ μέχρι τελευτῆς ἐψηφίσαντο. *Populus vero Athenienſis, quum Hecatompedon aedificaret, quotquot animadverterent mulas maxime laboribus fatigatas, eas solvit, & in pastum liberas misit. Harum unam, sponte sua recurrentem ad opus, ferunt, cum iumentis, plaustra in arcem pertrahentibus, cucurrisse, ac praeisse, quasi exhortantem ea, & excitantem, cui etiam usque ad mortem ex aerario alimentum decrevere.* Eadem memorat lib. De Solertia Animalium; & videndus AElianus, Hist. Anim. lib. VI. cap. XLIX. Hierocles, In Prooemio Hippiatricorum, in Iovis templo aedificando, non Minervae, factum tradit. Ταραντῖνος ἢ ἱστορεῖ, τὸ τοῦ Διὸς νεὼν κατασκευάζοντας Ἀθηναίους, Ἐννεακρούνου πλησίον, εἰσελαθῆναι ψηφίσασθαι τὰ ἐκ τῆς Ἀττικῆς εἰς ἄξυ ζεύγη σύμπαντα. φόβῳ δὲ τοῦ ψηφίσματος, λιτὰ τῶν γεωργῶν ἡμίονον ἀγαγεῖν γηραιὸν, ἄγουσα ἔτος ὀγδοηκοστόν. τὸν ἢ δῆμον, λιμῇ τῷ γήρως, προηγήτορα τῶν ζευγῶν εἰς τὴν καταλασκευὴν αὐτοῦ τῷ νεῷ καταξῆσαι, προβαδίζειν τε ἄζευκτον, καὶ ἄπληκτον ψηφίσασθαι· μηδένα δὲ τῶν πυροπωλῶν, ἢ κριθοπωλῶν, ἀπελαύνειν αὐτὸν τῆς ἐσίας, ἢ ἀπείργειν τῆς βρώσεως. *Tarentinus auctor est, Athenienses, quum Iovis templum prope Enneacrunum fontem aedificarent, iumenta Atticae universa decreto in Vrbem coegisse: ac, decreti eius metu, quemdam e rusticis mulum vetulum, annum agentem octuagesimum, adduxisse: populum vero, in honorem senectutis ducem eum iumentorum ad aedificandum templum constituisse; & dedisse, ut praecederet, sine iugo, ac verberibus: insuper prohibuisse, ne qui triticum, hordeumve venumdabant, domo eum, aut cibo arcerent.* Vbi illud quoque observa; aetatem illi fuisse annorum LXXX. Idem Aristoteles refert, Hist. Anim. lib. VI. cap. XXIV. & Plinius lib. VIII. cap. XLIV.

CAP. XV.

Minervae cum Neptuno contentio; & eiusdem, τῆς Παρθένου cognomento simulacrum, ex ebore, & auro; quod describitur adcurate. Dionis Chrysostomi, & Plinii locus emendatus; Ovidii, illustratus.

IN hoc templo signa quaedam habebantur, quae ad natales Minervae referebantur; ut & in postica parte eiusdem cum Neptuno contentio (a). Minerva autem ex ebore, & auro facta erat; in cono galeae, cuius partem utramque gryphes tenebant Sphinx eminebat. Simulacrum ipsum rectum stabat in tunica talari; in pectore, Medusae caput, factum ex ebore: & Victoria, quatuor fere cubitos magna: manu hastam, ad cuius imum draco erat, complectebatur; ad pedes, scutum adiacebat: in basi, genesis Pandoræ expressa. Ita nobis describit Pausanias. Ἐς ἢ τὸν ναὸν, ὃν Παρθενῶνα ὀνομάζουσιν, ἐς τοῦτον ἐσιοῦσιν, ὁπόσα ἐν τοῖς καλυμένοις ἀετοῖς κεῖται, πάντα ἐς τὴν Ἀθηνᾶς κεῖται γένεσιν. τὰ ἢ ὄπισθεν, ἡ Ποσειδῶνος πρὸς Ἅλωσιν ἐστιν ἔρις ὑπὲρ τῆς γῆς. αὐτὸ δὲ ἔκ τε ἐλέφαντος τὸ ἄγαλμα, καὶ χρυσοῦ, πεποίηται. μέσῳ μὲν ὧν ἐπίκειται οἱ τῷ κράνει Σφίγγες εἰκών. καθ' ἑκάτερον δὲ τοῦ κράνους, γρῦπές εἰσιν ἐπεργασμένοι. τὸ ἢ ἄγαλμα τῆς Ἀθηνᾶς, ὀρθόν ἐστιν, ἐν χιτῶνι ποδήρει· κὴ οἱ κατὰ τὸ στέρνον ἡ κεφαλὴ Μεδούσης ἐλέφαντός ἐστιν ἐμπεποιημένη. Ἐ Νίκη τε, ὅσον τεσσάρων πηχῶν ἐν δὲ τῇ χειρὶ, δόρυ ἔχει· καὶ οἱ πρὸς τοῖς ποσὶν ἀσπὶς τε κεῖται, κὴ πλησίον τοῦ δόρατος δράκων ἐστίν. εἴη δ' ἂν Ἐριχθόνιος ἕτερος ὁ δράκων· ἔστι ἢ τῷ βάθρῳ τοῦ ἀγάλματος ἐπεργασμένη Πανδώρας γένεσις. *In templum, Parthenona dictum, ingredientibus, quae in ea parte sunt, quam Aquilas dicunt, omnia ad Minervae natales referuntur; in postico Neptuni cum Minerva de terra (Attica) certamen est. Deae signum ex ebore, & auro factum; in galeae cono Sphinx efficta. In utraque eius parte, gryphes facti, ac signum ipsum, rectum adstat, tunica talari amictum; in pectore, Medusae caput, ex ebore factum: & Victoria, instar quatuor cubitorum; in manu vero, hastam tenet; & ad pedes scutum iacet: iuxta hastam draco est; quem Erichthonium putare possis; in basi autem Pandorae nativitas elaborata.* Ac quod attinet ad Medusae caput, illud furto post sublatum a Philaea. Suidas. Φιλαίας Ἀνδοκίδῃ ἱεροσυλίας ἐγράψατο, ὥσπερ αὐτὸς ὤν, ὁ τὸν θεᾶς τὸ Γοργόνειον ἐκ τῆς ἀκροπόλεως ὑφελόμενος. *Philaeas sacrilegii accusavit Andocidem: quasi ipse non ille esset, qui deae*

(a) De hac contentione vide superius *Lib. de Fortuna Attica Cap.* II.

I.

DEO . SANCTO

MERCVRIO . AVGVST . SACRVM
M . FVLVIVS . FAVSTVS . MIL
VETERANVS . EX VOT . D . D

II.

IVNONI LVCINAE
T. ALBIVS . T.F. VOL. ALBANVS
IVLIA . ALBANA . FLAM. AVG
HON . VS . COLL . DENDROPHOR
PATR. QVINQ. DD

III.



IV.

Illustriss. D. Gabrieli Abbati Marchioni Riccardi Patr. Fl. dedic.

Digitized by Google

Digitized by Google

deae (Minervae) caput Gorgonis (Meduſae) ex arce arripuiſſet. Quae totidem verbis occurrunt apud eumdem in Ὅμοιον. *Syneſius in Calvitii Encomio.* Ὅμοιον εἰ καὶ Φιλέας Ανδοκίδῃ ἱεροζυλίας ἐγράψαλο, ὥσπερ ἐκ αὐτὸς ὢν ὁ τῆς θεᾶς τὸ Γοργόνειον ἐξ ἀκροπόλεος ὑφελόμενος. *Deinde id futurum erat, ac ſi Andocidem Phileas ſacrilegii reum appellaſſet, quaſi non ipſe ex deae ſimulacro, quod in arce, caput Gorgonis ſurripuiſſet.* Eſt nimirum hic ipſe locus, quem utrobique tranſcripſit Suidas, Synefii ſuppreſſo nomine. Sed Philergus is Iſocrati nominatur Orat. in Callimachum. Ὥσπερ ἂν εἴ τῷ Φρυνώνδας πανουργίαν ἐνεδίσφεν· ἢ Φιλέργος, ὁ τὸ Γοργόνιον ὑφελόμενος, τοὺς ἄλλους ἱεροσύλους ἔφασκεν εἶναι. *Ac ſi Phrynondas alicui ſtellionatum vitio daret; aut Philergus, qui Gorgonis Meduſae caput furto abſtulit, alios ſacrilegos diceret.* Victoriam, Pandorae geneſin, draconem, ſive ſerpentem, item Sphingem commemorat etiam Plinius; qui addit, de triginta diis ibidem naſcentibus; de Amazonum proelio; tum deorum, ac gigantum: Lapitharum quoque, ac Centaurorum: deinde ſignum univerſum ſex, & viginti cubitorum fuiſſe. Locus eius valde inſignis exſtat lib. xxxvi. cap. v. *Phidiam clariſſimum eſſe per omnes gentes nemo dubitat. Sed, ut merito laudari ſciant, etiam qui opera eius non viderunt, proferemus argumenta parva, & ingenii tantum. Neque ad hoc utemur Minervae Athenis factae amplitudine, quum ſit ea cubitorum viginti ſex: ſed ſcuto eius, in quo Amazonum proelium coelavit, in tumeſcente ambitu parmae eiuſdem concava parte, deorum, & gigantum, dimicationem: in ſoleis vero, Lapitharum, & Centaurorum, in baſe autem quod caelatum eſt, Pandorae geneſin appellant. Ibi dii ſunt, triginta numero, naſcentes; Victoria praecipue mirabilis. Periti mirantur & ſerpentem, & ſub ipſa cuſpide aeream Sphingem.* Sed poſtrema illa verba ſine dubio mendum habent; *& ſub ipſa cuſpide aeream Sphingem.* Quomodo enim Sphinx ſub cuſpide eſſe potuit? Pauſanias dicit; Μέσῳ μὲν δὴ ἐπίκρανται οἱ τῷ κράνει Σφιγγὸς εἰκών. *In galeae cono Sphinx efficta.* Reſtitue igitur: *Super ipſam caſſidem aeream Sphingem.* De Victoria eſt Arriani iſte locus in Epictetum, lib. ii. cap. viii. Καὶ ἡ Ἀθηνᾶ ἡ Φειδίου, ἅπαξ ἐκτείναζα τὴν χεῖρα, καὶ τὴν Νίκην ἐπ' αὐτῆς δεξαμένη, ἔσηκεν ὅτως ὅλῳ τῷ αἰῶνι. *Et Minerva illa Phidiae, poſtquam ſemel manum extendit, & Victoriam in ea accepit, ita in omne aevum ſtetit.* Proelii cum Amazonibus commiſſi meminit etiam Pauſanias in iisdem Atticis, Πρὸς δὲ τῷ γυμνασίῳ, Θησέως ἐστὶν ἱερόν, γραφαὶ δέ εἰσι, πρὸς Ἀμάζονας Ἀθηναίοις μαχόμενοι, πεποίηται δὲ ὁ πόλεμος οὗτος καὶ τῆς Ἀθηνᾶς ἐπὶ τῇ ἀσπίδι. *Iuxta gymnaſium Theſei fanum eſt. Illic Athenienſes picti, cum Amazonibus pugnantes; eſtque ea ipſa pugna etiam in Minervae clypeo.* Plutarchus quoque in Pericle; ubi ait, ipſum etiam ſeſe Phidiam inſculpſiſſe in effigie calvi ſenis, ſaxum utraque manu ſublatum tenentis; tum Periclem etiam, manus cum Amazonum una conſerentem; manu, qua haſtam attolleret, ita fabrefacta, ut, praetenſa eius oculis, occultare conaretur elucentem utrinque ſimilitudinem. Verba Plutarchi ecce iſta. Ἡ δὲ δόξα τῶν ἔργων ἐπίεζε φθόνῳ τὸν Φειδίαν, καὶ μάλιστ' ὅτι, τῆν πρὸς Ἀμάζονας μάχλιν ἐν τῇ ἀσπίδι ποιῶν, αὐτῷ τινὰ μορφὴν ἐνετύπωζε, πρεσβύτου φαλακρῷ, πέτρον ἐπηρμένῳ δι' ἀμφοτέρων τῶν χειρῶν· καὶ τῷ Περικλέους εἰκόνα παγκάλλιν ἀνέθηκε, μαχομένῃ πρὸς Ἀμάζονα. τὸ δὲ σχῆμα τῆς χειρὸς, ἀνατεινούσης δόρυ, πρὸ τοῦ ὄψεως τῷ Περικλέους, πεποιημένον εὐμηχάνως, οἷον ἐπικρύπτειν βούλεσθαι τὴν ὁμοιότητα, πρὸς φαινομένην ἑκατέρωθεν. *Operum vero gloria Phidiam gravabat; maxime quod, quum pugnam Amazonum in clypeo feciſſet, ſuam quoque ibi effigiem expreſſiſſet, ſenis calvi, ambabus manibus ſaxum ſublatum tenentis: tum quod Periclis item effigiem, cum Amazone pugnantis, pulcram omnino, in eadem poſuiſſet, manus vero ita efficta erat, ut, haſtam fabrefactam extendens ante ipſius Periclis faciem, occultare velle utrinque elucentem ſimilitudinem videretur.* Ac de Pericle ſunt Dionis Chryſoſtomi verba, Orat. xii. Περικλέα δὲ καὶ αὐτὸν λαθὼν, (ὁ Φειδίας) ἐποίησεν, ὥς φασιν, ἐπὶ τῆς ἀσπίδος. *Periclem vero etiam ipſum, uti ferunt, occulte Phidias clypeo inſculpſit.* Sed ſcribendum ſine dubio: Περικλέα δὲ, καὶ αὐτόν. *Periclem vero & ſeipſum.* De Phidia, iſta Ariſtotelis lib. Περὶ θαυμασίων ἀκουσμάτων(a). Λέγει τὸν ἀγαλματοποιὸν Φειδίαν, καταζκιάζαι τὴν ἐν ἀκροπόλει Ἀθηνᾶν, ἐν μεσότητι ταύτης τῆς ἀσπίδος τὸ ἑαυτῆ πρόζωπον ἐντυπώσαζθαι, καὶ συνδῆσαι τῷ ἀγάλματι, διά τινος ἀφανοῦς δημιουργίας, ὥζε ἐξ ἀνάγκης, εἴ τις βούλοιτο αὐτὸ περιαιρεῖν, τὸ σύμπαν ἄγαλμα λύειν τε καὶ συγχεῖν. *Aiunt Phidiam ſtatuarium, quum Minervam in arce faceret, in medio clypeo effigiem ſuam expreſſiſſe; ac ſimulacro, quodam occulto artificio, ita dextre alligaſſe, ut, ſi quis eximere vellet, neceſſario totum id diſſolveret, confunderetque.* Videndus idem, ſive eſt Nicolaus Damaſcenus lib. De mundo cap. vi.(b) Ac de Phidiae quidem effigie, ita Cicero, Tuſcul. Quaeſt. lib. ii. *Phidias ſui ſimilem ſpeciem incluſit in clypeo Minervae, quum inſcribere non liceret.* Quod ad artificium clypei, atque eius item diſſolutionem, huc reſpectum ab eodem Cicerone in extremo Oratore. *Siquos magis delectant ſoluta, ſequantur ea ſane modo iis, ut quis Phidiae clypeum diſſolverit, collocationis univerſam ſpeciem ſuſtulerit, non ſingulorum operum venuſtatem.* In pedibus porro ſimulacri, calcei Tyrrhenici erant. Pollux indicat, lib. vii. cap. xxii. Τυῤῥηνικὰ, τὸ κάτλιμα, ξύλινον, τριλεπτάκτυλον· οἱ δὲ ἱμάντες, ἐπίχρυζοι· σανδάλιον γὰρ ἦν. ὑπόδησε δὲ αὐτὸ Φειδίας τὴν Ἀθηνᾶν. *Thyrrenici (calcei) ſoleam habent ligneam, quatuor digitorum; lora vero, inaurata; ſiquidem ſandalium erat, induit autem hoc Minervam Phidias.* Et hoc illud ſimulacrum eſt, de quo Cicero, in Prooemio Paradoxorum. *Hoc tamen opus in aper-*

(a) Νοθείας arguitur liber hic.
(b) Aliis Philo huius operis auctor videtur: ſed ab *Menagio* ex Philonis operibus compilatus libellus creditur.

Digitized by Google

in apertum ut proferas, nihil postulo, non enim est tale, ut in arce poni possit, quasi illa Minerva Phidiae. Erat autem ex ebore, & auro. Pausanias in citatis verbis. Αὐτὸ ᾧ ἐκ τε ἐλέφαντ@ τὸ ἄγαλμα, καὶ χρυζοῦ, πεποίηϑ. *Ipsum vero simulacrum ex ebore, & auro factum est.* Scholiastes Aristophanis, ad Pacem. Τ'φέιλετο τὸ χρυσίον ἐκ τ δρακόντων τ Χρυσελεφαντίνης Α'θηνᾶς. *Sustulit aurum e draconibus Minervae auro eburneae.* Scholiastes Demosthenis, ad Orat. in Androtionem. Παρϑενὼν, ναὸς ἦν ἐν τῇ ἀκροπόλ, Παρϑένου Α'θωᾶς· περιέχων τὸ ἄγαλμα τῆς ϑεᾶ, ὅπερ ἐποίησεν ὁ Φιδίας ὁ ἀνδριαντοπλάστης, ἐκ χρυζοῦ, κ ἐλέφαντ@. *Parthenon, templum erat in arce, Minervae Virginis; in quo simulacrum Deae, a Phidia statuario factum, ex ebore, & auro.* Iterum, ubi tria eius deae simulacra in arce memorat, tertio loco istud ponens, inquit. Τρίτον ἐποιήσαντο ἐκ χρυζοῦ, καὶ ἐλέφαντ@, ὡς πλυσιώτεροι γενόμενοι ἐκ τῆς ἐν Σαλαμῖνι μάχης, ὄζω κ μείζων ἡ νίκη. καὶ ἐκαλεῖτ τοῦτο Παρϑένος Α'θωᾶς. *Tertium fecerunt ex auro, & ebore; ceu iam ditiores tanto e pugna apud Salamina, quanto etiam ea maior: & Minervae illud Virginis appellatum.* Alii ex auro solo dicunt. Scholiastes Aristophanis Pace, e Philochoro. Φιλόχορ@, ἐπὶ Πυϑοδώρ ἄρχοντ@, ταῦτά φησι. Καὶ τὸ ἄγαλμα τὸ χρυσοῦν τ Α'θηνᾶς ἐσάϑη εἰς τὸν νεὼν τὸν μέγαν. *Philochorus, in Pythodoro archonte, haec ait. Et Minervae signum ex auro in magno templo collocatum est.* Quae totidem fere verbis habes apud Anonymum; in Olymp. LXXXVII. anno I. Alii rursum e solo ebore illud tradunt. Ovidius, Pontic. lib. IV. eleg. I.

Arcis ut Actaeae vel eburna, vel aerea, custos;
Bellica Phidiaca stat dea ficta manu.

Vbi quod addit, *vel aerea*; referendum ad Minervae τ Προμάχυ simulacrum, quod ex aere; ut infra dicam cap. XXV. Plinius lib. XXXIV. cap. VIII. *Phidias, praeter Iovem Olympium, quem nemo aemulatur, fecit, & ex ebore aeque Minervam Athenis, quae est in Parthenone adstans.* Vbi quod *adstans* esse dicitur, respondet his Pausaniae verbis, jam citatis. Τὸ ᾧ ἄγαλμα τῆς Α'θωᾶς, ὀρϑόν ἐστιν. Atque hoc obiter dictum esto. Ex ebore porro etiam Quinctilianus esse dicit lib. XII. cap. X. *Phidias tamen diis, quam hominibus efficiendis melior artifex traditur; in ebore vero longe citra aemulum: vel si nihil, nisi Minervam Athenis, aut Olympium in Elide Iovem fecisset.* Et Strabo lib. XI. Καὶ ὁ Παρϑενὼν, ὃν ἐποίησεν Ἰκτῖν@· ἐν ᾧ τὸ τοῦ Φιδίυ ἔργον ἐλεφάντινον, ἡ Α'θωᾶ. *Et Parthenon, quem Ictinus fecit; in quo Phidiae ex ebore opus, Minervae signum.* Item Suidas. Φειδίας, ἀγαλματοποιὸς, ὃς ἐλεφαντίνης Α'θηνᾶς εἰκόνα ἐποίησεν. *Phidias, statuarius, qui Minervae simulacrum ex ebore fecit.* Pausanias quoque. Eliac. I. Ἐν ἀκροπόλ δὲ τῇ Α'θηναίων, τὴν καλυμένην Παρϑένον οἶκ ἔλαιον, ὕδωρ δὲ τὸ ἐς τ ἐλέφαντα ὠφελῶν ἐστιν. ἅτε γὰρ αὐχμηρᾶς τ ἀκροπόλεως ὔσης διὰ τὸ ἄγαν ὑψηλὸν, τὸ ἄγαλμα, ἐλέφαντος πεποιημένον, ὕδωρ, κ δρόσον τὴν ἀπὸ τοῦ ὕδατ@, ποϑεῖ. *In Athenienſium vero arce, quam Virginem appellant Minervam, ejus ebur non oleo, sed aqua adjuvatur; quum enim arx in loco editiore sita siccitati sit obnoxia, simulacrum, ex ebore factum, non oleum, sed aquae asperſae veluti rorem requirit.* Componam dissidium. Simulacrum ipsum ex ebore erat; sed inductum huic aurum, ut tolli posset, & appendi. Observo apud Plutarchum in Pericle. Τὸ γὰρ χρυσίον ὅτως εὐϑὺς ἐξ ἀρχῆς ἀγάλματι προσϑργάσατο, κ περιέϑηκεν, ὁ Φιδίας, γνώμ τοῦ Περικλέυς, ὥςε πάνυ δυνατὸν εἶναι περιελοῦσιν ἀποδεῖξαι τ σωμόν. *Aurum enim statim ab initio ipso Phidias de concilio Periclis, simulacro ita addiderat, circumposueratque, ut tolli plane posset, & appendi ad stateram.* Iterum in praeceptis Politicis. Καίτοι ὅ γε Περικλῆς ἐκεῖν@ τὸν τῆς ϑεᾶς κόσμον, ἄγοντα τάλαντα τεσσαράκοντα χρυσίυ ἀπέφηνε, περιαιρετὸν ἐποίησεν. *Et quidem Pericles illud ornatum Deae talentorum auri puri quadraginta, ita fecit, ut demi posset.* Thucydides de eodem lib. II. Α'πέφαινε δ' ἔχον τὸ ἄγαλμα (τῆς ϑεοῦ) τεσσαράκοντα τάλαντα σωμὸν χρυσίυ ἀπέφϑυ, καὶ περιαιρετὸν εἶναι ἅπαν. *Ostendebat vero simulacrum (Deae) habere auri pondus talenta quadraginta, ac tolli universum posse.* Diodorus Siculus lib. XII. Καὶ τὸ τῆς Α'θηνᾶς ἄγαλμα ἔχϑν χρυσίυ πεντήκοντα τάλαντα, ὡς περιαιρετῆς ὔσης τῆς περὶ τ κόσμον κατασκευῆς. *Et Minervae simulacrum talenta auri quinquaginta habere; & sic ornatum factum esse, ut auferri inde possit.* Inde factum, ut ex ebore, & auro; alii ex ebore tantum; alii ex auro dicerent. Porro aurum, quod circumdatum, quadraginta quatuorum erat. Anonymus in Olymp. LXXXVII. anno I. Τὸ ἄγαλμα τὸ χρυσοῦν Α'θηνᾶς ἐσάϑη εἰς τὸν νεὼν τὸν μέγαν, ἔχον χρυσίυ σωμὸν ταλάντων τεσσαράκοντα τεσσάρων, Περικλέυς ἐπισωλοῦντ@, Φιδίυ δὲ ποιήσαντ@. *Simulacrum Minervae aureum in magno templo collocatum est, pendens talenta auri quadraginta quatuor; Pericle curante a Phidia factum.* Quae totidem verbis Philochorum dixisse, in archonte Pythodoro, testis nobis Scholiastes Aristophanis, ad Pacem fabulam. Φιλόχορ@, ἐπὶ Πυϑοδώρου ἄρχοντ@, ταῦτά φησι. Καὶ τὸ ἄγαλμα τὸ χρυσοῦν τῆς Α'θηνᾶς, ἐσάϑη εἰς τὸν νεὼν τ μέγαν, ἔχον χρυσίυ σωμὸν ταλάντων τεσσαράκοντα τεσσάρων, Περικλέυς ἐπισατοῦντ@, Φιδίυ δὲ ποιήσαντ@. *Philochorus in Pythodoro archonte, haec dicit. Et simulacrum Minervae aureum in magno templo positum est pendens auri talenta quadraginta quatuor; Pericle praefecto operi a Phidia factum.* Alii quamquam amplius aliquantum esset, simpliciter quadraginta dicunt. Vides in citatis statim Thucydidis verbis. Α'πέφαινε δ' ἔχον τὸ ἄγαλμα τεσσαράκοντα τάλαντα σωμὸν χρυσοῦ ἀπέφϑυ. *Ostendebat vero, habere simulacrum auri puri pondus talenta quadraginta.* Et in Plutarchi. Τὸν τῆς ϑεᾶς κόσμον, ἄγοντα τάλαντα τεσσαράκοντα χρυσοῦ ἀπέφϑυ. *Ornatum deae, talentorum auri puri quadraginta.* Alii rursum, etsi paulo minus esset, quinquaginta tradiderunt. Diodorus in citatis item verbis. Καὶ τὸ τῆς Α'θηνᾶς ἄγαλμα ἔχειν χρυσίυ πεντήκοντα τάλαντα. *Et Minervae simulacrum habere auri talenta quinquaginta.* Suidas. Φιδίας, ἀγαλματοποιὸς ὃς ἐλεφαντίνης Α'θηνᾶς εἰκόνα ἐποίησε. Περικλῆς ᾧ, ἐπὶ τοῖς ἀναλώμασι

μασι ζαχθὲις, ἐνοσφίσατο πεντήκοντα τάλαντα. *Phidias statuarius, qui Minervae simulacrum ex ebore fecit. Pericles vero, sumtibus praefectus, subduxit talenta quinquaginta.* Atque haec de ipso deae simulacro; cuius ornatum, quem iam dixi, Lachares postea ablatum ad Boeotos transtulit. Pausanias de eo. Τῆς Ἀθηνᾶς τὸ ἄγαλμα τὸν περιαιρετὸν ἀποδύσας κόσμον. *Qui Minervae simulacri ornatum omnem, qui tolli poterat, abstulisset.*

CAP. XVI.

Achillis statua; item Iphicratis, & Hadriani Imp. Tabula, in qua pictus Themistocles. Xerxis sella ex argento. Aornus rupes. Demetrii regis in postica parte hospitium.

PRaeter signum hoc Minervae, statua quoque Achillis erat, subter posita, in exigua quadam aedicula, a Nestorio hierophanta, tempore Valentiniani, & Valentis Impp. Narrat Zosimus lib. IV. Νεστόριος, ἐν ἐκείνοις τοῖς χρόνοις ἱεροφαντεῖν τεταγμένος, ὅναρ ἐθεάσατο, παρακελευόμενον χρῆναι τὸν Ἀχιλλέα τὸν ἥρωα δημοσίαις τιμαῖς τιμᾶσθαι· ἔσεσθαι γὰρ τοῦτο τῇ πόλει σωτήριον. ἐπεὶ δὲ ἐκοινώσατο τοῖς ἐν πόλει τὴν ὄψιν, οἱ μὲν, ληρεῖν αὐτὸν, οἷα δὴ ὑπέργηρων ὄντα, νομίσαντες, ἐν ἀδενὶ τὸ ῥηθὲν ἐποιήσαντο, αὐτὸς καθ' ἑαυτὸν λογισάμενος τὸ πρακτέον, καὶ ταῖς θεοφιλέσιν ἐννοίαις παιδαγωγούμενος, εἰκόνα τοῦ ἥρωος ἐν οἴκῳ μικρῷ δημιουργήσας, ὑπεθήκε τῷ ἐν Παρθενῶνι καθιδρυμένῳ τῆς Ἀθηνᾶς ἀγάλματι. *Nestorius, qui id temporis hierophanta constitutus, somnium vidit, quod publicis honoribus Achillem heroem afsici juberet. Hoc enim urbi salutare futurum. Quod visum postquam cum magistratibus communicasset, iique illum, tamquam senectute gravem, delirare arbitrati, nihili dictum hoc fecissent; ipse secum, quid faciendum esset, reputans, divinisque cogitationibus eductus; imaginem herois in exigua a se domo fabricatam, sub Minervae simulacro, quod in Parthenone positum, collocavit.* Erat etiam Iphicratis statua, & Hadriani Imperatoris. Pausanias. Ἐνταῦθα εἰκόνα ἰδὼν οἶδα Ἀδριανοῦ βασιλέως μόνου· καὶ κατὰ τὴν εἴσοδον, Ἰφικράτους, ἀποδεξαμένου πολλά τε καὶ θαυμαστὰ ἔργα. *Hic & Hadriani Imperatoris tantum statuam videre memini, & in introitu Iphicratis, qui fortiter facta multa, & miranda edidit.* Praeterea tabula item erat, in qua pictus Themistocles; a filiis eius dedicata. Pausanias in principio ipso Atticorum. Φαινοῦ δὲ οἱ παῖδες οἱ Θεμιστοκλέους, καὶ κατελθόντες, ἐς γραφὴν ἐς τὸν Παρθενῶνα ἀναγένται, ἐν ᾗ Θεμιστοκλῆς ἐστι γεγραμμένος. *Certum est, reversos esse Themistoclis liberos; tabulamque in qua Themistocles pictus erat, in Parthenone dedicasse.* Xerxis etiam illic sella, argenteis pedibus subnixa, in qua pugnam navalem spectaverat; quae *Captiva* appellata. Harpocration. Ἀργυρόπους δίφρος, ὁ Ξέρξου, ὃς αἰχμάλωτος ἐκαλεῖτο. ἐφ' οὗ καθεζόμενος, τὴν ναυμαχίαν ἐθεώρει. ἀνέκειτο δὲ εἰς τὸ Παρθενῶνα τῆς Ἀθηνᾶς. *Argentipes sella, Xerxis, quae Captiva nuncupata; in qua sedens, pugnam navalem spectabat; reposita vero erat in Minervae Parthenone.* Suidas. Ὁ Ξέρξου δί-

A φρος, ὃς αἰχμάλωτος ἐπεκαλεῖτο, ἀνέκειτο εἰς τὸ Παρθενῶνα τῆς Ἀθηνᾶς. *Xerxis sella, quae Captiva cognomento appellata, in Minervae Parthenone posita erat.* Meminit Demosthenes Orat. in Timocratem; & Vlpianus in Commentario ad Olynthiacam III. In anteriore vero templi parte picta quoque Aornus rupes; in qua scissura, quae aves supervolantes (1) attraheret. Philostratus De Vita Apollonii lib. II. cap. V. Ἐν κορυφῇ τῆς πέτρας (Ἄορνου) ῥῆγμα εἶναί φησι, τοὺς ὑπερπετομένους τῶν ὀρνέων ἐπισπώμενον. ὡς Ἀθήνησί τε ἔξιν ἰδεῖν, ἐν προδόμῳ τοῦ Παρθενῶνος. *In vertice rupis (Aorni) scissuram esse aiunt, quae supervolantes aves ad se trahat; ut videre etiam Athenis licet, in anteriore Parthenonis parte.* In postica, assentatione nimia, Demetrio Athenienses quondam hospitium assignarunt, quum Cassandrum tota Attica submovisset. Plutarchus in Demetrii Vita. Οἱ δὲ (Ἀθηναῖοι) καίπερ ἐκκεχυμένοι πρότερον πρὸς αὐτὸν (τὸν Δημήτριον) καὶ καλακεχρημένοι πᾶσαν φιλοτιμίαν, ἐξεῦρον ὅμως τότε πρόσφατοι καὶ καινοὶ τῆς κολακείας φανῆναι. τὸν γὰρ ὀπισθόδομον τοῦ Παρθενῶνος ἀπέδειξαν αὐτῷ καλάλυσιν. κἀκεῖ διαίταν εἶχε, τῆς Ἀθηνᾶς λεγομένης ὑποδέχεσθαι καὶ ξενίζειν αὐτὸν, ὡς πάνυ κόσμιον ξένον, οὐδὲ ὡς παρθένῳ πράως ἐπισταθμεύοντα. *Hi vero (Athenienses) quamquam in ipsum antea etiam effusi, & abusi honorandi eum studio, invenere tamen modum, quo recentem, & novam plane assentationem ostenderent; nam posteriorem partem Parthenonis pro hospitio adsignarunt; ac diversabatur illic, & Minerva excipere eum dicebatur, hospitem non plane modestum; nec honeste, ut apud virginem, divertentem.*

CAP. XVII.

Apollo Parnopius, Pericles, Xanthippus, Anacreon, Io, Callisto. Gigantum bellum. Amazonum pugna, & Marathonia. Olympiodorus, & Diana Leucophryna. Scuta aurea a Lachare abducta. Minervae sedentis simulacrum.

POst inspectum Parthenona ulterius tendenti occurrebat Apollo Parnopius, aeneus a Phidia factus. Pausanias. Τῷ ναῷ ἐστι πέραν Ἀπόλλων χαλκοῦς· καὶ τὸ ἄγαλμα λέγουσι Φειδίαν ποιῆσαι. Παρνόπιον δὲ καλοῦσι, ὅτι σφίσι παρνόπων βλαπτόντων τὴν γῆν, ἀποστρέψαν ὁ θεὸς εἶπεν ἐκ τῆς χώρας. *Templum istud praetergressis, Apollinis ex aere signum se ostendit; quod a Phidia factum aiunt; ac Parnopium appellant, quod, quum bruchi regionem infestarent, expulsurum sese deus extra fines promisisset.* Inde Pericles; & Xanthippus eius pater, prope Anacreon; etiam Io, & Callisto; utraque a Dinomene facta. Pausanias. Ἐστὶ δὲ ἐν τῇ Ἀθηναίων ἀκροπόλει καὶ Περικλῆς ὁ Ξανθίππου, καὶ αὐτὸς Ξάνθιππος, ὃς ἐναυμάχησεν ἐτὶ Μυκάλῃ Μήδοις. ἀλλ' ὁ μὲν Περικλέους ἀνδριὰς, ἐτέρωθι ἀνάκειται. τοῦ δὲ τοῦ Ξανθίππου πλησίον ἕστηκεν Ἀνακρέων ὁ Τήιος, πρῶτος μετὰ Σαπφὼ τὴν Λεσβίαν τὰ πολλὰ ὧν ἔγραψεν ἐρωτικὰ ποιήσας· καὶ οἱ τὸ

Dd σκῆ-

1. De huiusmodi locis, quae Averna vocantur, *Lucretius Lib. VI. & Virgilius Lib. VI. Aeneidos.*

Digitized by Google

σχῆμά ἐστιν, οἷον ᾠδεῖον ἂν ἐν μέθῃ (1) γένοιτο ἀνθρώπου. γυναῖκας δὲ πλησίον δῃουμένης Ἰοῦς τὴν Ἰνάχου. καὶ Καλλιστὼ τὴν Λυκάονος, πεποίηκεν. *Est & in Atheniensi arce Pericles, Xanthippi filius; & Xanthippus quoque ipse, qui navali ad Mycalen proelio cum Medis pugnavit; sed Pericles seorsim positus; iuxta Xanthippum vero Anacreon Teius stabat; qui primus post Sappho Lesbiam eorum, quae scripsit, pleraque amatoria fecit; ita autem est expressus, ut canentem per ebrietatem hominem repraesentet; mulieres, quae prope astant, Io Inachi, & Lycaonis Callisto Dinomenes fecit.* Ad murum Australem Gigantum bellum expressum erat; deinde pugna contra Amazonas; item illa contra Medos ad Marathonem, Gallorumque in Mysia strages; quae ab Attalo dedicata; Olympiodori item statua. Pausanias. Πρὸς δὲ τῷ τείχει τῷ νοτίῳ, γιγάντων οἱ περὶ Θράκην ποτὲ καὶ τὸν Ἴωμον τῆς Παλλήνης ὤκησαν, τούτων τὸ λεγόμενον πόλεμον, καὶ μάχην πρὸς Ἀμαζόνας Ἀθηναίων, καὶ τὸ Μαραθῶνι πρὸς Μήδους ἔργον, καὶ Γαλατῶν τὸν ἐν Μυσίᾳ φθοράν, ἀνέθηκεν Ἄτταλος, ὅσον δύο πηχῶν ἕκαστον. ἔστηκε δὲ καὶ Ὀλυμπιόδωρος. *Ad murum australem bellum, quod Gigantum dictum, qui Thraciam aliquando, & Pallenes angustias, habitarunt; pugnam quoque Atheniensium contra Amazonas, tum in Medos rem praeclare apud Marathona gestam, & in Mysia profligatos penitus Gallos, quae duorum cubitorum fere singula, Attalus rex dedicavit. Erat & Olympiodori illic statua.* Prope Olympiodorum stabat Diana Leucophryna ex aere a Themistoclis liberis dedicata. Pausanias. Τῆς δὲ εἰκόνος πλησίον τὸ Ὀλυμπιοδώρου, χαλκῆν Ἀρτέμιδος ἄγαλμα ἑστηκεν, ἐπίκλησιν Λευκοφρύνης. ἀνέθεσαν δὲ οἱ παῖδες οἱ Θεμιστοκλέους. *Prope Olympiodori statuam Dianae ex aere signum stabat, Leucophrynae cognomento, a Themistoclis filiis dedicatum.* Alibi etiam scuta aurea a Lachare abducta, una cum Minervae ornatu; quum tyrannide deiectus ad Boeotos fugeret. Pausanias. Ἁλισκομένου δὲ τοῦ τείχους, ἐκδιδράσκει ὁ Λαχάρης ἐς Βοιωτούς· ἅτε δὲ ἀσπίδας ἐξ ἀκροπόλεως καθελὼν χρυσᾶς, καὶ τὸ αὐτὸ τῆς Ἀθηνᾶς τὸ ἄγαλμα τὸν περιαιρετὸν ἀποδύσας κόσμον, ὑπεπτεύετο εὐπορεῖν μεγάλως χρημάτων. *Aluro vero capto, Lachares ad Boeotos fugit; dives sane, ac pecuniis abundare existimatus; ceu qui scuta ex arce aurea, & Minervae simulacri ornatum omnem, qui tolli poterat, abstulisset.* Et Minervae sedentis ibidem simulacrum spectabatur, Endoei opus, Calliae donarium. Pausanias. Ἐνδοιος ἦν γένος μὲν Ἀθηναῖος, Δαιδάλου δὲ μαθητής· ὃς καὶ φεύγοντι Δαιδάλῳ διὰ τὸν Κάλω φόνον, ἐπηκολούθησεν ἐς Κρήτην. τούτου κατήμενόν ἐστιν Ἀθηνᾶς ἄγαλμα, ἐπίγραμμα ἔχον, ὡς Καλλίας μὲν ἀνάθειη, ποιήσειεν δὲ Ἔνδοιος. *Endoeus genere Atheniensis erat, Daedali discipulus; quem & propter caedem Cali fugientem in Cretam est sequutus. Huius est Minervae sedentis simulacrum, cui inscriptum; Calliam dedicasse, Endoeum fecisse.*

1. Et recte quidem, nam & vinosus fuit, & vinum, & potationes laudibus tulit, & ab acino uvae tandem interiit.

CAP. XVIII.

Neptuni cognomento Erechthei, sive Erichthonii fanum. Arae Iovis τοῦ Πάτρου, Neptuni, Vulcani, ac Butae. Pictura ad Butadas pertinens; in qua genus sacerdotum Neptuni Erechthei, ab Ismenia pictum. Hesychius correctus. Apollodorus illustratus.

NEptuni cognomento Erechthei, fanum, quod Ἐρέχθιον appellabant, ibidem erat; & ante illud ara Iovis τοῦ Πάτρου; in qua animati nihil inferebatur, sed liba tantum, & sine vino. Pausanias. Ἔστι δὲ καὶ οἴκημα, Ἐρέχθιον καλούμενον. πρὸ δὲ τῆς εἰσόδου, Διός ἐστι βωμὸς Πάτρου, ἔνθα ἔμψυχον θύουσιν οὐδέν· πέμματα δὲ θέντες, οὐδὲν ἔτι οἴνῳ χρήσασθαι νομίζουσιν. *Est & aedes, quam Erechtheum vocant. In introitu vero eius, ara est Iovis τοῦ Πάτρου, Supremi, in qua animatum nihil immolatur, sed liba tantum imponentes, neque vino etiam uti fas existimant.* Meminit huius fani Herodotus lib. VIII. Ἔστι ἐν τῇ ἀκροπόλι ταύτῃ Ἐρεχθῆος, τοῦ γηγενέος λεγομένου εἶναι, νηός. *Est in arce hac Erechthei, qui terrigena esse fertur, templum.* Plutarchus in Lycurgi Vita lib. De X. Reth. Ἐν πίνακι τελείῳ, ὃς ἀνάκειται ἐν Ἐρεχθείῳ. *In tabula insigni, quae posita est in Erechtheo.* Neptuni Erechthei mentio est apud Athenagoram in Leg. pro Christ. Ὁ δὲ Ἀθηναῖος, Ἐρεχθεῖ Ποσειδῶνι θύει. *Atheniensis vero Neptuno Erechtheo sacra facit.* Plutarchus in citata iam Lycurgi Vita. Τέτου δὲ, καὶ Τιμοθέας τοῦ Γλαύκου, παῖδες, Λαοδάμεια, καὶ Μήδειος, ὃς τὴν ἱερωσύνην Ποσειδῶνος Ἐρεχθέως εἶχε. *Huius, & Timotheae, Glauci filiae, liberi, Laodamia, & Medius, qui Neptuni Erechthei sacerdotio fungebatur.* Et mox. Διεῖλαξατο δὲ τὴν ἱερωσύνην τοῦ Ποσειδῶνος Ἐρεχθέως. *Ordinavit vero sacerdotium Neptuni Erechthei.* Hesychius. Ἐρεχθεύς, Ποσειδῶν, ἐν Ἀθήναις. Ita enim ibi scribendum, non Ἐρεχθρεύς. Apollodoro, ut confundi inter sese apud Auctores Erichthonii, & Erechthei nomina solent, Neptunus iste Ericthonius, non Erechtheus appellatur lib. III. Πανδίονος δὲ ἀποθανόντος, οἱ παῖδες τὰ πατρῶα ἐμερίσαντο· καὶ τὴν βασιλείαν, Ἐρεχθεὺς λαμβάνει· τὴν δὲ ἱερωσύνην τοῦ Ἀθηνᾶς, καὶ Ποσειδῶνος, τοῦ Ἐριχθονίου, Βούτης. *Pandione vero vita functo, filii eius bona paterna inter sese divisere; ac regnum quidem Erechtheus capit; at Minervae, & Neptuni Erichthonii sacerdotium Butes.* In quorum posteriorum verborum interpretatione labitur vir eruditus Benedictus AEgius, dum sic vertit. *Sacerdotio autem Minervae, Neptunique, Butes, Erichthonii filius honestatur.* Neque enim Erichthonii filius erat Butes, sed Pandionis; ut ex illis ipsis verbis Apollodori satis clarum; qui & paulo ante dixerat. Πανδίων δὲ, γήμας Ζευξίππην, τῆς μητρὸς τὴν ἀδελφὴν, θυγατέρας μὲν ἐτέκνωσε Πρόκνην, καὶ Φιλομήλαν. παῖδας δὲ δίδυμους, Ἐρεχθέα, καὶ Βούτην. *Pandion vero, ducta uxore Zeuxippe, matris sorore, filios ex ea sustulit, Procnen, & Philomelam; & filios geminos, Erechtheum, ac Buten.* Atque hoc obiter, illustrando Apollodo-

Digitized by Google

lodoro. Porro in honorem Erechthei, & memoriam, nomen eius pro cognomine in Neptunum eſt translatum. Hac de cauſa Erechtheum ſimpliciter nominat Cicero De Nat. Deorum lib. III. *Sed, ſi ſunt hi dii, eſt certe Erechtheus; cuius Athenis & delubrum vidimus, & ſacerdotem.* Et Ariſtides in Panathenaica. Ἀλλὰ ϛ τύτυς ταῖς εὐεργεσίαις νενικηκυῖα (ἡ πόλις) φανήσε῀ται· Κόδρῳ μὲν, δοῦσα τὴν ἀρχὴν εἰς τοὺς παῖδας· Ἐρεχθέα δὲ, τοῖς ἐν ἀκροπόλει θεοῖς πάρεδρον ἀποδέξασα. *Sed hos quoque beneficentia ſuperaſſe (Vrbem) apparebit; quae Codro quidem principatum in liberos transferendum dedit; Erechtheum autem inter deos, qui in arce, collocavit.* Porro tres in templo iſto arae erant; una Neptuni, in qua Erechtheo, cuius nomine ille hic cognominatus, ſacra facta; altera Butae herois; tertia Vulcani. Pauſanias. Εἰσελθοῦσι δέ εἰσι βωμοί, Ποσειδῶνο῀, ἐφ' ᾧ ϗ Ἐρεχθεῖ θύουσιν ἐκ τοῦ μαντείματο῀· ϛ ἥρω῀ Βύτου. τρίτο῀ δὲ, Ἡφαίσου. *In ipſo introitu arae ſunt, Neptuni una, in qua etiam Erechtheo ex oraculo ſacra faciunt; altera herois Butae; tertia Vulcani.* In parietibus picturae erant, quae ad Butadarum (a) familiam pertinebant. Pauſanias. Γραφαὶ δὲ ἐπὶ τῶν τοίχων, τοῦ γένους εἰσὶ τοῦ Βυτάδων. *Picturae vero in parietibus ad familiam Butadarum pertinebant.* Et in iſtis, ſine dubio, tabula illa, in qua ſeries ſacerdotum huius dei deducebatur ab Iſmenia Chalcidenſi picta; cuius meminit Plutarchus in Lycurgi Rhetoris Vita. Καὶ ἔστιν αὕτη ἡ καταγωγὴ τοῦ γένους τῶν ἱερωσαμένων τοῦ Ποσειδῶνο῀ ἐν πίνακι τελείῳ, ὃς ἀνάκειται ἐν Ἐρεχθείῳ, γεγραμμένο῀ ὑπὸ Ἰσμηνίου τοῦ Χαλκιδέως. *Eſtque haec deductio generis eorum, qui Neptuni ſacerdotio functi in tabula inſigni, quae eſt in Erechtheo ab Iſmenia Chalcidenſi picta.*

CAP. XIX.

Puteus cum marina aqua; deinde tridens, & olea: quae a Medis exuſta, mox renata eſt.

IN eodem illo templo puteus erat; & marina in eo aqua, quae, flante auſtro, ſonum edebat. Pauſanias. Καὶ ὕδωρ ἐστὶν ἔνδον θαλάσσιον ἐν φρέατι. τοῦτο μὲν θαῦμα οὐ μέγα. ἀλλὰ τόδε φρέαρ ἐς συγγραφὴν παρέχεται κυμάτων ἦχον ἐπὶ νότῳ πνεύσαντι. *Eſt & illic marina aqua in puteo; quod quidem non ita magnopere admirandum: verum iſtud memorandum, quod, ſi quando auſter ſpiret, aqua iſta ſonum edat.* Ac meminit iterum in Arcadicis. Θαλάσσης ἧ ἀναφαίνεσθαι κῦμα ἐν τῷ ἱερῷ τούτῳ, λόγο῀ ἐστὶν ἀρχαῖο῀. ἐοικότα δὲ καὶ Ἀθηναῖοι λέγουσιν ἐς τὸ κῦμα τὸ ἐν ἀκροπόλει. *Marinae aquae in hoc templo ſcatebram eſſe, vetus fama eſt, eadem de aqua illa, quae in arce, etiam Athenienſes dicunt.* Herodotus hoc ipſum intelligit, quum mare hic fuiſſe dicit lib. VIII. Εἶσι ἧ ἐν τῇ ἀκρο-

πόλι ταύτῃ (τῶν Ἀθηναίων) Ἐρεχθέως τοῦ γηγενέο῀ λεγομένου εἶναι νηός· ἐν τῷ ἐλαίη τε καὶ θάλασσα ἔνι. *Eſt vero in hac arce (Athenienſium) Erechthei, qui terrigena eſſe dicebatur, templum; in quo olea, & mare.* Atque ſcaturigo iſta, Ἐρεχθηὶς nuncupata; & reliquiae nempe erant eius aquae, quam Neptunus, in certamine cum Minerva, percuſſa tridente terra, excitaverat. Indicat Apollodorus lib. III. Ἦκεν ἔν πρώτο῀ Ποσειδὼν ἐπὶ τὴν Ἀττικὴν, ϗ πλήξας τῇ τριαίνᾳ κατὰ μέσην τὴν ἀκρόπολιν, ἀνέφηνε θάλασσαν, ἣν νῦν Ἐρεχθηίδα καλοῦσιν. *Venit itaque primus in Atticam Neptunus, percuſſaque tridente in media arce terra, marinae aquae ſcatebram produxit, quam nunc Erechtheida vocant.* Tridentis quoque in rupe forma ſpectabatur, Neptuni de Attica quondam certaminis monumentum. Pauſanias. Καὶ τριαίνης ἐστὶν ἐν τῇ πέτρᾳ σχῆμα, ταῦτα ἃ λέγε῀ Ποσειδῶνι μαρτύρια ἐς τὴν ἀμφισβήτησιν τῆς χώρας φανῆναι. *Et tridentis eſt in ſaxo forma quaedam; Neptuni de hac regione controverſiae monumentum.* Huc pertinet iſtud Hegeſiae apud Strabonem lib. IX. Ὁρῶ τὴν ἀκρόπολιν, ϗ τὸ περὶ τὴν τριαίνης ἔχει τι σημεῖον. *Video arcem; & tridentis aliquod monumentum habet* (b). Nec Neptuni tantum hic ſignum de contentione, tridens; ſed Minervae quoque, olea. Pauſanias. Περὶ δὲ τῆς ἐλαίας οὐδὲν ἔχουσιν ἄλλο εἰπεῖν, ἢ τῇ θεῷ μαρτύριον γενέσθαι τοῦτο ἐς τὸν ἀγῶνα τὸν ἐπὶ τῇ χώρᾳ. *De olea autem quod dicant, nihil habent; niſi deae de contentione ſua teſtimonium perhibere.* Herodotus in citatis ſtatim verbis. Νηὸς, ἐν τῷ ἐλαίη τε ϗ θάλασσα ἔνι. τὰ λόγος παρ' Ἀθηναίων Ποσειδεώνά τε Ἀθηναίῃ, ϗ ἐρίσαντας περὶ τῆς χώρης, μαρτύρια θεσθαι. *Templum, in quo olea, & marina item aqua; quae Athenienſes ferunt Neptunum, & Minervam, quum de regione ſua inter ſeſe contendiſſent, monumenta eius rei poſuiſſe.* Reſpexit Plinius lib. XVI. cap. XLIV. *Athenis quoque olea durare traditur in certamine edita a Minerva.* Id factum ſub rege Cecrope; uti clare ex Apollodoro conſtat lib. III. Ac Freculphus idem tradit, Chronici Tom. I. lib. II. cap. VIII. *Cecrops Diphyes, indigena; ſub quo primum in arce oliva orta eſt.* Hanc quum Medi exuſſiſſent, poſtero die iterum enatam uſque ad cubiti altitudinem narrat Herodotus loco iam commemorato. Ταύτην ὦν τὴν ἐλαίην ἅμα τῷ ἄλλῳ ἱερῷ κατέλαβε ἐμπρησθῆναι ὑπὸ τῶν βαρβάρων. δευτέρῃ δὲ ἡμέρῃ ἀπὸ τῆς ἐμπρήσι῀ Ἀθηναῖοι, οἱ θύειν ὑπὸ βασιλέως κελευόμενοι ὡς ἀνέβησαν ἐς τὸ ἱρὸν, ὥρων βλαστὸν ἐκ τοῦ σταλέχους ὅσον τε πηχυαῖον ἀναδεδραμηκότα. *Atque hanc oleam incendi a barbaris una cum reliquo templo contigit; poſtero vero incendii die Athenienſes, ſacra ipſi facere a rege iuſſi, novam e trunco enatam ſobolem, inſtar cubiti magnitudine conſpexere.* Libanius in Oratione Antiochica. Καὶ γὰρ ἐκείνῃ (de hac Minervae olea loquitur) ἐπῆλθε μὲν τῷ πυρὶ Ξέρξης, ὅτ' ἔφθειρε τὴν Ἀθηναίων ἀκρόπολιν. δευτέρᾳ ἧ ἡμέρᾳ, βλαστὸν ἀνέδραμεν ἐκ πῆχυν ἔκ τοῦ κε-

(a) Vide *Lib. de Populis Atticis in* Βουλεία.

(b) *Gronovius in Praefatione Voluminis* IV. *Theſ. Antiq. Graecar.* In Capite, inquit, XIX. adhibetur locus Strabonis omnino male habens de Hegeſia, dicente: Ὁρῶ τὴν ἀκρόπολιν ϗ τὸ περὶ τῆς τριαίνης ἔχει τι σημεῖον. Quas voces in Latinum redactas vides, ut poterat fieri. Sed nulli commodo eſt verbum illud ἔχει, & legi debuerat ϗ τὸ περὶ τῆς τριαίνης τι σημεῖον. *& ſignum iſtud circa tridentem.*

Digitized by Google

χαυμένα. *Enim vero illi oleae Xerxes ignem admovit, quum Athenienſium arcem vaſtavit; poſtridie vero, pullulavit ſurculus, altitudine cubiti, ex ambuſto trunco.* Pauſanias variat; atque id eo ipſo die factum dicit, & ad duos etiam cubitos excreviſſe. Λέγουσι δὲ καὶ τάδε. καῖακαυθῆναι μὲν τὴν ἐλαίαν, ἡνίκα ὁ Μῆδος ἐνέπρησε τὴν πόλιν Ἀθηναίοις· καῖακαυθεῖσαν δὲ, αὐθημερὸν ὅσον τε ἐπὶ δύο βλαστῆσαι πήχεις. *Verum etiam iſta ferunt, conflagraſſe quidem oleam, quum Athenienſibus Medus urbem incendit: ſed incenſam eo ipſo die etiam ad duos cubitos pullulaſſe.* Dion Chryſoſtomus De Regno, Orat. IV. Καθάπερ Ἀθηναῖοί φασι τὸν ἱερὸν τῆς ἐλαίας θαλλὸν ἐν ἡμέρᾳ μιᾷ βλαστῆσαι. *Quemadmodum Athenis aiunt ſacrum oleae virgultum uno die repullulaſſe.* Capiendus ab hac hiſtoria Theophraſtus, Hiſt. Plant. lib. II. cap. IV. Ἐλαία ποτὲ προκαυθεῖσα τελέως, ἀνεβλάστησεν ὅλη (a). *Olea aliquando, quae prius omnino conflagraverat, tota repullulavit.*

CAP. XX.

Diſſidium hic Auctorum quoddam, & confuſio, quae ſublata. Duplex ſacellum in uno templo. Ara Oblivionis. Minerva Πολιὰς, *eiuſque ſimulacrum quale; ab Erichthonio dedicatum. Pauſaniae locus reſtitutus. Draco illi cuſtos appoſitus; cui placenta e melle data. Tum & noctua iuxta poſita. Heſychius correctus. Sacerdoti eius deae, quae ab Hippia conſtituta; & recenti etiam caſeo interdictum.*

SEd confundi oleae, & marinae aquae locum ab Herodoto animadverto; nam, ut iſta in Neptuni templo erat, ita olea ſine dubio in Minervae; & Pauſanias in Minervae oleam diſerte ponit. Sic Heſychius draconem, Minervae τῆς Πολιάδος (b) cuſtodem, in Erechthei, Neptuni nempe, ut iam dixi, fano ſtatuit. Οἰκουρὸν ὄφιν. τὸν τῆς Πολιάδος φύλακα δράκοντα (c). οἱ μὲν, ἕνα φασίν· οἱ δὲ, δύο. ἐν τῷ ἱερῷ τῷ Ἐρεχθέως. *Domi cuſtodem ſerpentem. Poliadis (Minervae) cuſtodem draconem, & hi quidem unum dicunt; illi, duos; in Erechthei fano.* Lychnum quoque, quem fuiſſe in Minervae, uti erat, Strabo dicit, in Neptuni collocare Pauſanias videtur. Sed componam hoc diſſidium. Duplex, nempe, in uno templo ſacellum erat; & alterum, Neptuno Erechtheo; alterum Minervae τῇ Πωλιάδι ſacrum. Hinc confuſio citra omnem controverſiam. Pauſanias ipſe clare dicit, ubi de Erechtheo agit. Καὶ διπλοῦν γάρ ἐστι τὸ οἴκημα. *Etenim aedes ipſa duplex eſt.* Et mox ſubiungit de templo τῆς Πολιάδος. Conſtos. *Virgilius Lib.* II. *Aeneid.* Dracones in Minervae templum ſe conferentes inducit:

At gemini lapſu delubra ad ſumma dracones
Effugiunt, ſaevaeque petunt Tritonidis arcem,
Sub pedibusque Deae, Clypeique ſub orbe teguntur.

(d) Sic apud Romanos *delapſa Ancilia coelo.* Sic Diana Epheſina *B. Lucae Actor.* Cap. XIX. dicitur διοπετὴς, ſcilicet ἄγαλμα, *ſimulacrum ab Iove delapſum*, vel *quod e Coelo venerit.* Sic *Herodianus Lib.* I. Αὐτὸ μὲν ἄγαλμα διοπετὲς, ὡς λέγουσιν. *Ipſum vero ſimulacrum Coelo delapſum, ut ferunt.*

iungit quoque Himerius in Eclogis. Cl. ἡ τῆς Πολιάδος νεὼς, καὶ τὸ πλησίον τοῦ Ποσειδῶνος τέμενος. συνήψαμεν γὰρ διὰ τῶν ἀνακτόρων τοὺς θεοὺς ἀλλήλοις. μετὰ τὸν ἆθλον. *Qualis vero & Poliadis aedes; &, quod iuxta eſt, Neptuni delubrum; nam coniunximus templo deos poſt certamen.* Plutarchus Sympoſ. lib. IX. Quaeſt. VI. Ἐνταῦθα (Ἀθήνησι) γῆν καὶ νεὼ κοινωνεῖ (ὁ Ποσειδῶν) μετὰ τῆς Ἀθηνᾶς, ἐν ᾧ καὶ βωμός ἐστι Λήθης ἱδρυμένος. *Hic (Athenis) templi particeps (Neptunus) cum Minerva; in quo etiam ara Oblivioni dedicata.* Et obſerva, aram quoque Oblivionis hic fuiſſe; quod non temere alibi occurrit. In Minervae, quod proprie dictum, eius ſimulacrum erat; ſanctiſſimum ceterorum habitum: quippe coelitus delapſum, ut ferebant, & ab omnibus ſimul populis terrae Atticae dedicatum. Pauſanias. Τὸ δὲ ἁγιώτατον ἐν κοινῷ πολλοῖς πρότερον νομισθὲν ἕτεσι συνῆλθεν ἀπὸ τῶν δήμων, ἔστιν Ἀθηνᾶς ἄγαλμα ἐν τῇ νῦν ἀκροπόλει, τότε δὲ ὀνομαζομένῃ πόλει· Φήμη δὲ ἐς αὐτὸ ἔχει, πεσεῖν ἐκ τοῦ οὐρανοῦ (d). *Quod vero ſanctiſſimum Minervae ſimulacrum multis ante annis de communi omnium populorum conſilio dedicatum eſt, in eo loco, qui nunc arx eſt, & tum urbs appellabatur, fama eſt, coelo decidiſſe.* Id nimirum iſtud erat, quod τῆς Πολιάδος dictum. Certe in eius fano fuiſſe, poſtquam de eo, & appoſito illi lychno, verba fecit; mox commemorat. Κεῖται δὲ ἐν τῆς Πολιάδος, ὡς Ἑρμοῦ ξύλου. *Eſt vero in Poliadis, ut & Mercurius e ligno.* Ita enim locus ille exigua mutatione reſtituendus. Coaluerat ὡς cum duabus poſtremis literis verbi Πολιάδος. Niſi ſic legas, ſtatuendum eſt, & Minervae τῆς Πολιάδος ſimulacrum, item lychnum, oleo inexſtincto ardentem, in Neptuni Erechthei fano, non ſuo, fuiſſe. Erat autem hoc ſimulacrum ex oleae ligno. Scholiaſtes Demoſthenis, ad Orat. in Androtionem; ubi tria eius deae ſimulacra, quae in arce, nobis refert. Τρία ἀγάλματα ἦν ἐν τῇ ἀκροπόλει τῆς Ἀθηνᾶς. ἓν μὲν, ἐξ ἀρχῆς ξύλινον, ἐξ ἐλαίας· ὅπερ ἐκαλεῖτο Πολιάδος Ἀθηνᾶς, διὰ τὸ αὐτῆς εἶναι τὴν πόλιν. *Tria erant in arce ſimulacra Minervae; quorum unum a principio illic poſitum, ex olea factum; & Minervae Poliadis dicebatur, quia Vrbs illius eſſet.* Atque hoc ipſum eſſe puto quod ad ortum antea ſpectans, ad occaſum poſtea verſum, ſanguinem ſpuiſſe viſum, Auguſti tempore. Narrat Dion Caſſius lib. LIV. καὶ αὐτοῖς (τοῖς Ἀθηναίοις) ἐς ταῦτα ἔδοξε τὸ τῷ τῆς Ἀθηνᾶς ἀγάλματι συμβὰν ἀποσκῆψαι. ἐν γὰρ τῇ ἀκροπόλει τῇ πρὸς ἀνατολὴν ἱδρυμένον, πρός τε τὰς δυσμὰς μετεσφάγη, καὶ αἷμα ἀπέπτυσεν. *Et ipſis (Athenienſibus) portendiſſe id videtur, quod Minervae ſimu-*

(a) Ceterum ea eſt oleae natura, de qua *Virgilius* pariter *Georg. Lib.* II.

Quin & caudicibus ſectis (mirabile dictu)
Truditur e ſicco radix oleagina ligno.

(b) De Minerva Poliade conſule ſuperius *Lib. de Populis Attic.* adnotata ad Βουλεία.

(c) Dracones vigiles cuſtodes habentur, ob oculorum perſpicientiam; Δράκων enim ἀπὸ τοῦ δέρκειν dicitur, quod eſt videre. *Horatius:*

——— tam cernis acutum,
Quantum Aquila, aut ſerpens Epidaurius.

Sic hortorum Heſperidum; ſic aurei velleris Draco cu-

Digitized by Google

ſimulacro accidit; quod in arce ad ortum poſitum, ad occaſum ſe convertit, & ſanguinem exſpuit. Non expreſſum eſt Poliadis cognomentum; verum id ſubintelligendum eſt, quoties ſimpliciter Minervam, & quaſi κατ' ἐξοχήν, appellitabant. Dedicarunt, ut iam dixi, omnes ſimul Atticae populi; idque ſub rege Erichthonio. Et hoc eſt, quod Apollodorus dicit, dedicaſſe Erichthonium lib. III. Ἐν ᾧ τῷ τεμένει τραφὲς ὁ Ἐριχθόνιος ὑπ' αὐτῆς Ἀθηνᾶς, ἐκβαλὼν Ἀμφικτύονα, ἐβασίλευσεν Ἀθηνῶν· καὶ τὸ ἐν ἀκροπόλει ξόανον τ' Ἀθηνᾶς ἱδρύσατο. *In delubro vero educatus ab ipſa Minerva, Erichthonius, Amphictyone eiecto, regnum Athenarum tenuit, & Minervae, quod in arce, ſimulacrum dedicavit.* Iuxta ſimulacrum deae draco unus ad cuſtodiam appoſitus; vel, ut alii volunt, duo. Heſychius in citatis paullo ante verbis. Οἰκουρὸν ὄφιν. Τὸν τῆς Πολιάδος φύλακα δράκοντα. καὶ οἱ μὲν, ἕνα φασίν· οἱ δὲ, δύο. *Domi cuſtodem ſerpentem, Poliadis cuſtodem draconem, quem alii unum; alii vero duos dicunt.* Atque hic eſt ille draco, cuius meminit Plutarchus in Themiſtocle. Σημεῖον μὲν λαμβάνων τὸ τοῦ δράκοντος, ὃς ἀφανὴς ἐκείναις τὰς ἡμέρας ἐκ τοῦ σηκοῦ δοκεῖ γεγενῆσθαι, καὶ τὰς καθ' ἡμέραν αὐτῷ προτιθεμένας ἀπαρχὰς εὑρίσκοντες ἀψαύστους οἱ ἱερεῖς, ἐξηγγειλον εἰς τοὺς πολλοὺς, Θεμιστοκλέους λόγον διδόντος, ὡς ἀπολέλοιπε τὴν πόλιν ἡ θεὸς, ὑφηγουμένη πρὸς τὴν θάλατταν αὐτοῖς. *Oſtentum quidem a dracone capiens, qui per eos dies non conſpectus, adyto templi exceſsiſſe videbatur: & libamina, quae proponi ſingulis diebus ſolita, quum intacta ſacerdotes inveniſſent, apud vulgus pronuntiabant, inſtigante ad dicenda haec Themiſtocle, exiiſſe ex urbe deam; & ad mare tamquam ducem praeceſsiſſe.* Et huc verba Demoſthenis pertinent, in exilium abeuntis; quae Plutarchus idem refert; in eius Vita. Λέγει, ἐκ τοῦ ἄστεος ἀπαλλαττόμενος, καὶ πρὸς τὴν ἀκρόπολιν ἀνατείνας τὰς χεῖρας, εἶπεν· ὦ δέσποινα Πολιὰς, τί δὴ τρισὶ τοῖς χαλεπωτάτοις χαίρεις θηρίοις, γλαυκὶ, καὶ δράκοντι, καὶ δήμῳ; *Fertur, quum ex urbe exiret, extenſis verſus arcem manibus, exclamaſſe: O domina Polias, quid ita gaudes tribus moleſtiſſimis beſtiis, noctua, dracone, & populo?* Exſtabat hic draco etiam Philoſtrati aevo; cuius ecce iſta verba, Iconum, lib. II. Καὶ ὁ δράκων δὲ ὁ τῆς Ἀθηνᾶς, ὁ ἔτι καὶ νῦν ἐν ἀκροπόλει οἰκῶν, δοκεῖ μοι τὸν Ἀθηναίων ἀστάσασθαι δῆμον ἐπὶ τῷ χρυσῷ. *Et Minervae ille draco, qui etiam nunc in arce habitat, auri cauſa amare mihi populum Athenienſem videtur.* Meminere item eius Etymologici Auctor, Heſychius, & Suidas, in Δράκαυλος. Ac dabatur illi edenda placenta e melle (a). Heſychius in Οἰκουρὸν ὄφιν, ad citata ſemel iterumque verba addit. Τοῦτον δὴ (τὸν δράκοντα) φύλακα τῆς ἀκροπόλεώς φασιν, ᾧ καὶ μελιττοῦταν παραλίθεσθαι. *Hunc vero (draconem) arcis cuſtodem eſſe aiunt: eique placentam ex melle apponi.* Et apponebatur quidem ſingulis menſibus. Herodotus lib. VIII. Λέγουσι οἱ Ἀθηναῖοι ὄφιν μέγαν, φύλακα τῆς ἀκροπόλεως, ἐνδιατρίβειν ἐν τῷ ἱρῷ, λέγουσί τε ταῦτα, καὶ δὴ ὡς ἐόντι ἐπιμηνία τελέουσι προτιθέντες. τὰ δὲ ἐπιμηνία, μελιτόεντά ἐστι. *Dicunt Athenienſes, magnum ſerpentem, arcis cuſtodem in templo degere; quin hoc addunt, tamquam re vera etiam eſſet, menſtrua illi ſe libamina ſemper proponere; eaque eſſe placentam e melle.* Hanc ipſam placentam intelligit Plutarchus, in citatis ſtatim verbis. Καὶ τὰς καθ' ἡμέραν αὐτῷ προτιθεμένας ἀπαρχὰς εὑρίσκοντες ἀψαύστους οἱ ἱερεῖς. *Et libamina, quotidie proponi ſolita, quum intacta ſacerdotes inveniſſent.* Sed in eo variat, quod καθ' ἡμέραν, *quotidie*, ille dicat, & Herodotus ἐπιμηνία, ſive *Menſtrua*. Porro, praeter hunc draconem, etiam noctua (b) ſimulacro deae addita. Inde eſt in Demoſthenis verbis iam citatis e Plutarcho. Ὦ δέσποινα Πολιὰς, τί δὴ τρισὶ τοῖς χαλεπωτάτοις χαίρεις θηρίοις, γλαυκὶ, καὶ δράκοντι, καὶ δήμῳ; *O domina Polias, quid ita gaudes tribus moleſtiſſimis beſtiis, noctua, dracone, & populo?* Elegantiſſimus locus eſt Dionis Chryſoſtomi, Orat. XII. Ἆρ' οὐκ ὀρθῶς ἀπεκάζω τὴν σπουδὴν ὑμῶν, τῷ περὶ τὴν γλαῦκα γινομένῳ, σχεδὸν οὐκ ἄνευ δαιμονίας τινὸς βουλήσεως, ὑφ' ἧς καὶ τῇ Ἀθηνᾷ λέγουσι προσφιλὲς εἶναι τὸ ὄρνεον τῇ καλλίστῃ τῶν θεῶν, καὶ σοφωτάτῃ. καὶ τῆς τε Φειδίου τέχνης παρ' Ἀθηναίοις ἔτυχεν, οὐκ ἀπαξιώσαντος αὐτὴν συγκαθιδρύσαι τῇ θεῷ. *An non recte igitur ſtudium veſtrum comparo ei, quod noctuae uſuvenit, fere haud abſque divina quadam voluntate; qua factum aiunt, ut Minervae etiam ſit grata avis iſta, pulcerrimae dearum, & ſapientiſſimae; quin & Phidiae artificium apud Athenienſes eſt ſortita, non dedignante eo ipſam iuxta deam collocare.* Corruptus eſt Heſychii locus. Γλαὺξ ἐν πόλει. παροιμία, ἀνέκειτο γὰρ ὑπὸ Φαίδρου ἐν τῇ ἀκροπόλει. *Noctua in urbe. Proverbium. Erat enim in arce, a Phaedro poſita.* Reſtituendum. ὑπὸ Φειδίου. *a Phidia.* Denique, ut hoc hic adiungam, huius deae ſacerdoti caſeo Attico recenti interdictum erat. Strabo lib. IX. Τὴν ἱέρειαν τῆς Πολιάδος Ἀθηνᾶς χλωροῦ τυροῦ, τοῦ μὲν ἐπιχωρίου, μὴ ἅπτεσθαι. *Sacerdotem Minervae Poliadis caſeum recentem, Atticum quidem, non tangere.* Quin & Hippiae conſtituit, ut, quum natus aliquis eſſet, aut denatus, hordei choenicem unum, alterum tritici, obolumque huic offerrent. Ariſtoteles, Oeconom. lib. II. Τῇ τε ἱερείᾳ τῇ τῆς Ἀθηνᾶς τῆς ἐν ἀκροπόλει (ἐκέλευεν ὁ Ἵππίας) ὑπὲρ τοῦ ἀποθανόντος φέρειν χοίνικα κριθῶν, καὶ πυρῶν ἑτέραν, καὶ ὀβολόν. τὴ ὅτῳ ἂν παιδάριον γένηται, τὸ αὐτὸ τοῦτο. *Sacerdoti Minervae, quae in arce, (Hippias iuſſit) mortuo aliquo, ferre choenicem hordei, item tritici, & obolum; ac cuicumque puer natus eſſet, tantundem.* Legebatur autem e familia Eteobutadarum. Aeſchines in Orat. περὶ παραπρεσβ. Εἶναι δ' ἐκ φρατρίας τὸ γένος, ἡ τῶν αὐτῶν βωμῶν Ἐτεοβουτάδαις

(a) Cibus videtur fuiſſe Draconibus, & huiuſmodi cuſtodibus dari ſolitus; quare apud *Virgilium* VI. *Aeneidos* I. Vates Cerbero

Melle ſoporatam, & medicatis frugibus offam
Obiicit.

Non huiuſmodi tamen fuit, quam dedit draconi Daniel *Cap.* XIIII.

(b) Noctuam Minervae ſacram eſſe volucrem magis celebre eſt, quam ut adſtrui opus ſit. Adeundus *Ovidius Lib.* II. *Metamorphoſeon.*

Digitized by Google

δαις μετέχῃ, ὅθεν ἡ τ᾽ Ἀθηνᾶς τ᾽ Πολιάδ@ ἐστιν ἱέρ-
ρᾳα. *Ex ea curia oriundum esse, quae communes cum Eteobutadis aras habet; e quibus exsistit Minervae Poliadis sacerdos.* Vide plura, quae notavi libro *De populis Atticae* in Βυτάδαι.

CAP. XXI.

Lychnus quoque inexstinctus, & is qualis; a Callimacho fabrefactus. Mercurii simulacrum e ligno, Cecropis donarium. Sella compactilis, Daedali opus. Medorum spolia, Masistii thorax, & Mardonii acinaces. Cecropis, & Erichthonii sepulcra.

LYchnus quoque inexstinctus (a) spectabatur. Strabo lib. IX. Ὁ᾽ τε ἀρχαῖ@ νεὼς ὁ τ᾽ Πολιάδ@· ἐν ᾧ ὁ ἄσβες@ λύχν@. *Et Minervae Poliadis vetus templum, in quo lychnus inexstinctus.* Erat autem ex auro factus, Callimachi opus; & annum totum semper ardens servabatur. Indebatur autem ei e Carpasio lino funiculus; supra palma erat acnea, ad lacunar usque perducta; quae nidorem excipiebat. Pausanias. Λύχνον δὲ τῇ θεῷ χρυσῆν Καλλίμαχ@ ἐποίησεν. ἐμπλήσαντες δὲ ἐλαίᾳ τ᾽ λύχνον, τ᾽ αὐτὴν τῆ μέλλον@ ἔτης ἀναμένουσιν ἡμέραν. ἔλαιον δὲ ἐκεῖνο τ᾽ μὲ λαξὺ ἐπαρκεῖ χρόνον τῷ λύχνῳ, κ᾽ κῖ τὰ αὐτὰ ἐν ἡμέρᾳ καὶ νυκτί φαίνονται. κ᾽ οἱ λίνα Καρπασίᾳ θρυαλλὶς ἔνεσιν, ὃ δὴ πυρὶ λίνον μόνον ἐκ ἔστιν ἀλώσιμον. Φοίνιξ δὲ ὑπὲρ τῆ λύχνα χαλκῆς, ἀνήκων ἐς τ᾽ ὄροφον, ἀναπτᾷ τ᾽ ἀθμίδα. *Lychnum vero deae aureum fecit Callimachus; quem cum oleo implevere, in eumdem anni sequentis diem exspectant: idque interea lychno sufficit, noctes, atque dies ardenti. Inest autem funiculus e lino Carpasio, quod solum igne non consumitur. Supra lychnum palma aenea est; quae ad tectum usque pertingens, vaporem excipit.* Aristion, obsidente Vrbem Sulla, negligentia exstingui finit. Plutarchus in Vita Sullae. Καὶ πυῤῥιχίζων, (ὁ Ἀριστίων,) καὶ γελωτοποιῶν πρὸς τὺς πολεμίους, τὸν μὲν ἱερὸν τῆς θεοῦ λύχνον ἀπεσβηκότα, διὰ πάνυ ἐλαίου, περιεῖδε. *Pyrrichas saltans, (Aristion,) & hostem irridens, exstinctum deae lychnum, olei penuria, insuper habuit.* Meminit lychni huius etiam Homeri Scholiastes ad Odyss. τ᾽. Ὀρθῶς δὲ πεποίηκε τ᾽ Ἀθηνᾶν, φρόνησιν ὖσαν, καθαρὸν αὐτῷ παρέχειν τὸ φῶς· κ᾽ οἰκέως, διὰ τὸν ἄσβεστον Ἀθήνησι λύχνον· *Recte fecit Minervam, quae prudentia est, purum ipsi lumen praebere; idque proprie propter inexstinctum Athenis lychnum.* Deinde erat Mercurii simulacrum e ligno; inter myrti ramos conspicuum, Cecropis donarium. Theodoretus Therap. lib. VIII. Καὶ γὰρ Ἀθήνῃζιν, ὡς Ἀντίοχ@ ἐν τῇ ἐννατῇ γέγραφεν, ἄνω γε ἐν τῇ ἀκροπόλ, Κέκροπός ἐστι τάφ@, παρὰ τ᾽ Πολιοῦχον αὐτήν. *Athenis autem, sicut libro nono Historiarum refert Antiochus, in superiori arcis parte, Cecropis sepulcrum est, iuxta ipsam Vrbis praestitam.* Pausanias, ut iam restituendum esse monui, post descriptionem lychni commemorat. Κεῖ δὲ ἐν τῷ ναῷ τ᾽ Πολιάδ@, ὡς Ἑρμῆς ξύλου, Κεκροπ@ εἶναι λεγόμενον ἀνάθημα, ὑπὸ κλάδων μυρσίνης εὐσύνοπτον. *Est autem in Poliadis fano, ut Mercurius e ligno, sub myrti ramis conspicuus; quem Cecropis donarium esse ferunt.* Inde sella plicatilis, Daedali opus; & erepta Medis spolia, Masistii lorica, cum Mardonii acinace. Pausanias. Ἀναθήματα δὲ, ὅσα ἄξια λόγου, τ᾽ μὲν ἀρχαίων, δίφρος ὀκλαδίας ἐστὶ, Δαιδάλου ποίημα· λάφυρα δὲ ἀπὸ Μήδων, Μασιστίου θώραξ, ὃς εἶχεν ἐν Πλαταιαῖς τ᾽ ἡγεμονίαν τ᾽ ἵππου· κ᾽ ἀκινάκης, Μαρδονίου λεγόμεν@ εἶναι. *Donaria vero, memoratu digna, ex antiquis quidem, sella est plicatilis, Daedali opus; tum Medorum spolia, Masistii, qui dux equitatus ad Plataeas, lorica, & acinaces, qui Mardonii ferebatur.* Et de Mardonii quidem acinace, uti Xerxis quoque sella, de qua supra a me dictum, est Demosthenis etiam locus Orat. in Timocratem: ubi discimus, eum trecentis Daricis aestimatum. Τὴν δέ γ᾽ ἐνθάδε θεὸν (τ᾽ Ἀθηνᾶν) πρεσβεύτης ἀξιωθεὶς εἶναι ὑφ᾽ ὑμῶν, ἀποστερῶν τὰς ἀπὸ τ᾽ ὑμετέρων πολεμίων δεκάτας· ἔπειτα, ταμιεύσας ἐν ἀκροπόλει, τὰ ἀριστεῖα τ᾽ πόλεως, ἃ ἔλαβεν ἀπὸ τ᾽ βαρβάρων, ὑφῃρημέν@ ἐξ ἀκροπόλεως· τόν, τε δίφρον τὸν ἀργυρόποδα, καὶ τ᾽ ἀκινάκην τ᾽ Μαρδονίου, ὃς ἦγε τριακοσίους Δαρεικούς. *Deam tamen nostram, decreto ei a vobis legationis honore, decimis hostilibus defraudavit: quaesturam deinde arcis adeptus, nostrae civitatis praemia, & fortitudinis monumenta, quae de Barbaris ceperat, ex arce surripuit: sellam nempe illam cum argenteis pedibus; & acinacem Mardonii, trecentis Daricis aestimatum.* Meminitque Vlpianus ad Olynth. III. Αὐξει τὰ ἀναθήματα, διὰ τας πράξις, ἐξ ὧν ἀνετέθησαν. ὁ γὰρ Ξέρξου δίφρ@, καὶ ὁ ἀκινάκης Μαρδονίου, ὁ μὲν, ἐκ Σαλαμῖν@· ὁ δὲ, ἐκ Πλαταιέων ἀνετέθησαν. *Exaggerat donaria propter res gestas, ob quas dedicata sunt. Nam Xerxis sella, & Mardonii acinaces, altera e Salaminia, alter e Plataeensi victoria sunt dedicati.* Et, quae Σκῦλα Μηδικὰ, *Spolia Medica*, Thucydides dicit lib. II., ea Scholiastes interpretatur, τ᾽ ἀργυρόποδα θρόνον, καὶ τ᾽ ἀκινάκην τ᾽ χρυσῆν. *Sellam cum argenteis pedibus, & acinacem aureum.* Dion Chrysostomus De Regno Orat. II. Οὔκουν ὀφὲ Ἀθηναίους ἔτως, ἔφη, ζηλῶ τ᾽ δαπάνης, καὶ πολυτελείας τ᾽ περὶ τ᾽ πόλιν, κ᾽ τὰ ἱερὰ, ὅσον τῶν ἔργων, ἃ ἔπραξαν οἱ πρότερον· τ᾽ ἀκινάκην τῆ Μαρδονίου, πολὺ σεμνότερον κ᾽ κρεῖττον ἀνάθημα ἔχουσαν. *Quapropter neque tantum Athenienses felices puto propter sumtum, & magnificentiam, circa urbem suam, ac templa; quantum propter res, praeclare a maioribus ipsorum gestas: per quas urbs Mardonii acinacem consequuta est, donarium praestantius multo, & augustius.* Erant vero spolia ista Medica omnia, cum pomparum instrumento, talentis quingentis aestimata. Pericles apud Diodorum lib. XII.

Xω-

(a) De huiusmodi Lychnis consule *Fortun. Licetum De Lucernis antiquorum reconditis*, ubi de hoc quoque speciatim agit, & *Mich. Mercatum in Metalloth. Vaticana*.

(b) Ceterum ignem inexstinctum apud varios populos servatum fuisse exploratae fidei est: sed mirabiliter apud Ebraeos tantum. Consule adnotata ad *Cap.* VIII. *Lib.* I. *Athen. Attic.*

Digitized by Google

Χωρὶς ὧν τούτων ἥτε πομπία σκευὴ, καὶ τὰ Μηδικὰ σκῦλα, πενταχοσίων ἀξια ταλάντων ἀπεφαίνατο. *Praeter iſta autem pomparum ornatum, & Medica ſpolia, quingenta talenta valere oſtendebantur.* Et apud Thucydidem lib. II. Χωρὶς δὲ, χρυσίῳ ἀσήμῳ, καὶ ἀργυρίῳ, ἔν τε ἀναθήμασιν ἰδίοις καὶ δημοσίοις, καὶ ὅσα ἱερὰ σκεύη περί τε τὰς πομπὰς καὶ τοὺς ἀγῶνας, καὶ σκῦλα Μηδικὰ, καὶ εἴτι τοιουτότροπον, οὐκ ἐλάσσονος ἦν ἢ πενταχοσίων ταλάντων. *Ad haec auri, & argenti non ſignati, cum in privatis, tum in publicis donariis; & ſacra vaſa, quae ad pompas, aut certamina pertinebant, & Medica ſpolia, ac ſi quid huiuſmodi, non minoris erant, quam quingentorum talentorum.* Cecropis quoque hic ſepulcrum erat; de quo Arnobius lib. VI. *In hiſtoriarum Antiochus nono, Athenis in Minervio memoratur Cecropem eſſe mandatum terrae.* Clemens in Protreptico. Ἀθήνησι δὲ ἐν ἀκροπόλει (τάφος ἐστὶ) Κέκροπος. *Athenis vero in arce (ſepulcrum eſt) Cecropis.* Item Erichthonii. Clemens ibidem. Τί δαὶ, Ἐριχθονίου οὐχὶ ἐν τῷ νεὼ τῆς Πολιάδος κεκήδευται; *Quid? an non in Poliadis templo iacet Erichthonius?* Arnobius libro citato. *Erichthonius (conditus ſcribitur) Poliadis in fano.* Apollodorus lib. III. Ἐριχθονίου δὲ ἀποθανόντος, καὶ ταφέντος ἐν τῷ τεμένει τῆς Ἀθηνᾶς, Πανδίων ἐβασίλευσεν. *Mortuo Erichthonio, & in Minervae ſepulto, regnum Pandion accepit.*

CAP. XXII.

Pandroſi templum, & in eo Iovis Hercei ara. Olea quoque a Minerva plantata; Μορία, Ἄκτη, *&* Πάγκυφος, *dicta; atque inde in Academiam translata.*

MInervae τῆς Πολιάδος templo contiguum erat, quod Pandroſi (a) dicebatur. Pauſanias. Τῷ ναῷ ὃν τῆς Ἀθηνᾶς (τῆς Πολιάδος) Πανδρόσου ναὸς συνεχής ἐστι. *Minervae (Poliadis) vero templo contigua eſt Pandroſi aedes.* Et apparet in iſtis item Philochori verbis, Ἀτθίδος lib. IX. Κύων, εἰς ἣν τῆς Πολιάδος νεὼν εἰσελθοῦσα, καὶ δῦσα εἰς τὸ Πανδρόσιον, ἐπὶ ἣν βωμὸν ἀναβᾶσα τῆ Ἐρχείᾳ Διὸς, ἣν ὑπὸ τῇ ἐλαίᾳ, κατέκλιτο. *Canis, in Poliadis fanum ingreſſa, quum in Pandroſi ſe recepiſſet, aſcenſa Iovis Hercei ara, quae ſub olea, procubuit.* Exſtat hoc fragmentum apud Dionyſium Halicarn. in Dinarcho; & Anonymum Olymp. CXVIII. anno III. Et obſerva ibi obiter Iovis quoque Hercei (b) aram; cuius meminit etiam Plato, Eu-

(a) Pandroſos una e Cecropis filiabus. *Ovid.* II. *Metamorphoſ.*

(b) Huius arae meminit etiam *Ovidius* in *Ibin.*

Nec tibi ſubſidio ſit praeſens numen: ut illi
Cui nihil Hercei profuit ara Iovis.

Sed audiamus quid in hanc rem eruditiſſimus *Gronovius Praefatione* IV. *Voluminis Theſaur. Graec. Antiquit.* adnotaverit: *In Capite* XXII. *obſervavit Auctor Eruditiſſimus fragmentum Philochori ab Dionyſio cuſtoditum, & inde memoriam notabilem aras Iovis Hercei ſub olea in Pandroſi templo renovans ſemper manſuram, undiquaque illuſtrare conatus fuit, idque repetit cap.* 32. *Quam ſi vivam oculis ſubiecero, opinor eam allaturam ſic aliquid utile, Meurſioque & huic Theſauro ſervituram. Hanc nimirum exhibet praeclara gemma illa Theſauri Brandeburg. p.* 224. *unde vides cur appoſita ſit femina longe aliter illic ſpectata; ſi modo arbor haberi olea aut* μορία *poteſt.*

Digitized by Google

Euthydemo. Reſpexit Pandroſi templum, in quo cultus ei divinus habebatur. Athenagoras in Legat. Καὶ Ἀγραύλῳ Ἀθηναῖοι καὶ τελετὰς, καὶ μυςήρια ἄγυσι, καὶ Πανδρόσῳ. *Agraulo quoque Athenienſes caeremonias, ac myſteria peragunt; item Pandroſo.* Porro & olea in Pandroſi iſto fano (a). Vides in Philochori verbis iam citatis. Ἐπὶ τὸ βωμὸν ἀναβᾶσα τῦ Ἑρκέι Διὸς, τὴ ὑπὸ τῇ ἐλαίᾳ. *Aſcenſa Iovis Hercei ara, quae ſub olea.* Ergo oleae in arce erant duobus locis; in Minervae Poliadis, ut oſtendi; & Pandroſi. Ac Μορίαι dicebantur. Scholiaſtes Ariſtophanis Nubibus. Αἱ ἱεραὶ ἐλαίαι τῆς Ἀθηνᾶς ἐν τῇ ἀκροπόλ, Μορίαι ἐκαλῦντο. *Sacrae Minervae oleae, quae in arce,* Μορίαι *dicebantur.* Etiam Ἀςαί. Euſtathius ad Odyſſ. ά. Καὶ ἀςὴν ἐλαίαν τὴ ἐκᾶθεν· καὶ μάλιςα τὴν ἐξ ἀκροπόλεως, τὴν καὶ ἱεράν. *Et oleam,* Ἀςὴν *vocatam, quae inde erat; ac potiſſimum ex arce, quae & ſacra.* Item Πάγκυφος. Heſychius. Ἀςὴ ἐλαία, ἡ ἐν ἀκροπόλει, ἡ καλεμένη Πάγκυφος, διὰ χθαμαλότητα. *Olea* Ἀςὴ, *quae in arce,* & Πάγκυφος *dicitur, quod non multum a terra adſurgat.* Iterum alibi. Πάγκυφος. ἐλαίας εἶδός τι, κατακεκυφὸς, καὶ ταπεινὸν, ἐν τῇ ἀκροπόλει. *Oleae quaedam ſpecies eſt in arce, inclinatae, ac depreſſae, quae* Πάγκυφος *vocatur.* Ac translata inde poſtea, & plantata in Academia. Iſter apud Scholiaſten Sophoclis Oed. Colon. Εἶναι δ' κλάδον τῆς ἐν Ἀκαδημίᾳ ἐλαίας, ἣν ἀπὸ τ ἐν ἀκροπόλει φυτευθῆναί φασιν. *Eſſe vero ramum eius, quae in Academia eſt, oleae; quam, ab arce traductam, ibi plantatam eſſe ferunt.*

CAP. XXIII.

Virginum duarum, quae Κανηφόροι *adpellatae, habitatio; & ſolenne item factum. Eueris anus. Erechtheus, & Immaradus, pugnantes. Tolmidae vates, & ipſe Tolmides. Minervae ſimulacra quaedam. Apri venatio; Cycni, & Herculis pugna.*

PORro ad Poliadis templum, aut non longe certe inde, virgines duae, Κανηφόροι adpellatae, habitabant; quae ad tempus praeſtitutum apud deam commoratae, ubi dies feſtus venerit, noctu, quae ſacerdos deae ferre iuſſerit, in caput tollunt; neque illa, quid det, gnara; neque iſtis, quidnam ferant. Inde in ſpeluncam quamdam, in ſepto prope fanum Veneris, quam *In hortis* adpellabant, deſcendentes, onus ponunt; aliudque, pariter velatum, tollunt. Pauſanias. Παρθένοι δύο τῦ ναῦ τ Πολιάδ οἰκῦσιν ὑ πόρῳ, καλῦσι δ' Ἀθηναῖοι σφᾶς κανηφόρυς. αὗ χρόνον μέν τινα δίαιταν ἔχυσι παρὰ τῇ θεῷ. παραγενομένης δ' τ ἑορτῆς, δρῶσιν ἐν νυκτὶ τοιάδε. ἀναθεῖσαι σφίσιν ἐπὶ τὰς κεφαλὰς, ἃ ἡ τ Ἀθηνᾶς ἱέρεια δίδωσι φέρειν, ὅτε ἡ διδῦσα ὁποῖόν τι δίδωσιν, εὐδυῖα, ὅτε τ φερούσαις ἐπισαμέναις. Ἔςι δ' περίβολ ἐν τῇ πόλει, τ καλυμένης ἐν κήποις Ἀφροδίτης ὑ πόρῳ, καὶ δι' αὐτῦ κάθοδ ὑπόγαι αὐτομάτη· ταύτῃ καλίασιν αἱ παρθένοι. κάτω μὲν δὴ τὰ φερόμενα λέπυσι, λαβῦσαι δὲ ἄλλό τι κομίζυσιν ἐγκεκαλυμμένον. *Virgines duae, quas Ciſtiferas Athenienſes vocant, non longe a Poliadis habitant; hae ad tempus aliquod apud deam commorantur: quum advenerit vero feſtum, noctu haec faciunt: caſiti imponunt quae ferenda a Minervae ſacerdote dantur; quum nec ipſa, quae dat, ſciat quid det; neque etiam, quae ferunt. Eſt autem ſeptum in Vrbe, non longe a Venere, quae* In hortis *adpellabatur, in quo ſpecus quaedam nativa. Illic virgines deſcendunt, quae tulerunt, deponentes: aliudque, item occultum, accipientes, inde abducunt* (b). Spectabatur etiam hic Eueris anus, cubitali magnitudine; quae Lyſimaches miniſtra. Pauſanias. Πρὸς δ τῷ ναῷ τῆς Ἀθηνᾶς (τῆς Πολιάδ) ἐςὶ μὲν Εὐήρις πρεσβύτις, ὅσον τε πῆχυς μάλιςα, φαμένη διάκον εἶναι Λυσιμάχη. *Ad Minervae (Poliadis) eſt Eueris anus, inſtar cubiti; quae Lyſimaches miniſtra eſſe dicebatur.* Statuae quoque ingentes Erechthei, & Immaradi inter ſe pugnantium. Pauſanias. Ἔςι δ' ἀγάλματα μεγάλα χαλκῦ, διεςῶτες ἄνδρες ἐς μάχλω· καὶ τ μὲν, Ἐρεχθέα καλῦσι· τ δ', Εὐμολπον. καὶ τοι λέληθέ γε ὐδὲ Ἀθηναίων ὅσοι τὰ ἀρχαῖα ἴσασιν, Ἰμμάραδον εἶναι παῖδα Εὐμόλπυ τῦτον, τ ἀποθανόντα ὑπὸ Ἐρεχθέως. *Sunt & ſigna ex aere magna, virorum inter ſe pugnantium; & hunc, Erechtheum; illum, Eumolpum eſſe volunt. qui res tamen Athenienſium priſcas norunt, ii ſciunt, Immaradum eſſe, Eumolpi filium, ab Erechtheo interfectum.* Interius in baſi autem, vatum Tolmidae ſtatuae erant; & ipſe Tolmides. Pauſanias. Ἐπὶ δ τῦ βάθρυ καὶ ἀνδριάντες εἰσὶν ἐντὸς, οἷς ἐμαντεύετο Τολμίδῃ, καὶ αὐτ ς Τολμίδης. *Interius vero in baſi ſtatuae item ſunt eorum, qui vates Tolmidae fuerunt; & ipſius quoque Tolmidae.* Dein Minervae quaedam ſigna; fumo decolora, quae integra permanſerant, quo tempore Xerxes, rex Perſarum, Vrbem exurebat. Pauſanias. Ἔςι δ' Ἀθηνᾶς ἀγάλματα ἀρχαῖα· καὶ σφίζιν ἀπελάκη μὲν ὐδὲν, μελάντερα δὲ, καὶ πληγὴν ἐνεγκεῖν ἐςιν ἀσθενέςερα. ἐπέλαβε δὲ καὶ ταῦτα ἡ φλόξ, ὅτε, ἐσβεβηκότων ἐς τὰς ναῦς Ἀθηναίων, βασιλεὺς εἷλεν ἔρημον τ ἐν ἡλικίᾳ τ πόλιν. *Et vetuſta Minervae ſigna viſuntur, integra adhuc, ſed nigriuſcula, neque ictum ferre valida, & ad haec pervaſit flamma, quum, ingreſſis in naves Athenienſibus, rex (Perſarum) Xerxes, vacuam viris urbem cepit.* Apri etiam venatio, & cum Hercule pugna Cycni. Pauſanias. Ἔςι δὲ συός τε θήρα. περὶ ἃ σαφὲς ἐδὲν οἶδα, εἰ τῦ Καλυδωνίυ· καὶ Κυκ-

(a) Olea a Minerva plantata in Arce fuit, de qua conſulendus Liber *De Fortuna Attica* Cap. II. & de quo loco *Statius* XII. *Thebaidos.*

Ipſe quoque in pugnas vacuatur collis, ubi ingens
Lis ſuperum, dubiis donec nova ſurgeret arbor
Ruptibus, & longa refugum mare frangeret umbra.

(b) Id in memoriam eius eſſe videtur quod *Ovidius* II. *Metamorph.* de Pallade & Cecropis filiabus narrat.

Pallas Erichthonium prolem ſine matre creatam
Clauſerat Actaeo texta de vimine ciſta,
Virginibuſque tribus gemino de Cecrope natis
Hanc legem dederat ſua ne ſecreta viderent.
Abdita fronde levi denſa ſpeculabar ab ulmo.
Quid facerent. Commiſſa duae ſine fraude tuentur,
Pandroſos atque Herſe. timidas vocat una ſorores
Aglauros, nodoſque manu diducit: at intus
Infantemque vident, adpurrectumque draconem.

Digitized by Google

Κύκνῳ, Ἡρακλεῖ μαχόμενῳ. *Et Venatio illic apri est; sed incertum, an Calydonii: item Cycnus, cum Hercule pugnans.*

CAP. XXIV.

Rerum aliquot a Theseo gestarum historia in aere expressa.

SEquebantur res a Theseo gestae. Narrant Herculem venisse Troezenem, ad Pittheum; quumque accumbere vellet, leonis pellem, quam gestabat, deposuisse: accessisse autem pueros Troezeniorum, & cum illis Theseum quoque, iam septennem: ceterosque, ad conspectum pellis territos, fugam statim arripuisse; Theseum vero imperterritum exiisse aliquantisper: abreptaque e cuiusdam famulorum manu securi, confestim aggredi voluisse; tamquam qui leonem esse, ac non pellem, existimaret. Praeterea aliud item ferunt: AEgeum sub saxo crepidas, gladiumque deposuisse; signa sibi ad filium agnoscendum futura: deinde Athenas reversum. Theseum vero, ubi annum aetatis suae decimum sextum attigisset, saxo amoto, quae deposita, abstulisse. Haec ex aere, praeter saxum, expressa erant. Pausanias. Τῶν δὲ ἐν Τροιζῆνι λόγων, ὃς ἐς Θησέα λέγουσιν, ἐστίν· ὡς Ἡρακλῆς ἐς Τροιζῆνα ἐλθὼν παρὰ Πιτθέα, κατάθοιτο ἐπὶ τῷ δείπνῳ τὸ λέοντος τὸ δέρμα· ἐσέλθοιεν δὴ παρ' αὐτὸν, ἄλλοι τε Τροιζηνίων παῖδες, καὶ Θησεὺς, ἕβδομον μάλιστα γεγονὼς ἔτος. τοὺς μὲν δὴ λοιποὺς παῖδας, ὡς τὸ δέρμα εἶδον, φεύγοντάς φασιν οἴκαδε· Θησέα δὲ, ὑποξελθόντα, ἐκ ἄγαν σὺν φόβῳ, παρὰ τῶν διακόνων ἁρπάσαι πέλεκυν· καὶ αὐτίκα ἐπιέναι σπουδῇ, λέοντα εἶναι τὸ δέρμα ἡγούμενον. Ὁ μὲν δὴ λόγων πρῶτός ἐς αὐτόν ἐστι Τροιζηνίοις· οἱ δὲ ἐπὶ τούτῳ, κρηπῖδας Αἰγέως ὑπὸ πέτρᾳ, καὶ ξίφος, θεῖναι, γνωρίσματα εἶναι τῷ παιδί· καὶ τὸ μὲν, ἐς Ἀθήνας ἀποστολήν· Θησέα δὲ, ὡς ἕκτον καὶ δέκατον ἔτος ἐγεγόνει, τὴν πέτραν ἀνώξαντα οἴκαδε, καὶ παρακαταθήκῃ τὰ Αἰγέως φέροντα. τούτῳ δὲ εἰκὼν ἐν ἀκροπόλει πεποίηται τῷ λόγῳ, χαλκῷ πάντα ὁμοίως, πλὴν τῆς πέτρας. *Inter ea, quae de Theseo Troezenii dicunt, illud fertur; Herculem quum Troezena ad Pittheum venisset, in coena pellem deposuisse: accessisse autem pueros Troezeniorum alios, & in his Theseum, annos circiter septem natum. ac ceteros quidem pueros, conspecta pelle, aufugisse; Theseum vero non adeo territum exiisse, &, securi a famulis correpta, acriter statim invasisse, leonem esse, quae pellis erat, existimuntem. Et hoc quidem primum est, quod de ipso apud Troezenios memoratur; alterum, istud: Crepidas AEgeum sub saxo, & ensem deposuisse: ut istis signis filium olim nosse posset: atque sic reversum Athenas. Theseum postea, annos sex, & decem natum, amoto saxo, quae deposuisset AEgeus, sustulisse. Huius rei imago tota, praeter saxum, in arce ex aere est expressa.* Ad haec, de tauro Marathonio victoria (a). Pausanias. Ἀνέθεσαν δὲ καὶ ἄλλο Θησέως ἔργον· καὶ ὁ λόγος ὅτως ἐς αὐτὸ ἔχει. Κρησὶ τήν τε ἄλλην γῆν, καὶ τὴν ἐπὶ ποταμῷ Τεθρίνι, ταῦρος ἐλυμαίνετο. ὡς δὲ ἐς τὸ πεδίον ἀφίκετο τὸ Ἀργείων. Φεύγει διὰ τοῦ Κορινθίου Ἰσθμοῦ. Φεύγει δὲ ἐς γῆν τὴν Ἀττικὴν, καὶ τοῦ Ἀττικοῦ ἐς δῆμον τὸν Μαραθωνίων· καὶ ἄλλους τε ὁπόσους ἐπέτυχε, καὶ Μίνῳ παῖδα Ἀνδρόγεων ἀπέκτεινε. Μίνως δὲ, ναυσὶν ἐς Ἀθήνας πλεύσας, ἅτε γὰρ ἐπείθετο ἀναιτίους εἶναι σφᾶς τοῦ Ἀνδρόγεω τελευτῆς, ἐς τοσοῦτον ἐκάκωζεν, ἐς ὃ συνεχωρήθη οἱ παρθένους ἐς Κρήτην ἑπτὰ, καὶ παῖδας ἴσους, ἄγειν τῷ λεγομένῳ Μινωταύρῳ τὴν ἐν Κνωσσῷ λαβύρινθον οἰκήσαι. τὸν δὲ ἐν τῷ Μαραθῶνι ταῦρον ὕστερον Θησεὺς ἐς τὴν ἀκρόπολιν ἐλάσαι καὶ θῦσαι λέγει τῇ θεῷ. καὶ τὸ ἀνάθημά ἐστι τοῦ δήμου τοῦ Μαραθωνίων. *Aliud etiam Thesei facinus commemoratur, quod sic habet. Cretensibus cum ceterum agrum, tum Tethrini fluvio adiectum, taurus infestum reddebat; isque quum in campum item Argivorum irrupisset, per Isthmum Corinthium Atticam invasit, & in ea Marathonem; ibi obvios quosque occidit, & in his Androgeon quoque, Minois filium; qui, quum persuaderi haud posset, sine culpa Athenienſium factum esse, infesta classe in eos tendens, graviter adeo divexavit, ut promitterent, virgines septem, & pueros totidem Minotauro, qui in labyrintho Gnossi habitare ferebatur, se missuros. Taurum vero Marathonium postea Theseus in arcem egisse, & deae immolasse traditur; estque in hanc rem donarium Marathoniorum populi.*

CAP. XXV.

Cylonis statua ex aere; & Minervae τῆς Προμάχου. Currus quoque, & Periclis statua; item aliud Minervae a Lemniis dedicatae signum.

CYlonis quoque ex aere ibi statua posita; eius nempe, qui consilium de tyrannide usurpanda olim cepit. Pausanias. Κύλωνα δὲ οὐδὲν ἔχω σαφὲς εἰπεῖν, ἐφ' ὅτῳ χαλκοῦν ἀνέθεσαν, τυραννίδα ὅμως βουλεύσαντα· τεκμαίρομαι δὲ τῶνδε ἕνεκα, ὅτι εἶδος κάλλιστος, καὶ τὰ ἐς δόξαν ἐγένετο οὐκ ἀφανὴς, ἀνελόμενος διάδημα νίκῃ Ὀλυμπικῇ· καὶ οἱ θυγατέρα ὑπῆρξε γῆμαι Θεαγένους, ὃς Μεγάρων ἐτυράννησε. *At Cyloni, quamvis hic rempublicam invadere cogitaverit, qua de causa statuam aeneam collocaverint, explorati nihil habeo. Coniectura est, quod & forma antecelleret, gloriaque minime in postremis esset; quippe Olympiae stadio iterato victor, & Theagenis, Megarensium tyranni, etiam gener.* Inde Minervae signum aeneum, e manubiis Persarum, qui ad Marathonem caesi dedicatum, Phidiae opus; in cuius clypeo Lapitharum, & Centaurorum pugnam Mys caelavit; quum eam ipsi, & quae porro spectabantur, Parrhasius prior pinxisset. Hastae vero eius cuspis, quaeque in summa galea crista a Sunio usque adnavigantibus conspiciebatur. Pausanias. Χωρὶς δέ γε ὅσα κατέλεξα, δύο μὲν Ἀθηναίοις εἰσὶ δεκάται πολεμήσασιν, ἄγαλμα Ἀθηνᾶς χαλκοῦν, ἀπὸ Μήδων, τῶν ἐς Μαραθῶνα ἀποβάντων, τέχνη Φειδίου· καὶ οἱ τὰ ἐπὶ τῆς ἀσπίδος Λαπιθῶν πρὸς Κενταύρους, καὶ ὅσα ἄλλα ἐστὶν ἐπῳργασμένα, λέγουσι τορεῦσαι Μῦν· τῷ δὲ Μυΐ, ταῦτα τε καὶ τὰ λοιπὰ τῶν ἔργων, Παρράσιον καταγράψαι τὸν Εὐήνορος. ταύτης τῆς Ἀθηνᾶς ἡ τοῦ δόρατος αἰχμὴ, καὶ

(a) Vide *Lib. De Populis Atticis* in *Marathon*.

Digitized by Google

καὶ ὁ λόφος τῦ κράνους, ἀπὸ Σουνίου προσπλέουσιν ἄστυ ἐστὶν ἤδη σύνοπλα. *Praeter ea, quae recensui, Athenienſibus duo e manubiis belli monumenta oſtentantur; aeneum Minervae ſignum, Medis victis, Marathonem qui invaſerant, dedicatum a Phidiae arte: quae in clypeo Lapitharum, & Centaurorum pugna exſtat, uti ferunt, Mys caelavit; Myi vero antea eam, quaeque in clypeo illo alia, Parrhaſius Euenoris pinxit. Haſtae cuſpis, & in ſumma galea criſta, uſque a Sunio adnavigantibus conſpici poterant.* Erat vero ſimulacrum hoc Minervae τῆς Προμάχου cognomento appellatae. Indicium facit Scholiaſtes Demoſthenis ad Orat. in Androtionem. Τρία ἀγάλματα ἦν ἐν τῇ ἀκροπόλει τῆς Ἀθηνᾶς, ἐν διαφόροις τόποις· ἓν μὲν, ἐξ ἀρχῆς γρυόμενον, ἐξ ἐλαίας, ὅπερ ἐκαλεῖτο Πολιάδος Ἀθηνᾶς· δεύτερον δὲ, τὸ ἐκ χαλκοῦ μόνον, ὅπερ ἐποίησαν νικήσαντες οἱ ἐν Μαραθῶνι. ἐκαλεῖτο δὲ τοῦτο Προμάχου Ἀθηνᾶς. τρίτον ἐποιήσαντο ἐκ χρυσοῦ, καὶ ἐλέφαντος, ὡς πλουσιώτεροι γρυόμενοι ἐκ ἐν τῷ Σαλαμῖνι νίκης, ὅσῳ καὶ μείζων ἡ νίκη ἣ ἐκαλεῖτο τοῦτο Παρθένος Ἀθηνᾶς. *Tria in arce Minervae ſimulacra erant diverſis locis. Vnum quidem ab initio ex olea factum, quod* Πολιάδος *appellabant; alterum e ſolo aere, quod fecere, quum viciſſent ad Marathonem; ac* Προμάχου *hoc dicebant; tertium ex auro, & ebore dedicarunt, e proelio ad Salaminem; tanto ditiores facti, quanto & victoria maior; atque hoc* Παρθένου *dictum.* De hoc ipſo capiendus & Demoſthenes in Orat. περὶ παραπρεσβ. Οὗτος ὅσης ἱερᾶς τῆς ἀκροπόλεως ταύτησὶ, καὶ πολλὴν εὐρυχωρίαν ἐχούσης, παρὰ τὴ χαλκῆν τὴν μεγάλην Ἀθηνᾶν ἐν δεξιᾷ ἑστηκεν. ἦν χρήσιμον ἡ πόλις τοῦ πρὸς τοὺς βαρβάρους πολέμου, δόντων Ἑλλήνων τὰ χρήματα ταῦτα, ἀνέθηκε. *Quum tota quidem arx ſit ſancta, & ſpatioſa, iuxta magnam ex aere Minervam ad dextram ſitum eſt; quam victoriae bello in barbaros reportatae monumentum, pecuniam conferentibus Graecis, urbs dicavit.* Quem ipſum Oratoris locum citat quoque Minutianus lib. περὶ ἐγχειρημάτων. Permanſiſſe id ſimulacrum ad Arcadii, & Honorii uſque tempora, apud Zoſimum obſervare eſt lib. v. Ἐπὶ Ἀλάριχος πανσραλιᾷ τῇ πόλει, τὸ μὲν τεῖχος ἐώρα πεφυλαγμένον τὴν Πρόμαχον Ἀθηνᾶν, ὡς ἔξιν αὐτὴν ὁρᾶν ἐν τοῖς ἀγάλμασιν. *Alarichus vero, poſtquam ad Vrbem (Athenarum) cum exercitu univerſo acceſſiſſet, vidit Minervam, Πρόμαχον cognomento dictam, muros circumeuntem, plane uti inter ſimulacra hanc ſpectare licet.* Dixi autem ex aere fuiſſe; & huc reſpexit ſine dubio ullo Ovidius Pont. lib. IV. eleg. I. Vide verba paulo ante a me producta cap. XV. Currus quoque ſpectabatur, item ex aere, & donarium de Boeotiorum decimis, Chalcidenſiumque Euboeae. Pauſanias. Καὶ ἅρμα κεῖται χαλκοῦν, ἀπὸ Βοιωτῶν δεκάτη, καὶ Χαλκιδέων, τῶν ἐν Εὐβοίᾳ. *Currus etiam ibidem aeneus dedicatus, de Boeotiorum decimis, & Euboeae Chalcidenſium.* Hic eſt ille, quem ad dextram in propylaei introitu refert Herodotus lib. v. Ἀνλίων δὲ τοῦ μεγάρου, τοῦ πρὸς ἑσπέρην τετραμμένου, καὶ τῶν λύτρων τὴν δεκάτην ἀνέθηκαν, ποιησάμενοι τέθριππον χάλκεον· τὸ δὲ, ὑστερῆς χερὸς ἕστηκε πρῶτα ἐσιόντι ἐς τὰ προπύλαια τὰ ἐν τῇ ἀκροπόλι. ἐπιγέγραπται δέ οἱ τάδε,

Ἔθνεα Βοιωτῶν, καὶ Χαλκιδέων, δαμάσαντες
Παῖδες Ἀθηναίων εἴργμασιν ἐν πολέμου,
Δεσμῷ ἐν ἀχλυόεντι σιδήρεῳ ἔσχεσαν ὕβριν.
Τῶν ἵππους δεκάτῳ Παλλάδι τάσδ' ἔθεσαν.

E coenaculi regione, qua occaſum illud ſpectat, decimam quoque redemtionis conſecrarunt, facta ex aere quadriga; ea autem in arce collocata erat, ad dextram manum, in ipſo propylaei introitu; atque inſcripta iſta erant.

Attica perdomitis acri ſub marte iuventus
Beoeotum populis, Chalcidicaque manu,
Damna rependerunt vinclis, & carcere coeco;
Quorum hae de decima ſtant tibi, Pallas, equae.

Denique Pericles viſebatur, & Minerva rurſum alia, Phidiae operum praeſtantiſſima; Lemnia dicta, quia Lemnii dedicaſſent. Pauſanias. Δύο δὲ ἄλλα ἐστὶν ἀναθήματα, Περικλῆς ὁ Ξανθίππου, καὶ τῶν ἔργων τῶν Φειδίου θέας μάλιστα ἄξιον, Ἀθηνᾶς ἄγαλμα, ἀπὸ τ ἀναθέντων καλουμένης Λημνίας. *Sunt & alia duo donaria, Pericles Xanthippi, & e Phidiae operibus maxime ſpectatu dignum, Minervae ſignum, Lemniae dictum ab iis, qui dedicarunt.*

CAP. XXVI.

Ὀπισθόδομος, *in quo aerarium. Mille illic talenta ſepoſita in neceſſitatem ſummam; & inſcripti, qui aerario deberent. Claves eius penes* τ Ἐπισάτου *erant; qui uno tantum die ſervabat, item ſemel.*

HActenus nos Pauſanias duxit; nunc praeterea, quae fuerunt alibi nobis obſervata, proponemus. In his Ὀπισθόδομος erat, proprie dictus, poſt Minervae τ Πολιάδος, duplici muro communitus: per quem una tantum ianua intrabatur ad aerarium, quod hic fuit. Scholiaſtes Ariſtophanis Pluto. Ὀπίσω τοῦ νεὼ τῆς καλουμένης Πολιάδος Ἀθηνᾶς διπλοῦς τοῖχος, ἔχων θύραν, ὅπου ἦν θησαυροφυλάκιον· ἐνθὰ τὰ χρήματα ἐν τῷ Ὀπισθοδόμῳ ἀπέκειτο· μέσον δέ ἐστι τῆς ἀκροπόλεως, ἔνθα ἦν Ταμειον, ὄπισθεν τοῦ τ Ἀθηνᾶς ναοῦ. *Retro Minervae fanum, quae* Πολιάς *cognominata, duplex murus erat, ianuam habens, ubi theſauri aſſervati; ſiquidem pecuniae in Opiſthodomo repoſitae. Erat vero in medio arcis, & aerarium ibidem, pone Minervae.* Et quidem illic fuiſſe multi tradunt. Heſychius. Ὀπισθόδομος, ἐν τῇ ἀκροπόλει. ἔνθα τὸ δημόσιον ἀργύριον ἀπέκειτο. *Opiſthodomus, in arce; ubi pecunia publica repoſita.* Etymologici Auctor. Ὀπισθόδομος, τὸ ὄπισθεν παντὸς οἰκήματος. Ἀθηναῖοι δὲ, τὸ ταμεῖον τῶν ἱερῶν χρημάτων· ἐπεὶ ἦν ὄπισθεν τοῦ ἱεροῦ τ Ἀθηνᾶς. *Opiſthodomus, pars poſtica aedificii cuiuſque. Athenienſes vero aerarium, in quo pecuniae ſacrae conditae, eo nomine appellabant, ſiquidem poſt Minervae erat.* Videndi quoque Suidas, & Harpocration. Pollux retro arcem ponit lib. IX. cap. V. Τὸ κατόπιν τῆς ἀκροπόλεως, ὀπισθόδομον. *Poſticum arcis, Opiſthodomum.* Et Vlpianus in Timocratem. Χρήματα καὶ τῶν ἄλλων ἱερὰ θεῶν

Digitized by Google

θεῶν, καὶ τῆς Ἀθηνᾶς, ἔκειτο ἔν τῳ οἰκήματι, ὀπίσω τῆς ἀκροπόλεως τῶν Ἀθηναίων, τὸ καλουμένυ Ὀπισθοδόμυ. *Pecuniae ſacrae cum deorum aliorum, tum Minervae, in aedificio quodam, Opiſthodomo appellato, retro arcem Athenienſium ſitae erant.* Sed voluit uterque dicere, certe debuit: ὀπίσω τοῦ ναοῦ τ᾽ Ἀθηνᾶς, τοῦ ἐν τῇ ἀκροπόλει. *Retro Minervae templum, quod in arce.* Nam quandoquidem arx in media Vrbe ſita, ut ſupra oſtendi, nil anticum illi erat, nil poſticum, niſi pro ratione habitantium. Ergo eſt manifeſtus error. Adſervari illic ſolita, praeter ceteras pecunias, mille talenta; quae attingere, niſi in neceſſitate ſumma, nefas, ac ſtatuta capitis poena, ſi de iis commovendis temere quis aut verba feciſſet, aut decretum. Factum id autem bello Peloponneſiaco. Thucydides lib. II. Οἱ Ἀθηναῖοι φύλακας ἐσήσαντο κατὰ γῆν καὶ κατὰ θάλασσαν, ὥσπερ δὴ ἔμελλον διὰ παντὸς τοῦ πολέμυ φυλάξειν· καὶ χίλια τάλαντα ἀπὸ τ᾽ ἐν ἀκροπόλει ἐδοξεν αὐτοῖς, ἀξαίρετα ποιησαμένοις, χωρὶς θέσθαι, καὶ μὴ ἀναλοῦν, ἀλλ᾽ ἀπὸ τῶν ἄλλων πολεμεῖν· ἢν δέ τις εἴπῃ, ἢ ἐπιψηφίσῃ, κινεῖν τὰ χρήματα ταῦτα ἐς ἄλλο τι, ἢν μὴ οἱ πολέμιοι νηΐτῃ στρατῷ ἐπιπλέωσι τῇ πόλει, καὶ δέῃ ἀμύνασθαι, θάνατον τὴν ζημίαν ἐπέθεντο. *Athenienſes praeſidia, terra marique diſpoſuerunt, quae toto belli tempore in tutelam futura eſſent; quin & viſum, e pecuniis, quae in arce, talenta mille eximia habere, ac ſeponere, nec impendere, ſed ex aliis bellum gerere. Quod ſi verba quis feciſſet, decretumve de pecunia hac movenda, in quemcumque alium uſum, niſi hoſtis claſſe urbem invaſiſſet, isque propulſandus eſſet, poenam capitis poſuerunt.* Andocides factum iſthoc memorat pace tricennali cum Lacedaemoniis conſtituta. Ita enim ait in Orat. περὶ τῆς πρὸς Λακεδαιμονίους εἰρήνης, ubi de ea, & ſequutis illam bonis. Αὕτη γὰρ ἡ εἰρήνη τὸν δῆμον τῶν Ἀθηναίων ὑψηλὸν ἦρε, καὶ κατέσησεν ἰσχυρὸν ὕτως, ὥστε πρῶτον μὲν ἐν τούτοις τοῖς ἔτεσιν εἰρήνην λαβόντες ἀνωγέκαμψν χίλια τάλαντα εἰς τὴν ἀκρόπολιν, καὶ νόμῳ κατεκλείσαμψν, ἀξαίρετα εἶναι τῷ δήμῳ. *Haec enim pax Athenienſes in ſublime plane extulit, ac potentes adeo fecit, uti primum, quibus annis eam accepimus, mille talenta in arcem retulerimus, & iſta lege incluſerimus, ut eximia populo eſſent.* Illud ipſum eſt, quod Suidas dicere voluit in Ἄβυσσος; ubi iſta eius verba. Ἐν τῇ ἀκροπόλει χίλια τάλαντα ἀπέκειτο. *In arce mille talenta ſepoſita erant.* Sed & lex abolita iſta, & talenta haec arrepta poſt acceptam in Sicilia cladem maximam, vigeſimo anno belli Peloponneſiaci, qui erat quartus Olympiadis XCI. ut eſt videre apud Thucydidem in eius temporis enarratione lib. VIII. Καὶ νομίσαντες (οἱ Ἀθηναῖοι) μέγαν ἤδη, καὶ σαφῆ, τὸν κίνδυνον σφᾶς περιεστάναι, καὶ τοὺς λοιποὺς ξυμμάχους οὐκ ἐθελάσειν, τ᾽ μεγίστης πόλεως μεθεστηκυίας, ἡσυχάζειν, τὰ χίλια τάλαντα, ὧν διὰ παντὸς τοῦ πολέμυ ἐγλίσχοντο μὴ ἅψασθαι, εὐθὺς ἔλυσαν τὰς ἐπικειμένας ζημίας, τῷ εἰπόντι, ἢ ἐπιψηφίσαντι, ὑπὸ τ᾽ παρούσης ἐκπλήξεως, καὶ ἐψηφίσαντο κινεῖν, καὶ ναῦς πληρῶν μὴ ὀλίγας. *Exiſtimantes autem (Athenienſes) magnum iam, ac manifeſtum periculum ſe circumſtare; neque ceteros ſociorum quieturos, poſt defectionem maximae urbis, illa mille talenta, quae per totum belli tempus intacta eſſe cupiebant, confeſtim propter praeſentem conſternationem, abrogata lege, quae poenas irrogabat ei, qui vel de his attingendis verba feciſſet, vel aliorum ſententiam ſuo ſuffragio confirmaßet, movenda, naveſque haud paucas inſtruendas, decreverunt.* Et inſcripta in aerarii albo nomina eorum, qui deberent publico, ibi item adſervata; atque ἐγγεγραμμένοι ἐν τῇ ἀκροπόλει. *in arce inſcripti*; uti rurſum quum ſolviſſent, ἐξ ἀκροπόλεως ἐξαλειμμένοι, *ex arce deleti*, illi dicti. Occurrit apud Demoſthenem in Ariſtogitonem Orat. 1. & Libanium in Argumento. Claves eius, ut & arcis, ſicut dixi capite ſeptimo, penes τ᾽ Ἐπιστάτην erant. Scholiaſtes Demoſthenis in Argumento Orationis in Androtionem. Τὰς κλεῖς τῆς ἀκροπόλεως (ὁ ἐπιστάτης) ἐπισεύετο, καὶ πάντα τὰ χρήματα τῆς πόλεως. ἵν᾽ ὃν μὴ ἐραθῇ τυραννίδος, διὰ τοῦτο μίαν ἡμέραν ἐποίων αὐτὸν ἄρξαι. *Claves arcis (Epiſtatae) credebantur, & pecuniae omnes Vrbis; ne vero tyrannidem affectaret, uno tantum die ei praefecturam permittebant.* Vbi illud quoque obſerva; uno tantum die id factum, & qua de cauſa. Quin ut ultra diem unum nemo claves adſervabat, ita quoque neque bis eidem credebantur. Euſtathius ad Odyſſ. ρ΄. Γίνεται ἐπιστάτης Ἀθήνησιν ἐκ τ᾽ πρυτάνεων εἷς, ὃς ἐπιστατεῖ νύκτα καὶ ἡμέραν μίαν. Ἐπὶ πλείω χρόνον οὐκ ἔξεστιν, οὐδὲ δὶς τὸν αὐτὸν γενέσθαι. Ἔχει δὲ ὅτου τὰς κλεῖς τῶν ἱερῶν, ἐν οἷς τὰ χρήματα ἐστί, φυλάττῃ. *Athenis, qui Epiſtates dicitur, unus creatur e prytanibus; qui noctem, & diem unum praeeſt; neque vero diutius licet, neque bis eumdem fieri; adſervat autem claves ſacrorum, in quibus pecuniae.* Pollux lib. VIII. cap. IX. ſect. VIII. Ὁ δὲ Ἐπιστάτης καλούμενός, ἐστιν εἷς τῶν πρυτάνεων, κληρῳ λαχών. δὶς δὲ οὐκ ἔξεστι γενέσθαι τὸν αὐτὸν ἐπιστάτην. ἔχει δὲ ὅτου τὰς κλεῖς τῶν ἱερῶν, ἐν οἷς τὰ χρήματα. *Qui Epiſtates appellatur, unus eſt e prytanum numero, ſorte lectus; biſque eumdem fieri non licet; habet autem claves ſacrorum, in quibus pecuniae.* Suidas. Τῶν πρυτάνεων εἷς, κληρῳ λαχὼν, ἐπιστάτης ἐλέγετο. δὶς δὲ τὸν αὐτὸν ἐπιστατῆσαι, οὐκ ἐξῆν. Φυλάσσει δὲ τὸ ἱερὸν τὰς κλεῖς, ἐν ᾧ τὰ δημόσια χρήματα. *Ex prytanibus unus, ſorte lectus, Epiſtates dicebatur; biſque eumdem munere illo fungi illicitum; ac ſervabat claves templi, in quo publicae pecuniae.* Poſtea autem Opiſthodomus conflagravit. Meminit Demoſthenes Orat. in Timocratem. Καὶ οἱ Ταμίαι, ἐφ᾽ ὧν ὁ ὀπισθόδομος ἐνεπρήσθη, καὶ οἱ τ᾽ τῆς Ἀθηνᾶς, καὶ οἱ τ᾽ ἄλλων θεῶν, ἐν τῷ οἰκήματι τούτῳ ἦσαν, ἕως ἡ κρίσις αὐτοῖς ἐγένετο. *Quaeſtores item, ſub quibus aerarium conflagravit cum Minervae, tum deorum ceterorum in hoc domicilio fuerunt, donec de iis iudicium factum eſſet.* Atque id quo pacto factum, refert nobis Vlpianus in eamdem Orationem. Γέγονε δὲ ὅτι χρήματα καὶ τ᾽ ἄλλων ἱερὰ θεῶν, καὶ τῆς Ἀθηνᾶς, ἔκειτο ἔν τινι οἰκήματι, ὀπίσω τῆς ἀκροπόλεως τῶν Ἀθηναίων, τοῦ καλουμένυ Ὀπισθοδόμυ. καὶ ἦσάν τινες ταλαγμένοι Ταμίαι ἐπὶ τῇ φυλακῇ τούτων. ποτὲ δὲ, πολλῶν χρημάτων ἀνενεχθέντων ἐκεῖσε, ἔδοξε τοῖς Ταμίαις, ὥστε λάθρα τῆς πόλεως δανεῖσαι ταῦτα τοῖς τραπεζίταις,

ζίταις, ἵν' αὐτοὶ κερδάνωσιν ἐκ τούτων. ὡς ἢ τοῦτο ἐποίησαν, ἔτυχεν ὕστερον ἀναιρεθῆναι τὰς τραπέζας. ἔδοξεν οὖν αὐτοῖς ἐμπρῆσαι τὸν ὀπισθόδομον, ἵνα δόξῃ τὰ χρήματα ὑπὸ τοῦ πυρὸς ἀναλωθῆναι, καὶ μὴ ὑπ' αὐτῶν. *Sciendum pecuniam, tam quae diis aliis ſacra, quam quae Palladi, repoſitam fuiſſe in conclavi quodam poſt arcem Athenienſium, Opiſthodomi adpellati; & quoſdam conſtitutos quaeſtores ad pecuniae eius cuſtodiam. Quodam autem tempore quum pecunia illuc magna importata eſſet, viſum quaeſtoribus, clam rep. mutuare argentariis, uti quaeſtum inde facerent; ac quum factum ab ipſis eſſet, contigit, ut everterentur menſae; qua de cauſa viſum iis, Opiſthodomum incendere; ut conſumtae ab igne pecuniae, non ab ipſis putarentur.*

CAP. XXVII.

Iovis τοῦ Σωτῆρος ſignum, item Pluti. Fanum quoque eiuſdem Iovis, ut Minervae τῆς Σωτείρας.

IOvis quoque τοῦ Σωτῆρος ſimulacrum ibi invenio; qui ut Vrbem, ita aerarium ſervaret; & appoſitum deinde Pluti, ac quidem videntis, non coeci, ut alias fingebatur; aureum inſuper, & alatum. Hinc intelligendus Ariſtophanes extrema Pluto; ubi ludens introducit Carionem volentem eum, poſtquam viſum accepiſſet in arce, in locum Iovis τοῦ Σωτῆρος, collocare.

ΚΑΡ. Θάῤῥει· καλῶς ἔσαι γὰρ, ἢν θεὸς θέλῃ·
Ὁ Ζεὺς ὁ Σωτὴρ γὰρ πάρεσιν ἐνθάδε,
Αὐτόματος ἥκων. ΙΕΡ. πάντ' ἀγαθὰ τοίνυν λέγῃς.
ΚΑΡ. Ἱδρυσόμεσθ' ἓν αὐλίκ', ἀλλὰ περίμενε,
Πλοῦτον, ὅπερ πρότερον ἦν ἱδρυμένος,
Τὸν Ὀπισθόδομον ἀεὶ φυλάττων τῆς θεοῦ.
CAR. *Bono animo es; nam, Deo volente, bene omnia*
Habebunt; quandoquidem tuus ille Iupiter
Servator hic eſt, quo ſponte advenit ſua.
SAC. *Bene Hercle nuntias.* CAR. *parumper ſuſtine;*
Nam Plutum eodem collocabimus illico,
Vbi repoſitus Iupiter prius fuit,
Semper Minervae Opiſthodomum cuſtodiens.

Ac de Pluti ſimulacro eſt Philoſtrati item locus Iconum lib. II. Ἐφέστηκε τῇ ἀκροπόλει καὶ ὁ δαίμων ὁ Πλοῦτος, γέγραπται ἢ πλωὸς μὲν, ὡς ἐκ νεφῶν· χρυσοῦς δὲ, ὡς ἀπὸ τῆς ὕλης, ἐν ᾗ ἐφάνη. γέγραπται καὶ βλέπων. ἐκ προνοίας γὰρ αὐτοῖς ἀφίκετο. *Stat etiam in arce deus Plutus; & ille quidem alatus pictus, tamquam e nubibus qui prodiret; aureus vero, ob materium, in qua apparuit; deinde & videns, ceu qui ex propoſito ad ipſos acceſſiſſet.* Iovis autem τοῦ Σωτῆρος proprium ſacellum illic exſtitiſſe, & Minervae τῆς Σωτείρας, Lycurgus indicat Orat. in Leocratem. Οὔτε τὴν ἀκρόπολιν, καὶ τὸ ἱερὸν τοῦ Διὸς τοῦ Σωτῆρος, καὶ τῆς Ἀθηνᾶς τῆς Σωτείρας, ἀφορῶν, καὶ προδιδοὺς, ἐφοβήθη. *Neque arcem, & ſacellum Iovis quoque Servatoris, ac Minervae Servatricis reſpiciens, prodenſque, extimuit.* Ac Iovis quidem iterum memorat in fine eiuſdem Orationis.

CAP. XXVIII.

Agrauli templum, & Iovis τοῦ Πολιαέως. Minervae, a Nicia dedicatae, ac Mercurii τοῦ Ἀμυήτου ſimulacra. Clementis locus emendatus. Veneris τῆς Ἱππολυΐας templum. Pandionis ſtatua; item matris Iſocratis, & materterae etiam Anacus. Telluris quoque τῆς Κουροτρόφου, Verecundiae, Amicitiae, aut Simplicitatis arae. Heſychii locus emendatus. Ara alia, quae incertum cui deo, aut deae ſacra.

AGrauli etiam templum obſervo apud Herodotum lib. VIII. Ἔμπροσθεν ὧν πρὸ τῆς ἀκροπόλιος, ὄπισθεν ἢ τῶν πυλέων, καὶ τῆς ἀνόδου, τῇ δὴ ὕκοτέ τις ἐφύλασσε, ὅτ' ἂν ἥλπισε μήκοτέ τις κατὰ ταῦτα ἀναβαίη ἀνθρώπων, ταύτῃ ἀνέβησάν τινες κατὰ τὸ ἱρὸν τῆς Κέκροπος θυγατρὸς Ἀγραύλου, καίτοιπερ ἀποκρήμνου ἐόντος τοῦ χώρου. *Igitur a fronte arcis pone portas, & aſcenſum, ubi nec quis excubabat, neque quemquam aſcenſurum credebatur, illa parte, quamquam praeruptus locus eſset, quidam conſcenderunt, iuxta templum Agrauli, Cecropis filiae.* Reſpexit Athenagoras in Legat. Καὶ Ἀγραύλῳ Ἀθηναῖοι τελετὰς, καὶ μυήρια, ἄγουσι. *Et Agraulo Athenienſes ſacra, & initia celebrant.* Colebatur etiam Iupiter Πολιαῖος. Etymologici Auctor. Διιπόλια, ἑορτὴ ἐπιτελουμένη Διὶ τῷ Πολιαέῳ, ἤγουν ἐν ἀκροπόλει τιμωμένῳ. *Diipolia, feſtum celebrari ſolitum Iovi Poliaeo, ſive qui in arce colebatur.* Et Minervae ibidem ſignum a Nicia dedicatum, auro inductum, quod detritum ſua aetate Plutarchus narrat in Vita Niciae. Εἰσήκει δὴ καὶ τῶν ἀναθημάτων αὐτοῦ καθ' ἡμᾶς τότε Παλλάδιον ἐν ἀκροπόλει, τὴν χρύσωσιν ἀποβεβληκός. *Ex donariis eius noſtra quoque aetate Minervae ſimulacrum ſtetit, quod iam auraturam amiſerat.* Mercurius ὁ Ἀμύητος cognomento, memoratur ab Heſychio. Ἑρμῆς Ἀμύητος, Ἀθήνησιν, ἐν ἀκροπόλει. *Mercurius Profanus, Athenis (colebatur) in arce.* Meminitque eius Clemens in Protreptico. Τί γὰρ ἡγεῖσθε, ὦ ἄνθρωποι, τὸν Τυφῶνα Ἑρμῆν, καὶ τὸν Ἀνδοκίδην, καὶ τὸν Ἀμύητον; *Quid enim exiſtimatis, o homines, Mercurium Typhonem, & Andocidem, & Profanum?* Quem totum locum, quando ſe occaſio offert, ita emendandum cenſeo. Τὸν Τύχωνα Ἑρμῆν, καὶ τὸν Ἀνδοκίδειον. De Tychone Mercurio a me dictum in *Athenis* lib. v. cap. v. Quem τὸν Ἀνδοκίδειον vocet, nemo ignorare poteſt, paulum modo literas antiquas doctus. Itaque locus ſic interpretandus erat. *Quid enim exiſtimatis, o homines, Mercurium Tychonem, & Andocideum, & P.* Minus recte viri docti emendare ſunt conati. Veneris templum a Phaedra conditum, ut amore in Hyppolytum liberaretur, refert Scholiaſtes Euripidis in Hippolytum. Ἐν τῇ ἀκροπόλει ἱδρύσατο (ἡ Φαίδρα) Ἀφροδίτης ἱερὸν, ἐπὶ κακῶν Ἱππολύτου. *In arce (Phaedra) templum Veneris dedicaverat, ob Hippolyti mala.* Diodorus Siculus lib. IV. Μίκρον δ' ὕστερον Ἱππολύτου ἐπανελθόντος εἰς τὰς Ἀθήνας πρὸς τὰ μυήρια, Φαίδρα,

δρα, διὰ τὸ κάλλος ἐραθεῖσα αὐτοῦ, τότε μὲν ἀπελθόντος, ἱδρύσατο ἱερὸν Ἀφροδίτης περὶ τὴν ἀκρόπολιν. *Nec multo post vero reverso Athenas Hippolyto ad mysteria, ob formam amore eius capta; postquam id temporis discessisset, Veneris templum in arce statuit.* Et Ἱππολυτία ea Venus inde dicta. Idem Scholiastes in eamdem fabulam. Ἀφροδίτης ναὸν ἱδρύσασθαι τὴν Φαίδραν φασί. ἐκάλεσε δὲ Ἀφροδίτην ἐφ' Ἱππολύτῳ· ἣν καὶ Ἱππολυτίαν καλοῦσι. *Veneris templum exstruxisse Phaedra fertur. Vocavit autem Venerem, Hippolyti causa dedicatam; eamque etiam Hippolytiam dicunt.* Templum ipsum, Ἱππολύτιον appellatum. Scholiastes Homeri ad Odiss. λ'. Φαῖδρα δὲ, ἐρωτικῶς διατεθεῖσα τῷ Ἱππολύτῳ, σφοδρῶς ἐπ' αὐτῷ τηκομένη, τὸ μὲν πρῶτον ἱερὸν Ἀφροδίτης ἐν Ἀθήναις ἱδρύσατο, τὸ νῦν Ἱππολύτιον καλούμενον. *Phaedra autem Hippolytum amans, quum vehementer contabesceret, primo quidem Athenis fanum Veneris struit, quod nunc Hippolytium dicitur.* Pandionis statua occurrit alibi apud Pausaniam in Atticis, extra ordinem. Πανδίονι δὲ καὶ ἄλλος ἀνδριάς ἐστιν ἐν ἀκροπόλει, θέας ἄξιος. *Pandioni autem & alia statua est in arce, digna visu.* Etiam matris Isocratis, ac Theodori, Oratorum; & Anacus materterae. Plutarchus in Isocratis Vita lib. De X. Reth. Τῆς δὲ μητρὸς αὐτῶν, Ἰσοκράτους, καὶ Θεοδώρου, καὶ τῆς ταύτης ἀδελφῆς Ἀνακοῦς, εἰκόνες ἀνέκειντο ἐν ἀκροπόλει. *Matris vero ipsorum Isocratis, & Theodori, sororisque eius Anacus, statuae in arce positae erant.* Ara Telluris τῆς Κυροτρόφου (a) ab Erichthonio dedicata. Suidas. Κουροτρόφος, γῆ. Ταύτῃ δὲ θύσαι φασὶ τὸ πρῶτον Ἐρεχθόνιον ἐν ἀκροπόλει· καὶ βωμὸν ἱδρύσασθαι, χάριν ἀποδιδόντα τῇ Γῇ τὰ τροφεῖα. καθαγῆσαι δὲ νόμιμον, τοὺς θύοντάς τινι θεῷ ταύτῃ προθύειν. Κυροτρόφος, *Tellus; huic primum Erichthonium sacra in arce fecisse tradunt; aram etiam dedicasse gratitudinis ergo ob accepta alimenta; tum & legem statuisse, ut qui Deo cuicumque sacra facerent, huic prius immolarent.* Invenio etiam Verecundiae, & Amicitiae. Hesychius. Αἰδοῦς βωμός. Ἀθήνησιν, ἐν τῇ ἀκροπόλει, Αἰδοῦς, καὶ Φιλίας, εἰσὶ βωμοί. *Verecundiae ara. Athenis in arce Verecundiae, & Amicitiae arae exstant.* Etiam Simplicitatis. Eustathius ad Iliad. χ'. Ἀθήνησιν Αἰδοῦς, καὶ Ἀφελείας, ἣν βωμός· περὶ δὲ τῆς Πολιάδος Ἀθηνᾶς ναόν. *Erat Athenis ara Verecundiae, & Simplicitatis iuxta Minervae Poliadis fanum.* Nisi aut Φιλίας ibi legendum erit, ut Hesychii codex habet; aut Ἀφελείας apud Hesychium. Mihi magis vero simile videtur, cum Verecundia coniunctam Simplicitatem fuisse, & Hesychium emendandum. Lector doctus arbitrabitur. Thucydides aram quamdam memorat sine dei, aut deae nomine. Locus exstat lib. I. Οἱ δ' ἄλλοι, ὡς ἐπιέζοντο, καὶ τινες καὶ ἀπέθνησκον ὑπὸ τοῦ λιμοῦ, καθίζουσιν ἐπὶ τὸν βωμὸν ἱκέται, τὸν ἐν τῇ ἀκροπόλει. *Alii vero, quum adfligerentur, ac iam fame quidam obirent, supplices ad aram, quae in arce, considebant.*

(a) Consule *Lib.* II. *Athen. Attic. Cap.* VII. & ad illud caput adnotata a *Gronovio* post finem Lib. III.

CAP. XXIX.

Armamentarium: item sphaeristerium virginum arrhephorarum, in quo aenea statua Isocratis. Bos, a Lysia; equus ab Anthemione dedicatus. Meleagrides aves. Statua Hipparchi, Timarchi F. pro qua postea columna, ad inscribenda proditorum in ea nomina; tum Timarchi quoque statua; & columna item alia, iuxta Minervae τὸ Προμάχου *simulacrum; & in illa decretum contra Arthmium Zeliten.*

FVit item armamentarium. Observo in Decreto quodam, in Lycurgi honorem facto, apud Plutarchum extremo lib. de x. Rhet. Χρηματισθεὶς δὲ ἐπὶ τοῦ πολέμου παρασκευῆς, ὅπλα μὲν πολλὰ, καὶ βελῶν μυριάδας πέντε, ἀνήνεγκεν εἰς τὴν ἀκρόπολιν. *Delectusque ad parandum bellum, arma multa, & telorum quinquaginta millia in arcem intulit.* Etiam sphaeristerium virginum arrephorarum, in quo statua Isocratis aenea, equo singulari certantis. Plutarchus idem eodem libro in Isocrate. Λέγεται δὲ καὶ κεκηλίσαι (ὁ Ἰσοκράτης) ἔτι παῖς ὤν· ἀνάκειται γὰρ ἐν ἀκροπόλει χαλκοῦς, ἐν τῷ σφαιρίστρᾳ τῶν ἀρρηφόρων, κεκηλίζων. *Fertur vero etiam (Isocrates) equo singulari certasse, adhuc puer; estque in arce; in arrhephorarum virginum sphaeristerio, equo singulari certantis statua ex aere.* Bos quoque a Lysia dedicatus. Lucilius Tarrhaeus in Collect. Proverb. Βοῦς ἐν πόλει. ἐπὶ τῶν θαυμαζομένων. Λυσίας γὰρ ἐν ἀκροπόλει βοῦν ἔθηκε. *Bos in Vrbe. De admirandis. Lysias enim bovem in arce dedicavit.* Vaticana appendix, a Viro praestantissimo Andrea Schotto publicata Cent. I. Proverb. XXV. Βοῦς ἐν πόλει. ἐπὶ τῶν παραδόξων, καὶ θαυμαζομένων. Λυσίας γὰρ ἀνέθηκε βοῦν ἐν ἀκροπόλει. *Bos in urbe. De inopinatis, & admirandis. Bovem enim Lysias in arce dedicavit.* Equus deinde, viro adstans, Anthemionis donarium, quod in equestrem ordinem a mercenario translatus esset. Pollux lib. VIII. cap. X. Ἀνθεμίων δ' ὁ Διφίλου καλλωπίζεται δι' ἐπιγράμματος, ὅτι ἀπὸ τοῦ θητικοῦ τέλους εἰς τὴν ἱππάδα μετέστη. καὶ εἰκών ἐστιν ἐν ἀκροπόλει, ἵππος, ἀνδρὶ παρεστώς. καὶ τὸ ἐπίγραμμα.

Διφίλου Ἀνθεμίων τόνδ' ἵππον θεοῖς ἀνέθηκε,
Θητικοῦ ἀντὶ τέλους ἱππάδ' ἀμειψάμενος.

Anthemion, Diphili F. ornatur inscriptione, quod e mercenario ordine in equestrem transiisset; estque statua in arce, equus, viro adstans, cum inscriptione ista:

Factus eques, nuper qui mercenarius, istum
Anthemion Diphili diis quoque sacrat equum.

Et Meleagrides aves. Hesychius. Μελεαγρίδες ὄρνιθες. αἱ ἐνέμοντο ἐν τῇ ἀκροπόλει. *Meleagrides aves, quae in arce alebantur.* Suidas. Μελεαγρίδες, ὀρνέα, ἅπερ ἐνέμοντο ἐν τῇ ἀκροπόλει. *Meleagrides, aves, quae in arce alebantur.* Fuit & Hipparchi statua, Timarchi F. postea conflata, & in columnam commutata, in qua deinde nomina proditorum inscripta, & ipsius quoque Hipparchi. Lycurgus Or. in Leocratem. Ἵππαρχον τὸν Τιμάρχου, οὐχ ὑπομένοντα τῆς

Digitized by Google

τῆς προδοσίας ἐν τῷ δήμῳ κρίσιν, ἀλλ' ἔρημον τὸν ἀγῶνα ἐάσαντα, θανάτῳ τοῦτον ζημιώσαντες, ἐπῳδὴ τῆς ἀδικίας ἀπ ἔλαβον τὸ σῶμα ὅμηρον, ἢ εἰκόνα αὐτοῦ ἐξ ἀκροπόλεως καθελόντες, καὶ συγχωνεύσαντες, καὶ ποιήσαντες στήλην, ἐψηφίσαντο ἐς ταύτην ἀναγράφειν τὰς ἀλιτηρίους, καὶ τοὺς προδότας. καὶ αὐτὸς ὁ Ἵππαρχος ἐν ταύτῃ τῇ στήλῃ ἀναγέγραπται. *Hipparchum, Timarchi F., non exspectantem proditionis in populo iudicium, sed vadimonium deserentem, quum morti damnassent, neque iniuriae reum corpus in potestate sua haberent, statuam eius ex arce deducentes, conflanteſque, & columnam facientes, decreverunt in ea inscribere sceleratos, & proditores; adeoque ipse Hipparchus in columna hac inscriptus.* Quin patris quoque eius Timarchi; atque hic quidem in sacello Iovis τοῦ Σωτῆρος, ut ex sequentibus postea verbis Lycurgi eiusdem in eadem Oratione manifestum. Ἡγοῦμαι δ' ἔγωγε, καὶ τὸν πατέρα αὐτῷ, τὴν τελευτηκότα, εἴ τίς ἐστιν αἴσθησις τοῖς ἐκεῖ περὶ τῶν ἐνθάδε γινομένων, ἁπάντων ἂν χαλεπώτατον γνῶναι δικασήν· ὃ τὴν χαλκῆν εἰκόνα ἔκδοτον κατέλιπε τοῖς πολεμίοις ἐν τῷ τοῦ Διὸς τοῦ Σωτῆρος ἱερῷ συλῆσαι, καὶ αἰκίσασθαι· καὶ ἣν ἐκεῖνος ἔσησε μνημεῖον τῆς αὐτοῦ μετριότητος, ταύτῃ αὐτὸς ἐπονείδιστον ἐποίησε. *Ego vero existimo, patrem eius defunctum, si quis sensus est defunctis earum rerum, quae hic geruntur, iudicem omnium difficillimum futurum, cuius ille statuam aeneam hostibus expositam reliquit, ut in Iovis Servatoris templo eam spoliarent, contumeliaque afficerent, & quam ipse modestiae suae monumentum sibi posuerat, eam probro hic exposuit.* Erat alia etiam columna, in qua decretum contra Arthmium Zelitem, qui pecuniam a Medis corrumpendis Graecis adduxerat. Dinarchus Or. in Aristogitonem. Καλῶς γε, ὦ Ἀθηναῖοι, καλῶς οἱ πρόγονοι περὶ τούτων ψηφισάμενοι, στήλην εἰς ἀκρόπολιν ἀνήνεγκαν. ὅτε φασὶν Ἄρθμιον τὸν Πυθώνακτος τὸν Ζελείτην κομίσαι τὸ χρυσίον ἐκ Μήδων, ἐπὶ διαφθορᾷ τῶν Ἑλλήνων. πρὶν γὰρ λαβεῖν τινας, καὶ δῦναι τρόπον πέραν, φυγὴν τοῦ κομίσαντος τὸ χρυσίον καταγνόντες, ἐξήλασαν αὐτὸν ἐξ ἁπάσης τῆς χώρας. καὶ ταῦθ', ὥσπερ εἶπον, εἰς τὴν ἀκρόπολιν, εἰς στήλην χαλκῆν γράψαντες, ἀνέθεσαν. *Pulcre quidem, Athenienses, pulcre maiores vestri, facto de his decreto, columnam in arcem transtulerant, quum Arthmius Pythonactis F. Zelites aurum a Medis ad Graecorum corruptelam adduxisset; prius enim, quam quisquam accepisset, & ingenii sui experimentum dedisset, fuga eius, qui aurum adtulerat, intellecta, tota ipsum regione eiecerunt; & haec, uti a me dictum, quum columnae, quae ex ære, inscripsissent, in arce constituerunt.* Demosthenes Or. in Philip. III. Τὰ δ' ἐν τοῖς ἀνωθεν χρόνοις, ὅτι Ἀναντία τούτων εἶχεν, ἐγὼ δηλώσω· ἃ λόγῳ ἐμαυτῷ λέγων, ἀλλὰ γράμματα τῶν προγόνων τῶν ἡμετέρων δείκνυσιν. ἃ ἐκεῖνοι καθέσθεντο, εἰς στήλην χαλκῆν γράψαντες, εἰς ἀκρόπολιν. Τί δὴ λέγω τὰ γράμματα; Ἄρθμιός, φησιν, ὁ Ζελείτης, ἄτιμος ἔστω, καὶ πολέμιος τοῦ δήμου τῶν Ἀθηναίων, καὶ τῶν συμμάχων, αὐτὸς, καὶ γένος. ὅτι τὸ χρυσὸν, τὸν ἐκ τῶν Μήδων, εἰς Πελοπόννησον ἤγαγεν. *Ac olim quidem contra factum, manifestum vobis faciam; non mea verba, sed maiorum vestrorum litteras in medium proferens. Quid igitur litterae istae dicunt? Arthmius, inquiunt, Zelites infamis esto, & hostis populi Athenienſis, & sociorum ipse, ac genus; quia aurum a Medis in Peloponnesum intulit.* Atque haec collocata erat iuxta aeneam Minervae statuam ad dextram eius; ut est videre apud Demosthenem eumdem in Orat. περὶ τῆς παραπρεσβείας. Fuisse autem eam Minervae τῆς Προμάχου supra ostendi caput XXV.

CAP. XXX.

Clepsydra fons; aliusque, postea exhaustus. Corona aurea. Calices Thericlei. Cippus quidam, & ara. Xerxis Platanus. Demetrii Phalerei statua. Locus Ἀνθέμιον adpellatus. Frenum, a Cimone dedicatum. Compedes, quibus vincti olim Chalcidenses, & Boeotii. Navis Paralus, & Hermionis, sive Naxica, aliaeque. Sphaera aenea, in qua vires experiri mos athletis.

HIc se etiam Clepsydra (a) fons occultabat, ad viginti usque stadia ita subter terram fluens; quaeque iniicerentur, Etesiis flare incipientibus, iterum conspiciebantur. Hesychius. Κλεψίῤῥυτον ὕδωρ, τὸ τῆς Κλεψύδρας. αὕτη δέ ἐστι κρήνη Ἀθήνησιν, ἀπὸ τῆς ἀκροπόλεως ἐπὶ σταδίους εἴκοσιν ὑπὸ γῆν φερομένη. εἰς ἣν τὰ ἐμβαλλόμενα πάλιν θεωρεῖται, ἀρχομένων τῶν ἐτησίων. *Clanculum fluens aqua, Clepsydrae; hic autem fons est Athenis, qui ab arce usque viginti stadia sub terra fertur; quaeque in eum iniiciuntur, Etesiis incipientibus, rursum conspiciuntur.* Alius quoque olim fons hic spectabatur; postea exhaustus, propter varios terrae motus; ita ut rivuli tantum aliqui circum eum relicti essent aetate Platonis; cuius ista verba, in Critia. Κρήνη δ' ἦν μία, κατὰ τὴν τοῦ νῦν ἀκροπόλεως τόπον· ἧς ἀποσβεσθείσης ὑπὸ τῶν σεισμῶν, τὰ νῦν ὕδατα σμικρὰ κύκλῳ καταλέλειπται. *Fons unus erat, ubi nunc arx est; quo exstincto terrae motibus, ii, qui nunc hacentur rivuli, circum eum sunt relicti.* Corona item aurea illic adservata, quam amissam Sophocles per somnum restituit (b). Tertullianus De Anima cap. XLVI. *Coronam auream quum ex arce Athenae perdidissent, Sophocles Tragicus somniando redinvenit.* Scholiastes Sophoclis in eius Vita. Γέγονε δὲ καὶ θεοφιλής, ὡς οὐκ ἄλλος, καθὰ Γερώνυμος φησὶν, ἐν τῷ Περὶ τῆς χρυσῆς στεφάνης. ταύτης γὰρ ἐξ ἀκροπόλεως κλαπείσης, κατ' ὄναρ Ἡρακλῆς ἐδήλωσε Σοφοκλεῖ. *Fuit Sophocles etiam dei amans, quantum quisquam; ut Hieronymus ait, libro De corona aurea; quam, sublata quum ex arce furto esset, Hercules in somno Sophocli indicavit.* Vbi obiter quoque observa, integrum de ea Opus Hieronymo scriptum fuisse. Ad haec calices Thericlei lignei, auro inducti, a Neoptolemo dedicati. Athenaeus lib.

(a) De huius fontis scatebra vide *Lib. de Popul. Attic.* in Φαληρόν.
(b) Consule *Lib. II. Athen. Attic. Cap.* X.

Digitized by Google

lib. xi. Πολέμων δ', ἐν πρώτῃ Περὶ τῆς Ἀθήνησιν ἀκροπόλεως, ὐδετέρως ἀνόμασεν, εἰπών· τὰ χρυσᾶ Θηρίκλεια ὑπόξυλα Νεοπτόλεμος ἀνέθηκεν. *Polemon vero libro primo De arce Athenienſi, neutro genere extulit, inquiens, Thericleos aureos, ſubter ligneos, Neoptolemus dedicavit.* Ara quoque, & cippus, in quo tyrannis Pyſiſtratidarum expreſſa, commemoratur a Thucydide lib. vi. Ὅτι ὁ πρεσβύτατος τῶν Πισίας ἦρξεν, εἰδὼς μὲν καὶ ἀκοῇ ἀκριβέστερον ἄλλων, ἰσχυρίζομαι. γνοίη δ' ἄν τις καὶ αὐτῷ τούτῳ. παῖδες γὰρ αὐτῷ μόνῳ φαίνονται τῶν γνησίων ἀδελφῶν ὑμόμιλοι· ὡς δ', τε βωμὸς σημαίνει καὶ ἡ στήλη, περὶ τῶν τυράννων ἀδικίας, ἡ ἐν τῇ Ἀθηναίων ἀκροπόλει ἑστῶσα. *Quod Hippias vero, maximus natu exſiſtens, imperaverit, id ego ſciens, & auditu, adcuratius aliis adſirmavero; & ex eo ſatis certum, quod huic ſoli inter legitimos fratres liberos fuiſſe conſtet; idque & ara indicat, & cippus, tyrannorum iniuſtitiam inſcriptam habens, qui in arce collocatus.* Platanus etiam tamquam aliquod de Xerxe profligato tropaeum. Innuit locus Himerii in Eclogis. Ἀπαιτήσω Ξέρξιν, ἀντὶ τοῦ Γαλλοῦ τῆς Θεοῦ κατὰ τὴν ἀκρόπολιν τρόπαια· κατὰ μὲν Ποσειδῶνος, ὁ Γαλλός· κατὰ δὲ τῶν βαρβάρων, ἡ πλάτανος. *Exigam a Xerxe, pro Minervae olea, platanum; ut tropaea eius deae in arce duo conſpiciantur; de Neptuno olea; de Barbaris platanus* (a). Et Demetrii Phalerei ſtatua, una e trecentis ſexaginta, ibi ſervata. Diogenes Laertius in eius Vita lib. v. Σφόδρα ἦν λαμπρὸς ὢν παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις, ὅμως ἐπεσκοτίσθη κἀυτὸς ὑπὸ τῶν τὰ πάντα διεθρύπτοντος φθόνου. ἐπιβουλευθεὶς γὰρ ὑπό τινων, δίκαιον θανάτου ὑπῆρχεν. ὁ μὲν ἐκυρίευσαν τοῦ σώματος αὐτοῦ, ἀλλὰ τὸν ἶον ἀπήργυρον εἰς τὸν χαλκὸν, καταστάσαντες αὐτοῦ τὰς εἰκόνας· κἀ τὰς μὲν, ἀποδόμενοί. τὰς δ', κατακόψαντες εἰς ἀμίδας. λέγεται γὰρ καὶ τοῦτο. μία δὲ μόνη σώζεται ἐν τῇ ἀκροπόλει. *Verum quum valde clarus eſſet apud Athenienſes, tamen etiam ipſe ab invidia, quae omnia depaſcitur, offuſcatus eſt; quippe inſidiis quorumdam appetitus, abſens morti eſt damnatus; quumque corpus non tenerent, aeruginem in aes eructarunt, ſtatuis eius deiectis; quarum alias vendidere, alias contractas in matulas mutarunt; ita enim etiam fertur; unica vero tantum in arce eſt ſervata.* Frenum item a Cimone dedicatum, quo tempore Themiſtocles relicta Vrbe, claſſe pugnandum ſuadebat. Plutarchus in Vita Cimonis. Ὅτε γὰρ τὸν δῆμον, ἐπιόντων Μήδων, Θεμιστοκλῆς ἔπεισε, προέμενον τὴν πόλιν, καὶ τὴν χώραν ἐκλιπόντα, περὶ τῆς Σαλαμῖνος ἐν ταῖς ναυσὶ τὰ ὅπλα θέσθαι, καὶ διαγωνίσασθαι κατὰ θάλατταν, ἐκπεπληγμένων τὰ πολλῶν τὸ τόλμημα, πρῶτος Κίμων ὤρθη διὰ τοῦ Κεραμεικοῦ θαυδρὸς ἀνιὼν εἰς τὴν ἀκρόπολιν μετὰ τῶν ἑταίρων, ἵππου τινὰ χαλινὸν ἀναθεῖναι τῇ θεῷ, διὰ χειρῶν κομίζων. ὡς οὐδὲν ἱππικῆς ἀλκῆς, ἀλλὰ ναυμάχων ἀνδρῶν, ἐν τῷ παρόντι τῆς πόλεως δεομένης. *Quum, invadentibus Medis, Themiſtocles populo auctor eſſet, ut urbem, agrumque deſerentes, ad Salamina armarent naves, & mari pugnarent, ac facinoris multi audacia obſtupeſcerent, primus Cimon conſpectus eſt alacris, ſodalibus comitantibus, per Ceramicum in arcem adſcendere, frenumque, quod manibus ferebat, Minervae dedicare; ceu nil amplius robur equeſtre, ſed navalium proeliorum peritos milites Vrbs requireret.* Compedes etiam, quibus vincti pridem fuerant Chalcidenſes, & Boeotii. Herodotus lib. v. Ὅσους δὲ καὶ τούτων (τῶν Χαλκιδέων) ἐζώγρησαν, ἅμα τοῖσι Βοιωτῶν ἐζωγρημένοισιν, εἶχον ἐν φυλακῇ, ἐς πέδας δήσαντες· χρόνῳ δὲ ὕστερον ἔλυσαν σφέας δίμνεως ἀπολιμησάμενοι. τὰς δὲ πέδας αὐτέων, ἐν τοῖσι ἐδεδέατο, ἀνεκρέμασαν ἐς τὴν ἀκρόπολιν, αἳπερ ἔτι καὶ ἐς ἐμὲ ἔσαν περιεοῦσαι, κρεμάμεναι ἐκ τοίχων, περιφλαδεόμενον πυρὶ ὑπὸ τοῦ Μήδου. *Quotquot vero horum (Chalcidenſium) ceperunt, una cum Boeotiorum captivis vinctos in carcerem coniecerunt; & aliquanto poſt, binis mulctatos minis, ſolverunt; compedes autem, quibus vincti, in arce ſuſpenderunt; quae ad meam uſque aetatem exſtabant, e muris, quos Medi ambuſſerunt, pendentes.* Pictae ibidem in propylaeo naves Paralus, & Hermionis, Naxica dicta; & minores quaedam aliae, Protogenis opera. Plinius lib. xxxv. cap. x. *Quidam & naves pinxiſſe (Protogenem tradunt) uſque ad annum quinquageſimum, argumentum eſſe, quod, quum Athenis celeberrimo loco Minervae delubri propylaeon pingeret, ubi fecit nobilem Paralum, & Hermionida, quam quidam Naxicam vocant, adiecerit parvulas naves longas; in iis, quae pictores parerga adpellant.* Iuxta Minervae ſimulacrum ſphaera aenea collocata; in qua athletae, antequam admitti ad certamen poſſent, vires ſuas experiri tenebantur. Hieronymus Commentario in Zachariam cap. xii. *In arce Athenienſium iuxta ſimulacrum Minervae vidi ſphaeram aeneam graviſſimi ponderis; quam ego pro imbecillitate corpuſculi movere vix potui; quum quaererem, quidnam ſibi vellet, reſponſum eſt ab Vrbis eius cultoribus, athletarum in illa maſſa fortitudinem comprobari; nec prius ad agonem quemquam deſcendere, quam ex levatione ponderis ſciatur, quis cui debeat comparari.* Denique locus quidam fuit Ἀνθέμιον dictus. Heſychius. Ἀνθέμιον, τὸ ἐκλεκτὸν χρυσίον. ἢ γραμμή τις ἐλικοειδὴς, ἐν τοῖς κίοσι. καὶ τόπος Ἀθήνησιν, ἐν τῇ ἀκροπόλει. *Anthemium aurum ſelectum; vel linea quaedam tortuoſa, in columnis; etiam locus Athenis, in arce.*

CAP.

(a) *Gronovius Praefat.* xv. *Volum. Theſaur. Graecar. Antiquit.* haec ad hunc locum animadvertit: *Cap.* xxx. citatum locum Himerii, Ἀπαιτήσω Ξέρξην ἀντὶ τοῦ Γαλλοῦ τῆς Θεοῦ κατὰ τὴν ἀκρόπολιν τρόπαια· κατὰ μὲν Ποσειδῶνος, ὁ Γαλλός· κατὰ δὲ τῶν βαρβάρων, ἡ πλάτανος, non intelligo unde Meurſius ita potuerit interpretari: *Exigam a Xerxe pro Minervae olea platanum; ut tropaea eius deae in arce duo conſpiciantur: de Neptuno, olea; de Barbaris, platanus.* Res ipſa loquitur.

Digitized by Google

CAP. XXXI.

Leges in arce primitus adſervatae. Theſmothetarum iuramentum. Vota etiam noviluniis nuncupata; ac maioribus Panathenaeis peplus huc deduci, ſolitus.

PRimitus ibi etiam leges in tabulis triangulis, quae Κύρβεις, & quadrangulis, quae Ἄξονες dictae, adſervabantur; donec mox in Prytaneum Ephialtes, & forum deduxit. Pollux, lib. VIII. cap. X. Ἀπέκειντο δὲ οἵ τε κύρβεις, καὶ οἱ ἄξονες, ἐν ἀκροπόλει πάλαι· αὖθις δέ, ἵνα πᾶζιν ἐξῇ ἐντυγχάνειν, εἰς τὸ πρυτανεῖον, καὶ τὴν ἀγορὰν, μετεκομίσθησαν. *Olim quidem cyrbes pariter & axes in arce erant; verum poſtea, ut cuivis inſpiciendi copia eſſet, in prytaneum, & forum translati ſunt.* Harpocration, in Οἱ κάτωθεν νόμοι. Τοὺς ἄξονας, καὶ τὰς κύρβεις, ἄνωθεν τῆς ἀκροπόλεως εἰς τὸ βουλευτήριον, καὶ τὴν ἀγορὰν, μετέῆσεν Ἐφιάλτης. *Axes, & cyrbes deſuper ex arce in curiam, & forum Ephialtes tranſtulit.* Inde nempe Theſmothetae, quum ad porticum prius regiam iurāſſent ſe obſervaturos leges, neque dona accepturos; idem mox in arce etiam iuramentum repetebant. Narrat Pollux, lib. VIII. cap. IX. Ὤμνυον δὲ ἕτοι (οἱ θεσμοθέται,) πρὸς τῇ βαζιλείῳ στοᾷ ἐπὶ τοῦ λίθου, ἐφ' ᾧ τε συμφυλάξειν τοὺς νόμους, καὶ μὴ δωροδοκήσειν, ἢ χρυσοῦν ἀνδριάντα ἀποῖσαι. εἶτα ἐντεῦθεν εἰς ἀκρόπολιν ἀνελθόντες, ὤμνυον ταὐτά. *Iurabant autem hi (Theſmothetae) ad porticum regiam in lapide, ſe pariter leges obſervaturos, neque munera accepturos, aut auream ſtatuam mulctae nomine ſoluturos, ac mox inde in arcem aſcendentes, idem iuſiurandum dabant.* Oracula ibidem adſervata; donec Cleomenes, Piſiſtratidis eiectis, Spartam abduxit. Herodotus lib. V. Ἔτι δὲ πρὸς τούτοισι ἐνῆγόν σφεας οἱ χρησμοὶ λέγοντες· πολλά τε καὶ ἀνάρσια ἔσεσθαι αὐτοῖσι ἐξ Ἀθηναίων, τὰ πρότερον μὲν ἦσαν ἀδαέες. τότε δὲ, Κλεομένεϊ καὶ κομίσαντι ἐς Σπάρτην, ἐξ ἑμαθον, ἐκλήσαλο δὲ Κλεομένης ἐκ τοῦ Ἀθηναίων ἄκρο πόλιος τοὺς Χρησμοὺς τοὺς ἐκλήνλο πρότερον οἱ Πισιστρατίδαι, ἐξελαυνόμενοι δὲ, ἔλιπον ἐν τῷ ἱρῷ· καὶ ταλφθέντας δὲ, ὁ Κλομενέης ἀνέλαβε. *Praeterea oraculis urgebantur denuntiantibus multa ipſis, atque atrocia, ex Athenienſibus futura, quorum ante hac ignari fuiſſent; ſed tunc, quum Cleomenes ea Spartam adduxiſſet, intellexerunt. Etenim oracula illa nactus eſt ex arce Athenienſium, a Piſiſtratidis antea poſſeſſa; qui exacti, in templo illa reliquerunt, ac relicta in Cleomenis poteſtatem pervenerunt.* Vota quoque ſingulis illic noviluniis (a) pro ſalute publicaque, & privata, nuncupari moris erat. Demoſthenes in Ariſtogitonem, Orat. I. Πῶς δὲ ταῖς νομιμωίαις εἰς τὴν ἀκρόπολιν ἀναβαίνοντες, ἀγαθὰ τῇ πόλει διδοναι, καὶ ἕκαστος ἑαυτῷ τοῖς θεοῖς εὔξεται; *Quomodo in arcem noviluniis aſcendentes, bona Vrbi dari, & ſibi ſinguli deos precabuntur?* Peplus quoque, in maiorum Panathenaeorum feſto huc deductus. Plato, in Euthyphrone. Οἱ πέπλοι, μεστὸς τῶν τοιούτων ποικιλμάτων, ἀνάγεται εἰς τὴν ἀκρόπολιν. *Peplus, variis talibus rebus intertextis plenus, in arcem deducitur.* Vide, quae pridem notavi libro *De Panathenaeis* ſingulari, cap. XVII.

(a) Sic Novilunia apud Ebraeos ſacra.

CAP. XXXII.

Canis, capra, & cornix arce prohibitae; deque capra, ac cornice cauſa expoſita. Animalculum item quoddam a Piſiſtrato eiectum.

PRohibebatur arce canis. Plutarchus in Quaeſt. Graec. Καίτοι φασὶν ἔνιοι, μήτε τῆς Ἀθηναίων ἀκροπόλεως ἐπιβαίνειν κύνα, μήτε τῆς Δηλίων νήσου. *Ac ſane aiunt quidam, neque arcem Athenienſium intrare canem, neque Deliorum inſulam.* Et cauſam addit in vita M. Antonii: ubi eum cum Demetrio comparat. Οἱ μὲν γὰρ ἱστορικοί φασι, καὶ τὴν ἀκροπόλεως ὅλης εἴργεσθαι τὰς κύνας, διὰ τὸ τὴν μίξιν ἐμφανῆ μάλιστα ποιεῖσθαι τοῦτο τὸ ζῶον. *Quippe ferunt Hiſtorici, tota arce prohiberi canes, quod in publico potiſſimum hoc animal coeat.* Philochorus, Ἀτθίδος lib. IX. Ἐν ἀκροπόλει σημεῖον ἐγένετο τοῦτο. κύων, εἰς τὸ τῆς Πολιάδος νεὼν εἰσελθοῦσα, καὶ δῦσα εἰς τὸ Πανδρόσιον, ἐπὶ τὸν βωμὸν ἀναβᾶσα τοῦ Ἑρκείου Διὸς, τὸν ὑπὸ τῇ ἐλαίᾳ, κατέκειτο. πάτριον δέ ἐστιν Ἀθηναίοις, κύνα μὴ ἀναβαίνειν εἰς ἀκρόπολιν. *In arce ſignum iſtud factum eſt. Canis, in Poliadis fanum ingreſſa, quum ſe inde in Pandroſi recepiſſet, conſcenſa Iovis Hercei ara, quae ſub olea procubuit. Athenienſes vero a maioribus conſtitutum acceperunt, ne in arcem canis aſcendat.* Etiam capra propter oleam; ne virgulta eius depaſceret. Athenaeus clare docet lib. XIII. Θαλλῷ χαίρουσιν αἱ αἶγες, διόπερ οὐδ' εἰς ἀκρόπολιν ἄνεσι τὸ ζῶον. *Virgulto gaudent caprae, ideoque neque hoc animal arcem aſcendit.* Semel tantum toto anno ad ſacrificium neceſſarium adducebatur. Varro de Re Ruſt. lib. I. cap. II. *Sic factum, ut libero patri, repertori vitis hirci immolarentur, proinde ut capite darent poenas: contra, ut Minervae caprini generis nihil immolarent propter oleam: quod eam, quam laeſerit, ſteri dicant ſterilem: eius enim ſalivam, eſſe fructuis venenum.* Licinius ait, *hoc nomine Athenis in arcem non inigi praeter quam ſemel, ad neceſſarium ſacrificium: ne arbor olea, quae primum dicitur ibi nata, a capra tangi poſſit.* Item cornix. Apollonius, Hiſt. Mirab. VIII. Κορώνη ἐν τῇ Ἀττικῇ εἰς τὴν ἀκρόπολιν οὐδεμία ἑώρᾳ εἰσερχομένη. *Cornix in Attica nulla in arcem intrare viſa eſt.* Plinius lib. X. cap. XII. *Arcturi ſidere, ad hirundinum adventum, notatur eam* (de cornice loquitur) *in Minervae lucis, templisque, raro; alicubi omnino non adſpici, ſicut Athenis.* Antigonus, Hiſt. Mirab. XII. Ἀμελησαγόρας δὲ ὁ Ἀθηναῖος ὁ τὴν Ἀτθίδα συγγεγραφὼς, οὐ φησὶ κορώνην προσίπτασθαι πρὸς τὴν ἀκρόπολιν, οὐδ' ἔχοι ἂν εἰπεῖν ἑωρακὼς οὐδείς. *Ameleſagoras vero Athenienſis, qui Ἀτθίδα ſcripſit, ait, cornicem in arcem non advolare, neque eſſe, qui, vidiſſe ſe poſſit dicere.* Cauſam deinde addit, a nuntio ingrato de Agrauli, ac Pandroſi facto. Ἀποδίδωσι δὲ τὴν αἰτίαν μυθικῶς. φησὶ γὰρ, Ἡφαίστῳ δοθείσης τῆς Ἀθηνᾶς, συγκα-

συγκατακλιθῆσαν αὐτὴν ἀφανισθῆναι. τὸν δὲ Ἡφαι- A
στον, εἰς γῆν πεσόντα, προϊέσθαι τὸ σπέρμα· τὴν
δὲ γῆν ὕστερον αὐτῷ ἀναδῦναι Ἐριχθόνιον. ὃν τρέφειν
τὴν Ἀθηνᾶν, καὶ εἰς κίστην καθεῖρξαι, καὶ παραθέ-
σθαι ταῖς Κέκροπος παισὶν, Ἀγραύλῳ, καὶ Πανδρό-
σῳ, καὶ Ἕρσῃ· καὶ ἐπιτάξαι, μὴ ἀνοίγειν τὴν κίστην.
ἕως ἂν αὐτὴ ἔλθῃ. ἀφικομένην δὲ εἰς Πελλήνην, Φέρειν
ὄρος, ἵνα ἕρυμα πρὸ τῆς ἀκροπόλεως ποιήσῃ. τὰς δὲ Κέ-
κροπος θυγατέρας τὰς δύο, Ἄγραυλον, καὶ Πάν-
δροσον, τὴν κίστην ἀνοῖξαι, καὶ ἰδεῖν δράκοντας δύο
περὶ τὸν Ἐριχθόνιον. τῇ δ' Ἀθηνᾷ φερούσῃ τὸ ὄρος (a),
ὃ νῦν καλεῖται Λυκαβηττὸς, κορώνην φησὶν ἀπαντῆ- B
σαι, καὶ εἰπεῖν, ὅτι Ἐριχθόνιος ἐν φανερῷ. τὴν δὲ,
ἀκούσασαν, ῥῖψαι τὸ ὄρος, ὅπου νῦν ἐστι· τῇ δὲ κο-
ρώνῃ διὰ τὴν κακαγγελίαν, εἰπεῖν, ὡς εἰς ἀκρόπολιν
ἡ θέμις αὐτῇ ἔσαι ἀφικέσθαι (b). *Cauſam vero, ut in fabulis ea fertur, iſtam reddit. Ait enim, datum Vulcano Minervam, poſtquam cum illo concubuiſſet, diſparuiſſe: Vulcanum autem, quum in terram decidiſſet, ſemen proieciſſe: terram vero poſtea ipſi Erichthonium protuliſſe, quem Minervam educandum in ciſtam incluſiſſe, Cecropisque filiabus, Agraulo, Pandroſo, & Herſae tradidiſſe; cum mandato, ne hanc ciſtam, antequam veniret ipſa, aperirent, ac quum illa in Pellenen abiiſſet, ut montem adferret, quem*

pro arce munimentum collocaret, filiarum Cecropis duas, Agraulum, & Pandroſum, ciſtam aperuiſſe, ſerpentesque iuxta Erichthonium duos conſpexiſſe. Minervae vero montem, qui nunc Lycabettus nuncupatur, afferenti, obviam cornicem eſſe factam dicit; huncque ei nuntiaſſe, Erichthonium detectum: itaque illam montem quidem, ubi nunc eſt, abieciſſe; ac cornici, ob ingratae rei nuntium, edixiſſe, ne in arcem intrare auſit, atque nefas id futurum. Lucretius, cauſam eam negat, & naturae loci adſcribit lib. VI.

Eſt & Athenaeis in moenibus, arcis in ipſo
Vertice, Palladis ad templum Tritonidos almae,
Quo nunquam pennis appellunt corpora raucae
Cornices, non quum fumant altaria donis:
Vſque adeo fugitant, non iras Palladis acres
Pervigili cauſa, Graium ut cecinere poetae:
Sed natura loci hoc opus efficit ipſa ſua vi. (c)

Vt vero capra, canis, cornix arce prohibitae; ita animalculum quoddam, locuſtae ſimile, Καταχήνη appellatum, a Piſiſtrato inde eiectum. Heſychius. Καλαχήνη ὑπὸ Πεισιστράτου καλαμαίας ἐμφερὲς ζῶον ἀπὸ τῆς ἀκροπόλεως προσεβλημένον. *Catachene, animal, locuſtae ſimile a Piſiſtrato ex arce proiectum.*

(a) Vide *Lib. De Popul. Attic.* in Λυκαβηττός.

(b) Ovidius II. *Metamorph.* eleganter de more ſuo hanc fabellam narrat, ſed ab Antigono nonnihil diſcrepat; & a tutela Minervae omnino pulſam cornicem dicit. Cornix enim apud hunc Poetam, quum, quae de Cecropis filiabus cognoverat, retuliſſet, ſubiicit:

Acta Deae refero, pro quo mihi gratia talis
Redditur, ut dicar tutela pulſa Minervae, D
Et ponar poſt noctis avem.

Conſule adnotata ſuperius ad *Cap.* XXIII.

(c) Iure quidem Poeta hic Philoſophus hanc rationem exſibilata fabula reddit. Sciſſura enim, quae in rupe arcis, & de qua *Cap.* XVI. in cauſſa eſſe potuit, cur locum illum volucres fugerent; unde merito rupes illa Ἄορνος, quaſi *ſine avibus* dicta eſt: & hinc nomen Latinum effictum *Avernus*. *Lucretius Lib.* VI.

Principio, quod Averna vocantur, nomen id ab re
Impoſitum eſt, quia ſunt avibus contraria cunctis.
E regione ea quod loca quum venere volantes
Remigii oblitae pennarum vela remittunt,
Praecipiteſque cadunt molli cervice profuſae
In terram, ſi forte ita fert fortuna locorum:
Aut in aquam, ſi forte lacus ſubſtratus Averni.
Is locus eſt Cumas apud, Etruſcos & montes
Oppleti calidis ubi fumant fontibus aucti.

Egregie quoque huiuſmodi rei rationem adfert *Virgilius lib.* VI. *AEneid.* ubi de Averno, altaque ſpelunca loquens ait:

Quam ſuper haud ullae poterant impune volantes
Tendere iter pennis; talis ſeſe halitus atris
Faucibus effundens, ſupera ad convexa ferebat:
Vnde locum Graii dixerunt nomine Avernum.

Memorata vero ſciſſura huiuſmodi halitus effundere poterat.

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

CERAMICVS
GEMINVS
SIVE
DE CERAMICI ATHENIENSIVM
VTRIVSQVE
ANTIQVITATIBVS
LIBER SINGVLARIS.

Digitized by Google

VIRO VIRTVTE ET DOCTRINA EXCELLENTI

HENRICO TERBORCHIO

S. P. D.

IOANNES GEORGIVS GRAEVIVS.

Egerrime fero diſcidium iſtud, per quod careo fructu ſuaviſſimae, quae inter nos intercedebat, conſuetudinis, doctiſque illis ac iucundis fabulis, quibus oblectabas vacuas a functione mea horas, quum otium daremus corpori, & ludum animo. Hunc quidem felicitatem fata mihi cum maxime invident, numquam tamen eripient voluptatem, quam mihi affert conſcientia mei erga te ſtudii, & memoria mutuae tuae in me voluntatis. Neque enim ut corpora ſeiunxerunt, ſic & animos noſtros potuerunt diſſociare. Meo ſane perpetuo praeſens es, quotidieque mihi obverſantur praeclarae illae dotes, quibus ingenium, optimarum artium doctrina, & fortuna te inſtruxit. Nec eae fefellerunt tuos cives, qui, quum tantum quod ex profectione Gallica domum rediiſſes, te in iſtud cooptarunt collegium, ex quo & ſummi veſtrae urbis Magiſtratus capiuntur, & quod ſolum illos capiendi facultatem habet. Eſt hic proximus ab ampliſſima dignitate gradus, ad quam te tua virtus, eruditio, ſpectataque morum integritas vocat, bonorumque conſenſus, ubi tempus tulerit, provehet. Deus faxit ut expectationem, quam de te olim excitaſti, non modo ſuſtineas, ſed & in dies novis auctus titulis, veraeque laudis acceſſionibus vincas longe & ſuperes, ac in primis dignitatem illorum ſtudiorum, quibus tua debes ornamenta, quibuſque Daventria, patria tua, a multis annis ad invidiam uſque floruit, tuearis & augeas. Quod non ſcripſi inflammandi tui cauſa, novi enim quam ſis tua ſponte incitatus, ſed quod hanc occaſionem declarandi conſtantis mei in te amoris amittere noluerim. Nolebat enim typographus elegantem hunc viri celeberrimi libellum ſine praefatione lucem adſpicere. Vale, & me, quod facis, ama. Traiecti ad Rhenum a. d. VI. *Kal. Febr.* CIↃ IↃ C LXIII.

CE-

Digitized by Google

CERAMICVS GEMINVS SIVE DE CERAMICI ATHENIENSIVM VTRIVSQVE ANTIQVITATIBVS LIBER SINGVLARIS.

CAPVT PRIMVM.

Ceramici duo; quorum unus intra Vrbem, alter extra. De Vrbano proposita Pausaniae verba; quae deinceps illustranda.

CEramicus, nobilissimus Athenis locus, & qui bonam Vrbis partem constituerit. Qua de causa etiam mihi in descriptione eius maxime dicendus erat: sed quum duplex (a) ille fuerit, unusque extra Vrbem positus, malui seorsim utrumque pertractare, quam silentio alterum omittere cum Antiquitatis Atticae singulari detrimento. Ac duplicem quidem fuisse Auctores dicunt. Harpocration. Δύο εἰσὶ Κεραμεικοὶ, ὡς ὁ ῥήτωρ φησίν· ὁ μὲν ἔνδον ἐν τῇ πόλει· ὁ δὲ ἕτερος ἔξω τ πόλεως. *Ceramici duo sunt, quemadmodum & Orator dicit; ille quidem intra Vrbem; iste autem extra eam.* Hesychius. Κεραμεικὸς, τόπος Ἀθήνησιν, ἔνθα αἱ πόρναι προεκήκασιν· εἰσὶ δὲ δύο κεραμεικοί. ὁ μὲν ἔξω τείχους. ὁ δὲ ἔνδον. *Ceramicus, locus Athenis, in quo meretrices prostabant. Sunt vero Ceramici duo, unus quidem extra moenia; alter intra.* Suidas. Κεραμεικοὶ, δύο τόποι Ἀθήνησιν. *Ceramici, duo loca Athenis.* Videndus quoque Scholiastes Aristophanis ad Equites. Ac de utroque disertim agit Pausanias in Atticis, ubi de Vrbano quidem, de quo prius est dicendum, ista tradit: quae proponere in exemplum, omissis eius digressionibus, mihi visum.

Τὸ δὲ χωρίον ὁ Κεραμεικὸς, τὸ ὄνομα ἔχει ἀπὸ ἥρωος Κεράμου, Διονύσου τε εἶναι καὶ Ἀριάδνης καὶ τούτου λεγομένου. πρώτη δέ ἐστιν ἐν δεξιᾷ καλουμένη στοὰ βασίλειος· ἔνθα καθίζει βασιλεὺς, ἐνιαυσίαν ἄρχων ἀρχὴν, καλουμένην βασιλείαν. Ταύτης ἔπεστι τῷ κεράμῳ τῆς στοᾶς ἀγάλματα ὀπτῆς γῆς. ἀφιεὶς Θησεὺς ἐς θάλασσαν Σκίρωνα, καὶ φέρουσα Ἡμέρα Κέφαλον.

Πλησίον δὲ τῆς στοᾶς, Κόνων ἕστηκε· καὶ Τιμόθεος, υἱὸς Κόνωνος· καὶ βασιλεὺς Κυπρίων Εὐαγόρας.

Ἐνταῦθα ἕστηκε Ζεὺς ὀνομαζόμενος Ἐλευθέριος, καὶ βασιλεὺς Ἁδριανός.

Στοὰ δὲ ὅπισθεν ᾠκοδόμηται, γραφὰς ἔχουσα θεοὺς δώδεκα καλουμένους. ἐπὶ δὲ τῷ τοίχῳ τῷ πέραν Θησεύς ἐστι γεγραμμένος, καὶ δημοκρατία τε καὶ δῆμος.

Ἐνταῦθά, ἐστι γεγραμμένον καὶ τὸ περὶ Μαντίνειαν Ἀθηναίων ἔργον, οἳ βοηθήσαντες Λακεδαιμονίοις ἐπέμφθησαν.

Ἐν δὲ τῇ γραφῇ τ ἱππέων ἐστὶ μάχη· ἐν ᾗ γνωριμώτατοι Γρύλλος τε ὁ Ξενοφῶντος ἐν τοῖς Ἀθηναίοις, καὶ κατὰ τ ἵππον τ Βοιωτίαν Ἐπαμινῶνδας ὁ Θηβαῖος. ταύτας τὰς γραφὰς Εὐφράνωρ ἐγραψεν Ἀθηναίοις, καὶ πλησίον ἐποίησεν ἐν τῷ ναῷ τ Ἀπόλλωνα, Πατρῷον ἐπίκλησιν. Πρὸ δὲ τοῦ νεὼ, τ μὲν Λεωχάρης· ὃν δὲ καλοῦσιν Ἀλεξίκακον, Κάλαμις ἐποίησε.

Ὠκοδόμηται δὲ καὶ μητρὸς θεῶν ἱερὸν, ἣν Φειδίας εἰργάσατο. καὶ πλησίον τῶν πεντακοσίων καλουμένων βουλευτήριον, οἳ βουλεύουσιν ἐναυτὸν, Ἀθηναίοις. Βωλαίοις δὲ ἐν αὐτῷ κεῖται ξόανον Διός· καὶ Ἀπόλλων, τέχνη Γοργίου· καὶ Δῆμος, ἔργον Λύσωνος. τοὺς δὲ θεσμοθέτας ἔγραψε Πρωτογένης Καύνιος. Ὀλυμπιάδης τε Καλλίπους ἦν.

Τοῦ βουλευτηρίου τ πεντακοσίων πλησίον, θόλος ἐστὶ καλουμένη· καὶ θύουσί τε ἐνταῦθα οἱ πρυτάνεις, καί τινα καὶ ἀργύρου πεποιημένα ἐστὶν ἀγάλματα, οὐ μεγάλα. ἀνωτέρω δὲ ἀνδριάντες ἑστήκασιν Ἡρώων, ἀφ' ὧν Ἀθηναίοις ὕστερον τὰ ὀνόματα ἔσχον αἱ φυλαί.

Μετὰ δὲ τὰς εἰκόνας τ ἐπωνύμων ἐστὶν ἀγάλματα θεῶν, Ἀμφιάραος, καὶ Εἰρήνη φέρουσα Πλοῦτωνα παῖδα· ἐνταῦθα Λυκοῦργός τε κεῖται χαλκοῦς, ὁ Λυκόφρονος· καὶ Καλλίας, ὃς πρὸς Ἀρταξέρξου τ Ξέρξου τοῖς Ἕλλησιν, ὡς Ἀθηναίων οἱ πολλοὶ λέγουσιν, ἔπραξε τ εἰρήνην. ἔστι δὲ καὶ Δημοσθένης.

Τῆς δὲ τοῦ Δημοσθένους εἰκόνος πλησίον Ἄρεως ἐστιν ἱερόν. ἔνθα ἀγάλματα δύο μὲν Ἀφροδίτης κεῖται. τὸ δὲ τοῦ Ἄρεως ἐποίησεν Ἀλκαμένης. τ δὲ Ἀθηνᾶν, ἀνὴρ Πάριος, ὄνομα δὲ αὐτῷ Λοκρός· ἐνταῦθα καὶ Ἑνυοῦς ἄγαλμά ἐστιν, ἐποίησαν δὲ οἱ παῖδες οἱ Πραξιτέλους. Περὶ δὲ τ ναὸν, ἑδᾶσιν Ἡρακλῆς,

(a) Vide *Lib. De Popul. Attic.* in Κεραμεικός.

Digitized by Google

κλῆς, ϗ Θησεύς· καὶ Ἀπόλλων ἀναδούμενος ταινίᾳ ἢ κόμην. ἀνδριάντες δὲ, Καλάδης, Ἀθηναίοις, ὡς λέγεται, νόμους γραψας· ϗ Πίνδαρος, ἄλλα τε εὐράμενος παρὰ Ἀθηναίων, καὶ τ' εἰκόνα. ὅτι σφᾶς ἐπῄνεσεν ἆσμα ποιήσας. ὑ πόρρω δὲ, ἑστᾶσιν Ἁρμόδιος ϗ Ἀριστογείτων, οἱ κτείναντες Ἵππαρχον· τ' ἰδὲ ἀνδριάντων οἱ μέν εἰσι Κριτίου τέχνη· τοὺς δὲ ἀρχαίους ἐποίησεν Ἀντήνωρ. Ξέρξου δὲ, ὡς εἷλεν Ἀθήνας, ἐκλιπόντων τὸ ἄστυ Ἀθηναίων, ἐπαγομένου ϗ τούτους ἅτε λάφυρα, κατέπεμψεν ὕστερον Ἀθηναίοις Ἀντίοχος. Τῷ θεάτρῳ δὲ, ὃ καλοῦσιν Ὠιδεῖον, ἀνδριάντες πρὸ τῆς ἐφόδου βασιλέων εἰσὶν Αἰγυπτίων. ὀνόματα μὲν δὴ κατὰ τὰ αὐτὰ Πτολεμαῖοι σφίσιν, ἄλλη δὲ ἐπίκλησις ἄλλῳ. ϗ γὰρ καὶ Φιλομήτορα καλοῦσι, ϗ Φιλάδελφον ἕτερον, τ' δὲ τῷ Λάγου Σωτῆρα, παραδόντων Ῥοδίων τὸ ὄνομα. τ' δὲ ἄλλων ὁ μὲν Φιλάδελφός ἐστιν. πλησίον δὲ οἱ ϗ Ἀρσινόης τ' ἀδελφῆς ἐστιν εἰκών. ὁ δὲ Φιλομήτωρ καλούμενος. ὄγδοος μέν ἐστιν πρόγονος Πτολεμαίου τοῦ Λάγου, ἢ δ' ἐπίκλησιν ἔσχεν ἐπὶ χλευασμῷ, ὑ γάρ τινα βασιλέων μισηθέντα ἴσμεν ἐπὶ τοσόνδε ὑπὸ μητρός. Ἀθηναίοι δὲ, ὑπ' αὐτοῦ παθόντες εὖ, πολλά τε ϗ ἐκ ἄξια ἐξηγήσεως, χαλκοῦν ἑ αὐτὸν ϗ Βερενίκῃ ἔθηκαν, ἣ μόνη γνησία ο: τ' παίδων ἦν. Μετὰ δὲ τοὺς Αἰγυπτίους, Φίλιππός τε ϗ Ἀλέξανδρος ὁ Φιλίππου κεῖνται.

Καὶ Λυσίμαχον, ἐκ εὐνοίας τοσοῦτον, ὡς ἐς τὰ παρόντα χρήσιμον νομίζοντες, ἀνέθηκαν.

Ἀθηναίοις δὲ εἰκών ἐστι ϗ Πύρρου.

Ἐς δὲ τὸ Ἀθήνησιν εἰσελθοῦσιν Ὠιδεῖον, ἄλλα τε ϗ Διόνυσος κεῖται, θέας ἄξιος. πλησίον δέ, ἐστι κρήνη. καλοῦσι δὲ αὐτὴν ἐννεάκρουνον, ὅτω κοσμηθεῖσαν ὑπὸ Πεισιστράτου. Φρέατα μὲν ϗ διὰ πάσης τ' πόλεώς ἐστι· πηγὴ δὲ αὕτη μόνη. Ναοὶ δὲ ὑπὲρ τ' κρήνην, ὁ μὲν Δήμητρος πεποίηται, ϗ Κόρης. ἐν δὲ τῷ Τριπτολέμου καπνοῦ ἐστιν ἄγαλμα.

Πρὸ τοῦ ναοῦ τοῦδε, ἔνθα καὶ τὸ Τριπτολέμου τὸ ἄγαλμα, ἔστι βοῦς χαλκοῦς, οἷα ἐς θυσίαν ἀγόμενος πεποίηταί τε καθήμενος Ἐπιμενίδης Κνώσιος, ὃν ἐλθόντα ἐς ἀγρὸν, κοιμᾶσθαι λέγουσιν ἐσελθόντα ἐς σπήλαιον (a).

Ἔτι δὲ ἀπωτέρω ναὸς Εὐκλείας· ἀνάθημα, καὶ τοῦτο ἀπὸ Μήδων, οἱ τ' χώρας Μαραθῶνα ἔσχον.

CEramicus vero Vrbis regio, nomen quidem habet ab heroe Ceramo, qui Bacchi, & Ariadnes filius ferebatur. Prima vero est ad dextram porticus Regia quae vocatur, ubi Rex ius dicit, annuo magistratu fungens; quem Regnum dicunt. In huius tecto sunt e terra figulina simulacra Thesei, Scironem in mare abiicientis; & Aurorae, Cephalum rapientis.

Propter porticum Conon stabat, & Timotheus eius filius: tum Rex Cypriorum Evagoras.

Iuppiter ibidem stabat, cognomento Eleutherius; & Hadrianus Imperator.

Pone porticus est exstructa, pictos habens duodecim, qui vocantur, deos: & in extremo pariete Theseum; item statum civitatis popularem, populumque.

Picta ibidem res ad Mantineam gesta ab Athenienſibus, qui auxilium laturi Lacedaemoniis missi erant.

Estque in pictura illa pugna equestris; in qua maxime innotuere Gryllus, Xenophontis filius, inter Athenienſes; in Boeotio equitatu Epaminondas Thebanus; atque haec Athenienſibus Euphranor pinxit; & in aede iuxta Apollinem, quem Patroum cognomento adpellabant; ante aedem vero Apollinem unum, Leochares; alterum, Alexicacum cognominatum, Calamis fecit.

Est & fanum Matris Deum, quod Phidias fecit, in propinquo, Quingentorum, quos adpellant, item curia; qui per annum senatorio apud Athenienſes munere defunguntur. Hic Bulaei Iovis signum est; & Apollo a Pisiae arte: populusque, Lysonis opus. Thesmothetas vero, Protogenes Caunius pinxit. Et Olbiades ibidem erat Callippi filius.

Prope curiam Quingentorum locus est, quem Tholum dicunt; illic Prytanes sacra faciunt, suntque signa ex argento quaedam, haud magna. Superius vero statuae stant heroum eorum, a quibus postea Athenienſibus tribus suae nominatae.

Post heroas, quorum nomine tribus dictae, simulacra sunt deorum, Amphiaraus, & Pax puerum Plutonem ferens. Ibidem ex aere est Lycurgus, Lycophronis filius; & Callias, qui, ut multi inter Athenienſes ferunt, pacem Graecis cum Artaxerxe, Xerxis filio, constituit. Tum Demosthenes quoque illic.

Prope Demosthenis vero statuam Martis fanum est; in quo signa Veneris duo: ac Martis quidam, Alcamenes fecit; Minervae vero, vir quidem Parius, Locrus nomine. Hic Enyus quoque signum a Praxitelis filiis factum. Propter templum Hercules adstat item Theseus, & Apollo fascia comam redimitus. Virorum autem statuae sunt Calades; qui, ut ferunt, Athenienſibus leges scripsit: item Pindarus, qui cum alia apud Athenienſes invenit, tum statuam; quod in carmine eos laudasset. Haud longe inde stant Harmodius & Aristogiton, qui Hipparchum occiderunt. Harum autem statuarum quasdam Critias; antiquas Antenor fecit: quumque Xerxes, captis Athenis, quas deseruissent cives, eas secum inter praedam abstulisset Athenienſibus, postea Antiochus remisit. Ante theatri vero, quod Odeum vocant, introitum, regum AEgyptiorum statuae spectantur; quibus omnibus idem Ptolemaei nomen; sed cognomen aliis aliud: nam hunc Philometora vocant, illum Philadelphum; Lagi filium, Soterem; dantibus cognomen Rhodiis. In his Philadelpho, Arsinoes sororis statua est apposita; Philometor qui vocatus, octonus est a Ptolemaeo Lagi filio, per ludibrium isto cognomento dictus: neque enim regum quemquam odio maiore unquam mater prosequuta fuit. Athenienſes vero beneficiis ab eo affecti, cum alia multa, vix quae referantur digna, decrevere; tum ex aere statuam ipsi, & Berenicae, quae sola erat e legitimo thoro filia. Post AEgyptios vero reges, Philippus; & Alexander, eius filius.

Et Lysimacho, non tam studio in ipsum, quam quod sic in rem praesentem expedire existimarent, statuam constituerunt.

Est & Pyrrhi apud Athenienſes statua.

Quum vero Odeum Athenis introieris, alia occurrunt spectatu digna, item Bacchus. prope fons

(a) Adi Laertium in Vita.

Digitized by Google

fons est; quem adpellant Enneacrunum, a Pisistrato sic ornatum: ac, quum putei quidem passim tota urbe inveniantur, ille tamen fons est unicus. Templa autem supra fontem istum duo; unum Cereris, ac Proserpinae: in altero vero, quod Triptolemo dicatum, simulacrum est.

Ante huius templi fores, ubi itidem Triptolemi simulacrum, bos ex aere est, tanquam in victimam abductus. Tum sedentem videas Epimenidem Cnosium; quem, quum in agrum exiisset, in spelunca obdormivisse ferunt.

Paullo longius fanum Eucleae est; e Manubiis Medorum, qui Marathonem occuparant, dedicatum.

Et haec quidem de hoc loco sic Pausanias; cuius verba eodem ordine singulatim illustrabo.

CAP. II.

Ceramicus unde dictus. Ceramus heros. Ars figulina ubi, & a quo inventa. Suidae locus illustratus. Chalcosthenes, iusque officina. Ceramicum inhabitantes Κεραμεῖς *dicti. AElianus emendatus. Inter populos numerati, & e qua tribu.*

NOmen Ceramico datum a Ceramo heroe, Bacchi ex Ariadna filio. Pausanias. Τὸ δὲ χωρίον ὁ Κεραμεικὸς, τὸ μὲν ὄνομα ἔχει ἀπὸ ἥρωος Κεράμου, Διονύσου τε εἶναι καὶ Ἀριάδνης καὶ τούτου λεγομένου. *Regio vero, quae Ceramicus adpellatur, nomen habet a Ceramo heroe, qui Bacchi, & Ariadnae filius ferebatur.* Suidas a sacris Ceramo factis, item arte figulina nomen ei impositum tradit. Δῆμός ἐστι τῆς Ἀκαμαντίδος, οἱ Κεραμεῖς· εἴληφε δὲ τοὔνομα ἀπὸ τῆς κεραμικῆς τέχνης, καὶ τῷ θύειν Κεράμῳ τινὶ ἥρωι. *Acamantidis tribus populus sunt Ceramenses; datumque nomen a figulina arte, & quod illis sacra fiant Ceramo cuidam heroi.* Quod ad figulinam artem ibi inventam, ut Suidas refert, illud verum est; & inventor est Coroebus. Auctor Plinius lib. VII. cap. LVI. *Fabricam ferrariam invenere Cyclopes; figlinas Coroebus Athenienſis.* Postquam autem a Coroebo inventa esset, mox Chalcosthenes exercuit; & ab eius officina nomen loco. Plinius idem nobis suggerit lib. XXXV. cap. XII. *Fecit & Chalcosthenes cruda opera Athenis; qui locus ab officina eius Ceramicus adpellatur.* Qui Ceramicum inhabitabant, κεραμεῖς dicti, ecce tibi apud Aristophanem in Ranis.

——— Κἄϑ' οἱ Κεραμεῖς
Ἐν ταῖσι πύλαις παίουσ' αὐτῶ
Γαστέρα, πλευράς, λαγόνας, ψυγήν.
——— *& deinde Ceramenses*
In foribus feriebant eius
Ventrem, latera, ilia, nates.

Ad quem locum Scholiastes. Κεραμῆς, οἱ ἀπὸ Κεραμεικῶν οἰκοῦντες. *Ceramenses, qui Ceramicum inhabitabant.* AEschines Orat. in Timarchum. Γύλων ἦν ἐκ Κεραμέων. *Gylon erat e Ceramensibus.* Diogenes Laertius in Theophrasto lib. V. Θήσιππος Θησίππου, ἐκ Κεραμέων. *Thesippus Thesippi filius, e Ceramensibus.* Emendandus AElianus Var. Hist. lib. II. cap. XXI. Ἀγάθωνος ἤρα τοῦ ποιητοῦ Παυσανίας, ὁ ἐκ Κεραμέων. *Agathonem poetam amabat Pausanias, qui e Ceramensibus erat.* Perperam editur, ὁ ἐκ Κεραμέων: *Qui erat e figlinis.* Censebantur vero inter populos. Moschopolus. Κεραμεῖς, δῆμος ἐν Ἀθήναις. *Ceramenses, populus Athenis.* Et quidem tribus Acamantidis. Harpocration. Δῆμός ἐστι τῆς Ἀκαμαντίδος, Κεραμεῖς. *Ceramenses, populus Acamantidis tribus.* Quae totidem verbis Suidas in citato statim loco (a).

CAP. III.

Porticus Regia. Regis tribunal. Senatus item Areopagitici tribunal. Iusiurandum Thesmothetarum de conservandis legibus, quae illic repositae. Statua Thesei Scironem in mare deiicientis; & Aurorae Cephalum rapientis: tum Cononis, & Timothei; item Evagorae. Iupiter Σωτὴρ, *& Ἐλευθέριος idem. Isocrates, & Pausanias conciliati. Taureae palaestra, & fanum. Agri Chalcidensium elocatio. AEliani locus emendatus. Pindari statua.*

AD dextrum latus prima occurrebat porticus; quae Βασίλειος, sive Regia adpellata, quod tribunal illic suum Rex haberet. Pausanias. Πρώτη δέ ἐστιν ἐν δεξιᾷ καλουμένη στοὰ βασίλειος· ἔνθα καθίζει βασιλεὺς ἐνιαυσίαν ἀρχὴν, καλουμένων βασιλέων. *Prima est ad dextram porticus, Regia dicta. Hic Rex sedet, annuo magistratu fungens, quem Regnum vocant.* Ac Regis hic tribunal fuisse, indicat etiam Plato Euthyphrone. Τί νεώτερον, ὦ Σώκρατες, γέγονεν ὅτι σὺ τὰς ἐν Λυκείῳ καταλιπὼν διατριβὰς ἐνθάδε νῦν διατρίβεις περὶ τὴν τοῦ βασίλεως στοάν; οὐ γάρ που καί σοι δίκη τίς ἐστι πρὸς τὸν βασιλέα ὥσπερ ἐμοί; *Quidnam novi, Socrates, accidit; quod, relicto Lyceo, hic nunc versaris apud regiam porticum? an & tibi lis est aliqua apud regem, sicut mihi?* Eunapius in AEdesio. Τὰ πλεῖστα ἦν, ἐν δικαστηρίοις, ὥσπερ ὁ Σωκράτης περὶ τὴν τοῦ βασίλεως στοὰν, ἐκινδύνευον. *Maxime in tribunalibus, ut in regia porticu Socrates, sunt periclitati.* Quin & Areopagiticus Senatus hic ius dicebat. Demosthenes in Aristogitonem Orat. I. Τὸ μὲν ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴν, ὅταν ἐν τῇ βασιλείῳ στοᾷ καθαζομένῃ περιχοινίσωσι, καὶ πολλὴν ἡσυχίαν ἐφ' ἑαυτῆς εἶναι. *Quod Senatus Areopagiticus, quum in porticu regia sedenti funiculus obtenditur, tranquillo otio fruitur.* Et hic iusiurandum dabant Thesmothetae, leges se conservaturos esse; neque dona accepturos, aut daturos statuam auream. Pollux lib. VIII. cap. IX. Ὤμνυον δ' ἔτοι (οἱ Θεσμοθέται) πρὸς τῇ βασιλείῳ στοᾷ, ἐφ' ᾧ τε συμφυλάξειν τοὺς νόμους, καὶ μὲ δωροδοκήσειν, ἢ χρυσοῦν ἀνδριάντα ἀποτίσαι. *Iurabant vero hi (Thesmothetae) ad porticum regiam leges se conservaturos, neque dona accepturos, aut statuam auream luituros.* Quin & Κύρβεις illis erant, in quibus perscriptae leges. Aristoteles de Rep. Athenienſium, apud Harpocrationem in κύρβεις· Ἀναγράψαντες δὲ τοὺς νόμους εἰς τὰς κύρβεις, ἔστησαν ἐν τῇ στοᾷ

(a) Consule *Lib. De Popul. Attic.* in Κεραμικός.

Digitized by Google

σοᾶ τῇ βασιλείῳ, *Quum autem leges perſcripſiſſent in tabulis, quas* κύρβεις *dicunt, in Regia porticu collocarunt*. Quae totidem verbis Suidas in eadem dictione. Circa tectum ſtatuae aliquot fictiles erant; Theſeus Scironem in mare deiiciens: & Aurora Cephalum rapiens. Pauſanias. Ταύτης ἔπεσι τῷ κεράμῳ τῆς σοᾶς ἀγάλματα ὀπῖῆς γῆς, ἀφιεὶς Θησεὺς ἐς ϑάλασσαν Σκίρωνα, ϗ φέρουσα Ἡμέρα Κέφαλον. *In huius porticus tecto ſimulacra ſunt fictitia; Theſeus Scironem in mare abiiciens; & Aurora Cephalum ferens*. Iuxta Conon, filiuſque eius Timotheus; & Rex Cypriorum Euagoras. Pauſanias. Πλησίον δὲ τ σοᾶς Κόνων ἔσηκε· ϗ Τιμόθεος υἱὸς Κόνωνος, καὶ βασιλεὺς Κυπρίων Εὐαγόρας. *Propter porticum Conon ſtabat; & Timotheus eius filius: tum Rex Cypriorum Evagoras*. Cononis ſtatuae meminit Demoſthenes Orat. in Leptinem. Οὐ μόνον αὐτῷ (τῷ Κόνωνι) ἀτέλειαν ἔδωκαν, ἀλλὰ ϗ χαλκῆν εἰκόνα. *Non ſolum ipſi (Cononi) immunitatem dedere, ſed & ſtatuam ex aere*. Cononis vero, & Euagorae Iſocrates mentionem facit in Encomio Euagorae. Καὶ ταῦτ' ἐπράχϑη, Κόνωνος μὲν στρατηγοῦντος, Εὐαγόρου δ' αὐτόν τε παρασχόντος, ϗ τ δυνάμεως τ πλείστην παρασκευάσαντος, ὑπὲρ ὧν ἡμεῖς μὲν αὐτὸς ἐτιμήσαμεν τ μεγίσαις τιμαῖς, καὶ τὰς εἰκόνας αὐτῶν ἐσήσαμεν, ἑπερ τὸ τοῦ Διὸς ἄγαλμα τοῦ Σωτῆρος. *Et haec geſta, duce quidem exercitus Conone, verum Euagora cum ipſo ſtrenuam operam navante, tum copiarum partem maximam comparante, quibus de cauſis nos quidem ipſis ſummos honores decrevimus, ſtatuaſque eorum collocavimus, ubi Iovis Servatoris ſimulacrum eſt*. Sed quo modo iuxta Iovis Servatoris dicit ille, quum Pauſanias eum Eleutherium vocet? Subiungit enim, Ἐνταῦϑα ἔσηκε Ζεὺς Ἐλευϑέριος. *Hic ſtat Iupiter Eleutherius adpellatus*. Compono diſſidium. Sciendum Iovem Servatorem, & Eleutherium, eumdem eſſe. Clare Heſychius. Ἐλευϑέριος Ζεύς. τῶν Μήδων ἐκφυγόντες, ἱδρύσαντο τὸν Ἐλευϑέριον Δία. Τοῦτον δὲ ἔνιοι ϗ Σωτῆρά φασι. *Eleutherius Iupiter. Quum Medos evaſiſſent, Iovem Eleutherium dedicarunt, hunc vero quidam etiam Servatorem dicunt*. Immo Σωτῆρος ſimulacrum inſcriptum erat, ſed Ἐλευθερίᾳ vulgo dicebatur. Harpocration in Ἐλευθέριος Ζεύς. Ὅτι δὲ ἐπιγέγραπται μὲν Σωτὴρ, ὀνομάζεται δὲ καὶ Ἐλευθέριος, δηλοῖ ϗ Μένανδρος. *Quod autem inſcriptus eſſet Servator, & Eleutherius diceretur, manifeſtum etiam Menander facit*. Ac palaeſtra illic Taureae; & e regione fanum: Plato indicat in initio ipſo Charmidis. Καὶ δὴ ϗ εἰς τ Ταυρέως παλαίστραν, τ καλαντικρὺ τοῦ τ βασιλικῆς ἱεροῦ, εἰσῆλθον. *Atque adeo Taureae palaeſtram, e regione templi regiae porticus ingreſſus ſum*. Meminit eius Libanius declam. IX. Τί δὲ, τ Ταυρέως παλαίστραν καταλιπὼν, ϗ τὸ πολὺ τ ἐρασῶν σύνλαγμα, ἥκεις εἰς ἐρημίαν, οἳ μηδείς σε ὄψεται. *Quid vero, relicta Taureae palaeſtra, & multitudine amatorum, in deſertum venis, ubi te nemo eſt viſurus*. Ac columnas partem agri Chalcidenſis Athenienſes elocarunt. AElianus Var. Hiſt. lib. VI. cap. I. Ἀθηναῖοι, κρατήσαντες Χαλκιδέων, κατεκληρούχησαν αὐτῶν τ γῆν εἰς τεσσαράκοντα κλήρους, τ ἱπποβότου καλουμένου χώραν. Τεμένη δὲ, ἀνῆκαν τῇ Ἀθηνᾷ, ἐν τῷ Λιλαντῷ ὀνομαζομένῳ τόπῳ. τ δὲ λοιπὴν, ἐμίσθωσαν κατὰ τας σήλας, τὰς πρὸς τῇ βασιλείῳ στοᾷ ἐστηκυίας, αἵπερ ἦν τ μισθώσεων ὑπομνήματα εἶχον. Ita locum illum emendo; nam perperam editur ἐμίσθωσαν κατὰς σήλας. *Athenienſes quum in poteſtatem ſuam Chalcidenſes redegiſſent, terram eorum, quae Hippobotus vocatur, in portiones quadraginta diviſerunt; templa vero, Minervae dedere; in loco, quem Lilantum dicunt; reliquam terram elocarunt ad columnas, quae ſunt iuxta regiam porticum, elocationis huius monumenta retinentes*. Ante eam ſtatua Pindari ſpectabatur ſedentis cum veſte, lyra, diademate, item libro in genibus eius complicato. AEſchines in Epiſtola quadam. Οἱ δὲ ὑμέτεροι πρόγονοι διπλῆν αὐτῷ (τῷ Πινδάρῳ) τ ζημίαν ἀπέδοσαν, κατὰ τοῦ εἰκόνι χαλκῆ τιμῆσαι. ϗ ἐν αὐτῇ καὶ εἰς ἡμᾶς ἔτι πρὸ τῆς βασιλείου στοᾶς, καθήμενος ἐνδύματι ϗ λύρᾳ ὁ Πίνδαρος, διάδημα ἔχων, ϗ ἐπὶ τ γονάτων ἀνειλιγμένον βιβλίον. *Maiores autem veſtri duplam ei (Pindaro) multam reddiderunt, praeter quod ipſum ſtatua aenea honorarunt; quae quidem etiam uſque ad aetatem noſtram ante porticum regiam fuit, ſedens cum veſte, & lyra, diadema gerens, & in genu libellum complicatum habens*.

CAP. IV.

Iovis Eleutherii ſtatua, & Hadriani Imperatoris. Porticus Iovis Eleutherii. Heſychii locus reſtitutus. Quando ſtructa iſta porticus, & qua de cauſa. Hyperidis ſententia exploſa. Picti hic duodecim dii, Theſeus popularis ſtatus, & ipſe populus; item proelium, quod ad Mantineam geſtum, Euphranoris opera. Templum Apollinis, & ſimulacra a Leochare, ac Calamide. Apollo Ἀλεξίκακος, *Romam poſtea translatus in Servilianos hortos, Cydiae ſcutum, & alia quaedam hic ſuſpenſa; quae a Sulla mox abducta*.

PRope erat ſtatua Iovis Eleutherii, ut iam dixi; & Hadriani Imperatoris. Pauſanias. Ἐνταῦϑα ἔσηκε Ζεύς, ὀνομαζόμενος Ἐλευϑέριος· καὶ βασιλεὺς Ἀδριανός. *Hic Iupiter ſtabat, Eleutherius appellatus; & Hadrianus Imperator*. Pone porticus altera erat. Pauſanias. Στοὰ δὲ ὄπισθεν ᾠκοδόμηται. *Pone porticus eſt extructa*. Et nimirum ab adſtante Iove illic Eleutherio porticus Iovis Eleutherii dicebatur. Certe porticum illam Regiam, de qua capite antecedenti a me actum, & hanc Iovis Eleutherii vicinas inter ſe fuiſſe ſatis conſtat. Harpocration. Δύο εἰσὶ στοαὶ παρ' ἀλλήλαις. ἥ τε τοῦ Ἐλευθερίου Διὸς, καὶ ἡ Βασίλειος. *Duae ſunt porticus inter ſe vicinae; una Iovis Eleutherii; altera Regia*. Euſtathius ad Odyſſ. α. Ἦν δέ, φασιν, Ἀθήνησιν ἀρχή τις, βασιλεύς· καὶ ἡ ἐκείνου, βασιλίς. καὶ βασίλειος ἐκεῖ στοὰ, πλησίον τῆς τοῦ Ἐλευθερίου Διὸς στοᾶς. *Erat vero Rex, ut aiunt, magiſtratus quidam Athenis; & Regina, uxor eius; porticuſque ibidem Regia, prope Iovis Eleutherii porticum ſita*. Corruptus eſt Heſychii locus in Βασιλείῳ στοᾷ. Δύο εἰσὶν Ἀθήνησιν

Digitized by Google

νῆζιν βασίλειοι ϛοαί· ἥτε λεγομένη τῦ βασίλεως Διὸς, καὶ ἡ τῦ Ἐλευθερίυ. *Duae ſunt Athenis porticus Regiae; tum quae dicta Regis Iovis, tum etiam quae Eleutherii.* Luxata mirum in modum verba ſic reſtituo. Δύο εἰσὶν Ἀθήνησι ϛοαὶ ἥ τε Βασίλειος λεγομένη τῦ βασίλεως· καὶ ἡ Διὸς τῦ Ἐλευθερίυ. *Duae ſunt Athenis porticus; una Regia dicta regis, altera Iovis Eleutherii.* Meminit porticus huius Plato in Theage. Βάλει ἓν δεῦρο εἰς ἢ τῦ Διὸς τῦ Ἐλευθερίυ ϛοὰν ἐκποδὼν ἀποχωρησωμεν; *Viſne igitur, ut hic in Iovis Eleutherii porticum ſecedamus?* Auctor Eryxiae. Ἐντυγχάνομεν περιπατῦντες ἐν τῇ ϛοᾷ Διὸς τῦ Ἐλευθερίυ. *Ambulabamus in porticu Iovis Eleutherii.* Xenophon in OEconomico. Ἴδων ἓν ποτὲ αὐτὸν ἐν τῇ τῦ Διὸς τοῦ Ἐλευθερίυ ϛοᾷ καθήμενον, ἐπεί μοι ἔδοξε σχολάζειν προσῆλθον αὐτῷ. *Quum illum aliquando in porticu Iovis Eleutherii conſidentem conſpexiſſem, quum otiari exiſtimarem, ipſum acceſſi.* Diogenes Cynicus apud cognominem Laertium Iovis porticum ſimpliciter dicit lib. VI. Καὶ τὰς Ἀθηναίυς ἔφασκε, δεικνὺς τὴν τῦ Διὸς ϛοὰν καὶ πομπεῖον, αὐτῷ ἐσκευακέναι ἐνδιαιτᾶσθαι. *Et Athenienſes, inquiebat, Iovis porticum oſtendens, ac Pompeum apparaſſe ipſi ubi victitaret.* Iovis autem illa ſtatua, a qua porticus nominata, collocata ab Athenienſibus fuit, poſtquam Medos evaſiſſent. Heſychius. Τῶν Μήδων ἐκφυγόντες ἱδρύσαντο τὸν Ἐλευθέριον Δία. *Quum Medos evaſiſſent, Iovem Eleutherium dedicarunt.* Hyperides apud Harpocrationem ideo adpellatam porticum iſtam refert, quod liberti exſtruxiſſent. Verba ipſa Oratoris ita habent: Τῷ μὲν τοίνυν Διΐ, ὦ ἄνδρες δικασαὶ, ἡ ἐπωνυμία γέγονε τῦ Ἐλευθέριον προσαγορεύεσθαι, διὰ τὸ τὺς ἐξελευθέρυς ἢ ϛοὰν οἰκοδομῆσαι ἢ πλησίον αὐτῦ. *Ideo, Iudices, Iovem contigit Eleutherium cognomento appellari, quia liberti porticum, quae prope ipſum, aedificaſſent.* Sed Heſychii ſententiam ex auctoritate Didymi mox ſubiungit. Ὁ δὲ Δίδυμος φησιν, ἁμαρτάνειν τὸν ῥήτορα. ἐκλήθη γὰρ Ἐλευθέριος διὰ τὸ τῶν Μηδικῶν ἀπαλλαγῆναι τοὺς Ἀθηναίυς. *Sed ait Didymus errare Oratorem; ſiquidem nomen Eleutherii accepit, quod a Medis Athenienſes liberati eſſent.* Suidas utramque ſententiam ponit. Ἐλευθέριος ὁ Ζεὺς διὰ τῦτο ἐκλήθη, διὰ τὸ τὺς ἐξελευθέρυς τὴν ϛοὰν οἰκοδομῆσαι, τὴν πλησίον αὐτῦ. ὕτω μὲν Ἰωσηφίδης· ὁ δὲ Δίδυμος, ὃ διὰ τῦτό φησιν, ἀλλὰ διὰ τὸ τῆς Μηδικῆς δυλείας, καὶ ἐπικρατείας ἀπαλλαγῆναι τὺς Ἀθηναίους. *Eleutherius Iupiter ideo dictus, quod liberti porticum, quae iuxta ipſum eſt, exſtruxiſſent. Et Hyperides quidem ita; ſed non ideo, inquit Didymus; verum quia a Medorum ſervitute, & poteſtate Athenienſes liberati eſſent.* Quae totidem verbis etiam Auctor Etymologici. In hac porticu picti erant dii duodecim, qui vocantur; in pariete autem extremo Theſeus, & popularis ſtatus, item populus. Pauſanias. Στοὰ δ' ὅπισθεν ᾠκοδόμηται, γραφὰς ἔχουσα θεοὺς δώδεκα καλουμένους; ἐπὶ δὲ τῷ τοίχῳ τῷ πέραν, Θησεύς ἐϛι γεγραμμένος, ἔ δημοκρατία τε καὶ δῆμος. *Pone porticus eſt exſtructa; pictos habens duodecim, qui vocantur Deos; & Theſeum in pariete extremo; item ſtatum civitatis popularem, populumque.*

Pictae ibidem res ad Mantineam geſtae; & expreſſi illic Gryllus, Xenophontis filius, ex Athenienſium numero; e Thebanis Epaminondas; cuius utriuſque virtus hic potiſſimum emicuit. Pauſanias. Ἐνταῦθά ἐϛι γεγραμμένον καὶ τὸ περὶ Μαντίνειαν ἔργον Ἀθηναίων, οἱ βοηθήσοντες Λακεδαιμονίοις ἐπέμφθησαν· ἐν δὲ τῇ γραφῇ τῶν ἱππέων ἐϛὶ μάχη· ἐν ᾗ γνωριμώτατοι Γρύλλός τε ὁ Ξενοφῶντος ἐν τοῖς Ἀθηναίοις, καὶ κατὰ τὴν ἵππον τὴν Βοιωτίαν Ἐπαμινώνδας ὁ Θηβαῖος. *Picta ibidem res ad Mantineam geſta ab Athenienſibus, qui auxilium laturi Lacedaemoniis miſſi erant. Eſtque in pictura illa pugna equeſtris; in qua maxime innotuere, Gryllus Xenophontis filius inter Athenienſes; in Boeotio equitatu Epaminondas Thebanus.* Meminit iterum in Arcadicis. Καὶ δὴ καὶ τῆς ἐν Κεραμεικῷ γραφῆς, ἣ τὸ ἔργον ἔχει τὸ Ἀθηναίων ἐν Μαντινείᾳ, καὶ ταύτης αὐτόθι ἐϛὶ μίμημα. *Et eſt illis quoque pictura; de ea, quae in Ceramico exſtat, res Athenienſium ad Mantineam geſtas continens expreſſa.* Pinxerat autem Euphranor. Subiungit enim Pauſanias. Ταύτας γραφὰς Εὐφράνωρ Ἔγραψεν Ἀθηναίοις. *Has picturas Athenienſibus Euphranor pinxit.* Certe duodecim deorum, Theſeique, & equeſtris apud Mantineam proelii, Euphranoris operum, meminit etiam Plinius lib. xxxv. cap. xi. *Opera eius (Euphranoris) ſunt, equeſtre proelium, duodecim dii, Theſeus.* Theſei, & equeſtris pugnae etiam Plutarchus meminit de Gloria Athen. Εὐφράνωρ τὸν Θησέα τὸν ἑαυτῦ τῷ τῦ Παῤῥασίου παρέβαλε· λέγων, τὸν μὲν ἐκείνου, ῥόδα βεβρωκέναι· τὸν δ' ἑαυτῦ κρέα βόεια· γέγραφε δ' καὶ τὴν ἐν Μαντινείᾳ πρὸς Ἐπαμινώνδαν ἱππομαχίαν ἐκ ἀνενθουσίαϛως Εὐφράνωρ. *Euphranor Theſeum ſuum cum Parrhaſii comparabat; eius quidem roſis veſcitum; ſuum; carne bubula dicens; pinxit vero etiam equeſtrem pugnam, quae adverſus Epaminondam apud Mantineam geſta; idque non ſine numine divino.* Et mox, ubi de pugna illa aliquantum diſſertavit. Τῦτο τὸ ἔργον Εὐφράνωρ ἔγραψε. *Hoc opus Euphranor pinxit.* In propinquo Apollinis aedes ſpectabatur; in qua idem Deum ipſum Πατρῷον (a) cognomento fecit; ac pro foribus ſtatuae eiuſdem Dei duae; una a Leochare facta; altera τῦ Ἀλεξικάκου cognomine a Calamide. Pauſanias. Καὶ πλησίον ἐποίησεν (ὁ Εὐφράνωρ) ἐν τῷ ναῷ τὸν Ἀπόλλωνα, Πατρῷον ἐπίκλησιν· πρὸ δὲ τῦ νεὼ, τὸ μὲν, Λεωχάρης· ὃν δὲ καλῦϛιν Ἀλεξίκακον, Κάλαμις ἐποίησε. *Et iuxta fecit (Euphranor) in aede Apollinem, Patroum cognominatum; ante aedem, Apollinem unum Leochares fecit; alterum, Calamis, Alexicacum adpellatum.* Ac Calamidis quidem Apollinem poſtea Athenis Romam translatum in Servilianos hortos memorat Plinius lib. xxxvi. cap. v. *In hortis Serilianis reperio laudatos, Calamidis Apollinem illius caelatoris; Dactylidis Pythias, Amphiſtrati Calliſthenem.* Porro Cydiae ſcutum in hac porticu ſuſpenſum; ut & alia, quae milites Sullani abſtulerunt. Pauſanias in Phocicis. Τὺς μὲν δὴ Ἕλληνας τὸ Ἀτλικὸν ὑπερεβάλλετο ἀρετῇ τὴν ἡμέραν ταύτην. αὐτῶν δὲ Ἀθηναίων Κυδίας μάλιϛα ἐγένετο ἀγαθὸς, νέος τε ἡλικίαν, καὶ τότε ἐς ἀγῶνα ἐλθὼν πολέμου πρῶτον. ἀπο-

(a) Vide Lib. II. Athenar. Attic. Cap. XII.

ἀποθανόντ῾ δὲ ὑπὸ τῶν Γαλατῶν, τὴν ἀσπίδα οἱ προσήκοντες ἀνέθεσαν τῷ Ἐλευθερίῳ Διί· καὶ ἦν τὸ ἐπίγραμμα.

Ἡ μάλα δὴ ποθέουσα νέαν ἔτι Κυδίου ἥβην
Ἀσπὶς ἀριζήλου φῶτος, ἄγαλμα Διΐ,
Ἃς διὰ δὴ πρώτας λαιὸν ποτε ὦμον ἔτεινεν,
Εὖτ᾽ ἐπὶ τὸν Γαλάταν ἤκμασε θὲρ῾ Ἄρης.

Τοῦτο μέν δὴ ἐπεγέγραπτο, πρὶν ἢ τοὺς ὁμοῦ Σύλλα καὶ ἄλλα τῶν Ἀθηναίων, καὶ τὰς ἐν στοᾷ τῇ Ἐλευθερίου Διὸς καθελεῖν ἀσπίδας. *Ceteros quidem Graecos eo die Atticus miles fortitudine superabat; inter Athenienses vero excelluit Cydias, qui adolescens admodum, tunc primum in militiam venerat; quumque a Gallis caesus esset, clypeum eius Iovi Eleutherio propinqui dicarunt, cum inscriptione ista:*

Cydiae, adhuc iuvenis, florem desiderat iste,
Quem clypeum sacrum conspicis esse Iovi;
Huic cubitum inseruit flammato corde sinistrum,
Quum premeret Mavors armipotens Galatas.

Atque hoc sane inscriptum erat, priusquam milites Sullani cum alia Athenienſium, tum scuta quoque e Iovis Eleutherii porticu sustulerunt.

CAP. V.

Matris Deum fanum Μητρῷον *adpellatum. Deae signum a Phidia factum. Fanum cur aedificatum. Eudanemorum dolium. Metragyrtae statua. Leges quoque, & decreta adservari ibi solita, vetitumque ne litterae falsae inferrentur. Prohibiti quoque ingressu eius quicumque allium comedissent.*

ERat fanum Matris Deum; & eiusdem in illo signum, Phidiae opus. Pausanias. Ὠκοδόμηται δὲ καὶ μητρὸς θεῶν ἱερὸν, ἣν Φειδίας εἰργάζατο. *Exstructum vero & fanum erat Matris Deum, quam Phidias fecerat.* Est nimirum illud ipsum, quod Μητρῷον apud Auctores nuncupatur Pollux lib. III. cap. II. Ἐλέγετο δέ τι καὶ Μητρῷον Ἀθήνησι τὸ τῆς Φρυγίας ἱερόν. *Erat Athenis, quod Metroum dicebatur, Phrygiae deae fanum.* Moschopulus. Μητρῷον, παρ᾽ Ἀθηναίοις, τὸ ἵδρυμα τῶν παρ᾽ αὐτοῖς θεῶν ἀνειμένον. *Metroum, apud Athenienses, quod deorum, qui apud ipsos matri dedicatum erat.* Plutarchus in Lycurgo Rhetore lib. De X. Rhet. Μέλλων δὲ τελευτήσειν, εἰς τὸ Μητρῷον, καὶ τὸ βουλευτήριον, ἐκέλευσεν αὐτὸν κομισθῆναι, βουλόμενος εὐθύνας δοῦναι τῶν πεπολιτευμένων. *Quum moriturus esset, in Metroum se, & curiam deferri iussit, rationem reddere cupiens administratae reip.* Eius aedificandi causa ista fuit. Metragyrtes quidam, quum in Atticam venisset, mulieresque Matri Deum initiasset, irati Athenienses in barathrum eum praecipitem egerunt, occideruntque; qua de causa quum mox pestis orta esset, oraculo moniti sunt, ut manes caesi expiarent. Itaque curiam aedificarunt ibi loci, ubi eum interfecerant; Matrique Deum dedicarunt, statuamque posuerunt, barathrumque terra ingesta oppleverunt. Suidas narrat. Μητραγύρτης ἐλθών τις εἰς τὴν Ἀττικὴν ἐμύει τὰς γυναῖκας τῇ μητρὶ τῶν θεῶν, ὡς ἐκεῖνοί φασιν. οἱ δὲ Ἀθηναῖοι ἀπέκτεινον αὐτὸν, ἐμβαλόντες εἰς βάραθρον κατὰ κεφαλῆς. Λοιμοῦ δ᾽ γενομένου, ἔλαβον χρησμὸν ἱλάσασθαι τὸν πεφονευμένον. καὶ διὰ τοῦτο ᾠκοδόμησαν βουλευτήριον ἐν ᾧ ἀνεῖλον τὸν Μητραγύρτην καὶ περιφράττοντες αὐτὸ, καθιέρωσαν τῇ μητρὶ τῶν θεῶν ἀναστήσαντες καὶ ἀνδριάντα τῷ Μητραγύρτῃ. Ἐχρώντο δ᾽ τῷ Μητρῴῳ ἀρχείῳ καὶ νομοφυλακείῳ καταχώζαντες καὶ τὸ βάραθρον. *Metragyrtes quidam, quum in Atticam venisset, mulieres matri Deum initiabat, ut illi aiunt. Sed Athenienses eum capite deiectum in barathrum occiderunt. Hinc, quum pestis orta esset, oraculum acceperunt, expiarent caesi manes. Ideoque structa curia, quo in loco interfecerant, circumseptam Matri Deum dedicarunt, statuamque Metragyrtae posuerunt; insuper oppleto barathro, pro archivo, & nomophylacio Metroum habuerunt.* Eadem habes totidem verbis apud Apostolium Cent. XII. Proverb. LXXVII. Non longe inde ara Eudanemorum erat. Arrianus de exped. Alex. lib. III. καὶ νῦν κεῖνται Ἀθήνησιν ἐν Κεραμεικῷ αἱ εἰκόνες, ᾗ ἄνιμμι ἐς πόλιν, καὶ αντικρὺ μάλιστα τοῦ Μητρῴου, ὑ μακρὰν τ᾽ Εὐδανέμων τοῦ βωμοῦ. *Suntque etiam nunc Athenis in Ceramico statuae, e regione fere Metroi, non procul ab Eudanemorum ara.* Erat autem in eo dolium. Diogenes Laertius in cognomine Cynico lib. VI. ἐπισείλας δέ τινι οἰκάδιον αὐτῷ προνοήσασθαι, καὶ βραδύνοντ῾, τὸν ἐν τῷ Μητρῴῳ πίθον ἔσχεν οἰκίαν. *Quum a quodam per epistolam petiisset, ut de cella sibi prospiceret, isque cunctaretur, etiam dolium, quod in Metroo, pro domo habuit.* Et archivum, ubi Vrbis, legesque item, ac decreta eo loco adservari. Suidas in citatis verbis. Ἐχρῶντο δὲ τῷ Μητρῴῳ ἀρχείῳ, καὶ νομοφυλακείῳ. *Metroum vero pro archivo, & nomophylacio habuerunt.* Harpocration. Τοὺς νόμους ἔθεντο ἀναγράψαντες ἐν τῷ Μητρῴῳ. *Leges quum descripsissent in Metroo reponebant.* Hinc est illud apud Lycurgum Orat. in Leocratem. Εἴτις ἕνα νόμον εἰς τὸ Μητρῷον ἐλθὼν ἐξάλειψεν, ὡς οὐδὲν παρὰ τοῦτον τῇ πόλει ἐστὶν, ἀρ᾽ οὐκ ἂν ἀπεκτόνατο αὐτόν; *Si quis legem unam, Metroum ingressus deleviſſet, ac se eo tueretur, quod nil Vrbis interesset, an interfecturi ipsum non essetis?* Aeschines Orat. in Ctesiphontem. Ἐν τοίνυν τῷ Μητρῴῳ, παρὰ τὸ βουλευτήριον, ἦν ἔδοτε δωρεὰν τοῖς ἀπὸ Φυλῆς φεύγουσι τὸν δῆμον καταγαγοῦσιν, ἐστιν ἰδεῖν, ἦν μὲν γὰρ ὁ τὸ ψήφισμα γράψας, καὶ νικήσας, Ἀρχῖνος ὁ ἐκ Κοίλης, εἷς τ᾽ καταγαγόντων τ᾽ δῆμον. *Quidnam vero donaveritis iis, qui a Phyla populum exulantem reduxerunt in Metroo, iuxta curiam est videre; qui decretum enim scripsit, obtinuitque, is Archinus est e Coela, unus eorum, qui populum reduxerunt.* Athenaeus de Apelliconte Teio lib. V. Τά τ᾽ ἐκ τοῦ Μητρῴου τῶν παλαιῶν αὐτόγραφα ψηφίσματα ὑφαιρούμενος ἐκλῆτο. *Decretorum veterum ipsa exemplaria habebat e Metroo subducta.* Et lib. IX. Ὁ δὲ θαρρεῖν παρακελευσάμενος, ἐπῴν τε πᾶσιν ἕπεσθαι, ἦκεν εἰς τὸ Μητρῷον, ὅπου τ᾽ δικῶν ἦσαν αἱ γραφαί. *Hic vero bono animo esse iussos, & se sequi, in Metroum venit, ubi lites scriptae erant.* Libanius declam. XVI. Μεστὸν γὰρ τὸ Μητρῷον τ᾽ ἐμῶν ψηφισμάτων. *Refertum enim est Metroum meis decretis.* Diogenes Laertius in Epicuro lib. X. Καὶ τάδε δίδωμι τὰ ἐμαυ-

ἑμαυτῦ πάνλα Ἀμυνομάχῳ Φιλοκράτους Βατῆθεν, κὴ Τιμοκράτ{ Δημητρίυ Ποταμίφ, κατὰ ἢ ἐν τῷ Μητρώῳ ἀναγεγραμμένλω ἑκατέρῳ δότιν. *Secundum haec do mea omnia Amynomacho Philocratis Batenſi, & Timocrati Demetrii Potamio; prout facta utrique donatio in Metroo eſt perſcripta.* Et lege vetitum erat ne in iſtud falſae literae inferrentur. Scholiaſtes Demoſthenis in Argumento Orat. περὶ στεφάνυ. Οʹ ὴ τρίτ@ νόμ@ εἰς τὴν ὅλλω ὁρᾷ τῦ βίυ, κὴ τῆς πολιτείας ἐξέλασιν· κελεύει γὰρ, μηδέποτε ψευδῆ γράμματα εἰς τὸ Μητρῶον εἰσάγϛν, ἔνθα ἐςὶν ὅλα τὰ δημόσια γράμματα. *Tertia lex in vitam totam, eiuſque rationem reſpicit; ſiquidem vetat, ne quo pacto falſae literae in Metroum, ubi publicae literae omnes adſervantur, conferantur.* Hoc ipſum eſt, quod breviter dicit Syrianus in Hermogenem. Νόμ@ ἐςὶν ὁ κωλύων ψευδῆ (εἰς τὸ Μητρῶον) εἰσφέρϛν γράμματα. *Lex eſt, quae vetat falſas literas (in Metroum) inferre.* Inde Libanium illuſtro, declam. XIII. Μὴ γὰρ δέξαιλο τοιαῦτα τὸ Μητρῶον γράμματα· *Neque enim literas tales Metroum admittat.* Quin & ingredi vetabatur quiſquis allium guſtaſſet docet Athenaeus lib. x. Στίλπων δ' ὁ κατεπλάγη τὴν ἐγκράτειαν, καὶ φαγὲ σκόροδα, κὴ κατακοιμηθὲς ἐν τῷ τῆς μήτρὸς τ Θεῶν ἱερῷ· ἀπέρητο ὴ τῷ τύτων τι φαγόντι μηδὲ εἰσιέναι. *Stylpon vero non perculſus fuit ob temperantiam, quum allium odiſſet, & in Matris Deum templo dormiviſſet. Etenim neque intrare quidem id licebat, qui aliquid modo borum guſtaſſet.*

CAP. VI.

Quingentorum curia; & in ea Iovis ἕ Βυλαίυ *ſignum, ac ſacellum; item Minervae* τ̃ Βυλαίας; *quod ingreſſi Senatores vota ſua nuncupabant. Demoſthenis locus illuſtratus. Veſta quoque* ἡ Βυλαῖα, *per quam datum iusiurandum. Apollo Piſiae opus; Populus Lyſonis; Theſmothetae a Protogene Caunio picti; & Olbiades Callippi filius.*

IVxta fanum hoc Matris Deum curia Quingentorum erat. Pauſanias. Καὶ πλησίον (τῦ μητρὸς Θεῶν ἱερῦ) τῶν πενταχοσίων καλυμένων Βυλευτήριον, οἱ βυλεύυσιν ἐνιαυτὸν Ἀθηναῖοις. *Ac propter (Matris Deum fanum) erat curia quingentorum, quos appellant; qui per annum ſenatorio apud Athenienſes munere defunguntur.* Aeſchines Orat. in Cteſiphontem. Ἐν τοίνυν τῷ Μητρώῳ, παρὰ τὸ Βουλευτήριον, ἣν ἔδοτε δωρεὰν τοῖς ἀπὸ Φυλῆς Φεύγοντα τὸν δῆμον καταγαγῦσίν, ἐςιν ἰδεῖν. *Quidnam vero donaveritis iis, qui a Phyla populum exulantem reduxerunt, in Metroo iuxta curiam eſt videre.* Ibi Iovis ἕ Βυλαίυ ſignum erat. Pauſanias. Βυλαίυ δ' ἐν αὐτῷ κεῖται ξόανον Διός. *Et Bulaei in eo Iovis ſignum exſtat.* Quin ſacellum quoque eius, & Minervae τῆς Βουλαίας; in quod ſenatores curiam ingreſſi vota nuncupabant; nempe ut conſilia ipſis Reip. ſalutaria ſuppeditaret. Antiphon in Orat. περὶ τῦ χορευτῦ. Καὶ ἐν αὐτῷ βουλευτηρίῳ Διὸς Βυλαίυ, καὶ Ἀθηνᾶς Βουλαίας ἱερόν ἐςι· καὶ εἰσιόντες οἱ βουλευταὶ προσεύχονται. *Et in ipſa curia Iovis Bulaei, ac Minervae*

A *Bulaeae eſt ſacellum, atque in eo ſenatores, poſtquam curiam ſunt ingreſſi, vota nuncupant.* Hoc ipſum eſt, quod Demoſthenes dicit: Εἰσιτήρια ὑπὲρ τῆς βουλῆς ἱεροποιῆσαι. *Pro felici in ſenatum introitu ſacra facere.* Locus eſt in Orat. adverſus Midiam. Εʹιασε μὲν με εἰσιτήρια ὑπὲρ τῆς βουλῆς ἱεροποιῆσαι. *Sivit me pro felici in ſenatum introitu ſacra facere.* Erat Veſta etiam Βουλαῖα. Plutarchus in Vita Iſocratis lib. x. De X. Reth. κὴ φυγόνλες ἐπὶ τὴν Βουλαίαν Ἑςίαν, ἁπάντων καταπεπληγμένων, μόνος ἀνέςη βοηθήσων. *Quumque ad Bulaeam Veſtam confugiſſet, perculſis omnibus, ſolus ſurrexit auxilium laturus.* Diodorus Siculus lib. XIV. Οʹ ὴ Φήσας ἀνεπήδησε μὲν πρὸς τὴν Βουλαίαν ἑςίαν. ἔφησε ὴ πρὸς τὺς θεὺς καταφεύγειν, ὃ σωθήζεσθαι νομίζων, ἀλλὰ σπεύδων τοῖς ἀνελῦσιν αὐτὸν περιποιήσεσθ τὴν εἰς τὺς θεὺς εὐσέβειαν. *Atque ille quidem ocyus ad Veſtae Bulaeae ſimulacrum proſiliit; inquiens, non ſe ad Deos confugere, ceu ſalutem inde ſperet; ſed ut ſe interfecturos in impietatis in Deos crimen induat.* De Theramene in ſenatu circumvento uterque agit. Ac per hanc iurari ſolitum. Aeſchines in Orat. περὶ παραπρεσϐ. Εʹπαινέτης ἦν ἡμῶν Δημοσθένης πρὸς τὺς βουλεύοντας, κὴ τὴν Ἑςίαν ἐσώμοσε τὴν Βουλαίαν, συγχαίρειν τῇ πόλ{, ὅτι τοιύτους ἄνδρας ἐπὶ τὴν πρεσβέαν ἐξέπεμψεν. *Laudator noſter apud ſenatores fuit Demoſthenes, & per Veſtam Bulaeam iuravit gratulari ſe Vrbi, quae tales viros ad Legationem emiſiſſet.* Dinarchus, ἐν τῇ κατὰ Καλλιοθένους ἐνδείξει, apud Harpocrationem. Μαρτύρομαι τὴν Ἑςίαν Βουλαίαν. *Teſtem capio Veſtam Bulaeam.* Quae verba explicare cupiens Harpocration addit: Οἷον τὴν ἐν τῇ βουλῇ ἱδρυμένλω *Tamquam quae in ſenatu dedicata eſſet.* Praeterea Apollo ibi ſpectabatur, Piſiae opus; populus, Lyſonis; tum & picti Theſmothetae a Protogene Caunio; & Olbiades Callippi F. Pauſanias. Καὶ Ἀπόλλων τέχνη Πεισίου. κὴ δῆμ@ ἔργον Λύσων@. Τοὺς ὴ Θεσμοθέλας ἔγραψε Πρωτογένης Καύνι@. Οʹλϐιάδης τε Καλλίππυ ἦν. *Eſt Apollo ars Piſiae; item Populus Lyſonis opus. Theſmothetas vero pinxit Protogenes Caunius. Erat quoque Olbiades Callippi filius.*

CAP. VII.

Tholus; ubi ſigna argentea, & Heroum Eponymorum item ſtatuae; ante quas propoſitae leges: Archontis curia: Σκιάς. *Sacra a Prytanibus fieri ſolita, & convivia eorumdem, tum ſenatorum, & ſcribarum quoque fiſci. Forma aedificii, a qua nomen illi datum.*

PRope quingentorum curiam Tholus erat; ubi Prytanes ſacrificabant, & argentea quaedam ſigna ſpectabantur, uti & Heroum ſtatuae, de quorum nominibus tribus dictae. Pauſanias. Τῦ βυλϐυτηρίυ τ πενταχοσίων πλησίον Θόλ@ ἐςὶ καλουμένη· κὴ θύυσι τε ἐνταῦθα πρυτάνεις, καί τινα ἓ ἀργύρου πεποιημένα ἐςὶν ἀγάλματα, ὃ μεγάλα. ἀνωτέρω ὴ, ἀνδριάντες ἑςήκασιν ἡρώων, ἀφ' ὧν Ἀθηναίοις ὕςερον ὀνόματα ἔσχον αἱ φυλαί. *Prope curiam quingentorum locus eſt, quem Tholum dicunt; illic Prytanes*

ſacra faciunt, ſuntque ſigna ex argento quaedam haud magna. Superius vero ſtatuae ſtant eorum, a quibus poſtea Athenienſibus tribus ſuae nominatae. Quod Heroes illos attinet; nempe hi ſunt, qui Ἐπώνυμοι nuncupati: & Pauſanias quoque ipſe in ſequentibus ſtatim verbis ſic appellat. Μετὰ δὲ τὰς εἰκόνας τῶν Ἐπωνύμων ἐϛὶν ἀγάλματα θεῶν. *Poſt Eponymorum ſtatuas ſunt Deorum ſimulacra.* Clare Harpocration. Ἐπώνυμοι, οἱ μὲν δέκα τὸν ἀριθμὸν, ἀφ' ὧν αἱ Φυλαί. *Eponymi ſiquidem decem numero, de quorum nominibus tribus dictae.* Habes quoque apud Suidam, Heſychium, & Etymologici Auctorem. Erant autem nomina eorum iſta; Hippothoon, Antiochus, Aiax Telamonius, Leo, Erechtheus, AEgeus, OEneus, Acamas, Cecrops, Pandion: eoque ordine a Pauſania memorantur. Ad has ſtatuas, antequam ferri eae poſſent, leges novae examinandae proponebantur: idque ex Solonis lege. Elegans hac de re eſt locus apud Demoſthenem in Leptinem. Συνίετε καθ' ὃν τρόπον, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὁ Σόλων τοὺς νόμους, ὡς καλῶς, κελεύει τιθέναι; ἐπέταξεν ἐκθεῖναι πρόσθεν τῶν ἐπωνύμων. *Intelligitis, Athenienſes, quo pacto, & quam praeclare leges ferre Solon iubeat? iuſſit exponere ante ſtatuas Eponymorum.* Andocides, περὶ μυϛηρίων. Ὀκνῶ δ' ἂν προυδέοι, οἶδα ἠρημένοι νομοθέται ὑπὸ τῆς βουλῆς ἀναγραφόντων ἐν σανίσι, καὶ ἐκτιθέντων πρὸς τοὺς ἐπωνύμους, σκοπεῖν τῷ βουλομένῳ. *Quantum autem deſideretur, lecti a ſenatu legumlatores deſcribant in tabulis, & proponant ad Eponymos, ut, qui velit, inſpicere poſſit.* Vide plura quae notavi Attic. Lect. lib. v. cap. v. Et Archontis olim illic curia erat. Suidas in ἄρχων, καὶ ὁ ἄρχων (καθῄϛο) παρὰ τοὺς Ἐπωνύμους. *Archon autem (ius dicebat) apud Eponymos.* Quod ad Tholum vero attinet, etiam Σκιὰς dicebatur. Ammonius περὶ κωμῶν lib. iv. Ὁ δὲ τόπος, ὅπου ἑϛιῶνϛαι οἱ πρυτάνεις, καλεῖται θόλος· ὑπ' ἐνίων δὲ Σκιάς. *Locus, ubi convivantur Prytanes, vocatur Tholus; a quibuſdam vero Scias.* Suidas. Σκιὰς ἀναδενδράς. σημαίνει δὲ καὶ τὴν παρ' Ἀθηναίοις λεγομένην Θόλον. *Scias, locus arboribus umbroſus. Significat porro etiam Tholum apud Athenienſes.* Sacrificabant illic Prytanes, Pauſanias in citatis verbis, καὶ θύουσί τε ἐνταῦθα οἱ πρυτάνεις. *Et ſacrificant hic prytanes.* Ac convivia item habebant. Ammonius loco iam citato; Ὁ δὲ τόπος, ὅπου ἑϛιῶνϛαι οἱ πρυτάνεις, καλεῖται θόλος, *Locus vero, ubi convivantur Prytanes, Tholus vocatur.* Harpocration; Θόλος, τόπος, ἔνθα ἐδείπνουν οἱ πρυτάνεις, οὕτως ἐκαλεῖτο παρ' Ἀθηναίοις, *Tholus vocabatur ab Athenienſibus locus, ubi Prytanes convivantur.* Suidas. Θόλος, οἶκος περιφερὴς ἐν ᾧ οἱ πρυτάνεις ἑϛιῶντο. *Tholus, domus rotunda, in qua convivabantur Prytanes.* Pollux lib. viii. cap. xv. Ἡ Θόλος, ἐν ᾗ συνεδείπνουν ἑκάϛης ἡμέρας πεντήκοντα τῆς φ πενταϰοσίων βουλῆς, ἡ πρυτανεύουσα φυλή. *Tholus, ubi convivabantur quotidie quinquaginta e ſenatu quingentorum; nempe tribus, quae prytaniam exercebat.* At cum illis ſenatores. Heſychius. Θόλος, ὅπου οἱ πρυτάνεις, καὶ ἡ βουλὴ συνεϛιῶντο, *Tholus, Vbi Prytanes & ſenatus convivabantur.* Etiam ſcribae fiſci. Vlpianus ad Orat. περὶ παραπρεσβ. Ἡ δὲ Θόλος, τόπος ἦν, ἔνθα ἐϛιτιδοτεῖντο οἱ τῷ δημοσίῳ γραμματεῖς. *Tholus autem, locus erat, ubi victum accipiebant ſcribae fiſci.* Et Demoſthenis ipſa verba in Oratione illa hoc teſtantur. Καὶ τὸ τελευταῖον, ὑφ' ὑμῶν γραμματεῖς χειροτονηθέντες, δύο ἔτη διετράφησαν ἐν τῇ Θόλῳ. *Denique ſcribae a vobis lecti per biennium educati ſunt in Tholo.* Et poſtea iterum huc alludens. Ἐπειδὴ δὲ μυρία εἴργασαι κακὰ, τὰς ὀφρῦς ἀνέϛωκε· κἂν ὁ γεγραμματευκὼς Αἰσχίνης εἴποι τις, ἐχθρὸς εὐθέως, καὶ κακῶς φησιν ἀκηκοέναι, καὶ διὰ τῆς ἀγορᾶς πορεύεται, θοιμάτιον καθεὶς ἄχρι τῶν σφυρῶν, ἴϛα βαινῶν Πυθοκλεῖ, τὰς γνάθους φυσῶν· τῶν φιλίππου ξένων καὶ φίλων, εἷς ἔτος ὑμῖν ἤδη, τῶν ἀπαλλαγήναι τὸν δήμου βουλομένων, καὶ κλύδωνα, καὶ μανίαν, τὰ καθεϛηκότα πράγματα ἡγουμένων, ὁ τέως ἔτι προσκυνῶν τὴν Θόλον. *Poſtquam autem infinita mala fecit, ſupercilium ſuſtulit; ac ſi quis dicat, AEſchines, qui ſcriba fuit, ſtatim hoſtis eſt, ſtatim male audiviſſe ſe dicit, & per forum obambulat, veſte ad talos demiſſa, inſtar Pythoclis incedens, buccas inflans; Philippi hoſpitum & amicorum iam vobis unus eſt, qui a populo recedere volunt, & tempeſtatem, atque inſaniam; receptum ſtatum arbitrantur: qui non ita pridem adhuc Tholum adorabat.* Quod convenerint illic Prytanes, res eſt certa; & huc faciunt iſta Andocidis in Orat. περὶ μυϛηρίων. Τὴν δὲ βουλὴν εἰς ἀκρόπολιν ἰέναι, κἀκεῖ καθεύδειν. Τοὺς δὲ πρυτάνεις ἐν Θόλῳ. *Vt ſenatus in arcem iret, ibique dormiret; prytanes vero in Tholo.* Meminit Tholi etiam Plato in Apologia Socratis. Ἐπειδὴ δὲ ὀλιγαρχία ἐγένετο, οἱ τριακοντα αὖ μεταπεμψάμενοί με πέμπτον αὐτὸν εἰς τὴν Θόλον προσέταξαν ἀγαγεῖν ἐκ Σαλαμῖνος Λέοντα τὸν Σαλαμίνιον, ἵνα ἀποθάνοι. *Poſtquam vero oligarchia facta eſſet, miſſis in Tholum, qui me accerſerent, cum aliis quatuor iuſſerunt adducere e Salamine Leonem Salaminium, ut interficerent.* Et poſtea: Ἀλλ' ἐπειδὴ ἐκ τῆς Θόλου ἐξέλθομεν, οἱ μὲν τέτταρες ᾠχοντο εἰς Σαλαμῖνα, καὶ ἤγαγον Λέοντα· ἐγὼ δὲ ᾠχόμην ἀπιὼν οἴκαδε. *Sed poſtquam e Tholo exiiſſemus, quatuor quidem illi Salaminem abierunt, ac Leonem abduxerunt; ego vero domum me recipiebam.* Datum autem nomen loco ab ipſa aedificii forma, quae rotunda. Vlpianus ad Orat. Περὶ παραπρεσβ. Ἐκλήθη δὲ Θόλος διὰ τὸ θολοειδὲς καὶ ϛρογγύλον ἔχειν τὸ σχῆμα. *Nomen vero accepit Tholus, quia rotunda eſt inſtar pilei.* Ammonius. Καλεῖται θόλος διὰ τὸ ὅτως ᾠκοδομῆσθαι αὐτὸν ϛρογγύλον, παρόμοιον θολίᾳ. *Vocatur Tholus a rotunda aedificii forma, quaeque pilei inſtar eſt.* Videndus quoque Etymologici Auctor.

CAP.

Digitized by Google

CAP. VIII.

Signum Amphiarai, & Pacis cum Plutone, sive Pluto; ac Pacis quidem a Cephisodoto factum. Lycurgi statua, quando ei collocata. Calliae etiam, & Demosthenis. Pacis ara; & ea ipsa quando structa, item qua occasione. Demosthenis statua; a quo facta, & quando posita.

POst Eponymorum statuas dii stabant; Amphiaraus, & Pax cum Plutone puero: tum Lycurgus, Lycophronis filius; Calliasque, & Demosthenes. Pausanias: Μετὰ ϑ τὰς εἰκόνας τ Ε'πωνύμων ἐςὶν ἀγάλματα ϑεῶν· Α'μφίαραϛ καὶ Εἰρήνη, φέρουσα Πλέτωνα παῖδα. ἐνταῦϑα Λυκοῦργός τε κεῖται χαλκοῦς ὁ Λυκόφρονϛ· καὶ Καλλίας, ὃς πρὸς Α'ρταξέρξω τὸν Ξέρξου τοῖς Ε''λλησιν, ὡς Α'ϑηναίων οἱ πολλοὶ λέγουσιν, ἔπραξε τὴν εἰρήνην. ἔςι ϑ καὶ Δημοσϑένης. *Post Eponymorum statuas sunt Deorum simulacra; Amphiaraus, & Pax puerum Plutonem ferens. Ibidem ex aere est Lycurgus Lycophronis filius; & Callias, qui, ut multi inter Athenienses ferunt, pacem Graecis cum Artaxerxe, Xerxis filio, constituit. Tum Demosthenes quoque illic.* De Pacis signo, quae Plutonem, sive Plutum, (nam haec nomina, uti notum, confunduntur;) gestaret, idem memorat in Boeoticis; ubi ait, a Cephisodoto factum. Σοφὸν δὲ οὐχ ἧσσον (καὶ τὸ βούλευμα) Κηφισοδότου· ϗ γὰρ ἔτϛ τῆς Εἰρήνης τὸ ἄγαλμα Α'ϑηναίοις Πλοῦτον ἐκ τύχης τετοίηκεν. *Nec minus callidum (item commentum) Cephisodoti; nam & hic Athenientibus Pacem fecit, quae Plutum haberet.* Forte & iuxta eius deae ara fuerit; quam struxere Athenienses parta pace post devictos opera Cimonis Persas. Plutarchus meminit in eius Vita. Φασὶ δὲ καὶ βωμὸν Εἰρήνης διὰ ταῦτα τοὺς Α'ϑηναίους ἱδρύσασϑαι. *Aiunt vero & Pacis aram hac de causa Athenienses dedicasse.* AEmilius Probus post Timothei victoriam factum memorat in eius Vita. *Quae victoria tantae fuit Atticis laetitiae, ut tum primum arae Paci publice sint factae.* Lycurgi statua, quam commemorat Pausanias, Anaxicrate archonte posita est. Plutarchus in eius Vita; lib. de x. Rhet. Α'νάκειται ϑ αὐτοῦ εἰκὼν ἐν Κεραμεικῷ κατὰ ψήφισμα, ἐπὶ Α'ναξικράτους ἄρχοντϛ. *Statua ei ex decreto posita est in Ceramico, archonte Anaxicrate.* Atque in decreti ipsis verbis, quod subiunctum est ita erat. Δεδόχϑαι τῷ δήμῳ, ἐπαινέσαι μὲν Λυκοῦργον Λυκόφρονϛ Βυτάδου, ἀρετῆς ἕνεκα, καὶ δικαιοσύνης· καὶ ςῆσαι αὐτοῦ τὸν δῆμον χαλκῆν εἰκόνα ἐν ἀγορᾷ. *Visum populo laudare Lycurgum Lycophronis Butaden; tum & statuam ex aere in foro collocare.* Quod Demosthenis statuam attinet, etiam illa memoratur a Plutarcho in eius Vita, lib. de x. Rhet. ubi a Polyeucto eam factam dicit. Αἰτήσας τε γραμματεῖον (ὁ Δημοσϑένης) ἔγραψεν, ὡς μὲν Δημήτριϛ ὁ Μάγνης φησὶ, τὸ ἐπὶ τῆς εἰκόνϛ αὐτοῦ ἐλεγεῖον ἐπιγεγραμμένον ὑπὸ τ Α'ϑηναίων ὕςερον·

Εἴπερ ἴσην ῥώμην γνώμη, Δημόσϑενες, εἶχες,
Οὐποτ' ἂν Ε'λλήνων ἦρξεν Α''ρης Μακεδών.

Κεῖται δὲ εἰκὼν πλησίον τοῦ περισχοινίσματος, καὶ τῷ βωμῷ τ δώδεκα ϑεῶν, ὑπὸ Πολυεύκτου τετευγμένη. *Quum tabellam (Demosthenes) postulasset, scripsit, ut quidem Demetrius Magnesius tradit, elegos, quos & postea Athenienses statuae ipsius inscripserunt:*

Si menti vires fuerant, Demosthenes, aequae;
Non armis Macedum Graecia victa foret.

Collocata vero est statua iuxta septum, & duodecim Deorum aram, a Polyeucto facta. Posita autem archonte Gorgia; qui fuit Olymp. cxxv. anno 1. post Oratoris huius mortem annis quadraginta, & uno. Indicat idem Plutarchus libro eodem. Χρόνῳ δὲ ὕςερον Α'ϑηναῖοι σίτησίν τε ἐν πρυτανείῳ τοῖς συγγενέσι τοῦ Δημοσϑένους ἔδοσαν, ϗ αὐτῷ τετελευτηκότι τὴν εἰκόνα ἀνέϑεσαν ἐν ἀγορᾷ ἐπὶ Γοργίου ἄρχοντϛ. *Aliquanto post Athenienses Demosthenis cognatis victum in Prytaneo dederunt; ipsique mortuo statuam in foro dedicarunt archonte Gorgia.*

CAP. IX.

Martis fanum cum duobus signis Veneris. Simulacrum Martis, & Minervae; hoc Alcamenis, illud Locri Parii opus; Enyo quoque a Praxitelis filiis facta. Herculis signum, Theseique, & Apollinis fascia comam redimiti; inde Caladis, Pindarique duae statuae. Caladis Comessatio. Pausanias emendatus, item Plinius; isque idem illustratus.

PRope statuam Demosthenis Martis fanum occurrebat, in quo Veneris signa duo: Martis etiam ab Alcamene fabre factum; & Minervae a Locro Pario. Pausanias. Τῆς δὲ τοῦ Δημοσϑένους εἰκόνϛ πλησίον Α''ρεώς ἐςιν ἱερόν· ἔνϑα ἀγάλματα ϲ μὲν Α'φροδίτης κεῖται· τὸ δὲ τοῦ Α''ρεως Α'λκαμένης ἐποίησεν. Τὴν δὲ Α'ϑηνᾶν ἀνὴρ Πάριϛ, ὄνομα δὲ αὐτῷ Λοκρός. *Prope Demosthenis vero statuam Martis fanum est; in quo signa Veneris duo, ac Martis quidem Alcamenes fecit; quod Minervae est, vir quidam Parius, nomine Locrus.* Enyus quoque illic signum a Praxitelis filiis factum. Pausanias. Ε'νταῦϑα καὶ Ε'νοῦς ἀγαλμά ἐςιν, ἐποίησαν ϑ οἱ παῖδες οἱ Πραξιτέλους. *Hic Enyus etiam signum, quod fecerunt Praxitelis filii.* Iuxta Martis istud fanum Hercules stabat; item Theseus, & Apollo fascia comam redimitus; etiam Calades, Pindarusque. Pausanias. Περὶ δὲ τὸν (τοῦ Α''ρεως) ναὸν, ἑξῆζιν Η'ρακλῆς, ϗ Θησεύς, ϗ Α'πόλλων ἀναδέμῳϛ ταινίᾳ τὴν κόμην. ἀνδριάντες δὲ, Καλάδης, Α'ϑηναίοις ὃς λέγεται νόμους γράψας· ϗ Πίνδαροϛ, ἄλλα τε εὐδοκίμῳϛ παρὰ Α'ϑηναίοις, ϗ τὴν εἰκόνα, ὅτι σφᾶς ἐπαίνεσεν, ἄζμα ποιήσας. *Propter templum Martis Hercules adstat; item Theseus, & Apollo fascia comam religatus. Virorum autem statuae sunt, Calades; qui, ut ferunt, Athenientibus leges scripsit; item Pindarus, cui cum alia apud Athenienses obvenere, tum statua, quod eos in carmine laudasset.*

Quod ad Pindari statuam attinet, hanc ego ipsam esse censeo, de qua supra a me dictum cap. VIII. Sed de Calade, quis hoc veterum umquam tradidit, eum leges Athenientibus conscripsisse? Atqui pictor ille erat,

Digitized by Google

erat, cui ob artis excellentiam ſtatua iſta poſita fuit; & pictori nil cum legibus commune. Affirmo tibi, mendum eſſe in Pauſaniae illis verbis. Οὗς λέγεται νόμους γράψας. *Qui dicitur leges ſcripſiſſe*. Legendum autem ἃς λέγεται κώμους γράψας. *Qui dicitur comeſſationes pinxiſſe*. Scriptum fuerit a librario, ος λέγεται κόμους γ. neglecto diſcrimine inter ο & ω, inde alius νομους fecit, qui neſciret quidnam illud κόμους eſſet. Ita res omnino habet; Calades Pictor in parvis tabellis comeſſationes pinxerat, ſummo plane artificio, quae & *Comicae Tabellae* Plinio dicuntur lib. xxxv. c. x. *Subtexi par eſt minores picturae celebres in penicillo; e quibus fuit Pyreicus arte paucis poſtferendus. Meniana omnia operiebat Serapionis tabula ſub Veteribus. Hic ſcenas optime pinxit, ſed hominem pingere non potuit. Contra Dionyſius nihil aliud, quam homines pinxit; ob id Anthropographus cognominatus. Parva & Callicles fecit; item Calades, comicis tabellis*. Ita autem etiam illic per occaſionem emendo; quum non recte hactenus ſcribatur, *item Calaces*.

CAP. X.

Ariſtogitonis, & Harmodii ſtatuae, Antenoris, Critiaeque, & Praxitelis opera. Hippolochi ſtatua; tum Antigoni, & Demetrii; etiam Bruti, Caſſiique. Et Ariſtogitonis quidem, ac Harmodii a Xerxe ablatae; ab Antiocho, vel Seleuco, ſive Alexandro Magno reſtitutae. Dion Chryſoſtomus explicatus.

IN propinquo ſtatuae Ariſtogitonis, & Harmodii, qui Hipparchum interfecerant. Pauſanias. Οὐ πόρρω ἧ ἑστᾶσιν Ἁρμόδιος καὶ Ἀριστογείτων, οἱ κτείναντες Ἵππαρχον. *Non longe inde ſtabant Harmodius, & Ariſtogiton, qui Hipparchum occiderunt*. Erant autem plures numero, vetereſque Antenor fecerat; Critias, recentiores. Pauſanias ſubiungit. Τῶν δὲ ἀνδριάντων οἱ μέν ἐσι Κριτίου τέχνη. τὸς ἧ ἀρχαίους ἐποίησεν Ἀντήνωρ. *Ex ſtatuis iſtis quaedam ſunt a Critiae arte; Veteres Antenor fecit*. Plinius Praxitelem feciſſe dicit lib. xxxiv. cap. viii. *Praxiteles quoque marmore felicior ideo, & clarior fuit. Fecit tamen ex ære pulcerrima opera, Harmodium, & Ariſtogitonem, tyrannicidas*. Meminit harum ſtatuarum ſimpliciter idem eodem libro cap. iv. *Athenienſes, neſcio an primi omnium, Harmodio, & Ariſtogitoni, tyrannicidis publice poſuerunt ſtatuas*. Et Plutarchus in Antiphonte lib. de X. Rhetor. Γενομένης δὲ παρὰ πότον ζητήσεως, τίς ἄριστός ἐστι χαλκός, καὶ πολλῶν διαφερομένων, αὐτὸν εἰπεῖν· ἄριστον εἶναι, ἐξ οὗ Ἁρμόδιος, καὶ Ἀριστογείτων, πεποίηνται. *Quum inter pocula quaereretur, quodnam aes optimum eſſet, ac multorum diverſa eſſet ſententia, dixiſſe ipſum illud optimum videri, e quo Harmodii, & Ariſtogitonis ſtatuae factae eſſent*. Theodoretus Therapeut. viii. Τιμητέον ἧ ἄρα καὶ τὸς Πεισιστρατίδας, ὑπὸ Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος ἐνδίκως ἀναιρεθέντας. Ἀλλὰ τἐναντίον ἔδρασαν οἱ Ἀθηναῖοι· τὸς γὰρ ἀνελόντας χαλ-

A καῖς εἰκόσιν ἐτίμησαν. *Quocirca honorandi quoque erunt Piſiſtratidae ab Harmodio, & Ariſtogitone iure interfecti. Atqui contra ab Athenienſibus factum; ſiquidem interfectores ſtatuis aeneis honorarunt*. Lucianus in Paraſito ſtatuas has in foro exſtitiſſe dicit. Τί ἧ οὐχὶ καὶ Ἀριστογείτων δημοτικὸς ὢν, καὶ πένης ὥσπερ Θουκυδίδης φησὶ, παράσιτος ἦν Ἁρμοδίου; τί δὲ οὐχὶ καὶ ἐραστής; ἐπιχὼς γὰρ οἱ παράσιτοι καὶ ἐρασταὶ τ τρεφόντων εἰσίν. ὅτος τοίνυν πάλιν ὁ παράσιτος τὴν Ἀθηναίων πόλιν τυραννουμένην εἰς ἐλευθερίαν ἀφείλετο· καὶ νῦν ἕστηκε χαλκὸς ἐν τῇ ἀγορᾷ μετα τ παιδικῶν. *Quid vero an non & Ariſtogiton, qui popularis, & egenus, ut Thucydides commemorat, paraſitus erat Harmodii? numquid etiam amator? ſiquidem conveniens eſt ut Paraſiti ament hos, a quibus aluntur; attamen paraſitus ille Athenienſium urbem tyrannide oppreſſam in libertatem vindicavit; eſtque nunc in foro ſtatua aenea eius, atque amaſii*. Et ante eum Ariſtoteles Rhet. lib. i. cap. ix. Καὶ εἰς ὃν πρῶτον ἐγκώμιον ἐποιήθη οἷον εἰς Ἱππόλοχον, καὶ Ἁρμόδιον καὶ Ἀριστογείτονα, τὸ ἐν ἀγορᾷ σταθῆναι. *Et in quem primum encomium factum eſt, ut in Hippolochum, & Harmodium, atque Ariſtogitonem, in foro conſtitui*. Sed ſc. endum, forum hoc in Ceramico exſtitiſſe, ideoque alterum pro altero poni, ut commemorabo infra. Obſerva autem & Hippolochi ſtatuam fuiſſe, in iſtis Ariſtotelis verbis. Iuxta autem ſtatuas iſtas poſtea etiam Antigoni, & Demetrii poſitae ambae ex auro, idque in curru. Diodorus Siculus lib. xx. Οἱ Ἀθηναῖοι, γράψαντος ψήφισμα Στρατοκλέους, ἐψηφίσαντο χρυσᾶς μὲν εἰκόνας ἐφ' ἁρματος σῆσαι τότε Ἀντιγόνου καὶ Δημητρίου πλησίον Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος. *Athenienſes, ſcribente decretum Stratocle, decreverunt, ut ſtatuae in curru aureae cum Antigono, tum Demetrio ponerentur prope Harmodium, & Ariſtogitonem*. Inde Bruti etiam, & Caſſii. Dion Caſſius, ubi de utroque agit lib. xlvii. Καὶ αὐτὸς ὁ Ἀθηναῖοι λαμπρῶς ἐδέξαντο. καὶ εἰκόνας σφίσι χαλκᾶς παρὰ τὴν τοῦ Ἁρμοδίου, καὶ παρὰ τὴν τοῦ Ἀριστογείτονος, ὡς καὶ ζηλωταῖς αὐτῶν γνομένοις ἐψηφίσαντο. *Ipſoſque Athenienſes ſplendide exceperunt; ſtatuaſque propter Harmodium, atque Ariſtogitonem, quos fuiſſent aemulati, decreverunt*. Xiphilinus in Auguſto. Οὕτω γὰρ ἐτεθήπεσαν τὸς περὶ τὸν Βρούτον αἱ πόλεις πᾶσαι, ὥστε καὶ οἱ Ἀθηναῖοι εἰκόνας σφίσι χαλκᾶς παρὰ τὴν τοῦ Ἁρμοδίου, καὶ Ἀριστογείτονος ἐψηφίσαντο. *Adeo enim admiratae Brutum urbes, ſocioſque, ut & ſtatuas illis Athenienſes iuxta Harmodium, & Ariſtogitonem decreverint*. Zonaras Ann. ii. Καῖσαρ δὲ καὶ Ἀντωνίος κατὰ τοῦ Βρούτου καὶ Κασσίου ἐστράτευσαν. ἐκεῖνοι καὶ τὸν Καίσαρα τὸν Ὀκτάβιον μαθόντες τ πραγμάτων ἀναλαμβάνεσθαι, καὶ τὸν ὅμιλον σφετερίζεσθαι, τήν τε δημοκρατίαν ἀπέγνωσαν, καὶ ἐκεῖνον φοβηθέντες ἐν Ἀθήνας ἐγένοντο, καὶ οἱ Ἀθηναῖοι σφᾶς λαμπρῶς ὑπεδέξαντο καὶ εἰκόνας χαλκᾶς αὐτοῖς ἐψηφίσαντο, ὡς τὸς παρ' αὐτοῦς τυραννοκτόνους ζηλώσασι, τὸν Ἁρμόδιον λέγω καὶ τὸν Ἀριστογείτονα. *Caeſar vero, & Antonius contra Brutum, Caſſiumque exercitum duxerunt; illique, ubi cognoviſſent, Caeſarem Octavium res capeſſere, ac plebem ſibi devincire, de republica deſperantes,*

tes, eumque metuentes Athenis degebant; & Athenienſes quidem ſplendide eos exceperunt, aeneaſque illis ſtatuas decreverunt, ceu tyrannicidas eſſent aemulati, Harmodium, & Ariſtogitonem. Abductae autem illae ſtatuae olim a Xerxe, capta Vrbe; ac poſt remiſſae ab Antiocho. Pauſanias. Ξέρξῃ δὲ, ὡς εἶλεν Ἀθήνας, ἐκλιπόντων τὸ ἄστυ Ἀθηναίων· ἀπαγομένῃ καὶ τύτας ἅτε λάφυρα, κατέπεμψεν ὕστερον Ἀθηναίοις Ἀντίοχος. *Has ſtatuas Xerxes, capta Vrbe, quam deſeruiſſent cives, quum inter praedam abduxiſſet, poſtea Athenienſibus Antiochus remiſit.* Alii Seleucum id feciſſe tradunt. Valerius Maximus lib. II. cap. x. *Harmodii, & Ariſtogitonis, qui Athenas tyrannide liberare conati ſunt, effigies aeneas Xerxes, ea Vrbe devicta, in regnum ſuum tranſtulit; longo deinde interiecto tempore Seleucus in priſtinam ſedem reportandas curavit.* Plinius Alexandro Magno adſcribit lib. XXXIV. cap. VIII. *Harmodium, & Ariſtogitonem, tyrannicidas a Xerxe Perſarum rege captos, victa Perſide, Athenienſibus remiſit Magnus Alexander.* Item Arrianus de Exped. Alexan. lib. III. Πολλὰ δὲ ἄλλα κατελήφθη αὐτῷ, ὅσα Ξέρξης ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος ἄγων ἦλθε. τά τε ἄλλα, καὶ Ἁρμοδίε, καὶ Ἀριστογείτονος χαλκαῖ εἰκόνες· ἃ ταύτας Ἀθηναίοις πέμπῃ ὀπίσω Ἀλέξανδρος. Καὶ νῦν κεῖνται Ἀθήνησιν ἐν Κεραμεικῷ αἱ εἰκόνες ἣν ἄνιμεν ἐς πόλιν. *Multa praeterea alia ibi capta ſunt, quaecumque Xerxes e Graecia abduxerat; inter quae Harmodii, & Ariſtogitonis aeneae ſtatuae, quas Athenienſibus poſtea remiſit Alexander; & nunc etiam Athenis in Ceramico conſpiciuntur, qua in Vrbem adſcendimus.* Iterum lib. VII. Ὅσους δὲ ἀνδριάντας, ἢ ἀγάλματα ἢ εἴ δή τι ἄλλο ἀνάθημα, ἐκ τῆς Ἑλλάδος Ξέρξης ἀνεκόμισεν ἐς Βαβυλῶνα, ἢ ἐς Πασαργάδας, ἢ ἐς Σῦσα ἢ ὅπη ἄλλῃ τῆς Ἀσίας, ταῦτα δοῦναι (τὸν Ἀλέξανδρον λέγεται) ἄγειν τοῖς πρέσβεσι. καὶ τὰς Ἁρμοδίε, καὶ Ἀριστογείτονος εἰκόνας τὰς χαλκᾶς ὕτω λέγεται ἀπενεχθῆναι ὀπίσω ἐς Ἀθήνας. *Quotquot autem vel virorum ſtatuas, vel deorum ſigna, vel donaria alia quaecumque a Graecia abduxerat Xerxes Babylonem, aut Paſargadas, aut Suſa, aut quamcumque Aſiae partem, haec legatis auferenda Alexander dediſſe dicitur, atque ita Harmodii quoque, & Ariſtogitonis ſtatuae Athenas relatae eſſe feruntur.* Quod autem hae ſtatuae a Perſis abductae, indicant etiam illa verba Dionis Chryſoſtomi Orat. XXXVII. Οἶδα δ' ἐγὼ καὶ Ἁρμόδιον, καὶ Ἀριστογείτονα δουλεύσαντας ἐν Πέρσαις. *Ego vero ſcio etiam Harmodium, & Ariſtogitonem inter Perſas ſerviiſſe.* Non poteſt aliter locus iſte explicari. Ac conſervatae illae ſtatuae uſque ad Arriani tempora, qui ſub Antonino vixit. Ecce enim in citatis ante verbis. καὶ νῦν κεῖνται Ἀθήνησιν ἐν Κεραμεικῷ αἱ εἰκόνες ἣν ἄνιμεν ἐς πόλιν. *Et nunc etiam Athenis in Ceramico conſpiciuntur hae ſtatuae, qua in Vrbem aſcendimus.*

CAP. XI.

Odeum, idque permagnificum, theatri forma. Amoebei citharoedi domum in propinquo habens. A Pericle ſtructum, & Lycurgo. Rhapſodorum, & citharoedorum hic certamen; tum gymnaſium. Ius quoque illic dici ſolitum, & farinae menſurari. Ab Ariſtione incenſum, ab Ariobarzane inſtauratum, ab Herode exornatum.

HInc Odeum ſequebatur. Sequitur enim apud Pauſaniam. Τῷ θεάτρῳ ᾧ, ὃ καλοῦσιν Ὠδεῖον, ἀνδριάντες πρὸ τῆς ἐφόδου. *Ante theatri vero, quod Odeum vocant, introitum ſtatuae ſpectantur.* Id inter ſpectatu digniſſima memoratur a Strabone lib. IX. Ὁμοίως δὲ καὶ ἡ Ἀκαδημία, καὶ οἱ κῆποι τῶν φιλοσόφων, καὶ τὸ Ὠδεῖον, καὶ ἡ Ποικίλη στοὰ, ἢ τὰ κατὰ τὴν πόλιν ἱερά, ἔχοντα πάντα ἔργα τεχνιτῶν μνήμης ἀξίων. *Simili modo & Academia, & Philoſophorum horti, & Odeum, & Poecile porticus, quaeque paſſim in Vrbe fana, quorum ſingula habent opera artificum memorabilium.* Et theatri formam habebat. Scholiaſtes Comici Veſpis. Τόπος (τὸ Ὠδεῖον) ἐστὶ θεατροειδής. *Locus eſt (Odeum) theatriformis.* Suidas. Ὠδείου Ἀθήνησιν, ὥσπερ θέατρον. *Odeum Athenis eſt, inſtar theatri.* Ac theatrum vocat Pauſanias in citatis ſtatim verbis. Τῷ θεάτρῳ ᾧ ὃ καλοῦσιν Ὠδεῖον, ἀνδριάντες. *Theatri vero, quod Odeum vocant, ſtatuae.* Hyperides in Orat. ὑπὲρ Λυκούργου apud Apſinem lib. de Arte Rhet. cap. περὶ προσωποποιΐας. Ὠκοδόμησε δὲ (ὁ Λυκοῦργος) τὸ θέατρον, τὸ Ὠδεῖον. *AEdificavit vero (Lycurgus) theatrum, quod Odeum dicunt.* Alexander Aphrodiſieus in Metaphyſic. lib. III. *Eſt Odeum pars quaedam theatri, quae nunc thymele vocatur.* Et hoc putandum eſt, prope quod Amoebeus fertur habitaſſe citharoedus valde inſignis; qui talentum in diem unum quum prodiret cantaturus accipiebat. Athenaeus lib. XIV. Ἐμοὶ μὲν γὰρ οὐδὲν ἐλάττων εἶναι νομίζεται τοῦ παλαιοῦ Ἀμοιβέως. ὃν φησιν Ἀριστέας ἐν τῷ περὶ Κιθαρῳδῶν, ἐν Ἀθήναις κατοικοῦντα καὶ πλησίον τοῦ θεάτρου οἰκοῦντα, ὅτε ἐξέλθοι ἀσόμενος τάλαντον Ἀττικὸν τῆς ἡμέρας λαμβάνειν. *Mihi quidem hic videtur nihilo inferior priſco Amoebeo, quem ait Ariſteas in libro de citharoedis, Athenis habitantem, iuxta theatrum, quoties cantaturus exiret, talentum Atticum in dies ſingulos accepiſſe.* Struxit autem Pericles, ut Muſicos illic exhiberet. Suidas. Πεποίηκεν, ὥς φασι, Περικλῆς εἰς τὸ ἐπιδείκνισθαι τοὺς μουσικούς. διὰ τοῦτο γὰρ καὶ ᾠδεῖον ἐκλήθη, ἀπὸ τῆς ᾠδῆς. *Fecit illud, ut aiunt, Pericles, ut Muſicos exhiberet; unde & Odeum dictum, tamquam a cantu.* Ac certaſſe illic Muſicos etiam Heſychius docet; Ὠδεῖον τόπος ἐν ᾧ πρὶν τὸ θέατρον κατασκευασθῆναι, οἱ ῥάψωδοὶ καὶ οἱ κιθαρῳδοὶ ἠγωνίζοντο. *Odeum, locus, quo priuſquam in theatrum exſtructum eſſet, rhapſodi, ac citharoedi certabant.* Plutarchus in Vita Periclis: ἐθεῶντο δὲ καὶ τότε καὶ τὸν ἄλλον χρόνον, ἐν Ὠδείῳ τοὺς μουσικοὺς ἀγῶνας. *Spectabant vero, & eo tempore, ac deinceps Muſica certamina in Odeo.*

Digitized by Google

Odeo. Scholiaſtes Ariſtophanis Veſpis. Τόπος (τὸ Ὠδεῖον) ἐστὶ θεατροειδής. ἐν ᾧ εἰωθασι τὰ ποιήματα ἀπαγγέλλειν. *Locus (Odeum) eſt theatriformis, in quo poemata recitare ſolent.* Et Plutarchus inter ſapientiae gymnaſia recenſet lib. de Exilio. Ὅτι δόξαν ἔστοι καὶ τιμὰς ἐθήρευον, ἐπὶ τὰς σοφὰς ἦλθε, καὶ τὰς σοφὰς Ἀθήναις σχολὰς καὶ διατριβὰς ἀναπέμπαζαι τὰς ἐν Λυκείῳ, τὰς ἐν Ἀκαδημίᾳ, τὴν Στοὰν, τὸ Παλλάδιον, τὸ Ὠδεῖον. *Quod gloriam illi, & honores venabantur, ſi ſcire cupis, abi ad ſapientes, & ad ſcholas, ac gymnaſia, quae Athenis; tum in mentem tibi revoca Lyceum, Academiam, Porticum, Palladium, Odeum.* A Pericle ſtructum, idque e Perſicis manubiis docet Vitruvius lib. v. cap. ix. *Odeum, quod Athenis Pericles columnis lapideis diſpoſuit, naviumque malis, & antennis e ſpoliis Perſicis pertexit.* Plutarchus quoque a Pericle conſtructum narrat in eius Vita. Τὸ δ' Ὠδεῖον τῇ μὲν ἐντὸς διαθέσει πολύεδρον καὶ πολύσυλον, τῇ δ' ἐρέψει περικλινὲς καὶ κάταντες, ἐκ μιᾶς κορυφῆς πεποιημένον, εἰκόνα λέγουσι γενέσθαι καὶ μίμημα τῆς βασιλέως σκηνῆς ἐπισατοῦντος καὶ τούτῳ Περικλέους. *Odeum, ita conſtitutum interius, ut ſedilia multa haberet, columnaſque tecto devexum, & acclive, ac faſtigio uno factum, imaginem fuiſſe ferunt, & ſimulacrum tabernaculi regis; id quoque adcurante opus Pericle ſtructum.* Vbi formam ſimul obſerva, & qualitatem. Dicit ecce ſedilia intus perquam multa, & columnas habuiſſe; tum acclive quoque tectum in faſtigium unum adſurgens, inſtar tabernaculi regii. De columnis vides in Vitruvii verbis iam citatis, & Theophraſti in Eth. Charact. cap. περὶ ἀδολεσχίας. Πόσοι εἰσὶ κίονες τοῦ Ὠδείου. *Quot columnae in Odeo.* Exaedificavit autem poſtea Lycurgus. Inde Hyperides in Orat. Ὑπὲρ Λυκούργου, apud Aſinem de Arte Rhet. cap. x. Περὶ προζωποποιίας. Οὗτος (ὁ Λυκοῦργος) ἐβίω μὲν σωφρόνως· ταχθεὶς δ' ἐπὶ τῇ διοικήσει τῶν χρημάτων, εὗρε πόρους· ᾠκοδόμησε δὲ τὸ θέατρον, τὸ Ὠδεῖον. *Hic (Lycurgus) vixit quidem continenter, & pecuniarum adminiſtrationi praefectus invenit tributa; tum theatrum quoque exſtruxit, quod Odeum nuncupatur.* Porro praeter Muſicas commiſſiones, quas iam dixi, ius quoque illic dicebatur. Ingerit Ariſtophanes in Veſpis.

Οἱ μὲν ἡμῶν ὑπερ ἄρχων· οἱ δὲ παρὰ τοὺς ἕνδεκα.
Οἱ δ' ἐν Ὠδείῳ δικάζουσ'·

Quidam e nobis ad Archontem; pars ad Vndecimviros;
Pars ad Odei forum ius dicunt.

Et Suidas ait. Ἔστι δὲ ἐν αὐτῷ (τῷ Ὠδείῳ) δικαστήριον τοῦ ἄρχοντος. *Eſt in eo (Odeo) tribunal archontis.* Ac Demoſthenis eſt locus plane inſignis Orat. in Neaeram. Λαχόντος δὲ τοῦ Στεφάνου αὐτῷ σίτου δίκλω εἰς Ὠδεῖον τοῦ προικὸς κῦρος ἢ νόμος, ὃς κελεύει. Ἐὰν ἀποπέμπῃ ἢ γυναῖκα ἀποδιδόναι ἢ προῖκα· Ἐὰν δὲ μὴ, ἐπ' ἐννέ' ἐβολοῖς τοκοφορεῖν, καὶ σίτου εἰς Ὠδεῖον εἶναι δικάσασθαι ὑπὲρ τῆς γυναικὸς τῷ κυρίῳ, γράφει δὲ ὁ Φράσωρ ἢ Στέφανον τυλονὶ γραφὴν πρὸς τοὺς θεσμοθέτας.

Quum vero Stephanus eidem dixiſſet apud Odeum de dote, ex lege, quae iubet: Si dimiſerit quis uxorem, reddat dotem; ſin minus, novem obolos uſuram pendat: & curatori mulieris pro ea de victu ad Odeum detur actio, Phrastor Stephanum apud ſex-viros accuſat. Etiam farinae menſurari illic ſolitae, iis nempe, qui in Vrbe habitabant; ſicuti in longa porticu iis, qui in Piraeeo. Obſervare eſt apud Demoſthenem Orat. in Phormionem. Ἔτι δὲ ἐν τῷ τοιούτῳ καιρῷ ἐν ᾧ ὑμῖν οἱ μὲν ἐν τῷ ἄστει οἰκοῦντες διεμετροῦντο ἄλφιτα ἐν τῷ Ὠδείῳ. *Idque eo tempore, quo, qui in Vrbe habitatis, farinas in Odeo dimenſas accipiebatis.* Meminit Odei bis terque Xenophon Hiſt. Graec. lib. II. Incendit autem hoc pulcerrimum aedificium belli Mithridatici tempore Ariſtion, ne ad arcem oppugnandam Sulla lignis inde abductis uteretur. Narrat Appianus de Bell. Mithrid. Καὶ Ἀριστίων αὐτοῖς συνέφευγεν, ἐμπρήσας τὸ Ὠδεῖον, ἵνα μὴ ἑτοίμοις ξύλοις αὐτίκα ὁ Σύλλας ἔχοι τὴν ἀκρόπολιν ἐνοχλεῖν. *Fugit etiam una cum iis Ariſtion incenſo Odeo, ne confeſtim promta illic ligna Sulla ad inuadendam arcem haberet.* Et reſtituit Ariobarzanes. Vitruvius lib. v. cap. ix. *Idem autem Odeum etiam incenſum bello Mithridatico Rex Ariobarzanes reſtituit.* Deinde in maius exornavit Herodes Sophiſta in uxoris tum defunctae monumentum; ita ut omnia quotquot tota Graecia exſtarent magnitudine, ceteroque aedificio antecelleret. Pauſanias in Achaicis. Κεκόσμηται δὲ καὶ ἐς ἄλλα τὸ Ὠδεῖον ἀξιολογώταλα ἢ ἐν Ἕλλησι, πλὴν γε δὴ τοῦ Ἀθήνησι. Τοῦτο γὰρ μεγέθει τε καὶ ἐς ἢ πᾶσαν ὑπερῆρκε κατασκευήν. ἀνὴρ δὲ Ἀθηναῖος ἐποίησεν Ἡρώδης, ἐς μνήμην ἀποθανούσης γυναικός. *Odeum illud, quod alia attinet, omnium maxime memorabile eſt, quotquot tota Graecia exſtant, uno excepto, quod Athenis magnitudine, ceteroqae aedificio longe excellens.* Quin e cedro tectum erat. Philoſtratus de hac ipſa re in vita Herodis Sophiſt. lib. II. Ἀνέθηκε δὲ Ἡρώδης Ἀθηναίοις καὶ τὸ ἐπὶ Ῥηγίλλῃ (hoc defunctae uxoris nomen) θέατρον, κέδρου ξυνθεὶς ἢ ὄροφον (a). *Dedicavit quoque Herodes Athenienſibus in Rhegillae honorem theatrum, tecto e cedro conſtructo.*

CAP. XII.

Statuae Ptolemaeorum, Arſinoes, Berenices, Philippi, & Alexandri; qui Deus decimus tertius dictus, cognomento Liber pater, quod Philippo tamen alii tribuerunt. Inde ſtatuae Lyſimachi, item Pyrrhi.

ANte Odeum, priuſquam intrares, ſtatuae Regum AEgyptiorum, quibus omnibus idem Ptolemaei nomen (b), etſi varium cognomentum, ſpectabantur. Pauſanias. Τοῦ θεάτρου δὲ ὃ καλοῦσιν Ὠδεῖον, ἀνδριάντες πρὸ τοῦ ἐφόδου βασιλέων εἰσὶν Αἰγυπτίων· ὀνόματα μὲν δὴ κατὰ τὰ αὐτὰ Πτολεμαῖοι σφίσιν, ἄλλη δὲ ἐπίκλησις ἄλλῳ. *Ante theatri vero, quod Odeum*

(a) Lignorum cedrinorum uſus magnificus deſcribitur III. *Regum* Cap. v. VI. VII.

(b) Sic antiquiores AEgypti Reges omnes Pharaones dicebantur: Edeſſae Reges, Abgari: Romanorum Imperatores, Caeſares.

Digitized by Google

deum vocant, introitum Regum AEgyptiorum statuae sunt; quibus omnibus idem Ptolemaei nomen, sed cognomen aliis aliud. In his, iuxta Philadelphum, Arsinoe soror spectabatur. Pausanias. Τῶν δ' ἄλλων ὁ μὲν Φιλαδελφός ἐστιν· πλησίον δέ οἱ ἡ Ἀρσινόης τ᾽ ἀδελφῆς ἐστιν εἰκών (a). *Inter alios est Philadelphus, ac iuxta ipsum Arsinoes sororis statua.* Iuxta Philometorem vero filia Berenice posita erat. Pausanias. Ὁ δὲ Φιλομήτωρ καλούμενος, ὄγδοος μέν ἐστιν ἀπόγονος Πτολεμαίου τοῦ Λάγου· ἡ δ' ἐπίκλησιν ἔσχεν ἐπὶ χλευασμῷ. ἡ γάρ τινα βασιλέων μισηθέντα ἔσχεν ἐπὶ τοσόνδε ὑπὸ μητρός. Ἀθηναῖοι δὲ ὑπ' αὐτοῦ παθόντες οὐ πολλά τε καὶ οὐκ ἄξια ἐξηγήσεως, χαλκοῦν καὶ αὐτὸν καὶ Βερενίκην ἔθηκαν, ἣ μόνη οἱ τ᾽ παίδων γνησία ἦν. *Philometor, qui vocatus octavus est a Ptolemaeo Lagi filio, per ludibrium isto cognomento dictus, quando neque Regum quemquam odio maiore mater unquam prosequuta fuit. Athenienses vero beneficiis ab eo affecti, cum alia multa, vix quae referantur digna, decrevere; tum ex aere statuam ipsi posuere, & Berenicae, quae sola erat e legitimo thoro filia.* Hinc Philippus Rex Macedonum, filiusque Alexander apparebant. Μετὰ δὲ τοὺς Αἰγυπτίους Φιλιππός τε καὶ Ἀλέξανδρος ὁ Φιλίππου κεῖνται. *Post AEgyptiorum Reges Philippus, eiusque filius, Alexander conspiciuntur.* Ac Philippum in Cynosarge adoratum tradit Clemens in Protreptico. Νῦν μὲν τ᾽ Μακεδόνα τ᾽ ἐκ Πέλλης, τὸν Ἀμύντου Φίλιππον, ἐν Κυνοσάργει νομοθετοῦντες προσκυνεῖν. *Nunc quidem Macedonem e Pella, Amyntae filium Philippum, in Cynosarge adorandum decernentes.* Quin & Deum decimum tertium adpellabant. Apsines lib. de Arte Rhet. cap. περὶ προοιμίου. Ἔγραψεν ὁ Δημάδης, τρισκαιδέκατον θεὸν νομίζειν Φίλιππον· ἀνείπων ὁ Δημοσθένης ἡττήθη. *Scivit Demades, decimum tertium Deum habere Philippum, contradicens Demosthenes victus est.* Et ecce e Decreto Demadis factum; quod & ipse Demades dicit in Orat. ὑπὲρ τ᾽ δωδεκαετίας. Ἐνταῦθα ἐπιστὰς τοῖς πράγμασιν ἔγραψα τ᾽ εἰρήνην· ὁμολογῶ. ἔγραψα καὶ Φιλίππῳ τιμάς· οὐκ ἀρνοῦμαι. *Hic rebus praefectus pacem decrevi, fateor. Decrevi Philippo honores, nec id nego.* Respexit Dion Chrysostomus Orat. xxxvii. Ἀθηναῖοι μὲν ἓν τῆς εἰκόνος (τοῦ Φιλίππου) ὄρον κατέχεων, ἐκεῖνος δὲ τῆς πόλεως αἷμα καὶ τέφραν καὶ κονίαν. καὶ γὰρ ἦν νεμεσητὸν τὸν αὐτὸν ἄνδρα νῦν μὲν ἐν θεοῖς λέγειν, νῦν δὲ δὴ ἐν ἀνθρώποις. *Athenienses quidem Philippi statuam urina perfuderunt, ille autem civitatem sanguine, cinere & pulvere. Quippe indignum plane erat eumdem virum modo inter Deos ponere; modo ne inter homines quidem.* Alii de Alexandro illud scribunt. AEneas Gazaeus in Theophrasto. Ὁ δ' Ἀλέξανδρος τρισκαιδέκατος θεὸς παρ' Ἀθηναίοις προσηγορεύετο. *Alexander vero decimus tertius Deus apud Athenienses dicebatur.* Clemens in Protreptico. Οἱ δὲ γὰρ ἀνθρώπους ἀποθεῶν τετολμήκασι τριςκαιδέκατον Ἀλέξανδρον τὸν Μακεδόνα ἀναγράφοντες θεόν. *Enim vero illi & homines inter deos referre ausi sunt Alexandrum Macedonem, decimum tertium adscribentes.* Videndus etiam AElianus Var. Hist. lib. v. cap. xii. Adpellatus autem fuit cognomento Liber pater. Animadverto apud Diogenem Laertium in Vita Cynici lib. vi. Ψηφισαμένων Ἀθηναίων Ἀλέξανδρον Διόνυσον, Κἀμὲ, ἔφη, Σάραπιν ποιήσατε. *Quum scivissent Athenienses, ut Alexander Liber pater diceretur, & me, inquit, Serapin facite.* Philippi porro, & Alexandri statuarum meminit item Varro de L. L. lib. viii. *Vt in Alexandri statua, si imposueris caput Philippi, membra conveniunt ad rationem; sic & ad Alexandri membrorum simulacrum caput, quod respondeat ita fit.* Post Philippum, atque Alexandrum Lysimachus erat. Pausanias. Καὶ Λυσίμαχον δὲ εὐνοίᾳ τοσῷδε, ὡς ἐς τὰ παρόντα χρήσιμον νομίζοντες ἀνέθηκαν. *Et Lysimacho, non tam studio in ipsum, quam quod sic in rem praesentem expedire existimarent, statuam constituerunt.* Item Pyrrhus. Pausanias. Ἀθηναίοις δὲ εἰκών ἐστι Πύρρου. *Est & Pyrrhi apud Athenienses statua.*

CAP. XIII.

Bacchi signum; item templum & orchestra. Gigantum pugna. Tripodes choragici. AEdicula a Nicia dedicata. Cippus, in quo statua aenea praetoris cuiusdam.

QVum Odeum ingressus esses praeter cetera visu digna occurrebat Bacchi signum. Pausanias. Ἐς ἣν τὸ Ἀθήνησιν ἐσελθοῦσιν Ὠιδεῖον ἄλλα τε καὶ Διόνυσος κεῖται θέας ἄξιος. *Vbi Odeum quod Athenis introieris, cum alia occurrunt, tum & Bacchus spectatu dignus.* Nec longe inde templum quoque eiusdem Dei, & orchestra. Observare est apud Andocidem in Orat. περὶ μυστηρίων. Ἐπεὶ δὲ παρὰ τὸ προπύλαιον τοῦ Διονύσου ἦν, ὁρᾶν (ἔφη) ἀνθρώπους πολλοὺς ἀπὸ τοῦ Ὠιδείου καταβαίνοντας εἰς τὴν ὀρχήστραν. *Quum esset apud vestibulum templi Bacchi, conspexisse aiebat homines multos, ab Odeo in orchestram descendentes.* Atque hic fuisse gigantomachiam censeo, e qua Bacchi simulacrum vi venti deiectum est collapsum. Plutarchus in Antonii Vita. Καὶ τῆς Ἀθήνησι γιγαντομαχίας ὑπὸ πνευμάτων ὁ Διόνυσος ἐκσφεὶς εἰς τὸ θέατρον κατεπέσῃ. *Et e gigantum pugna Athenis vi ventorum excussum Bacchi simulacrum, in theatrum est delatum.* Vbi itidem vides propinquum theatrum; quod Vitruvius quoque ostendit lib. v. cap. ix. *Athenis porticus est Mercurii, patrisque Liberi fanum; & exeuntibus e theatro sinistra parte Odeum.* Orchestrae meminit etiam AElichi-

(a) Reginae Aegyptiorum non statuis tantum honestatae ab antiquis, sed etiam in gemmis insculptae, quae passim occurrunt apud rei antiquariae consultos. Heri quidem, quum Eques Galeottus Coractius mecum de vetustis quibusdam monumentis colloqueretur, eduxit e marsupio (qui est Viri eruditi antiquitatis amor ac studium) plasma smaragdinum annulo inclusum, in quo insculpta erat protome Reginae cuiusdam, ut videtur, nam inauribus decorabatur. Ipse eam Aegyptiam aliquam Reginam esse subspicatus sum, quod arundineis foliis comae innexis, & a fronte prominentibus ornaretur. Hic enim idem ornatus in caussa fuit, cur Vir Clar. ad *Tab.* xxvi. *Tom.* i. *Musei Florentini* de gemma decima simile iudicium ferret.

Digitized by Google

AEſchines Orat. in Teſiphontem, Ἱκετεύω ὑμεῖς, ὦ Ἀθηναῖοι, μὴ τρόπαιον ἱστᾶτε ἀφ' ὑμῶν αὐτῶν ἐν τῷ τοῦ Διονύσου ὀρχήστρᾳ. *Supplex e vobis peto, Athenienſes, ne tropaeum de vobis ipſis conſtituatis in Bacchi orcheſtra.* Et Dion Chryſoſtomus Orat. XXXI. Ἀθηναῖοι δὲ ἐν τῷ θεάτρῳ θεῶνται καλὴν ταύτην θέαν, ὑπ' αὐτὴν τὴν ἀκρόπολιν, ἔνθα τὸν Διόνυσον ἐπὶ τῇ ὀρχήστραν διαλιθέασιν. *Athenienſes vero pulcrum hoc ſpectaculum in theatro ſpectant ſub ipſa arce, ubi Bacchum in orcheſtra collocant.* In hoc templo tripodes choragici multi ſupra aediculam ſuſpenſi, quae in Nicia dedicata. Accipio e Plutarcho in Vita Niciae. Εἰσῆκτο δὲ καὶ τῶν ἀναθημάτων αὐτοῦ καθ' ἡμᾶς τό τε Παλλάδιον ἐν ἀκροβόλῳ τῇ χρύσωσιν ἀποβεβληκός· καὶ ὁ τοῖς χορηγικοῖς τρίποσιν ὑποκείμενος ἐν Διονύσου νεώς. *Superſunt e donariis eius haetenus & Palladis in arce ſimulacrum, quod deauraturam amiſit; & aedicula in Bacchi fano ſubter tripodes choragicos ſita.* Item cippus, in quo ſtatua praetoris cuiusdam ex aere. Andocides indicat in citata Oratione. Ἐπεὶ δὲ παρὰ τὸ προπύλαιον Διονύσου ἦν ὁρᾶν, ἔφης, πολλοὺς ἀνθρώπους, ἀπὸ τοῦ Ὠδείου καταβαίνοντας εἰς τὴν ὀρχήστραν. Δείσας δ' αὐτοὺς εἰσελθὼν ὑπὸ τὴν σκιὰν καθέζεσθαι μεταξὺ τοῦ κίονος, καὶ τὸ σήλης, ἐφ' ᾗ ὁ στρατηγός ἐστιν ὁ χαλκοῦς. *Quum eſſet apud veſtibulum templi Bacchi, conſpexiſſe aiebat homines multos ab Odeo in orcheſtram deſcendentes; itaque prae metu ingreſſum ſub umbra conſedisſe, inter columnam & cippum, in quo ſtatua praetoris aenea.*

CAP. XIV.

Fons Callirhoe, ἐννεάκρουνος appellatus. Solini error. Plinii locus emendatus. Suidae, & Heſychii lapſus. Cratini locus explicatus. Callirhoe fons a Piſiſtrato exornatus. Aqua inde ad lavacra peti ſolita a nubentibus virginibus; item ante nuptias mortuis. Iovis templum in propinquo. Vnicuſque hic fons Athenis Pauſaniae tempore; ſiquidem antea plures fuerunt; & in iſtis Panopis, atque Aeſculapii; cui quae iniecta eſſent, in Phalerico reddebantur. In Piraeeo etiam aliquot poſt ingentem peſtem facti.

INde fons ſe offerebat, Καλλιρόη prius, poſt ἐννεάκρουνος dictus. Pauſanias. Πλησίον δέ ἐστι κρήνη, καλοῦσι δὲ αὐτὴν Ἐννεάκρουνον, ὅτε κοσμηθεῖσαν ὑπὸ Πεισιστράτου. *Prope fons eſt, quem adpellant Enneacrunum, a Piſiſtrato ſic ornatum.* Ac Callirhoen prius dictum, Harpocration nos docet. Ἐννεάκρουνον. κρήνη τις ἐν Ἀθήναις. πρότερον δὲ ἐκαλεῖτο Καλλιρόη. *Enneacrunum. Fons quidam Athenis; antea vero Callirhoe vocabatur.* Magnus error eſt Solini, qui diverſum utrumque facit, ubi Atticam deſcribit Polyhiſt. cap. XIII. *Callirhoen ſtupent fontem; nec ideo Enneacrunum fontem alterum nulli rei numerant.* Plinii locus leviter corruptus lib. IV. cap. VII. *In Attica fontes Cephiſſia, Larine, Callirhoe, Enneacrunus.* Tolle comma, ac reſcribe: *Callirhoe Enneacrunus.* Callirhoen vocat Enneacrunon per appoſitionem, ut loquuntur Grammatici. Sic dixit Ioannes Tzetzes Chil. XI. cap. CCCLXXIV.

Ἦν Ἐννεάκρουνος πηγὴ Ἀθήναις καλλιρόη.

Erat Enneacrunus fons Athenis Callirhoe.

Statius, quum Enneacrunum dicere vellet, circumloquutione uſus eſt, Theb. XI.

Et quos Callirhoe novies errantibus undis
Implicat.

Labitur quoque Suidas, qui Δωδεκάκρουνον etiam appellatum ſcribit, Δωδεκάκρουνος· Ἀθήνησι κρήνη ἣν ἔνιοι Ἐννεάκρουνον φασίν. ἄλλοι δὲ Καλλιρόην καλοῦσιν. *Dodecacrunus Athenis fons, quidam Enneacrunum vocant; alii Callirhoen dicunt.* Neque enim hoc veterum quiſquam unquam dixit. Natus error ex male intellectis Cratini verſibus in Πυτίνῃ; quos ibidem refert Suidas, Ioannes Tzetzes, & Scholiaſtes Ariſtophanis Equitibus.

Ἄναξ Ἄπολλον, τῶν ἐπῶν τῶν ῥευμάτων
Καναχῶσι πηγαὶ δωδεκάκρηνον στόμα.
Ἴλισσὸς ἐν φάρυγγι. Τί ἄν εἴπομί σοι;
Εἰ μὴ γὰρ ἐπιβύσῃ τις αὐτοῦ τὸ στόμα
Ἅπανθ' ταῦτα καλακλύσῃ ποιήμασιν.
O Rex Apollo, verſuum fluminibus
Reſonant fontes! os duodecim tubos habens!
Iliſſus in faucibus: quid dicam tibi?
Niſi enim quis obturaverit os ipſius,
Omnia haec obruet poematibus.

Nam dicit Comicus, ſeipſum laudans, eam ſibi verſuum eſſe copiam, ut os ſimile fonti eſſe videatur, qui per duodecim tubos aquas effundit. Atque haec obiter per occaſionem iſtam dicta ſunto. Pauſanias in citatis verbis a Piſiſtrato tyranno in hunc modum exornatum, & Ἐννεάκρουνον factum ſimul, atque adpellatum tradit. Aphthonius in deſcriptione arcis Alexandrinae. Δύο δὲ ὀβελοὶ ἀνεσήκασι λίθινοι· καὶ κρήνη τῶν τῶν Πεισιστρατιδῶν ἄμφω ἔχουσα. *Duae Pyramides ſtant lapideae; & fons melior, quam Piſiſtratidarum erat.* Hunc ipſum fontem deſignat; ſed ait a Piſiſtratidis, non a Piſiſtrato factum eſſe. Et Scholiaſtes eius illic. Τὸ πρῶτον μὲν Καλλιρόη ὠνομάζετο· ὕστερον δὲ Ἐννεάκρουνος· τῶν τυράννων οὕτω καλεσάντων. *Initio quidem Callirhoe dicebatur; poſtea vero Enneacrunos; quum tyranni ſic vocaſſent.* Thucydides quoque a tyrannis factum fontem ſimpliciter dicit lib. II. Καὶ τῇ κρήνῃ, τῇ νῦν μὲν τῶν τυράννων οὕτω σκευασάντων, Ἐννεακρούνῳ καλουμένῃ· τὸ δὲ πάλαι φανερῶν τῶν πηγῶν ὄντων, Καλλιρόη ὠνομασμένῃ, ἐκείνῃ τε ἐγγὺς οὔσῃ τὰ πλείστου ἀξια ἐχρῶντο. *Et fonte, qui nunc quidem a tyrannis ita factus, Enneacrunus adpellatur; olim vero quum exſtarent eius venae, Callirhoe dicebatur; quia in propinquo eſſet, ad res quaſque maximi pretii utebantur.* Quem locum reſpexit Heſychius quum inquit. Ἐννεάκρουνον. κρήνη δ' Ἀθήνησιν ἣν πρότερον Καλλιρόην ἔλεγον. τὸν δὲ τυράννων οὕτως αὐτὸ σκευασάντων, ἐκλήθη ἐννεάκρουνος ὡς φησι Θουκυδίδης. *Enneacrunus fons Athenis, quem Callirhoen prius dicebant; ſed ſic factum a tyrannis Enneacrunum adpellarunt, ut Thucydides nobis auctor.* Erat vero ad Iliſſum flumen, quod per Vrbem profluebat. Etymologici Auctor. Ἐννεάκρουνος, κρήνη Ἀθήνησι παρὰ τὸν Ἴλισσόν· ἣ πρότερον Καλλιρόη ἔσκεν. ἀφ' ἧς λαμβάνουσι τὰ λουτρὰ ταῖς γαμουμέναις μετίασι. *Enneacrunus fons Athenis iuxta Iliſſum; qui Callirhoe prius erat, e quo aqua ad lavacra*

Digitized by Google

cra virginibus nubentibus petebatur. Vbi quod aquam hinc petitam ad lavacra nuptialia virginibus nubentibus dicat, id Thucydides etiam refert loco citato. Καὶ νῦν ἔτι ἀπὸ τῦ ἀρχαίυ πρό τε γαμικῶν, καὶ ἐς ἄλλα ϑ ἱερῶν, νομίζεται τῷ ὕδατι χρῆσθαι. *Et nunc etiam antiquitus obtinet, ut ante Nuptias, & in aliis item ſacris hac aqua utantur*. Pollux lib. III. cap. III. Καὶ λυτρά τις κομίζουσα, λυτροφόρος· Α'θήνησι μὲν ἐκ τῆς Καλλιρόης· ἔιτ' αὖθις ἐκ τῆς Ε'ννεακρένυ καλουμένης. *Et quaedam lavacra ferens lavacrifera; Athenis quidem, e Callirhoe; ſive poſtea Enneacruno adpellato*. Nec nubentibus tantum id factum, ſed & ante nuptias ſuas decedentibus; ferebatque aquam iſtam puer quidam genere proximus. Suidas. Ε'ϑος ἦν τοῖς γαμοῦσιν Α'θήνησι λυτρὰ μεταπέμπεσθαι ἑαυτοῖς κατὰ τὴν τῦ γάμου ἡμέραν. ἔπεμπον δὲ ἐπὶ ταῦλα τὸν ἐγγυτάτω τῦ γένους παῖδα ἄῤῥενα. ἔϑος δὲ ἦν καὶ τοῖς ἀγάμοις ἀποϑανοῦσι λουτροφορεῖν, κ) ἐπὶ τὸ μνῆμα ἐφίσασθαι. Τῦτο δὲ ἦν παῖς ὑδρίαν ἔχων. τὰ δὲ λυτρὰ ἐκόμιζον ἐκ τῆς νῦν μὲν Ενεακρούνου καλουμένης κρήνης, πρότερον ϑ Καλλιρόης· *Moris erat, qui nuptias celebrabant Athenis, ut lavacra ipſo nuptiarum die afferenda ſibi curarent; mittebantque puerum marem, genere proximum. Idem fieri conſuetum ante nuptias decedentibus; & lavacra in ſepulcro ſtatuebant; quique hoc faceret, puer erat, hydriam tenens, ac lavacra afferebant ex illo fonte, qui nunc quidem Enneacrunus, antea vero Callirhoe vocabatur*.

Videndi quoque Etymologici Auctor, & Harpocration in Λουτροφόρϑ. Ac poſterioris quidem λυτροφορίας, etſi nulla fontis huius mentione, meminit etiam Demoſthenes Orat. in Leocharem. Οὐ πολλῷ δὲ χρόνῳ ὕϛερον, ἀποδημίας τινὸς εἰς τὴν ὑπερορίαν συμβάσης τῷ Μεδυλίδῃ τῷ πάππῳ τῦ πατρὸς, ἠῤῥώϛησεν ὁ Α'ρχιάδης, καὶ τελευτᾷ τὸν βίον, ἀπόντϑ τῦ Μεδυλίδυ ἄγαμϑ ὤν. τί τύτου σημεῖον; λουτροφόρϑ ἐφέϛηκεν ἐπὶ τῷ τῦ Α'ρχιάδου τάφῳ. *Non multo poſt peregre profecto Medylide avo patris, in morbum incidit Archiades, ac diem obiit abſente Medylide, adhuc celebs. Sed eius rei quodnam ſignum eſt? ſtetit in Archiadae tumulo, qui lavacra afferebat*. Prope fontem hunc templum Iovis; cuius meminit Hierocles in Prooemio Hippiatricorum. Ταραντῖνϑ δὲ ἱϛορεῖ τὸν τῦ Διος νηὸν κατασκευάζοντας Α'ϑηναίους, Ε'ννεακρένου πλησίον ἐισελαϑῆναι ψηφίσασθαι τὰ ἐκ τῆς Α'ττικῆς εἰς τὸ ἄϛυ ζεύγη ἅπαντα. *Tarentinus vero refert, Athenienſes, templum Iovis exſtruentes, prope fontem Enneacrunum decreto mandaſſe, ut omnia tota Attica iumenta in Vrbem abducerentur*. Vnicus vero hic fons Athenis; quum plures quidem putei in Vrbe eſſent.(a) Pauſanias. Φρέατα μὲν κ) διὰ πάσης τῆς πόλεώς ἐϛι· πηγὴ δὲ, αὕτη μόνη. *Putei quidem tota paſſim Vrbe exſtant; verumtamen fons hic unicus*. Vbi quod ſolum hunc Athenis fontem exſtitiſſe dicat neſcio an verum.

Meurſii Tom. I.

(a) Conſule *Lib. III. Athen. Attic. Cap. X.*

(b) *Ovidius XV. Metamorphoſ.*

Sic ubi terreno Lycus eſt epotus hiatu
Exſiſtit procul hinc, alioque renaſcitur ore.
Sic modo combibitur, tecto modo gurgite lapſus
Redditur Argolicis ingens Eraſinus in arvis.

Nam Vitruvius plures memorat lib. VIII. cap. III. *Haec maxime conſiderantur Athenis; ibi enim ex huiuſmodi locis, & fontibus, & in aſtyi, & ad portum Piraeeum ducti ſunt ſalientes, e quibus bibit nemo propter eam cauſam, ſed lavationibus, & reliquis rebus utuntur*. Ita & Martianus Capella, ubi de Athenis agit lib. VI. *Fontes ibi multi, inter quos Callirhoe praedicatur*. In his Panopis adpellatus; cuius meminit ſpeciatim Plato in Lyſide. Ε'πεὶ ϑ ἐγενόμην κατὰ τὴν πυλίδα, ᾗ ἡ Πάνοπϑ κρήνη ἐνταῦϑα συνέτυχον Ι'πποϑάλῃ. *Quum veniſſem autem ad portulam, ubi fons Panopis, in Hippothalem incidi*. Et Heſychius. Πάνοπψ ἥρως Α'ττικῆς. Ε'ϛι δὲ αὐτῦ κ) νεὼς κ) ἄγαλμα κ) κρήνη. *Panops heros Atticae, eſt autem eius templum, ſimulacrum, & fons*. Plinio quoque Aeſculapii memoratur; cui quae iniecta eſſent in Phalerico reddebantur lib. II. cap. CIII. *Subeunt terras, rurſuſque redduntur, Lycus in Aſia, Eraſinus in Argolica, Tigris in Meſopotamia, & quae in Aeſculapii fonte Athenis immerſa ſunt in Phalerico redduntur*.(b) Plures quoque in Piraeeo viſebantur poſt ingentem peſtilentiam, quae oborta bello Peloponneſiaco, illic ſtructi. Obſervare eſt apud Thucydidem, ubi peſtem hanc deſcribit lib. II. Καὶ τὸ πρῶτον ἐν τῷ Πειραιεῖ ἤψατο τῶν ἀνϑρώπων, ὥϛε καὶ ἐλέχϑη ὑπ' αὐτῶν ὡς οἱ Πελοποννήσιοι φάρμακα ἐςβεβλήκοιεν ἐς τὰ φρέατα· κρῆναι γὰρ ὔπω ἦσαν αὐτόϑι. *Ac primum in Piraeeo homines invaſit; ut & dictum ſit ab ipſis Peloponneſios venena in puteos iecisſe; necdum enim ibi loci fontes erant*. Sed dicendum Pauſaniae aetate, ceteris exſtinctis omnibus hunc dumtaxat reſtitiſſe; niſi ſic capias, non Pauſaniam imperitiae hic abſolverim.

CAP. XV.

Templa duo; unum Cereris Eleuſiniae, & Proſerpinae, Ε'λευσίνιον nuncupatum; alterum inſigne Triptolemi ſigno. In Eleuſinio malluvium erat, in quo manus abluebant templum ingreſſi. Equus aeneus a Simone dedicatus. Myſtae pueri imago, quem credebant eſſe Herculem. Votum illic nuncupare ullum nefas; ac facienti multa erat mille drachmae. Senatus quoque poſt peracta Eleuſinia convenire ibidem ſolitus. Navis item Panathenaica ad hoc uſque, & circum inde vehebatur. Immuri ſepulcrum. Arnobii locus emendatus. Ante alterum vero templum praeter Triptolemi ſimulacrum buculae quoque aeneae ſtatua ſpectabatur; & ſedentis Epimenidis, qui Vrbem luſtraverat. Fanum Eucleae. Theatrum Α'γριπωεῖον. Mercurii quadricipitis ſignum a Teleſarchide factum. Chryſippi ſtatua ſedentis, & iuxta eques, unde is Κρύψιππϑ dictus a Carneade.

SVpra fontem iſtum templa duo erant; unum Cereris, & Proſerpinae; alterum Tri-

Non aliter vero, ac de Aeſculapii fonte, de Alpheo in Arethuſam influente fabulati ſunt. *Ovidius V.* laudati Operis, ita Arethuſam loquentem inducit:

——— mihi pervia tellus
Praebet iter, ſubterque imas ablata cavernas
Hic caput adtollo, deſuetaque ſidera cerno.

Digitized by Google

Triptolemi ſignum illuſtre habebat. Pauſanias. Ναοὶ δὲ ὑπὲρ τὴν κρήνην, ὁ μὲν Δήμητρος πεποίηται, καὶ Κόρης· ἐν δὲ τῷ Τριπτολέμου νέμβρυόν ἐστιν ἄγαλμα. *Supra fontem templa exſtant, unum quidem Cereri, ac Proſerpinae ſtructum; in altero vero eſt Triptolemi ſimulacrum.* Ac prius quidem in honorem Cereri ſtructum, Eleuſiniae cognomento, Ἐλευσίνιον dicebatur. Pauſanias ſubiicit. Πρόσω δὲ ἰέναι με ὠρμημένον τῶνδε τῶ λόγου κὴ ὁπόσα ἐξήγησιν ἔχει τὸ Ἀθήνησιν ἱερὸν, καλούμενον δὲ Ἐλευσίνιον, ἐπέχει ὄψις ὀνείρατος. *Cupientem vero oratione perſequi, quaecumque de templo, cui nomen Eleuſinio, dici poſſunt, inhibet me viſio ſomnii.* Mentio eius apud Auctores plures obvia. Andocides in Orat. περὶ μυστηρίων. Κατηγόρησαν δέ μου κὴ περὶ τῆς ἱκετηρίας ὡς καταθείλω ἐγὼ ἐν τῷ Ἐλευσινίῳ. *Accuſabant vero me etiam de ſupplice libello, tamquam ego depoſuiſſem in Eleuſinio.* Et mox. Οἱ πρυτάνεις προσάξειν ἔφασαν αὐτὸν πρὸς τὴν βουλὴν ἀπαγγεῖλαί τ' ἐκέλευον ἐμοί τε καὶ Κηφισίῳ παρεῖναι εἰς τὸ Ἐλευσίνιον. *Prytanes dicebant ſe abducturos ipſum in Senatum, iubebantque denuntiari mihi, ac Cephiſio, ut in Eleuſinio adeſſemus.* Lyſias in Annocidem. Τὰδὲ ἐν τῷ Ἐλευσινίῳ ἱερῷ, κὴ τῆς ἑορτῆς ἐπιμελήσεται μυστηρίοις, ὅπως ἂν μηδεὶς ἀδικῇ, μηδὲ ἀσεβῇ, περὶ τὰ ἱερά. *Quod ad ea, quae in templo Eleuſinio feſtum in myſteriis curabit, ne quis iniuriam faciat, neve impie ſeſe gerat circa ſacra.* Thucydides lib. II. Οἱ δὴ πολλοὶ τά τε ἔρημα τῆς πόλεως ᾤκησαν, κὴ τὰ ἱερὰ κὴ τὰ ἡρῶα πάντα, πλὴν τῆς ἀκροπόλεως καὶ τοῦ Ἐλευσινίου. *Multi vacua Vrbis loca habitabant; fana etiam, & ſacella heroum omnium praeter arcem, atque Eleuſinium.* Plutarchus lib. de Exilio. Ὥσπερ τὸν Παρθενῶνα κὴ τὸ Ἐλευσίνιον, οὕτω κὴ τὸ θησεῖον ἅπαντες προσκυνοῦνται. *Quemadmodum Parthenonem, & Eleuſinium, ſic Theſeum quoque omnes venerantur.* Ac Malluvium in eo erat, in quo manus abluebant qui ingreſſi templum eſſent. Lyſias Orat. in Andocidem. Εἰσῆλθεν εἰς τὸ Ἐλευσίνιον, ἐχερνίψατο ἐκ τῆς ἱερᾶς χέρνιβος. *Ingreſſus eſt Eleuſinium, lavitque e ſacro malluvio.* Equus item aeneus erat a Simone dedicatus, qui de re equeſtri ſcripſit, & in baſi opera ſua etiam inſcripſit. Xenophon lib. περὶ ἱππικῆς. Ξυνέγραψε μὲν οὖν καὶ Σίμων περὶ ἱππικῆς, ὃς καὶ τὸν καλὰ τὸ Ἐλευσίνιον Ἀθήνησιν ἵππον χαλκοῦν ἀνέθηκε, κὴ ἐν τῷ βάθρῳ τὰ ἑαυτοῦ ἔργα ἐξετύπωσεν. *De re equeſtri igitur ſcripſit quidem etiam Simon, qui & equum ex aere Athenis iuxta Eleuſinium dedicavit, atque in baſi opera quoque ſua expreſſit.* Immo totam rem equeſtrem ibi expreſſerat. Hierocles in Hippiatricis. κὴ τὰ περὶ τὴ ἱπποτροφίαν ἐκ προγόνων παρειληφὼς σπουδάσματα τυγχάνῃς, τά τε Σίμωνος ἀκούειν τοῦ παλαιοῦ, ὃς ἱππασίας αὐτοῦ τρόπους ἐν τῷ παρ' Ἀθηναίοις Ἐλευσινίῳ χαράξαντος κὴ σημήναντος ἐν τοῖς σχήμασι. *Et equorum alendorum ſtudium a maioribus accepiſti, & Simonem veterem audis, qui equitationis ſuae modos Athenis in Eleuſinio expreſſit, ac figuris indicavit.* Meminitque huius Plinius, qui a Demetrio eum factum nobis tradidit lib. XXXIV. cap. VIII. *Idem (Demetrius fecit) equitem Simonem, qui primus de equitatu ſcripſit.* Vnde diſcere eſt non equum tantum hunc fuiſſe, verum etiam Simonem, qui dicabat, inſediſſe. Eſtque vero non abſimile, hic fuiſſe effigiem illam pueri Myſtae Eleuſinii, quem ferebant Herculem eſſe; cuius mentionem facit Dion Chryſoſtomus Orat. XXXI. Καὶ παρ' Ἀθηναίοις Ἐλευσινίου μύστου παιδὸς εἰκὼν οὐκ ἔχουσα ἐπιγραφήν, ἀλκέως εἶναι λέγουσιν Ἡρακλέα. *Et apud Athenienſes imago pueri Myſtae, quae inſcriptione caret, Herculis eſſe memoratur.* Porro vota nuncupare illic nefas. Inde eſt illud in citatis paulo ante Andocidis verbis. Κατηγόρησαν δέ μου κὴ περὶ τῆ ἱκετηρίας ὡς καλαθείλω ἐγὼ ἐν Ἐλευσινίῳ. *Accuſabant vero me etiam de voto, tamquam ego in Eleuſinio nuncupaſſem.* Qui feciſſet, ei mulcta perſolvenda mille drachmae. Andocides ibidem. Ἡ δὴ στήλη παρ' ᾗ ἔστηκας, χιλίας δραχμὰς κελεύει ὀφείλειν ἐάν τις ἱκετηρίαν θῇ ἐν τῷ Ἐλευσινίῳ. *Columna vero, cui adſtas mille drachmis mulctari iubet, ſiquis votum in Eleuſinio nuncupaverit.* Ac ſenatus poſtridie Eleuſiniorum, convocante ipſum Rege, convenire illic ſolitus; de iis nempe cogniturus, qui in ſacra commiſiſſe delati eſſent; idque ex Solonis lege. Obſervo apud eumdem Andocidem in eadem Oratione. Ἐπειδὴ γὰρ ἤλθομεν Ἐλευσινόθεν κὴ ἡ ἔνδειξις ἐγεγένητο προσῆκε ὁ βασιλεὺς περὶ ᾗ γεγενημένων ἐν Ἐλευσῖνι κατὰ τὴ τελετὴν, ὥσπερ ἔθος ἐστίν. Οἱ δὲ πρυτάνεις προσάξειν ἔφασαν αὐτὸν πρὸς τὴν βουλὴν, ἀπαγγεῖλαί τ' ἐκέλευον ἐμοί τε καὶ Κηφισίῳ παρεῖναι εἰς τὸ Ἐλευσίνιον. Ἡ γὰρ βουλὴ ἐκεῖ καθεδεῖσθαι ἔμελλε κατὰ τὸν Σόλωνος νόμον, ὃς κελεύει τῇ ὑστεραίᾳ τῶν μυστηρίων ἕδραν ποιεῖν ἐν τῷ Ἐλευσινίῳ. *Quum Eleuſine advenisſemus, ac delatio facta eſſet, acceſſit rex eorum cauſa, quae Eleuſine facta eſſent, dum myſteria celebrantur, ut mos obtinet. Prytanes vero dicebant ſe abducturos ipſum in ſenatum; iubebantque denuntiari mihi, ac Cephiſio, ut in Eleuſinio adeſſemus; ſiquidem illic ſeſſurus erat Senatus ex Solonis lege; quae iubet poſtridie myſteriorum conſeſſum in Eleuſinio habere.* Navis quoque Panathenaica ad hoc uſque vehebatur. Suidas in πέπλος. παρὰ Ἀθηναίοις πέπλος τὸ ἄρμενον τῆς Παναθηναϊκῆς νεὼς, ἣν οἱ Ἀθηναῖοι κατεσκεύαζον τῇ Ἀθηνᾷ διὰ τετραετηρίας. ἧς καὶ τὴν πομπὴν διὰ τοῦ Κεραμεικοῦ ἐποίουν μέχρι τοῦ Ἐλευσινίου. *Apud Athenienſes peplus eſt velum navis Panathenaicae; quam illi quarto quoque anno Minervae apparabant, ducebantque per Ceramicum uſque ad Eleuſinium.* Vide quae notata mihi hac de re lib. *de Panathenaeis* ſingulari cap. XIX. Intra ſeptum Immarus ſepultus erat. Clemens in Protreptico. Ἴμμαρος δὴ ὁ Εὐμόλπου κὴ Δαείρας οὐχὶ ἐν τῷ περιβόλῳ τοῦ Ἐλευσινίου, τοῦ ὑπὸ τῇ ἀκροπόλει, κεκήδευται; *Immarus vero Eumolpi, & Dairae filius, nonne in ſepto Eleuſinii, quod ſub arce, eſt ſepultus?* Quem locum male ſic expreſſit Arnobius lib. VI. *Dairas & Immarnachus fratres (conditi ſcribuntur) in Eleuſinis conſepto, quod civitati ſubiectum eſt.* Et ſcribendum omnino cenſeo; *in Eleuſinii conſepto.* Nam in Clemente eſt, ἐν τῷ περιβόλῳ τοῦ Ἐλευσινίου. Atque haec de Eleuſinio. Ante alterum autem templum, ante quod Triptolemi

Digitized by Google

lemi esse signum diximus, bucula etiam aenea stabat, instar victimae immolandae adornata. Pausanias. Πρὸ τῦ ναοῦ τῦδε ἔνϑα καὶ τοῦ Τριπτολέμυ τὸ ἄγαλμά ἐςι βῦς χαλκῦς, οἷα ἐς ϑυσίαν ἀγόμυ@· *Ante huius templi fores, ubi & Triptolemi signum, bos ex aere est tamquam ad immolandum abductus*. Prope erat statua sedentis Epimenidis, qui Vrbem lustraverat. Pausanias. Πεποίηταί τε καθήμυ@· Ἐπιμυλίδης Κνώσιος, ὃν ἐλϑόντα ἐς ἀγρὸν κοιμᾶϑαι λέγυσιν ἐσελϑόντα ἐς σπήλαιον. ὁ δὲ ὕπν@· ἐ πρότερον ἀνῆκεν αὐτὸν πρὶν ἢ οἱ τεσσαρακοσὸν (a) ἔτ@· γενέαις καθεύδονλι· καὶ ὕςερον ἔπη τε ἐποίῃ, καὶ πόλεις ὠνάϑηρεν ἄλλας τε καὶ τὴν Ἀϑηναίων. *Factus quoque sedens Epimenides Gnosius; quem quum in agrum exiisset, in spelunca obdormivisse ferunt; nec dimisit eum somnus, nisi post annum quadragesimum; inde carmina conscripsit, ac Vrbes lustravit cum alias, tum Athenienses*. Denique paulo longius fanum Eucleae visebatur, e manubiis Persarum, qui Marathonem occupaverant, dedicatum. Pausanias. Ἔτι δὲ ἀπωτέρω, ναὸς Εὐκλείας· ἀνάϑημα καὶ τοῦτο ἀπὸ Μήδων, οἱ τὴν χώραν Μαραϑῶνα ἔσχον. *Inde vero paulo longius Eucleae fanum est; etiam illud dedicatum e manubiis Medorum, qui Marathonem occupaverant*. Hactenus Pausanias. Sed theatrum quoque omittit ab Agrippa aedificatum, & Ἀγριππεῖον nuncupatum. Meminit Philostratus in Alexandro Sophist. lib. II. Ξυνελέγοντο μὲν δὴ ἐς τὸ ἐν τῷ Κεραμεικῷ ϑέατρον, ὃ δὴ ἐπωνόμασο Ἀγριππεῖον. *Congregantur in theatro, quod in Ceramico, & Agrippeum adpellatum est*. Iterumque in Philagro. Ταῦτα μὲν δὴ ἐν τῷ Ἀγριππείῳ ἐπράχϑη. *Atque haec quidem in Agrippeo gesta sunt*. Erat Mercurii quoque signum Quadricipitis. (b) Τετρακέφαλ@· Ἑρμῆς ἐν τῇ τριόδῳ τῇ Κεραμεικῇ ὕ ἱδρύτο. *Quadriceps Mercurius in trivio Ceramici positus erat*. In Anthologia Epigrammatum talis quaedam inscriptio legitur. Τὸ ἐπὶ τῷ ἀγάλματι Ἑρμοῦ τετρακεφάλου τοῦ ἐν Κεραμεικῷ. *Quod (inscriptum) simulacro Mercurii quadricipitis in Ceramico constituti*. Ipsum autem Epigramma, unde cognoscitur Telesarchidis opus fuisse, ita habet.

Ἑρμῆ τετρακέφαλε, καλὸν Τελεσαρχίδου Ἔργον,
Πάνϑ' ὁράᾳς.

Mercurii quadriceps pulcrum Telesarchidis opus.

Omnia vides.

Chrysippi item statua commemoratur, cui eques prope adstabat; unde & Κρίψιππ@· adpellatus a Carneade. Diogenes Laertius in eius Vita lib. VII. Ἦν δὲ καὶ τὸ σωμάτιον εὐτελές· ὡς δῆλον ἐκ τοῦ ἀνδριάντος τοῦ ἐν Κεραμεικῷ· ὃς σχεδόν τι ὑποκέκρυπται τῷ πλησίον ἵππῳ, ὅϑεν αὐτὸν ὁ Καρνεάδης Κρύψιππον ἔλεγεν. *Erat vero, & corpusculum exile, ut ex statua in Ceramico manifestum; quae propemodum occultabatur ab adstante iuxta equite; unde & Crypsippum eum Carneades dicebat*. Erat vero sedentis porrecta manu. Cicero de Fin. lib. I. *Athenis, ut a patre audiebam facete, & urbane Stoicos irridente, statua est in Ceramico Chrysippi, sedentis porrecta manu.*

CAP. XVI.

Forum vetus, eiusque descriptio. Statuae illic verum suo loco positae; neque enim ubique eas ponere licitum, nec quibusvis. In his Solonis; item cuiusdam sedentis, qui victoriam Clisthenis abiudicaverat; tum Timothei, Cononis, Diphili, Berisadis, Satyri, Gorgippi, Demadis, Chabriae, & Mercurii denique plurimae. Ara Matris Deum; Apollinis etiam, & duodecim deorum, a Pisistrato nepote dedicata, moxque in maius ab Athenienси populo aedificata. Aquiminalia, intra quae procedere, quibus interdictum. Platani a Cimone positae, in quibus una, ad quam suspensa tabella Τῶν Γυναικονόμων. *Item populus quaedam nigra, e qua appensae sycophantarum tabellae. Lapis, ad quem iurari solitum a Senatoribus, & Thesmothetis. Sagittarii, qui* Τοξόται *adpellati, habitare in medio soliti; inde in Areopagum abducti. Illi quot, & quonam ministerio functi.* Σκύϑαι *etiam, &* Πευσίνιοι *a Peusine, a quo instituti erant nuncupati. Suidas correctus. Locus rebus venalibus suus constitutus; isque sub tabernis habitus. Tributum eius nomine datum, idque quibus. Peregrini eo prohibiti. Quando illic frequentissimi convenerint.* Πλήϑουσα ἀγορά. *Mercenarii qui ferendis domum rebus emtis operas suas elocabant.* Πρόψκοι, Παιδαριῶνες, Παιδῶνες. *Eustathius emendatus. Theophrastus explicatus. Quaestum hic factum nulli exprobrare omnino, uti nec mentiri licitum. Partes eius a venalibus illic rebus nominatae.* Κύκλος. Ἰχϑυόπωλις ἀγορά. Γυναικεῖα ἀγορά. Τῦψον. Τὰ μῦρα. Ὁ χλωρὸς τυρός. Ὁ οἶν@·. Τὸ ἔλαιον. Αἱ χύτραι. Τὰ σκόροδα. Τὰ κρόμμυα. Ὁ λιβανωτός. Τὰ ἀρώματα. Τὰ γέλγη. Τὰ μῆλα. Τὰ κάρυα. Τὰ ἀκρόδρυα. Τὰ μετκόνια. Ἀγορὰ ἱματιόπωλις, & Στεφάνωλις. Ἀγορὰ ἀρχαῖα. *Ara quoque Humanitatis. Veneris* τῆς Πανδήμυ *templum a Solone dedicatum; item AEaci.* Ἐρετρία, *forum novum. Ara Misericordiae ante Heraclidarum tempora. Scholiastes Aristophanis emendatus. Statii error indicatus. Quamdiu permanserit. Statua Lolliani. Forum equarium.* Οἱ ἵπποι. Ἀγορὰ Ἀργείων. Ἀγορὰ ϑεῶν. Ἀγορὰ Κερκώπων. Βιβλιοϑῆκαι. Μετοίκιον.

ILlud autem est mirandum fori mentionem omittere. Atqui istud longe maximum istic fuit; idque inde manifestum, quod Demosthenis quidem statua, quam in Ceramico supra e Pausania memoravi, a Plutarcho in eius vita in foro collocata dicitur. Lycurgi quoque Rhetoris statua a Pau-

(a) *Diogenes Laertius* in *Epimenide*, eum LVII. annos dormivisse scribit, sicut & *Plinius Lib. VII. Cap. LII.* Huic fabellae subnecti par est, quod *Metaphrastes, Nicephorus, Cedrenus, Gregorius Turonensis, & Sigebertus* literis mandaverunt, Ephesi scilicet septem viros Christianos a Decii temporibus usque ad ultimam Theodosii Iunioris aetatem specu clausos dormiisse. Quid simile de aliis Septem Dormientibus in Germania scribit *Paulus Diaconus Lib. I. De Gestis Longobard. Cap. III.*

(b) Vide *Lib. III. Athenar. Attic. Cap. VIII.*

Digitized by Google

Pauſania in Ceramico memoratur a Plutarcho in eius Vita, in Ceramico, in decreto in hanc rem facto, quod ſubiungit in foro ponitur. Statuae item Ariſtogitonis, & Harmodii a Pauſania in Ceramico referuntur; & in foro a Luciano, ut ſupra a me oſtenſum. Quin Plutarchi etiam locus ſatis manifeſte indicat in vita Sullae, ubi de caede in foro facta ita narrat. Οἱ περὶ τὴν ἀγορὰν φόνος ἔπεσχε πάντα τὸν ἐντὸς τοῦ Διπύλου Κεραμεικόν. *Quae in foro facta caedes Ceramicum intra Dipylum totum implebat.* Et iſte Livii lib. xxxi. *Vi aperta propalam uſurus quando parum dolus profuerat, ad Dipylum acceſſit. Porta ea velut in ore urbis poſita, maior aliquanto patentiorque, quam ceterae eſt, & intra eam, extraque latae ſunt viae; ut & oppidani dirigere aciem a foro ad portam poſſent.* Sed Pauſaniae aetate non amplius illic erat, ac translatum in alium locum quem Ἑρετρίαν vocabant, ut mox dicam. Sane autem nullo modo omittendum, quum id rerum praeclararum pene omnium monumenta continuerit. AEſchines dicit Orat. in Cteſiphontem. Ἁπάντων ὑμῖν τῶν καλῶν ἔργων τὰ ὑπομνήματα ἐν τῇ ἀγορᾷ ἀνάκειται. *Omnium vobis rerum praeclararum monumenta in foro collocata exſtant.* In primis ſtatuae plurimae erant, ſed ſuo loco, nam hoc ſciendum, non ubique collocari licuiſſe. Indicant decreti verba in Licurgi Oratoris honorem facti, quod ſubiungitur a Plutarcho lib. de X. Rhet. Ἀγαθῇ τύχῃ δεδόχθαι τῷ δήμῳ ἐπαινέσαι μὲν Λυκοῦργον Λυκόφρονος Βουτάδαι ἀρετῆς ἕνεκα, καὶ δικαιοσύνης· καὶ εἶναι αὐτῷ τὸν δῆμον χαλκῆν εἰκόνα ἐν τῇ ἀγορᾷ, πλὴν εἴ τῳ ὁ νόμος ἀπαγορεύῃ μὴ ἰσάναι. *Quod bene vertat, viſum populo laudare Lycurgum Lycophronis Butadem virtutis ergo, & iuſtitiae, quin & Statuam ex aere collocare ipſi populum in foro quovis loco; niſi ſicubi lex prohibeat ne ponatur.* Nec quibuſvis etiam licuit. Illis enim interdictum, quorum patres ibi ſtatuam haberent, primuſque is honos Timotheo datus ut cum patre, ut iuxta eum poneretur. AEmilius Probus in eius vita. *Timotheo publice Statuam in foro poſuerunt, qui honos huic uni ante hoc tempus contigit, ut, cum populus patri Statuam poſuiſſet, filio quoque daret.* Erat autem illic plurimas videre, inter quas Solonis etiam. Demoſthenes in Ariſtogitonem Orat. II. Καὶ (παν δεινόν ἐστι) τὸν μὲν γράψαντα τοὺς νόμους Σόλωνα ψηφίσασθαι χαλκοῦν ἐν τῇ ἀγορᾷ στῆσαι, αὐτῶν δὲ τῶν νόμων ὀλιγωρεῖντας φαίνεσθαι, δι' οὓς κἀκεῖνον ὑπεξαλλόντως συμβέβηκε τιμᾶσθαι. *Ac (omnino quidem grave eſt) Solonis, qui leges ſcripſit, Statuam ex aere in foro ponendam decreviſſe; ipſarum vero legum, propter quas illum eximie honorari contigit, negligentes conſpici.* Quem Demoſthenis item locum profert Apſines lib. de Arte Rhetor. cap. περὶ ἐνθυμημάτων, ac mox iterum cap. περὶ νομίμου. AElianus Var. Hiſt. lib. VIII. cap. XVI. Ὁ δ' ἐν Σόλων ὀλίγον ὕστερον ὑπέργηρως ὢν τὸν βίον ἐτελεύτησεν· ἐπὶ σοφίᾳ, καὶ ἀνδρείᾳ μεγάλην ἀπολιπὼν δόξαν, καὶ ἀνέσησαν αὐτῷ χαλκῆν εἰκόνα ἐν τῇ ἀγορᾷ. *Solon autem ſenio gravis diem obiit magna ſapientiae, & virtutis relicta gloria, Statuaque ei poſita eſt in foro.* Erat quoque cuiusdam ſedentis, qui victoriam Cliſtheni olim abiudicaſſe ferebatur. Ariſtoteles Politic. lib. v. cap. XII. Λέγεται γὰρ Κλεισθένης τὸν ἀποκρινάμενον τῆς νίκης αὐτὸν, ὡς ἐξεφάνωσεν· ἔνιοι δ' εἰκόνα φασὶν εἶναι τοῦ κρίναντος ὕστερον τὸν ἀνδριάντα τὸν ἐν τῇ ἀγορᾷ καθήμενον. *Quare dicitur Cliſthenes, qui victoriam ab ipſo abiudicaverat, corona donaſſe; nonnulli vero effigiem eius, qui ita iudicaverat, eſſe aiunt Statuam in foro ſedentis habitu poſitam.* Cononis item, & Timothei eius filii. AEmilius Probus in citato ſtatim loco. *Cuius laudibus, ut memoria maneret, Timotheo publice Statuam in foro poſuerant. Qui honos huic uni ante hoc tempus contigit, ut, quum populus patri Statuam poſuiſſet, filio quoque daret. Sic iuxta poſita recens filii veterem patris (Cononis) renovavit memoriam.* Etiam Diphili, Beriſadis, Satyri, & Gorgippi. Dinarchus Orat. in Demoſthenem. Εἰπατέ μοι πρὸς Διός, ὦ ἄνδρες, προῖκα τοῦτον οἴεσθε γράψαι. Διφίλῳ τὴν ἐν Πρυτανείῳ σίτησιν, καὶ τὴν εἰς τὴν ἀγορὰν ἀναβησομένῳ εἰκόνα; ἢ τοι χαλκοῦς ἐν ἀγορᾷ καθεσταναι Βηρισάδην καὶ Σάτυρον, καὶ Γόργιππον. *Dicite mihi per Iovem, o viri, gratiſne exiſtimatis decreviſſe eum Diphilo victum in Prytaneo, & Statuam in foro collocandam? aut ut aenei in foro ponerentur Beriſades, & Satyrus, & Gorgippus?* Demadis quoque Dinarchus idem poſtea in eadem Oratione. Ἀλλὰ περιεῖδες αὐτὸν (τὸν Δημάδην) ἐν τῇ ἀγορᾷ χαλκοῦν καθέντα. *Sed æream ei (Demadi) Statuam erigi paſſus es in foro.* Ac decreti de ea collocanda facti meminit Apſines lib. de Art. Rhet. cap. περὶ προσωποποιίας. Ἐγράφη μὲν ψήφισμα χαλκοῦν εἰκόνος τῷ Δημάδῃ. ὁ δὲ κατηγορεῖ τοῦ ψηφίσματος, ὅσα ἦν αὐτῷ διὰ πολλῶν εἰρημένα κατὰ τὴν κατασκευὴν τοῦ ὅτι μὴ ἦν ἀξιος τῆς τιμῆς τυχεῖν. Item Chabriae, & quidem obnixo genu ſcuto; quo ſtatu quum pugnare militem docuiſſet, Ageſilaum regem vicerat. AEmilius Probus in eius vita c. 1. *Phalangem loco vetuit cedere; obnixoque genu ſcuto, proiectaque haſta, impetum excipere hoſtium docuit. Hoc uſque eo in Graecia fama celebratum eſt, ut illo ſtatu Chabrias ſibi Statuam fieri voluerit, quae publice ei ab Athenienſibus in foro conſtituta eſt.* Mercurii ſimulacra plurima. Xenophon in Hipparchico. Ὅσων ἱερὰ καὶ ἀγάλματα ἐν τῇ ἀγορᾷ ἐστι, ταῦτα ἁρξάμενοι ἀπὸ τοῦ ἑρμοῦ, κύκλῳ περὶ τὴν ἀγορὰν καὶ τὰ ἱερὰ, περιελαύνοιεν. *Quorumcumque fana, & ſigna ſunt in foro, ea, facto a Mercuriis initio, undique cum ipſo foro, atque fanis circumequitent.* Ad haec arae ſpectabantur, & in iſtis Matris Deum. AEſchines Orat. in Timarchum. Τῇ δὲ ὑστεραίᾳ ὑπεραγανακτήσας τῷ πράγματι Πιττολάκας ἔρχεται γυμνὸς εἰς τὴν ἀγορὰν, καθίζει ἐπὶ τὸν βωμὸν τὸν τῆς μητρὸς τῶν θεῶν. *Poſtero die Pittalacas indignatus facinus, nudus in forum prodit, conſidetque in ara Matris Deum.* Item Apollinis. Plutarchus in Lycurgo lib. de X. Rhet. Ἔγραψε δὲ καὶ Νεοπτόλεμον Ἀντικλέους στεφανῶσαι, καὶ εἰκόνα ἀναθεῖναι ὅτι ἐπηγγείλατο χρυσώσειν τὸν βωμὸν τοῦ Ἀπόλλωνος ἐν τῇ ἀγορᾷ κατὰ τὴν μαντείαν τοῦ θεοῦ. *Scivit quoque, ut Neoptolemo*

Digitized by Google

lemo Anticlis F. corona daretur, statuaque poneretur; quod promisisset se aram Apollinis in foro inauraturum, ex oraculo Dei. Etiam duodecim deorum, quam, quum archon esset Pisistratus, Hippiae tyranni filius, dedicavit. Thucydides lib. VI. Καὶ ἄλλοι τε αὐτῶν ἦρξαν τὴν ἐνιαύσιον Ἀθηναίοις ἀρχήν, καὶ Πεισίστρατος ὁ Ἱππίου τοῦ τυραννεύσαντος υἱὸς, τοῦ πάππου ἔχων τὄνομα. Οὗς τὸ δώδεκα θεῶν βωμὸν, τὸν ἐν τῇ ἀγορᾷ, ἄρχων ἀνέθηκε. *Quum alii ex ipsis annuum Athenis magistratum tenuerunt, tum Pisistratus, Hippiae tyranni F. avi nomine adpellatus; qui duodecim Deorum aram, quae in foro, magistratu annuo fungens dedicavit.* Meminit huius arae etiam Plutarchus in Demosthene lib. de X. Rhet. Κεῖται δ' εἰκὼν πλησίον τοῦ περισχοινίσματος καὶ τοῦ βωμοῦ τοῦ δώδεκα θεῶν. *Posita est statua prope septum fune locum, & duodecim Deorum aram.* Iterum in Nicia. Ἥ τε τῶν Ἑρμῶν περικοπὴ καὶ τὸ πραχθὲν περὶ τὸν βωμὸν τῶν δώδεκα θεῶν. *Et Mercuriorum mutilatio, & res gesta ad duodecim deorum aram.* Herodotus lib. VI. Οἱ δ' οὐκ ἠπίσηταν ἀλλ' Ἀθηναίων ἱερὰ ποιεύντων τοῖσι δώδεκα θεοῖσι, ἱκέται ἑζόμενοι ἐπὶ τὸν βωμὸν, ἐδίδοσαν σφέας αὐτούς. *Ipsi vero fidem minime denegarunt; sed quum sacra Athenienses diis duodecim facerent, supplices in ara sedentes semetipsos dediderunt.* Lycurgus in Orat. adversus Lesbonactem. Τίς γὰρ οὐ μέμνηται τῶν πρεσβυτέρων, ἢ τῶν νεωτέρων οὐκ ἀκήκοε, Καλλίστρατον οὐ θάνατον ἡ πόλις κατέγνω, τοῦτον φυγόντα καὶ τοῦ Θεοῦ τοῦ ἐν Δελφοῖς ἀκούσαντα, ὅτι ἂν ἔλθῃ Ἀθήναζε, τεύξεται νόμων ἀφικόμενον καὶ ἐπὶ τὸν βωμὸν τῶν δώδεκα θεῶν καταφυγόντα, καὶ οὐδὲν ἧττον ὑπὸ τῆς πόλεως ἀποθανόντα. *Nam quis, aut seniorum non meminit, aut iuniorum non audivit, Callistratum morti ab Vrbe damnatum quum fugisset, atque ex Deo Delphis accepisset, si reverteretur Athenas, legum compotem futurum, mox reversum, & in ara duodecim deorum considentem, nihilominus morte affectum?* Atque hanc aram postea populus Athenienſis in maius exstruxit, & inscriptionem induxit, quam tyrannus adposuerat. Thucydides loco citato. Καὶ τῷ μὲν ἐν τῇ ἀγορᾷ (τῶν δώδεκα θεῶν βωμῷ) προσοικοδομήσας ὕστερον ὁ δῆμος Ἀθηναίων μεῖζον μῆκος, ἠφάνισε τὸ ἐπίγραμμα. *Et quidem illam, quae in foro est (duodecim deorum aram) populus Athenienſis postea quum in maius exstruxisset, delevit inscriptionem.* Et populus illic nigra erat, unde tabellas sycophantae suspendebant. Hesychius in Α' π' αἰγείρων. Ἀνδροκλέα τὸν ἀπ' αἰγείρων, ἀντὶ τῶν συκοφαντῶν. Ἐπειδὴ ἐκ τῆς ἐν τῇ ἀγορᾷ αἰγείρου τὰ πινάκια ἐξῆπτον. *Androclem a nigris populis, idest, sycophantis; siquidem ex nigra populo, quae in foro, tabellas suspendebant.* Item lapis, in quo iusiurandum dabant senatores, & Thesmothetae, sese leges servaturos. Plutarchus in Vita Solonis. Κοινὸν μὲν ὃν ὤμνυεν ὅρκον ἡ βουλὴ τοὺς Σόλωνος νόμους ἐμπεδώσειν, ἴδιον ἕκαστος τῶν θεσμοθετῶν ἐν ἀγορᾷ πρὸς τῷ λίθῳ. *Commune quidem iusiurandum senatus dabat, Solonis se leges conservaturum; ac privatum Thesmothetarum unusquisque in foro ad lapidem.* Vide plura in hanc rem notata mihi Attic. Lect. lib. I. cap. VI. Olim & ministri publici, qui Τοξόται adpellati, quasi *Sagittarios* dicas (a), numero mille in tentoriis, quae in medio posita erant, habitabant. Suidas. Τοξόται οἱ δημόσιοι ὑπηρέται, φύλακες τοῦ ἄστεος, τὸ ἀριθμὸν χίλιοι, οἵ τινες πρότερον μὲν ᾤκουν τὴν ἀγορὰν μέζω σκιροποιησάμενοι· ὕστερον δὲ μετέβησαν εἰς Ἄρειον πάγον. *Sagittarii ministri publici, custodes Vrbis numero mille, qui prius quidem in medio foro factis illic tabernaculis habitabant, postea vero in Areopagum transierunt.* Quae totidem verbis Scholiastes Aristophanis Acharnensibus. Illi ipsi dicebantur etiam Σκῦθαι, & Πευσίνιοι, a Peusine, a quo primum instituti. Aristophanis Scholiastes loco citato. Ἐκαλοῦντο δέ τινες (οἱ Τοξόται) καὶ Σκῦθαι, καὶ Πευσίνιοι, Πευσῖνος, τινὸς τῶν πάλαι πολιτευομένων, συντάξαντος τὰ περὶ αὐτούς. *Vocabantur hi (Sagittarii) etiam Scythae, & Peusinii, quia Peusin quidam ex iis, qui olim Vrbem administrarunt, ordinem illorum instituisset.* Suidae verba hic corrupta. Ἐκαλοῦντο δὲ οὗτοι καὶ Σκῦθαι, καὶ Σπευσίνιοι, ἀπὸ Σπευσίνου τινός. *Vocabantur vero hi etiam Scythae, & Speusinii a Speusino quodam.* Pollux lib. VIII. cap. X. Οἱ μέν τοι πρὸ τῶν δικαστηρίων καὶ τῶν ἄλλων συνόδων, δημόσιοι ὑπηρέται, οἷς ἐπέτακτο ἀνείργειν τοὺς ἀκοσμοῦντας, καὶ τοὺς ἃ μὴ δεῖ λέγοντας ἐξαίρειν, καὶ Σκῦθαι ἐκαλοῦντο, καὶ Τοξόται, καὶ Πευσίνιοι, ἀπὸ τοῦ πρώτου συντάξαντος τὴν περὶ αὐτοὺς ὑπηρεσίαν. *Ac qui quidem ante tribunalia, conventusque alios publici ministri, quibus iniunctum erat immodestos prohibere, & indecora dicentes tollere, Scythae vocabantur, & Sagittarii, & Peusinii, ab eo, qui primus ministerium eorum instituit.* Vbi vides, quod eorum ministerium idem fuerit. Hesychius de iis strictim. Τοξόται οἱ δημόσιοι ὑπηρέται. *Sagittarii ministri publici.* Meminitque sagittariorum istorum Aristophanes Acharnensibus:

ΚΗ. οἱ τοξόται.
ΑΜ. Ὦ Τριπτόλεμε, καὶ Κελεοῖ, περιόψεσθέ με;
CE. *Sagittarii.*
AM. *O Triptoleme, & Celee, mene vos negligetis?*

Et in Lysistrata.

ΠΡ. Ἰδοὺ γ' ἐπιχέω. Ποῦ 'στιν ἕτερος τοξότης; Ταύτῃ προτέραν ξύνδησον, ὅτι μὴ καλεῖ.
PR. *Ecce, incacavi, ubi est alter sagittarius? Hanc priorem vincias quae sic garrit.*

Et mox.

ΠΡ. Οἴμοι κακοδαίμων, ἐπιλέλοιφ' ὁ τοξότης, Ἀτὰρ οὐ γυναικῶν οὐδέποτ' ἐσθ' ἡττητέα Ἡμῖν. ὁμόσε χωρῶμεν αὐλαῖς, ὦ Σκύθαι, Ξυνλαξάμενοι. ΛΥ. νὴ τὼ θεὼ γνώσεσθ' ἄρα Ὅτι κἀπ' ἡμῖν εἰσι τέσσαρες λόχοι Μαχίμων γυναικῶν ἔνδον ἐξωπλισμένων.
ΠΡ. Ἀποστρέφετε τὰς χεῖρας αὐτῶν, ὦ Σκύθαι.
PR. *Hei me miserum, hic deest sagittarius. Sed non oportet feminis sic cedere Nos; simul cum illis incedamus, o Scythae,*

In-

(a) Galli non dissimili nomine huiusmodi Ministros *Archers* vocant, a Ludovico XI. Lutetiae institutos, ut *Philippus Cominaeus* scribit.

Inſtructo ordine. LV. Per deos cognoſcetis igitur
Quod & intus apud nos ſint quatuor cobortes
Pugnacium feminarum armatarum

PR. *Avertite manus ipſarum, o Scythae.* Libanius declam. XIV. Ἦλθον οἱ τοξόται τρέχοντες ἀπὸ τῆς ἐκκλησίας. εἶδόν με ἐπὶ τῷ βωμῷ καθήμενον. ἔκλαυσαν πρότερον, εἶτ' ἀπήγγελαν, ἃ ἐκ ἂν ἠβούλοντο, ἀνάστα, ὦ Δημόσθενες, καὶ τοῖς πρέσβεσι δεδεμένοις ἕπου. *Venerunt ſagittarii currentes a concione. Viderunt me ſedentem in ara. Flerunt prius, inde denuntiarunt, quae nolebant, ſurge o Demoſthenes, & legatos vinctus ſequere.* Iidem Σκύθαι uti dixi nuncupati; & ita vocantur in citatis Comici verbis:

— ὁμόσε χωρῶμεν αὐταῖς ὦ Σκύθαι.
— *ſimul cum illis incedamus, o Scythae.*

Et mox iterum.

Ἀποστρέφετε τὰς χεῖρας αὐτῶν, ὦ Σκύθαι.
Avertite manus ipſarum, o Scythae.

Atque haec hactenus, quae ad fori quaſi ornamentum erant; nunc ad uſum veniamus, qui vendendis rebus omnibus, uti notum. Ac qui res venales haberent, non quem vellent locum ſibi capiebant, ſed ſtatutum quiſque habebant. Obſervo apud Platonem de leg. lib. XI. Ὅσα ἢ διὰ τῆς ὠνῆς ἢ καὶ πράσεως, ἀλλάττεται τις ἕτερος ἄλλῳ διδόντα ἐν χώρᾳ τῇ τεταγμένῃ ἑκάστοις κατ' ἀγοράν, μὴ δεχόμενον ἐν τῷ παραχρῆμα τιμήν, ἕπως ἀλλάττεσθαι, ἄλλοι δὲ μηδαμῆ. *Quaecunque emtione, aut venditione permutantur, conſtituto unicuique in foro loco, pretioque ſtatim accepto, non alibi permutentur.* Illic autem tabernas conſtituebant, & ſub iſtis merces ſuas exponebant. Hinc Demoſthenes in Orat. pro Cteſiphonte. Τούς τε ἐκ τῶν σκηνῶν τὴν ἀγορὰν ἐξέργον καὶ τὰ γέρρα ἐνεπίμπρασαν. *Eoſque, qui in foro agebant, e tabernis expellebant, & crates incendebant.* Harpocration in Σκιρίτης. Ἐν σκιραῖς ἐπιπράσκετο τὰ πολλὰ τῶν ὠνίων. *In tabernis vendebantur plurimae rerum venalium.* Et pro fori iure ſingulis perſolvendum aliquid erat. Ariſtophanes Acharnenſibus.

Ἀγορᾶς τέλος ταύτην γέ τοι δώσεις ἐμοί.
Pro fori tributo hanc daturus es mihi.

Vbi vetus Scholiaſtes. Ἔθος ἦν τὸ παλαιόν, ὡς καὶ μέχρι τοῦ νῦν τοὺς ἐν τῇ ἀγορᾷ πιπράσκοντας τέλος διδόναι τῆς ἀγορᾶς τοῖς λογισταῖς. *Mos olim erat, ut etiamnum, qui in foro vendunt quidpiam, tributum dare iis, qui fori rationibus praefecti erant.* Nulli autem peregrino quaeſtum facere hic licebat. Demoſthenes Orat. in Eubulidem. Ἡμεῖς δ' ὁμολογοῦμεν μὲν ταινίας πωλεῖν, καὶ ζῆν ἐκ ὅν τινα τρόπον βουλόμεθα, καὶ εἴ σοι ἐστὶ τοῦτο σημεῖον, ὦ Εὐβουλίδη, τὸ μὴ Ἀθηναίους εἶναι ἡμᾶς· ἐγώ σοι τοῦτο ὅλως τοὐναντίον ἐπιδείξω. ὅτι ἐκ ἔξεστι ξένῳ ἐν τῇ ἀγορᾷ ἐργάζεσθαι. *Nos quidem fatemur faſcias nos vendere, neque vivere quomodo vellemus, ac ſi hoc tibi ſignum eſt, o Eubulide, nos non eſſe Athenienſes, contrarium tibi eius rei omnino oſtendam; ſiquidem non licet cuiquam peregrino in foro operari.* Conveniebant autem illic frequentiſſimi, ac potiſſimum hora tertia, idque tempus Πλήθουσα ἀγορὰ dicebatur. Suidas. Πλήθουσα ἀγορὰ· ὥρα τρίτη. *Plenum forum, hora tertia.* Sed non conſtat ipſe ſibi, alibi enim quartam, quintam, & ſextam dicit. Περὶ πλήθουσαν ἀγοράν. περὶ ὥραν τετάρτην, ἢ πέμπτην, ἢ ἕκτην. Τότε γὰρ μάλιστα πλήθει ἡ ἀγορά. *Circa plenum forum circa horam quartam, aut quintam, & ſextam, tunc enim maxime plenum eſt forum.* Erantque plurimi, qui mercede quae a quoquam emta eſſent, domum ferrent; qui Πρόνοιοι adpellati. Etymologici Auctor. Προνοίκους, σημαίνει τοὺς ὑβριστάς. ἢ τοὺς ἄνδρας τοὺς ἱσταμένους ἐν τῇ ἀγορᾷ καὶ φέρονταις τὰ ὤνια, καὶ λαμβάνοντας ὑπὲρ τούτων μισθόν. Προνοίκους, *Significat contumeliioſos, & viros, qui in foro ſtant, reſque venales ferunt, & mercedem eo nomine ſibi accipiunt.* Emendandus Euſtathius ad Iliad. ξ'. Γρεῖον δὲ ὅτι ἐκ τοῦ ἐνείκω δοκεῖ γίνεσθαι ἢ ὁ παρὰ Ἀριλίῳ Διονυσίῳ κείμενος πρόνοικος, ἤγουν ὁ κομίζων μισθοῦ τινα ἐξ ἀγορᾶς. *Sciendum autem, quod a verbo Ἐνείκω videatur fieri πρόνοικος, quod eſt apud AElium Dionyſium, ſive is, qui mercede quaedam fert e foro.* Non recte editur κομίζων μισθοῦ τινα ἐξ ἀγροῦ. *Ferens mercede quaedam ex agro.* Etiam Παιδαρίωνες dicebantur. Heſychius. Πρόνοικοι οἱ μισθοῦ κομίζοντες τὰ ὤνια ἀπὸ τῆς ἀγορᾶς, οὕς τινες Παιδαρίωνας καλοῦσι. *Prunici, qui mercede res venales e foro auferunt; quos nonnulli Paedarionas vocant.* Item Παιδῶνες. Idem Heſychius alio loco. Παιδῶνας τοὺς μισθοῦ ἐκ τῆς ἀγορᾶς κομίζοντας. *Paedonas qui mercede e foro auferunt.* Homines egeni, aut ſordidi ipſi ferebant, ſi quid emiſſent; itaque a Theophraſto in Ethicis Characteribus hominis illiberalis, ſordidique haec quoque inter alias nota recenſetur, cap. περὶ ἀνελευθερίας. Καὶ ἐξ ἀγορᾶς ὑ ὀψωνήσας τὰ κρέα αὐτὸν φέρειν, ἢ τὰ λάχανα, ἐν τῷ προκολπίῳ. *Et e foro obſonatus carnes ipſe geſtat, atque olera in cincticulo.* Honeſtum vero quaeſtum eſſe, qui in foro exerceretur Athenienſes cenſuerunt, & prohibuerunt lege, ne quis eum exprobrare cuiquam auderet; ac ſi quiſquam hoc feciſſet, actio in hunc convitii erat. Demoſthenes Orat. in Eubulidem. Καίτοι ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, ὐ μόνον παρὰ τὰ ψηφίσματα, τὰ περὶ τὴν ἀγορὰν διέβαλεν ἡμᾶς Εὐβουλίδης, ἀλλὰ ἢ παρὰ τοὺς νόμους, οἱ κελεύουσιν ἔνοχον εἶναι τῇ κακηγορίᾳ, τὸν ὑ ἐργασίαν τὴν ἐν τῇ ἀγορᾷ ἢ τῶν πολιτῶν ἢ τῶν πολιτίδων ὀνειδίζοντά τινι. *Et ſane, viri Athenienſes, non ſolum contra decreta de foro facta nos Eubulides eſt calumniatus, ſed & contra leges, quae convitii actionem dant in eum, qui in foro factum quaeſtum cuiquam civi ſive viro, ſive feminae exprobraverit.* Vtque fraus, & impoſtura caveretur, lege etiam prohibuerunt, ne mentiri hic quis auderet. Idem Demoſthenes Orat. in Leptinem. Πῶς γὰρ ὐκ αἰσχρὸν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, κατὰ μὲν τὴν ἀγορὰν ἀψευδεῖν, νόμον γεγράφθαι, ἐφ' οἷς ὐδέν ἐστι δημοσίᾳ βλάβος· ἐν ᾗ τῷ κοινῷ, μὴ χρῆσθαι τῷ νόμῳ τούτῳ τὴν πόλιν. *Quomodo enim non eſt turpe, Athenienſes, legem ſcriptam eſſe, ne mentiri in foro liceat, in quibus rebus nullum publice detrimentum eſt; in communi autem, non hac lege uti urbem?* Erat porro

Digitized by Google

porro forum totum in partes ſuas diſtributum; quibus merces etiam propriae. Sic ubi vaſa vendebantur, Κύκλῳ vulgo, ſive *Circus* dicebatur. Pollux lib. x. cap. 11. Ἵνα δ' ἐπιπράσκεῖο τὰ σκεύη, τῆς ἀγορᾶς τὸ μέρος τοῦτο ὠνόμαζον Κύκλον. *Vbi vaſa vendebantur, eam fori partem Circum adpellabant.* Heſychius etiam mancipia illic vendita narrat. Κύκλῳ περίβολος, καὶ ἐν ἀγορᾷ τόπος ἔνθα σκεύη, καὶ σώματα πιπράσκεται. *Circus ſeptum, & in foro locus, ubi vaſa, ac mancipia venundantur.* Harpocration. Κύκλοι ἐκαλοῦντο οἱ τόποι, ἐν οἷς ἐπωλοῦντό τινες. *Circi vocabantur loca, in quibus vendebantur quidam.* An aliae quoque res venales? Ambigit Pollux lib. VII. cap. 11. Καὶ κύκλοι δὲ ἐν τῇ νέᾳ κωμῳδίᾳ καλοῦνται, ἐν οἷς ἐπιπράσκοντο τὰ ἀνδράποδα, ἴσως καὶ τὰ λοιπὰ ὤνια. *Et circi vocantur in nova Comoedia, ubi vendebantur ſervi; ac fortaſſis etiam res venales aliae.* Ego vero aio maxime, praeter carnes, in primis autem etiam piſces. Ariſtophanis Scholiaſtes Equitibus. Οἱ δὲ Κύκλῳ Ἀθήνῃζίν ἐσι καθάπερ μάκελλος, ἐκ τῆς καλασκευῆς τὴν προσηγορίαν λαχών. ἔνθα δὴ πιπράσκεται χορὶς κρεῶν τὰ ἄλλα ὤνια, ἐξαιρέτως δ' οἱ ἰχθύες. *Athenis vero Circus eſt inſtar macelli e ſtructura nomen habens. Hic vendebantur praeter carnes res venales omnes, & in primis vero piſces.* Itaque etiam Ἰχθυόπωλις ἀγορὰ dicebatur. Plutarchus in Hyperide lib. de X. Rhet. Ἐποιεῖτο δὲ τὸ περίπατον ἐν τῇ ἰχθυοπώλιδι ὁσημέραι. *Obambulabat quotidie in foro piſcario.* Sic Γυναικεία ἀγορὰ vocabatur, ubi mundus muliebris venum erat. Pollux lib. x. cap. 11. Καὶ μὲν καὶ γυναικείαν ἀγοράν, τὸν τόπον ὅ τὰ σκευη τὰ τοιαῦτα πιπράσκουσιν, ἐθέλοις καλεῖν. *Ac ſane forum etiam muliebre, ubi mundus iſtiuſmodi venundatur, vocare velis.* Meminit Theophraſtus in Ethicis Charact. cap. περὶ κολακείας. Ἀμέλει ὃ καὶ ἐκ γυναικείας ἀγορᾶς διακωλῦσαι δυνατὸς ἀπευσί. *Sane etiam quaecumque ad muliebre forum pertinent didicit miniſtrare ſedulo.* Alibi cupedias vendebant, alibi unguenta, alibi recentem caſeum; & ex rebus nomina locis imponebant; τῦρον, τὰ μῦρα, τὸν χλωρὸν τυρὸν dicentes. Pollux loco iam citato. Οἱ Ἀττικοὶ ἀπὸ τῶν πιπρασκομένων καὶ τὰ χωρία ὠνόμαζον· λέγοντες εἰς τῦρον· καὶ εἰς τὰ μῦρα· καὶ εἰς τὸν χλωρὸν τυρόν. *Attici a rebus venalibus etiam loca adpellabant, dicentes ad cupedias, & ad unguenta, & ad caſeum recentem.* Alibi oleum venale, alibi vinum, alibi ollae, allia, coepae, aromata, denique merces variae, & dicebant ſimili modo τὸν οἶνον, ἔλαιον, τὰς χύτρας, τὰ σκόροδα, τὰ κρόμμυα, τὸν λιβανωτὸν, τὰ ἀρώματα, τὰ λέλγη. Pollux iterum lib. IX. cap. v. Οἱ Ἀττικοὶ ὠνόμαζον καὶ τὰς ἄλλας τόπους ἐκ τῶν πιπρασκομένων· ὡς εἰ φαῖεν, ἀπῆλθον εἰς τῦρον· καὶ εἰς τὸν οἶνον. καὶ εἰς ἔλαιον· καὶ εἰς τὰς χύτρας· καὶ κατὰ τὴν Εὔπολιν.

Περιῆλθον εἰς τὰ σκόροδα, καὶ τὰ κρόμμυα,
Καὶ τὸν λιβανωτὸν, κ' εὐθὺ τῶν ἀρωμάτων,
Καὶ περὶ τὰ γέλγη.

Attici nominabant, & alia loca a rebus venalibus; ac ſi dicerent, ibam ad cupedias, &

ad vinum, & ad oleum, & ad ollas, & quemadmodum eſt apud Eupolim.

Circumiverunt ad allia & cepas,
Et tus, & recta ad aromata,
Et merces alias.

Ac vini mentio eſt apud Iſaeum in Orat. Περὶ τοῦ Φιλοκτήμονος κλήρου. Τὴν σὴν ἄνθρωπον ταύτῃ τὴν Ἀλκὴν καθίσησιν Εὐκτήμων ἐπιμελεῖσθαι τῆς ἐν Κεραμεικῷ συνοικίας, τῆς παρὰ τὴν πυλίδα, ἣ ὁ οἶνος ὤνιος. *Hanc vero mulierem, Alcam nomine, Euctemon conſtituit, ut curaret contubernium illud in Ceramico, quod ad portulam eſt, ubi vinum venumdatur.* Quod ad cupedinarium forum, eius meminit quoque AEſchines Orat. in Timarchum. Τίς γὰρ ὑμῶν ὃς οὐ πώποτε εἰς τὤψου ἀφικται, καὶ τὰς δαπάνας τὰς τούτων οὐ τεθεώρηκεν; *Quis enim veſtrum eſt, qui nondum unquam ad cupedias abiit, neque horum ſumtus vidit?* Caſei recentis forum occurrit apud Lyſiam in Orat. κατὰ Παγαλέωνος. Πάντες οὖν ἀγνοοῦντες τὸ ὄνομα αὐτῆ ἀκριβέσαλα ἂν ἔφασάν με πυθέσθαι, ἐλθόντα εἰς τὸ χλωρὸν τυρὸν τῇ ἕνῃ καὶ νέᾳ. *Omnes igitur quum nomen eius ignorarent, optime me reſciturum iſtud inquiunt, ſi ad caſei recentis forum me reciperem triceſimo quoque menſis die.* Sic dicebant. Τὰ μῆλα, τὰ κάρυα, τὰ ἀκρίδρυα. Theophraſtus in Ethic. Charact. cap. Περὶ βδελυρίας. Καὶ πληθούσης τῆς ἀγορᾶς προσελθὼν πρὸς τὰ κάρυα, ἢ τὰ μῆλα, ἢ τὰ ἀκρόδρυα, ἐσχνῶς τραγηματίζεσθαι, ἅμα τῷ πωλοῦντι προσλαλῶν. *Ac quum maxime frequens forum eſt ad nuces, mala, ac reliquos omnis generis fructus, accedens, ibique ſtans, de iis comedit, ſermones interea cum venditore ſerens.* Vbi farinae venales τὰ Ἄλφιτα dicebant. Ariſtophanes in Conc. Κἄπειτ' ἐχώρουν εἰς ἀγορὰν εἰς ἄλφιτα *Deinde ibam in forum ad farinas.* Vbi carnes aſininae (a) vendebantur Μεσχόνια appellabant. Pollux lib. IX. cap. v. Μεσχόνια δ' ἐκάλουν ὅ τὰ ὄνων κρέα ἐπιπράσκοντο. *Meſconia vero appellabant, ubi carnes aſinorum vendebantur.* Vbi veſtes, Ἱματιόπωλις ἀγορὰ, & Σπυρόπωλις nuncupabatur. Pollux lib. VII. cap. XVIII. Ἐκαλεῖτο δέ τις Ἀθήνῃζιν ἱματιόπωλις ἀγορά· ἡ δ' αὐτὴ καὶ Σπυρόπωλις. σπεῖρα γὰρ, οὐ τὰ ῥάκη μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰς ἀμείνους (ἐσθῆτας) ἔνιοι καλεῖν ἠξίωσαν. *Vocabatur vero Athenis forum quoddam veſtiarium; quod ipſum etiam Spirarium: Spira enim non detritas tantum veſtes, ſed & meliores quaſque ſunt qui appellare velint.* Atque hoc univerſum forum, profecto ampliſſimum erat, id eſt, quod appellant Vetus. Harpocration. Ἀπολλόδωρος ἐν τῷ περὶ θεῶν, Πάνδημον (τὴν Ἀφροδίτην) φησὶν Ἀθηναίους καλεῖν, τὴν ἀφιδρυθεῖσαν περὶ τὴν ἀρχαίαν ἀγορὰν, διὰ τὸ ἐνταῦθα πάντα τὸν δῆμον συνάγεσθαι τὸ παλαιὸν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ. *Apollodorus in Opere De Diis, Pandemum (Venerem) ait appellatam Athenis, quae dedicata erat juxta forum vetus; quod olim ibi populus univerſus ad conciones conveniret.* Vbi illud item obſerva; Veneris τῆς Πανδήμου fanum etiam ibi exſtitiſſe. Suidas. Πάνδημος Ἀφροδίτη. Οὕτως ἐκάλουν τὴν ἀφιδρυθεῖσαν περὶ τὴν ἀρχαίαν ἀγορὰν, διὰ τὸ ἐνταῦθα πάντα τὸν δῆμον συνάγεσθαι τὸ παλαιόν. *Pandemus Venus: ita vocabant eam, quae dedica-*

(a) Non mirum, ſicubi carnibus aſininis veſcebantur, quando & Aſinos immolabant. Adi *Ovidium in Faſtis*, & *Lactantium Inſtit. Divinis.*

Digitized by Google

dicata erat apud forum vetus; quod hic olim populus omnis convenire ad conciones consuevisset. Dedicaverat autem Solon ut enarro in libro singulari de eius Vita cap. xxv. Sed & AEaci illic erat. Herodotus lib. v. Οἱ Ἀθηναῖοι τῷ μὲν Αἰακῷ τέμενος ἀπεδέξαντο τοῦτο, τὸ νῦν ἐπὶ τῆς ἀγορῆς ἵδρυται. *Athenienses quidem fanum AEaco statuerunt illud, quod in foro nunc conspicitur.* Vbi vide etiam occasionem huius aedificandi. Postea alio translatum est forum; in eum locum, quem Ἐρετρίαν appellabant. Observare licet apud Strabonem lib. x. Ἐρετριέας δ' οἱ μὲν ἀπὸ Μακίστου τῆς Τριφυλίας ἀποικισθῆναι φασὶν ὑπ' Ἐρετρίας. οἱ δ' ἀπὸ τῆς Ἀθήνησιν Ἐρετρίας, ἡ νῦν ἐστιν ἀγορά. *Eretrienses vero quidem a Macisto Triphyliae in coloniam deductos narrant ab Eretria; alii vero ab Eretria, quae Athenis, ubi nunc forum est.* Quem Geographi locum respexit Eustathius ad Iliad. β. Ὁ δὲ γεωγράφος ὁ μόνον ἀπὸ Ἐρετριέων ἀποικίσαντος εἰς αὐτὴν κληθῆναί φησιν, ἀλλὰ καὶ ἀπὸ Ἐρετρίας καθ' ἑτέρους τῆς Ἀθήνησιν, ἡ νῦν ἐστιν ἀγορά. *Geographus vero non solum a coloniae ductore Eretrico nomen accepisse tradit; sed & sicut alii volunt, ab Eretria, quae Athenis, ubi nunc forum est.* Eum autem locum fuisse ante Porticum Variam inde coniecturam est facere, quod Pausanias in descriptione sua Athenarum, forum Vrbis, quod exstabat suo tempore, ibi memoret; ornatum praeter cetera ara Misericordiae. Sed ignosce mihi Lector, si per hanc occasionem paulum a Ceramico digressus, novum quoque hoc Vrbis forum, aliaque una opera, & sub uno hoc intuitu repraesentem; Igitur in novo foro ara Misericordiae(a) erat; de qua sic Pausanias dicit. Ἀθηναίοις δὲ ἐν τῇ ἀγορᾷ καὶ ἄλλα ἐστὶν ὧν ἐς ἅπαντας ἐπίσημα, καὶ Ἐλέου βωμός. *Athenienssibus vero in foro cum alia sunt, quae non omnibus manifesta; tum Misericordiae ara.* Et est haec ara celebratissima apud Auctores. Philostratus in Pollvce Sophist. lib. ii. Τὰ τῶν Ἑλλήνων μυθολογῶ καλά· ὡς Ἠλεῖοι πανηγυρίζουσι, ὡς οἱ Δελφοὶ θεοπίζουσι, τίς ὁ παρ' Ἀθηναίοις Ἐλέου βωμός. *Graecorum bona, ut in fabulis sunt, commemoro, quomodo Elienses conventus celebrant; quomodo Delphi oracula edunt, & quae apud Athenienses Misericordiae ara.* Diodorus Siculus lib. xiii. κγ (οἱ Ἀθηναῖοι) οἱ πρῶτοι βωμὸν Ἐλέου καθιδρυσάμενοι, τοῦτον ἐν τῇ πόλει τῶν Συρακουσίων εὑρήκασιν. *Et (Athenienses) qui primi aram Misericordiae dedicarunt, in Syracusarum urbe hanc invenient.* Sextus Empiricus adversus Mathem. lib. viii. Παρὰ Ἀθηναίοις γοῦν Ἐλέου βωμοί τινές εἰσιν. *Apud Athenienses sunt Misericordiae quaedam arae.* Apollodorus lib. iii. Ἄδραστος δὲ εἰς Ἀθήνας ἀφικόμενος, ἐπὶ τὸν Ἐλέου βωμὸν κατέφυγε. *Adrastus vero cum Athenas venisset ad Misericordiae aram confugit.* Apsines lib. de Arte Rhet. cap. περὶ Ἐλέου. Ἀθήνησι μὲν ἓν λέγοντες καὶ ἀπὸ κρίσεων, καὶ ἀπὸ ἔργων γεγενημένων τὸν κοινὸν τοῦτον τόπον κατασκευάσομεν. Ἔλέου βωμός ἐστι παρ' ὑμῖν. Θεὸς εἶναι δοκεῖ παρ' ὑμῖν, κοινὴ πάντων φιλανθρωπία, *Athenis quidem igitur dicentes, & a iudiciis, & a rebus gestis locum hunc communem apparabimus, Misericordiae apud vos est ara; dea esse videtur apud vos communi omnium humanitate.* Scholiastes Sophoclis Oed. Col. Καὶ Ἔλέου βωμὸς ἐν Ἀθήναις ἵδρυται. *Et Misericordiae ara Athenis constituta est.* Male legitur apud Scholiastem Aristophanis ad Equites, Τῶν Ἀθηναίων μὴ ἐκδιδόντων αὐτῷ τὰς Ἡρακλείδας, πρὸς τὸν τοῦ Ἐλαίου βωμὸν καταφυγόντας. *Quum Athenienses ipsi dedere nollent Heraclidas, qui ad Elaei aram confugerant.* Rescribe πρὸς τὸν τοῦ Ἐλέου βωμόν, *Ad Misericordiae aram.* Theophilus Institut. lib. i. Tit. ii. Ἀθηναῖοι δὲ τούτο καταφρονοῦσι· τοσοῦτο τῆς ξενηλασίας ἀφεῶτες, ὅτι καὶ βωμὸς Ἐλέου τιμᾶται παρ' αὐτοῖς. *Athenienses vero hoc contemnunt; qui tantum absunt a peregrinorum expulsione, ut Misericordiae quoque ara apud eos honoretur.* Et occurrit passim apud Libanium declam. xiv. Quin Latini meminerunt. In his Eumenius in Orat. pro scholis instaurandis. *Athenienssis humanitas aram Misericordiae instituit.* Claudianus de bello Gildonico.

——— *si flentibus aram,*
Et proprium miseris numen, statuistis Athenae.

Describit luculente, & ab Heraclidis positam dicit Statius Theb. xii.

Vrbe fuit media nulli concessa potentum
Ara deae; mitis posuit Clementia sedem,
Et miseri fecere sacram, sine supplice nunquam
Illa novo, nulla damnavit vota repulsa.
Auditi quicumque rogant. Nocteque, diesque
Ire datum; & solis numen placare queretis.
Parca superstitio. Non turea flamma, nec altus
Accipitur sanguis; lacrimis altaria sudant:
Maestarumque super libamina serta comarum
Pendent; & vestes mutata sorte relictas.
Mite nemus circa, cultuque insigne verendo;
Vittatae laurus, & supplicis arbor olivae.
Nulla autem effigies, nulli commissa metallo
Forma Deae(b); mentes habitare, & pectora gaudet.
Semper habet trepidos, semper locus horret egenis
Coetibus, ignotae tantum felicibus arae.
Fama est, defensos acie post busta paterni
Numinis Herculeos sedem fundasse nepotes,
Fama minor factis; ipsos nam credere dignum
Caelicolas, tellus quibus hospita semper Athenae(c),
Ceu leges, hominemque novum, ritusque sacrorum,
Seminaque in vacuas hinc descendentia terras,
Sic sacrasse loco commune animantibus aegris
Confugium, unde procul starent iraeque minaeque,

Regna-

(a) En ut ipsa Gentium instituta Stoicum dogma confutabant. Nil in arcanis litteris misericordia celebrius.

(b) Antiquissimis temporibus simulacra nulla in templis fuere, etsi iam Idololatria invaluerat. *Athenagoras in Legatione, Lactantius Lib.* ii. *Cap.* xiv Magi etiam & Persae nullas Deorum imagines antiquitus habuere. *Herodotus Lib.* ii. *Strabo Lib.* xv. *Laertius Lib.* i. Romani autem per annos CLXX. *Dionysius Halicarnasseus, Plutarchus, Tertullianus, Clemens Alexandrinus, Eusebius, & Augustinus* auctores sunt.

(c) Vt Minervae, & Neptuno; ut Marti, & Diis duodecim, qui eum iudicarunt.

Praesentes namque ante domos invisere castas
Saepius, & sese mortali ostendere coetu,
Caelicolae nondum spreta pietate solebant:

Vt *Catullus* cecinit.

Digitized by Google

Regnaque & a iustis Fortuna recederet aris. Vbi Lutatius vetus Interpres. *Hyllus Deianirae, & Herculis, & reliqui ex eodem nati, postquam Hercules terris abiit, pulsi ab Eurystheo Athenas confugerunt; a quibus postquam tam facile auxilium meruerunt; hanc aram consecrasse memorantur; asserentes apud Athenienses tantum sedes Misericordiam posuisse*. Sed refellit Apollodorus, & Athenas quum confugerent Heraclidae, iam tum ibi aram hanc Misericordiae exstitisse nobis refert lib. II. Μεταξὺ δὲ Ἡρακλέους εἰς τοὺς θεοὺς, οἱ παῖδες αὐτοῦ φυγόντες Εὐρυσθέα, πρὸς Κήυκα παρεγένοντο. ὡς δὲ ἐκεῖνος ἐκδιδόναι λέγοντος Εὐρυσθέως, καὶ πόλεμον ἀπειλοῦντος ἐδεδοίκεσαν, Τραχῖνα καταλιπόντες διὰ τῆς Ἑλλάδος ἔφυγον. διωκομένοι δὲ ἦλθον εἰς Ἀθήνας· καὶ καθεσθέντες ἐπὶ τὸ Ἐλέου βωμὸν, ἠξίουν βοηθῆσθαι. *Relato inter Deos Hercule, filii eius Eurystheum fugientes ad Ceycem se receperunt. Quum vero tradi illos iuberet Eurystheus, ac bellum etiam minaretur, territi, relicta Trachine, per Graeciam fugerunt: Quumque insequeretur etiam Athenas petierunt; & ad aram Misericordiae consedentes, ut succurreretur sibi postularunt*. Permansit autem usque ad tempora Iuliani Imperatoris. Libanius in Presbeutico ad illum. Τῶν γὰρ οἴκοι τὸν Ἔλεον ἡγουμένων θεὸν, ὃ τὸν βωμὸν ἑωράκας Ἀθήνησιν, ὦ βασιλεῦ, μεμνῆσθαι τοῖς καλοῦσι καὶ δεομένοις ἡμαρτημένων, οὐκ ἦν. *Etenim iis, qui Misericordiam domi deam esse existimabant, cuius aram Athenis vidisti, Imperator, non licebat delictorum meminisse, apud vocantes, & orantes*. Iuxta Misericordiae vero etiam Humanitatis ara collocata videtur. Sopater in divis. Quaest. Ὁρᾷς ὡς Ἀθηναῖοι μετὰ τῆς Πολιάδος προσκυνοῦσι τὸν Ἔλεον. ὁρᾷς ὡς ἔστι βωμὸν ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς Φιλανθρωπίας ἀναπλάττουσιν. *Vides quo pacto Athenienses cum Poliade (Minerva) venerantur Misericordiam; vides quo pacto hi ipsi in foro aram Humanitatis statuunt*. In hoc ipso porro foro fuerat quoque illa Lolliani statua, de qua Philostratus in Vita eius Sophist. lib. I. Εἰκόνες δὲ αὐτοῦ Ἀθήνησι μίαι μὲν ἐπ' ἀγορᾶς· ἑτέρα δὲ, ἐν τῷ ἄλσει τῷ μικρῷ. *Statuae ipsius Athenis exstant, una quidem in foro; altera vero in parvo nemore*. Seorsim erat forum equarium, quod Οἱ ἵπποι dicebatur a venalibus istic equis, more Atticis usitato, quem paullo ante memoravi. Meminit autem fori huius Theophrastus in Ethicis Charact. cap. περὶ ἀλαζονείας. Προσελθὼν δ' εἰς τοὺς ἵππους, τοὺς ἀγαθοὺς πωλοῦσι προσποιήσασθαι ὠνητιᾶν. *Et accedens ad forum equarium apud eos, qui venales bonos haberent, emere se velle simulat*. Erat quoque forum Argivorum dictum. Hesychius. Ἀγορά Ἀργείων. Τόποι Ἀθήνησιν οὕτω καλούμενος. *Forum Argivorum: locus Athenis ita dictus*. Etiam Deorum forum. Idem Hesychius. Ἀγορὰ θεῶν. καὶ ἔστι τόπος Ἀθήνησιν. *Forum deorum, etiam hic Athenis locus*. Et alibi. Θεῶν ἀγορά. Τόπος Ἀθήνησιν ἀπὸ τοῦ συναγερθῆναι προσαγορευθείς. *Deorum forum; locus Athenis a congregatione dictus*. Aristides in Cyzicena. Ἔοικε γάρ τις ἁπάντων εἶναι τῶν θεῶν ἱερὰ ὥζπερ ἦν καλοῦσιν ἔστως ἀγοράν. *Videtur enim esse quaedam omnium deorum sacra; quale est, quod forum vocant*. Et Orat. in Minervam, Ὡς δ' ἁπεῖν ἐν κεφαλαίῳ, τὸ τῆς Ἀθηνᾶς μέρος, ἢ θεῶν ἀγορὰ πάντα ἐστὶ τὰ πράγματα. *Atque ut summatim dicam, Minervae pars, vel deorum forum omnia comprehendit*. Meminit quoque Zenobius Cent. IV. Proverb. XXX. Erat & forum Cercopum prope Heliaeam. Hesychius. Ἀγορὰ Κερκώπων. Τόπος πλησίον Ἡλιαίας. *Forum Cercopum, locus prope Heliaeam*. Galenus in Epidem. III. Comment. III. τὸ δὲ ζητεῖν ἐν ποίᾳ πόλει καλεῖται τι χωρίον ψευδὲς (Hippocrates ψευδέων ἀγορὴν dixit,) καθάπερ Ἀθήνησιν ἡ τῶν Κερκώπων ἀγορὰ ἔστως ὠνόμασαι, ἔνιοι τῶν ἐξηγητῶν ἔγραψαν. *Quaerere autem in quanam urbe locus aliquis mendax dicatur, quemadmodum Athenis quod Cercopum forum dictum est, quidam interpretes scripserunt*. Vendebanturque illic res furtivae. Eustathius ad Odyss. β'. Ἦν δέ, φασι, κὴ ἀγορὰ Κερκώπων Ἀθήνησι, πλησίον Ἡλιαίας, ἔνθα τὰ κλοπιμαῖα ἐπωλοῦντο. *Erat vero, ut aiunt, & Cercopum forum Athenis, prope Heliaeam, ubi res furtivae vendebantur*. Meminitque iterum ad Odyss. κ'. Ὁμοίως δὲ κὴ οἱ Κέρκωπες· ἀφ' ὧν κὴ ἀγορὰ καλουμένη Κερκώπων Ἀθήνῃζιν ἐν Ἡλιαίᾳ. *Similiter vero & Cercopes, a quibus item forum Athenis in Heliaea, Cercopum denominatum*. Vbi autem libri venales, Βιβλιοθῆκαι dicebatur. Pollux lib. IX. cap. V. Ἐνῇ τῶν κοινῶν βιβλιοθῆκαι, ὡς Εὔπολίς φησιν, ὃ τὰ βιβλία ὤνια. οὕτω γὰρ τὸν τόπον, ἀλλὰ τὰ βιβλία, οἱ Ἀττικοὶ ὠνόμαζον, ὥσπερ καὶ τὰς ἄλλας τόπους ἐκ τῶν πιπρασκομένων. *Vnum vero e communibus, Bibliothecae, ut Eupolis inquit, ubi libri sunt venales; ita enim locum illum, non libros vocabant Attici, ut loca alia, a rebus venditis*. Vbi inquilini, qui tributum non solvissent, vendebantur, id Μετοίκιον appellatum. Vide quae notavi pridem Attic. Lect. lib. I. cap. IX.

CAP. XVII.

Leocorium, idque qua de causa structum. Lei filiae liberandae a peste Vrbi immolatae. Hieronymus emendatus. Hipparchus illic interfectus.

PRaeterea in ipso meditullio templum erat Lei filiabus sacrum, Λεωκόριον adpellatus. Suidas. Λεωκόριον, ἡρῶον, ἐν μέσῳ τῷ Κεραμεικῷ. Hesychius. Λεωκόριον, τῶν Λεὼ θυγατέρων μνημεῖον ἐν μέσῳ τῷ Κεραμεικῷ. *Leocorium, Lei filiarum monumentum in medio Ceramico*. Harpocration. Λεωκόριον εἶναί φησι Φανόδημος ἐννάτῳ Ἀτθίδος ἐν μέσῳ τῷ Κεραμεικῷ. *Leocorium Phanodemus in nono De Attica libro ait esse in medio Ceramico*. Meminerunt eius Auctores varie. Etymologici Auctor. Λεωκόριον ἱερὸν Ἀθήνῃζι τῶν Λεὼ θυγατέρων. *Leocorium fanum Athenis filiarum Lei*. Demosthenes Orat. in Cononem. Παρέρχεται κτησίας, ὁ υἱὸς τούτου μεθύων κατὰ τὸ Λεωκόριον. *Praeterit Ctesias, huius filius ebrius, circa Leocorium prope Pythodori aedes*. Et mox iterum. Καὶ ἡμῖν συμβαίνει ἀναστρέφουσιν ἀπὸ τοῦ Φερεφατλίου, κὴ περιπατοῦσι πάλιν κατ' αὐτόπτως τὸ Λεωκόριον εἶναι. *Et accidit nobis a Proserpinae*

nae fano revertentibus, & deambulantibus, ut rursum prope ipsum quodammodo Leocorium essemus. Strabo lib. IX. Ἐκεῖνο Λεωκόριον, τοῦτο Θησεῖον. *Illud Leocorium est, hoc Theseum.* Theophylactus Simocatta Quaest. Physic. I. Ἀρίστωνα ὃ τὸ φυσικὸν, καὶ Σώσιπατρον τὸ Ἑρμογένους, περὶ τὸ Λεωκόριον ἑωρακέναι αὐθημερὸν ἀφικόμενος ἀπήγγειλεν. *Aristonem vero Physicum, & Sosipatrum Hermogenis filium circa Leocorium vidisse eodem die redeuntes nuntiavit.* Cicero de Nat. deor. lib. III. *Leo natarum est delubrum Athenis, quod Leocorion nominatur.* Caussa aedificandi templa ista fuit. Athenienses peste pressi, quum oraculum consulerent, responsum accipiunt, caede virginis placatam Dei offensam fore. Itaque Leos, cui tres filiae, Phrasithea, Theope, & Eubule, pro salute Vrbis publica has devovit; exstructumque iis templum hoc pietatis monumentum. Suidas. Ἐλοίμωξέ ποτε ἡ Ἀττικὴ, καὶ λύσις ἦν τῶν λοιμῶν παιδὸς σφαγή. Λεὼς ἔν τις τὰς ἑαυτοῦ θυγατέρας ἐπιδέδωκε, καὶ ἀπήλλαξε τοῦ λοιμοῦ τὴν πόλιν, καὶ ἐκ τούτου ἐκλήθη ὁ τόπος Λεωκόριον. *Peste olim Attica premebatur; pestisque liberatio erat puellae mactatio. Itaque Leos quidam filias suas est largitus, & Vrbem peste liberavit: ex eaque re vocatus locus Leocorium.* Et mox. Λεὼς ὁ Ὀρφέως υἱὸν μὲν ἔσχε Κύλανθον· θυγατέρας δὲ τρεῖς, Φρασιθέαν, Θεόπην, Εὐβούλην. ἃς ὑπὲρ τῆς χώρας σφαγιασθείσας, ἔτι παρθένους ἐτίμησαν Ἀθηναῖοι τῷ ἡρῴῳ. *Leos Orphei filius, filium quidem habebat Cylanthum; filias vero tres, Phrasiteam, Theopen, Eubulen: quas pro salute regionis mactatas adhuc virgines Athenienses sacello honorarunt.* Scholiastes Thucydidis lib. I. Ἐλοίμωξέ ποτε ἡ Ἀττικὴ καὶ λύσις ἦν τῶν δεινῶν παιδὸς σφαγή· Λεὼς ἔν τις τὰς ἑαυτοῦ κόρας ἐπιδέδωκε, καὶ ἀπήλλαξε τοῦ λοιμοῦ τὴν πόλιν. καὶ τούτων ἱερὸν ἐγένετο, καλούμενον Λεωκόριον. *Olim Atticam pestis infestabat; nec liberari a malo poterat, nisi mactata puella. Qua de causa Leos quidam tres filias suas dedit, urbemque a peste liberavit: & sacellum his exstructum est, quod adpellant Leocorium.* Et Libanii ad declam. XXVII. Λοιμοῦ ποτὲ καταλαβόντος τὰς Ἀθήνας, ἔχρησεν ὁ θεὸς μὴ παύσεσθαι τὸ δεινὸν, πρὶν ἂν τῶν πολιτῶν τις τὰ ἑαυτοῦ τέκνα ἐπιδῷ πρὸς ἀναίρεσιν. Λεώς τις ἔχων τρεῖς θυγατέρας, Φρασιθέαν, Θεόπην, καὶ Εὐβούλην, προθύμως ἐπιδέδωκεν. ὅθεν αὐταῖς τὸ ἱερὸν ᾠκοδομήθη, τὸ καλούμενον Λεωκόριον. *Quum aliquando Athenis pestis grassaretur, respondit Deus minime cessaturum malum, antequam e civibus aliquis liberos suos immolandos largiretur. Leos quidam, qui tres filias habebat, Phrasitheam, Theopen, Eubulen, libenter dedit; unde & fanum ipsis structum Leocorium nominatum.* AElianus Var. Hist. lib. XII. cap. XXVIII. Λεωκόριον Ἀθήνησιν ἐκαλεῖτο τὸ τέμενος τῶν Λεὼ θυγατέρων, Φρασιθέας, καὶ Θεόπης καὶ Εὐβούλης. Ταύτας ὑπὲρ τῆς πόλεως τῆς Ἀθηναίων ἀναιρεθῆναι λόγος ἔχει, ἐπιδόντος αὐτὰς τοῦ Λεὼ εἰς τὸ χρησμὸν τὸ Δελφικόν. Ἔλεγε γὰρ μὴ ἂν ἄλλως σωθῆναι τὴν πόλιν, εἰ μὴ ἐκεῖναι σφαγιασθεῖεν. *Leocorium Athenis vocabatur delubrum Leo filiarum, Phrasitheae, & Theopes, & Eubules. Has pro urbe Minervae caesas ferunt, dante eas Leo ad oraculi Delphici responsum. Inquiebat enim non servari Vrbem posse, nisi illae macturentur.* Aristides in Panathenaica. Λέγεται γὰρ Ἐρεχθεὺς μὲν ἐν τῷ πρὸς Εὔμολπον τούτῳ πολέμῳ τὴν θυγατέρα ὑπὲρ τῆς πόλεως ἐπιδοῦναι τοῦ θεοῦ χρήσαντος. Λεὼς δ' ὅμοια τούτῳ βουλεύσας ἐκσῶναι τὴν θυγατέρων καὶ αὐτὸς ἐν τῷ λοιμῷ. ἀλλὰ καὶ τούτους τὴν εὐεργεσίαις νενικηκυῖα (ἡ πόλις) φανήσεται τῶν κορῶν ἱερὰ ἱδρυσαμένη, καὶ θείας μοίρας ἀντὶ θνητῆς ἀξιώσασα τὴν τιμαῖς. *Fertur enim Erechtheus in hoc adversum Eumolpum bello, filiam suam pro salute urbis devovisse, Deo iubente; Leos vero huic similia animo agitans, filiabus & ipse suis cessisse pestis tempore. Sed & illos Vrbs vicisse beneficiis apparebit, quum puellis templa exstruxit, & divinam pro humana sortem dedit per honores.* Corruptissimus in hanc rem est locus quidam Hieronymi adversus Iovinianum lib. I. *Chalciaecus quoque filia illa Leo virgo perpetua pestilentia patriam scribitur spontanea morte solvisse.* Nam profecto quae est Chalciaecus illa? nulla filiarum Lei sic vocata usquam legitur. Restituo: *Haud secus quoque filia illa Leo virgo &c.* Iuxta autem templum istud caesus est Hipparchus Pisistrati filius ab Harmodio, & Aristogitone. Thucydides lib. I. Ἱστορήσαντες δέ τι ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, καὶ παραχρῆμα Ἁρμόδιος καὶ Ἀριστογείτων ἐκ τῶν ξυνειδότων σφίσιν, ἵνα μὴ μεμηνύσθαι τοῦ μὲν ἀπέσχοντο, ὡς προειδότος βουλόμενοι ἂν πρὶν ξυλληφθῆναι, δράσαντές τι καὶ κινδυνεῦσαι, τῷ Ἱππάρχῳ περιτυχόντες, περὶ τὸ Λεωκόριον καλούμενον τὴν Παναθηναϊκὴν πομπὴν διακοσμοῦντι, ἀπέκτειναν. *Suspicati vero illo die Harmodius, & Aristogiton aliquid illico a consciis Hippiae indicatum esse, ab illo quidem tamquam gnaro abstinuerunt; sed quum cuperent antequam prehenderetur vel cum periculo aliquid facere, Hipparchum, nacti eum iuxta fanum, Leocorium quod vocatur, in Panathenaica pompa instruenda occupatum occiderunt.* Iterum lib. VI. Καὶ ὥσπερ εἶχον (ὁ Ἁρμόδιος καὶ ὁ Ἀριστογείτων) ὥρμησαν ἔσω τῶν πυλῶν· καὶ περιέτυχον τῷ Ἱππάρχῳ παρὰ τὸ Λεωκόριον καλούμενον, εὐθὺς ἀπερισκέπτως προσπεσόντες, καὶ ἀποκτείνυσιν αὐτόν. *Atque ita ut se habebant (Harmodius, & Aristogiton) cum impetu portam Vrbis ingressi in Hipparchum inciderunt iuxta templum Leocorium adpellatum; quem confestim inconsiderate in eum irruentes occiderunt.*

CAP. XVIII.

Porta Δίπυλον, & Κεραμεικαὶ πύλαι. Praetorium artificum. Scorta ubi prostare solita; & inscripta item in parietibus nomina.

AD exitum Ceramici porta erat Δίπυλον, dicta (a). Vides apud Plutarchum in Sulla. Ἄνευ γὰρ τῶν κατὰ τὴν ἄλλην πόλιν ἀναιρεθέντων, ὁ περὶ τὴν ἀγορὰν φόνος ἔπεσχε πάντα τὰ ἐντὸς τοῦ Διπύλου Κεραμεικοῦ. *Nam praeter eos, qui per ceteram Vrbem caesi, ea caedes, quae in foro perpetrata, universum intra Dipylum Ceramicum cadaveribus complebat.* Vide quae de Dipylo plura adnotavi Attic. Lect. lib. III. cap.

(a) Vide *Lib.* III. *Athen. Attic. Cap.* XII.

Digitized by Google

cap. VII. Alio nomine Πύλαι quoque Κεραμεικαὶ dicebantur. Hesychius in Δημιάζι. Οἱ δὲ τὰς Κεραμεικὰς πύλας. πρὸς γὰρ αὐτάς φασιν ἑστάναι τὰς πόρνας. *Alii portam Ceramicensem; nam ad hanc prostare meretrices aiunt.* Iuxta hanc portam praetorium artificum vilebatur. Ecce tibi apud Philostratum in Philagro Sophist. lib. II. Παρῆλθεν εἰς τὸ τῶν τεχνιτῶν βουλευτήριον, ὁ δὴ ᾠκοδόμητο παρὰ τὰς τῆ Κεραμεικῆ πύλας. *Transiit ad praetorium artificum, quod exstructum ad Ceramicensem portam.* Quidam tradunt etiam scorta in Ceramico prostitisse. Hesychius. Κεραμεικὸς τόπος Ἀθήνησιν, ἔνθα αἱ πόρναι προεστήκασιν. *Ceramicus locus Athenis, in quo meretrices prostabant.* Suidas. Κεραμεικοὶ δύο τόποι Ἀθήνησιν· ἐν δὲ τῷ ἑτέρῳ ἑστήκεισαν αἱ πόρναι. *Ceramici duo Athenis loca; in altero vero scorta prostabant.* Verum intra Vrbem, an extra neuter tradit. Sed sciendum in Ceramico intra Vrbem, de quo hactenus a me actum, fieri illud consuevisse (a). Disserte Scholiastes Aristophanis ad Equites. Δύο ἦσαν οἱ Κεραμεικοὶ Ἀθήνησιν· ὁ μὲν ἔνδον τοῦ πόλεως· ὁ δὲ ἔξω. ἔνθα καὶ τοὺς ἐν πολέμῳ τελευτήσαντας ἔθαπτον δημοσίᾳ, καὶ τοὺς ἐπιταφίους ἔλεγον. Εἰσὶ δὲ ἔνθεν καὶ ἔνθεν στῆλαι, ἐπὶ τοὺς δημοσίᾳ τεθαμμένους, ἔχουσαι ἐπιγραφὰς, ᾗ ἕκαστος τέθαπται. ἐν δὲ τῷ ἑτέρῳ προεστήκεισαν αἱ πόρναι. *Duo Athenis Ceramici erant; ex quibus unus intra Vrbem, alter extra. His eos, qui in bello cecidissent, publice sepeliebant, funebresque orationes item habebant, ac columnae hinc, & inde publice sepultis positae, quibus inscriptum ubi quisque sepultus esset. In altero vero meretrices prostabant.* Et hunc ipsum Ceramicum apud Lucianum intellige in dialogo meretricum Melissae, & Bacchidis. Ἄπιθί φησι πρὸς τὸν ναύκληρον Ἑρμότιμον, ἢ τὰ ἐπὶ τοῦ τοίχων γεγραμμένα ἐν τῷ Κεραμεικῷ ἀνάγνωθι, ὅπου κατεσκλίτολυ ὑμῶν τὰ ὀνόματα. *Abi, inquit, ad Hermotimum nauclerum; aut ea lege, quae in parietibus scripta in Ceramico: ubi notata, tamquam in cippo nomina vestra.* Iterum. Ἐγὼ γοῦν ἐμεμνήμην, ὅτι κατὰ τοίχου τινὸς ἔλεγε καταγεγράφθαι τοὔνομα ἐν τῷ Κεραμεικῷ. Ἔπεμψα οὖν Ἀκίδα κατασκεψομένην. ἡ δ' ἄλλο μὲν οὐδὲν εὗρε. Τοῦτο δὲ μόνον ἐπιγεγραμμένον, εἰσιόντων ἐπὶ τὰ δεξιὰ πρὸς τῷ Διπύλῳ, ΜΕΛΙΤΤΑ ΦΙΛΕΙ ΕΡΜΟΤΙΜΟΝ. καὶ μικρὸν αὖθις ὑποκάτω. Ο ΝΑΥΚΛΗΡΟΣ ΕΡΜΟΤΙΜΟΣ ΦΙΛΕΙ ΜΕΛΙΤΤΑΝ. *Ego vero memineram, quod nomen eius in pariete quodam inscriptum in Ceramico memoraret; ea propter Acidem misi inspecturam: illa autem nil invenit, nisi in Dipyli introitu ad dextram scriptum,* MELISSA AMAT HERMOTIMVM: *& mox rursum paulo inferius,* HERMOTIMVS NAVCLERVS AMAT MELISSAM. Vbi observa; meretricum illic nomina, & amatorum in parietibus inscripta fuisse. Certe iuxta Ceramici huius portam meretrices prostitisse, etiam Hesychius testis in citatis statim verbis. Οἱ δὲ τὰς Κεραμεικὰς πύλας· πρὸς γὰρ αὐτάς φασιν ἑστάναι τὰς πόρνας. *Alii portam Ceramicensem; nam ad hanc prostare meretrices aiunt.* Inde est, quod ille ait, scurriliter ludens apud Aristophanem in Equitibus.

Καὶ τῇ χρεάγρᾳ τὸν ὀρχιπέδων ἐλκοίμιλλω ἐς Κεραμεικόν.

Et forcipe correptis testiculis hinc protrahar in Ceramicum.

(a) Vide *Lib. De Populis Atticis* in Κεραμεικός.

CAP. XIX.

Ceramicus extra Vrbem, & descriptio item eius ex Pausania.

NVnc Ceramicum extra Vrbem videamus. Meminit eius Thucydides lib. VI. Καὶ ὡς ἐπῆλθεν ἡ ἑορτὴ, Ἱππίας μὲν ἔξω, ἐν τῷ Κεραμεικῷ καλουμένῳ, μετὰ τῶν δορυφόρων διεκόσμει, ὡς ἕκαστα ἐχρῆν τῆς πομπῆς προϊέναι. *Quum autem festum advenisset, Hippias quidem extra Vrbem, in Ceramico adpellato, cum satellitibus suis pompam, ut procedere singula eius oporteret instruebat.* Et Plato in Parmenide. Καταλύειν αὐτοὺς ἔφη παρὰ τῷ Πυθοδώρῳ, ἐκτὸς τείχους ἐν Κεραμεικῷ. *Divertisse vero eos aiebat apud Pythodorum, extra moenia in Ceramico.* Sed descriptionem eius, ut prioris, e Pausania proponamus, singula mox eodem modo illustraturi.

Ἀθηναίοις ἔστι καὶ ἔξω πόλεως ἐν τοῖς δήμοις, καὶ κατὰ τὰς ὁδούς, θεῶν ἐστιν ἱερὰ καὶ ἡρώων καὶ ἀνδρῶν τάφοι. Ἐγγυτάτω δὲ Ἀκαδημία· χωρίον ποτὲ ἀνδρὸς ἰδιώτου, γυμνάσιον δὲ ἐπ' ἐμοῦ. Κατιοῦσι δὲ ἐς αὐτὴν περίβολός ἐστιν Ἀρτέμιδος καὶ ξόανα Ἀρίστης, καὶ Καλλίστης· ὡς μὲν ἐγὼ δοκῶ καὶ ὁμολογεῖ τὰ ἔπη τὰ Σαπφοῦς, τοῦ Ἀρτέμιδός εἰσιν ἐπικλήσεις αὗται.

Καὶ ναὸς δὲ μέγας ἐστὶν, ἐς ὃν τοῦ Διονύσου τοῦ Ἐλευθερέως τὸ ἄγαλμα ἀνὰ πᾶν ἔτος κομίζουσιν ἐν τεταγμέναις ἡμέραις.

Τάφοι δὲ Θρασυβούλου μὲν πρῶτον, τοῦ Λύκου, ἀνδρὸς τῶν τε ὕστερον, καὶ ὅσοι πρὸ αὐτοῦ γεγόνασιν Ἀθηναίοις γόνιμοι τὰ πάντα ἀρίστου.

Πρῶτος μέν ἐστιν ἕτερος τάφος· ἐπὶ δὲ αὐτοῦ Περικλέους τε καὶ Χαβρίου, καὶ Φορμίωνος. ἔστι δὲ καὶ πᾶσι μνῆμα Ἀθηναίοις ὁπόσοις ἀποθανεῖν συνέπεσεν ἐν τε ναυμαχίαις, καὶ ἐν μάχαις πεζαῖς πλὴν ὅσοι Μαραθῶνι αὐτῶν ἠγωνίσαντο· τούτοις γὰρ κατὰ χώραν εἰσὶν οἱ τάφοι ἢ ἀνδραγαθίαν. Οἱ δὲ ἄλλοι, κατὰ τὴν ὁδὸν κεῖνται τὴν ἐς Ἀκαδημίαν· καὶ σφῶν ἑστᾶσιν ἐπὶ τοῖς τάφοις στῆλαι, τὰ ὀνόματα, καὶ τὸν δῆμον ἑκάστου λέγουσαι. Πρῶτοι δὲ ἐτάφησαν ὃς ἐν Θράκῃ ποτὲ ἐπικρατοῦντας μέχρι Βραβίσκου τῆς χώρας, Ηδωνοὶ φονεύουσιν, ἀνέλπιστοι ἐπιθέμενοι.

Ἔστι δὲ ἐμπροσθεν τοῦ μνήματος στήλη, μαχομένους ἔχουσα ἱππεῖς· Μελάνωπος σφίσιν ἐστὶ Μακάρτατος ὀνόματα· ὃς κατέλαβεν ἀποθανεῖν ἐναντίαν Λακεδαιμονίων καὶ Βοιωτῶν τεταγμένους, ἔνθα τὸ Ἐλευσινίας ἐστὶ χώρας πρὸς Ταναγραίους ὅροι. Καὶ Θεσσαλῶν τάφος ἐστὶν ἱππέων, κατὰ παλαιὰν φιλίαν ἐλθόντων ὅτε σὺν Ἀρχιδάμῳ Πελοποννήσιοι πρῶτον ἐσέβαλον ἐς τὴν Ἀττικὴν στρατιᾷ, καὶ πλησίον τοξόται Κρησίν. Αὖθις δέ ἐστιν Ἀθηναίων μνήματα. Κλεοθένους, ᾧ τὰ ἐς τὰς φυλὰς αἱ νῦν καθεστᾶσιν εὑρέθη, καὶ ἱππεῦσιν ἀποθανοῦσιν, ἡνίκα συνεπελάβοντο οἱ Θεσσαλοὶ τοῦ κινδύνου. Ἐνταῦθα καὶ Κλεωναῖοι κεῖνται μετὰ Ἀργείων ἐς τὴν Ἀττικὴν ἐλθόντες.

Καὶ Ἀθηναίων δέ ἐστι τάφος, οἳ πρὶν ἢ στρατεῦσαι τὸν Μῆδον, ἐπολέμησαν πρὸς Αἰγινήτας. Ἦν ἄρα

Digitized by Google

ἢ ἄρα κ᾽ δήμῳ δίκαιον βούλευμα· εἰ δὴ κ᾽ Ἀθηναῖοι μετέδοσαν δήλοις δημοσίᾳ ταφῆναι καὶ τὰ ὀνόματα ἐγγραφῆναι σήλῃ.

Ἔ᾽σι δ᾽ ἢ κ᾽ ἀνδρῶν ὀνόματα ἄλλων, διάφορα δὲ σφίσι τὰ χωρία τ᾽ ἀγώνων κ᾽ γὰρ τ᾽ ἐπ᾽ Ὀλύνθῳ ἐλῄνων δοκιμώτατοι, κ᾽ Μελήσανδρ@ ἐς ἢ ἄνω Καρίαν ναυσὶν ἀναπλεύσας διὰ τῦ Μαιάνδρυ. Ἐῇάφησαν δ᾽ κ᾽ οἱ πλευτήσαντες πολεμῦντ@ Καισάνδρυ κ᾽ οἱ συμμαχήσαντες τότε Ἀργείων.

Καὶ ἀλέξαι δέ μοι κ᾽ τόσδε ἐπῆλθεν. Ἀπολλόδωρον ξ᾽νων ἡγεμόνα ὃς Ἀθηναῖ@ μὲν ἦν, ἐκπεμφθεὶς ἢ ὑπὸ Ἀρίσυ σατράπυ τ᾽ ἐφ᾽ Ἑλλησπόντῳ Φρυγίας, διεφύλαξε Περινθίοις ἢ πόλιν, ἐσβεβληκότ@ ἐς ἢ Περινθίαν Φιλίππυ στρατῷ. Οὗτός τε ἓν ἐνταῦθα τέθαπται, κ᾽ Εὐβυλ@ ὁ Σπινθάρυ, κ᾽ ἄνδρ@, οἷς ἀγαθοῖς ἔσιν ὐκ ἐπικολόθησε τύχη χρησή· τοῖς μὲν ἓν ἐπιθεμένοις τυραννῦντι Λαχάρῃ· οἱ δὲ τῦ Πειραιῶς κατάληψιν ἐβούλευσαν, Μακεδόνων φρυρύντων. πρὶν ἢ ἐργάσθ τὸ ἔργον, ὑπὸ τ᾽ συνειδότων μηνυθέντες ἀπώλοντο. Κεῖνται ἢ κ᾽ οἱ περὶ Κόρινθον πεσόντες.

Μετὰ ἢ τὺς ἀποθανόντας ἐν Κορίνθῳ, στήλην ἐπὶ τοῖσδε ἑστάναι τ᾽ αὐτὴν σημαίνῃ τὰ ἐλεγεῖα. τοῖς μὲν ἐν Εὐβοίᾳ τε κ᾽ Χίῳ τελευτήσασι· τὺς ἢ ἐπὶ τοῖς ἐχάτοις τῆς Ἀσιανῆς ἠπείρυ διαφθαρῆναι δηλοῖ, τὺς ἢ ἐν Σικελίᾳ. Γεγραμμένοι δέ εἰσιν οἱ στρατηγοὶ πλὴν Νικίυ. κ᾽ τ᾽ στρατιωτῶν ὁμῶ τοῖς ἀστοῖς Πλαταιεῖς.

Εἰσὶ ἢ ἐπ᾽ ἄλλῃ στήλῃ κ᾽ οἱ μαχεσάμενοι περὶ τ᾽ Θράκλῳ κ᾽ ἐν Μεγάροις, κ᾽ ἡνίκα Ἀγκάδας, τὺς ἐν Λαντινείᾳ κ᾽ Ἠλείυς, ἔπεισεν Ἀλκιβιάδης Λακεδαιμονίων ἀποσῆναι· κ᾽ οἱ πρὶν ἐς Σικελίαν ἀφικέσθ Δημοσθένην, Συρακησίων κρατησαν.ς. Ἐτάφησαν δὲ κ᾽ οἱ περὶ τ᾽ Ἑλλήσποντον ναυμαχήσαντες, κ᾽ ὅσοι Μακεδόνων ἐναντία ἠγωνίσαντο ἐν Χαιρωνείᾳ, ⊂ οἱ μετὰ Κλέων@ ἐς Ἀμφίπολιν στρατεύσαντες· οἵ τε ἐν Δηλίῳ τῳ Ταναγραίων τελδτήσαντες, κ᾽ ὅσυς ἐς Θεσσαλίαν Λεωσθένης ἤγαγεν, ⊂ οἱ πλεύσαντες ἐς Κύπρον ὁμῶ Κίμωνι τ᾽ τε σν Ὀλυμπιοδώρῳ τ᾽ φρυρὰν ἐκβαλόντων τριῶν καὶ δέκα ἄνδρες ἃ πλέυς. Φασὶ δὲ Ἀθηναῖοι καὶ Ῥωμαίοις, ὅμορόν τινα πολεμῦσι πόλεμον, στρατιὰν ἃ πολλὴν πεμψαι· κ᾽ ὕστερον, ναυμαχίας Ῥωμαίων πρὸς Καρχηδονίυς γενομένης, τριήρεις πέντε Ἀττικαὶ παρεγένοντο. ἔσιν ἐν καὶ τύτοις ἐνταῦθα τοῖς ἀνδράσιν ὁ τάφ@. Τολμίδᾳ ἢ κ᾽ τ᾽ σῦν αὐτῷ, ⊂ δεδήλωται μὲν ἤδη μοι τὰ ἔργα, ⊂ ὃν τρόπον ἐτελεύτησαν. ἴσω δὲ ὅτῳ φίλον, κειμένυς σφᾶς κ᾽ τ᾽ ὁδὸν ταύτην. Κεῖνται ἢ κ᾽ οἱ σὺν Κίμωνι τὸ μέγα ἔργον ἐπ᾽ Εὐρυμέδοντι πεζῇ ⊂ ναυσὶν αὐθημερὸν κρατήσαντες. Τέθαπται ἢ καὶ Κόνων, κ᾽ Τιμόθε@· δεύτεροι μετὰ Μιλτιάδην κ᾽ Κίμωνα ἕτοι πατὴρ κ᾽ παῖς ἔργα ἀποδεξάμενοι λαμπρά. Κεῖται ἢ κ᾽ Ζήνων ἐνταῦθα ὁ Μνασέυ· κ᾽ Χρύσιππ@ ὁ Σολεύς. Νικίας τε ὁ Νικομήδυς, ζῶα ἄρις@ γράψαι τ᾽ ἐφ᾽ αὐτῦ. κ᾽ Ἁρμόδι@ ⊂ Ἀριστογείτονι, οἱ τ᾽ Πισιστράτυ παῖδα Ἵππαρχον ἀποκτείναντες. Ῥήτορές τε, Ἐφιάλτης, ὅς τα νόμιμα, τὰ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ μάλιστα ἐλυμήνατο. καὶ Λυκῦργ@ ὁ Λυκόφρον@.

Πρὺ ἢ τῆς εἰσόδυ τ᾽ ἐς Ἀκαδημίαν ἐστὶ βωμὸς Ἔρωτ@, ἔχων ἐπίγραμμα ὡς Χάρμ@ Ἀθηναίων πρῶτ@ Ἔρωτι ἀναθείη.

Ἐν Ἀκαδημίᾳ δέ ἐσι Προμηθέως βωμός· κ᾽ θέασιν ἀπ᾽ αὐτῦ πρὸς ἢ πόλιν ἔχοντες λαμπάδας.

Ἔ᾽σι δὲ Μυσῶν τε βωμὸς κ᾽ ἕτερ@ Ἑρμῆ. καὶ ἔνδον Ἀθηνᾶς, τὸν δὲ Ἡρακλέης ἐποιησαν. κ᾽ φυτόν ἐσιν ἐλαίας δεύτερον τῦτο λεγόμενον φανῆναι.

Athenienſibus vero etiam extra Vrbem in A *populis, & iuxta vias, deorum templa & heroum, hominumque ſunt ſepulcra. Proxime autem Academia eſt; privati olim hominis praedium, nunc Gymnaſium: in cuius introitu ſeptum quoddam eſt Dianae; Optimaeque, ac Pulcerrimae ſimulacra: quae Dianae cognomenta ego exiſtimo, & teſtantur Sappbus carmina.*

Item templum eſt non magnum; in quod Bacchi Eleutherenſis ſimulacrum annis ſingu- B *lis, & diebus conſtitutis deportare conſueverunt.*

Ac ſepulcra primum occurrunt Thraſybuli, Lyci F. viri omnium Athenienſium, qui fuere ante ipſum, quique poſt ſunt conſequuti, longe ſane praeſtantiſſimi.

Atque hoc primum eſt ſepulcrum; inde Periclis, Chabriaeque, & Phormionis eſt videre. Exſtat quoque ſuum cunctis Athenienſibus monumentum, qui navalibus, aut terreſtribus praeliis mortem oppetierunt; his exceptis, qui ad C *Marathonem caeſi: illis enim eo ipſo, quo occubuerunt loco monumenta ob virtutem conſtituta. Alii in via ſiti, quae ad Academiam ducit; tumuliſque pilae impoſitae, quis inſcriptum, quod cuique nomen eſſet, ac quis populus. Primi autem ſunt ſepulti, quos in Thracia aliquando, quum iam regionem uſque ad Brabiſcum occupaſſent, improviſo adorti Edoni ceciderunt.*

Ante monumentum iſtud eſt columna; in qua equites pugnantes, Melanopus, ac Macartatus adpellati: qui adverſus Lacedaemo- D *nios, & Boeotios dimicantes in confinio Eleuſinis, & Tanagrae occubuerunt. Eſt & Equitum Theſſalorum hic ſepulcrum; qui pro vetere amicitia, quum in Atticam invaſiſſent Peloponneſii duce Archidamo, in auxilium venerunt. Hinc Cretenſium ſagittariorum occurrit; inde rurſum Athenienſium: Cliſthenis nempe a quo tribus, uti nunc habemus eas, ordinatae: item equitum qui occiſi quum periculum Theſſali quoque ſuſcepere. Ibidem & Cleonaei iacent, qui in Atticam cum Argivis adve-* E *nerunt.*

Eſt Athenienſium quoque monumentum, qui priuſquam invaderet Medus, bello contra Arginetas interfecti. Hinc ſervorum, quis pleniſſimo aequitatis plebiſcito, publicam quoque ſepulturam Athenienſes communicarunt, nominaque in columna inſcripſerunt.

Sunt virorum etiam aliorum nomina, qui diverſis quiſque locis ceciderunt; inter quos clariſſimi illi, qui pugnarunt ad Olynthum; & Meleſander per Maeandrum in ſuperiorem Cariam cum claſſe profectus: tum qui bello cum F *Caſſandro occubuere, & Argivi belli ſocii.*

Sed & hoc commemorare in mentem venit, Apollodorum Mercenariorum ducem, qui, quum Athenienſis eſſet, ab Ariſto Phrygiae ad Helleſpontum ſatrape ablegatus, ingreſſo in Perinthiis urbem conſervavit. Ille igitur hic ſepultus, tum & Spinthari Eubulus: item illi, quos, quum viri fortes eſſent, non ſequuta eſt fortuna: quorum alii quum in Lacharem tyrannum coniuraſſent, alii vero quum de eiicien-

Digitized by Google

ciendo e Piraeeo Macedonum praesidio consilium iniissent, antequam rem perfeciſsent a conſciis proditi perierunt. Praeterea ſepulti ibidem, qui ad Corinthum ceciderunt.

Poſt eos qui ad Corinthum caeſi, columnam unam multis erectam eſse elegi testantur. hos enim in Euboea, illos in Chio, quosdam in extremis continentis finibus, alios in Sicilia cecidiſse indicant. Duces etiam ſunt adſcripti, praeter Niciam, & cum civibus milites quoque Plataeenſes.

In alia columna ſunt inſcripti, qui in Thracia & ad Megaram pugnarunt; quique cum Alcibiade fuerunt, quum eius auctoritatem ſequuti Arcades, qui Mantineam tenent, & Elei a Lacedaemoniis defeciſsent: & qui ante Demoſthenis in Siciliam adventum, Syracuſanos vicerunt. Sepulcra etiam eorum viſuntur, qui ad Helleſpontum navali proelio conflixerunt; & qui steterunt contra Macedonas in Chaeronea; quique ſub Cleone ad Amphipolim meruerunt. Ad hoc, qui ad Delium in Tanagraeorum finibus ceciderunt; & quos in Theſſaliam Leoſthenes duxit; & qui cum Cimone in Cyprum navigarunt: illi etiam, qui Olympiodorum ſequuti, tredecim non amplius viri, praeſidium eiecerunt. Ferunt Athenienſes Romanis aliquando finitimum bellum gerentibus auxilia ſe non ſane magna ſubmiſiſse, & triremes quinque Atticas navali contra Carthaginienſes pugna interfuiſse: eſtque illis ibi virtus ſuum etiam monumentum. Tolmidae vero, militumque, qui cum ipſo, clara facinora, & quo modo interierint iam narravi, eorum etiam, ſi quis velit ad hanc viam monumenta eſse ſciat. Siti ibidem qui clarum illud facinus cum Cimone ad Eurymedontem fluvium proelio terreſtri pariter ac navali ediderunt. Inde Conon, & Timotheus; qui ſecundi poſt Miltiadem, ac Cimonem, pater, & filius, quam fortiſſime fecerunt. Conditus ibidem Zeno Mnaſeae filius, & Chryſippus Solis natus: Niciaſque ille Niconedis filius, in pingendis animalibus ſua aetate praeſtantiſſimus: Harmodius quoque, & Ariſtogiton; qui Piſiſtrati filium Hipparchum occiderunt: rhetoreſque, Ephialtes, qui quam maxime Areopagi iura evertit; & Lycurgus Lycophronis filius.

In primo Academiae aditu Amoris ara eſt; & inſcriptio quae Athenienſium primum Charmum dedicaſse indicat.

In Academia eſt ara Promethei, a qua cum accenſis facibus curſum in Vrbem inſtituebant.

Eſt Muſarum quoque ara, & Mercurii item altera; interius Minervae, aliam Herculi fecerunt. Olea etiam ſpectatur quae ſecundum enata dicitur.

CAP. XX.

Ceramicus extra Vrbem etiam Ἀκαδημία *dictus, aut pars potius eius quaedam, non Ceramicus univerſus.* Ἀκαδημία *autem dicta ab heroe Academo, aut Hecademo. Plutarchi locus emendatus; item Stephani. Quam longe ab Vrbe abfuerit. Porphyrii locus reſtitutus. Gymnaſium ibidem, unde ſi quis ſupra drachmas decem quidquam abſtuliſſet, capitis poena afficiebatur. Equeſtria exercitia, & ſpectacula ab Hipparchis edi ſolita, tum convivium.*

EN Pauſaniae tibi verba, in quibus primum obſervandum, Academiam, non Ceramicum memorari. Sed ſciendum Ceramicum extra Vrbem cum Academia eumdem fuiſſe. Clare Heſychius in Ἀκαδημία. Καλεῖται καὶ ὕτως ὁ Κεραμεικός. *Vocatur etiam eo nomine Ceramicus.* Stephanus. Ἑκαδημία ἡ Ἀκαδημία ἀπὸ Ἀκαδήμου, ᾗ Ἀθήνησι τόπος, ὁ Κεραμεικός. *Hecademia, ſive Academia, ab Academo; & Athenis locus Ceramicus adpellatus.* Et nonnulla eſt animadvertere a Scriptoribus quibuſdam in Ceramico recenſeri, quae ab aliis Academiae tribuuntur. Atque hoc ſemel eſt tenendum, ne diſſidium ignoratum forte turbet. Illud quoque, Academiam partem tantum Ceramici exterioris potiorem exſtitiſſe, ſed non Ceramicum totum; idque licet apud Auctores obſervare, ubi viae meminerunt, quae ad Academiam ducit; quum ab ipſa ſtatim porta Ceramicus hic inciperet. Dicta autem Academia ab Heroe Academo, qui hunc locum ſibi proprium dedicavit; quem Hecademum alii vocant. Ariſtophanis Scholiaſtes ad Nubes. Ἦν καὶ γυμνάσιον (ἡ Ἀκαδημία) ἀπὸ Ἑκαδήμου τινὸς, καταλεψαντος τὴν κτῆσιν ἑαυτῷ πρὸς ἐπισκευὴν τοῦ τόπου. *Erat & gymnaſium (Academia) ab Hecademo quodam, qui poſſeſſionem ſuam reliquit, ut hic locus pararetur.* Dixi heroem Hecademum adpellatum; itaque & primitus Ἑκαδημία dicebatur. Suidas. Ἀκαδημία, γυμνάσιον ἐν Ἀθήναις, προάστειον ἀλσῶδες, ἐν ᾧ διέτριβε Πλάτων· ἀπὸ Ἑκαδήμου τινὸς ὀνομασθέν. πρότερον δὲ διὰ τοῦ ε, Ἑκαδημία ἐκαλεῖτο. *Academia gymnaſium Athenis, ſuburbium nemoroſum, ubi Plato commorabatur ab Hecademo adpellatum; unde & prius per e, Hecademia dicebatur.* Omnino mendum eſt apud Plutarchum in Vita Theſei. Ὁ δὲ Δικαίαρχος Ἐχέμου φησὶ καὶ Μαράθου συστρατευσάντων τότε τοῖς Τυνδαρίδαις ἐξ Ἀρκαδίας ἀφ' ὧν μὲν, Ἐχεδημίαν προσαγορευθῆναι, τὴν νῦν Ἀκαδημίαν. *Dicaearchus ait quum Echemus, & Marathus ex Arcadia cum Tyndaridis militaverint, ab iſto quidem Echedemiam adpellatam, quae nunc Academia dicatur.* Reſcribo. Ἐχεδήμου φησὶ (a). Nam quae poſtea Ἀκαδημία ſi ab eo Ἐχεδημία prius adpellata fuit, neceſſarium eſt, ut ipſi Echedemo, non Echemo nomen fuerit. Eodem modo emendandus Stephanus in Ἑκαδήμεια. Vide quae notavi olim Animadverſ. Miſcellan. lib. IV. cap.

(a) Vide *Lib. De Populis Attic.* in Λυκαβηττός.

Digitized by Google

cap. XII. Privati autem hominis olim possessionem fuisse Pausanias dicit, Ἀκαδημία χωρίον ποτὲ ἀνδρὸς ἰδιώτου, γυμνάσιον ὃ ἐπ' ἐμοῦ. *Academia ager olim hominis privati; nunc gymnasium*. Erat autem proxime Vrbem. Clare Pausanias. Ἐγγυτάτω ὃ Ἀκαδημία. *Proxime vero est Academia*. Et vix mille passuum spatium disiungebat a porta Dipylo, de qua dixi paulo ante cap. XVIII. Livius ubi de porta illa agit lib. XXXI. *Extra limes mille ferme passus in Academiae gymnasium ducens*. Immo passus tantum erant septingenti quinquaginta, sive sex stadia. Clare Cicero de Fin. lib. V. in ipso initio: *Constituimus inter nos, ut ambulationem postmeridianam conficeremus in Academia, maxime quod is locus ab omni turba id temporis vacuus esset. Itaque ad tempus ad Pisonem omnes. Inde vario sermone sex illa a Dipylo stadia confecimus. Quum autem venissemus in Academiam, non sine causa nobilitata spatia, solitudo erat ea, quam volueramus*. Sed Porphyrio quid faciemus? Is fuisse procul dicit περὶ ἀποχῆς lib. I. Τὴν Ἀκαδημίαν εἵλετο οὐ μόνον ἔρημον, καὶ πόρρω τῆ ἄστεως χωρίον, ἀλλὰ καὶ ὥς φασιν, ἐπίνοσον. *Academiam delegit non solum desertum, & longe ab Vrbe situm locum, verum etiam, uti aiunt, insalubrem*. An scribendum; καὶ πρὸ τοῦ ἄστεως. *Et ante Vrbem?* Ita arbitror & voluisse eum dicere; non desertum solum locum Academiam, & extra Vrbem, sed & insalubrem fuisse. Librarii locum corruperunt. Sic est apud Etymologici Auctorem. Ἀκαδήμιον, γυμνάσιον· Τόπος ἐστὶ πρὸ τοῦ ἄστεως. *Academia, Gymnasium; locus est ante Vrbem*. Xenophon Histor. Graec. lib. II. Καὶ ἄλλοι οἱ τεθαμμένοι Λακεδαιμονίων πρὸ τῶν πυλῶν ἐν Κεραμεικῷ. *Et alii e Lacedaemoniis, qui sepulti ante portam in Ceramico*. Herodotus de sepulcro Cimonis, quod ibidem lib. VI. Τέθαπται δὲ Κίμων πρὸ τοῦ ἄστεως. *Sepultus vero est Cimon ante Vrbem*. Huc pertinet, quod προάστειον, Suburbium adpellat Thucydides lib. II. Τιθέασιν ἔν ἐς τὸ δημόσιον ζῆμα, ὅ ἐστιν ἐπὶ τοῦ καλλίστου προαστείου τῆς πόλεως. *Collocant igitur in publico sepulcro, quod in Vrbis pulcerrimo suburbio est*. Loquitur de sepulcro eorum, qui in bello interfecti; quod fuisse in Ceramico e Pausaniae illis verbis, quae citavi capite superiori, satis constat; & mox etiam sum dicturus. Plutarchus quoque in Sulla. Καὶ τὴν τε Ἀκαδημίαν ἔκειρε δενδροφορωτάτων (a) τῶν προαστείων ὄσαν. *Et Academiam item excidit, quae pulcerrime e suburbiis arboribus consita*. Diogenes Laertius in Platone lib. III. Ἐπανελθὼν ὃ εἰς Ἀθήνας διέτριβεν ἐν Ἀκαδημίᾳ· Τὸ δέ ἐστι γυμνάσιον προάστειον ἀλσῶδες. *Quum Athenas rediisset, in Academia commorabatur; ea vero est gymnasium, ac suburbium nemorosum*. Suidas. Ἀκαδημία γυμνάσιον ἦν ἐν Ἀθήναις προάστειον ἀλσῶδες. *Academia gymnasium erat Athenis, suburbium nemorosum*. Quae totidem verbis Auctor Proverbiorum. Ergo hunc Porphyrii locum satis mendi manifestum nunc tenemus. At est illud tamen vetus, & expressit Hieronymus adversus Iovinianum lib. II. *Sed & ipse Plato quum esset dives, & thoros eius Diogenes lutatis pedibus conculcaret, ut posset vacare philosophiae, elegit Academicam villam ab Vrbe procul, non solum desertam, sed & pestilentem*. Erat porro hic gymnasium. Pausanias ait. Γυμνάσιον δὲ ἐπ' ἐμοῦ. *Nunc vero est gymnasium*. Hesychius in Ἀκαδημία. Λέγεται δὲ γυμνάσιον Ἀθήνησιν ἀπὸ Ἀκαδήμου ἀναθέντος. *Dicitur autem gymnasium Athenis ab Academo, qui dedicavit*. Livius in citatis verbis: *Limes mille ferme passus in Academiae gymnasium ducens*. Cicero lib. IV. epist. XII. *Nos in nobilissimo orbis terrarum gymnasio, Academia, locum delegimus, ibique eum delegimus*. Neque aliter adpellant Grammatici Graeci, si quis eius meminerunt. Ac si quis cuiquam furto inde sustulisset, dum nimirum exercerentur, quod excederet drachmas decem, illum capite poenas dare oportebat; idque ex Solonis lege. Demosthenes Orat. in Timocratem. Εἴ τις ἐξ Ἀκαδημίας ἱμάτιον, ἢ ληκύθιον, ἢ ἄλλότι φαυλότατον, ἢ τῶν σκευῶν τι, ἢ ἐκ τῶν γυμνασίων, ἀφέλοιτο, ὑπὲρ δέκα δραχμὰς, καὶ τούτοις θάνατον ἐνομοθέτησεν (ὁ Σόλων) εἶναι τὴν ζημίαν. *Si quis vestem ex Academia, aut lagunculam, seu quid aliud minimi pretii, vasculumve e gymnasiis surripuerit, quod excederet decem drachmas, etiam illis poenam mortis (Solon) statuit*. Et equestria exercitia illic erant. Xenophon innuit in Hipparchico. Οἶαν γε μὴν ἐν τῷ ἐπικρότῳ ἐν Ἀκαδημίᾳ ἱππεύειν δεῖ, ἔχω τὰ δὲ παραινέσαι. *Quum autem in Academia, loco pavito, instituendae erunt equitationes, haec monere equidem habeo*. Item spectacula ab Hipparchis edi solita. Xenophon ibidem. ᾗ δυνατὸν κάλλιστα ἐπιδείξῃ (ὁ ἵππαρχος) τὰ τ' ἐν Ἀκαδημίᾳ καὶ τὰ ἐν Λυκείῳ. *Quam pulcerrime possit exhibeat (Hipparchus) quae in Academia solita, & Lyceo*. Convivium quoque agitari illic coeptum tempore posteriori. Athenaeus lib. IV. Ἀθήναις δ' ἰσορροῦσιν, ὃ πάνυ ἀρχαίων δυοῖν γλωμένων δείπνων, ἐν Λυκείῳ τε καὶ Ἀκαδημίᾳ, τοῦ μὲν εἰς τὴν Ἀκαδημίαν εἰσενέγκαντος ὀψοποιοῦ λοπάδα, πρὸς ἑτέραν τινὰ χρείαν, τὸν κέραμον κατάξαι πάντας τοὺς ἱεροποιοὺς, ὡς μακρόθεν οὐκ ἀσείας παρεισδύσης γλωμένης. *Athenis narrant quum convivia non omnino antiqua duo agitarentur in Lyceo, & Academia; atque in eo, quod in Academia habitum, patinam fictilem, in alium usum coquus forte intulisset, sacrorum ministros omnes hanc fregisse; tamquam ea nimis procul inciviliter irrepsisset*.

(a) Consule *Lib. II. Athen. Attic. Cap. III.* & *Laertium* in *Platone* ad eumque Viros doctos.

CAP. XXI.

Septum, & simulacra Dianae Τῆς Ἀρίσης, *ac* Καλλίσης. *Templum quoque, in quod Bacchi Eleutherensis simulacrum singulis annis deportatum; post incendio consumtum. Sepulcra Thrasybuli, Periclis, Chabriae, & Phormionis. In Chabriae quae impensa facta, lapidesque eius venditi a Ctesippo.*

SEptum autem hic Dianae, & simulacra eiusdem deae, cognomento cum Ἀρίσης, tum Καλλίσης. Pausanias. Κατιοῦσι δὲ ἐς αὐτὴν (τὴν

(τὴν Ἀκαδημίαν) περίβολός ἐστιν Ἀρτέμιδος· καὶ ξόανα Ἄρεως, καὶ Καλλίστης, ὡς μὲν ἐγὼ δοκῶ, ἃ ὁμολογεῖ τὰ ἔπη τὰ Σαπφοῦς, τῆς Ἀρτέμιδός ἐστιν ἐπικλήσεως αὕτη). *In introitu (Academiae) ſeptum quoddam eſt Dianae; Optimaeque, ac Pulcerrimae ſimulacra; quae Dianae cognomenta ego exiſtimo, & teſtantur Sapphus carmina.* Ac quod attinet τῆς Καλλίστης ſimulacrum, eſt de eo Heſychii etiam locus quidam. Καλλίστη ἡ θήρα τὸ πρότερον· καὶ ἡ ἐν Κεραμεικῷ Ἑκάτη, ἣν ἔνιοι Ἄρτεμιν λέγουσιν. *Pulcerrima venatio prius; & quae in Ceramico eſt Hecate; quam Dianam dicunt quidam* (a). Templum item non magnum erat; in quod Bacchi Eleutherenſis ſimulacrum annis ſingulis, ac diebus conſtitutis deportabant. Pauſanias. Καὶ ναὸς οὐ μέγας ἐστίν· ἐς ὃν Διονύσου τοῦ Ἐλευθερέως τὸ ἄγαλμα ἀνὰ πᾶν ἔτος κομίζουσιν ἐν τεταγμέναις ἡμέραις. *Et templum eſt non magnum, in quod Bacchi Eleutherenſis ſimulacrum annis, & diebus conſtitutis deportare conſueverunt.* Fiebat nempe hoc in ipſo Dionyſiorum feſto. Obſervo apud Philoſtratum in Herode, Sophiſt. lib. II. Ὅτε ποτὲ ἦλθον Διονύσια καὶ κατέβησαν ἐς Ἀκαδημίαν τὸ τοῦ Διονύσου ἕδος ἐν Κεραμεικῷ, ποτίζων ἀστοὺς ὁμοίως καὶ ξένους, &c. *Quum Dionyſia eſſent & in Academiam deferretur in Ceramico Bacchi ſimulacrum, civibus pariter, ac peregrinis potum praebens &c.* Atque hoc eſt templum iſtud, quod incendio conſumtum tradit Clemens in Protreptico. Ἀθήνησι γὰρ τοῦ Διονύσου τοῦ Ἐλευθερέως (τὸ πῦρ) κατήρειψε τὸν νεών. *Athenis enim Bacchi Eleutherenſis fanum (ignis) diruit.* Porro ſepulcra illic erant Thraſybuli, Periclis, Chabriae, & Phormionis. Pauſanias. Τάφοι δέ, Θρασυβούλου μὲν πρῶτον, τοῦ Λύκου· ἐπὶ δὲ αὐτῷ, Περικλέους τε καὶ Χαβρίου, καὶ Φορμίωνος. *Sepulcra ibi Thraſybuli quidem primum, Lyci Filii; inde Periclis, Chabriaeque, & Phormionis.* Ac Periclis quidem mentio eſt apud Ciceronem de fin. bon. lib. v. *Modo etiam paulum ad dextram de via declinavi, ut ad Periclis ſepulcrum accederem.* Chabriae vero meminit item Athenaeus; qui ait, mille drachmarum ſumtu ſtructum, lapideſque a Cteſippo filio venditos. Verba eius iſta habes lib. IV. Καὶ Κτησίππου δ' ὁ Χαβρίου υἱὸς, εἰς τοσοῦτον ἦλθεν ἀσωτίας, ὡς καὶ ἐκ μνήματος ἐκ πατρὸς εἰς ὃ Ἀθηναῖοι χιλίας ἀνήλωσαν δραχμὰς τοὺς λίθους πωλῆσαι εἰς τὰς ἡδυπαθείας. *Et Cteſippus, Chabriae Filius, tam effuſi luxus fuit, ut & de ſepulcro patris, in quod drachmas mille impenderant Athenienſes, lapides venderet; quo haberet quod inſumere voluptatibus ſuis poſſet.* Immo communis hic ſepeliendi locus, & magnifica monumenta ſpectabantur. Indicat Cicero de Legib. lib. III. *Propter has amplitudines ſepulcrorum, quas in Ceramico videmus, lege ſanctum eſt, ne quis ſepulcrum faceret operoſius, quam quod decem homines effecerint triduo.*

CAP. XXII.

Sepulcra eorum, qui in bello interfecti; praeter illos, qui ad Marathonem caeſi; qui eo ipſo loco ſepulti. Certamen quoque in honorem eorumdem ibi actum inſtituente Polemarcho; ac ſeorſim in Androgei Minois filii.

DEnique ſepulcra (b) illic ſpectabantur eorum omnium, qui in proelio cecidiſſent; his exceptis, qui in pugna ad Marathonem interfecti; ii enim ob virtutem illo ipſo in loco omnes tumulati. Pauſanias. Ἔστι δὲ καὶ πᾶσι μνῆμα Ἀθηναίοις, ὁπόσοις ἀποθανεῖν συνέπεσεν ἔν τε ναυμαχίαις, καὶ ἐν μάχαις πεζαῖς, πλὴν ὅσοι Μαραθῶνι αὐτῶν ἠγωνίσαντο. Τούτοις γὰρ κατὰ χώραν εἰσὶν οἱ τάφοι, δι' ἀνδραγαθίαν. οἱ δὲ ἄλλοι κατὰ τὴν ὁδὸν κεῖνται, τὴν ἐς Ἀκαδημίαν· καὶ σφῶν ἑστᾶσιν ἐπὶ τοῖς τάφοις στῆλαι, τὰ ὀνόματα καὶ τὸν δῆμον ἑκάστου λέγουσαι. *Exſtat quoque ſuum cunctis Athenienſibus monumentum, qui navalibus proeliis, aut terreſtribus cecidiſſent; his exceptis, qui ad Marathonem caeſi; illis enim eo ipſo, quo occubuerunt, loco monumenta conſtituta ob virtutem; alii in via ſiti, quae ad Academiam ducit; tumuliſque pilae impoſitae, quis inſcriptum, quod cuique nomen eſſet, ac quis populus.* Thucydides lib. II. Καὶ ἀεὶ ἐν αὐτῷ ἅπτουσι τοὺς ἐκ πολέμων, πλήν γε τοὺς ἐν Μαραθῶνι. ἐκείνων δὲ διαπρεπῆ τὴν ἀρετὴν κρίναντες αὐτοῖς καὶ τὸν τάφον ἐποίησαν. *Atque hic ſemper ſepeliunt eos, qui in bello ceciderunt; praeter eos, qui ad Marathonem caeſi; illorum enim quum virtutem inſignem eſſe iudicaſſent, illo ipſo etiam loco ſepulcrum iis ſtatuerunt.* Ac ſepultos ibi eos, qui in bello occubuiſſent, innuit item Ariſtophanes in Avibus fabula, iſtis verbis:

Ὁ Κεραμεικὸς δέξεταί νώ,
Δημοσίᾳ γὰρ ἵνα τάφωμεν,
Φησομεν πρὸς τοὺς στρατηγοὺς,
Μαχομένω τοῖς πολεμίοις
Ἀποθανεῖν ἐν Ὀρνεαῖς.
Ceramicus ſuſcipiet nos,
Nam ut publice ſepeliamur,
Dicemus ad duces,
Pugnantes nos cum hoſtibus
Cecidiſſe in Orneis.

Erant vero pilae in ſepulcris poſitae, quibus inſcriptum nomen uniuſcuiuſque, item populus. Ecce in Pauſaniae verbis iam citatis. Καὶ σφῶν ἑστᾶσιν ἐπὶ τοῖς τάφοις στῆλαι τὰ ὀνόματα, καὶ τὸν δῆμον ἑκάστου λέγουσαι. *Tumuliſque pilae impoſitae; quis inſcriptum, quod cuique nomen eſſet, ac quis populus.* Scholiaſtes Ariſtophanis Equitibus. Δύο δὲ οἱ Κεραμεικοὶ Ἀθήνησιν, ὁ μὲν ἔνδον τῆς πόλεως, ὁ δὲ ἔξω. ἔνθα τοὺς ἐν πολέμῳ τελευτήσαντας ἐθαπτον δημοσίᾳ καὶ τοὺς ἐπιταφίους ἔλεγον. εἰσὶ δὲ ἔνθεν καὶ ἔνθεν στῆλαι ἐπὶ τοὺς δημοσίᾳ τεθαμμένους, ἔχουσαι ἐπιγραφὰς πᾶς ἕκαστος τέθαπται. *Duo Athenis Ceramici erant; quorum unus intra Vrbem, alter extra. Hic eos, qui in bello caeſi, publice ſepeliebant; funebreſque orationes item habebant,*

(a) Nempe Hecate, & Diana, eadem. *Virgilius. Tergeminamque Hecaten, tria Virginis ora Dianae.*

(b) Vide *Lib. de Populis Atticis* in Κεραμεικός.

Digitized by Google

bebant, Ac columnae hinc, & inde publice sepultis positae; queis inscriptum, ubi quisque sepultus esset. Videndus quoque Suidas in Κεραμεικός. Quin certamen etiam hic quotannis agitari solitum in honorem eorumdem a Polemarcho. Philostratus in Philisci Vita Sophist. lib. II. Κεκτημένῳ δὲ Ἀθήνησι χωρίον ἐκ ἀηδὲς, ἐκ ἐν αὐτῷ ἐτάφη, ἀλλ' ἐν Ἀκαδημίᾳ, ἔ τίθησι τὸν ἀγῶνα τοῖς ἐκ τ πολέμων θαπτομένοις ὁ πολέμαρχος. *Quum Athenis praedium non inamaenum possideret, non in eo est sepultus, sed in Academia, eo loco, ubi certamen iis, qui in bello ceciderunt Polemarchus instituit.* Meminit Pollux lib. VIII. cap. IX. sect. IV. Διατίθησι δὲ (ὁ πολέμαρχος) τὸν ἐπιτάφιον ἀγῶνα τῶν ἐν πολέμῳ ἀποθανόντων. *Ordinat vero (Polemarchus) certamen funebre in honorem eorum, qui in bello interfecti.* Ac seorsim idem honos Androgeo habitus Minois filio. Hesychius. Ἐπ' Εὐρυγύᾳ ἀγών. Μελησαγόρας τὸν Ἀνδρόγεων Εὐρυγύλῳ εἰρῆσθαι φησὶ τὸν Μίνωος. Ἐφ' ᾧ τὸν ἀγῶνα τίθεσθαι τ ἐπιτάφιον Ἀθήνησιν ἐν Κεραμεικῷ. *In Eurygyis certamen. Melesagoras auctor est, Androgeon Minois filium adpellatum fuisse Eurygyem; in cuius honorem certamen funebre Athenis in Ceramico celebretur.*

CAP. XXIII.

Quonam ritu, qui in bello interfecti sepeliri soliti fuerint, obiter dictum.

LIbet etiam quando occasio sese offert, quo nam ritu sepeliri illi soliti, qui in bello cecidissent explicare. Triduo antequam efferre funus vellent, tabernaculum faciebant, sub quo mortuorum ossa deponebant; ac inferias quisquis vellet inferebat, quas liberet: ipso autem funeris die plaustra quaedam adducebantur; quae confectas e cupresso (a) arcas veherent singulas e singulis tribubus: in his singularum tribuum, e quibus unusquisque ortus, ossa erant. Vnus autem lectus, vacuus, & instratus ferebatur; illorum causa, qui reperti non fuissent, neque tolli potuissent. Ac prosequebatur quilibet, sive civis, sive ille peregrinus; quin & feminae e propinquis eiulantes ad sepulcrum accedebant, inde in sepulcrum publicum inferebantur; moxque aliquis dignitate, & prudentia praestans ceteris funebri oratione sic sepultos collaudabat. Hæc Thucydides unus docet lib. II. Ἐν ᾗ τῷ αὐτῷ χειμῶνι οἱ Ἀθηναῖοι τῷ πατρίῳ νόμῳ χρώμενοι, δημοσίᾳ ταφὰς ἐποιήσαντο τ ἐν τῷδε τῷ πολέμῳ πρῶτον ἀποθανόντων, τρόπῳ τοιῷδε. τὰ μὲν ὀστὰ προτίθενται τ ἀποχωμένων πρότονλα σκηνὴν ποιήσαντες, καὶ ἐπιφέρει τῷ αὐτοῦ ἕκαστος ἤν τι βούληται. ἐπειδὰν ᾖ καὶ ἡ ἐκφορὰ ᾖ, λάρνακας κυπαρισσίνας ἄγουσιν ἅμαξαι, φυλῆς ἑκάστης μίαν. ἔνεσι δὲ καὶ τὰ ὀστᾶ, ἧς ἕκαστος ἦν φυλῆς. μία ᾗ κλίνη κενὴ φέρεται, ἐρωμένη τ ἀφανῶν, οἳ ἂν μὴ εὑρεθῶσιν ἐς ἀναίρεσιν. ξυνεκφέρει ᾧ ὁ βούλομενος καὶ ἀστῶν, καὶ ξένων. καὶ γυναῖκες πάρεισιν αἱ προσήκουσαι ἐπὶ τὸν τάφον, ὀλοφυρόμεναι. τιθέασιν ἔν ἐς τὸ δημόσιον σῆμα, ὅ ἐστιν ἐπὶ τῷ καλλίστῳ προαστείῳ τῆς πόλεως. καὶ ἀεὶ ἐν αὐτῷ θάπτουσι τοὺς ἐκ τῶν πολέμων, πλήν γε τοὺς ἐν Μαραθῶνι ἐκείνων δὲ διαπρεπῆ τὴν ἀρετὴν κρίναντες, αὐτοῦ καὶ τ τάφον ἐποίησαν. ἐπειδὰν δὲ κρύψωσι γῆ, ἀνὴρ, ἡρημένος ὑπὸ τῆς πόλεως, ὃς αἰ γνώμῃ τε δοκῇ μὴ ἀξύνετος εἶναι, καὶ ἀξιώματι προήκῃ, λέγει ἐπ' αὐτοῖς ἔπαινον τὸν πρέποντα. μετὰ δὲ τοῦτο ἀπέρχονται. *Eadem hyeme Athenienses patrio instituto publice humarunt eos, qui in hoc bello primi mortem oppetierant, isto modo. Triduo antequam funus efferatur, tabernaculum faciunt, & sub eo defunctorum ossa proponunt; & unusquisque suo inferias affert, si quas velit. Quum autem funeris efferendi dies venerit, plaustra adducuntur, quae arcas ex cupresso factas e singulis tribubus singulas portant. In his autem insunt ossa singularum tribuum, ex quibus singuli eorum sunt. Unus autem lectus inanis, stratus fertur illorum causa, qui non exstant; quique ut tollerentur, non sunt inventi. Quis libet autem, sive civis, sive peregrinus funus prosequitur, & mulieres genere propinquae ad sepulcrum adsunt eiulantes. Collocant autem in publico monumento, quod est in pulcerrimo suburbio eorum quae Vrbs habet. Atque hic semper sepeliunt eos, qui in bello interfecti; praeter eos, qui ad Marathonem caesi: illorum enim quum virtutem insignem esse iudicassent, in eo ipso etiam loco sepulcrum iis fecerunt. Postquam autem iam humarunt, vir a civitate lectus, qui nec imprudens videatur, & excellat dignitate, laudem illic dignam dicit.* Hunc Thucyd. locum respexit Theod. Therapeut. VIII. Καὶ ὁ Θουκυδίδης τ ἐν τῷ Πελοποννησιακῷ πολέμῳ τετελευτηκότων διηγεῖται τὸ γῆρας· καὶ ὅπως μὲν τὰ εὑρεθέντα σώματα τ προσηκόντων ἕκαστος ἠξίου ταφῆς· ἠλίκλιν δὲ τοῖς ἥκιστα εὑρεθεῖσιν ἐμηχανῶντο τιμὴν, κυπαρισσίνας μὲν κατασκευάζοντες λάρνακας, κοινῇ δὲ πάντες οἱ μὲν ἡγεμένοι τούτων, οἱ δὲ ἑπόμενοι κ παρεπόμενοι, κ τάφον (b) κατασκευάζοντες μέγιστον τοῖς ὑπὸ οἰωνῶν, ἢ κυνῶν (c) ἢ θώων δαπανηθεῖσι. *Et Thucydides eorum, qui in bello Peloponnesiaco ceciderunt, commemorat honorem; & quo modo cadavera quidem, quae inventa, sepulcro quisque sit dignatus; quosque honores non inventis excogitarint, loculis nempe e cupresso apparatis, communi quadam funeris pompa, illos praecessisse, hos sequutos, istos latera comitatos; maximumque monumentum struxisse iis quotquot avibus, canibus, lupis esca esse contigisset.*

(a) Cupressus moesta arbos, & funeribus adhibita. Cyparisso enim, quum in hanc arborem transformaretur, Apollo, ut fabula fert,

——— ——— *lugebere nobis,*
Lugebisque alios, aderisque dolentibus, inquit.
Ovidius X. Metamorph.

(b) Tumulum scilicet honorarium, quem Cenotaphium vocant, qualem describit, *Virgilius Lib. III. AEneid.*

Solemnes tum forte dapes, & tristia dona
Ante urbem in luco falsi Simoentis ad undam
Libabat cineri Andromache, manesque vocabat
Hectoreum ad tumulum, viridi quem cespite inanem,
Et geminas, causam lacrimis, sacraverat aras.

(c) Homerus Iliad. α'

——— αὐτοὺς δὲ ἑλώρια τεῦχε κύνεσσιν,
Οἰωνοῖσί τε πᾶσι.

CAP.

CAP. XXIV.

Sepulcrum Cimonis. Κοίλη. *Sepulcra Chaeronis, Thibrachi, Lacratis, Spartanorum; item Chryſippi, Zenonis Cittienſis, Niciae pictoris, Harmodii, Ariſtogitonis, Ephiartae & Lycurgi oratoris, ac de Zenonis Antigoni regis poſtulatum: Lycurgi etiam alterius & Diomedis maiorum Lycurgi Oratoris: Herodoti quoque, & Thucydidis monumenta, tum Platonis, ac Toxaridis, & M. Marcelli: Denique Miltiadis equarum, quae certamine olympico ter victrices.*

ET quidem eorum, qui in bello interfecti monumenta a Pauſania memorantur; de quibus quod dicam aliud nihil habeo. Inter hæc Cimonis erat, idque in loco Κοίλη dicto. Marcellinus in Vita Thucydidis. Πρὸς γὰρ τ Μελιτής πύλαις ἐςὶν ἐν Κοίλῃ τὰ καλούμενα Κιμώνια μνήματα. *Ad Melitidem enim portam in Coela ſunt Cimonia quae vocantur monumenta.* Erat autem Κοίλη inter Atticae populos; ut pridem oſtendi in libro de iis ſingulari; ubi vide quae notavi. Praeter iſtos a Pauſania memoratos invenio Chaeronis etiam, & Thibrachi, Lacratisque, & aliorum Spartanorum monumenta. Xenophon Hiſt. Graec. lib. II. Ἐνταῦθα δὲ ἀποθνήσκει Χαίρων τε καὶ Θίβραχος, ἄμφω πολεμάρχω· καὶ Λακράτης, ὁ Ὀλυμπιονίκης· καὶ ἄλλοι οἱ τεταγμένοι Λακεδαιμονίων πρὸ τῶν πυλῶν, ἐν Κεραμεικῷ. *Hic occumbunt Chaeron, & Thibrachus, ambo polemarchi; & Lacrates is, qui Olympico certamine vicerat: tum e Lacedaemoniis alii, qui ſepulti ante portam in Ceramico.* Porro ut omittam eos, qui in bello cecidерunt, alii quoque viri aliquot excellentes hic ſepulti; Chryſippus Solenſis, & Zeno Cittienſis philoſophi; Nicias pictor; Ariſtogiton, & Harmodius tyrannicidae, Ephialtes, & Lycurgus, Oratores. Pauſanias. Κεῖ δὲ καὶ Ζήνων ἐνταῦθα ὁ Μνασέου· καὶ Χρύσιππος ὁ Σολεύς. Νικίας τε ὁ Νικομήδους, ζῶα ἄριςος γράψαι τῶν ἐφ' ἑαυτῷ. καὶ Ἁρμόδιος καὶ Ἀριςογείτων, οἱ τ Πεισιςράτου παῖδα Ἵππαρχον ἀποκτείναντες ῥήτορές τε Ἐφιάλτης, ὃς τὰ νόμιμα, τὰ ἐν Ἀρείῳ πάγῳ μάλιςα ἐλυμήνατο· καὶ Λυκοῦργος, ὁ Λυκόφρονος, *Conditus ibidem Zeno, Mnaſeae filius, & Chryſippus Solis natus. Niciaſque ille Nicomedis filius in pingendis animalibus ſua aetate praeſtantiſſimus: Harmodius quoque, & Ariſtogiton; qui Piſiſtrati filium Hipparchum occiderunt; rhetoreſque, Ephialtes, qui quam maxime Areopagi iura evertit; & Lycurgus Lycophronis filius.* Ac de Zenone teſtatur item Diogenes Laertius in eius Vita lib. VII. Ἀθηναῖοι δὲ ἔθαψαν αὐτὸν ἐν τῷ Κεραμεικῷ. *Athenienſes vero ſepeliverunt ipſum in Ceramico.* Et in decreti hac de re facti verbis erat. Τύχῃ τῇ ἀγαθῇ δεδόχθαι τῷ δήμῳ, ἐπαινέσαι μὲν Ζήνωνα Μνασέου Κιτιέα, καὶ ςεφανῶσαι χρυσῷ ςεφάνῳ κατὰ τὸν νόμον, ἀρετῆς ἕνεκα καὶ σωφροσύνης, οἰκοδομῆσαι δὲ αὐτῷ τάφον ἐπὶ τῷ Κεραμεικῷ δημοσίᾳ. *Quod bene vertat, viſum populo laudare Zenonem Mnaſeae filium Cittienſem & Corona aurea ornare iuxta legem, virtutis ergo, & prudentiae: ſepulcrum item aere publico exſtruxiſſe in Ceramico.* Idque Antigonus rex per legatum Thraſonem petierat. Diogenes alibi in philoſophi eiuſdem Vita. Λέγεται δὲ κ μετὰ τὴν τελευτὴν τῷ Ζήνωνος εἰπεῖν τ Ἀντίγονον, οἷον εἴη θέατρον ἀπολωλεκώς. ὅθεν κ διὰ Θράσωνος πρεσβευτοῦ παρὰ τῶν Ἀθηναίων ᾐτήσατο αὐτῷ τὴν ἐν Κεραμεικῷ ταφήν. *Fertur etiam Antigonus poſt mortem Zenonis dixiſſe, quale theatrum perdidiſſet; ideoque per Thraſonem legatum petiiſſe ab Athenienſibus, ut in Ceramico ei ſepulcrum darent.* Quod Lycurgum vero attinet; erat item quoddam alterius iſto nomine monumentum, & Diomedis; qui uterque inter maiores Oratores cenſebatur. Ecce tibi in decreto in prioris honorem facto, quod Plutarchus repraeſentat in fine libri de x. Rhet. Καὶ οἱ πρόγονοι οἱ Λυκούργου, Διομήδης τε καὶ Λυκοῦργος, καὶ ζῶντες ἐτιμῶντο ὑπὸ τοῦ δήμου, καὶ τετελευτήκασιν αὐτοῖς, δι' ἀνδραγαθίαν, ἔδωκεν ὁ δῆμος δημοσίας ταφὰς ἐν Κεραμεικῷ. *Et maiores Lycurgi, Diomedes, ac Lycurgus vivi a populo honorati; mortuique ex aere publico monumenta in Ceramico acceperunt.* Inſuper Herodoti invenio, & Thucydidis; & quidem iuxta Cimonis, de quo paullo ante dixi. Marcellinus in citato ſtatim loco. ἔςιν ἐν Κοίλῃ τὰ καλούμενα Κιμώνια μνήματα. ἔνθα δείκνυται Ἡροδότου, καὶ Θουκυδίδου τάφος. *Sunt in Coela monumenta, quae Cimonia appellantur; ubi ſepulcra quoque Herodoti, & Thucydidis oſtenduntur.* Et de Thucydidis iterum poſtea. Εἶτι δὲ αὐτοῦ τάφος πλησίον τῶν πυλῶν, ἐν χωρίῳ τῆς Ἀττικῆς, ὃ Κοίλη καλεῖται, καθά φησιν Ἄντυλλος ἀξιόπιστος ἀνὴρ μαρτυρῆσαι, καὶ ἱςορίαν γνῶναι, καὶ διδάξαι δεινός. καὶ ςήλη δέ φησιν, ἔςηκεν ἐν τῇ Κοίλῃ, ΤΟΥΚΗΔΙΔΗΣ ΟΛΟΡΟΥ ΑΛΙΜΟΥΣΙΟΣ, ἔχουσα ἐπιγράμμα. *Eſt vero ſepulcrum eius prope portam in loco Atticae, Coela dicto, ut Antyllus refert, vir dignus, cuius teſtimonio fides haberetur, & hiſtoriae peritiſſimus, atque ad docendum gravis. Et columna, ait, ſtetit in Coela; quae inſcriptionem habebat* THVCYDIDES OLORI ALIMVSIVS. Platonis quoque ibidem erat. Diogenes Laertius in eius Vita lib. III. Καὶ ἐτάφη ὁ Πλάτων ἐν τῇ Ἀκαδημίᾳ, ἔνθα τὸν πλεῖςον χρόνον διετέλεσε φιλοσοφῶν. *Ac ſepultus eſt Plato in Academia, ubi plurimum temporis in Philoſophiae ſtudiis exegerat.* Pauſanias tamen extra Academiam ponit, non longe ab ea Ἀκαδημίας δὲ ὀ πόρρω, Πλάτωνος μνῆμά ἐςιν. *Non procul vero ab Academia exſtat Platonis monumentum.* Sed, ut extra Academiam, tamen in Ceramico fuerit, ſiquidem, ut ſupra dixi, Ceramicus Academiam continebat. Sic Toxaridis ſepulcrum, etſi extra Academiam collocatum, in Ceramico tamen fuit. Meminit eius Lucianus in dialogo, cui Scythae nomen fecit; ubi de Toxaride agit. Εἶτι δὲ ὀ πολὺ ἀπὸ τοῦ Διπύλου (haec eſt porta, qua a Ceramico Vrbano ad exteriorem itur, ut ſupra oſtendi) ἐν ἀριςερᾷ ἰοῦσιν Ἀκαδημίαν ἀπιόντων, ὀ μέγα τὸ χῶμα, καὶ ἡ ςήλη χαμαί. *Eſt vero non longe a Dipylo, ſiniſtrorſum, qua ad Academiam itur, tumulus non magnus, & cippus humilis.* Porro & M. Marcelli in Academia e marmore monumentum poni curavit

vit Cicero. Ipſe ſcribit ad Sulpitium lib. IV. epiſt. XII. *Ab Athenienſibus locum ſepulturae (M. Marcello) intra Vrbem ut darent, impetrare non potui, quod religione impediri ſe dicerent; neque tamen id antea cuiquam conceſſerant. Quod proximum fuit, ut in quo vellemus gymnaſio eum ſepeliremus, nobis permiſerunt. Nos in nobiliſſimo orbis terrarum gymnaſio Academia, locum delegimus, ibique eum combuſſimus, poſteaque curavimus, ut iidem Athenienſes in eodem loco monumentum eidem marmoreum faciendum locarent.* Denique & Miltiadis equae certamine Olympico ter victrices hic ſepultae(a). AElianus Hiſt. Anim. lib. XII. cap. XL. Μιλτιάδης δὲ τὰς ἵππους, τὰς τρὶς Ὀλύμπια ἀνελομένας ἔθαψεν ἐν Κεραμεικῷ. *Miltiades vero equas, quae ter certamine Olympico vicerant, in Ceramico ſepelivit.* Et quidem e regione ſepulcri Cimonis, de quo dixi. Herodotus loco citato. Τέθαπται δὲ Κίμων πρὸ τῦ ἄξεος, πέρην τῆς διὰ Κοίλης (ita legendum iam admonui) καλευμένης ὁδῦ. καταντίον δ' αὐτῦ αἱ ἵπποι τεθάφαται αὐτοῦ αἱ τρὶς Ολυμπίαδας ἀνελόμεναι. *Sepultus vero eſt Cimon ante urbem ultra viam, quae, quod trans Coelam ducat, nomen inde ſuum accepit: & e regione eius ſepultae ſunt equae, quae victorias Olympiadas tres retulerunt.*

CAP. XXV.

Ara amoris a Charmo poſita; & inſcriptio. Eiuſdem ſignum a Piſiſtrato dedicatum; ad quod ignem in certamine lampadario accendebant. Minervae fanum; in cuius introitu vetus baſis, cui Prometheus ſuperimpoſitus, & Vulcanus: ille ſenior; hic adoleſcens: tum communis ara utrique; unde curſus inchoatus certamine lampadario, quod hic actum. Aras Muſarum, Mercurii, Minervae, Herculis; item Iovis Καταιβάτυ, Μορίυ; *& oleae, Minervae ſacrae, quae* Μορίαι *appellatae.*

IN introitu Academiae ara Amoris viſebatur, a Charmo poſita. Pauſanias. Πρὸ ᾧ τῆς ἐσόδυ τῆς ἐς Ἀκαδημίαν ἐστὶ βωμὸς ἔρωτος. ἔχων ἐπίγραμμα, ὡς Χάρμος Ἀθηναίων πρῶτος ἔρωτι ἀνάθεμα. *In primo Academiae aditu Amoris ara eſt; & inſcriptio, quae Athenienſium primum Charmum dedicaſſe indicat.* Ac inſcriptionem ipſam habes in fine Anthologiae cum iſto titulo. Τὸ ἐπὶ τῷ Ἔρωτι ἐπιγραφὲν τῷ πρὸς τῇ Ἀκαδημίᾳ ἱδρυθέντι.

Ποικιλομηχαν' Ἔρως, σοὶ τονδ' ἱδρύσαλο βωμὸν
Χάρμος, ἐπὶ σκιεροῖς τέρμασι γυμνασίυ.

Quod Amori inſcriptum, qui apud Academiam erat dedicatus.

Hanc tibi, callide Amor, devotus condidit aram
Charmus, in umbroſo limite gymnaſii.

Et apud Athenaeum lib. XIV. Συνεδη δὲ ὡς φησι, τὸν Χάρμον ἐρασθὴν τῇ Ἱππίᾳ γλυέσθαι, καὶ τὸ πρὸς Ἀκαδημίᾳ Ἔρωτα ἱδρύσασθαι πρῶτον, ἐφ' ᾧ ἐπιγέγραπται. Ποικιλομήχαν' Ἔρως &c. *Accidit vero, uti ait, ut Hippiam amaret Charmus, & Amorem iuxta Academiam dedicaret cum hac inſcriptione; Callide Amor* &c. Sed confundit ſimulacrum Amoris cum ara; quod Piſiſtratus poſuiſſe memoratur, ut ſtatim dicam. Mentio eſt eiuſdem arae in ſomnio Socratis de Platone, quod narrat Apuleius lib. de dogm. Plat. *Somnium etiam Socratis circumferunt; nam vidiſſe ſibi viſum eſſe cycni pullum ex altari, quod in Academia Cupidini conſecratum eſt, volaſſe, & in eius gremio reſediſſe.* Memoria labitur Ioannes Salesberienſis, quum Veneris eam, non Amoris appellat, Polycratici lib. II. cap. XVI. *Socrates ſibi ex ara Veneris, quae Academiae erat, vidit offerri cycnum.* Erat quoque ſimulacrum eiuſdem Dei, a Piſiſtrato dedicatum; ad quod ignem in certamine lampadario accendebant. Plutarchus in Solonis vita. Λέγεται δὲ καὶ Πεισίστρατον ἐρασθὴς Χάρμου γλυέσθαι, καὶ τὸ ἄγαλμα τῷ Ἔρωτι καθιερῶσαι, ὅθεν τὸ πῦρ ἀνάπτουσιν, οἱ τὴν ἱερὰν λαμπάδα διαθέοντες. *Fertur etiam Charmum Piſiſtratus amaſſe, & Amoris ſimulacrum dedicaſſe; ubi ignem accendunt qui cum ſacra lampade currentes certant,* Meminit Athenaeus lib. XIII. Ἀθηναῖοι δὲ τοσοῦτον ἀπέχοντο συνουσίας τινὸς διαλαβεῖν προεσάναι τὸ Ἔρωτα, ὥσε τῆς Ἀκαδημίας ἐκδήλως τῇ Ἀθηνᾷ καθιερωμένης, αὐτόθι τὸ Ἔρωτα ἱδρυσάμενοι συνθύουσιν αὐτῷ. *Athenienſes vero tantum abeſt, ut Amorem coitus praeſidem exiſtimarent, ut quum citra controverſiam Academia Minervae ſacra cenſeretur, illic quoque ſimulacro eius poſito, communia ipſi ſacra facerent.* Minervae etiam illic fanum; in introitu eius erat baſis vetus, ſuper quam Prometheus poſitus, & Vulcanus: ille ſenior, hic adoleſcens: tum communis utriuſque ara. Apollodorus apud Scholiaſten Sophoclis Oed. Col. Συντιμᾶται δὲ καὶ (ὁ Προμηθεὺς) ἐν Ἀκαδημίᾳ τῇ Ἀθηνᾷ, καθάτερ ὁ Ἡφαιςος. καὶ ἔςιν αὐτῷ παλαιὸν ἵδρυμα· κὴ ναὸς, ἐν τῷ τεμένει τῆς θεῦ. δείκνυται δὲ καὶ βάσις ἀρχαῖα κατὰ τὴν εἴσοδον, ἐν ᾗ τοῦτε Προμηθέως ἐςὶ τύπος, καὶ τῦ Ἡφαίςυ. πεποίηται δὲ, ὡς ὁ Λυσιμαχίδης φησὶν, ὁ μὲν Προμηθεὺς, πρῶτος καὶ πρεσβύτερος, ἐν δεξιᾷ σκῆπτρον ἔχων· ὁ δὲ Ἡφαιςος, νέος καὶ δευτερος, καὶ βωμὸς ἀμφοῖν κοινός ἐςιν, ἐν τῇ βάσει ἀποτετυπωμένος. *Colitur vero & Prometheus in Academia, una cum Minerva, quemadmodum & Vulcanus: eſtque illi ſimulacrum quoddam antiquum, ac ſacellum in templo deae. Oſtenditur autem vetus baſis in introitu; in qua Promethei ſignum exſtat, & Vulcani; ac Prometheus, uti refert Lyſimachides, prior factus; & ve-*

(a) Florentiae ad Arni ripam Equi monumentum marmoreum exſtat cum hoc Epitaphio:

OSSA EQVI CAROLI CAPELLI
LEGATI VENETI
NON INGRATVS HERVS SONIPES
MEMORANDE SEPVLCRVM
HOC TIBI PRO MERITIS HAEC
MONVMENTA DEDIT
OBSESSA VRBE
MDXXX. III. ID. MART.

Mulae Epitaphium a diverſis Auctoribus relatum, cuius initium DIS PEDIBVS &c. non exhibeo, quod antiquitatem minime ſapiat, ut Critici animadvertunt. Dignum tamen eſt quod legatur Epitaphium Luſciniae, cuiuſcumque aevi ſit, certe perelegans, quod a Iac. Sponio in Itinerario ſuo producitur.

Digitized by Google

& vetustior, manu dextra sceptrum tenens; sed Vulcanus recens, ac posterior, ara praeterea communis utrique in basi efficta. A Promethei ista ara, qui certamen lampadarium agitabant, cursum suum incipiebant. Pausanias. Ἐν Ἀκαδημίᾳ δὲ ἔστι Προμηθέως βωμός. καὶ θέουσιν ἀπ' αὐτοῦ ἐς τὴν πόλιν ἔχοντες καιομένας λαμπάδας. *In Academia autem est ara Promethei; & ab ea in Vrbem currunt habentes lampades ardentes.* Nam in Ceramico hoc certamen actum. Suidas. Κεραμεικὸς τόπος Ἀττικῆς ὑψηλὸς, ὅπου ἐπετέλουν οἱ Ἀθηναῖοι κατ' ἔτος λαμπαδοῦχον ἀγῶνα. *Ceramicus locus Atticae editus, in quo Athenienses quotannis lampadarium certamen peragebant.* Vide *Graeciae* nostrae *Feriatae* lib. v. in Λαμπάς (a). Erat deinde Musarum ara, & Mercurii: interius vero etiam Minervae, Herculisque. Pausanias. Ἔστι δὲ Μουσῶν τε βωμὸς· καὶ ἕτερος, Ἑρμοῦ καὶ ἔνδον Ἀθηνᾶς. ἣ δὲ Ἡρακλέους ἐποίησαν. *Est Musarum quoque ara, & Mercurii item altera; interius Minervae: aliam Herculi fecerunt.* Iovis quoque τοῦ Καταιβάτου (b) cognomento; sive Μορίου. Apollodorus loco citato. Περὶ Ἀκαδημίαν ἐστὶν ὅ, τε τοῦ Καταιβάτου Διὸς βωμὸς, ὃν καὶ Μόριον καλοῦσι· ἐκεῖ μορίων παρὰ τὸ τῆς Ἀθηνᾶς ἱδρυμένων. *In Academia est & ara Iovis Cataebatae, quem indigitant etiam Morium, quia illic oleae sacrae ad Minervae sint dicatae.* Vbi illud quoque observa; iuxta templum Minervae paulo ante memoratum, oleas sacras fuisse, quas Μορίας Athenienses appellabant: quod Pausanias etiam meminit. Καὶ φυτόν ἐστιν ἐλαίας, δεύτερον τοῦτο λεγόμενον φανῆναι. *Est ibidem oleae planta, quae secundum enata dicitur.* Quod ad Iovem τὸν Καταιβάτην attinet, eius mentio est apud Suidam istis verbis. Καταιβάτης, Ζεὺς παρ' Ἀθηναίοις. *Cataebates, Iupiter apud Athenienses.* Et Mercurius apud Hesychium. Καταιβάτης, Διὸς ἱερόν. *Cataebates, fanum Iovis.* Ecce, ille fanum quoque eius dicit. Nempe sacra huic erant loca omnia fulgurita (c). Etymologici Auctor. Ἐνηλύσια. εἰς ἃ κεραυνὸς εἰσβέβηκεν. ἃ καὶ ἀνατίθεται Διὶ Καταιβάτῃ. *Enelysia, in quae fulmen pervenit: quae etiam consecrantur Iovi Descensori.*

(a) Consule etiam *Lib. de Populis Atticis* in Κεραμεικός.

(b) In Thesauro Britannico nummi Athenienſium exstant, in quibus vel Hercules, vel eius clava conspicitur; in altera autem parte Minerva.

(c) In Thesauro Britannico plures nummi Athenienſium occurrunt, in quibus Iuppiter fulgerator, seu fulminator exsistit.

(d) Vlysses apud *Homerum* Odyss. λ'.

Τοὺς δ' ἐπεὶ εὐχωλῇσι λιτῇσί τε ἔθνεα νεκρῶν
Ἐλλισάμην τὰ' δὲ μῆλα λαβὼν ἀπεδειροτόμησα
Εἰς βόθρον, ῥέε δ' αἷμα κελαινεφές. αἱ δ' ἀγέροντο
Ψυχαὶ ὑπ' ἐξ Ἐρέβεσ νεκύων κατατεθνηώτων.

Quae ita reddo αὐτοσχεδιάζων.

CAP. XXVI.

Musarum aedes a Platone dedicata; in qua signa Gratiarum, Speusippi donarium. Hortus Attali. Lacydis schola, Λακύδειον dicta. Balneum quoque, & adolescentium studiosorum illic lusus. Fovea, in qua sacra facta heroibus a Polemarchis. Platani excelsae; item planta Ἀπραγμοσύνη adpellata.

HActenus nos Pausanias duxit, nunc quae huic omissa addemus. In his est Musarum aedes a Platone dedicata; in qua signa Gratiarum, Speusippi donarium visebantur. Diogenes Laertius in Speusippo lib. IV. Χαρίτων τε ἀγάλματα ἀνέθηκεν ἐν τῷ Μουσείῳ τῷ ὑπὸ Πλάτωνος ἐν Ἀκαδημίᾳ ἱδρυθέντι. *Gratiarum etiam signa collocavit in Musarum aede, quae in Academia erat a Platone dedicata.* Et Attali hortus; in eoque Lacydis schola, Λακύδειον adpellata. Diogenes idem in eius Vita libro citato. Ὁ γὲν Λακύδης ἐσχόλαζεν ἐν Ἀκαδημίᾳ, ἐν τῷ κατασκευασθέντι κήπῳ ὑπὸ Ἀττάλου τοῦ βασιλέως· ᾗ Λακύδειον ἀπ' αὐτοῦ προσηγορεύετο. *Lacydes scholam habuit in Academia, in horto ab Attalo rege parato; & ab ipso Lacydeum adpellatum est.* Balneum quoque. Vnde est in Hesychii Glossis. Ἀκαδημία λουτρόν. *Academia balneum.* Circa illud studiosorum adolescentium lusus erat; quem in libro singulari *De ludis Graecorum* nuper vulgato, fuse satis explicavi in τὸ κατὰ λουτρὸν Ἀθήνησι παίγνιον. Fovea (d) item visebatur; ubi instituto patrio sacra heroibus polemarchi faciebant. Heliodorus AEthiopic. lib. I. Ἐπειδὴ κατὰ τὸ βόθρον ἐγένετο, τὸ ἐν Ἀκαδημίᾳ (πάντως γινώσκεις, ἔνθα τοῖς ἥρωσι οἱ πολέμαρχοι τὸ πάτριον ἐναγίζουσιν) ἐνταῦθα ἀθρόον τῷ πρεσβύτῃ παράξασα τὰς χεῖρας, ὥσεν ἑαυτὴν ἐπὶ κεφαλήν. *Quum ad puteum, qui in Academia exstat, pervenisset, (nempe satis nosti locum, ubi heroibus polemarchi ritu patrio parentant) hic confestim, senis manibus diductis in caput se praecipitem dedit.* Et platani erant altae cubitos triginta sex. Plinius lib. XII. cap. I. *Celebratae sunt platani (e) primum in ambulatione Academiae Athenis, cubitorum triginta sex; unius radice ramos antecedente.* Planta etiam Ἀπραγμοσύνη (f) adpellata. Hesychius. Ἀπραγμοσύνη, ἀργία· ἢ φυτὸν ἐν Ἀκαδημίᾳ. *Apragmosyne, ignavia, vel planta in Academia.* Vide quae notata mihi Attic. Lect. lib. IV. cap. XXV.

CAP.

At postquam votis examina luce carentum
Placavi, & ductas iugulavi rite bidentes
In foveam, & nigro manavit flumine sanguis;
Exciti ex Erebi prodibant limine manes,
Mortalis vitae genus functa laboribus.

(e) Vide *Lib. II. Athen. Attic. Cap. III.*

(f) Num ita adpellata quud Philosophi otiari, & cessare videantur, unde & Schola, hoc est *Vacatio? Cicero.*

Otia, qui studiis laeti tenuere decoris.
Ausonius.
——— Graio schola nomine dicta est
Iusta laboriferis tribuantur ut otia musis.

Consulatur *Plato* in *Gorgia.*

Digitized by Google

CAP. XXVII.

Initio insalubris locus, & desertus; ab Hipparcho muro cinctus, a Cimone exornatus, a Spartanis numquam laesus, & a Sulla devastatus: reverenter porro habitus, ita ut nec fas ridere hic putatum; tum & quanti aliquando venum ierit. Platonis habitaculum; etiam hortus, eiusque reditus: tum sepulcrum; item statua a Mithridate illi posita, a Silanione facta. Ciceronis Academia; & Quaestiones Academicae illic scriptae.

INitio insalubris locus, & desertus plane erat. Porphyrius περὶ ἀποχῆς lib. I. Τὴν Ἀκαδημίαν (ὁ Πλάτων) εἵλετο, ὐ μόνον ἔρημον, ἀλλὰ καὶ πρὸ τοῦ ἄστεως χωρίον, ἀλλὰ καὶ ὡς φασιν ἐπίνοσον. *Academiam (Plato) delegit, locum non solum desertum, verum etiam, uti aiunt, insalubrem.* AElianus Var. Hist. lib. IX. cap. X. Πλάτων νοσερᾶ χωρία λεγομένη εἶναι τὴν Ἀκαδημίαν, καὶ συμβαλλόντων αὐτῷ ἰατρῶν εἰς τὸ Λύκειον μετοικῆσαι, οὐκ ἠξίωσεν. *Plato, quum insalubris locus Academiae diceretur, medicique auctores essent, ut transferret domicilium in Lyceum, facere noluit.* Basilius Magnus de leg. libris Gent. Διὸ δὴ καὶ Πλάτωνά φασι, τὴν ἐκ σώματος βλάβην προειδόμενον, τὸ νοσῶδες χωρίον τῆς Ἀττικῆς, τὴν Ἀκαδημίαν, καταλαβεῖν ἐξεπιτηδὲς, ἵνα τὴν ἄγαν εὐπάθειαν τοῦ σώματος, οἷον ἀμπέλου τὴν εἰς τὰ περιττὰ φορὰν, περικόπῃ. *Ideo & Platonem dicunt, praescientem nocumentum, quod ex corpore, locum Atticae insalubrem Academiam delegisse; ut nimiam corporis prosperitatem, ceu luxuriantem vitem amputaret.* Quae totidem verbis hinc transcripsit Simeon Logotheta Hom. XIX. Hieronymus Adversus Iovinianum lib. II. *Plato, quum esset dives, & thoros eius Diogenes lutatis pedibus concuticaret, ut posset vacare philosophiae, elegit Academiam, villam ab urbe procul, non solum desertam, sed & pestilentem, ut cura, & assiduitate morborum libidinis impetus frangeretur.* AEneas Gazaeus, omisso Academiae nomine, in Theophrasto. Ὁ δὲ δὴ Πλάτων, ἔῤῥωτο γὰρ, νοσῶδες χωρίον καὶ λαβὼν, ἐνδιέτριβε, τὴν ὑγείας τὸ πλέον ἀφαιρούμενος, καὶ σωφροσύνῃ τὴν ῥώμης ἀντικαταλλαττόμενος. *Et sane Plato, quia robustus erat, locum insalubrem deligens, in eo degit; quod valetudinis nimium esset detrahens, ac robur cum temperantia commutans.* Hipparchus Pisistrati filius muro cinxit; quem quum exacto a civibus tributo perquam gravi perfeciisset, proverbio dici coeptum, Τὸ Ἱππάρχου τεῖχος, *Hipparchi murus.* Suidas. τὸ Ἱππάρχου τεῖχος. Ἱππάρχου ὁ Πεισιστράτου, τὸ περὶ τὴν Ἀκαδημίαν τεῖχος ᾠκοδόμησε, πολλὰ ἀναγκάσας ἀναλῶσαι τοὺς Ἀθηναίους. ὅθεν καὶ ἐπὶ τῶν δαπανηρῶν πραγμάτων ἡ παροιμία εἴρηται. *Hipparchi murus. Hipparchus Pisistrati filius murum, qui Academiam ambit, aedificavit; coactis multa in hanc rem conferre Atheniensibus, unde etiam hoc proverbium dici coeptum de impensae multae rebus.* Videnda quoque Appendix Vaticana Schotti Cent. II. Prov. XVII. Cimon e loco squalido, & aquae experte in melius mutavit; fecitque ut esset A nemus irriguum, curriculisque, & ambulacris valde insigne. Plutarchus in eius Vita. Ἐκαλλώπισε τὸ ἄστυ· Τὴν μὲν ἀγορὰν πλατάνοις καταφυτεύσας· Τὴν δ' Ἀκαδημίαν, ἐξ ἀνύδρου, καὶ αὐχμηρᾶς, κατάῤῥυτον ἀποδείξας ἄλσος, ἠσκημένον ὑπ' αὐτῷ δρόμοις καθαροῖς, καὶ συσκίοις περιπάτοις. *Exornavit Vrbem; forum quidem platanis illis plantatis; & Academiam e sicca, squallidaque nemus efficiens, quod interlueretur aquis, ac curricula pura haberet, & umbrosa ambulacra.* Itaque observare est, laudari B hoc nomine apud Auctores. Sic Εὐσκίους δρόμους, *umbrosa curricula*, dicit Eupolis Ἀστρατεύτοις·

Ἐν Εὐσκίοις δρόμοισιν Ἀκαδήμου θεοῦ.
In umbrosis curriculis Academi dei.

Et *Silvas Hecademi* dicit Horatius lib. II. epist. II.

Atque inter silvas Hecademi quaerere verum.

Ἀλσῶδες προάστειον nuncupant Suidas, & Diogenes Laertius; δενδροφορωτάτην τῶν προαστείων, C Plutarchus. Illud quoque hic sciendum, semper ea Lacedaemonios, etsi saepe infestis armis irrumpentes, abstinuisse, idque in gratiam Academi, qui Aphidnis occultatam olim Helenam indicaverat. Plutarchus in vita Thesei. Φράζει δ' αὐτοῖς Ἀκάδημος, ἠθημένῳ ᾗ δή τινι τρόπῳ, τὴν ἐν Ἀφίδναις κρύψιν αὐτῆς. ὅθεν ἐκείνῳ τε τιμαὶ ζῶντι παρὰ τῶν Τυνδαριδῶν ἐγένοντο, καὶ πολλάκις ὕστερον ἐμβαλόντες εἰς τὴν Ἀττικὴν οἱ Λακεδαιμόνιοι, καὶ πᾶσαν ὁμοῦ τὴν χώραν τέμνοντες, τὴν Ἀκαδημίας ἀπέσχοντο, διὰ τὸν Ἀκάδημον. *Exponit ipsis Academus nescio quo* D *modo edoctus, Aphidnis eam occultari. Vnde & Tyndaridae ipsi vivo honorem habuerunt, ac saepe postea irrumpentes in Atticam Lacedaemonii, etsi totam regionem exscindentes tamen ab Academia abstinuerunt in Academi gratiam.* Sed quod ei ornamentum Cimon dederat, ac reliquerant Spartani, Sulla abstulit, arboresque has excidit. Plutarchus in eius Vita. Τὴν δὲ Ἀκαδημίαν ἔκειρε, δενδροφορωτάτην τῶν προαστείων οὖσαν. *Excidit vero Academiam, quae ex suburbiis maxime arboribus* E *frequens erat.* Appianus de bell. Mithrid. Ὕλην δὲ τῆς Ἀκαδημίας (ὁ Σύλλας) ἔκοπτε, καὶ μηχανὰς ἐργάζετο μεγίστας. *Silvam vero Academiae (Sulla) exscindebat, machinasque inde maximas faciebat.* Reverenter autem adeo olim philosophi habuerunt, ut ridere nefas hic exiistimarent. AElianus Var. Hist. lib. III. cap. XXXV. Λόγος δέ τις διαῤῥεῖ καὶ ἔστος Ἀττικὸς, ὡς λέγει. πρότερον ἐν Ἀκαδημίᾳ μηδὲ γελάσαι ἐξουσίαν εἶναι, ὕβρει γὰρ καὶ ῥαθυμίᾳ, ἐπῴρωντο τὸ χωρίον ἄβατον φυλαχθῆναι. *Sermo* F *quoque ille Atticus ore omnium circumfertur, prius ne ridere quidem in Academia licuisse; quippe locum ab iniuria, & socordia, uti liberum conservarent, operam dabant.* Aliquando venum ivit tribus millibus drachmarum, Plutarchus lib. de Exilio. Ἡ δὲ Ἀκαδημία, τρισχιλίων δραχμῶν χωρίδιον ἐωνημένον, οἰκητηριον ἦν Πλάτωνος. *Academia vero tribus millibus drachmarum emtus agellus, Platonis habitaculum erat.* Vbi illud item vides, Platonem illic habitasse; quod & in citatis paulo ante Porphyrii, AEliani, Basilii Magni, Hiero-

ny-

Digitized by Google

nymi, ac Diogenis Laertii verbis obſervare licet; pertinetque item eo Iſidori iſte locus Orig. lib. VIII. cap. VI. *Academici appellati a Platonis villa, Academia Athenarum, ubi idem Plato docebat.* Giſelbertus in Altercatione Eccleſiae, & Synagogae cap. I. *Plato poſt mortem Socratis magiſtri ſui, amore ſapientiae AEgyptum adiit; ibique perceptis liberalibus ſtudiis Athenas rediit: & apud Academiam, villam ſuam, coadunatis diſcipulis, ſtudiis operam dedit.* Et quidem in horto; cuius reditus vix initio trium aureorum erat, poſtea vero variorum beneficio amplius mille. Suidas. Πλάτων ὁ Φιλόσοφος πένης ἦν, ᾧ μόνον τὸ ἐν Ἀκαδημίᾳ ἐκέκτητο κῆπον, ὃς μέρος ἐλάχιστον ἦν τῶν διαδόχων. ὁ μὲν γὰρ κῆπος ἐγγύς τι χρυσῶν τριῶν νομισμάτων ἀπεδίδου. ἡ δὲ ὅλη προσόδος ὕστερον, χιλίων, ἢ καὶ πλειόνων. ηὐξήθη δὲ αὕτη κατὰ τὰς νεωτέρας χρόνους ἀνθρώπων ἱερῶν τε καὶ φιλολόγων ἄλλοτε ἄλλων ἀποθνησκόντων, καὶ κατὰ διαθήκην ἀπολειπόντων τοῖς φιλοσόφοις ἀφορμὴν τοῦ ἐπὶ τῷ φιλοσόφῳ βίῳ σχολῆς, καὶ γαλήνης. *Plato philoſophus pauper erat, & ſolum poſſedit in Academia hortum, qui fuit minima pars illius ſucceſſorum. Nam hic quidem hortus aureos fere tres reddebat; poſtea vero mille, & plures. Auctus autem reditus fuit temporibus poſterioribus, quum homines ſancti, & philoſophi alias alii, morientes teſtamento relinquerent philoſophiae ſtudia tractantibus facultates, ad vitae philoſophicae otium, & tranquillitatem.* Ac ſepultus etiam illic, uti ſupra a me oſtenſum. Quin ibidem eiusdem ſtatua, a Silanione facta, a Mithridate dedicata. Diogenes Laertius in eius Vita. Ἐν δὲ τῷ πρώτῳ τῶν ἀπομνημονευμάτων Φαβωρῖνός φησι, ὅτι Μιθριδάτης ὁ Πέρσης ἀνδριάντα Πλάτωνος ἀνέθετο εἰς τὴν Ἀκαδημίαν, καὶ ἐπέγραψε· Μιθριδάτης ὁ Ῥοδοβάτου Πέρσης Μούσαις εἰκόνα ἀνέθηκε Πλάτωνος, ἣν Σιλανίων ἐποίησε. *In primo Hiſtoriarum Phavorini libro fertur, ſtatuam Platonis a Mithridate collocatam in Academia, cum inſcriptione iſta; Mithridates Rhodobatae Perſa dedicavit Muſis ſtatuam Platonis, quam Silanion fecit.* Denique illud addere libet, Ciceronem villam ſuam huius nomine *Academiam* adpellaſſe; in qua libros *Quaeſtionum Academicarum* ſcripſit, qui nunc exſtant (a). Hac de re eſt Plinii locus lib. XXXI. cap. II. *Digna memoratu villa eſt, ab Averno lacu tendentibus, impoſita littori, celebrata porticu, ac nemore; quam & vocabat M. Cicero Academiam, ab exemplo Athenarum, ibi compoſitis voluminibus eiusdem nominis.* Et Hadrianus Imp. in villa ſua Tiburtina locum quemdam eodem modo nuncupavit. Spartianus in eius Vita. *Tiburtinam villam mire exaedificavit; ita ut in ea provinciarum, & locorum, celeberrima nomina inſcriberet: velut Lyceum, Academiam, Prytaneum.*

(a) Sed non omnes. Conſule *Fabricii Biblioth. Latinam.*

FINIS.

Iac. Gronovii *Animadverſiones in Meurſii Ceramicum hic opportune ſubiicimus.*

ERat & alius locus partim monumentis rerum illic geſtarum ſacratis, partim per ſolemnia ibidem peragenda admodum conſpicuus, & memoratus, Ceramicus nomine; de quo quum plurima egregia, & notabilia etiamnum exſtarent in libris vetuſtorum ſcriptorum, non potuit ſe eximere doctiſſimus MEVRSIVS, quin de iſto etiam tum relegeret filum Pauſaniae ductu continuo circumeuntis, tum iſta occaſione congereret quaecumque obvia.

His capite III. inſerit locum AEliani ex libro VI. Var. hiſt. cap. I. quem debeo nunc tangere ideo, quia ibi narratur Athenienſes potitos Chalcide diviſiſſe illius urbis agros εἰς τεσσαράκοντα κλήρους. Numquam potuit videri mihi Chalcis tam fuiſſe tenuis, ut tantum quadraginta nobilium hominum patrimonia, aut tot ſortes, commodas ad alimenta poſſeſſorum habuerit, quum fuiſſe validiſſimam, ac ditiſſimam conſtet. Et Cl. Schefferus quidem notat hiſtoriam petitam eſſe ex Herodoti Terpſichore. At apud eum capite 75. dicuntur illic Attici reliquiſſe τετρακισχιλίους κληρούχους in praedia Ἱπποβότεων, ea ſcilicet diviſione facta, ut quiſque κληροῦχος dicendus acciperet talem κλῆρον, quae ipſi ad familiam alendam ſimul ſufficeret. Haec vero immenſa diverſitas numerorum. Itaque ſicut neſcio unde iſte numerus evenerit AEliano, ita publicare cogor in optimo, & praeſtantiſſimo omnium codice MS. Mediceo legi εἰς δισχιλίους κλήρους numero, ut mihi videtur quidem, conveniente magnitudini Chalcidis, quippe quae tot magnificos, & tantarum opum cives habuit, ut inde duo millia patrimoniorum poſſent effici, in quae totidem ſubmitterentur κληροῦχοι. Atque ita dimidiatus numerus ab Athenienſibus fuit miſſus in agros harum duum millium ſortium; ita ut altera pars aut in agro ſacro operas, & ſimul victum haberet, aut conductos ab publico agros levi mercede coleret.

Cap. XI. loci Demoſthenis in Neaeram verſionem petiit prima editio ex Wolfiana interpretatione, quae eſt imperfecta prorſus. Neque enim illic agitur de actione dotis, ſed ait Demoſthenes λαχόντος αὐτῷ σίτου δίκην. Itaque σῖτον plane omitti vides, & actio ſit de alimentis ex dote.

Cap. XIV. neſcio ubi in Suida, quem redarguit, legerit locum iſtum ita concinnatum ferme ex Harpocratione, & Heſychio ibidem citatis Δωδεκάκρουνος Ἀθήνησι κρήνη, ἣν ἔνιοι Ἐννεάκρουνόν φασιν· ἄλλοι δὲ Καλλιρόην καλοῦσι. Sane

Digitized by Google

Sane poſtrema quatuor verba nulla ſunt in editione Porti. media modo haec leguntur κρήνη, Θυκυδίδης ἐννεάκρουνον. Vbi etiam neſcio quae illa cura fuerit edentium in Heſychii loco ἢ ὑ τυράννων ὕτως αὐτῦ σκευασάντων, quum in Heſychio rectiſſime, & neceſſario legatur ὕτως αὐτὴν σκ. Π. κρήνην.

Capite XVII. refert ex Philoſtrato ſtatuas, duas Lolliani ſophiſtae Athenis poſitas, quae mihi videntur eximie illuſtrari ex itinerariis Sponii, & Wheleri, in quibus uterque notant in Cecropia ſe vidiſſe in porticu templi Minervae cippum cum hoc titulo. ΑΓΑΘΗΙ ΤΥΧΗΙ Η ΕΞ ΑΡΕΙΟΥΠΑΓΟΥ ΒΟΥΛΗ Λ. ΕΓΝΑΤ. ΟΥΙΚΤΟΡΑ ΛΟΛΛΙΑΝΟΝ ΑΝΤΙ ΤΗΣ ΠΡΟΣ ΕΑΥΤΟΥΣ ΕΥΝΟΙΑΣ ΤΗΣ ΤΕ ΚΗΔΕΜΟΝΙΑΣ ΤΩΝ ΑΘΗΝΩΝ ΤΟΝ ΡΗΤΟΡΑ.

Quum alium Meſſium Egnatium Lollianum in Italia celebrent Miſcellanea eiusdem Sponii pag. 129.

Capite XXI. occurrit ſive ab Meurſio, ſive aliunde, certe progreſſus ex priore editione modus interpretandi ultra quam credi poteſt inficetus, dum verba Heſychii Καλλίστη ἡ Θήρα τὸ πρότερον, redduntur Latine *Pulcerrima venatio prius*, quum debuiſſet *Calliſte, prius* dicebatur *Thera* inſula; prout in libro I. de Regibus Athenienſium cap. IX. *Itaque errores Euſebii ſatis manifeſtum feci*: quis non dolens legat?

Sed neque intelligo quid velit in fine capitis XXV. quum ab eo ſcribitur, *Et Mercurius apud Heſychium* Καταιβάτης Διὸς ἱερόν. Quae ſunt arenae ſine calce.

Digitized by Google

PIRAEEVS
SIVE
DE PIRAEEO
ATHENIENSIVM PORTV CELEBERRIMO
ET EIVSDEM
ANTIQVITATIBVS
LIBER SINGVLARIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

PIRAEEVS
SIVE
DE CELEBERRIMO ILLO ATHENARVM PORTV
ET
ANTIQVITATIBVS EIVS.
LIBER SINGVLARIS.

CAPVT PRIMVM.

Piraeeus; inter populos censebatur, Hippothoontidis tribus. Olim insula, & unde nomen suum acceperit. Quantum abfuerit a vetere urbe. Aristophanis Scholiastae error. Phalerum quantum inde abfuerit. Plinius explicatus, & Dion Chrysostomus.

RES Athenis portus erant; Munychia, Phalerum, Piraeeus, qui & ipse magnitudine, ac commoditate, primus. Ab hoc orsi, ceteros inde, velut pro mantissa dabimus. Erat autem inter populos, qui in tribu Hippothoontide. Stephanus. Πειραιεύς, δῆμος Ἱπποθοωντίδος φυλῆς. *Piraeeus, populus Hippothoontidis tribus* (a). Strabo etiam inter Atticae populos refert lib. IX. Εἶθ' ὁ Πειραιεὺς, ᾗ αὐτὸς ἐν τοῖς δήμοις τατλόμεθα. *Inde Piraeeus, qui & ipse inter populos recensetur*. Pausanias in Atticis. Ὁ δὲ Πειραιεὺς, δῆμος μὲν ἦν ἐκ παλαιοῦ. *Piraeeus vero, antiquitus quidem populus erat*. Ac initio erat insula; unde & nomen illi datum. Strabo lib. I. Τόν τε Πειραιᾶ, νησιάζοντα πρότερον, καὶ πέραν τῆς Ἀκτῆς κεῖμενον, ὅτως φασὶν ὀνομασθῆναι. *Piraeeum, prius insulae instar habentem, & ultra Acten situm, ita nominatum ferunt*. Suidas. Ἦν πρότερον ὁ Πειραιεὺς νῆσος, ὅθεν καὶ τοὔνομα εἴληφεν, ὑπὸ τὸν διαπερᾶν. *Primitus insula erat Piraeeus; unde & nomen accepit, a traiectu*. Distabat ab urbe, antequam ei iungeretur, intervallo stadiorum quadraginta. Observare est apud Diogenem Laertium in Antisthene lib. VI. Οἰκῶν τε ἐν Πειραιεῖ, καθ' ἑκάστην ἡμέραν τοὺς τεσσαράκοντα σταδίους ἀνιὼν, ἤκουε Σωκράτους. *Ac in Piraeeo habitans, quotidie itinere stadiorum quadraginta ad Socratem audiendum est profectus*. Errat Scholiastes Aristophanis ad equites, qui triginta quinque tantum nobis memorat. Καὶ τὸν Πειραιᾶ γὰρ ἐτάχισε, ὃς ἀπῆχε τῆς πόλεως σταδίους τριάκοντα πέντε, παρὰ θαλάτταν ὤν. Ex *Fr. Meursii Tom. I.*

(a) Vide *Lib. De Pop. Atticis* in Πειραιεύς.

Piraeeum muro cinxit, qui urbe aberat stadiis triginta quinque, & ad mare adiacebat. In animo Phalerum habuit; cuius hoc ab urbe intervallum erat. Thucydides illud clare docet lib. II. Τῷ τε γὰρ Φαληρικῷ τείχους σταδίοι ἦσαν πέντε καὶ τριάκοντα πρὸς τὸν κύκλον τῆς ἀγορᾶς. *Nam Phalerici muri ad ambitum usque urbis, erant stadia triginta quinque*. Piraeeus, uti dixi, stadiis quadraginta aberat. Thucydides ibidem. Τὰ δὲ μακρὰ τείχη πρὸς τὸν Πειραιᾶ, τεσσαράκοντα σταδίων. *Longi vero muri ad Piraeeum stadia habebant quadraginta*. Clare etiam Strabo dicit lib. IX. Ταῦτα δ' ἦν μακρὰ τείχη πρὸς τὸν Πειραιᾶ, τεσσαράκοντα σταδίων. *Atqui hi erant longi muri ad Piraeeum, quadraginta stadiorum*. Et haec quadraginta stadia faciunt quinque millia passuum, quae commemorantur Plinio lib IV. cap. VII. *Piraeeus, & Phalera, quinque millium passuum muro recedentibus Athenis iuncti*. Sed Phalerum in eodem intervallo, non sat accurate ponit; quod sexcentis viginti passibus, sive stadiis quinque propius. Verum; quid Dione Chrysostomo faciemus, qui plus nonaginta stadiis ei tribuit? Ecce enim, Orat. XXXV. Καὶ ὕστερον τὸν Πειραιᾶ τειχίσαι, πλειόνων ἢ ἐνενήκοντα σταδίων, καὶ ἄλλα τοιαῦτα, προσέταξεν (ὁ Θεμιστοκλῆς) αὐτοῖς. *Posteaque Piraeeum muro cingere plus, quam nonaginta stadiis, aliaque istiusmodi (Themistocles) iussit*. Compono dissidium. Quadraginta nempe stadia in utroque Piraeei latere erant; decem, & amplius in fronte; itaque bis quadraginta a gemino latere, ad haec decem ista a fronte, nonaginta tibi dabunt.

Digitized by Google

CAP. II.

Murus qui iungebat urbi Piraeeum. Μακρὰ τείχη, & Σκέλη; *Latinis*, Brachia *nuncupata. Spina regia illic nata. Fundamenta eius muri Cimon iacit; Pericles perficit; Piraeeum autem ipsum muro circumdat Themistocles, Plutarchi locus emendatus. Quando vero eum inceperit, ac continuarit postea, Periclesque colophonem imposuerit. Hippodamus architectus. Altitudo deinde eius, & latitudo; ac structura universa. A Lysandro mox destructus, instauratur a Conone avo primum, hinc a nepote, dein pro uno septem facti. Ab Hippodamo in regiones, atque vias, distributus. Circum etiam fossa gemina a Demosthene facta. Locus quidam mari cinctus.*

TOtum istud intervallum murus iungebat, ex re dictus Μακρὸν τεῖχος, *Murus longus*; (a) seu plurali item numero, Μακρὰ τείχη, *Muri longi*; quia nimirum duo erant, ab utraque Piraeei parte unus. Strabo lib. IX. Ταῦτα δ' ἦν μακρὰ τείχη πρὸς τὸν Πειραιᾶ, τεσσαράκοντα σταδίων. *Hi vero muri longi erant ad Piraeeum, stadiorum quadraginta.* Arrianus in Epictetum lib. III. cap. XXIV. Ἵν' ἴδῃ ποτὲ τὸ Πειραιᾶ τὸ καλὸν, καὶ τὰ μακρὰ τείχη, καὶ τὴν ἀκρόπολιν. *Vt videat aliquando pulcrum Piraeeum, & longos muros, atque arcem.* Xenophon Hist. Graec. lib. II. Ἐποιοῦντο εἰρήνην, ἐφ' ᾧ τά τε μακρὰ τείχη, καὶ τὸ Πειραιᾶ, καθελόντας, &c. *Pacem fecerunt, ea lege, ut destructis muris longis, ac Piraeeo, &c.* Verum lib. IV. Συναναστήσει τά τε μακρὰ τείχη Ἀθηναίοις. *Vna instaurabit Athenienſibus muros longos.* Aliter Σκέλη quoque, sive *Crura* appellabant. Plutarchus in Vita Cimonis. Λέγεται δὲ καὶ τὰ μακρῶν τειχῶν, ἃ Σκέλη καλοῦσι, συντελεσθῆναι μὲν ὕστερον τὴν οἰκοδομίαν. *Feruntur & longi muri, quos Crura vocant, postea perfecti esse.* Diodorus Siculus lib. XIII. Συνέθεντο τὴν εἰρήνην ὥστε τὰ μακρὰ σκέλη, καὶ τὰ λοιχη τοῦ Πειραιῶς, περιελεῖν. *Pacem constituerunt, ita ut longa crura, & Piraeei muros, deiicerent.* Strabo lib. IX. Τῷ δὴ τείχει τούτῳ συνῆπται τὰ καθειλκυσμένα ἐκ τοῦ ἄστεος σκέλη. *Muro vero huic connexa erant, quae ex urbe deducebantur crura.* Scylax in Periplo, ubi de Attica. Ἑξῆτα ὁ Πραιεὺς, καὶ τὰ σκέλη, καὶ Ἀθῆναι. *Inde Piraeeus, & crura, & Athenae.* Polyaenus lib. I. Βυλόμενος τὰς φύλακας τοῦ ἄστεος, καὶ τοῦ Πειραιέως, καὶ τῶν Σκελῶν τῶν ἄχρι θαλασσαν, ἀγρύπνους περὶ τὴν φυλακὴν κατασκευάσαι. *Cupiens custodes urbis, Piraeei, atque Crurium, quae ad mare usque excurrunt, ut excubias insomnes agerent, efficere.* Latini Auctores *Brachia* dixerunt. Livius lib. XXXV. *Inter angustias semiruti muri, qui duobus brachiis Piraeeum Athenis iungit.* Propertius lib. III. eleg. XX.

Inde ubi Piraei capient me littora portus,
Scandam ego Theseae brachia longa viae.

Iustinus lib. V. *Si demissa Piraeeum versus brachia deiecerent.* Iterum mox. *In brachiis muri, quae diruta fuerant habitare.* Nascebatur autem illic spina regia. Plinius lib. XIII. cap. XXIV. *Spina ilia nascitur, & Athenis in longis muris.* Loquitur vero de spina regia. Ac fundamenta quidem eius muri iecisse Cimon perhibetur. Plutarchus in eius Vita. Λέγεται ὑπὸ τῶν μακρῶν τειχῶν, ἃ Σκέλη καλοῦσι, συντελεσθῆναι μὲν ὕστερον τὴν οἰκοδομίαν. τὴν δὲ πρώτην θεμελίωσιν εἰς τόπους ἑλώδεις, καὶ διαβρόχους, τῶν ἔργων ἐμπεσόντων, ἐρεισθῆναι διὰ Κίμονα ἀσφαλῶς, χάλικι πολλῇ, καὶ λίθοις βαρέσι, τῶν ἑλῶν πιεσθέντων, ἐκείνῳ χρήματα πορίζοντι. *Fertur, & murorum longorum, quos Crura vocant, postea perfecta aedificatio; sed prima eorum fundamenta, quum in loca palustria, & uliginosa opus incideret, multa chalice, & gravibus saxis, constrictis paludibus, a Cimone pecuniam suppeditante suffulta.* Perfecit autem Pericles, opera Callicratis architecti. Plutarchus in eius Vita. Τὸ δὲ μακρὸν τεῖχος, περὶ τοῦ Σωκράτης ἀκοῦσαί φησιν αὐτὸν εἰσηγουμένου γνώμῃ Περικλέους, ἠργολάβησε Καλλικράτης. *Murum vero longum, de quo aedificando refert Socrates audivisse Periclem, sententiam suam proponentem, Callicrates faciendum suscepit.* Atque haec de muro longo. Ipsum vero Piraeeum, considerata oportunitate eius, muro cinxit Themistocles. Cornelius Nepos in Themistocle. *Quum Phalereo portu, neque magno, neque bono, uterentur Athenienses, huius consilio triplex Piraeei portus constitutus est; isque moenibus circumdatus, ut ipsam urbem dignitate aequipararet, utilitate superaret.* Plutarchus quoque in eius Vita. Θεμιστοκλῆς δ', οὐχ ὡς Ἀριστοφάνης ὁ κωμικὸς λέγει, τῇ πόλει τὸν Πειραιᾶ προσέμιξεν, ἀλλὰ τὴν πόλιν ἐξῆψε τοῦ Πειραιέως. *Themistocles vero, non ut Aristophanes Comicus ait, urbi Piraeeum admiscuit, sed urbem Piraeeo adnexuit.* Vt legendum: τῇ πόλει τὸν Πειραιᾶ προσέμαξεν. *Vrbi Piraeeum agglutinavit.* Locus comici, quem respexit, exstat iste in Equitibus.

Ὦ πόλις Ἄργους, κλύεθ' οἷα λέγει, σὺ Θεμιστοκλεῖ ἀντιφερίζεις,
Ὃς ἐποίησε τὴν πόλιν ἡμῶν μεσὴν, εὑρὼν ἐπιχθλῆ.
Καὶ πρὸς τούτοις ἀριστώσῃ τὸν Πειραιᾶ προσέμαξεν.
O urbs Argi, audite quae dicat, tu Themistocli te aequiperas?
Qui urbem nostram plenam fecit, vacuam quum invenisset:
Ac praeterea epulanti Piraeeum agglutinavit.

Ac cepit struere, quum archon esset; & item ut exstruerent Athenienses, non multo post auctor fuit. Thucydides lib. I. Ἔπεισε δὲ καὶ τοῦ Πειραιῶς τὰ λοιπὰ ὁ Θεμιστοκλῆς οἰκοδομεῖν. ὑπῆρχεν δ' αὐτῷ πρότερον ἐπὶ τοῦ ἐκείνου ἀρχῆς, ἧς κατ' ἐνιαυτὸν Ἀθηναίοις ἦρξε. *Suasit Themistocles, ut Piraeei reliqua exstruerent; inchoaverat autem ipse antea, quum annuo magistratu summo apud Athenienses fungeretur.* Incidit autem iste eius magistratus in Olympiadis LXXV. annum II. Eusebius docet, qui in isto anno ita. Ἀθηναῖοι τὸ Πραιᾶ ἐτείχισαν. *Athenienses Piraeeum muro cinxerunt.* Anonymus in Descriptione Olympiadum, dicit factum anno demum insequente tertio, istis verbis. Ἀθηναῖοι τὸ Πραιέα, καὶ τὴν πόλιν, τραχίζουσι. *Athenienses Piraeeum, & urbem,*

(a) Vide *Lib. De Pop. Atticis* in Πειραιεύς.

urbem, muro cingunt. Et mox rursum, anno IV. Ἀθηναῖοι τ Πφραικ τειχίζουσιν. *Athenienses Piareeum muro cingunt*. Sed ego sic conciliandum hoc dissidium existimo; ut priore anno tertio inchoaverint, & deinde intermiserint, ac rursum quarto insequente, Themistoclis suasu, porro exstruxerint; quod Thucydides nobis dicit in citatis statim verbis. Diodorus vero Siculus lib. XI. anno quarto factum refert; isque de exstructione intelligi debet. Porro hoc monendum nobis per occasionem istam; quum Thucydides inchoatum illud opus dicat archonte Themistocle, a Diodoro, & qui eum sequitur Anonymo in Descriptione sua Olympiadum, anni illius archontem non Themistoclem, sed Timosthenem, nominari. Itaque, pro Τιμοσθένης apud Auctorem utrumque, Θεμιστοκλῆς rescribendum censeo; iisdem pene, sed transpositis leviter literis; ita ut proclivis admodum lapsus fuerit. Factum vero ab Hippodamo architecto celeberrimo. Observo apud Scholiasten Comici equitibus. Ὁ δ' Ἱπποδάμ. Οὗτος ἐν Πειραιεῖ κατῴκει, καὶ οἰκίαν εἶχεν, ἥντερ ἀνῆκε δημοσίαν εἶναι. ϗ πρῶτος αὐτὸς τ Πειραικ κατὰ Μηδικὰ συνήγαγε. *Sed Hippodami. Hic in Piraeeo habitabat, & aedes habebat, quas publico concessit; primusque ipse circa belli Medici tempora Piraeeum coniunxit*. Confirmat Suidas, ubi dicit. Ἱπποδάμεια ἀγορά, ἐν Πφραιεῖ· ὕτω καλουμένη ἀπὸ Ἱπποδάμου Μιλησίου ἀρχιτέκτονος, τοῦ οἰκοδομησαμένου Ἀθηναίοις τ Πφραικ. *Hippodamium forum, in Piraeeo; ita vocatum ab Hippodamo Milesio architecto, qui Piraeeum Atheniensibus aedificavit*. Inde postea magis Pericles communivit. Appianus de bell. Mithrid. ubi de Piraeeo agit. Καὶ εἴργασο ἐκ λίθου μεγάλου τε καὶ τετραγώνου, Περικλεῖον ἔργον, ὅτε τοῖς Ἀθηναίοις ἐπὶ Πελοποννησίους στρατηγῶν, ϗ τ ἐλπίδα τ νίκης τῷ Πφραιεῖ τιθέμενος, μᾶλλον αὐτὸν ἐκρατύνετο. *Et facti sunt (muri Piraeei) e lapide magno, & quadrato; Periclis opus quum iis, dux Athenienſium in Peloponnesios, collocata in Piraeeo spe victoriae, magis ipsum communiret*. Vbi vides momentum loci, quod profecto tantum erat, ut sine eo esse Athenae minime possent. Cornelius Nepos in Phocione. *Neque ita multo post Nicanor Piraeeo est potitus, sine quo Athenae esse omnino non possunt*. Ac Themistoclis quidem factum, de quo dixi, memorat etiam Demosthenes Oratione in Leptinem. Γνοίη δ' ἄν τις, εἰ παραθείη, ὡς Θεμιστοκλῆς, ὁ τ καθ' ἑαυτὸν ἀνδρῶν ἁπάντων ἐνδοξώτατος, ταυτὸ τοῦτ' ἐποίησε. λέγεται τοίνυν ἐκεῖνος τειχίζει τ Πφραικ, εἰπὼν τοῖς πολίταις, κἂν ἀφικνῆται τις ἐκ Λακεδαιμονίας κατέχειν κελεύσας, οἴεσθαι πρεσβεύων αὐτὸς ὡς τοὺς Λακεδαιμονίους. *Inde aliquis cognoscat, si conferat, quo modo Themistocles, vir aetatis suae clarissimus, hoc ipsum fecerit, ille itaque fertur dixisse civibus, ut murum (Piraeei) exstruerent; ac, si quispiam Lacedaemone adveniret, eum uti detinerent; ipse autem ad Lacedaemonios legatus iviſſe*. Quem locum ob oculos habuit Apsines libro de Arte Rhet. cap. Περὶ παραδείγματος. Ἐνίοτε δ καὶ ἀτελῆ ταῦτα ἐῶμεν, ἄχρι τοῦ χρησίμου μνησθέντες· ὡς ἐν τῷ πρὸς Λεπτίνην, ἐν τῷ περὶ τοῦ τοιχισμοῦ τοῦ Θεμιστοκλέους. *Interdum, & imperfecta ea relinquimus; quousque expedit, commemorantes, ut in Oratione ad Leptinem, ubi de muro a Themistocle aedificato*. Latitudo autem muri tanta fuit, ut duo plaustra, illic sibi occurrentia, commeare in eo possent. Thucydides lib. I. Καὶ ᾠκοδομήσαν τῇ ἐκείνου γνώμῃ τὸ πάχος τοῦ τείχους, ὅπερ νῦν ἔτι δῆλόν ἐστι περὶ τ Πφραικ δύο γὰρ ἅμαξαι, ἐναντίαι ἀλλήλαις, τοὺς λίθους ἐπῆγον. *Et struxere ex ipsius sententia murum ea latitudine, quae nunc etiam circa Piraeeum exstat; duo enim plaustra, inter sese occurrentia, saxa advehebant*. Altitudo cubitorum quadraginta. Appianus libro paulo ante citato. Ἐπὶ τ Πφραικ κατῆλθεν, καὶ ἀκεκλεισμένων εἰς τὰ τείχη τ πολεμίων. ὕψος ὃ ἦν τὰ τείχη πήχεων τεσσάρακοντα μάλιστα. *Ad Piraeeum descendit, quum se hostes intra muros, qui ad cubitos instar quadraginta alti, recepissent*. Idque dimidium eius erat, quam Themistocles destinaverat. Thucydides loco iam citato. Τὸ ὃ ὕψος ἥμισυ μάλιστα ἐτελέσθη ἃ διενοεῖτο (ὁ Θεμιστοκλῆς.) ἐβούλετο γὰρ τῷ μεγέθει, καὶ τῷ πάχει, ἀφιστάναι τὰς τ πολεμίων ἐπιβολάς. *Altitudo vero ad dimidiam partem eius, quam (Themistocles) constituerat, est perducta; quippe ille cupiebat, ut altitudine, & latitudine, hostium impressiones propulsaret*. Eratque e lapide quadrato, & magno. Appianus in citatis ante verbis. Καὶ εἴργασο ἐκ λίθου μεγάλου τε καὶ τετραγώνου. *Et facti sunt (muri Piraeei) e lapide magno, ac quadrato*. Et hunc non caementum, aut lutum, sed ferrum, ac plumbum, coniungebant. Thucydides lib. I. Ἐντὸς ὃ ὅτε πηλὸς ἦν, ἀλλὰ ξυνωκοδομημένοι μεγάλοι λίθοι, καὶ ἐν τομῇ ἐγγώνιοι, σιδήρῳ πρὸς ἀλλήλους τὰ ἔξωθεν, καὶ μολίβδῳ, δεδεμένοι. *Intus vero nec caementum ullum erat, neque lutum; sed lapides magni, sectura quadrati; inter se coagmentati, ferro, ac plumbo vinciebantur*. Atque hunc tam insignem murum, a Lysandro profligati, ad decem usque utrimque stadia demoliri iussi coacti, Olympiadis XCIII. anno IV. Nota res est ex Historia. Sed mox instauravit Conon, Olympiadis XCVI. anno III. Diodorus Siculus in eo anno lib. XIV. Περὶ ὃν τούτους τοὺς χρόνους Κόνων, τοῦ βασιλικοῦ στόλου τὴν ἡγεμονίαν ἔχων, ὀγδοήκοντα τριήρεσι καταπλεύσας εἰς τὸν Πφραικ, τοῖς πολίταις ὑπέσχετο, τὸν περίβολον τῆς πόλεως ἀνοικοδομήσειν. τοῦ τε γὰρ Πφραικοῦ τὰ τείχη, καὶ τὰ μακρὰ σκέλη, καθῄρητο, κατὰ τὰς Λακεδαιμονίων συνθήκας, ὅτε καταπονήθησαν ἐν τῷ Πελοποννησιακῷ πολέμῳ. ὁ δ' ἐν Κόνων, μισθωσάμενος πολὺ τεχνιτῶν, καὶ ἐκ τῶν πλημμάτων ὄχλον εἰς ὑπηρεσίαν παραδοὺς, ταχέως τὸ πλεῖστον μέρος τοῦ τείχους ἀνῳκοδόμησε. *Circa haec tempora vero Conon, regiae classi praefectus, quum in Piraeeum adpulisset cum triremibus octoginta, ambitum urbis se refecturum civibus promisit; nam & muros Piraeei, & longa crura, ex foedere cum Lacedaemoniis, fracti plane bello Peloponnesiaco, demoliti erant, quam ob rem conducta opificum multitudine, additisque in ministerium sociis navalibus, ocyus maximam muro partem instauravit*. Convenitque, quod Diogenes Laertius ait, factum illud annis sex post mortem Socratis.

Ver-

Verba eius iſta ſunt in eius Vita libro II. *Μνημονεύει τ᾽ ὑπὸ Κόνωνος τειχῶν ἀναςαθέντων, ἃ γέγονεν ἐν ἔτεσιν ἑξ τ᾽ Σωκράτους τελευτῆς ὕςερον. Meminit murorum, a Conone inſtauratorum; quae acciderunt annis ſex poſt mortem Socratis.* Socrates autem diem obiit Olympiadis XCV. anno I. Vt oſtendi De Archont Athen. lib. III. cap. XVI. Ergo recta computatio. Verum non perfecit opus; & clare, in citatis verbis, Diodorus. Τὸ πλεῖςον μέρος τοῦ τείχους ἀνῳκοδόμητε, *Maximam muri partem inſtauravit*. Itaque mox Conon alter, huius e Timotheo filio nepos, partem adiecit, talentis decem, quae pro patre ſolvere iuſſus erat. Cornelius nepos in Timotheo. *Huius poſt mortem populus, quum eum iudicii ſui poeniteret, multae novem partes detraxit; & decem talenta Cononem, eius filium; ad muri quandam partem reficiendam, iuſſit dare. In quo fortunae varietas eſt animadverſa, nam, quos avus Conon muros ex hoſtium praeda patriae reſtituerat, eosdem nepos, cum ſumma ignominia familiae, ex ſua re familiari reficere coactus eſt.* Ac ſucceſſu deinde temporis, dum munire omnino ſatagunt, pro uno muro plures facti. Itaque, quum expugnaret urbem Sulla, Olympiadis CLXXIII. anno III. amplius ſex fuiſſe narrat L. Florus lib. III. cap. V. *Itaque L. Sulla, feſtinat, vir armis optimus; parique violentia ruentem ulterius hoſtem, quadam quaſi manu repulit; primumque Athenas, urbem (quis crederet?) frugum parentem, obſidione, ac fame, ad humanos cibos compulit; mox, ſubruto Piraeei portu, ſex quoque, & amplius muris, poſtquam domuerat, ingratiſſimos, ut ipſe dixit, hominum, in honorem tamen mortuorum ſacris ſuis, famaeque donavit.* Oroſius ſeptem commemorat lib. VI. cap. II. *Sulla, cui poſt conſulatum Mithridaticum bellum obvenerat, Archelaum apud Piraeeum, Athenienſium portum, ſeptemplici muro communitum, diu obſedit.* Beda De Nominibus locorum in Actis Apoſtolorum. *Athenae, civitas in Achaia, philoſophiae dicata ſtudiis; quae, quum una ſit, plurali numero ſemper adpellari ſolet. Cuius Piraeeus portus ſeptemplici quondam muro communitus fuiſſe ſcribitur.* Et ex eo, illis ipſis verbis, Smaragdus Abbas in eadem Acta cap. VIII. *Piraeeus portus, ſeptemplici quondam muro communitus fuiſſe dicitur.* Velleius Paterculus, *multiplices munitiones* dicit, lib. II. *Ita dimicavit (Sulla) ut & Athenas reciperet, &, plurimo circa multiplices Piraeei munitiones labore expleto, amplius ducenta hoſtium millia interficeret.* Itaque adparet ſatis, cur *tutum Piraeea* dicat Virgilius in Ciri:

Iamque adeo tutum longe Piraeea cernit. (a)

Et hos muros diruit Sulla; uti narrant Dion Caſſius in Mithridaticis; Plutarchus in eius Vita, & Strabo lib. IX. Itaque hinc eſt, quod Dion idem, quum Athenae a Caleno, Iulii Caeſaris legato, obſiderentur, Piraeeum ſine muro tunc fuiſſe memorat. Verba eius ita habent lib. XLII. Ὁ δὴ Καλῆνος ἐπέμφθη εἰς τὴν Ἑλλάδα πρὸ τῆς μάχης ὑπὸ τοῦ Καίσαρος. καὶ εἷλεν ἄλλα τε καὶ τὸν Πειραιᾶ, ἄτε καὶ ἀτείχιςον ὄντα. *At Calenus a Iulio ante pugnam miſſus eſt in Graeciam; cepitque cum alia, tum etiam Piraeeum, quippe nullo item muro communitum.* Diſtinxit autem in vias, & regiones is, de quo ſtatim dixi, Hippodamus. Ariſtoteles Politic. lib. II. cap. VI. Ἱππόδαμος ὁ Εὐρυφῶντος, Μιλήσιος, ὃς καὶ τὴν τ᾽ πόλεων διαίρεσιν εὗρε, καὶ τ᾽ Πειραιᾶ κατέτεμε. *Hippodamus vero, Euryphontis filius, Mileſius, qui & urbium diviſionem invenit, & Piraeeum diſſecuit.* Heſychius. Τὸν Πειραιᾶ Ἱππόδαμος, Εὐρυφῶντος παῖς. ὁ καὶ μετεωρολόγος, διέλεν Ἀθηναίοις. *Piraeeum Hippodamus, Euryphontis filius, qui & res coeleſtes tractavit, Athenienſibus diviſit.* Demoſthenes geminam item foſſam circumduxit. Ecce, habes in Decreto in honorem eius facto, quod Plutarchus repraeſentat extremo libro De X. Rhet. Καὶ ἃς ἐπέδωκε δύο τάφρους (ὁ Δημοσθένης) περὶ τ᾽ Πειραιᾶ ταφρεύσας. *Et quas addidit (Demoſthenes) duas foſſas Piraeeum circummuniens.* Vt autem Piraeeus totus munitiſſimus, ita maxime pars illius quaedam, mari undequaque cincta. Appianus iſtud docet De bell. Mithrid. Καταπλαγεὶς αὐτὸν τ᾽ ὁρμὴν ὁ Ἀρχέλαος, ὡς μανιώδη, καὶ ἄλογον, ἐξέλιπεν αὐτοῖς τὰ τείχη. ἐς ἣ ἦν τοῦ Πειραιῶς ἀνέδραμεν ἀχυρώλατόν τε καὶ θαλάσσῃ περίκλυςον. *Perculſus Archelaus impetu ipſorum, ceu inſano, nec rationis quidquam habente, reliquit illis muros, ac in Piraeei partem munitiſſimam, quaeque mari circumlueretur, ſe recepit.*

(a) *Stabilem* autem dicit *Statius*, Thebaidos Lib. XII.
— *Et trepidis ſtabilem Piraeea nautis.*

CAP. III.

Et navalia huc translata, a Themiſtocle. Armamentarium quoque ibi; a Philone ſtructum, a Sulla exuſtum. Portus item illic triplex: Κανθάρου λιμήν, *ſive* Κάνθαρος, Ἀφροδίσιον, *&* Ζέα. *Heſychii locus reſtitutus, & Plutarchi. Veneris duo fana: unum a Conone, alterum a Themiſtocle ſtructum. Venus* Ἀπάρχη. *Scholiaſtes Ariſtophanis emendatus. Portus iſti, olim aperti, poſtea claudi coeperunt, & muniri. Nauclerorum diverſoria. Themiſtoclis monumentum. Promontoria ex utraque parte duo: Alcimi, & Eetionis; quorum hoc a Quadringentis communitum. Harpocration correctus.*

THemiſtocles vero, ut muro communivit, ſic navalia illuc tranſtulit; quum Phalero ad id tempus Athenienſes uſi eſſent. Pauſanias in Atticis. Θεμιστοκλῆς δή, ὡς ἦρξε (τοῖς γὰρ πλέουσιν ἐπιτηδειότερος ὁ Πειραιεὺς ἐφαίνετό οἱ προκάσθαι, καὶ λιμένας τρεῖς ἀνθ᾽ ἑνὸς ἔχειν τοῦ Φαληροῦ) τοῦτο σφίσιν ἐπίνειον εἶναι καλεσκευάσατο. *Themiſtocles vero, quum magiſtratu fungeretur, quia multo opportunior navigantibus Piraeeus videretur, triplici portu, quum Phaleri unus eſſet, hoc navale ipſis fecit.* Etiam armamentarium ibi erat, a Philone architecto exſtructum. Strabo lib. IX.

Τὸν

Digitized by Google

Τῶν λιμένων, καὶ τῆς λιμένας πλήρεις νεωρίων, ἐν οἷς καὶ ἡ ὁπλοθήκη, Φίλωνος ἔργον. *Et Piraeeum, & navalibus plenos portus, in quibus etiam armamentarium, Philonis opus* (a). Meminit eius Cicero De Oratore lib. I. *Philonem, illum architectum, qui Athenienſibus armamentarium fecit, conſtat perdiſerte populo rationem operis ſui reddidiſſe*. Et Plinius lib. VII. cap. XXXVII. *Laudatus eſt Cteſiphon Gnoſſius, aede Epheſiae Dianae admirabiliter fabricata; Philon, Athenis armamentario*. Exuſſit autem iſtud tam praeclarum opus, uti etiam navalia, Sulla, bello contra Mithridatem. Appianus Mithridaticis. Ὁ δὲ Σύλλας τὸ Πειραιᾶ, τῆ ἄκρᾳ μάλλον ἐνοχλήσαντα οἱ, κατεπίμπρη, φειδόμενος ὅτε τῆς ὁπλοθήκης, ὅτε τῶν νεοσοίκων. *Sulla vero Piraeeum, qui plus ei negotii dederat, quam urbs, incendit; nec armamentario parcens, nec navalibus*. Plutarchus in eius Vita. Εἶχε δὲ μετ' οὐ πολὺν χρόνον καὶ τὸν Πειραιᾶ ὁ Σύλλας, καὶ τὰ πλεῖστα κατέκαυσεν· ὧν ἦν καὶ ἡ Φίλωνος ὁπλοθήκη. *Nec multo poſt Sulla etiam Piraeeum in poteſtatem accepit, & maximam partem exuſſit; inter quae Philonis quoque armamentarium erat*. Obſerva autem in citatis Pauſaniae verbis tres fuiſſe illic portus; & hoc verum eſt. Thucydides firmat lib. I. Νομίζων τό, τε χωρίον καλὸν εἶναι, λιμένας ἔχον τρεῖς αὐτοφυεῖς. *Ratus locum opportunum, qui tres portus natives haberet*. Loquitur de hoc ipſo Piraeeo. Scylas in Periplo. Ὁ δὲ Πειραιεὺς λιμένας ἔχει τρεῖς. *Piraeeus vero tres portus habet*. Cornelius nepos in Themiſtocle. *Quum Phalereo portu, neque magno, neque bono, Athenienſes uterentur, huius conſilio triplex Piraeei portus conſtitutus eſt*. Idem videre eſt apud Heſychium, & Scholiaſten Ariſtophanis; quorum verba mox producam, alia occaſione. Horum autem portuum unus, a Cantharo heroe, Κανθάρου λιμὴν, *Cantharī portus*, vel etiam Κάνθαρος, *Cantarus* ſimpliciter; alter a Veneris illic templis, ut videtur Ἀφροδίσιον; tertius Ζέα dicebatur a frumento (b). De prioribus duobus, docet nos Comici Scholiaſtes, Pace. Πειραιεὺς λιμένας τρεῖς ἔχει, πάντας κλειτούς· Εἷς μέν, ὁ Κανθάρου λιμήν· οὕτω καλούμενος, ἀπὸ τινος ἥρωος Κανθάρου· ἐν ᾧ τὰ νεώρια· εἶτα τὸ Ἀφροδίσιον, εἶτα κύκλῳ τοῦ λιμένος στοαὶ πέντε. *Piraeeus portus habet tres, omnes celebres. Vnus eorum Cantharī dictus eſt, ab heroe quodam Cantharo, in quo navalia; ac deinde Aphrodiſium; inde circum, porticus quinque*. Videndus quoque Suidas in Ναξιεργὴς κάνθαρος. Prioris mentio, nempe Cantharī, etiam eſt apud Ariſtophanem in Pace fabula:

Ἐν Πειραιεῖ δὴ πού γε Κανθάρου λιμήν.

In Piraeeo ſane eſt Cantharī portus.

Item apud Heſychium, ſed corrigendum. Κανθάρων. λιμὴν οὕτω καλεῖται ἐν Πειραιεῖ. *Cantharorum. Portus ita adpellatur in Piraeeo*. Reſcribe. Κάνθαρου. λιμήν. *Cantharus, Portus*. Corruptum quoque eius nomen apud Plutarchum in Phocione. Μύσων δὲ, λέοντα χοιρίδιον ἐν καθαρῷ λιμένι, κἄπτα συνέλαβε, καὶ τὰ κάτω μέρη τοῦ σώματος κατέπιε. *Myſtam vero, qui porcellum lavaret in puro portu; cetus comprehendit, & inferiora corporis devoravit*. Nam, quid eſt illud? ἐν καθαρῷ λιμένι. *In puro portu*. Omnino reſcribendum cenſeo: ἐν Κανθάρῳ λιμένι. *In Cantharo portu*. Suidas alibi. Κάνθαρος, τὸ ζῶον· καὶ ὄνομα λιμένος Ἀθήνησι. *Cantharus, animal; & nomen portus Athenis*. Aphrodiſium, alter portus, nomen accepit, ut videtur a duobus fanis Veneris, quae Graecis Ἀφροδίτη dicitur. Et eorum quidem unum a Cononе ibi ſtructum narrat Pauſanias in Atticis, ubi de Piraeeo agit. Πρὸς δὲ θαλάσσῃ Κόνων ᾠκοδόμησεν Ἀφροδίτης ἱερὸν, τριήρεις Λακεδαιμονίων κατεργασάμενος περὶ Κνίδῳ, τὴν ἐν Καρικῇ χερρονήσῳ. *Ad mare Conon Veneris fanum aedificavit, quum triremes Lacedaemoniorum iuxta Cnidam, quae in Carica peninſula, profligaſſet*. Alterum a Themiſtocle, qui id Veneri, τῇ Ἀπάρχῃ cognomento conſecravit. Scholiaſtes Hermogenis lib. II. Περὶ ἰδεῶν cap. περὶ γλυκύλητος. Καὶ τὰ περὶ τὴν περιστερᾶς, ὅτι ἐπὶ Θεμιστοκλέους τριήρους ἐφάνη καθεζομένη. ὅθεν καὶ μετὰ τὴν νίκην Ἀπάρχῃ Ἀφροδίτης ἱερὸν ἱδρύσατο ἐν Πειραιεῖ. ὡς Ἀμμώνιος ὁ Λαμπρεὺς, ἐν τῷ Περὶ βωμῶν. *Ac quae de columba aiunt, quae conſpecta eſt in Themiſtoclis triremi conſidere; qua de cauſa poſt victoriam Veneris Ἀπάρχῃ fanum dedicavit in Piraeeo; ut Ammonius Lamprienſis refert libro De Aris*. De tertio, plane nomen eius neſciremus, abſque uno Heſychio eſſet (c); nam Scholiaſtes quidem Comici; niſi culpa eſt librarii, plane omittit. Itaque nos Heſychius docet, iſtis verbis. Ζέα, ἡ ἑκάτη, παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις· καὶ εἷς τῶν ἐν Πειραιεῖ λιμένων, οὕτω καλούμενος ἀπὸ τῆς κάρπου τῆς ζειᾶς. ἔχει δὲ ὁ Πειραιεὺς λιμένας τρεῖς κλειστούς. *Zea, Hecate, apud Athenienſes; & Piraeei portuum unus, ita ab hordeo nominatus. Habet vero Piraeeus portus tres, qui claudi poſſunt*. Vbi ultima verba obſerva; λιμένας τρεῖς κλειστούς. *Portus tres, qui claudi poſſunt*. Atque ita reſcribendum eſſe cenſeo apud Scholiaſten Comici in citatis ante verbis; quippe male illic editur, λιμένας ἔχει τρεῖς, πάντας κλειτούς. Nam catena tres hi portus claudebantur; quod initio quidem non fiebat, ut diſcimus clare ex Thucydide lib. II. Ἐβούλοντο, διαδεξάντων τῶν Μεγαρέων, ἀποπειράσαι τοῦ Πειραιέως, τοῦ λιμένος τῶν Ἀθηναίων. ἦν δὲ ἀφύλακτος, καὶ ἀκλῆς. *Voluerunt a Megarenſibus edocti, tentare Piraeeum, Athenienſium portum; nullo enim praeſidio cuſtodiebatur, neque claudebatur*. Poſtea vero muniri coepti, & claudi etiam, bello Peloponneſiaco. Thucydides loco citato. Καὶ μετὰ τοῦτο φυλακὴν ἤδη τοῦ Πειραιῶς μᾶλλον τοιαύτην ἐποιοῦντο, λιμένων τε κλείσει, καὶ τῇ ἄλλῃ ἐπιμελείᾳ. *Ac poſt haec magis Piraeeum cuſtodiebant, claudendis portubus, ceteraque omni cura*. Ad hos portus, varia erant nauclerorum diverſoria. Indicat Xenophon, περὶ προσόδων. Καλὸν μὲν, καὶ ἀγαθὸν, ναυκλήρους οἰκοδομεῖν καταγώγια περὶ λιμένας, πρὸς τοῖς

(a) Conſule *Lib. De Fortun. Athen. Cap.* VII.
(b) Vide *Lib. De Pop. Att. in* Πειραιεύς.
(c) Qui conſtare poſſit haec ſyntaxis non video. *Lib. De Pop. Attic. in* Πειραιεύς correxi: *De tertio, plane ignotum nomen eius abſque uno Heſychio eſſet.*

Digitized by Google

τῆς ὑπάρχυσι. *Pulcrum enim, & bonum, diverſoria circa portus, praeter ea, quae iam exſtant, naucleris aèdificare.* Ad maximum eorum, Themiſtoclis poſtea ſepulcrum fuit conſtitutum; nempe quia, ut initio huius capitis a me dictum eſt, navalia huc tranſtuliſſet. Rem Pauſanias nobis tradit, etſi non cauſam in Atticis ſuis. Καὶ πρὸς τῷ μεγίστῳ λιμένι τάφος Θεμιστοκλέους. φασὶ γὰρ, μελαμελῆσαι τὸ εἰς Θεμιστοκλέα· καὶ, ὡς οἱ προσήκοντες τὰ ὀστᾶ κομίσαιεν, ἐκ Μαγνησίας ἀνελόντες. *Atque ad maximum portum Themiſtoclis monumentum erat. Aiunt enim, poenituiſſe eorum, quae in Themiſtoclem admiſiſſent; atque oſſa eius, e Magneſia ſublata, a propinquis reportata.* Plutarchus in extremo Themiſtocle. Περὶ τὸ λιμένα τῶ πραιῶς, ἀπὸ τῶ κατὰ τὸ Ἄλκιμον ἀκρωτηρίυ, πρόκειταί τις οἷον ἀγκών. καὶ κάμψαντι τοῦτον ἐντὸς, ἡ τὸ ὑπεύδιον τῆς θαλάττης, κρηπὶς ἐστιν ἐυμεγέθης, κὴ τὸ περὶ αὐτὴν βωμοειδὲς, τάφος τῶ Θεμιστοκλέυς. *Apud portum Piraeei, ab Alcimi promontorio, quaſi cubitus quidam prominet; quem introrſum ubi praetervectus fueris, ubi mare ſubtranquillum, baſis exſtat, ſatis magna; quodque in illa arae inſtar, eſt Themiſtoclis ſepulcrum.* Porro utrimque Piraeeus promontorio tegebatur; ut non tantum arte tutus, ſed natura etiam eſſet. Et unum ex his Alcimi adpellabatur; alterum Eetionis. De priore, obſervo ecce apud Plutarchum in verbis illis praecedentibus. Περὶ τὸ λιμένα τῶ Πειραιῶς ἀπὸ τῶ κατὰ τὸ Ἄλκιμον ἀκρωτηρίυ, πρόκειταί τις οἷον ἀγκών. *Apud portum Piraeei, ab Alcimi promontorio, quaſi cubitus quidam prominet.* De altero, Suidas me docuit, cuius iſte exſtat locus. Ἠετιωνεία. ὕτως ἡ ἑτέρα τῶ πειραιέως ἄκρα, ἀπὸ τῶ κεκλακτησαμένυ τὴν γῆν Ἠετίωνος. *Eetionea; ita alterum Piraeei promontorium dicebatur ab Eetione, qui poſſederat terram illam.* Et. Harpocration. Ἠετιωνεία. Ἀντιφῶν, ἐν τῷ περὶ τῆς μεταστάσεως. ὕτως ἐκαλεῖτο ἥ γε παρὰ τὸν Πειραιέως ἄκρα, ἀπὸ τῶ κατακτησαμένυ τὴν γῆν Ἠετίωνος, ὥς φησι Φιλόχορος, ἐν τῇ πρὸς Δήμωνα ἀντιγραφῇ. *Eetionea. Antiphon in Oratione De mutatione. Ita vocabatur promontorium iuxta Piraeeum a poſſeſſore terrae Eetione; ut auctor eſt Philochorus in Reſcripto adverſus Demonem.* Vbi certe legendum puto, ut eſt apud Suidam, qui eum, ut ſolet, exſcripſit, quamquam truncate ὕτως ἐκαλεῖτο ἡ ἑτέρα τῶ Πειραιέως ἄκρα. *Ita vocabatur alterum Piraei promontorium.* Neque aliter eſt apud Stephanum in Ἠετιωνεία. Et hoc ipſum promontorium muro etiam communitum fuit; poſteaque ad veterem murum, novum alium exſtruxerunt, ut melius in poteſtate ſua Vrbem retinerent, Quadraginta, quum Remp. invaſiſſent, Olympiadis XCII. anno I. Quade re, videre eſt apud Thucyd. lib. VIII.

(a) Leocharis opus fuit quoque ſtatua Iovis, quae in Arce. Conſule *Cecropiae Cap.* XIII. Sed hic non mediocri errore labitur Meurſius, dum ait retro Porticum longam ſtatuas Iovis fuiſſe, & Populi Athenienſis; nam vox Δῆμος in Pauſania, non *Populum* ſignificat, ſed nomen viri proprium eſt; quod adgnovit Meurſius ipſe *Lib. De Pop. Att.* in Πειραιεῦς, ubi & Amaſaeum, *Populum* vertentem, redarguit.

(b) Vide *Lib. De Pop. Att.* in Μελίτη.

CAP. IV.

Porticus quinque. Μακρὰ στοά. *Statuae Iovis, & Athenienſis populi, a Leocharis artificis manu:* & Μελίτη, *populus Oeneidis tribus; vel, ut alii, Cecropidis. Herculis cum Nympha Melite, a qua nomen illi datum, conſuetudo: iſque pomis ibi cultus, unde* Μήλων *appellatus. Idem quoque* Ἀλεξίκακος. *Heſychius correctus. Hercules myſteriis quoque minoribus illis initiatus. Ageladas ſtatuarius. Scholiaſtes Ariſtophanis emendatus; item Suidas, Ioannes Tzetzes, & Plutarchus. Euryſacis domicilium, & fanum: item Melanippi. Domus Themiſtoclis; ac Dianae* Ἀριστοβούλης *templum, ab eo ſtructum: ubi poſtea, qui carnificis manu caeſi, abiici ſoliti. Plutarchus iterum emendatus. Dianae* Ἀριστοβούλης *fanum apud Rhodios. Domus Phocionis, & tragoedorum.* Πύλαι Μελιτίδες. *Thucydidis ſepulcrum; item Herodoti, & Cimonis.*

HAbebat vero porticus quinque. Vides in citatis modo Scholiaſtae Comici verbis. Εἶτα κύκλῳ τῶ λιμένος στοαὶ πέντε. *Inde circum porticus quinque.* Atque hae, quia coniunctae, Μακρὰ στοὰ, *Longa porticus*, dicebatur. Obſervo apud Pauſaniam, in Atticis; qui in Piraeei deſcriptione hanc nobis pro illis refert. Ἔστι δὲ τῆς μακρᾶς, ἔνθα καθέστηκεν ἀγορὰ τοῖς ἐπὶ τῇ θαλάσσῃ. *Eſt vero ad longam porticum, ubi forum ii habent, qui ad mare habitant.* Meminitque Demoſthenes, Oratione in Phormionem. Οἱ δ' ἐν τῷ Πειραιεῖ, ἐν τῷ νεωρίῳ διελάμβανον κατ' ὀβολὸν τοὺς ἄρτους, καὶ ἐπὶ τῆς μακρᾶς στοᾶς τὰ ἄλφιτα. *Qui vero in Piraeeo, ad navale panes obolo accipiebant, & in longa porticu farinas.* Ac deſignat hanc Thucydides lib. VIII. Διωκοδόμησαν δὲ καὶ στοὰν, ἥπερ ἦν μεγίστη, καὶ ἐγγύτατα τούτου εὐθὺς ἐχομένη, ἐν τῷ Πειραιεῖ. *Exſtruxerunt etiam porticum, quae maxima erat, proximeque contingebat in Piraeeo.* Retro porticum iſtam longam, ſtatuae Iovis, & Athenienſis populi a Leochare (a) factae, erant. Pauſanias, loco citato. Τῆς δ' ἐπὶ θαλάσσῃ στοᾶς ὄπισθεν ἑστᾶσι Ζεὺς, καὶ δῆμος, Λεωχάρους ἔργον. *Retro porticum, quae ad mare collocatae ſtatuae Iovis, populique, a Leochare factae.* Et Μελίτη totus ille tractus dictus. Scholiaſtes Comici Avibus. Μέρος τι νῦν σύνηθες γέγονε τὴν Κολωνὸν καλεῖν, τὸ ὄπισθεν τῆς μακρᾶς στοᾶς, ἀλλ' ἐκ ἔστι. Μελίτη γὰρ ἅπαν ἐκεῖνο (b). *Partem nunc quandam, quae eſt retro longam porticum, vocare Colonum ſolemus, ſed non recte: totum enim illud Melite eſt.* Et in populis cenſebatur, tribus Oeneidis, Stephanus, in Μελίτη. Καὶ δῆμος, Οἰνηΐδος φυλῆς. ὁ δημότης, Μελιτεύς. *Et populus eſt, Oeneidis tribus: popularis, Meliteuſis.* Alii Cecropidi tribuunt. Harpocration. Μελίτη. Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Κόνωνος δῆμός ἐστι τῆς Κεκροπίδος. *Melite. Demoſthenes, Oratione in Cono-*

Digitized by Google

Cononem, populus eſt tribus Cecropidis. Et ex eo totidem verbis Suidas. Demoſthenis locus, cuius meminit, iſte eſt. Κατιδὼν δὲ ἡμᾶς, καὶ κραυγάσας, καὶ διαλεχθείς τι πρὸς αὐτὸν ὅτως ὡς ἂν μεθύων, ὅτι μὴ μαθεῖν ὅτι λέγει, παρῆλθε πρὸς Μελίτιον ἄνω. *Quum autem nos vidiſſet, clamanſque, & neſcio quid diſſertans ſecum, inſtar ebrii, praeteriit, Meliten verſus aſcendens.* Nomen habet a Melite Nympha, cum qua Hercules conſueviſſe ferebatur. Ariſtophanis Scholiaſtes, Ranis. Ἐκλήθη δὲ (ἡ Μελίτη) ἀπὸ Μελίτης Νύμφης, ᾗ ἐμίγη ὁ Ἡρακλῆς. *Nominata vero eſt (Melite) a Melite Nympha, cum qua Hercules rem habuiſſe memoratur.* Harpocration. Κεκλῆσθαι δέ φησι τὸ δῆμον Φιλόχορος ἐν τρίτῃ ἀπὸ Μελίτης. *Nuncupatum vero populum a Melite, auctor eſt Philochorus libro tertio.* Ideo nempe Hercules quoque a Melitenſibus hiſce cultus, qui huic pomis ſacra ſua faciebant: unde & Μήλων cognomento nuncupatus. Heſychius. Μήλων, Ἡρακλῆς. ἐνομασθῆναί φασι τὸ θεὸν ὅτως, διὰ τὸ μὴ ἱερεῖα θύειν αὐτῷ τοὺς Μελιτεῖς· ἀλλὰ τὸ καρπὸν τὰ μῆλα. *Melon, Hercules. ita dictum deum ferunt, quod non victimis ipſi Melitenſes faciant, verum pomis.* Dicebatur autem Hercules ille etiam Ἀλεξίκακος. Ecce, apud eumdem Heſychium, alio loco. Ἐκ Μελίτης μαστιγίας. Ἀριστοφάνης ἐν Βατράχοις, ἀντὶ τοῦ φάναι, ἐκ Μελίτης Ἡρακλῆς· μετημφίεσαι γὰρ τὴν Ἡράκλειον στολήν. καλεῖται δὲ ὁ ἐν Μελίτῃ Ἡρακλῆς, Ἀλεξίκακος. *Melitenſis verbero. Ariſtophanes Ranis; pro, Melitenſis Hercules, quippe Herculis ſtola amictus erat. Appellatur autem Hercules, qui in Melite eſt, Averruncus* Ita reſcribo. Perperam editur, Ἐκμελίτης μαστιγίας: & mox, Ἐκμελίτης Ἡρακλῆς. Et Ἀλεξίκακον, *Averruncum*, dictum fuiſſe, etiam docet Scholiaſtes Comici, Ranis. Ἐν Μελίτῃ ἐστὶν ἐπιφανέστατον Ἡρακλέους ἱερὸν Ἀλεξικάκου. *In Melite eſt inſigne admodum templum Herculis Averrunci.* Et ibidem initiatus minoribus myſteriis dicebatur: conditumque illi templum ibi loci, in quo hoc, quo dixi, modo colebatur. Scholiaſtes Comici, iisdem Ranis. Ἡ Μελίτη, δῆμος τῆς Ἀττικῆς ἐν ᾗ ἐμυήθη Ἡρακλῆς τὰ μικρὰ μυστήρια. ἔστι δὲ ἐκεῖ καὶ Ἡρακλέους ἱερόν. *Melite, populus Atticae; in quo Hercules minoribus myſteriis initiatus: eſtque ibidem fanum Herculis.* Et in eo ſimulacrum quoque ipſius, Ageladae opus. Ioannes Tzetzes, Chil. VIII. cap. CXCII.

Ἀγελάδου τοῦ Ἀργείου μὲν ἦν μαθητὴς Φειδίας,
Meurſii Tom. I.

Τοῦ ἐν Μελίτῃ Ἀττικῆς πλάσαντος Ἡρακλέα.
Ageladae quidem Argivi diſcipulus erat Phidias,
Eius, qui in Melite Attica fecit Herculem.

Ariſtophanis Scholiaſtes, loco citato. Τὸ δὲ τοῦ Ἡρακλέους ἄγαλμα, ἔργον Ἀγελάδου τοῦ Ἀργείου, τοῦ διδασκάλου Φειδίου· ἡ δὲ ἵδρυσις ἐγένετο κατὰ τὸν μέγαν λοιμὸν, ὅθεν καὶ ἐπαύσατο ἡ νόσος πολλῶν ἀνθρώπων ἀπολλυμένων. *Herculis vero ſimulacrum, opus eſt Ageladae Argivi, Phidiae doctoris: factaque eſt dedicatio, quum magna peſtis graſſaretur, ceſſavit autem inde morbus, quum iam homines multi periiſſent.* Ita enim utrobique ſcribo: nam perperam hodie legitur, apud Tzetzen quidem, Γελάδου: apud Scholiaſten vero, Ἐλάδου (a). Et omnino in corruptum Auctoris cuiuſdam codicem inciderit Suidas: quem ſequutus, ſic in litera Γ ſcribit. Γελάδας, ἀγαλματοποιὸς, διδάσκαλος Φειδίου. *Geladas ſtatuarius, Phidiae doctor.* Nam Agelades ſtatuario, non Gelades, nomen erat. Ecce tibi apud Plinium lib. XXXIV. cap. VIII. *Et deinde, Olympiade octuageſima ſeptima, Agelades, Callon, Polycletus.* Et mox. *Polycletus Sicyonius, Ageladis diſcipulus, Diadumenum fecit.* Columella lib. X.

——*nec Phradmonio, aut Ageladae,*
Arte laboretur.——

Neque aliter ſcribitur locis pluribus apud Pauſaniam in Eliacis poſterioribus, Achaicis, Arcadicis, & Phocicis. Atque hoc obiter. Meminit Melites populi etiam Iſaeus, in Oratione, De Hagniae hereditate. Οἰκίαν ἐν Μελίτῃ, τρισχιλίων ὠνημένην. *Domum in Melite, tribus millibus emtam.* Et Ariſtophanes, Ranis.

Μὰ Δί', ἀλλ' ἀληθῶς οὐκ Μελίτης μαστιγίας.
Per Iovem, ſed vere Militenſis ille verbero.

Qui illic habitabat. Μελιτεὺς, *Melitenſis*, dictus, Heſychius. Μελιτεὺς κάπρος. ὁ γὰρ δῆμον Μελιτεύς ἐστι. *Melitenſis aper. qui populo eſt Melitenſis.* Stephanus in citatis verbis. Ὁ δημότης, Μελίτευς (b). *Popularis, Melitenſis.* Itaque corrigendus Plutarchus, in Lycurgi rhetoris vita. Πρότερον δ' αὐτὴν γήμας Διοκλῆς ὁ Μελιτεὺς, ἐγέννησε Διοκλέα, ὃς ἐπὶ τοὺς ὁπλίτας στρατηγήσαντα. *Ac quum prius ipſam uxorem ſumſiſſet Diocles Melitenſis, ſuſcepit ex ea Dioclem, militum ductorem.* Non recte ſcribitur, Διοκλῆς ὁ Μελιτεύς. *Diocles Melittenſis.* Habitavit illic olim Euryſaces, Aiacis filius. Plutarchus, in vita Solonis. Αὐτοὶ δ' Ἀθηναῖοι ταῦτα μὲν οἴονται φλυαρίαν εἶναι, ὃ δὲ Σόλωνά φασιν ἀποδεῖξαι τοῖς δικα-

(a) Non ita tamen legit, aut correxit *Meurſius* noſter *Lib. De Popul. Attic.* in Μελίτη.

(b) In Theſauro Britannico *Nic. Franc. Haymi*, nummi Athenienſium duo exſtant cum inſcriptionibus, in quorum uno, ΑΘΕ. ΔΗΜΟΣ. ΜΗΤΡΟΔΩΡΟΣ, ΚΑΛΛΙΣΘΕ. ΜΕ. Hoc eſt, Ἀθηναίων. δήμος. Μητρόδωρος. Καλλισθένους. Μελιτεύς. legitur: in altero vero, ΑΘΕ. ΧΑΡΙ. ΗΡΑ. ΜΕ. Quod quidem interpretandum eſt, ut opinor, Ἀθῆναι, ſeu Ἀθηναίων. Χαρίσιος. Ἡρακλέδου. Μελιτεύς. Nam Χαρίσιος Athenienſis viri nomen alicubi occurrit. Legi poſſet etiam Χαρίμανδρος, nam apud Senecam *Charimander* quidam memoratur, quidquid de hoc nomine dubitet *Ger. Io. Voſſius*. Χαρίδημος pariter nomen apud *Martialem Lib. I. Epig. 100.*

Sed tu ponaris, cui Charidemus, apro.

Ceterum mirari ſubit, quod *Haymus* has inſcriptiones non explicaverit, nec eruditiſſimus ipſe *Ant. Mar. Salvinius* coniecſtaverit, quid ipſae continerent; quum tum ex his, tum ex aliis Athenienſium nummis, quos laudatus *Haymus* exhibet, evidenter eluceat in illis inſcriptionibus alicuius magiſtratus nomen, patrem, & populum Atticae, ex quo ille eſſet, ſignificari. *Salvinius* enim ad nummos illos quaedam de more ſuo in margine adnotavit, ſed οὐκ εὐσοχῶν.

Legi etiam poſſet Μελανευς.

Digitized by Google

καταῖς. ὅτι Φυλαῖ@, ϗ Εὐρυσάκης, Αἰάντ@ υἱοί, Α'θηναίοις πολιτείας μεταλαβόντες, παρέδοσαν τὴν νῆσον αὐτοῖς ϗ κατῴκησαν, ὁ μὲν (Φιλαῖ@,) ἐν Βραυρῶνι τ Α'τλικῆς· ὁ δὲ (Εὐρυσάκης) ἐν Μελίτῃ. *Ipsi vero Athenienses nugas esse arbitrantur, ac Solonem iudicibus indicasse aiunt, Phylaeum, & Eurysacen, Aiacis filios, ius adeptos civitatis Athenarum, insulam iis tradidisse: & (Phylaeum) quidem, Braurone Atticae; (Eurysacen) vero, Melitae habitasse.* Ac post mortem fanum ibi tamquam heroi, est exstructum. Harpocration. Εὐρυσάκιον. Τ'περίδης, ἐν τῷ Πρὸς Α'ριστογείτονα. τέμενός ἐστιν Εὐρυσάκους, τοῦ Αἰάντ@, ἐν Α'θήναις, οὕτως ὀνομαζόμενον, ἐν Μελίτῃ, *Eurysaceum. Hyperides, in Oratione adversus Aristogitonem. Fanum est Eurysacis, Aiacis filii, Athenis, ita nominatum, Melitae.* Et Melanippi, Thesei filii, ibidem fanum. Observo apud eumdem Harpocrationem alibi. Λυκοῦργος, ἐν τῷ Κατὰ Λυκόφρον@. Μελανίππου τοῦ Θησέ@, ἡρῶόν ἐστιν, ὡς φησιν Α'σκληπιάδης Τραγῳδουμένοις. Κλείδημ@ δ', ἐν πρώτῃ Α'τθίδ@, ἐν Μελίτῃ αὐτὸ εἶναι λέγ. Melanippeum. Lycurgus in Oratione adversus Lycophronem, *Melanippi heroi, Thesaei filii fanum est; ut Asclepiades ait, libro De iis, quae in tragoediis decantata: Clidemus vero, libro primo Atthidos, Melitae illud esse dicit.* Domus item illic Themistoclis; & prope eam, aedes Dianae τ Α'ριστοβούλης, ab ipso structa; ubi postea cadavera eorum, qui occisi a carnifice, proiici solita. Plutarchus, in vita Themistoclis, Η'νίασε δὲ τοὺς πολλοὺς ϗ τὸ τ Α'ρτέμιδ@ ἱερὸν εἰσάμενο@, ἣν Α'ριστοβούλῃ μὲν προσηγόρευσεν, ὡς ἄρισα τῇ πολ, ϗ τοῖς Ε'λλησι, βουλευσάμεν@. πλησίον δὲ τ οἰκίας κατεσκεύασεν ἐν Μελίτῃ τὸ ἱερὸν, ᾧ νῦν τὰ σώματα τ θανατωμένων οἱ δήμιοι προβάλλουσι. *Sed aegerrime tulere multi, quum Dianae templum strueret; quam Aristobulen quidem appellavit, ceu quam optime Vrbi, & Graecis, consuluisset, struxit vero templum illud prope domum suam Melitae, ubi nunc cadavera interfectorum carnifices proiiciunt.* Hac de re corruptus locus, apud eumdem, libro De malignitate Herodoti. Οἶμαι, μηδὲ ἐκεῖνος ἀνηκόους εἶναι Θεμιστοκλέους, ϗ τῶ Θεμιστοκλέους βουλεύματ@· ὃς, βουλεύσας τῇ Ε'λλάδι ναυμαχῆσαι πρὸ τ Σαλαμῖν@, ἱδρύσατο ναὸν Βουλῆς Α'ρτεμιδ@ ἐν Μελίτῃ, τοῦ βαρβάρου καταπολεμηθέντ@. *Existimo, & ipsos audivisse de Themistocle, ac Themistoclis consilio, qui, quum suasisset, navibus pugnandum esse ad Salaminem, devicto barbaro, Dianae Bules fanum Melitae dedicavit.* Restituo, ναὸν Α'ριστοβούλης Α'ρτέμιδ@. *Fanum Aristobules Dianae.* Nam Α'ριστοβούλη, non βούλη, Diana haec a Themistocle dicta. Neque primus ille cognomentum istud daee excogitavit, sed exemplo Rhodiorum fecit, apud quos iam ante culta. Porphyrius de abstin. ab anim. Ε'θύετο γὰρ ϗ ἐν Ρ'όδῳ μηνὶ Μεταγειτνιῶνι ἕκτῃ ἱσαμένου ἀνθρωπ@ Κρόνῳ. ὃ δὴ ἐπὶ πολὺ κρατῆσαν ἔθ@ μετεβλήθη. ἕνα γὰρ τ ἐπὶ θανάτῳ κατακριθέντων μέχρι μὲν τ Κρονίων συνῆγον. ἐνστάσης δὲ τ ἑορτῆς, προαγαγόντες τὸν ἄνθρωπον ἔξω πυλῶν, ἄντικρυς τοῦ Α'ριστοβούλης ἕδους, οἴνῳ ποτίσαντες, ἔσφαττον. *Sacrificabatur enim Rhodi, ad diem sextum mensis Metagitnionis, homo Saturno: quod, quum diu obtinuisset, immutatum est, unum enim ex iis, qui morti publico iudicio damnati erant, ad Saturnalia adservabant, eumque postquam dies festus advenisset, extra portam mox productum, contra fanum Aristobulae, dato prius vini potu, mactabant.* Etiam Phocion aedes illic suas habuit. Plutarchus testis, in eius vita. Η' δὲ οἰκία τοῦ Φωκίων@ ἔτι νῦν ἐν Μελίτῃ δείκνυται, χαλκαῖς λεπῖσι κεκοσμημένη, τὰ δὲ ἄλλα λιτὴ, ϗ ἀφελής. *Phocionis vero domus etiamnum Melitae ostenditur, aeneis laminis ornata, cetera tenuis, simplexque.* Erat item tragoedorum ibi domus, valde ampla. Hesychius. Μελιτέων οἶκ@. ἐν τῷ Μελιτέων δήμῳ οἰκός τις ἦν παμμεγέθης, εἰς ὃν οἱ τραγῳδοὶ ἐμελήτων. *Melitensium domus. In populo Melitensi domus quaedam erat, admodum magna, in quam Tragoedi ad exercitia conveniebant.* Quin & portae cuidam urbis nomen inde datum invenio; iuxta quam Thucydidis monumentum erat. Pausanias, in Atticis. Καὶ οἱ δολοφονηθέντι, (de Thucydide illi sermo.) ὡς κατῆλ, μνῆμά ἐστιν ὑ πόρρω πυλῶν Μελιτιδῶν. *Ipsique fraude interfecto post reditum monumentum exstructum est, non longe a porta Melitensi.* Item Herodoti. Mentionem utriusque nobis Marcellinus facit, in vita Thucydidis. Πρὸς γὰρ ταῖς Μελετίσι πύλαις καλουμέναις ἐστὶν ἐν Κοίλῃ τὰ καλούμενα Κιμώνια μνήματα· ἔνθα δείκνυται Η'ροδότου, ϗ Θουκυδίδου, τάφ@. *Ad portam, quae Melitensis vocatur, sunt Coelae, quae Cimonia monumenta appellantur: ubi Herodoti, & Thucydidis sepulcrum visitur.* (a)

(a) Vide *Lib.* III. *Athen. Attic. Cap.* XII.

CAP. V.

Forum geminum; quorum alterum, Hippodamium nuncupatum, ab Hippodamo architecto: ubi mercatus celeberrimus, Proverbium, Τὸν Πειραιέα μὴ κεναγγίαν ἄγειν. *Praesidium contra praedones illic positum. Locus etiam, mercibus exponendis proprius,* Δεῖγμα *dictus. Polyaenus restitutus.* Α'γορανόμοι *ibi quinque;* Α'γυνόμοι: Μετρονόμοι *autem quindecim; sive, ut alii volunt, decem:* Σιτοφύλακες *etiam quinque:* & Ε'πιμεληταὶ τοῦ ἐμπορίου *decem. Suidae locus emendatus: Praefecti decem a Lysandro.*

GEminum etiam forum erat; unum iuxta longam porticum, de qua dixi; eorum qui ad mare habitabant: alterum, eorum qui remotiores erant. Pausanias. Ε'στι ὑ τ σοᾶς τ μακρᾶς ἔνθα καθέσηκεν ἀγορὰ τοῖς ἐπὶ θαλάσσῃ ϗ γὰρ τοῖς ἀπωτέρω ἐστὶν ἑτέρα. *Est vero ad longam porticum, ubi forum illi habent, qui ad mare adhabitant; alterum enim est eorum, qui non ita prope.* Horum alterum, ut videtur, forum fuit, Hippodamium adpellatum. Mentio eius luculenta apud Andocidem in Orat. Περὶ τ μυστηρίων. Α'νακαλέσαντες δὲ τοὺς στρατηγοὺς, ἀνειπεῖν ἐκέλευσαν, Α'θηναίων τοὺς μὲν ἐν ἄστει οἰκοῦντας, ἰέναι εἰς τὴν ἀγορὰν, τὰ ὅπλα λαβόντας τοὺς δ' ἐν Μακρῷ τείχει, εἰς γε Θησεῖον. τοὺς δ' ἐν Πειραιεῖ, εἰς Η'πποδαμείαν ἀγοράν. *Ducibusque revocatis, edicere iusserunt; quicumque Athenienses in urbe habitarent, ut in fo-*

Digitized by Google

forum ſumtis armis, qui in Muro longo eſſent in Theſei fanum: qui in Piraeeo autem, ii in forum Hippodamium convenirent. Demoſthenes Orat. in Timotheum. Βοηθησόντων αὐτῷ, ϗ καταγομένων εἰς τ οἰκίαν, τ ἐν Πειραιεῖ, ἐν τῇ Ἱπποδαμείᾳ, ἑσπέρας ἤδη ὄσης. *Quum adiuturi ipſum eſſent, & in aedibus, quas in Piraeeo habebat, in foro Hippodamio divertiſſent, quum iam adveſperaſceret.* Xenophon Hiſt. Graec. lib. II. Οἱ δ' ἐκ τῆς ἄξεος, εἰς τ Ἱπποδαμείαν ἀγορὰν ἐλθόντες, πρῶτον μὲν ξυνετάξαντο. *Vrbani vero, quum in forum Hippodamium veniſſent, primum quidem ita aciem inſtruxerunt.* Nomen inditum ab Hippodamo architecto; qui Piraeeum, ut ſupra dixi, Vrbi adſtruxit. Suidas. Ἱπποδαμείαι ἀγορὰ, ἐν Πειραιεῖ· ὕτω καλουμένη ἀπὸ Ἱπποδάμου Μιλησίου (a) ἀρχιτέκτονος, τῆ οἰκοδομησαμένου Ἀθηναίοις τ Πειραιᾶ. *Hippodamium forum in Piraeeo. ita dictum ab Hippodamo Mileſio architecto, qui Athenienſibus Piraeeum aedificavit.* Nec adſtruxit tantum Vrbi, ut nunc quoque illud moneam, verum etiam diviſit. Ariſtoteles Politic. lib. II. cap. VI. Ἱπποδάμῳ ὁ Εὐρυφῶντος Μιλησίῳ, ὃς ϗ τ τ πόλεων διαίρεσιν εὗρε, ϗ τ Πειραιᾶ κατέτεμε. *Hippodamus vero Euryphontis filius Mileſius, qui & urbium diviſionem invenit, & Piraeeum diſſecuit.* Cuius rei meminit item alibi Heſychius. Τὸν Πειραιᾶ Ἱπποδάμου, Εὐρυφῶντος παῖς, ὁ ϗ μετεωρολόγος, διεῖλεν Ἀθηναίοις. *Piraeeum Hippodamus, Euryphontis filius, qui & meteorologus dictus, Athenienſibus diviſit.* Erat vero mercatus illic celeberrimus, mercibuſque omnis generis frequentiſſimus. Iſocrates in Panegyrico. Ἐμπόριον γὰρ ἐν μέσῳ τ Ἑλλάδος τ Πειραιᾶ κατεσήσαντο, τοσαύτῃ ὑπερβολὴν ἔχον, ὥστε ἃ παρὰ τ ἄλλων ἓν παρ' ἑκάστων χαλεπὸν ἐστι λαβεῖν, ταῦθ' ἅπαντα παρ' αὐτῆς ῥάδιον εἶναι πορίσασθαι. *Mercatum enim in medio Graeciae ſtatuerunt Piraeeum, adeo quidem excellentem, ut, quae ſingula aliunde difficulter habere poſſes, ea omnia facile illic invenires.* Sopater de Diviſ. Quaeſt. Ἀλλ' οὐκ ἂν ἡδυνήθην ἀνελεῖν, παρόντων ϗ συνεστιωμένων πρὸς τούτους ἐν Πειραιῶ, τῷ κοινῷ ἑλλάδος ἐμπορίῳ, πολυανθρώπῳ τυγχάνοντι. *Sed interficere non poteram, quum una eſſent, & convivarentur, in Piraeeo, communi Graeciae mercatu, hominibus frequenti.* Ecce commune Graeciae emporium adpellatum, nec iniuria: quippe omnia undique iſtuc importata. Pericles in Oratione funebri apud Thucydidem lib. II. Ἐπεισέρχεται δὲ διὰ μέγεθος (b) τ πόλεως ἐκ πάσης γῆς τὰ πάντα. *Importantur vero ob magnitudinem Vrbis omnia.* Hinc proverbio dicebatur. Τὸν Πειραιέα μὴ κεναγγίαν ἀγεῖν. quod ex Ariſtotele refert Pollux lib. VI. c. VI. Πλάτων μὲν ὁ κωμικὸς, ϗ κεναγγίαν (τ πεῖνην) εἴρηκε, Ξενοφῶν δὲ, βούλιμον· ϗ Ἀριστοτέλης δέ, τ Πειραιέα μὴ κεναγγίαν ἄγειν. *Plato Comicus, famem κεναγγίαν; Xenophon vero, βούλιμον dixit. Ariſtoteles autem, Piraeeum non efferre κεναγγίαν, vaſorum inanitatem, ſive famem.* Itaque poſiti, & cuſtodes, qui excubias agitarent: ne praedones alicunde invadere auderent. Inde eſt apud Terentium Eunucho Act. II. Sc. I.

Miror, quid ex Piraeeo abierit, nam ibi publice cuſtos eſt nunc.

Vbi Donatus. *Adverſus praedonum incurſus illic excubabat iuventus Attica.* Et locus erat ubi merces peregre adductae, oſtentui exponebantur: iſque ex re Δεῖγμα dictus. Meminit Ariſtophanes Equitibus,

Ἐν τῷ Δείγματι τ δικῶν
Ἤκουσ' ἀντιλεγόντων.
In Digmate litium
Audivi contradicentes.

Ad quae verba Scholiaſtes. Τὸ Δεῖγμα, τόπος ἐστὶν ἐν Πειραιεῖ. *Digma, locus eſt in Piraeeo.* Et mox. Ἐκεῖ οἱ ἔμποροι τὰ δείγματα τ πωλουμένων ἐτίθεσαν. *Ibi mercatores eorum, quae venalia habebant, ſpecimina ponebant.* Harpocration. Δεῖγμα, κυρίως μὲν, τὸ δακνύμενον ἀφ' ἑκάστου τ πωλουμένων. ἤδη δ', ϗ τόπος τις ἐν τῷ Ἀθήνησιν ἐμπορίῳ, ἐς ὃν τὰ δείγματα ἐκομίζετο, ὕτως ἐκαλεῖτο. *Digma, proprie quidem, ſpecimen rei cuiuſque venalis. & locus quidam Athenis in foro, in quem ſpecimine afferebant, eo nomine dicebatur.* Demoſthenes Orat. in Philoclem. Παραλαβὼν Δφνίαν, τ κηδεστὴν τ ἐμὸν, προσέρχεται αὐτῷ ἐν τὸ Δείγματι. *Adſcito Dinia, affine meo, adit ipſum in Digmate.* Xenophon Hiſt. Graec. lib. V. Ἦσαν δέ τινες, οἱ ϗ ἐσπηδήσαντες εἰς τὸ Δεῖγμα, ἐμπόρους τέ τινας καὶ ναυκλήρους ξυναρπάσαντες, εἰς τὰς ναῦς ἐσήνεγκαν. *Erant vero aliqui, qui in Digma invadentes, correptos ſimul mercatores, & naucleros, in naves abducerent.* Lyſias Orat. κατὰ Τίσιδος, cuius fragmentum exſtat apud Dionyſium Halicarn. Περὶ τ Δημοσθένους δεινότητος. Οὐ δυναμένου δὲ βαδίζειν, ἐκόμισαν αὐτὸν εἰς τὸ Δεῖγμα· ϗ ἐπέδειξαν πολλοῖς μὲν Ἀθηναίων, πολλοῖς δὲ ϗ τ ἄλλων ξένων, ὕτω διακείμενον. *Quumque incedere non poſſent, adduxere eum in Digma; ibique multis Athenienſibus, aliisque peregrinis oſtenderunt, ita aegrum.* Hinc eſt apud Polyaenum lib. VI. inter ſtrategemata Alexandri. Συνέταξε τοῖς ἐπὶ τ νεῶν διὰ τάχους προσπλεῦσαί τε παρὰ Δεῖγμα τὸ τῆ Πειραιέως, καὶ ἀπὸ τῶν τραπεζῶν ἁρπάσαι χρήματα. *Mandavit iis, qui in navibus uti Digma Piraeei adnavigantes, quam ocyſſime, merces a menſis raperent.* Ita enim locum illum reſtituendum eſſe cenſeo. Hodie editur, προσπλεῦσαι τῷ παραδείγματι τῆ Πειραιέως. Quare erant, ut neceſſe in emporio, Ἀγορανόμοι, Μετρονόμοι, Σιτοφύλακες, Ἀστυνόμοι, ἐπιμεληταὶ ἐμπορίου. Et quidem Ἀγορανόμοι illic quinque erant, ut in Vrbe. Harpocration. Ἀγορανόμοι, οἱ τὰ κατὰ τ ἀγορὰν ὠνίαν διοικοῦντες ἄρχοντες. Ἀριστοτέλης δ' ἐν Ἀθηναίων πολιτείᾳ, κληροῦσθαι φησὶ, πέντε μὲν εἰς τ Πειραιᾶ· πέντε δὲ εἰς ἄστυ. *AEdiles, qui res in foro venales curarent magiſtratus. Ariſtoteles vero in Rep. Athenienſium, ait eos ſorte legi conſuevisſe, quinque quidem Piraeeo, & quinque Vrbi.* Totidem quoque Ἀστυνόμοι. Idem Harpocration alibi. Δέκα φησὶν εἶναι τοὺς ἀστυνόμους Ἀριστοτέλης, ἐν τῇ Ἀθηναίων πολιτείᾳ· πέντε μὲν ἐν Πειραιεῖ, πέντε δὲ εἰς ἄστυ· *Decem, qui urbem adminiſtrarent, Ἀστυνόμοι dicti, fuiſſe ait Ariſtoteles in Rep. Athenienſium: & ex illis quinque quidem*

(a) Num Mileſius a Pago Atticae Mileto? ſi vera opinatur *Sponius* ad Populos Atticae.

(b) De Magnitudine Athenarum vide *Lib. De Fortuna Attica Cap.* III.

dem in Piraeeo, quinque in Vrbe. Iam Μετρονόμοι, sive Mensurarum praefecti quindecim erant, qui in Vrbe tantum novem. Suidas. Μετρονόμοι, ἀρχή τις Α'θήνησι ἡ μετρονόμων ἦσαν δὲ ἡ ἀριθμὸν πεντεκαίδεκα μὲν εἰς Πῖραιῶ, ἐννέα δὲ εἰς ἄστυ. *Mensurarum praefecti. Magistratus quidem Athenis erant, qui mensuras curabant. Erant vero numero quindecim in Piraeeo, novem in Vrbe.* Sed Harpocration variat, & ait, quindecim tantum fuisse universos: decem horum in Piraeeo, quinque in Vrbe. Ecce verba. Ἦσαν δὲ (οἱ μετρονόμοι) τὸν ἀριθμὸν πεντεκαίδεκα· εἰς μὲν τὸν Πῖραιᾶ δέκα, πέντε δ' εἰς ἄστυ. *Erant autem (mensurarum praefecti) numero quindecim: decem quidem in Piraeeo, quinque in Vrbe.* In re incerta non libet coniecturae indulgere. Σιτοφύλακες, qui frumentum observabant, item quinque numero erant. Harpocration. Σιτοφύλακες, ἀρχή τις ἦν Α'θήνησιν, ἥτις ἐπεμελεῖτο, ὅπως ὁ σῖτος δικαίως πραθήσεται, καὶ τὰ ἄλφιτα, καὶ οἱ ἄρτοι. ἦσαν δὲ ἡ ἀριθμὸν πεντεκαίδεκα μὲν ἐν ἄστει, πέντε δὲ ἐν Πῖραιεῖ. ὡς Α'ριστοτέλης, ἐν Α'θηναίων πολιτείᾳ. *Frumenti curatores. Magistratus quidam erat Athenis, qui frumenti curam gerebat; uti illud, quomodo farinae item, atque panes, iusto pretio venderentur. Erant vero quindecim quidem in urbe, quinque autem in Piraeeo: uti refert Aristoteles in Rep. Athenienſium.* Et consentit isthic Suidas. Erant porro Ἐπιμεληταὶ ἐμπορίου, sive *Curatores fori*, numero decem: qui curabant: uti e frumento advecto in Piraeeum duae partes in urbem deferrentur. Etymologici Auctor in Ἐπιμεληταί. Ἄλλοι δὲ λέγουσιν, ὅτι ἐμπορίου (ἐπιμεληταὶ) ἄρχοντές εἰσι κληρωτοὶ ἑκάστου ἔτους καθιστάμενοι. οἷς προσετέτακτο ἐπιμελεῖσθαι τοῦ καταπλέοντος σίτου εἰς τὸ ἐμπόριον τὸ Α'τλικὸν, καὶ τοὺς ἐμπόρους ἀναγκάζειν εἰς ἄστυ κομίζειν. δέκα δὲ ἐπιμελητὰς ἐμπορίου ἐκληροῦντο οἱ Α'θηναῖοι, ἥ τε ἐμπορίων ἐπιμελεῖσθαι καὶ τοῦ σίτου· καὶ τὰ δύο μέρη εἰς τὸ ἄστυ κομίζειν. *Alii dicunt, Curatores fori magistratum esse, qui quotannis sorte lectus constituebatur; ac mandatum huic fuisse, ut curaret frumentum, quod in forum Atticum advehebatur, cogeretque mercatores, ut in urbem importarent. Decem vero Curatores fori Athenienſes sorte lectos constituebant, qui forum curarent, utque e frumento duae partes in urbem inferrentur.* Harpocration. Ἐπιμελητὴς ἐμπορίου. Δείναρχος ἐν τῷ κατὰ Πυθέου. Α'ριστοτέλης Ἐμπορίου δ' ἐπιμελητὰς δέκα κληροῦσι. τούτοις δὲ προσέτακται, ἥ τε ἐμπορίων ἐπιμελεῖσθαι, καὶ τοῦ σίτου τοῦ καταπλέοντος εἰς τὸ Α'τλικὸν ἐμπόριον, τὰ δύο μέρη ἀναγκάζειν τοὺς ἐμπόρους εἰς τὸ ἄστυ κομίζειν. *Curator fori. Dinarchus in Oratione adversus Pytheam. Aristoteles. Fori curatores decem sorte constituunt; quibus mandatum est, emporia curare; & cogere mercatores, ut e frumento duas partes in urbem inferant.* Suidae locus hac de re in fine mutilus est. Οἷς προσετέτακτο ἐπιμελεῖσθαι τοῦ καταπλέοντος σίτου εἰς τὸ ἐμπόριον τὸ Α'τλικὸν, καὶ τοὺς ἐμπόρους ἀναγκάζειν, εἰς τὸ ἄστυ κομίζειν. *Quibus imperatum, ut curarent frumentum, quod in mercatum Atticum adveheretur: cogerentque mercatores in urbem inferre.* Restitue. καὶ τοὺς ἐμπόρους ἀναγκάζειν, τὰ δύο μέρη εἰς τὸ ἄστυ κομίζειν. *Cogerentque mercatores, duas partes in urbem inferre.* Neque enim simpliciter universum frumentum, sed duas tantum eius partes, importare cogebantur mercatores; ut apparet ex citatis aliorum Auctorum locis. Lysander quoque, Athenis potitus, quum triginta urbi praefectos imposuisset, Piraeeo decem imposuit. Plutarchus in eius Vita. Εὐθὺς δὲ καὶ τὰ περὶ τὴν πολιτείαν ἐκίνησε τριάκοντα μὲν ἐν ἄστει, δέκα δὲ ἐν Πῖραιεῖ κατασήσας ἄρχοντας. *Confestim vero, & Remp. movere aggressus est, constitutis urbi praefectis triginta, decem autem Piraeeo.* Meminit semel, iterumque, Xenophon Hist. Grae. lib. II. & Harpocration in Μόλπις.

CAP. VI.

Φρεατῦς, *locus; item* Σηράγγιον, *ubi balneum. Etiam theatrum, in quo Neptuni certamen actum: & victorum praemia, a Lycurgo oratore instituta, Columna deinde; in qua decretum de Leucone immunitate donando. Lex Diopithis, ne quis ibi Athenienſis pernoctaret: quam mox ipse praetergressus.*

Ἔστ Φρεατῦς locus erat in maritima eius parte, ubi rei si elapsi alio crimine tenerentur, stantibus in littore iudicibus, causam suam e navi dicebant. Pausanias. Ἔστι δὲ τῷ Πῖραιῶς πρὸς θαλάσσῃ Φρεατῦς. ἐνταῦθα οἱ πεφευγότες, ἢν ἀπελθόντας ἕτερον ἐπιλάγῃ σφᾶς ἔγκλημα, πρὸς ἀκροωμένους ἐκ τῆς γῆς ἀπὸ νεὼς ἀπολογοῦνται. *Est in Pyraeei maritima parte Phreattys: ubi rei, si elapsi alio crimine implicentur, audientibus in terra stantibus e navi causam dicunt.* Vide quae de eo dixi Areopagi cap. XI. Alius quoque locus erat, qui Σηράγγιον (a) dicebatur. Harpocration. Σηράγγιον. Λυσίας, ἐν τῷ κατ' Α'νδροτίωνος, Χωρίον τοῦ Πῖραιέως ὕτως ἐκαλεῖτο. *Serangium. Lysias in Oratione adversus Androtionem. Locus Piraeei ita dicebatur.* Suidas. Σηράγγιον, Χωρίον τοῦ Πῖραιῶς. *Serangium, locus Piraeei.* Ac ibidem balneum erat. Isaeus in Orat. De Philoctemonis haereditate. Α'ποδίδονται ἀγρὸν μὲν Α'θμονοῖ, πέντε καὶ ἑβδομήκοντα μνῶν, Α'ντιφάνει· τὸ δ' ἐν Σηραγγίῳ βαλανεῖον, τρισχιλίων, Α'ριστολόχῳ. *Vendunt agrum quidem Athmonensem, septuaginta quinque minis Antiphani: balneum vero, quod in Serangio, tribus millibus Aristolocho.* Hesychius breviter. Σηράγγιον, βαλανεῖον. *Serangium, balneum.* Et theatrum ibidem erat. Xenophon meminit Hist. Graec. lib. II. Καὶ ἀπέκλεισαν μὲν ἐγγὺς τριάκοντα ἢ ψιλῶν, τοὺς δ' ἄλλους κατεδίωξαν πρὸς τὸ ἐν Πῖραιεῖ θέατρον. *Et occiderunt instar triginta; ceteros usque ad theatrum, quod in Piraeeo sunt persequuti.* Hic certamen, quod Neptuni dicebatur, peragi solitum, circularibus choreis minimum tribus. quo qui primus victor esset, decem minas; secundus octo; tertius sex accipiebat: idque e Lycurgi rhetoris instituto. Plutarchus refert in eius Vita lib. De X. Orat. Ἔτι δὴ (νόμον εἰσήνεγκεν ὁ Λυκοῦργος) ὡς τῷ Ποσειδῶνι ἀγῶνα ποι-

(a) Vide *Lib. De Popul. Attic.* in Πειραιεύς.

Digitized by Google

ποιεῖν ἐν Πῳραιεῖ, κυκλίων χορῶν ἐκ ἔλαττον τριῶν, διδόσθῃ δὲ μὲν τοῖς πρότοις νικῶσιν, ἐκ ἐλάττον δέκα μνᾶς· τοῖς δὲ δευτέροις, ὀκτώ· ἓξ δὲ, τοῖς τρίτοις κριθεῖσιν. *Insuper vero (legem tulit Lycurgus) ut Neptuni certamen celebrarent in Piraeeo, choris circularibus minimum tribus: darent autem proemium victoribus quidem primis, minas non minus decem; secundis octo; tertiis sex.* Columna etiam illic stabat, in qua decretum de Leucone Ponti domino immunitate donato. Demosthenes in Orat. ad Leptinem. Ὡς μὲν εἰκότως, κ) δικαίως, πτύχηκε τ' παρ' ὑμῶν ἀτελείας ὁ Λεύκων, ἀκηκόατε ἐκ τ ψηφισμάτων, ὦ ἄνδρες δικασταί· τούτων δ' ἁπάντων στήλας ἀνιγράφως ἐστήσαθ' ὑμεῖς τε κἀκεῖνος· τ μὲν, ἐν Βοσπόρῳ· τὴν δ' ἐν Πειραιεῖ. *Quam quidem recte atque ordine immunitatem a vobis Leucon sit consequutus, audivistis ex decretis, Iudices, quam in rem columnas eiusdem sententiae vos, & ille statuistis: unam in Bosporo; alteram in Piraeeo.* Diopithes legem aliquando tulit, ne urbanus quisquam illic pernoctaret. Suidas in Γοργών. Λέγει ὁ (ὁ Αἰλιανὸς) περὶ τοῦ Διοπείθους τοῦ Ἀθηναίου, ὃς νόμον εἰσάγῃ, τ ἀπὸ τοῦ ἄστεος ἐν Πῳραιεῖ μείναντα, τοῦτον τεθνάναι. *Tradit (AElianus) de Diopithe Athenienſi, tuliſſe eum legem; qui ex urbe in Piraeeo remaneret, uti is morte puniretur.* Ipse tamen in hanc legem a se latam, mox peccavit. Subiungit enim Suidas. Οὗτος ἓν ὠψίᾳθη ποτὲ ἄκων, κ) κατέμεινεν ἐν τῷ Πῳραιεῖ· καὶ αὐτὸν οἱ ἐχθροὶ εἰς δίκην ὑπάγουσι. *Hic igitur quandoque veſpera ingruente contra animi ſententiam in Piraeeo pernoctavit: & litem inimici intendunt.* Quae habes iterum apud eumdem in Διοπειθής.

CAP. VII.

Templum Iovis τῦ Σωτῆρος: *& ara propter, ac Minervae ſimulacrum a Cephiſodoro factum. Ara ſtructa e triginta his talentis, pro Demoſthene perſolutis. Iovis ac Minervae, commune fanum; & ſigna utriuſque ex aere: tum Leoſthenis pictura, & liberorum ab Arceſilao facta. Iuppiter* Κτησίου *ibi cultus.*

TEmplum quoque illic Iovis viſebatur τῦ Σωτῆρος (a): & ara iuxta, ac Minervae ſimulacrum a Cephiſodoro factum. Plinius lib. xxxiv. cap. viii. *Cephiſodorus (fecit) Minervam mirabilem in portu Athenienſium; & aram ad templum Iovis Servatoris in eodem portu, cui pauca comparantur.* Iovis τῦ Σωτῆρος templum, etiam Strabo illic memorat lib. ix. Οἱ δὲ πολλοὶ πόλεμοι τὸ τεῖχος κατήρειψαν, κ) τὸ τ Μουνυχίας ἔρυμα, τὸν τε Πειραιᾶ συνέστειλαν εἰς ὀλίγην κατοικίαν, τ πρὸς τὰς λιμένας, καὶ τὸ ἱερὸν τοῦ Διὸς τοῦ Σωτῆρος. *Sed multa bella murum deiecerunt; & Munychiae munitionem, ac Pyraeeum redegerunt in vicum exiguum, qui eſt ad portus, & ad fanum Iovis Servatoris.* Quod ad aram illam attinet, hanc ſciendum exſtructam fuiſſe e triginta illis talentis, pro Demoſthene ex aerario Vrbis publico perſolutis. Plutarchus in Demoſthene. Τῶν ϑ Ἀθηναίων ψηφισαμένων εἰς ἃ ὤφειλε τριάκοντα (ταλαντα) νῆσαι αὐτὸν τ βωμὸν τῷ Σωτῆρος Διὸς ἐν Πῳραιεῖ, καὶ ἀφεῖσθαι. *Quum decretum Athenienſes feciſſent, ut, quae debebat triginta talenta, ex iis ſtrueret aram Iovis Servatoris in Piraeeo, atque ſic dimitteretur.* Sed ſciendum, templum hoc commune Iovi ac Minervae exſtitiſſe; ſigna quoque utriuſque illic aenea fuiſſe: huius haſtam, illius ſceptrum, & victoriam tenentis: etiam Leoſthenis, qui Macedonas binis proeliis ſuperavit, liberorumque eius picturam ab Arceſilai manu. Pauſanias. Θέας δὲ ἄξιον τ ἐν Πῳραιεῖ μάλιστα Ἀθηνᾶς ἐστι, καὶ Διὸς τέμενος, χαλκοῦ μὲν ἀμφότερα τὰ ἀγάλματα. ἔχει ϑ ὁ μὲν σκῆπτρον, καὶ νίκην· ἡ ϑ Ἀθηνᾶ δόρυ. ἐνταῦϑα Λεωσθένην, ὃς Ἀθηναίοις, καὶ τοῖς πᾶσιν Ἕλλησιν, ἡγούμενος, Μακεδόνας ἐν τε Βοιωτοῖς ἐκράτησε μάχῃ, κ) αὖθις ἔξω Θερμοπυλῶν· κ) βιασάμενος εἰς Λαμίαν κατέκλεισε, τ ἀπαντικρὺ τῆς Οἴτης. τοῦτον τ Λεωσθένην, καὶ τοὺς παῖδας, ἔγραψεν Ἀρκεσιλάος. *Maxime ſpectatu dignum in Piraeeo Minervae, & Iovis delubrum; cuius utriuſque ſimulacra ex aere: & Iuppiter quidem ſceptrum geſtat, ac victoriam, Minerva haſtam. Eſt videre & Leoſthenem; qui Athenienſium Graecorumque omnium dux, Macedonas vicit in Boeotia, & ultra Thermopylas: & vi compulſos ad Lamiam obſedit, ex adverſo Oetae ſitam, illum autem liberoſque Arceſilaus pinxit.* Iſtud fanum eſt, de quo legati Athenienſium ad AEtolos apud Livium lib. xxxi. *Eodem enim ſcelere Vrbem, colentem hos deos, praeſidemque arcis Minervam petitam; eodem Eleuſine Cereris templum; eodem Piraeei Iovem, Minervamque.* Iuppiter quoque illic Κτησίου colebatur. Obſervo apud Antiphontem Orat. in novercam. Μετὰ ταῦτα ἔτυχε, τ Φιλόνεων, ἐν Πῳραιεῖ ὄντα, ἱερὰ ϑύειν Διὶ Κτησίῳ. *Poſtea accidit, ut Philoneus, qui in Piraeeo erat, Iovi Cteſio ſacra faceret.*

CAP. VIII.

Lema Piraeei, AEgina, ſive Pſyttalia dicta; Seſtus cribrum; quique illic habitarent, Πειραιεῖς *dicti inter Tetracomos poſiti: & magis vulgo populares habiti, quam urbani. Quin, & fontes illic multi uſque ad belli Peloponneſiaci tempora. Strabonis tempore locus totus deſolatus; idque a Sulla pridem factum, qui incenderat: eiuſque incendio ochra uſta demum inventa. Silphium illic praeparari ad conſervationem ſolitum: & quo modo.*

PIraeei autem lemam Pericles AEginam dixit. Plutarchus in illius Vita. Ἀπομνημονεύεται ϑ ὀλίγα παντάπασιν· οἷον τὸ, τ Αἴγιναν, ὡς λῆμνον τῦ Πῳραιῶς, ἀφελέσθῃ κελεῦσαι. *Com-*

(a) Iovis τῦ Σωτῆρος fanum erat etiam in Arce. Conſule Meurſii noſtri *Cecropiam Cap.* xxvii. Ceterum *Servatoris* epithetum Iovi interdum tribuebatur, & *Conſervatoris*, ut apud *Gruterum* videre eſt. In limine Eccleſiae prope Caſtrum Florentinum. IOVI . S . V . S . L . hoc eſt, *Iovi Servatori votum ſolvit lubenter*, ut eruditiſſimus *A. M. Salvinius* interpretatus eſt.

Digitized by Google

Commemorantur pauca omnino inter quae istud, quod AEginam, tamquam lemam Piraeei, tolli iusserit. Meminitque iterum initio Demosthenis. Καὶ τ᾽ Αἴγιναν, ἣν τ᾽ Ἀτ|τικῶν τις ἐκέλευεν ὡς λήμνῳ ἀφαιρεῖν τῷ Πειραιέως. *Et AEginam, quam Atheniensium quidam, velut Piraeei lemam, tollere iubebat.* Aristoteles Rhet. lib. III. cap. X. Καὶ Περικλῆς τ᾽ Αἴγιναν ἀφελεῖν ἐκέλευσε, τὴν λήμνην τοῦ Πειραιέως *Et Pericles AEginam auferre iubebat, lemam Piraeei.* Athenaeus Demadi Oratori tribuit lib. III. Καὶ Δημάδης ὁ ῥήτωρ ἔλεγε, τ᾽ μὲν Αἴγιναν εἶναι τοῦ λήμνην Πειραιῶς. *Ac Demades orator inquiebat, AEginam esse lemam Piraeei.* De Psyttalia hoc dictum tradit Strabo, si Casaubono emendanti auscultamus lib. IX. Καὶ ἡ Ψυτταλία (a), νησίον ἔρημον, πετρῶδες· ὅ τινες εἶπον λήμνην τοῦ Πειραιέως. *Et Psyttalia, insula exigua deserta, saxosa: quam nonnulli lemam Piraeei dixerunt.* Antea edebatur. εἶπον λιμένα τοῦ Πφραιέως. *Dicebant portum Piraeei.* Sic Sestus eius cribrum dicebatur etiam a Philolao. Aristoteles loco iam citato. Καὶ Πειθόλαος τ᾽ πάραλον φόπαλον (εἶπε) τοῦ δήμου· Σῆσον ὃ τηλίαν τοῦ Πειραιέως. *Et Pitholaus paralum navem, Clavam (dicebat) populi: Sestum vero, cribrum Piraeei.* Porro qui inhabitaret locum, eodem plane cum ipso nomine Πειραιεὺς (b) adpellabatur: quod Latine *Piraeensis* dicere malim, ad discrimen. Stephanus. Πειραιεὺς, δῆμος Ἱπποθοωντίδος φυλῆς· ὁ δημότης, Πφραιεύς. *Piraeeus, populus Hippothoontidis tribus: popularis, Piraeensis.* AEschines Oratione in Timarchum. Μισγόλας Νικίου Πειραιεὺς μαρτυρεῖ. *Misgolas Niciae filius, Piraeensis testatur.* Diogenes Laertius in Zenone lib. VII. Ἐπὶ δὲ τ᾽ οἰκοδομὴν κεχειροτόηται Ἐφάσων Ἀναxαιεὺς, Φιλοκλῆς Πειραιεὺς, Φαῖσος Ἀναφλύσιος. *Ad aedificationem autem electi sunt, Thraso Anacaeensis, Philocles Piraeensis, Phaestus Anaphlystius.* Ac inter Tetracomos erant. Pollux lib. IV. cap. XIV. Ὁ δ᾽ ὃ Τετράκωμος, τὸ τ᾽ ἀρχήσεως εἶδος, οὐκ οἶδα εἴ τι προσῆκον ἦν τοῖς Ἀθηνῆσι Τετρακώμοις οἱ ἦσαν Πειραεῖς, Φαληρεῖς, Ξυτετεῶνες, Θυμοιτάδαι. *Tetracomus vero, quae saltationis species est, nescio an quid pertineat ad Tetracomos, qui Athenis. Erant autem Piraeenses, Phalerenses, Xypeteones, Thymoetadae.* Dicebantur vero Piraeenses civiliores esse iis, qui in urbe habitabant. Aristoteles Politic. lib. V. cap. IV. Καὶ Ἀθήνησιν οὐχ ὁμοίως εἰσίν· ἀλλὰ μᾶλλον δημοτικοὶ οἱ τὸν Πειραιᾶ οἰκοῦντες τ᾽ τὸ ἄξυ. *Athenis non similiter se res habet: sed civiliores multo sunt Piraeenses, quam urbani.* Denique illud observandum est; multos plane fontes ibi exstitisse, usque ad belli Peloponnesiaci tempora. Thucydides diserte dicit, ubi pestem celeberrimam describit, quae grassata eius belli anno secundo. Ecce verba lib. II. Καὶ τὸ πρῶτον ἐν τῷ Πειραιεῖ ἤψατο τ᾽ ἀνθρώπων, ὥστε καὶ ἐλέχθη ὑπ᾽ αὐτῶν, ὡς οἱ Πελοποννήσιοι φάρμακα εἰσβεβλήκοιεν εἰς τὰ φρέατα· κρῆναι γὰρ ὕπω ἦσαν αὐτόθι. *Primumque in Piraeeo homines attigit; ita ut ab iis diceretur, venena a Peloponnesiis in puteos iniecta esse, necdum enim fontes ibi loci erant.* Adeo vero pluribus bellis destructus Piraeeus fuit, ut iam suo tempore Strabo, qui Augusti, & Tiberii aevo vixit, ad pauca quaedam domicilia redactum tradat lib. IX. Οἱ δὲ πολλοὶ πόλεμοι τὸ τεῖχος κατήρειψαν, καὶ τὸ τ᾽ Μυνυχίας ἔρυμα, τόν τε Πειραιᾶ συνέστειλαν εἰς ὀλίγην κατοικίαν. *Multa vero bella murum deiecerunt: & Munychiae munitionem, ac Piraeeum in exiguum quemdam vicum redegerunt.* Nempe id a Sulla factum, qui incendit, bello contra Mithridatem. Plutarchus in eius Vita. Εἶχε δὲ μεθ᾽ ὃ πολὺν χρόνον καὶ τ᾽ Πφραιᾶ ὁ Σύλλας, καὶ τὰ πλεῖστα κατέκαυσεν. *Nec multo post venit in Sullae potestatem Piraeeus, qui maximam partem incendit.* Et hoc incendio casu reperta ochra usta. Plinius lib. XXXV. cap. VI. *Usta (ochra) casu reperta, incendio Piraeei: cerussa in orcis cremata.* Denique illud non praetereundum censeo, silphium hic praeparari ad conservationem solitum. Rem, & modum tradit nobis Theophrastus Hist. Plant. lib. VI. cap. III. Κατεργάζονται δ᾽. (τὸ σίλφιον) ἄγοντες εἰς τ᾽ Πειραιᾶ, τόνδε τὸν τρόπον, ὅταν βάλλωσιν εἰς ἀγγεῖα, καὶ ἀλευρα μίξωσι, σείσι χρόνον συχνόν· ὅθεν καὶ τὸ χρῶμα λαμβάνει, καὶ ἐργαθὲν ἄσηπτον ἤδη διαμένει. *Praeparant vero (silphium) in Piraeeum advectum, hoc modo. Vasis iniectum, & farina permistum, aliquamdiu concutiunt: unde & colorem adsumit, & confectum, iam perdurat incorruptum.* Atque haec de Piraeeo proprie dicto: reliquum est, ut Munychiam illi iunctam, immo quamdam eius partem memoremus.

(a) Consule *Lib. De Populis Attic.* in Ψυτταλία.
(b) Vide *Lib. De Pop. Attic.* in Πειραιεύς.

CAP. IX.

Munychia Piraeeo coniuncta, & munita a Thrasybulo. Dicta ab heroe Munycho. Fanum Dianae τ᾽ Μυνυχίας: & Bendideum, ac theatrum. Arae quoque; & fanum herois τοῦ Ἀκρατοπότου. Mitto comparata ab Antigono. Solonis de ea vaticinium. Ara Luciferae.

PRaeter Piraeeum, Munychia (c) quoque portus erat, & Phalerum. Pausanias in Atticis. Εἶσι δὲ καὶ ἄλλῳ Ἀθηναίοις, ὁ μὲν ἐπὶ Μυνυχίᾳ λιμὴν, καὶ Μυνυχίας ναὸς Ἀρτέμιδος, ὁ δὲ ἐπὶ Φαληρῷ. *Est vero & alius Atheniensibus in Munychia portus, & Dianae Munychiae fanum: deinde & alius, Phaleri.* De Phalero sequens mihi caput erit: nunc Munychiam memorabo, quae & ipsa inter populos Atticae fuit. Meminit Strabo lib. IX. Εἶθ᾽ ὁ Πειραιεὺς, καὶ αὐτὸς ἐν τοῖς δήμοις τατ|τόμενος· καὶ ἡ Μυνυχία. *Inde est Piraeeus, qui & ipse inter populos recensetur: ac Munychia.* Ac describit in sequentibus statim verbis. Λόφος δ᾽ ἐστιν ἡ Μυνυχία χερρονησίζων, καὶ κοῖλος, καὶ ὑπτιος νομὸς πολὺ μέρος, φύσει τε καὶ ἐπίτηδες, ὡς οἰκήσεις δέχεσθαι, σομίῳ δὲ μικρῷ τ᾽ εἴσοδον ἔχον. *Est autem Munychia tumulus, peninsulae forma, cavus, & magna ex parte cuniculis submarutus, cum natura, tum industria, ita ut habitationes recipiat: intraturque per angustas fau-*

(c) Vide *Lib. De Pop. Attic.* in Μυνυχία.

Digitized by Google

fauces. Dicit autem munitum fuisse cum natura, tum industria. Sic & Diodorus Siculus lib. xx. Οὔσης τ῀ Μυνυχίας ὐ μόνον ἐκ φύσεως, ἀλλὰ κ῀ ταῖς τ῀ τειχῶν κατασκοαῖς. *Quum Munychia munita esset, non dumtaxat a natura, sed & murorum structura*. Et ager ibi arvus erat: unde capiendus Statius Theb. xii.

——— *qui rura lacessunt*
Munychia. ———

Coniuncta erat cum Piraeeo, & munita etiam muro. Strabo libro iam citato. Τὸ μὲν παλαιὸν ἐτελείχισο, καὶ συνώκισο, ἡ Μυνυχία, παραπλησίως ὥσπερ ἡ τ῀ Ῥοδίων πόλις· προσειληφυῖα τῷ περιβόλῳ τ῀ Πειραιᾶ. *Antiquitus muro cincta erat, habitabaturque, Munychia; fere quomodo urbs Rhodiorum; ambitu suo complexa Piraeeum*. Scholiastes Callimachi, partem Piraeeï dicit, Hymno in Dianam. Μυνύχιον γὰρ ἐσι μέρ@ τῦ Πειραιῶς, τῦ λιμέν@ τ῀ Ἀθηνῶν. *Munychium enim pars est Piraeei, portus Athenarum*. Munivit autem Thrasybulus. Cornelius Nepos in eius Vita. *Hinc in Piraeeum transit, Munychiamque munivit*. Erat autem colliș quidam. Vides in Strabonis verbis iam citatis. Λόφ@ δ' ἐσὶν ἡ Μυνυχία, χερρονησίζων. *Collis vero est Munychia, peninsulae forma*. Diodorus Siculus lib. xiv. Καὶ κατελάβετο τὴν Μυνυχίαν, λόφον ἔρημον, καὶ καρτερόν. *Et occupavit Munychiam, collem desertum, & munitum*. Hunc quum occupasset Munychus, fanum ibi condidit Dianae, τ῀ Μυνυχίας cognomento. Suidas in Πειραιεύς. Τὰ ἄκρα Μύνυχ@ καλασχὼν, Μυνυχίας Ἀρτέμιδ@ ἱερὸν ἱδρύσαλο. *Quum summa Munychus occupasset, fanum ibi Dianae Munychiae consecravit*. Eustathius e Pausaniae Lexico Rhetorico, Embarum conditorem statuit ad Iliad. β'. Ὁ δ' αὐτὸς Παυσανίας ἱσορεῖ κ῀ ἶνα Ἔμβαρον ἐπὶ εὐχῇ σοφίσασθαι. ἱδρύσαλο γάρ, φησι, Μυνυχίας Ἀρτέμιδ@ ἱερόν. *Idem Pausanias tradit, Embarum quemdam votum vafre elusisse, condidit enim, inquit, Munychiae Dianae templum*. Sed de Munycho, nullo modo dubitandum, qui & loco nomen dedit. Stephanus. Μυνυχία, λιμὴν Ἀτλικῆς, ἀπὸ Μυνύχυ· κ῀ ἱερὸν Μυνυχίας Ἀρτέμιδ@. *Munychia, portus Atticae, a Munycho, & fanum Munichiae Dianae*. Suidas. Μυνυχία, τόπ@ θαλάσσι@ ἐν τῇ Ἀτλικῇ· Ἑλλάνικ@ ὄ, ἐν δευτέρῳ Ἀτθίδ@, ὠνομάσθαι φησὶν ἀπὸ Μυνύχυ τινὸς βασιλέως, τῦ Πανλακλέους. *Munychia locus maritimus Atticae. Hellanicus vero Historiae Atticae libro secundo nominatum refert a rege quodam Munycho, Pantaclis filio*. Fani autem meminit Pausanias in prolatis paullo ante a me verbis. Ὁ μὲν ἐπὶ Μυνυχίᾳ λιμὴν, καὶ Μυνυχίας ναὸς Ἀρτέμιδος. *Portus quidem in Munychia, & Munychiae Dianae fanum*. Et Xenophon Histor. Graec. lib. ii. Ὥ῀σε ἐμπλῆσαι τὴν ὁδὸν, ἡ φέρει πρὸς τε τὸ ἱερὸν τ῀ Μυνυχίας Ἀρτέμιδος, κ῀ τὸ Βενδίδιον. *Vt viam impleret, quae ad Munichiae Dianae templum, & Bendideum ducit*. Ecce vero, in propinquo ibidem erat Bendideum, fanum Dianae; quae Βένδις Thracibus nuncupata. Indicat Xenophon in citatis istis verbis. Erat ibidem Theatrum, cuius meminit Thucydides lib. viii. Οἱ δ' ἐν τῷ Πειραιεῖ οἱ τότε Ἀλεξικλέα, ὃν ξυνέλαβον, ἀφέντες, κ῀ τὸ τέιχισμα καθελόντες, ἐς τὸ πρὸς τῇ Μυνυχίᾳ Διονυσιακὸν θέατρον ἐλθόντες, καὶ θέμενοι τὰ ὅπλα, ἐκκλησίασαν. *Qui vero in Piraeeo erant gravis armaturae milites, quum Alexiclem, quem comprehenderant, dimisissent, ac munitionem destruxissent, ad theatrum Dionysiacum prope Munychiam concesserunt; ibique positis armis, concilium habuerunt*. Et Lysias Orat. in Agoratum. Ἐπειδὴ ὄ ἡ ἐκκλησία Μυνυχιάσιν ἐν τῷ θεάτρῳ ἐγίγνελο, ὕτω σφόδρα τινὲς ἐπεμελοῦντο, ὅπως καὶ ἐν τῷ δήμῳ περὶ τῶν στρατηγῶν· καὶ τ῀ ταξιαρχῶν, μήνυσις γένοιλο. *Postquam autem Munychiae in theatro habita est concio, adeo nonnulli satagebant, ut coram populo de militiae ducibus, ac centurionibus, indicium fieret*. Et mox iterum. Ὅ῀τε ἡ ἐκκλησία Μυνυχιάσιν ἐν τῷ θεάτρῳ ἐγένετο, ἅμα μὲν βυλόμεν@ τ῀ Μενέστρατον σωθῆναι, ἅμα δὲ ὡς πλείσυς ἀπογραφένλας ἀπολέσθαι, παράγ῀ αὐτὸν εἰς τ῀ δῆμον. *Quum Munychiae in theatro concio esset, cupiens simul, & servari Menestratum, & plurimos eorum, qui delati erant, interire, adducit ipsum ad populum*. Meminit arae quoque cuiusdam Lysias in citata Oratione. Ὁ ὄ Ἀγόρατ@ καὶ οἱ ἐγγυηταὶ, καθίζυσιν ἐπὶ τ῀ βωμῶν Μυνυχιάσιν. *At Agoratus, & fideiussores, consident ad aram Munychiae*. Fanum item fuisse videtur herois τῦ Ἀκρατοπότυ. Athenaeus lib. ii. Πολέμων φησὶν, ἐν Μυνυχίᾳ Ἥ῀ρωα Ἀκρατοπότην τιμᾶσθαι. *Polemon auctor est Munychiae heroem Acratopoten, sive Merobibum* (a), *coli*. Antigonus Munychiam mullo comparabat, ut Athenas ipsas cani. Plutarchus in Erotico. Ὁ μὲν γὰρ Ἀντίγονος ὠχυρωμένῳ τὴν Μυνυχίαν τῷ Φρυῦντι γράφων, ἐκέλευε ποιεῖν μὴ μόνον τ῀ κλοιὸν (b) ἰσχυρὸν, ἀλλὰ κ῀ τ῀ κύνα λεπτὸν ὅπως ὑφαιρῇ τὰς εὐπορίας τ῀ Ἀθηναίων. *Antigonus enim, praefecto Munychiae, qui eam munisset, scribens, iubebat, non solum mullum facere validum, sed & canem macerare; nimirum innuens, ut Athenienșium opes adtenuaret*. Memoratur de ea vaticinium Solonis apud eumdem Plutarchum in eius Vita. Λέγεται ὄ, Μυνυχίαν ἰδών, καὶ καταμαθὼν πολὺν χρόνον, εἰπεῖν πρὸς τὰς παρόνλας, ὡς τυφλόν ἐσι τὸ μέλλον@ ἄνθρωπ@. ἐκφαγεῖν γὰρ τὰς Ἀθηναίυς τοῖς αὐτῶν ὀδοῦσιν, εἰ προήδεσαν, ὅσα τὴν πόλιν ἀνιάσ῀ τὸ χωρίον. *Fertur vero, quum Munychiam videret, quam longo tempore cognovisset, dixisse praesentibus; coecos esse in futuris rebus homines; quippe dentibus direpturos eum locum Athenienses, si praescirent, quanto malo urbem adfecturos esset*. Alii illud Epimenidi Cretensi tribuunt, Ioannes Tzetzes Var. Hist. Chil. v.

Ἐπιμενίδης Φαίσιός τις ἐκ Φαισῦ τῆς Κρήτης,
Ὡς εἰς Ἀθήνας ἐπελθὼν εἶδε τ῀ Μυνυχίαν,
(Πλησίον τῦ λιμέν@ γὰρ χωρίον ἐσὶν αὕτη.)
Καλανοήσαν ἐξ αὐτῦ βλάβην τοῖς Ἀθηναίοις,
Προφητικῶς (c) προείρηκε τάδε καὶ ἔπ@ λέγων·
Εἰ Ἀθηναῖα ᾔδεσαν, ὅσα ἡ Μυνυχία
Εἰς βλάβην συντελέσ῀ τῆς Ἀθηναίων χώρας,
Ἐν τοῖς ὀδοῦσιν ἂν αὐτὴν κατέφαγον, ὡς ἄρτον.
Epimenides Phaestius, e Phaesto Cretae,
Vt

(a) *Augustinus* in Confessionibus habet *Merobibulam*.
(b) Κλοιὸς *Collare vinculum* significat, qui significatus canis allegoriae mire congruit.
(c) *Paulus Apostolus* Epimenidem, Cretensium Prophetam adpellat *Epistola ad Titum*.

Digitized by Google

Vt Athenas ingreſſus vidit Munychiam,
(Eſt autem locus prope portum.)
Animadvertens venturum inde Athenienſibus damnum,
Vaticinans praedixit, his verbis loquens:
Si ſcirent Athenienſes, quantum Munychia
Damnum datura eſſet ipſorum regioni,
Dentibus eam, inſtar panis, devorarent.

Ita quoque Diogenes Laertius in eius Vita lib. I. Γ'δόνλα γὰν τ Μυνυχίαν παρ' Α'θηναίοις, ἀγνοεῖν, φάναι, αὐτὰς, ὅσων κακῶν αἴτιον ἔσαι τῦτο τὸ χωρίον αὐτοῖς, ἐπεὶ κἄν τοῖς ὀδῶσιν αὐτὸ διαφορῆσαι. *Quum Munychiam apud Athenienſes conſpexiſſet; ignorare eos, inquiebat quantum mali locus is daturus eſſet; ſiquidem futurum, ut vel dentibus eum diriperent.* Iuxta erat ara Luciferae dedicata, quod columna illa ignea, quae proficiſcentibus Phyla Athenas verſus, duce libertatis vindice Thraſybulo, noctu lucem praebuiſſet, ibi loci defeciſſet. Clemens meminit Strom. I. Α'λλὰ καὶ Θρασυβύλῳ, τὰς ἐκπεσόνλας ἀπὸ Φυλῆς καλαγαγόνλι, καὶ βυλομένῳ λαθεῖν, σύλ@, ὁδηγὸς γίνεται διὰ τ ἀτριβῶν ἰόνλι, καὶ τῷ Θρασυβύλῳ νύκτωρ, ἀσελήνῳ καὶ δυσχιμερίᾳ τῦ καλαςήματ@ γεγονότ@, πῦρ ἐωρᾶτο προηγύμνον, ὅπερ, αὐτὰς ἁπλαίσως προπέμψαν, κατὰ τ Μυνυχίαν ἐξέλιπεν, ἔνθα νῦν ὁ τ Φωσφόρυ (a) βωμός ἐσι. *Quin etiam Thraſybulo, exules Phyla reducenti, & latere cupienti, viae dux columna fuit, & Thraſybulo, noctu per non trita loca incedenti, quum illune tempus eſſet, & hibernum, viſus eſt praecedens ignis; qui, quum eos citra offenſionem ullam deduxiſſet, ad Munychiam defecit, ubi nunc Luciferae ara eſt.*

CAP. X.

Phalerum etiam, populus, idque tribus Antiochidis. Suidas emendatus. Mari propinquum; itaque olim ibi navale; & Meneſtheus inde in Troiam, Theſeus in Cretam profectus. Spectacula illic edi ſolita. Clepſydrae fontis ortus. Scironis fanum. Nauſithoi, & Phaeacis heroa. Templum Cereris, & Minervae τ Σκιράδ@, a Sciro illic dedicatum. Arae Iovis, deorum ignotorum, Theſei filiorum, Phaleri, & Androgei. Heros quoque iuxta puppim ibi cultus. Locus Ω'σχοφόριον dictus. Muſaei Eumolpi filii monumentum. Ariſtidis praedium, & ſepulcrum. Palus. Quam longe Athenis abfuerit. Braſſicae ibi praeſtantes. Heſychius reſtitutus. Apuae item excellebant; ubi opera figulina, & glauciſſus, utque gobius.

POſt Munychiam offert ſe Phalerum (b) nobis apud Pauſaniam iſtis verbis: Ε''ςι ὃ καὶ ἄλλ@ Α'θηναίοις, ὁ μὲν ἐπὶ Μυνυχίᾳ λιμήν· ὁ ὃ ἐπὶ Φαληρῷ. *Eſt & alius Athenienſibus portus, hic quidem Munichiae, iſte vero Phaleri.* Etiam iſtud inter Atticae populos poſitum. Stephanus. Φαληρὸν, δῆμ@, καὶ ἐπίνειον τ Α'τθικῆς. *Phalerum populus, & navale Atticae.* Et quidem tribus Antiochidis. Harpocration. Φαληρὸν, δῆμ@ τ Α'ντιοχίδος. *Phalerum, populus Antiochidis tribus.* Corrigendus eſt Suidas, apud quem male hodie legitur: Φάληρος, δῆμος τῆς Α'ττικῆς. *Phaleri, populus Atticae.* Reſcribe: Φάληρὸν δῆμ@ Ι. Α'. *Phalerum, populus A.* Multa eius paſſim apud Auctores mentio. Erat vero hic navale Athenarum antiquiſſimum, quia proximum illic mare; & inde Meneſtheus quum aliquot navibus Troiam petiit, ac ante eum Theſeus Cretam. Pauſanias. Φαληρὸν ὃ, ταύτῃ γὰρ ἐλάχιςα τ πόλεως ἀπέχει θάλασσα, τῦτό σφισιν ἐπίνειον ἦν. κ Μενεσθέα φασὶν αὐτόθεν ταῖς ναυσὶν ἐς Τροίαν ἀναχθῆναι· κ τύτυ πρότερον Θησέα, δώσοντα Μίνῳ δίκας τ Α'νδρόγεω τελευτῆς. *Phalerum vero, nam hic minimum ab urbe mare abeſt, navale erat; ac Meneſtheum aiunt hinc cum claſſe in Troiam ſolviſſe; atque ante illum Theſeum, Minoi paenas daturum, ob Androgei mortem.* Herodotus lib. VI. Οἱ ὃ βάρβαροι τῇσι νηυσὶ ὑπεραιωρηθέντες Φαλήρον, τῦτο γὰρ ἦν ἐπίνειον τότε Ἰώνων Α'θηναίων, ὑπὲρ τούτυ ἀνακωχεύσαντες τὰς νῆας, ἀπέπλεον ὀπίσω ἐς τὴν Α'σίλν· *Barbari quum Phalerum navibus praetervecti eſſent (nam id tunc Athenienſium navale erat) & ſupra eum locum in anchoris ſtetiſſent, in Aſiam receſſerunt.* Ac ſpectacula illic edita ab hipparchis. Xenophon innuit in Hipparchico. Ε''πειτα, ὅπως τὰς πομπὰς ἐν ταῖς ἑορταῖς ἀξιοθεάτους ποιήσῃ· ἔτι ὃ κ τἆλλα, ὅσα ἐπιδεικνύναι δεῖ τῇ πόλει, ὅπως ἔχῃ δυνατὸν κάλλιςα ἐπιδείξῃ, τά τ' ἐν Α'καδημίᾳ, κ τὰ ἐν Λυκείῳ, καὶ τὰ Φαληροῖ. *Deinde, ut feriis pompas ſpectatu dignas exhibeat; praeterea & alia, quae ſunt urbi exhibenda, quantum poſſit, pulcerrime exhibeat; cum in Academia, tum Lyceo, & Phalero.* Hic fons Clepſydra oriebatur. Heſychius. Κλεψύδρα, κρήνη, ἥτις τὸ πρότερον ἐμπεδὼ προσηγορεύετο. σημαίνει ὃ κ τὸ σκεῦ@. ἔχει ὃ τὰς ῥύσεις ἀναπελλούσας εἰς τὸν Φαληρέων δῆμον· *Clepſidra fons, qui antea Empedo dicebatur; ſignificat vero etiam vas; habet autem ſcatebras orientes in Phalereorum populo.* Scironis quoque ibi fanum; ac iuxta heroum monumenta Nauſithoi, & Phaeacis, poſita a Theſeo. Plutarchus in Vita Theſei. Μαρτύρια ὃ τούτοις ἡρῶα Ναυσιθόυ, καὶ Φαίακ@, εἰσαμένυ Θησέως Φαληροῖ, πρὸς τῷ τῦ Σκίρων@ ἱερῷ. *Teſtimonium iſtis perhibent monumenta heroum, Nauſithoi, & Phaeacis; quae Phaleri Theſeus poſuit iuxta fanum Sironis.* Cereris etiam templum, & Minervae τῆς Σκιράδ@ cognomento; nec longe inde, item Iovis; tum arae Deorum Ignotorum (c); & he-

(a) Dianae ſcilicet, ut opinor, nam Dea haec & Lucifera, & Lucina adpellata eſt. Inſcriptio antiqua apud Gruterum pag. XL.

SEX IVVENT. SVAVIS
DIANAE. LVCIF.
LVNAE.

Et alia:

DIANAE
LVCINAE
INVICTAE
CN. POMPEIVS &c.

Dianam Luciferam ex aureo Fauſtinae Auguſtae numiſmate expreſſam exhibet littera uncialis, qua incipiunt in IIII. Claſſis gemmas obſervationes Tom. II. Muſei Florentini.

(b) Vide *Lib. De Pop. Atticis* in Φαληρόν.

(c) Conſule adnotata *Lib. De Populis Atticis* in Φαληρόν. Nunc addere lubet *Statii* locum. *I. Achilleidos.*

——— ——— *ubi littora ſumma*
Oceani, & genitor tepet inlabentibus aſtris
Pontus, ubi IGNOTIS horrenda piacula DIVIS,
Donaque.

Digitized by Google

& heroum, Theſeique filiorum; tum Phaleri, atque Androgei. Pauſanias. Καὶ πρὸς αὐτῷ (τῷ Φαληρῷ) Δήμητρος ἱερόν. ἐνταῦθα καὶ Σκιράδος Ἀθηνᾶς ναός ἐστι, καὶ Διὸς ἀπωτέρω, βωμοὶ δὲ θεῶν τε ὀνομαζομένων ἀγνώστων, καὶ Ἡρώων, καὶ παίδων τῶν Θησέως, καὶ Φαληροῦ. ἔστι δὲ καὶ Ἀνδρόγεω βωμὸς, τοῦ Μίνω· καλεῖται δὲ, Ἥρως. *Ad Phalerum eſt aedes Cereris, ac Minervae Sciradis, & Iovis paulo ulterius; arae quoque deorum, qui Ignoti vocantur; & Heroum, Theſeique filiorum; tum Phaleri; eſt vero etiam Androgei ara, Minois filii; vocatur autem, Herois.* Ac Cereris quidem illic templi iterum in Phocicis meminit; ubi ait ad ſua uſque tempora, incenſum a Xerſe (a) ſemiuſtum permanſiſſe. Ἑλλήνων δὲ τοῖς ἀντισχοῦσι τῷ βαρβάρῳ τὰ κατακαυθέντα ἱερὰ μὴ ἀνισάναι σφίσιν ἔδοξεν, ἀλλ' εἰς τὸν πάντα ὑπολείπεσθαι χρόνον, τοῦ ἔχθους ὑπομνήματα. καὶ τῶνδε ἕνεκα οἵ τε ἐν τῇ Ἁλιαρτίᾳ ναοὶ, καὶ Ἀθηναίοις τῆς Ἥρας ἐπὶ ὁδῷ τῇ Φαληρικῇ, καὶ οἱ ἐπὶ Φαληρῷ τῆς Δήμητρος, καὶ καθ' ἡμὲ ἔτι ἡμίκαυστοι μένουσι. *Graecis, qui Barbaro reſtitiſſent, placuit incenſa templa non inſtaurare; ſed in omne aevum ſic relinquere, ut odii monumenta eſſent; atque inde eſt, quod noſtro adhuc tempore Haliartiae templa, & Iunonis apud Athenienſes in via Phalerica, & Phaleri quoque Cereris ſemiuſta exſtant.* Minervae τῆς Σκιράδος aedem dedicavit Scirus vates, Dodonaeus, qui Athenas venit, quo tempore bellum Eleuſinii cum Erechtheo gerebant. Pauſanias. Ἐλευσινίοις πολεμοῦσι πρὸς Ἐρεχθέα, ἀνὴρ μάντις ἦλθεν ἐκ Δωδώνης, ὄνομα Σκίρος· ὃς καὶ τῆς Σκιράδος ἱδρύσατο Ἀθηνᾶς ἐπὶ Φαληρῷ τὸ ἀρχαῖον ἱερόν. *Eleuſiniis cum Erechtheo bellum gerentibus venit vates Dodona, Scirus nomine; qui & Sciradis Minervae antiquum templum Phaleri exſtruxit.* Aras IGNOTORVM DEORVM memorant varii. Philoſtratus in Vita Apollonii lib. VI. cap. II. Σωφρονέστερον δὲ, τὸ περὶ πάντων θεῶν εὖ λέγειν· καὶ τοῦτο Ἀθήνησιν, ἔνθα καὶ Ἀγνώστων Δαιμόνων βωμοὶ ἵδρυνται. *Modeſtius eſt de omnibus diis bene loqui; idque Athenis, ubi etiam Ignotorum Deorum aras poſitae.* Quem Philoſtrati locum totum, ſed diſſimulato auctore, uti ſolet, tranſcripſit Suidas in Τιμασίων. Alii numero ſingulari fere memorant. Lucianus in Philopatri. Νὴ τὸν Ἄγνωστον ἐν Ἀθήναις, παρθένος ἔμεινε μέχρι τῆς ἀποτομῆς. *Per Ignotum, qui Athenis, virgo manſit uſque ad decollationem.* Et mox. Ἡμεῖς δὲ, τὸν ἐν Ἀθήναις Ἄγνωστον εὑρόντες, καὶ προσκυνήσαντες, χεῖρας εἰς οὐρανὸν ἐκτείναντες, τέτῳ εὐχαριστήσομεν. *Nos autem Ignotum illum, qui Athenis, quum invenerimus, & adoraverimus, gratias ipſi agemus.* Item S. Paulus Apoſtolus in Oratione ſua, Athenis habita, apud S. Lucam Evangeliſtam Act. cap. XVII. Διερχόμενος γὰρ, καὶ ἀναθεωρῶν τὰ σεβάσματα ὑμῶν εὗρον καὶ βωμὸν, ἐν ᾧ ἐπεγέγραπτο, Ἀγνώστῳ Θεῷ. *Praeteriens enim, & contemplans cultus veſtros, inveni etiam aram, cui inſcriptum erat, Ignoto Deo.* Reſpexit Hieronymus commentario in Epiſtolam ad Titum cap. I. *Apud Athenienſes (Apoſtolus Paulus) Ignotum Deum colere ſe*

Meurſii Tom. I.

(a) Xerſes omnia Greciae templa incendit, auctoribus Magis. *Cicero De Legibus Lib. II.*

dixit, quem illi in ara adnotaverant. Ambroſius Commentario in Evangelium Lucae cap. XVIII. *Athenienſibus Ignotus Deus, in Iudaea notus, ſed non receptus.* Theophylactus in citata ex actis verba, cauſam enarrat. Πόλεμος τοῖς Ἀθηναίοις ποτὲ συνεβράγη πρὸς ἐναντίους· εἶτα πράξαντες κακῶς, ἀνεχώρησαν· καὶ ἐπειδὴ παίζειν αὐτοὺς τοῖς δαίμοσιν ἔθος ἦν, τὶ δαιμόνων τις ἐπιφανεὶς, ἠδεπώποτε ἔφη παρ' αὐτῶν τεθεραπεῦσθαι· κἀκεῖνος αὐτοῖς ὀργισθεὶς, τὴν ἥτλης ταύτης αἰτίαν γεγενῆσθαι· ἐκείνῳ τε ἓν ἀνέστησαν ναόν· καὶ, ὡς φυλατλόμενοι, μὴ τὸ αὐτὸ καὶ ἄλλοτε πάθοιεν, παρέντες τινὰ θεὸν, ἄγνωστον αὐτοῖς, ἀνέστησαν τὸν βωμὸν ἐκεῖνον, ἐπιγράφοντες, Ἀγνώστῳ Θεῷ. *Bellum quondam Athenienſibus cum hoſte erat, in quo, clade accepta, receſſere; & quoniam ludos celebrare daemonibus conſueverant, adparens iis daemon quidam, nunquam ſe ab ipſis cultum eſſe dicebat; ideoque ira accenſum, cladis iſtius auctorem fuiſſe; ea propter templum illi exſtruxerunt; &, ne tale quid deinceps forte admitterent, neve deum quemquam ignotum praetermitterent, aram iſtam poſuerunt, inſcribentes, Deo Ignoto.* Vides cauſam exſtruendae huius arae, infelicem belli exitum. Id exponit Iſidorus Peluſiota; & commemorat, accidiſſe bello Perſico; deinde cauſam alteram addit magnam peſtem. Ecce verba lib. IV. Epiſt. LXIX. Δύο φασὶν αἰτίας εἶναι τῆ ἐπιγεγράφθαι Ἀθήνησι τῷ βωμῷ, Ἀγνώστῳ Θεῷ. οἱ μὲν γάρ φασιν, ὡς Φιλιππίδην ἔπεμψαν Ἀθηναῖοι Ἡμεροδρόμον πρὸς Λακεδαιμονίους περὶ συμμαχίας, ἡνίκα Πέρσαι ἐπεστράτευσαν τῇ Ἑλλάδι· διὸ κατὰ τὸ Παρθένιον ὄρος Πανὸς φάσμα ἐντυχόν, ἠτιάσατο μὲν Ἀθηναίους, ὡς ἀμελοῦντας αὐτόν· βοηθεῖν δὲ ἐπηγγέλλετο, νικήσαντες δὲ, βωμὸν ᾠκοδόμησαν, καὶ ἐπέγραψαν, Ἀγνώστῳ Θεῷ. ἄλλοι δέ φασιν, ὅτι λοιμὸς κατέσκηψεν Ἀθήναζε, καὶ εἰς τοσοῦτον αὐτοὺς ἐξέκαυσεν, ὡς μηδὲ τῶν λεπτοτάτων σινδόνων ἀνέχεσθαι. τοὺς νομιζομένους εἶναι θεοὺς ἑαυτῶν θεραπεύοντες, οὐδὲν ἀπώναντο. ἐννοήσαντες δὲ, ὅτι ἔστιν ἴσως θεός τις, ὃν αὐτοὶ κατέλιπον ἀγέρασον, ὁ τὸ λοιμὸν καταπέμψας, ναὸν δειμάμενοι, καὶ βωμὸν, ἐπιγράψαντες, Ἀγνώστῳ Θεῷ· καὶ θύσαντες, εὐθέως ἐθεραπεύθησαν. *Duas eſſe cauſas aiunt, cur inſcriptum arae Athenis, Ignoto Deo. Hi enim dicunt; Philippidem curſorem diurnum Athenienſes miſiſſe Lacedaemonem ad ſuppetias petendas, quo tempore Perſae infeſtas copias in Graeciam ducerent; cui circa montem Parthenium Pan apparens, Athenienſes velut eum negligentes accuſabat quidem; verum tamen auxilium ſe laturum eſſe promittebat, qua de cauſa, quum viciſſent, aram conſtituerunt, & inſcripſerunt, Deo Ignoto. Alii ferunt, peſtem, quae Athenas corripuiſſet, adeo urbem incendiſſe, ut ne tenuiſſimis quidem ſindonibus abſtineret; quum itaque deos ſuos, quos arbitrabantur, coluiſſent, nihil tamen adiutos fuiſſe; qua de cauſa exiſtimantes eſſe forte deum aliquem, quem inhonoratum ipſi reliquiſſent, quique peſtem immiſiſſet, templo ſtructo, & ara inſcripta, Deo Ignoto, quum ſacrificaſſent, etiam ſtatim ſanatos fuiſſe.* Quae iiſdem paene verbis Oecumenius in Acta ad citatum caput XVII. Poſteriorem vero cauſam, nempe peſtem, etiam Diogenes Laertius memorat in Epimenide lib. I. Vbi Βωμὸς ἀνωνύμους, *Aras ſine nomine*

Digitized by Google

mine, vocat; & variis locis κατὰ δήμους, *per populos*, positas fuisse dicit. Γνωσθεὶς δ' (ὁ Ἐπιμενίδης) παρὰ τοῖς Ἕλλησι, θεοφιλέστατος εἶναι ὑπελήφθη. ὅθεν Ἀθηναίοις, τότε λοιμῷ κατεχομένοις, ἔχρησεν ἡ Πυθία, καθῆραι τὴν πόλιν. οἱ δὲ πέμπουσι ναῦν τε καὶ Νικίαν τοῦ Νικηράτου ἐς Κρήτην, καλέσαντες τὸν Ἐπιμενίδην· ὃς, ἐλθὼν Ὀλυμπιάδι τεσσαρακοστῇ ἕκτῃ, ἐκάθηρεν αὐτῶν τὴν πόλιν, καὶ ἔπαυσε τὸν λοιμὸν τοῦτον τὸν τρόπον. Λαβὼν πρόβατα μέλανά τε καὶ λευκὰ, ἤγαγε πρὸς τὸν Ἄρειον πάγον, κἀκεῖθεν εἴασεν ἰέναι οἷ βούλοιντο, προσάξας τοῖς ἀκολούθοις, ἔνθα ἂν κατακλίναι αὐτῶν ἕκαστον, θύειν τῷ προσήκοντι θεῷ. καὶ ὅτῳ λῆξαι τὸ κακόν· ὅθεν ἔτι καὶ νῦν ἐστιν εὑρεῖν κατὰ τοὺς δήμους τῶν Ἀθηναίων ΒΩΜΟΥΣ ΑΝΩΝΥΜΟΥΣ, ὑπόμνημα τοῦ τότε γενομένης ἐξιλάσεως. *Quum innotuisset vero* (*Epimenides*) *apud Graecos, deo carissimus esse existimatus est. Quam ob rem Athenienses, quum eo tempore peste laborarent, & responsum a Pythiae oraculo accepissent, ut urbem lustrarent, Niciam Nicerati F. cum navi miserunt in Cretam, qui vocaret Epimenidem, isque adveniens Olympiade XLVI. & urbem lustravit, & pestem sedavit in hunc modum. Sumtas oves nigras pariter, candidasque, in Areopagum duxit, ibique dimisit, ut quocumque vellent irent; his, qui sequebantur, mandans ubi earum unaquaeque procubuisset, uti ibi deo loci sacra facerent; ac sic malum desiisse; ideoque inveniri passim per Athenienſium populos ARAS SINE NOMINE, in memoriam factae tunc lustrationis.* Vides varie narrari. Simpliciſſime Ioannes Chryſoſtomus in Acta Apoſtolorum Homil. XXXVIII. Οἱ Ἀθηναῖοι, ἐπειδὴ κατὰ καιροὺς πολλοὺς ἐδέξαντο θεοὺς, καὶ ἀπὸ τῆς ὑπερορίας, οἷον τὸ τῆς Ἀθηνᾶς ἱερὸν, τὸ Πάνα, καὶ ἄλλους ἀλλαχόθεν, δεδοικότες, μή ποτε καὶ ἄλλος τις ᾖ, αὐτοῖς μὲν ἀδέπτω γνώριμον, θεραπευόμενον δὲ ἀλλαχοῦ, ὑπὲρ πλείονος ἤγαγον ἀσφαλείας καὶ τούτῳ βωμὸν ἔστησαν. καὶ ἐπειδὴ οὐκ ἦν δῆλον ὁ θεὸς, ἐπεγέγραπτο, Ἀγνώστῳ Θεῷ. *Athenienſes, poſtquam tractu temporis multos deos recepiſſent, & in iſtis peregrinos, ut Minervam, Panem, alios; veriti, ne praeterea alius quiſpiam eſſet, nondum ipſis cognitus, qui tamen alibi coleretur; huic etiam in maiorem ſecuritatem aram poſuerunt; quumque incertus deus eſſet, inſcripſerunt, Ignoto Deo.* Vide eumdem iterum De Diverſis novi Teſtamenti locis, Homilia XLVIII. Valde ineptit Paulus Diaconus, qui hanc aram dedicatam ab Athenienſibus ſcribit anno demum Claudiani Imperii ſeptimo, Hiſt. lib. VIII. *Tunc* (*anno Claudii ſeptimo*) *apud Athenienſes ſupra ſcripta eſt ara Ignoto Deo.* Plena vero, ut hoc moneam, inſcriptio erat: Θεοῖς Ἀσίας, καὶ Εὐρώπης, καὶ Λιβύης, θεῷ ἀγνώστῳ, καὶ ξένῳ. Oecumenius ad citatum paulo ante Actorum caput XVII. Ἦν δὲ ἡ πᾶσα τοῦ βωμοῦ ἐπιγραφή, Θεοῖς Ἀσίας, καὶ Εὐρώπης, καὶ Λιβύης, θεῷ ἀγνώστῳ, καὶ ξένῳ. *Erat univerſa arae inſcriptio; Diis Aſiae, & Europae, & Africae, deo ignoto, & peregrino.* Quae totidem verbis etiam Theophylactus ad eumdem Actorum locum. Hieronymus, Commentario in Epiſtolam ad Titum cap. I. *Nec mirum, ſi pro opportunitate temporis gentilium poetarum verſibus abutatur; quum etiam de inſcriptione arae aliqua commutans, ad Athenienſes loquutus ſit; Pertranſiens enim, inquit, & contemplans culturas veſtras, inveni & aram, in qua ſuper ſcriptum eſt, Ignoto Deo. Quod itaque ignorantes colitis, hoc ego annuntio vobis. Inſcriptio autem arae non ita erat, ut Paulus adſeruit, Ignoto Deo: ſed ita; Diis Aſiae, & Europae, & Africae, Diis ignotis, & peregrinis. Verum quia Paulus non pluribus diis indigebat ignotis, ſed uno tantum ignoto deo, ſingulari verbo uſus eſt.* Poſtea vero Athenienſes Chriſti doctrinam amplexi, ob eam aram totum templum, in quo ea ara erat, Deo Ignoto dedicarunt; quod in hodiernum uſque diem exſtat. Obſervo apud Simeonem Cabaſilam (a) in Epiſtola ad Martinum Cruſium, virum egregie eruditum, ſcripta anno CIↃ IↃ LXXVIII. ubi de Athenis noſtris, & earum hodierno ſtatu agit. Νῦν δὲ τὸ μὲν ἐσώτερον, ὅπερ ἀκρόπολις, ἐν ᾧ καὶ ναὸς τῷ Ἀγνώστῳ Θεῷ, ἅπαν ὑπὸ μόνων Ἰσμαηλιτῶν οἰκούμενον. *Nunc vero interior pars, quae arx eſt, ubi templum Ignoto Deo, univerſa ab Iſmaelitis ſolis habitatur.* Et haec quidem de Ignoti Dei ara; ſeu Deorum Ignotorum, uti alii. Androgeon vero, quem herois ſolo nomine cultum hic Pauſanias tradit in citatis ſupra verbis, eumdem ego eſſe cenſeo, quem & Clemens cultum refert iuxta puppim. Verba iſta in Protreptico. Τιμᾶται δέ τις καὶ Φαληροῖ κατὰ πρύμναν ἥρως. *Colitur vero etiam in Phalero heros quidam iuxta puppim.* Locus ibidem, Ὀσχοφόριον (b) nuncupatus. Heſychius. Ὀσχοφόριον, τόπος Ἀθήνησι Φαληροῖ. *Oſchophorium, locus Athenis in Phalero.* Muſaei quoque Eumolpi filii monumentum hic invenio. Diogenes Laertius in Prooemio. Παρὰ μὲν Ἀθηναίοις γέγονε Μουσαῖος, παρὰ δὲ Θηβαίοις Λῖνος. καὶ τὸ μὲν, Εὐμόλπου παῖδα φασὶ, ποιῆσαι δὲ θεογονίαν, καὶ σφαῖραν πρῶτον· φάναι τε, ἐξ ἑνὸς τὰ πάντα γίνεσθαι, καὶ εἰς ταὐτὸν ἀναλύεσθαι. τοῦτον τελευτῆσαι Φαληροῖ, καὶ αὐτῷ ἐπιγεγράφθαι τοῦτο τὸ ἐλεγεῖον. *Apud Athenienſes fuit Muſaeus, apud Thebanos Linus. Et illum quidem, Eumolpi filium dicunt, ac feciſſe Theogoniam, & ſphaeram inveniſſe, & dixiſſe: omnia ex uno fieri, & in unum reſolvi, atque hunc Phaleri obiiſſe, eique inſcriptum eſſe iſtud Elegiacum.* Deinde Epigramma ponit, quod ſub Antipatri nomine legitur etiam Anthologiae lib. III. cap. XXV. in hunc modum.

Εὐμόλπου φίλον υἱὸν ἔχει τὸ Φαληρικὸν ἔδας
Μουσαῖον, φθίμενον σῶμ' ὑπὸ τῷδε τάφῳ.
Muſaei, Eumolpo prognati, exſangue cadaver
Iſto ſub tumulo terra Phalera tenet.

Praedium item Ariſtidis cum ſepulcro. Plutarchus in eius Vita. Ὁ Φαληρεὺς Δημήτριος ἐν τῷ Σωκράτει, χωρίον τε Φαληροῖ φησι γενέσθαι, Ἀριστείδου λεγόμενον, ἐν ᾧ τέθαπται. *Demetrius Phalereus in Vita Socratis, praedium ſe Phaleri noſſe commemorat, quod Ariſtidis diceretur, in quo ſepultus eſt.* Ac ſepulcri meminit iterum idem in eadem Vita. Καὶ μέντοι καὶ τάφος ἐστὶν αὐτοῦ Φαληροῖ, ὃν Φασι

(a) Toto coelo errat *Cabaſilas* dum haec adfirmat: non enim Ignoti Dei, ſed Minervae Deae notiſſimae templum illud eſt, ut *Iac. Sponius* oſtendit *Itinerarii Lib. V.*

(b) Vide *Lib. De Pop. Attic.* in Σκῖρον.

Digitized by Google

Φασι κατασκευάσαι τὴν πόλιν αὐτῶ. Et ſepulcrum quidem exſtat in Phalero, quod publice ei exſtructum ferunt. Etiam palus quaedam fuit. Memorat Xenophon in Oeconomico. *Ξηρὰ μὲν γοῦν μοι δοκεῖ, ἔφην ἐγὼ, εἶναι ἡ περὶ τὸν Λυκαβηττὸν, καὶ ἡ ταύτῃ ὁμοία· ὑγρὰ δὲ, ἡ ἐν τῷ Φαληρικῷ ἕλει. Sicca mihi quidem videtur, inquiebam, quae circa Lycabettum, & illi ſimilis; humida vero, quae in palude Phalerica.* Atque hic fortaſſe eſt, quod emergebant, quae in Aeſculapii fontem, qui in Vrbe, iniecta erant; ut auctor Plinius lib. II. cap. CIII. *Quae in Aeſculapii fonte Athenis immerſa ſunt, in Phalerico redduntur* (a). Aberat autem ab Vrbe ſtadiis viginti. Pauſanias in Arcadicis. *Ἀθηναίοις μὲν δὴ σταδίους μάλιστα εἴκοσιν ἀφέστηκε τῆς πόλεως ἡ πρὸς Φαληρῷ θάλασσα. Athenienſibus quidem ad ſummum viginti ſtadia Phaleri mare abeſt ab Vrbe.* Thucydides diſſentit, & triginta quinque ait; vide verba a me prolata capite I. Laudatae autem illic braſſicae. Heſychius. *Φαληρικαὶ βάφανοι, ἀπὸ τῆς Ἀττικῆς. Phalericae braſſicae, ab Attica.* Verum mutilum locum cenſeo, & reſtituendam vocem, quae exciderit. *ἀπὸ Φαλήρου τῆς Ἀττικῆς. A Phalero Atticae.* Dicit autem adpellatas eſſe braſſicas Phalericas, a Phalero Atticae; diſcriminis cauſa, nam & alias eius nominis loca erant, ut ex Stephano eſt cognoſcere. Etiam apuae ibi praeſtantes, ut & opera figulina. Ariſtophanes, Acharn.

Ἀφύας ἀρ' ἄξεις πρόαμον Φαληρικάς,
Ἢ κέραμον; ——————
Apuaſne abduces, quas emeris, Phalericas;
Aut urceum? ——————

Ac de apuis Athenaeus lib. VII. *Λυγκεὺς δὲ ὁ Σάμιος, ἐν τῇ πρὸς Διαγόραν ἐπιστολῇ, ἐπαινῶν τὰς Ῥοδιακὰς ἀφύας, καὶ ἀντιτιθεὶς πολλὰ τῶν Ἀθήνησι γιγνομένων πρὸς τὰ ἐν τῇ Ῥόδῳ, φησίν. Ταῖς μὲν Φαληρικαῖς ἀφύαις, τὰς Αἰνιάτιδας καλουμένας ἀφύας. Lynceus Samius, in Epiſtola ad Diagoram, laudans apuas Rhodiacas; & multa, quae Rhodi naſcuntur, opponens iis, quae Athenis; Phalericis, inquit, apuis eas, quae Aeniatides vocantur.* Pollux lib. VI. cap. XV. *Παρὰ δὲ τοῖς παλαιοῖς εὐδοκίμων, γογγύλαι ἐκ Μαντινείας, Μηθυμναῖοι κτένες, γαλεὸς ἐκ Ῥόδου, ψῆτται ἐξ Ἐλευσῖνος, ἀφύαι Φαληρικαί. Apud veteres vero celebrabantur, rapa e Mantinea, pectines Methymnaei, muſtelli Rhodii, paſſeres Eleuſinii, apuae Phalericae,* Meminit earum etiam Ariſtoteles, Hiſt. Anim. lib. VI. cap. XV. Nempe magnitudine alias ſuperabant. Scholiaſtes Ariſtophanis Equitibus. *Ἀφύας Φαληρικὰς, τὰς μεγάλας. Apuas Phalericas magnas.* Glauciſcus quoque illic piſcis laudabatur. Athenaeus loco proxime citato. *Ταῖς μὲν Φαληρικαῖς ἀφύαις, τὰς Αἰνιάτιδας καλουμένας ἀφύας· τῷ δὲ γλαυκίσκῳ, ἢ ἔλλοπα, καὶ τὸν ὄρφον, ἀντιπαρατιθεῖσα. Apuis Phalericis, eae, quae Aeniatides vocantur; glauciſco vero ellopem, & orphum comparans.* Etiam gobius. Athenaeus, ex Antiphanis Timone lib. VII. *Ἀντιφάνης δ' ἐν Τίμωνι, ἐπαινῶν τοὺς κωβιὺς, καὶ ὁτόθεν εἰσὶ κάλλιστοι, δηλοῖ διὰ τούτων.*

Ἡμῖν δὲ τοῖς θνητοῖς ἐπριάμην κωβιούς.
Ὡς προσβαλεῖν δ' ἐκέλευσε τὸν τοιχωρύχον
Τὸν ἰχθυοπώλην, προσίημί, φησί, σοι
Τὸν δῆμον αὐτῶν, εἰσὶ γὰρ Φαληρικοί.

Antiphanes vero in Timone gobios laudans, unde optimi advehantur, indicat iſtis verbis:

Nobis vero mortalibus emi gobios.
Vtque adiicere iuſſi parietum perfoſſorem,
Qui piſces vendebat; ecce, inquit, addo tibi
Populum ipſorum, ſunt enim Phalerici.

CAP. XI.

Κωλιὰς, *promontorium, & littus; item Veneris* τῆς Κωλιάδος *fanum, ubi Panis, Cereriſque. Nomen unde,* Γενετυλλίδες. *Tabulae navium Perſicarum in pugna Salaminia fractarum, hic eiectae. Vaſa etiam figulina ibi loci tota Attica praeſtantiſſima, minioque tingi ſolita.*

AD Phalerum promontorium, & littus erat, Κωλιὰς (b) dictum; ubi templum quoque Veneris, τῆς Κωλιάδος cognomento. Stephanus. Κωλιὰς ἄκρα. ἤτοι Φαληροῦ ἀκτή. ὅπου καὶ Ἀφροδίτη Κωλιάς. *Colias promontorium; ſive littus Phaleri, ubi etiam Venus Colias.* Pauſanias quidem, proxime poſt Phalerum memorat, ſed viginti tamen ſtadiis inde abfuiſſe ait. *Ἀπέχει δὲ (τοῦ Φαληροῦ) καὶ σταδίους εἴκοσιν ἄκρα Κωλιάς. Abeſt vero (Phalero) promontorium Colias viginti ſtadiis.* Strabo iuxta Anaphlyſtum ponit lib. IX. *Περὶ δὲ Ἀνάφλυστόν ἐστι καὶ Παιανιεῖον, καὶ τὸ τῆς Κωλιάδος Ἀφροδίτης ἱερόν. Iuxta Anaphlyſtum eſt Panis quoque fanum, & Veneris Coliadis.* Et ex eo Euſtathius Iliad. β'. *Ἀνάφλυστος δὲ Κωλιάδος Ἀφροδίτης ἱερόν. Anaphlyſtus vero habebat fanum Veneris Coliadis.* De cauſa nominis ita Scholiaſtes Ariſtophanis, Nubibus. *Οἱ μὲν Κωλιάδα τὴν θεὸν καλοῦσι, νεανίου Ἀττικοῦ ἀποδράντος ἀπὸ ληστῶν, συμμαχίᾳ τῆς θεοῦ, καὶ ὕστερος αὐτὴν ὀνομάσαντος, καθάπερ αὐτὸς δεθεὶς τῶν κώλων ἀπελύθη ὑπὸ γυναικός. οἱ δὲ, συγατρὸς τοῦ ἀρχιληστοῦ δι' ἔρωτα. οἱ δὲ, τόπον ἐοικότα κώλοις ἀνδρὸς, ἔνθα ἡ θεὸς τιμᾶται. ἔνιοι δὲ, Ἰωνος θύοντος, κόρακα ἁρπάσαι κωλῆν, καὶ ἐν ἐκείνῳ τόπῳ ἀποθέσθαι. Sunt qui Coliadem deam vocent, quod adoleſcens Atticus, quum latrones effugiſſet ope deae, ita ipſam nuncupaſſet, qui vinctus membris, quae κῶλα dicuntur, a muliere ſolutus eſſet; vel, ut alii volunt a filia primarii latronis, amore eius capta. Alii quod ſimilis ſit locus membris viri, ubi dea colitur; nonnulli vero, quod ſacra faciente Ione, corvus quum abripuiſſet anteriorem victimae partem, quae κωλὴ nominatur, eo loco depoſuerit.* Videndus quoque Suidas in Κωλιάς; & Etymologici Auctor in Κωλιάδος Ἀφροδίτης. De Veneris autem illic fano, praeter alios, Harpocration. *ἐπιθαλασσία ἄκρα Ἀττική ἐστιν ἡ Κωλιὰς, ἐκ μεταφορᾶς τοῦ κώλου ὠνομασμένη. ἔστι δὲ αὐτόθι Ἀφροδίτης ἱερόν. Maritimum promontorium Atticum eſt Colias, ex translatione a membro, quod κῶλον dicitur, adpellatum. Eſt autem illic templum Veneris.* Praeter Veneris autem templum, etiam Panis illic erat; uti

(a) Vide *Ceramicum Cap. XIIII.*

(b) Vide *Lib. De Popul. Attic.* in Ἀνάφλυστος.

uti clarum e Strabone in citatis ſtatim verbis. Etiam Cereris; ut Heſychius nos docet iſtis verbis. Ἀφροδίτης ἐστὶ Κωλιάδος ἐστὶν ἱερὸν ἐν τῇ Ἀττικῇ, ὁ δὲ τόπος λέγεται Κωλιὰς, ἐπεὶ ἐγκείμενός ἐστιν ὅμοιος ἀνθρώπων κώλῳ, ἔστι δὲ καὶ Δήμητρος ἱερὸν αὐτόθι πολυσυλον. *In Coliade templum eſt Veneris in Attica. Locus vero Colias dicitur; quia ſitu membrum hominum, quod κῶλον vocant, refert. Eſt autem & Cereris illic fanum, multis columnis ſubſtructum.* Et obſervare eſt apud Plutarchum in Solone. Πλεύσας ἐπὶ Κωλιάδα μετὰ τῶν Πεισιστράτου, καὶ καταλαβὼν αὐτόθι πάσας τὰς γυναῖκας, τῇ Δήμητρι τὴν πάτριον θυσίαν ἐπιτελούσας, ἔπεμψεν ἄνδρα πιστὸν εἰς τὴν Σαλαμῖνα, προστοιούμενον αὐτόμολον εἶναι. *Quum ad Coliadem adnavigaſſet cum Piſiſtrato, mulieresque illic omnes, ritu patrio ſacra Cereri facientes comprehendiſſet, virum fidum miſit Salamina, qui ſe transfugam ſimularet.* Item apud Polyaenum lib. I. Σόλων ἔπλευσεν ἐπὶ Κωλιάδος, ἔνθα αἱ γυναῖκες Δήμητρι ἑορτὴν ἐτέλουν. *Solon appliciuit ad Coliadem, ubi mulieres Cereri feſtum peragebant.* Erant etiam dearum τῶν Γενετυλλίδων ſimulacra. Pauſanias, Κωλιάδος δ' ἐστὶν ἐνταῦθα Ἀφροδίτης ἄγαλμα, καὶ Γενετυλλίδες ὀνομαζόμεναι θεαί. *Eſt hic Veneris Coliadis ſimulacrum; & Dearum, quae vocantur Genetyllides.* Inde coniungit Ariſtophanes, Nubibus.

Δαπάνης, λαφυγμοῦ, Κωλιάδος, Γενετυλλίδος.
Sumtus, crapulae, Coliadis, Genetyllidis.

Et Lucianus in Amoribus. Ὧν ἐνίων οἱ καλοδαίμονες ἄνδρες οὐδὲ αὐτὰ ἴσασι τὰ ὀνόματα, Κωλιάδας εἰ τύχοι, καὶ Γενετυλλίδας. *Ex quibus quorumdam ne ipſa quidem nomina ſciunt miſeri, Coliadas, ſi fors, ferat, & Genetyllidas.* Ac meminit τῶν Γενετυλλίδων iterum Comicus in Theſmophoria celebrantibus.

Ὡς ἡδὺ τὸ μέλος, ὦ πότνιαι Γενετυλλίδες.
Quam ſuavis cantilena eſt, venerandae Genetyllides.

Suidas. Γενετυλλὶς, δαίμων περὶ τὴν Ἀφροδίτην, γενέσεως αἰτία ἀπὸ τῆς γενέσεως τῶν παίδων ὀνομασμένη. οἱ δὲ, περὶ τὴν Ἄρτεμίν φασι, τὴν τῶν τοκετῶν ἔφορον. *Genetyllis, genius eſt in Veneris comitatu generationis auctor; a puerorum generatione dictus. Alii Dianae comitem faciunt partuum inſpectorem.* Ac τῆς Κολιάδος ſimpliciter mentionem facit Demoſthenes, Orat. in Neaeram. Καὶ ἦκων ἐκ Δελφῶν, εἰστία τὰ ἐπινίκια ἐπὶ Κωλιάδι. *Et Delphis adveniens, epulum victoriale exhibebat in Coliade.* Et mox. Χιωνίδης Ξυπεταιών, Εὐθετίων Κυδαθηναεὺς, μαρτυροῦσι κληθῆναι ὑπὸ Χαβρίου ἐπὶ δεῖπνον, ὅτε τὰ ἐπινίκια εἰστία Χαβρίας τῆς νίκης τοῦ ἅρματος. καὶ εἰστιᾶτο ἐπὶ Κωλιάδι. *Chionides Xypetaeenſis, Euthetion Cyduthenaeenſis, teſtatur ſe vocatos fuiſſe ad coenam; quum victoriae currus partae cauſa epulum praeberet Chabrias; atque exceptos in Coliade.* Hic vero eiectae navium Perſicarum tabulae, quae confractae in pugna ad Salaminem. Pauſanias. Ἐς ταύτην (τὴν Κωλιάδα) φθαρέντος τοῦ ναυτικοῦ τῶν Μήδων, κατήνεγκεν ὁ κλύδων τὰ ναυάγια. *Ad hanc (Coliadem) deleta Medorum claſſe, fragmenta navium fluctus appulit.* Strabo lib. IX. Εἰς ὃν τόπον (de Coliade loquitur) ἐκπυμανθῆναι τὰ τελευταῖα τὰ ἐκ τῆς περὶ Σαλαμῖνα ναυμαχίας τῶν Περσικῶν ναυάγια φασι. *In quem locum eiectas fluctibus aiunt ultimas naufragii tabulas, quod Perſae navali ad Salaminem pugna fecerunt.* Herodotus de hac ipſa re lib. VII. Τῶν δὲ ναυαγίων πολλὰ ὑπολαβὼν ὁ Ζέφυρος ἄνεμος, ἔφερε τῶν Ἀττικῆς ἐπὶ τὴν ἰϊόνα, ἣ καλεομένην Κωλιάδα. *Multas vero naufragii tabulas ventus Zephyrus exceptas, in Coliadem, Atticae littus, detulit.* Fiebant autem vaſa illic figulina praeſtantiſſima. Inde eſt, quod ait Plutarchus lib De Audit. Οἷμοιός ἐστι μὴ βουλομένῳ πιεῖν ἀντίδοτον, ἂν μὴ τὸ ἀγγεῖον ἐκ τῶν Ἀττικῆς Κωλιάδος ἢ κεκεραμευμένον. *Similis eſt ei, qui antidotum bibere nolit, niſi e vaſe in Coliade Atticae ficto.* Athenaeus lib. XI. Κυάθῳ μὲν οὖν οὐδὲν ἐχρῶντο τότε, οὐδὲ κοτύλῃ· κρατῆρα γὰρ ἔστασαν τοῖς θεοῖς, οὐκ ἀργυροῦν, οὐδὲ λιθοκόλλητον, ἀλλὰ τῆς Κωλιάδος γῆς. *Neque cyatho tunc quidquam utebantur, neque cotyla; ſed craterem ſtatuebant diis, non argenteum, nec gemmatum, verum e Coliadis terra.* Atque haec minio tingi ſolita, Suidas in Κωλιάδος κεραμῆες. Οἵτινες πρὸς σκευοπλασίαν ἐπιτήδειοι, πασῶν ἡ Κωλίας κρείσσων· ὥστε καὶ βάπτεσθαι ὑπὸ τῆς μίλτου. *Quotquot ad vaſa figulina facienda terrae aptae ſunt, omnes antecellit Colias; ita ut etiam minio tingatur.* Atque haec habui, quae ad praeſens inſtitutum mihi pertinere viſa. Tu, mi Lector, utere, ac fruere; & ſi meruiſſe putas, gratiam habe.

F I N I S.

RE-

Digitized by Google

REGNVM ATTICVM

S I V E

DE REGIBVS ATHENIENSIVM EORVMQVE REBVS GESTIS.

L I B R I T R E S.

Digitized by Google

VIRO GENEROSO

PALAEMONI ROSEKRANTSIO

KRENKERVPII DOMINO

ARCIS NICOPIENSIS

PRAEFECTO REGIO

LITERATORVM PATRONO

OBSERVANTIAE MAXIMAE

MONVMENTVM QVALECVMQVE

DICABAM

IOANNES MEVRSIVS

SORAE DANORVM

AD DIEM VII. AVGVSTI

CIↃ IↃC XXXII.

RF.

Digitized by Google

REGNVM ATTICVM
SIVE
DE REGIBVS ATHENIENSIVM EORVMQVE REBVS GESTIS.
LIBER PRIMVS.

CAPVT PRIMVM.

Ogyges, ſive Ogygus, primus regum. Filius Neptuni, & Aliſtrae; vel, ut alii volunt, Termerae; vel Boeoti. Initio regnabat Thebis, quas & condidiſſe fertur; unde eae etiam Ogygiae dictae; ut Boeotia item tota, atque urbis porta, Ogygia.

EX Athenienſium Regibus primus omnium fertur Ogyges; ſive Ogygus (a); nam utroque modo ſcribitur apud Auctores. Euſebius Chron. lib. I. Πρῶτος παρ' Ἀθηναίοις (βασιλεὺς) μνημονεύεται Ὤγυγος. *Primus apud Athenienſes (rex) memoratur Ogygus.* Etymologici auctor. Ὤγυγος, ἀρχαῖος βασιλεὺς Ἀθηναίων. *Ogygus antiquus rex Athenienſium.* Erat vero Neptuni filius, & Aliſtrae. Iſacius Tzetzes ad Lycophronem. Ὁ δὲ Ὤγυγος, υἱὸς ἦν Ποσειδῶνος, καὶ Ἀλίστρας. *Ogygus vero filius Neptuni erat, & Aliſtrae.* Stephanus, filium Termerae dicit. Ὠγυγία λέγεται καὶ ἡ Βοιωτία, καὶ ἡ Θήβη· ἀπὸ Ὤγύγυ, υἱοῦ Τερμέρας. *Ogygia dicitur etiam Boeotia, & Thebe; ab Ogygo, Termerae filio.* Scholiaſtes Apollonii, ex Corinna, filium Boeoti tradit lib. III. Ὠγυγίας δὲ τὰς Θήβας, ἀπὸ Ὤγύγυ, τοῦ βασιλεύσαντος αὐτῶν. Κόρινναδέ, τὸν Ὤγυγον Βοιωτοῦ υἱὸν εἶπεν. *Ogygias autem Thebas, ab earum rege Ogygo. Corinna vero tradit, Ogygum Boeoti filium eſſe.* Ac initio ille quidem regnum Thebanorum tenuit. Vides in citatis verbis Scholiaſtae Apollonii; aliique item docent. Servius ad Eclog. VI. *Quo tempore Saturnus regnavit in terris, non fuit diluvium; ſed ſub Ogyge rege Thebanorum.* Lutatius ad Statii Theb. I. *Ogyges, ut Varro dicit in libris De Vita populi Romani, rex fuit Thebanorum.* Quin & ipſe Thebas condidit. Varro de R. R. lib. III. c. I. *Vetuſtiſſimum oppidum quum ſit traditum Graecum, Boeotiae Thebae, quod rex Ogyges aedificarit.* Feſtus. *Ogygia moenia Attius in Diomede adpellans, ſignificat Thebas; quia eam urbem Ogygus condidiſſe traditur.* Itaque Poetis Thebae, ab hoc rege, & conditore, Ogygiae cognominantur; quod Pauſanias etiam dicit in Boeoticis. Γῆν δὲ τὴν Θηβαΐδα, οἰκῆσαι πρῶτον λέγουσι τοὺς Ἐχτῆνας· βασιλέα δὲ εἶναι τῶν Ἐχτήνων ἄνδρα αὐτόχθονα, Ὤγυγον. καὶ ἀπὸ τούτου τοῖς πολλοῖς τῶν ποιητῶν ἐπίκλησις ἐς τὰς Θήβας ἐστὶν, Ὠγυγίαι. *Terram vero Thebanam prius habitaſſe ferunt Ectenas; atque eorum regem fuiſſe virum indigenam, Ogygum, a quo multi poetarum Thebas cognomento Ogygias dicunt.* Imo *Boeotia* univerſa Ogygia dicta, teſte Strabone lib. IX. Ἡνίκα δὲ Βοιωτίας ὑπῆρξε, καλουμένης τότε Ὠγυγίας. *Quum Boeotiae praeeſſet, tunc Ogygiae adpellatae.* Sed de Thebis porro etiam videamus; & Poetas in hanc rem nunc producamus. AEſchylus Perſis.

Ὅς τε τῆς ἱερᾶς Μέμφιδος ἄρχων,
Μέγας Ἀρσάμης, τὰς τ' Ὠγυγίας
Θήβας ἐφέπων Ἀριμάρδος.
Et ſacrae Memphidos princeps,
Magnus Arſames, & Ogygias
Thebas incolens Ariomardus.

Apollonius Argonautic. lib. III.

——— ὃν Ὠγυγίῃ ἐνὶ Θήβῃ
Κάδμος, ἅτ' Εὐρώπῃ διζήμενος εἰσαφίκανε,
Πέφνεν. ———

——— *quem Ogygiis Thebis*
Cadmus, quum Europam quaerens adceſſiſſet,
Interfecit. ———

Ad quem locum Scholiaſtes. Ὠγυγίας δὲ Θήβας, ἀπὸ Ὤγύγυ, τοῦ βασιλεύσαντος αὐτῶν. *Ogygias vero Thebas, ab Ogygo earum rege.* Sophocles Oed. Col.

——— Θήβας δ' ἡμᾶς
Τὰς Ὠγυγίας πέμψον. ———
——— *Thebas vero nos*
Ogygias mitte. ———

Cornelius Severus in AEtna.

Nunc iuvat Ogygiis circumdata moenia Thebis
Cernere. ———

Et Thebani quoque Ogygii adpellantur apud Statium Theb. I.

——— *hancne Ogygiis, ait, aſpera rebus*
Fata referre vicem? ———

Et lib. V.

--- *Ogy-*

(a) Vide *Lib. De Fortun. Athenarum Cap.* X.

Digitized by Google

——— *Ogygii iussis quando omnis anhelat*
Terra dei. ———

Ac rursum lib. VII.

——— *Ogygio fat erit Tritonia bello.*

Lucanus lib. I.

Edonis Ogygio decurrit plena Lyaeo.

Quin & urbis porta quaedam, Ogygia adpellabatur. Paulanias in Boeoticis, ubi Thebarum portas refert. Τὰς δὴ ἐπὶ ταύταις πύλας, ὀνομάζουσιν Ὠγυγίας. *Praeter eas portas est, quae Ogygia nominatur.* Lutatius ad Statii Theb. VII. *Vna (Thebarum porta ex septem) Ogygia nuncupatur.* Euripides Phoenissis.

Ὠγύγια δ' εἰς πυλώμαθ' Ἱππομέδων ἄναξ
Ἔστηκ'. ———

Ogygiam vero ad portam Hippomedon rex
Stetit. ———

Meminere item Apollodorus lib. III. Etymologici Auctor; Hyginus Fab. LXIX. Et Scholiastes Apollonii lib. III.

CAP. II.

Etiam antiqua omnia, item magna, Ogygia dicta; idque primum a Thebanis, inde ceteris etiam Graecis. Hesiodi locus explicatus. Styx, deorum magnum iuramentum, atque id obiter indicatum. In Nicetae quoque loco explicando error viri docti ostensus; quod in Pindaro item factum, quem interpretes non ceperunt. Scholiastae Hesiodi hallucinatio. Ogenius etiam, & Ogenides, pro antiquo. Ogenus, Ogen, idem, qui Oceanus.

TVm antiqua quoque cuncta, Ogygia dicta. Hesychius. Ὠγύγια, ἀρχαῖα. *Ogygia, antiqua.* Iterum. Ὠγυγίου, παλαιοῦ, ἀρχαίου. *Ogygii, antiqui, veteris.* Eodem modo interpretantur, Etymologici Auctor, Suidas, Eustathius ad Dionysium, & Homeri Odyss. lib. I. Et sic utitur Dionysius Alexandrinus in sua Periegesi.

Ἧχι κὴ Ὠγύγιον μηκύνεται ὕδασι Λάδων.
Vbi etiam antiquus porrigitur aquis Ladon.

Item.

——— Ὠγυγίη Θάσος, Δημήτερος ἀκτή.
——— *antiqua Thasus, Cereris sedes.*

Nicander in Theriacis.

Ὠγύγιος δ' ἄρα μῦθος ἐν αἰζηοῖσι φορεῖται,
Vetus autem fabula inter iuvenes fertur.

Ad quem locum Scholiastes. Ὠγύγιος, ἀπὸ Ὠγύγου τινός· ὃς ἐστιν ἀρχαῖος, κὴ παλαιός. *Ogygius, vetus, ab Ogygo quodam, qui est antiquus, & vetus.* Philo Iudaeus de sacrificio Abelis, & Caini. Παλαιαῖς, καὶ ὠγυγίοις ἐντρέφεσθαι δόξαις. *Antiquis, & vetustis opinionibus innutriri.* Et φάτις ὠγυγίη. *Fama antiqua;* apud Gregorium Nazianzenum in Carminibus. Initium id autem sumsit a Thebanis, & ab his in ceteros Graecos dictum illud dimanavit. Observo apud Lutatium ad Theb. lib. I. *Thebani antiquas res Ogygias nominabant.* Atque uti ab antiquitate eius vetera quaecumque Ogygia adpellabant; ita quoque a potentiae illo tempore magnitudine, magna omnia. Hesychius: Ὠγύγιος, παλαιὸς, ἀρχαῖος, μεγάλος παν. *Ogygii, antiqui, veteris, magni admodum.* Suidas. Ὠγύγιον, ἀρχαῖον, παλαιὸν, ἢ ὑπερμέγεθες. *Ogygium, vetus, antiquum, aut praegrande.* Atque sic interpretor apud Hesiodum in Theogonia.

Τοῖον ἄρ' ὅρκον ἔθεντο θεοὶ Στυγὸς ἀφθίτου ὕδωρ
Ὠγύγιον. ———

Tale itaque iuramentum posuere diis Stygis perennem aquam
Magnum. ———

Ita enim malim eo loco accipere; & Ὠγύγιον referre ad ὅρκον, quam ad Στυγὸς ὕδωρ; nam veteres deorum magnum iusiurandum dicebant Stygem (a). Ipse ille in Theogonia eadem, ubi loquitur de Styge.

Αὐτὴν μὲν γὰρ ἔθηκε θεῶν μέγαν ἔμμεναι ὅρκον.
Ipsam enim statuit deorum magnum esse iuramentum.

Vide quae in hanc rem plura ante hos triginta annos ad Lycophronem adnotavi. Ac pro magno, utitur quoque ea voce Philo eo libro, quem inscripsit. *Quod deus sit immutabilis.* Λέξεις μὲν λόγους, ἐπαινετὰς δὲ πράξεις, ὠγύγιον εὐήθεια παρέρχεσθαι. *Sermones quidem civiles, ac laudabiles actiones praeterire, ingens vaecordia est.* Nicetas Choniates De imperio Isacii Angeli lib. I. ubi de urbe Pristhlaba agit, quae potissimam Haemi partem magnitudine sua occupabat. Πόλις δ' αὕτη ὠγυγία, ὡς πλίνθου πᾶσα ὁπλῆς, καὶ πλέθρων ὅσων ἐπὶ τὸν Αἷμον τὴν περίμετρον ἔχουσα. *Vrbs ea ingens est, tota lateritia, & maximum Haemi spatium complexa.* Non recte interpres eruditus, *Vrbs ea Ogygia est.* Quasi ea antea Ogygia fuisset dicta. Pindarus, Nemeonis Od. VI.

——— Φλιοῦντος ὑπ' ὠγυγίοις ὄρεσιν.
——— *Phliuntis sub magnis montibus.* ———

Ita enim etiam hic interpretandum esse censeo; non *vetustis*; uti Scholiastes Graecus; & cum eo Interpretes recentiores universi, Leonicenus, Portus, Schmidius. Quippe montes apud Auctores non a vetustate solent, sed a magnitudine sua praedicari. Sic Ὠγύγια etiam κακὰ, potius *Ingentia mala*, quam *Antiqua* exposuerim; contra Suidam, & Appendicis Vaticanae Proverbiorum ignotum Auctorem. Et Ὠγύγιον item ἄνθρωπον Heliodorus *hominem staturae ingentis* adpellavit. Neque possum tacitus hic praeterire, quod Hesiodi Scholiastes nobis dicit ad citatam paulo ante Theogoniam, Ogygum deorum regem extitisse; atque inde magna quoque Ogygia dici: Ὠγύγιον, τὸ παλαιὸν ἀπὸ Ὠγύγου, τοῦ βασιλεύσαντος πρῶτον τῶν θεῶν. δύναται ἢ ἐκ τούτου καὶ ἐπὶ τοῦ μεγάλου τάττεσθαι, *Ogygium, antiquum; ab Ogygo, qui primum rex deorum fuit; potestque inde etiam pro magno poni.* Certe aut legendum hic, τοῦ βασιλεύ-

(a) *Virgilius* de Styge ait:
Di cuius iurare timent, & fallere numen.
Apud *Ovidium* II. *Metamorph.* Sol:
——— *promissis testis adesto*
Dis iuranda palus, oculis incognita nostris.
Statius:
——— *Et Styx periuria Divum*
Arguit.

Digitized by Google

λεύσαντος πρῶτον τῶν Θηβῶν. *Qui primum rex Thebarum fuit;* aut memoria lapſus Scholiaſtes fuerit; qui Ogenum quum in animo haberet, Ogygum dixit. Nam Ogenum veterem deum ſunt qui tradant; unde Ὠγενίδης, *Vetus*; & Ὠγένιος. Stephanus. Ὠγενος, ἀρχαῖος θεός· ὅθεν Ὠγενίδαι, καὶ Ὠγένιοι, ἀρχαῖοι. *Ogenus, deus antiquus; unde Ogenidae, & Ogenii antiqui.* Suidas. Ὠγενίδαι, ἀρχαῖοι. *Ogenidae, antiqui.* Eſt vero Ogenus, ſive Ogen, idem qui Oceanus aliis nuncupatur; Coeli, & Telluris filius; ut Mythologi veteres tradunt. Qui quum inter antiquiſſimos deorum cenſeatur (a), non immerito, quae antiqua Ogenia dicta. Accipio ex doctiſſimi Grammaticorum Heſychii Gloſſis; quae ſic habent. Ὠγενίδαι, Ὠκεανίδαι· Ὠγὴν γὰρ, Ὠκεανός. *Ogenidae, Oceanidae; Ogen enim eſt Oceanus.* Iterum. Ὠγένιον, παλαιόν, καὶ, ὄρος τί. Ὠγὴν, Ὠκεανός. *Ogenium, vetus; &, mons quidam. Ogen, Oceanus.* Et hoc obiter indicandum exiſtimavi.

CAP. III.

Vt AEgyptus, Boeotia, Lycia, ita Attica adpellata eſt Ogygia; ante Acte nominata, duplicem ob rationem. Theophili locus varie interpolatus; & lacuna in eodem indicata. Marianus quoque Scotus emendatur; ut & Iſaacius Tzetzes, ac Valerius Flaccus.

PORro ab Ogygo etiam Attica dicta Ogygia. Stephanus in Ὠγυγία. Ἐλέγετο καὶ ἡ Ἀττικὴ πᾶσα Ὠγυγία· ὡς Χάραξ φησὶν ἐν τοῖς Χρονικοῖς. *Dicebatur etiam Attica tota Ogygia; ut Charax ait in Chronicis.* Etiam AEgyptus, Boeotia, & Lycia. Videatur idem Stephanus in Αἴγυπτος, Βοιωτία, & Ὠγυγία. Prius vero, quam ab hoc Ogygia ea diceretur, Acte adpellata fuit. Euſebius. Ὤγυγος ἐν Ἀκτῃ, τῇ νῦν Ἀττικῇ, ἐβασιλεύσατο. *Ogygus in Acta, quae nunc Attica eſt, regnavit.* Inſignis eſt Theophili in hanc rem locus, ſed inſigniter corruptus ad Autolycum lib. III. Καὶ γὰρ Βήλου, τοῦ Ἀσσυρίων βασιλεύσαντος, καὶ Κρόνου τοῦ Τιτᾶνος, Θάλλος μέμνηται· φάσκων, τὸν Βῆλον πεπολεμηκέναι σὺν τοῖς Τιτᾶσι πρὸς τὸν Δία, καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ θεοὺς λεγομένους, ἔνθα, φησὶ, καὶ ὁ Γύγος ἐπηθὴς ἔφυγε εἰς Ταρτησσόν· τότε μὲν τὴν χώρας ἐκείνης Ἀκτὴς κληθείσης, νῦν δὲ Ἀττικῆς προσαγορευομένης, ἧς ὁ Γύγος τότε ἦρξε. *Etenim Beli, Aſſyriorum regis, & Saturni Titanis meminit Thallus, dicens, bellum geſſiſſe cum Titanibus contra Iovem, ac iuvantes ipſum deos, quos vocabant. Vbi, ait, victus Gygus fuga petiit Tarteſſum; quum tunc Acte ea regio, quae nunc Attica diceretur, atque illic regnum Gygus obtineret.* In quibus verbis plura nobis expendenda. Etenim primum, pro Γύγος, ibi eſt ſcribendum Γύγης. Ita eſt apud Heſiodum in Theogonia; Horatium lib. II. Od. XVII. & lib. III. Od. IV. Etymologici Auctorem in Τριτοπάτορες. Scholiaſten Heſiodi in citatam Theogoniam; & Apollonii lib. I. tum Palaephatum, De Incredib. Hiſt. Videantque viri docti, an ex tot Auctorum locis unus potius emendari debeat Apollodorus, apud quem hic Γύας dicitur, quod non recte ſane ſtatuunt; anne vero tot Auctores ex Apollodoro ſolo? Verum hoc non magnae rei eſt; ac nunc alia perſequamur. Pro ἐπηθὴς, ſcribo ἠτηθείς. Sed Tarteſſum, Hiſpaniae urbem, apud quam Titanum pugnam accidiſſe tradit etiam Iuſtinus lib. XLIV. quis Auctorum antiquorum unquam in Attica memoravit? Certe, ſi quid ego iudico, neque hoc Theophilus dixit, Scriptor eruditione tam inſigni; quin exiſtimo, mutilatum eſſe locum, & narrationem illic aliam quamdam excidiſſe; itaque defectus notas aſteriſcos ſic appono. Καὶ ὁ Γύγης ἠτηθὴς, ἔφυγε εἰς Ταρτησσόν. ***. τότε μὲν τὴν χώρας ἐκείνης Ἀκτῆς κληθείσης. *Et victus Gyges fuga petiit Tarteſſum.* ***. *quum tunc Acte ea regio diceretur.* Sequebantur, praeter alia, de temporibus, quae Titanum conſequuta pugnam erant, regionum, urbiumque adpellationes quaedam, unde hae deductae eſſent; quod adparet ex ſequentibus ſtatim verbis. Καὶ τὰς λοιτὰς δὴ χώρας, καὶ πόλεις, ἀφ' ὧν τὰς προσωνυμίας ἔχουσιν, οὐκ ἀναγκαῖον ἡγούμεθα καταλέγειν, μάλιστα πρὸς σὲ, τὸν ἐπισάμενον τὰς ἱστορίας. *Ac reliquas quidem regiones, atque urbes, unde nomen ſuum acceperint, equidem non neceſſarium eſſe puto recenſere; tibi maxime, qui hiſtoriarum gnarus.* Itaque lacuna eſt, & non exigua. Denique poſtrema verba ſic emendo. ἧς Ὤγυγος τότε ἦρξε. *Atque ibi regnum Ogygus obtineret* (b). Nam, ut clare ſat oſtendam, Attica ſub rege Ogygo, & non Gygo, cuius nominis inter reges Athenienſes nullus fuit, Acte dicta: & Ogygiam ille a ſe adpellavit. Porro Atticam primitus Acten adpellatam, teſtis nobis etiam Apollodorus, ubi de Ogygi ſucceſſore, Cecrope I, verba facit. Καὶ τὴν γῆν, πρότερον λεγομένην Ἀκτὴν, ἀφ' ἑαυτοῦ Κεκροπίαν ἀνόμασεν. *Ac terram, antea Acten dictam, Cecropiam a ſuo nomine adpellavit.* Menander Rhetor cap. Πῶς δεῖ ἀπὸ γένους πόλιν ἐγκωμιάζειν. Τὴν γὰρ αὐτὴν πόλιν, ἢ χώραν, ποτὲ μὲν Καρθμίαν, ποτὲ δὲ Κεκροπίαν, ποτὲ δὲ Ἀκτὴν, ποτὲ δὲ Ἀττικὴν, ποτὲ δὲ Ἀθήνας κεκλήκασι. *Eamdem enim urbem, aut regionem, aliquando Carthmiam, aliquando Cecropiam, aliquando Acten, aliquando Atticam, aliquando vero Athenas nominarunt.* Freculphus Chron. Tom. I. l. II. cap. VII. *Cecrops, qui & Διφυὴς in Acta, quae nunc Attica vocatur, regnavit.* Plinius l. IV. c. VII. *Ab Iſthmi angustiis Hellas incipit, noſtris Graecia adpellata. In ea prima Attica, antiquitus Acte vocata.* Videndus etiam Solinus cap. XIII. Emendandus Mariani Scoti Chronic. lib. I. *Ogygus in Attica Eleuſinem condidit, quae antiquitus vocabatur Acte.* Non recte vulgatur hodie: *quae antiquitus vocabatur*

(a) *Homerus:*
Ὠκεανόντε θεῶν γένεσιν, καὶ μητέρα Τηθύν.
Oceanumque patrem rerum, nymphaſque ſorores.
Adiſis *Ariſtotelem* I. τῶν μετὰ τὰ φυσικά.
(b) Emendat etiam *Lib. De Fortuna Athen. Cap.* X.

tur Atte. Rationem eius nominis reddit Strabo in descriptione Atticae; quia littoralis esset maximam partem, atque ad mare adiaceret, quippe littus, uti notum, Graecis Ἀκτὴ adpellatur. Verba Strabonis ita habent lib. IX. Καὶ Ἄκτιον φασὶ λεχθῆναι τὸ παλαιὸν, τὴν νῦν Ἀττικὴν παρωνομασθεῖσαν, ὅτι τοῖς ὄρεσιν ὑποπέπλωκε τὸ πλεῖστον μέρος αὐτῆς, ἀλίμενές. *Et Actien aiunt olim dictam, quae nunc Attica nominatur, quia montibus pars illius multo maxima, iuxta mare se extendens*. Stephanus in Ἄκτη, nominis eamdem causam ex Apollodoro ponit; aliamque item addit, nempe ab Actaeo rege. Vide illic, si est tanti. Sane antiquo Actes nomine vocat eam Lycophron noster in Cassandra isto versu.

Ἄκτης, διμόρφου γηγενοῦς σκηπτοῦχίας.

Actes, quae biformis terrigenae regnum est. Vbi Isacius Tzetzes, Ἄκτη λέγεται αἱ Ἀθῆναι, ὅτι Ἀκτεὺς αὐτῆς ἐβασίλευσεν· ἢ, ὅτι ἀκτή ἐστι, τουτέστι προβεβλημένη, καὶ κειμένη τὸ πλεῖσον μέρος εἰς θάλασσαν. *Acte dicitur urbs Athenarum, quia ibi regnavit Acteus; vel, quod littus sit, sive proiecta, adsitaque maiorem partem ad mare*. Sed scribendum, ὅτι Ἀκταίῳ αὐτῆς ἐβασίλευσεν. *Quod Actaeus ibi regnavit*. Nam Actaeus, & non Acteus, ille rex adpellabatur; ut sequenti capite dicam. Ac postea Actaeonem dicit in citandis statim verbis. Atque a vocabulo Actes, Attici apud Poetas saepe Actaei nominantur. Ovidius Metamorphos. lib. I.

Separat Ionios Actaeis Phocis ab arvis, (a)

Statius Sylv. IV. Carm. VIII.

Tuque Actaea Ceres, cursu cui semper anhelo
Votivam taciti quassamus lampada mystae,

Claudianus De raptu Proserpinae lib. III.

Et iuga caerulei subeunt Actaea dracones.

Ac corrigendus Valerius Flaccus Argonaut. lib. I.

Proximus huic Butes Actaeis dives ab oris.

Male editur *Attaeis dives ab oris*, Lycophron in Cassandra,

——— ἣ μόνη ζυγὸν
Δέλφον ἀμφήρειταν Ἀκταίων λύκοι.
——— *cui soli iugum*
Servile imposuerunt Actaeorum lupi.

Vbi Isacius. Ἀκταίων λύκοι. οἱ τῶν Ἀθηναίων ἅρπαγες, καὶ πορθηταί. λέγει δὲ τοὺς Διοσκούρους. Ἄκτη δὲ ἐκαλεῖτο, ἢ ἀπὸ Ἀκταίωνος βασιλέως, ἢ, ὅτι πλεῖσον μέρος τῆς Ἀττικῆς ἀκτή, ἤτοι παραθαλάσσιόν ἐστι. *Actaeorum lupi. Athenarum praedones, ac vastatores; intelligit autem Dioscuros. Acte vero Attica adpellabatur, ab Actaeone rege; vel quod potissima Atticae pars sit littus, sive mari adiacens*.

(a) Et Lib. II.

Clauserat Actaeo texta de vimine cista.

Virgilius in Ceiri, seu quicumque huius carminis auctor est, nam litem hanc meam non facio:

——— *Actaei quondam munita labore*
Aleathoi.

CAP. IV.

Minervae ad Tritonium lacum adparitio; eaque de re variae veterum sententiae indicatae. Triton, Minervae educator; aut, ut alii, Alalcomenes, sive & Alalcomenia, Ogygi filia.

Eius tempore Minerva conspecta fuit ad lacum Tritonidem. Augustinus De Civit. Dei lib. XVIII. cap. VIII. *Minerva vero longe his antiquior. Nam temporibus Ogygi ad lacum, qui Tritonis dicitur, virginali fertur adparuisse aetate*. Eusebius in Chron. Can. Ὠγύγου ἐν Ἄττῃ, τῇ νῦν Ἀττικῇ, ἐβασίλευσεν· ὅτε παρθένος, φανεῖσα παρὰ τῇ Τριτωνίδι λίμνῃ, Ἀθηνᾶ παρ' Ἕλλησιν ὠνομάσθη. *Ogygus in Atta, quae nunc Attica regnavit; quum virgo, quae ad lacum Tritonidem adparuit, Minerva a Graecis adpellata est*. Hieronymus. *Cuius (Ogygi) temporibus apud lacum Tritonidem virgo adparuit, quam Graeci Minervam nuncuparunt*. Otho Frisingensis lib. I. cap. XIII. *Minerva tunc* (agit de tempore huius Ogygi) *ad lacum Tritonis in virginali aetate adparuisse dicitur, unde Tritonia vocatur*. Petrus Trecensis, *cognomento* Comestor dictus, Hist. Schol. lib. I. c. LXXVI. de eodem tempore loquens. *Tunc etiam apud lacum Tritonidem virgo adparuit, quam Graeci Minervam dixerunt*. Idem tradunt Ivo in Chronico; Marianus Scotus lib. I. Abbas Vrspergensis in Chronico; & Gotfridus Viterbiensis Chronici Parte IV. Nempe hoc ipsum est, quod Minervam ibi natam, & educatam alii tradunt. Atque, ut de Tritone omnes idem dicunt, sic dissentiunt de loco; & sunt qui adscribant Libyae. In his Lucanus lib. IX.

Torpentem Tritonis adit illaesa paludem.
Hanc, ut fama, deus, quem toto littore pontus
Audit, ventosa perflantem littora concha,
Hanc & Pallas amat; patrio quae vertice nata,
Terrarum primam Libyen (nam proxima coelo est,
Vt probat ipse calor) tetigit, stagnique quieta
Vultus vidit aqua, posuitque in margine plantas,
Et se dilecta Tritonida dixit ab unda.

Scholiastes Pindari Pyth. Od. IV. Τρίτων, ποταμὸς Λιβύης. ἐν ᾧ ἡ Ἀθηνᾶ ἐγεννήθη, ἀφ' οὗ καὶ Τριτογένεια ὀνομάζεται. *Triton, fluvius Libyae, in quo nata est Minerva; unde & Tritogenia adpellatur*. Et Apollonii lib. I. Τρίτωνες τρεῖς, Βοιωτίας, Θεσσαλίας, Λιβύης. ἐν ᾗ τῷ κατὰ Λιβύλῃ, ἐτέχθη ἡ Ἀθηνᾶ. *Tritones tres sunt: Boeotiae, Thessaliae, Libyae; in Libyae vero nata est Minerva*. Ac in Libya natam Minervam, etiam est observare apud Herodotum lib. IV. De Boeotia, tradit Pausanias in Boeoticis. Ῥεῖ δὲ καὶ ποταμὸς ἐνταῦθα ὁ μέγας χείμαρρος· ὀνομάζουσι δὲ Τρίτωνα αὐτὸν, ὅτι τὴν Ἀθηνᾶν τραφῆναι παρὰ ποταμῷ Τρίτωνι ἔχει λόγος. ὡς δὴ τοῦτον τὸν Τρίτωνα ὄντα, καὶ οὐχὶ

ἐχὶ τὸν Λιβύων. *Hac torrens praeterlabitur non magnus, quem Tritonem vocant, quod Minervam ad Tritonem amnem educatam vulgo proditum eſt; quaſi hic ille Triton ſit, non Libyum.* Vtramque hanc ſententiam ponit Scholiaſtes Apollonii lib. IV. Τρίτων, πόλις Λιβύης· ἔστι δὲ καὶ Βοιωτίας. Δοκεῖ δὲ ἡ Ἀθηνᾶ παρὰ ἀμφοτέραις αὐτῶν γεγενῆσθαι. ἀφ' ἧς καὶ Τριτογένεια λέγεται. *Triton, urbs Libyae; eſt autem & Boeotiae, ac videtur Minerva apud alterutram nata eſſe; unde etiam Tritogenia nominatur.* Verum etiam praeter Libyas, ac Boeotos, incunabula huius deae Arcades ſibi vendicabant; apud Alipherenſes eam natam eſſe memorantes. Pauſanias in Arcadicis. Ἀλιφηρεῦσι δὲ τὸ μὲν ὄνομα τῇ πόλει γέγονεν ἀπὸ Ἀλιφήρου, Λυκάονος παιδός. ἱερὰ δὲ Ἀσκληπιοῦ τέ ἐστι καὶ Ἀθηνᾶς· ἣν θεῶν σέβονται μάλιστα· γενέσθαι, καὶ τραφῆναι, παρὰ σφίσιν αὐτὴν λέγοντες· καὶ Διὸς τε ἱδρύσαντο Λεχεάτου βωμόν, ἅτε ἐνταῦθα τὴν Ἀθηνᾶν τεκόντος. καὶ κρήνην καλοῦσι Τριτωνίδα, τὸν ἐπὶ τῷ ποταμῷ Τρίτωνι οἰκειούμενοι λόγον. *Alipherenſium vero urbi nomen datum ab Aliphero Lycaonis filio. Fana vero illis ſunt Aeſculapii, & Minervae; quam e diis maxime colunt; natam eam apud ſe, & educatam praedicantes; quin & Iovis Lecheatae aram ibi dedicarunt, quod Minervam illic loci peperiſſet. Fontem item Tritonidem vocant; ſibi ea vendicantes, quae de fluvio Tritone memorantur.* Simpliciſſime omnium Apollodorus lib. I. Ὡς δὲ ὁ τοῦ γενέσεως ἐνέστη χρόνος, πληξαντος αὐτοῦ (τοῦ Διὸς) τὴν κεφαλὴν πελέκει Προμηθέως, ἡ, καθάπερ ἄλλοι λέγουσι, καὶ τοῦ Ἡφαίστου, ἐκ κορυφῆς ἐπὶ ποταμοῦ Τρίτωνος Ἀθηνᾶ σὺν ὅπλοις ἀνέδραμε. *Quum inſtaret vero tempus nativitatis, & Prometheus, vel Vulcanus, ſicut alii ſunt auctores, caput eius (Iovis) ſecuri percuſſiſſet, ex eius vertice iuxta fluvium Tritonem Pallas armata exſilivit.* Alii Tritonem etiam virum faciunt, cui filia erat Pallas. Ecce tibi apud eumdem Apollodorum libro tertio. Φασὶ γενηθῆναι τὴν Ἀθηνᾶν, παρὰ Τρίτωνος τραφέσθαι, ᾧ θυγάτηρ ἦν Παλλάς. *Aiunt natam eſſe Minervam & educatam apud Tritonem, cui filia Pallas erat.* Quidam & nutricem illic deae tradunt unam filiarum Ogygi, nomine Alalcomeniam; quamquam alii virum indigenam, Alalcomenem, educaſſe eam ferant. Pauſanias Boeoticis. Ἀλαλκομεναὶ δὲ, κώμη μέν ἐστιν ὐ μεγάλη. γενέσθαι δὲ αὐτῇ τὸ ὄνομα μὲν ἀπὸ Ἀλαλκομένους, ἀνδρὸς αὐτόχθονος· ὑπὸ τούτου δὲ, Ἀθηνᾶν τραφῆναι λέγουσιν. οἱ δὲ, εἶναι καὶ τὴν Ἀλαλκομενίαν τῶν Ὠγύγου θυγατέρων φασίν. *Alalcomenae vero, vicus eſt non magnus; loco nomen datum ferunt ab Alalcomene, viro indigena, a quo fuerit Minerva educata; alii vero Alalcomeniam, unam filiarum Ogygi eſſe dicunt.*

CAP. V.

Condit Eleuſinem, & alias urbes; etſi quidam Eleuſinem innovaſſe tantum tradant; quae ab Eleuſine dicta, ſicuti nonnulli volunt, eius filio. Eius temporibus Moſes fuit: & diluvium, quod Ogygium adpellatum; e quo ſoſpes ipſe evaſit, quamquam alii periiſſe eo tradant, anno regni trigeſimo ſecundo. Vxor illi Thebe fuit; Iovis, & Iodamae filia; filii Cadmus, & Eleuſis; filiae vero, Alalcomenia, Thelxinea, Aulis; quae vocatae Πραξιδίκαι; *unaque earum nupta Tremilo. Earum templum apud Haliartios; & in eo iusiurandum. Eximie vero* Πραξιδίκη *dicta Alalcomenia, Minervae nutrix; finem dictis, atque factis imponere credita; cui ideo ſignum poſitum a Menelao, capta Troia, domum reduce. Simulacra illi dedicata, quae haberent tantum caput; & capita item victimarum immolata. Heſychii locus emendatus. Eius quoque ſacra. Ogygus etiam quidam alius, rex poſtremus Achaeorum.*

COndidit quoque Eleuſinem, aliaſque urbes quasdam. Hieronymus in Euſebiano Chronico libro ſecundo. *Ogyges in Attica Eleuſinam urbem condidit, & alias plurimas civitates.* Abbas Vrſpergenſis. *Tunc Ogyges condidit Eleuſinam in Attica provincia, quae antiquitus vocabatur Acta, & alias civitates plurimas.* Atque Eleuſinis quidem conditorem, alii item plures tradunt. Africanus, cuius optimum fragmentum e libro tertio Chronologiarum exſtat apud Euſebium De Praeparatione Evang. libro decimo. Ἀπὸ τῆς πεντηκοστῆς καὶ πέμπτης Ὀλυμπιάδος, ἐπὶ Ὤγυγον, ὃς ἔκτισεν Ἐλευσῖνα. *Ab Olympiade quinquageſima quinta ad Ogygum, qui Eleuſinem condidit.* Oroſius lib. I. cap. VII. *Ogygi, qui tunc Eleuſinae conditor, & rex erat, temporibus.* Otho Friſingenſis libro I. capite XIII. *Saevum in Achaia, Ogygi, Eleuſinae conditoris, ac regis, fuit temporibus diluvium.* Petrus Comeſtor innovatam tantum dicit, antea Acten vocatam. Verba eius ita habent Hiſtor. Schol. lib. I. cap. LXXVI: *Sub Ogyge rege, qui urbem, quae vocabatur Acta, innovans, Eleuſim vocavit.* Pauſanias de conditore urbis verbum nullum faciens, nominatam eſſe dicit ab Eleuſine; quem Mercurii, & Dairae, quum nonnulli filium dicerent, alii rurſum Ogygi commemorabant. Locus iſte eſt in Atticis, ubi de Eleuſiniis agit. Ἐλευσῖνα δὲ ἥρωα, ἀφ' οὗ τὴν πόλιν ὀνομάζουσι, οἱ μὲν Ἑρμοῦ παῖδα εἶναι, καὶ Δαείρας, Ὠκεανοῦ θυγατρὸς, λέγουσιν· τοῖς δέ ἐστι ποιημένα, Ὤγυγον εἶναι πατέρα. *Eleuſinem vero heroem, a quo urbem nominant, hi quidem Mercurii filium, & Dairae, Oceani filiae, eſſe dicunt; alii tradunt, patrem Ogygum exſiſtere* (a). Huius temporibus Moſen exſtitiſſe tradunt. Iuſtinus Martyr Orat. ad Gentiles. Ἐν γὰρ τοῖς χρόνοις Ὠγύγου τε καὶ Ἰνάχου, ὃς καὶ γηγενεῖς τινὲς

(a) Vide *Lib. De Pop. Att.* in Ἐλευσίς.

ϕ παρ' ὑμῖν ἐλήφασι γεγρῶῆσθαι (a) λωυσέως μέμνωῆ, ὡς ἡγεμόνος τε καὶ ἄρχοντος τῶ ϕ Ἰουδαίων γένους. *Nam circa Ogygi, & Inachi tempora, quos nonnulli e vestris terrigenas esse existimarunt, Moysis meminerunt, tamquam ducis, & principis Iudaicae gentis.* Idem tradit Africanus apud Eusebium Chron. lib. 1. & De Praep. Evang. lib. x. aliique item Auctores. Verum tamen alii posteriorem eum volunt. Sub hoc accidit diluvium apud Auctores celebratum. Varro De Re rustica libro tertio cap. 1. *Thebae, quae ante* καταϰλυσμὸν *Ogygi conditae dicuntur.* Servius in Eclog. VI. *Quo tempore Saturnus regnavit in terris non fuit diluvium, sed sub Ogyge rege Thebanorum.* Tatianus contra Graecos. Μνημονεύεται παρ' Ἀθηναίοις Ὤγυγος, ἐφ' ᾧ κατακλυσμὸς ὁ πρῶτος, *Memoratur apud Athenienses Ogygus, sub quo primum diluvium fuit.* Cedrenus. Δύο κατακλυσμοὶ κατὰ τὴν Ἑλλάδα γῆν διαβεβρεγμένοι γεγόνασι. πρῶτος μὲν, ἐπὶ Ὠγύγου, ἐν τῇ Ἀττικῇ. *Duo in terra Graecia celebria diluvia fuerunt. Primum quidem tempore Ogygi in Attica.* Meminit item eius Nonnus Dionys. lib. III.

Πρώτου γὰρ κελάδοντος ἐπερρήϑη νιφετοῖο
Ὤγυγος, ἠλιβάτοιο δι' ὕδατος αἰϑέρα πέμπων·
Χϑὼν ὅτε κεύϑετο πᾶσα καταῤῥυτος. ———

Primum enim resonantem expertus est imbrem nivis
Ogygus, sublimem per aquam aethera mittens;
Terra quum abscondebatur tota obruta. ---

Et hoc est diluvium illud, de quo Plato in Timaeo. Meminitque Eusebius Chron. lib. 1. Africanus Chron. lib. III. Augustinus De Civit. Dei lib. XVIII. cap. VIII. Clemens Strom. I. Otho Frisingensis lib. I. cap. XIII. Lutatius ad Statii Theb. I. Ex hoc diluvio solpitem eum evasisse, discimus ex Africano Chronologo lib. III. apud Eusebium De Praep. Evang. lib. X. Φαμὲν τοίνυν ἐκ τοῦδε τοῦ συγγράμματος, Ὤγυγον, ὃς τοῦ πρώτου καταϰλυσμοῦ γέγονεν ἐπώνυμος, πολλῶν διαφϑαρέντων διαζωϑεὶς, κατὰ γε ἀπ' Αἰγύπτου τοῦ λαοῦ μετὰ Μωσέως ἔξοδον γεγρῦῆσθαι. *Ex hoc opere igitur dicimus Ogygum, qui primo diluvio nomen dedit, atque multis interceptis, incolumis fuit, circa populi per Mosen ex Aegypto eductionem exstitisse.* Quamquam periisse ipsum hoc diluvio a Cedreno memoretur, istis verbis. Ἐν δὲ τοῖς χρόνοις Μωσέως γέγονέ τις ἀνὴρ μέγας, ἐκ τῆς Φυλῆς Ἰάφεϑ· ὃς, αὐτόχϑων, ἐβασίλευσε τῆς Ἀττικῆς ἔτη τριάκοντα δύο. ὄνομα τῷ ἀνδρὶ, Ὤγυγος, ἐπ' αὐτοῦ γέγονε καταϰλυσμὸς ἐν τῇ Ἀττικῇ μόνῃ. αὐτός τε ἀπώλετο, καὶ ἡ χώρα πᾶσα. *Temporibus Mosis exstitit vir quidam magnus, ex Iapeti prosapia; qui, indigena quum esset, regnum Atticae annos triginta duos tenuit; nomen illi Ogygus. Eius tempore in sola Attica diluvium fuit; periitque ipse, atque regio universa.* Vbi illud quoque discas, regnum eum tenuisse per triginta duos annos; atque tunc diluvium istud accidisse. Vxor illi Thebe fuit, Iovis filia, ex Iodama Tithoni. Lycus in Opere De Thebis apud Isaacium Tzetzen Commentario ad Lycophronem. Ζεὺς, μιγεὶς Ἰοδάμᾳ, τῇ Τιθωνοῦ, τοῦ Ἀμφιτρύωνος, γυνῇ Θήβῃ· ἣν δίδωσιν Ὠγύγῳ, ἀφ' ἧς Ὠγυγίη ἡ Θηβη. *Iupiter, congressus cum Iodama filia Tithoni, Amphitryonis F. gignit Theben; quam dat Ogygo uxorem, a qua Thebe Ogygia dicta.* Filios eius duos invenio; unum Cadmum, alterumque Eleusinem. Cadmus memoratur Suidae. Ὠγύγια κακὰ, ἐπὶ τῶν ὀχληρῶν. ἐπεὶ συνέβη Κάδμον, τὸν Ὠγύγου, διὰ τὰς θυγατέρας, κακοῖς περιπεσεῖν. *Ogygia mala, de gravibus; siquidem accidit, ut Cadmus Ogygi F. propter filias in aerumnas incideret.* Quae totidem verbis in Appendice Proverbiorum Vaticana Cent. IV. Proverb. LII. nisi quod male illic legitur: Κάδμον τὸν Ὠγύγλω. *Cadmum Ogygen;* quasi Cadmus cognomento Ogyges fuisset dictus. Reponendum, ut in Suida, e quo ea sunt desumta, Κάδμον, τὸν Ὠγύγου. *Cadmum, Ogygi F.* De Eleusine, accipio ex Pausaniae verbis, quae citavi paulo ante. Ἐλευσῖνα ϑ ἥρωα, ἀφ' ᾧ τὴν πόλιν ὀνομάζουσιν, οἱ μὲν Ἑρμοῦ παῖδα εἶναι καὶ Δαείρας, Ὠκεανοῦ θυγατρὸς, λέγουσιν· τοῖς δέ, ἐστι πεποιημένα, Ὤγυγον εἶναι πατέρα. *Eleusinem vero heroem, a quo urbem nominant, hi quidem Mercurii filium, & Dairae, Oceani filiae esse tradunt; alii tradunt, patrem Ogygum exsistere.* Filias plures habuisse, & in his Alalcomeniam, animadverto apud Pausaniam in Boeoticis. Οἱ δὲ, εἶναι καὶ τὴν Ἀλαλκομενίαν, τῶν Ὠγύγου θυγατέρων, φασίν. *Alii vero, esse etiam Alalcomeniam dicunt, unam filiarum Ogygi.* Etiam Aulidem ille indicat, a qua Aulis, urbs Boeotiae nuncupata, in Boeoticis iisdem. Καὶ ὀλίγον ἀπ' αὐτοῦ προελϑόντι, ἐστὶν Αὐλὶς, ὀνομασθῆναι δὲ ἀπὸ τῆς Ὠγύγου θυγατρὸς φασιν αὐτήν. *Ac paulum hinc progredienti occurrit Aulis; quam ab Ogygi filia vocatam dicunt.* Quin tres erant: hae, quas dixi, Aulis, & Alalcomenia, tertiaque Thelxinea, atque omnes Πραξιδίκαι nuncupatae. Suidas in Πραξιδίκη. Διονύσιος δὲ, ἐν Κτίσεσιν, Ὠγύγου (φησὶ) θυγατέρας· Ἀλαλκομενίαν, Θελξίνοαν, Αὐλίδα. ἃς ὕστερον Πραξιδίκας ὀνομασθῆναι. *Dionysius vero in opere De rebus conditis, esse (dicit) Ogygi filias; Alalcomeniam, Thelxineam, Aulidem; easque postea Praxidicas adpellatas.* Earum aedem, & iusiurandum in eadem fieri solitum, apud Haliartios fuisse refert Pausanias in Boeoticis. Ἁλιαρτίοις δέ ἐστιν ἐν ὑπαίϑρῳ ϑεῶν ἱερὸν, ἃς Πραξιδίκας καλοῦσιν· ἐνταῦϑα ὀμνύουσι μὲν, ποιοῦνται δὲ ὃν ἐπίδρομον τὸν ὅρκον. *Est apud Haliartios sub divo dearum aedes, quas vocant Praxidicas; hic iurant, neque iuramentum irritum habent.* Harum una Tremilo nupta; a qua Lycia nuncupata fuit Tremila. Meminit Panyasis in Fragmento apud Stephanum in Τρεμίλη.

Ἔνϑα δ' ἔναιε μέγας Τρέμιλος, καὶ ἔγημε ϑύγατρα
Νύμφην Ὠγυγίην, ἣν Πραξιδίκην καλέουσι.

Vbi habitat magnus Tremilus, qui duxit nympham,
Ogygi filiam, quam Praxidicen adpellant.

Exi-

(a) Recte quidam numerorum rationem init *Iustinus* circa Mosis aetatem, ut adcuratiores Chronologi ostendunt, quidquid contra senserint *Eusebius*, & *Petavius*. Consulendus *Perizonius AEgypt. Origin. Inpestig. cap.* XVIII.

Digitized by Google

Eximie autem ex his culta, ut videtur, Alalcomenia; quia nempe ipſa Minervam, deam Athenis tutelarem educaſſet; ut ſuperiori capite a me dictum. Itaque per excellentiam haec ſimpliciter Πραξιδίκη dicta fuerit, creditaque dicta, ac facta, ad finem perducere. Heſychius. Πραξιδίκη. δαίμονά τινά φασι, ἢ ὥσπερ ἐπιτιθεῖσαν τέλος τοῖς τε λεγομένοις, καὶ πραττομένοις. *Praxidica, deam quamdam dicunt; velut quae finem imponat dictis, ac factis.* Inde eſt, quod Menelaus capto Ilio domum redux, quaſi opere perfecto, ſimulacrum dedicaverit. Pauſanias in Laconicis. Μενέλαος δ', Ἴλιον ἑλὼν, καὶ ἔτεσιν ὕστερον ὀκτὼ μετὰ Τροίας πόρθησιν οἴκαδε ἀνασωθεὶς, ἄγαλμα θεᾶς Πραξιδίκης ἱδρύσατο. *Menelaus vero poſtquam Ilium expugnaſſet, ac poſt Troiam captam annis octo domum rediiſſet, deae Praxidicae ſimulacrum dedicavit.* Erat vero ſimulacrum eius nihil, praeter caput; namque hoc ſolum dedicabant. Suidas. Πραξιδίκη, θεός· ἧς κεφαλὴν μόνην ἱδρύοντο. *Praxidica, dea; cuius ſolum caput dedicabant.* Et, ut ſimulacra eius nihil niſi caput erant, itaque quoque capita tantum victimarum immolabant. Clare indicat id Heſychius, qui loco citato ſubiungit. Διὸ καὶ τὰ ἀγάλματα κεφαλὰς γίνεσθαι, καὶ τὰ θύματα ὁμοίως. *Ideoque etiam ſimulacra capita fieri, item victimas.* Ita enim illic lego, non καὶ τὰ θαύματα. *Et miracula.* Eius quoque ſacra commemorat Orpheus in Argonauticis.

Ὄργια Πραξιδίκης, ——
Sacra Praxidicae. ——

Porro illud quoque hoc loco obiter commemorandum; alium fuiſſe item eo nomine, ultimum Achaeorum regem. Indicat Polybius, ubi de illis verba facit lib. IV. Ἀφέξαμενοι γὰρ ἀπὸ Τισαμενοῦ, τοῦ Ὀρέστου παίδων ἑνὸς, καὶ φήσαντες, αὐτοὺς ἀπὸ μὲν τούτων βασιλευθῆναι κατὰ τὸ συνεχὲς, καὶ κατὰ τὸ γένος, ἕως Ωγύγου. *Orſi namque a Tiſameno, uno filiorum Oreſtis, poſtquam dixerimus, ipſos quidem ſub regibus fuiſſe ex horum genere, continuata ſucceſſione, ad Ogygum uſque.* Et Strabo de iisdem loquens lib. VIII. Ἀπὸ μὲν τοῦ Τισαμενοῦ, μέχρι Ωγύγου, βασιλευόμενοι διετέλουν. *Itaque a Tiſameno, uſque ad Ogygum, ſub regibus permanſere.*

CAP. VI.

A diluvio deſolata fuit Attica, & ſine regibus paene per ducentos annos. Inde regnum accepit Cecrops; quamquam aliis ante eum Draco quidam, & Actaeus, ſive Actaeon (cuius filiae quatuor commemorantur; quarum maxima natu, Aglaurus, Cecropi nupta,) ac Porphyrion memorentur: item Periphas, quem in aquilam Iuppiter mutaſſe fertur: etiam Colaenus, qui Colaenidi Myrrhinunte nomen dedit. Cecrops indigena, aut AEgyptius iuxta alios; ac parentes item eius indicati. Statii locus illuſtratus. Ante regnum Boeotiae praeerat; item Cretae: eaque de re Plauti locus explicatus. Athenas, quae diluvio perierant, inſtaurat; unde eae Κεκροπίαι *adpellatae: uti cives* Κεκροπίδαι. *Etiam arx* Κεκροπία *nominata.*

POſt diluvium iſtud Ogygi deſolata fuit Attica: neque reges ullos habuit uſque ad Cecropem annis CLXXXIX. Africanus Chron. lib. III. apud Euſebium De Praep. Evang. lib. X. Μετὰ δ' Ὄγυγον, διὰ τὴν ἀπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ πολλὴν φθορὰν, ἀβασίλευτος ἔμεινεν ἡ νῦν Ἀττικὴ, μέχρι Κέκροπος, ἔτη ἑκατὸν καὶ ὀγδοήκοντα ἐννέα. *Poſt Ogygum vero ob vaſtationem grandem a diluvio, illa, quae nunc Attica dicitur, ſine regibus permanſit uſque ad Cecropem, annis centum octoginta novem.* Fuit nempe ſine regibus annos totos centum octoginta novem, nonageſimo iam vertente; itaque is numerus ponitur ab Euſebio Chron. lib. I. Μετὰ δ' Ὤγυγον, διὰ τὴν ἀπὸ τοῦ καταικλυσμοῦ πολλὴν φθορὰν, φασὶν ἀβασίλευτον διαμεῖναι τὴν Ἀττικὴν, μέχρι Κέκροπος, ἔτη ἑκατὸν καὶ ἐνενήκοντα· *Poſt Ogygum autem ob vaſtationem magnam a diluvio, aiunt Atticam, quae nunc dicitur, ſine regibus permanſiſſe uſque ad Cecropem, annis centum, & nonaginta* (a). Cedrenus numero rotundo de ducentis annis ait. Ἐπ' αὐτοῦ (τοῦ Ὠγύγου) γέγονε κατακλυσμὸς ἐν τῇ Ἀττικῇ μόνῃ. αὐτός τε ἀπώλετο, ἃ ἡ χώρα πάζα. καὶ ἕως ἐτῶν διακοσίων ἔρημος διέμεινεν. *Sub ipſo (Ogygo) fuit diluvium in ſola Attica: atque ipſe periit, item regio univerſa, ac permanſit deſolata uſque ad ducentos annos.* Itaque poſt tantum temporis intervallum primus regnum Athenarum tenuit Cecrops, quamquam alii ante eum etiam Draconem tradunt, e cuius dentibus ortum eſſe eum cupiunt. Iſacius Tzetzes ad Lycophronem cauſas referens, ob quas Διφυὴς (b) cognomento dictus fuerit, iſtam ponit. Διὰ τὸ ἐκ τῶν Δράκοντος ὀδόντων ἐξελθεῖν. *Quia ex Draconis dentibus natus eſſet.* Ac mox addit. Οὗτος δὲ ἦν βασιλεὺς Ἀθηναίων. *Hic vero erat rex Athenienſium.* Alii memorant etiam Actaeum regem, cuius filiam ipſe uxorem accepiſſet. Pauſanias Atticis. Ἀκταῖον λέγουσιν ἐν τῇ νῦν Ἀττικῇ βασιλεῦσαι πρῶτον· ἀποθανόντος δὲ Ἀκταίου, Κέκροψ ἐκδέχεται τὴν ἀρχὴν, θυγατρὶ συνοικῶν Ἀκταίου. *Actaeum ferunt in Attica, quae nunc vocatur, primum regnum tenuiſſe; poſt cuius mortem Cecrops principatum excepit, qui Actaei filiam uxorem habebat.* Iterumque paulo poſt haec eius mentionem facit in citandis ſtatim verbis. Stephanus Atticam eo tempore ab eius nomine Acten adpellatam dicit. Ἀκτὴ, οὕτως ἡ Ἀττικὴ ἐκαλεῖτο, ἀπὸ Ἀκταίου τινός. ἀνὴρ δὲ ἦν αὐτόχθων, ὡς Φαβωρῖνος, ὃς ἐβασίλευσεν ἐκεῖ· καὶ ἀφ' ἑαυτοῦ οὕτω τὴν χώραν ὠνόμασε, καὶ τοὺς λαούς. *Acte, ita Attica vocabatur, a quodam Actaeo homine, ut Phavorinus tradit, indigena, qui regnavit ibi loci, atque a ſe regioni, populoque nomen dedit.* Meminit eius itidem, ſed non ut regis, Apollodorus libro tertio. Non recte Ἀκτεὺς pro Ἀκταῖος ſcribitur apud Iſacium Tzetzen; uti ſupra a me dictum capite tertio. Clemens Strom. I. Κατὰ δὲ Φόρβαντα, Ἀκταῖος· ἀφ' οὗ Ἀκταία ἡ Ἀττικὴ. *Phorbantis autem tempore Actaeus fuit, a quo*

(a) Adi *Lib. De Fortuna Athen. Cap. X.*

(b) Conſule inferius *Cap.* VIII.

a quo Actaea dicta Attica. Quae totidem verbis Tatianus Oratione contra Graecos. Quin Actaeon idem dicitur apud Isaacium Tzetzen. Ἄκτη ἢ ἐκαλεῖτο ἡ Ἀττικὴ, ἀπο Ἀκταίωνος βασιλέως. *Acte vero Attica adpellabatur, a rege Actaeone*. Eustathius utrumque nomen repraesentat Commentario in Dionysium. Ἀττικὴ δὲ, ἡ κατὰ Ἀθήνας χώρα λέγεται, ἀπὸ Ἀκταίωνος, ἢ ἀπὸ Ἀκταίου, αὐτόχθονος. *Attica vero, quae est circa Athenas regio, nominatur ab Actaeone, sive Actaeo, indigena*. Itaque ab his, Actaeus; ab illis, Actaeon dicitur. Suidas eum etiam Actaeonem dicit; & commemorat quatuor illius filias, Aglaurum, Herſen, Pandrosum, & Phoenicen: atque a poſtrema iſtarum Phoenicias literas dictas eſſe (a). Vide Suidam in Φοινικήϊα γράμματα. Harum Aglaurus, natu maxima, nupſit Cecropi, ut iam dixi: ac pro dote, poſt Actaeonis patris obitum, regnum attulit. Ante eum etiam Porphyrion rex memoratur; quem Athmonenſes Veneris Coeleſtis templum apud ipſos condidiſſe referebant. Pauſanias Atticis. Δῆμος δέ ἐστιν Ἀθηναίοις Ἀθμονέων, οἳ Πορφυρίωνα, ἔτι πρότερον Ἀκταίου βασιλεύσαντα, τῆς Οὐρανίας (Ἀφροδίτης) φασὶ τὸ παρὰ σφίζιν ἱερὸν ἱδρύσασθαι. *Populus autem Athenienſibus eſt Athmonenſium, qui Porphyrionem, eum, qui ante Actaeum regnavit, Coeleſtis (Veneris) templum, quod apud ipſos exſtat, dedicaſſe aiunt* (b). Quin refertur etiam Periphas. Antoninus Liberalis Metamorphoſ. capite ſexto. Περίφας ἐγένετο ἐν τῇ Ἀττικῇ αὐτόχθων, πρόσθεν ἢ φανῆναι Κέκροπα τὸν Γῆς, ὃς ἐβασίλευσε τῶν ἀρχαίων ἀνθρώπων. *Peripbas fuit in Attica indigena, antequam Cecrops, Terrae filius, ibi exſiſteret. Is regnum in priſcos homines tenuit*. Cuius de virtutibus ſummis, & in aquilam item transformatione, vide, quae ſequuntur ibidem. Et Colaenus, a quo Colaenis (c) Myrrhinunte adpellata. Pauſanias Atticis. Τὴν δὲ ἐν Μυρρινοῦντι Κολαινίδα, ἀπὸ Κολαίνου (ἡγοῦμαι) καλεῖσθαι. Γέγραπται δή μοι, ἐν τοῖς δήμοις φάναι πολλοὺς, ὡς καὶ πρὸ τοῦ ἀρχῆς ἐβασιλεύετο τοῦ Κέκροπος. Εἶσι δὲ ὁ Κόλαινος ἀνδρὸς ὄνομα, πρότερον ἢ Κέκροψ ἐβασίλευσεν, ὡς οἱ Μυρρινούσιοι λέγουσιν, ἄρξαντος. *Colaenidem vero, quae Myrrhinunte eſt, a Colaeno dictam, exiſtimo. Diximus autem & alibi, ex Atticae populis multos eſſe, qui regnatum Athenis eſſe ante Cecropem ſint auctores. Itaque Colaenus nomen viri eſt, qui ante Cecropem regnum tenuit, uti tradunt Myrrhinuſii*. Sed haec omnia, velut falſa, a Philochoro, admodum vetuſto Auctore reprehenía, tradit nobis Africanus Chronol. lib. III. Μετὰ δὲ Ὠγυγον, διὰ τὴν ἀπὸ τοῦ κατακλυσμοῦ πολλὴν φθορὰν, ἀβασίλευτος ἔμεινεν ἡ νῦν Ἀττικὴ, μέχρι Κέκροπος, ἔτη ἑκατὸν καὶ ὀγδοήκοντα ἐννέα. τὸν μὲν γὰρ μετ' Ὠγυγον Ἀκταῖον, ἢ τὰ πλαστόμενα τῶν ὀνομάτων, οὐδὲ γενέσθαι φησὶν ὁ Φιλόχορος. *Poſt Ogygum vero ob vaſtationem grandem a diluvio, Attica, quae nunc vocatur, ſine regibus permanſit uſque ad Cecropem, annis centum octoginta novem. Nam Actaeum, qui poſt Ogygum memoratur, & quae confinguntur nomina, Philochorus fuiſſe negat*. Ergo Cecropem etiam nos primum eſſe ſtatuamus; pariter atque Euſebius facit Chron. lib. I. Οἱ δ' ὖν μετὰ τὸν Ὠγυγον, καὶ τὸν κατακλυσμὸν, βασιλεῖς, εἰσὶν οἵδε. Πρῶτος Κέκροψ, ὁ Διφυής. *Itaque reges Athenienſium, qui poſt Ogygum, & diluvium exſtiterunt, ſunt hi: primus Cecrops, is, qui Diphyes* (d) *cognomento perhibetur*. Ioannes Tzetzes Chil. v. Hiſt. XVIII.

Πρῶτος ἁπάντων Ἀττικῆς ὁ Κέκροψ βασιλεύει.

Primus omnium in Attica Cecrops regnat. Apollodorus lib. III. Κέκροψ αὐτόχθων, συμφυὲς ἔχων σῶμα ἀνδρὸς καὶ δράκοντος, τῆς Ἀττικῆς ἐβασίλευσε πρῶτος. *Cecrops indigena, concretum habens corpus e viro, & dracone, in Attica primus regnavit*. Et obſerva, indigenam illic eum dici, quum AEgyptium (e) alii faciant. Suidas. Κέκροψ, Αἰγύπλιος ὢν τὸ γένος, ᾤκησε τὰς Ἀθήνας. *Cecrops, AEgyptius exſiſtens genere, Athenas habitavit*. Atque idem rurſus dicit in Προμηθεύς. Totidem verbis, Scholiaſtes Ariſtophanis ad Plutum. Et Ioannes Tzetzes refert, eum e Sai, AEgypti urbe, Athenas commigraſſe poſt diluvium Ogygi. Ecce verba Var. Hiſt. Chil. v. Hiſtor. XVIII.

Ὡς δὲ ἀπὸ τῆς Σάεως, πόλεως Αἰγυπτίας,
Μετὰ τὸν κατὰ Ὠγυγον κατακλυζμὸν ἐκεῖνον,
Ὁ Κέκροψ παραγέγονεν Ἀθήναις τῆς Ἑλλάδος.
Vt autem a Sai, urbe AEgyptia,
Poſt Ogygum illud diluvium,
Cecrops venit Athenas Graeciae.

Iſacius Tzetzes ad Lycophronem. Ἡ Ἀττικὴ, βαζιλεία ἦν Κέκροπος. ἔτος γὰρ, ἐλθὼν ἀπὸ πόλεως Αἰγύπτου, τὰς Ἀθήνας συνῴκισε. *Attica, regnum erat Cecropis. Is enim veniens ab urbe AEgypti, Athenas inſtauravit*. Cedrenus. Κέκροψ, Αἰγύπλιος ὢν, δύο γλώσσας ἠπίσατο. *Cecrops, quum AEgyptius eſſet, duas linguas callebat*. Inde *Cecropium* lutum Statius AEgyptium dixit Sylv. lib. III. in Propemptico Metii Celeris.

——— te praeſide noſcat,
Vnde paludoſi foecunda licentia Nili:
Cur vada deſidant, & ripa coerceat undas,
Cecropio ſtagnata luto. ———

Certe peregrinum facere etiam videtur Strabo, qui Boeotiae praefuiſſe ante regnum eum tradit lib. IX. Λέγεται καὶ κατὰ Κέκροπα, ἡνίκα τῆς Βοιωτίας ὑπῆρξε. *Fertur etiam aetate Cecropis, quum Boeotiae is praeeſſet*. Gotfridus Viterbien-

(a) Verum ita dictas eſſe, quod Cadmus Phoenicum claſſe vectus in Boeotiam veniſſet, & in Graeciam ſcribendi ſcientiam intuliſſet, auctor eſt Herodotus Terpſichore, Timon, Zenodotus, Anonymus Thebaicorum ſcriptor, aliique complures, quos refert eruditiſſimus *Sam. Bochartus Geog. Sacr. Par.* II. *Lib.* I. *Cap* XX.

[b] Vide *Lib. De Pop. Attic.* in Ἄθμονον.

(c) Conſule *Lib. De Pop. Attic.* in Μυρρινοῦς.

(d) Cur Διφυὴς Cecrops diceretur, varias cauſas adferunt, quarum quaedam hic indicantur, aliae vero *Lib. De Fort. Athen. Cap.* I. ex *Athenaeo, Iuſtino, & Syriano*, & *Cap.* II. ex *Cedreno* adducuntur. Sed omnes inferius *Cap.* VIII.

(e) Non tam ex AEgypto, quam ex Phoenicia veniſſe antiquos illos Graeciae heroes fuſe probavit *Sam. Bochartus Can. Lib.* I. Ad AEgyptios vero potius quam Phoenices originem ſuam referre maluerunt Graeci plurimi, quod nobilior iis videretur haec origo, & AEgyptus maioris eſſet nominis quam Palaeſtina.

Digitized by Google

bienſis, regem Cretae fuiſſe refert Chronici Parte IV.

Quum dominum Cecropem regem tenet inſula Creta.

Quod non dubium eſt, quin ille ab antiquo Auctore acceperit. Innuitque hoc ipſum Plautus, ubi Cretam, Rhadamanthi quoque ſedem, *Inſulam Cecropiam* vocat. Verba eius ita habent in Trinummo Act. IV. Sc. II.

—— Pol illum reliqui ad Rhadamanthum, in Cecropia inſula.

Quod parentes eius attinet; matrem Hyginus Terram (a) tribuit, Fab. XLVIII. patrem autem Vulcanum, Fab. CLVIII. Ac matrem Terram refert etiam Antoninus Liberalis in citatis ante verbis. Iſacius Tzetzes ad Lycophronem ex draconis dentibus enatum dicit; qua de re videndus quoque Scholiaſtes Ariſtophanis ad Plutum. Et Athenienſes quidem ab eo dicti Κεκροπίδαι. Herodotus lib. VIII. Ἀθηναῖοι ἦ, ἐπὶ Κέκροπος βασιλῆος, ἐπεκλήθησαν Κεκροπίδαι. *Athenienſes vero ſub rege Cecrope cognominati ſunt Cecropidae.* Scholiaſtes Ariſtophanis Pluto. Κέκροψ, Αἰγύπτιος τὸ γένος, ὤκισε τὰς Ἀθήνας· ὅθεν καὶ Ἀθηναῖοι Κεκροπίδαι. *Cecrops, genere AEgyptius, Athenas condidit: unde & Athenienſes ſunt Cecropidae vocati.* Suidas. Κεκροπὶς, αἱ Ἀθῆναι· καὶ Κεκροπίδαι, οἱ Ἀθηναῖοι. *Cecropis, Athenae: & Cecropidae, Athenienſes.* Martianus in Periegeſi.

Ἐξῆς Ἀθήνας φασὶν οἰκετὰς λαβεῖν
Τὸ μὲν Πελασγὸς πρῶτον, ὃς δὴ κ᾽ λόγος
Κρανααὺς καλεῖσθ᾽· μετὰ ὃ ταῦτα Κεκροπίδας,
Κέκροπος δυναστεύσαντος. ——

Deinde Athenas aiunt habitatores accepiſſe Primo quidem Pelaſgos, quos & ferunt Cranaos vocatos; poſtea vero Cecropidas, Cecrope principe. ——

Itaque eſt apud Claudianum De raptu Proſerpinae lib. I.

—— templumque remugit
Cecropidum, ſanctaſque faces extollit Eleuſis.

Silius lib. XIII.

Cecropidae ob patriam Mavortis ſorte peremtos
Decrevere ſimul communibus urere flammis.

Auſonius Epiſt. XXIV.

Siſtere Cecropidum in terris monumenta paranti
Obſtitit. ——

Priſcianus lib. II. *A regibus, ſive conditoribus; id eſt, Theſidae, Cecropidae* (b). Ac Athenas quidem eum condidiſſe (c), quum diluvio nempe Ogygio priſcae iſtae periiſſent, licet clare obſervare ex citatis Scholiaſtis Ariſtophanis, atque Suidae item verbis. Tum id tradit Iſidorus Hiſpalenſis in Chronico. *Cecrops Athenas condidit.* Honorius item in Chronico. *Athenas condidit Cecrops, qui primus regnavit ibi.* Et Orig. lib. XV. cap. I. *Athenas in Hellade Cecrops condidit.* Alii dicunt, inſtauraſſe. Aug. De Civit. Dei lib. XVIII. cap. VIII. *Regnante Athenienſibus Cecrope; ſub quo rege etiam ipſam, vel inſtauratam, vel conditam ferunt civitatem.* Ita quoque tradit Otho Friſing. lib. I. cap. XVII. & Albertus Abbas Stadenſis in Chronico. Quin Cecropiam item a ſe nominavit. Iſidorus Orig. lib. XV. cap. I. *Athenas in Hellade, Cecrops condidit: & ex ſuo nomine Cecropiam adpellavit.* Caſſiodorus in Chronico ſuo notat factum tempore Spareti, Aſſyriorum regis. *Sparetus regnavit annis quadraginta. Huius temporibus a Cecrope rege Athenae ſunt conditae* (d). De Cecropiae autem adpellatione exſtat item apud Plinium lib. VII. cap. LVI. *Oppidum (Athenas) Cecrops a ſe adpellavit Cecropiam.* Euripides Supplicibus.

—— παλαιᾶς Κεκροπίας οἰκήτορας.
—— *antiquae Cecropiae habitatores.*

Valerius Flaccus dicit *Cecropis arces.* Argonaut. libro V.

—— *praeder ſi Cecropis arces.*

Pertinetque eo illud apud Poetam, Πόλι φίλη Κέκροπος. *Vrbs cara Cecropis;* quod commemorat Antoninus Imper. lib. IV. Ἐκεῖνος μὲν φησί· Πόλι φίλη Κέκροπος· σὺ ὃ οὐκ ἐρεῖς; Ὦ πόλι φίλη Διός. *Ille quidem dixit; Vrbs amica Cecropis: tu vero non dices? O urbs amica Iovis.* Poſtea, aucta in maius Vrbe, vetereque mox in arcem commutata, illa nomen id retinuit. Inde eſt apud Plinium loco citato. *Oppidum Cecrops a ſe adpellavit Cecropiam, quae nunc arx eſt Athenis.* Vide Cecropiam noſtram cap. IV.

CAP. VII.

Attica quoque univerſa, Cecropia dicta; tribuumque, quae tunc quatuor, una Cecropis: populique, qui ſub ea, indicati. Familia quaedam Cecropidae. Numerati etiam ab eo incolae, lapidum congeſtione: ac curatum his frumentum, miſſo Argo in Siciliam, Africamque. Condidit item Lacedaemonem, & templum Delphicum.

NEque Vrbs, aut Arx dumtaxat, ſed & regio univerſa prius Acte, ut iam dixi, & ab Ogygo Ogygia dicta, ab eo Cecropia adpellata eſt. Apollodorus lib. III. Καὶ τὴν γῆν (Κέκροψ) πρότερον λεγομένην Ἀκτὴν, ἀφ᾽ ἑαυτοῦ Κεκροπίαν ὠνόμασεν. *Et terram (Cecrops) antea Acten adpellatam Cecropiam a ſuo nomine nuncupavit.* Catullus in Epithalamio.

Cecropiam ſolitam eſſe dapem dare Minotauro.

Et

(a) Ad rem profecto *Lactantius Lib. I. Divin. Inſtit. Cap. XI. Minutius Felix*, inquit, *in eo libro, qui Octavius inſcribitur, ſic argumentatus eſt. Saturnum, quum fugatus eſſet a filio, in Italiamque veniſſet, Coeli filium dictum, quod ſoleamus eos, quorum virtutem miremur, ac eos, qui repentine adveniunt, de Coelo cecidiſſe dicere, Terrae autem, quod ignotis parentibus natos, terrae filios nominemus.*

(b) *Gregorius Nazianzenus Carm.*

Κεκροπίδαι τέτλιγα πλόκων ὑπὲρ οὖτα γαίης
Γηγενέες· ᾗ εἶδος ἔχει πατρώιον εὐχος.
Cecropidae cicadam ſuper crinium flexus prolem terrae Ex terra nati; & formae avitae eſt optabilis.

(c) Conſule *Lib. De Fortun. Athen. Cap. II.*

(d) Heinc Athenienſes conditoris honori nummos cuderunt, in quibus Cecropis biceps effigies conſpicitur. Adiſis *Theſaurum Britannicum Nic. Franc. Haymi.*

Digitized by Google

Et mox iterum,

Funera Cecropiae, ne funera portarentur.

Hinc *Cecropii fines*, apud Lucretium lib. VI.

Finibus Cecropiis funestos reddidit agros.

Quin e decem (a) quoque tribubus una Κεκροπὶς dicta fuit. Harpocration. Μία δ' ἦν τ῀ δέκα φυλῶν Α'ϳήνησι, Κεκροπίς. *Vna vero decem tribuum Athenis erat, Cecropis.* Moschopulus. Κεκροπὶς, μία τῶν δέκα φυλῶν ἐν Α'ϳήναις. *Cecropis, una decem tribuum Athenis.* Sed quum unam decem tribuum eam dicunt, faciunt pro constitutione Vrbis, quae deinde subsequuta: nam sub Cecrope isto nostro quatuor dumtaxat erant, ac prima, Κεκροπίς; secunda, Αυτόχθων; tertia, Α'κλαία; quarta, Παραλία dicebatur. Pollux docet, lib. VIII. cap. IX. sect. XXXI. Καὶ αἱ φυλαὶ, ϳέως μὲν ἐπὶ Κέκροπ@, ἦσαν τέσσαρες· Κεκροπὶς, Α'υτόχθων, Α'κλαία, Παραλία. *Ac tribus antea quidem sub Cecrope erant quatuor: Cecropis, Indigena, Actaea, Maritima.* De numero eo consentit Stephanus; & postremas duas nominat in Α''κτη. Τῶν ἐπὶ Κέκροπ@ φυλῶν τεττάρων ὐσῶν, δύο προσηγόρευσαν, Α'κταίαν, & Παραλίαν. *Quum quatuor essent sub Cecrope tribus, duas appellarunt, Actaeam, & Maritimam.* Et Eustathius, ad Dionysium. Μία τ῀ ἐπὶ Κέκροπ@ τεσσάρων φυλῶν, Παραλία ἐκλήϳη· ἡ δ' ἄλλη, Α'κταία. *Vna quatuor, quae sub Cecrope erant, tribuum, Maritima dicta fuit: altera vero, Actaea.* Ac Cecropidis huius tribus meminit Antiphon, Orat. XVI. & frequenter admodum Auctores alii. Erant vero populi sub ea isti: Α'ϑμονὸν, Αἰξωνὴ, Α'λαὶ Αἰξωνίδες, Δαιδαλίδαι, Ε'πικηίδαι, Ξυπέτη, Πίϳος, Συπαλήττὸς, Τρινεμεῖς, Φλύα (b). Vide librum nostrum, De Populis Atticae, in istis vocibus. Nec dumtaxat quilibet Athenienses Κεκροπίδαι nominati, verum proprie illi tantum, qui ab eo genus ducerent. Porphyrius in Isagoge cap. Περὶ γένους. Η'ρακλεῖδαι γὰρ λέγονϳ, οἱ ἀπὸ γένους καλαγόμενοι Η'ρακλέους. & Κεκροπίδαι, οἱ ἀπὸ Κέκροπ@. *Heraclidae enim dicuntur, qui ab Hercule genus ducunt; & Cecropidae, qui a Cecrope.* Demosthenes in Orat. Fun. Η''δεσαν Κεκροπίδαι, τ῀ ἑαυτῶν ἀρχηγὸν τὰ μὲν, ὡς ἔϛι δράκων, τὰ δ', ὡς ἔϛιν ἄνϑρωπ@, λεγόμενον. *Sciebant Cecropidae familiae suae auctorem partim draconem, partim hominem memorari.* Quia vero haec familia, ut antiquissima Athenis erat, ita quoque nobilissima habebatur; inde dixit Iuvenalis de eo, qui insulse genus suum iactaret, Sat. VIII.

Vos humiles, inquis, vulgi pars ultima nostri,
Quorum nemo queat patriam monstrare parentis:
Ast ego Cecropides. ——

Et mox iterum:

Nil nisi Cecropides, truncoque simillimus Hermae.

(a) Inscriptio vetus in marmore, quod Athenis erat apud Benaldum, nunc autem in Britannia exstat apud Vvhelerum, tredecim Tribus Athenienium commemorat, hoc est, Ε'ρεχϑείδα, Α'ιγείδα, Πανδιονίδα, Λεωντίδα, Πτολεμαίδα, Α'καμαντίδα, Α'δριανίδα, Ο'ινείδα, Κεκροπίδα, Ι'πποϑοωνίδα, Α'ιαντίδα, Α'ντιοχίδα, Α'ττα λίδα. Consulendus *Sponius* in *Itinerario*.

(b) Sunt qui Μελίτῃ etiam Cecropidi tribuant, ut videre est apud *Meursium* nostrum *Lib. de Popul. Attic.* in Μελίτη. Vetus inscriptio apud *Sponium Itinerario* habet inter alia:

ΚΕΚΡΟΠΙΔΟΣ
ΦΙΛΗΜΩΝ ..... ΤΡΙΝΕ.
ΙΣΙΔΟΤΟΣ ΦΙΛΗΜΟΝΟΣ ΤΡΙΝΕ.
ΕΤΟΔΙΑΝΟΣ ..... ΑΙΞΟ.
ΑΘΗΝΑΙΟΣ ΣΤΕΦΑΝΟΥ ΕΠΙΕΙΚ.
ΖΩΣΙΜΟΣ ΠΟΛΥΚΤΗΤΟΥ ΜΕΛΙ.

A Postquam vero Atticam, quam desolatam accepisset, frequentem hominibus animadverteret; scire cupiens multitudinem incolarum, quum adlatum singulos in locum unum lapidem jussisset ferre, atque numerum iniisset, viginti eos millia esse deprehendit (c). Scholiastes Pindari Olimp. Od. IX. Φιλόχορ@ ϑ῀ φησὶ, Κέκροπα, βυλόμενον τὸν τῶν Α'ϑηναίων δῆμον, & τὸ πλῆϑ@, ἐπιγνῶναι, κελεῦσαι αὐτοὺς λίϑους εἰσφέρειν, & βάλλειν εἰς τὸ μέσον· ἐξ ὧν ἐπιγνῶναι, δισμυρίους αὐτοὺς ὄντας. *Philochorus vero refert, Cecropem, cupientem scire Athenienſem populum, atque eius multitudinem, iussisse ipsos afferre lapides, & in medium proiicere: inde autem comperisse, viginti eos mille esse.* Eustathius ad Iliad. α'. Κέκροψ, πολυανϑρωπῶσαν ἰδὼν τὴν Α'ττικὴν, συγκαλεῖται τὸν ὄχλον· καὶ παρασημαίνεται τὸν ἀριϑμὸν λίϑοις, ἑκάϛῳ ἕνα ῥίψαν@. *Cecrops, quum videret, frequentem hominibus Atticam esse, convocat multitudinem; & unoquoque lapidem unum iaciente, inde numerum observat.* Atque, ut suppeteret victus multitudini, Argum misit in Siciliam, Africamque, qui frumentum inde adveheret. Ioannes Tzetzes, ad Hesiodi Ε''ργων ά. Κέκροψ, Α''ργον εἰς Λιβύλω, καὶ Σικελίαν πέμψας, ἐκέλευσε συναγαγεῖν σῖτον, ἐκ τοῦ ἐκεῖ φυομένου, & εἰς Ε'λλάδα μεϑαπέμψαι. *Cecrops, missо Argo in Siciliam, Libyamque, colligere eum frumentum iussit illic natum, & in Graeciam transferre.* Qui tradunt, etiam urbem Lacedaemonem, uti quoque templum Delphicum condidisse. Albertus, Abbas Stadensis, in Chronico. *Tempore etiam huius Lacedaemon urbs condita est a Cecrope: & templum Delphicum.*

CAP. VIII.

Διφυὴς *cognominatus: eiusque rei variae prolatae causae. Staturae eius longitudo. Duarum linguarum peritia. Vir, & mulier; sive, draco. Matrimonium instituit. Initio laudatus princeps, inde malus: quae sententia tamen a Plutarcho explosa. Demosthenes a Ioanne Tzetze, & Isacio, eius fratre, refutatus.*

ΔΙφυὴς, ut notum cunctis, cognomento dicebatur. Archelaus in Epigrammate, apud Antigonum Carystium, Histor. Mirab. cap. XCVI.

—— εἰ ϑ῀ τόδ' ἐϛὶν,
Οὐ ϑαῦμα, βλαϛεῖν τὸν διφυῆ Κέκροπα.
—— *quod si ita est,*
Non mirum, natum biformem Cecropem.

Ovidius Geminum dicit. Metamorph. lib. II.

Virginibusque tribus, gemino de Cecrope natis,

Ser-

(c) Consule *Lib. de Fortuna Athenarum Cap.* IV.

Digitized by Google

Servandam dederat.——

Ac cognominis quidem huius variae ſane rationes proferuntur (a). Sunt qui velint, a ſtaturæ magnitudine, aut duarum linguarum peritia, Graecae nempe, & AEgyptiae, ita dictum. Euſebius, Chron. lib. I. Κέκροψ ὁ Διφυὴς τῆς πότε Ἀκτης, νῦν δὲ Ἀττικῆς, ἐβασίλευσεν ἔτη πεντήκοντα· διὰ μῆκος ζώματος ἕτω καλούμενος, ὥς φησιν ὁ Φιλόχορος· ἢ, ὅτι, Αἰγύπτιος ὢν, τὰς δύο γλώσσας ἠπίστατο. *Cecrops Diphyes, in ea, quae tunc Acte, nunc Attica, regnavit annis quinquaginta; ob corporis proceritatem ita dictus, uti auctor eſt Philochorus: ſeu quod, quum AEgyptius eſſet, duas linguas calleret.* Idem tradunt, Hieronymus, Freculphus, Abbas Vrſpergenſis, Marianus Scotus, Lucas Tudenſis, & Cedrenus. Aliis placet, quod coniugio inſtituto, virum feminae coniunxerit. Athenaeus lib. XIII. Ἐν δὲ Ἀθήναις πρῶτος Κέκροψ μίαν ἑνὶ ἔζευξεν, ἀνέδην τὸ πρότερον ὄντων ἁπάντων συνώδων, καὶ κοινογαμίων ὄντων· ὅθεν καὶ ἔδοξέ τισι Διφυὴς ὀνομασθῆναι. *Athenis primus Cecrops unam uni iunxit, quum antea inverecunde congrederentur, ac communia cunctis matrimonia eſſent: quare etiam quibuſdam viſus eſt Biformis appellatus eſſe.* Iuſtinus Hiſtoricus lib. II. *Ante Deucalionis tempora regem habuere (Athenae) Cecropem; quem ut omnis fabuloſa eſt antiquitas, biformem tradidere: quia primus marem feminae matrimonio iunxit.* Syrianus in Hermogenem. Κέκροψ πρῶτον συνήγαγεν ἄνδρα, καὶ γυναῖκα· ἐς καὶ ἀπὸ τούτου Διφυὴς ἐκλήθη. *Cecrops primum coniunxit virum, ac feminam: qui & ideo eſt Biformis appellatus.* Idem quoque Euſtathius refert, ad Iliad. σ'. & ω'. Certe a Cecrope inſtitutum matrimonium etiam teſtatur iſtis verbis Nonnus, Dionyſiac. lib. XLI.

Κάδμος εὐγλώσσοιο διδάσκελος ὄργανα φωνῆς,
Θεσμὰ Σόλων ἄχραντα, καὶ ἔννομον Ἀτθίδι πεύκῃ
Συζυγίης ἀλύτοιο συνωρίδα δίζυγα Κέκροψ.
Cadmus eloquentis docet inſtrumenta vocis;
Leges Solon illibatas, & legitimum Atticae tedae
Coniugii indiſſolubilis currum biiugum Cecrops.

Alii tradunt, partim hominem, partim draconem fuiſſe. Ariſtophanes Veſpis,

Ὦ Κέκροψ, ἥρως ἄναξ, τὰ πρὸς ποδῶν δρακοντίδη.
O Cecrops, heros rex, pedibus draconem referens.

Ad quem locum Scholiaſtes. Φασὶ τὸν Κέκροπα Διφυῆ γεγενέναι, καὶ τὰ κάτω ἰφεως ἐσχηκέναι. *Aiunt Cecropem fuiſſe biformem, & inferiora ſerpentis habuiſſe.* Apollodorus lib. III. Κέκροψ αὐτόχθων, συμφυὲς ἔχων τὸ σῶμα, ἀνδρὸς καὶ δράκοντος, τῆς Ἀττικῆς ἐβασίλευσε πρῶτος. *Cecrops indigena, concretum viri, ac draconis corpus habens, primus Atticae regnum tenuit.* Nonnus, Dionyſ. lib. XLI.

Κέκροπος ὑ τύπον εἶχον, ἓς, ἰοβόλῳ ποδὸς ὁλκῷ
Γαῖαν ἐπιξύων ὀφιώδεα σύρετο ταρσῷ,
Νέρθε δράκων, κὴ ὕπερθεν, ἀπ' ἰξύος ἄχρι καρήνου,
Ἀλλοφυὴς ἀτέλεσφος ἐφαίνετο, διχρόος ἀνήρ.
Non habuere imaginem Cecropis, qui venenum iaculante pedis tractu
Terram radens, ſerpentino trahebatur pede:
Inferius draco, & ſuperius, ab illo uſque ad caput,
Alterius naturae imperfectus apparebat, biformis vir.

Quare autem hoc confixerint, explicatur a Demoſthene in Orat. Fun. Ἤδεσαν Κεκροπίδαι ἢ ἑαυτῶν ἀρχηγὸν, τὰ μὲν ὡς ἔστι δράκων, τάδ' ὡς ἔστιν ἄνθρωπος, λεγόμενον, οὐκ ἄλλοθεν ποθὲν, ἢ τῷ τὴν σύνεσιν αὐτοῦ προσομοιοῦν ἀνθρώπῳ, τὴν ἀλκὴν δὲ δράκοντι. *Sciebant Cecropidae familiae ſuae auctorem, partim draconem, partim hominem eſse dici: non aliunde, quam quod eius prudentiam homini, robur draconi compararent.* Alii ſic exiſtimabant, hominis pariter, ac draconis formam illi attributam, quod ex bono rege poſtea ferus factus fuerit. Quorum ſententia refutatur a Plutarcho, De ſera num. vind. Οἶμαι μὲν οὖν καὶ τὸν Κέκροπα Διφυῆ προσαγορευθῆναι τοὺς παλαιοὺς, οὐχ, ὡς ἔνιοι λέγουσιν, ἐκ χρηστοῦ βασιλέως ἄγριον καὶ δρακοντώδη γενόμενον τύραννον, ἀλλὰ τοὐναντίον, ἐν ἀρχῇ σκολιὸν ὄντα, καὶ φοβερὸν, εἶθ' ὕστερον ἄρξαντα πράως, καὶ φιλανθρώπως. *Equidem exiſtimo & Cecropem ab antiquis Biformem fuiſſe dictum; non, quod e bono rege ferus, ac draconi ſimilis, tyrannus factus fuerit, verum contra, quod initio perverſus, ac terribilis, mox benigne, & humaniter imperaverit.* Demoſthenis vero illum locum, quem citavi, exagitat Ioannes Tzetzes, exponens eius cognomenti rationes. Chil. V. cap. XVIII. ubi inter cetera, mox proferenda, ita ait.

Ἢ ὡς τὰ κάτω δράκων μὲν, ἄνθρωπος δὲ τὰ ἄνω.
Ὁ Δημοσθένης τάχα μὲν ἀλληγορεῖν ἐθέλῃ,
Συνηγορεῖν δὲ πεφυκὼς, ἀλληγορεῖν δ' ἠδόλως,
Ἤδεσαν Κεκροπίδαι μὲν, φησὶν, ὡς ὅτι Κέκροψ
Ἀλκὴν ἔοικε δράκοντι, τὴν σύνεσιν ἀνθρώπῳ.
Ὁ Τζέτζης βασιλεύειν δὲ πράως τὸν ἄνδρα λέγει,
Ὡς καὶ βαρβάρους, τοὺς αὐτῷ τῇ μάχαις ἡττημένους,
Τῷ φιλανθρώπῳ τοῦ ἀνδρὸς τρόπῳ τοσοῦτον συνδεθῆναι,
Ὡς ἓν σῶμα λογίζεσθαι, μηδ' ἀποσπᾶσθαι θέλειν.
Vel quod inferius draco quidem, homo autem ſuperne;
Quod Demoſthenes quidem allegorice reddere volens,
Ad patrocinandum aptus, ad allegoriam minime;
Noverant Cecropidae quidem, inquit, quod Cecrops
Robore ſimilis erat draconi, prudentia homini.
Tzetzes vero regnaſſe hominem manſuete dicit:
Vt & Barbari ab ipſo proeliis ſuperati,
Humanitate viri adeo devincirentur,
Vt unum corpus putarentur, neque avelli cuperent.

Itidem, ſed modeſte magis, Iſacius Tzetzes, eius frater, ubi pariter rationes eius cognomenti reddit in Commentario ad Lycophronem. Λεγουσιν, ὅτι τὰ ἄνω ἀνθρώπου, τὰ δὲ κάτω δράκοντος εἶχον. ὁ ἀλληγορῶν ὁ Δημοσθένης, φησὶν, ὅτι τὴν ἀλκὴν ὅμοιος τῷ δράκοντι, ἀνθρώπῳ ὢν γε τὴν φρόνησιν. ἐγὼ δὲ, ὅτως ἀλληγορῶ· ὅτι ἀγαθὸς βασιλεὺς γεγονὼς πᾶσαν ψηφισθεῖσαν ἐθνῶν, ὅτως ὑπέταξεν, ὡς μίαν σύμπνοιαν πάντας ἔχειν αὐτὸν ὡς ἀγαθὸν ἡγεμόνα, καὶ αὐτοκράτορα. *Nugantur quod ſuperiora hominis, inferiora draconis haberet;*

(a) Conſule ſuperius *Caput* VI.

quod Demoſthenes allegorice exponens, inquit; robore draconi, prudentia homini ſimilem fuiſſe. Ego vero ita explico: bonum eum regem fuiſſe, atque gentium feritatem in hunc modum domuiſſe, ut uno conſenſu eum principem bonum, & imperatorem exiſtimarent. Omnes autem, quas iam dixi rationes, recitat Ioannes Tzetzes loco citato.

Πρῶτος ἁπάντων Ἀτλικῆς ὁ Κέκροψ βασιλεύς,
Ὁ πρῶτος, ὁ καλούμενος καὶ Διφυὴς τοιόσδε.
Ἦν ὅλι μέγεθος ἀνδρῶν δύο πρὸς μῆκος εἶχεν·
Ἦν, ὡς Ἑλλάδος ἔμπορος, καὶ Αἰγυπτίας γλώσσης.
Ἦν ὡς τὰ κάτω δράκων μὲν, ἄνθρωπος δὲ τὰ ἄνω.
Καὶ ἄλλως τοῦτον Διφυῆ τὸν Κέκροπα καλοῦσιν.
Αἱ τῶν Ἑλλήνων πρότερον γυναῖκες καθ' Ἑλλάδα
Οὐχ, ὥσπερ νῦν, ἐζεύγνυντο νομίμοις τοῖς ἀνδράσι
Δίκλω κλωῶν δ' ἐμίγνυντο πᾶσι τοῖς βουλομένοις.
Ἦσαν λοιπὸν μονοφυεῖς ὕτως οἱ παῖδες τότε,
Μόνας ἐπιγιγνώσκοντες μητέρας, οὐ πατέρας.
Ὁ Κέκροψ παραγέγονεν Ἀθήνας τῆς Ἑλλάδος,
Νομοθετεῖ τ' γυναιξὶ τοὺς γάμους τοὺς νομίμους.
Ἐξ ὧν παῖδες ἐγνώκασαν τοὺς δύο φυτοσπόρους,
Τὸ πρὶν μόνῳ γινώσκοντες, ὡς ἔφω, τὴν μητέρα.

Primus omnium in Attica regnat Cecrops,
Primus; qui Biformis dictus fuit, in hunc modum.
Vel, quod magnitudine duorum hominum proceritatem aequaret;
Vel, quod Graecae linguae, & AEgyptiae, peritus eſset;
Vel quod inferius draco, ſuperius homo foret,
Quin aliam quoque ob cauſam biformem Cecropem vocant.
Graecorum prius mulieres per Graeciam,
Non, ut nunc, legitimis iungebantur viris;
Sed, ut pecudes miſcebantur omnibus volentibus;
Erantque tunc unius naturae liberi,
Solas agnoſcentes matres, non patres.
Cecrops acceſſit Athenas Graeciae,
Conſtituitque mulieribus nuptias legitimas:
Ex quibus liberi cognoverunt duos parentes,
Ante ſolam, ut dixi, cognoſcentes matrem.

Videndus quoque Suidas, in Κέκροψ & Προμηθεύς.

CAP. IX.

Primus Saturno, & Opi aram ponit: & inſtituit, uti domini poſtquam fruges, atque fructus collegiſſent, una cum ſervis cibum caperent. Iovem quoque τοῦ Γ'πάτου cognomento appellavit. Cedreni locus emendatus. Statuitque, ne quid illi animatum offerretur: verum libum, Πέλανον quod nominabant, etiam Pauſaniae aevo. Euſebii error, & eorum, qui Auctorem hunc ſequuti, indicatus. Bovem qualem immolaverit. Βῦς, cuiusdam libi ſpecies. Bos Empedoclis, Βῦς ἑβδομος, proverbium. Minervae quoque ſimulacrum primus ipſe dedicavit, & Mercurii.

NVnc ad eius inſtituta veniamus. Quod coniugium inſtituerit, idque etiam inter cauſas, cur Biformis diceretur, reputatum, capite ſuperiori iam oſtendi. Nec contentus, vitae ſuis honeſtatem praeſcripſiſſe, etiam pietatem praecipit; ac decernit, ut Saturnum, atque Opem venerarentur: primusque illis aram ponit, tum, ut domini cum ſervis, poſtquam fruges, atque fructus collegiſſent, tamquam ſociis laborum, menſam ſuam etiam communicarent. Macrobius Sat. lib. 1. cap. x. *Philocborus Saturno, & Opi, primum in Attica ſtatuiſſe aram Cecropem dicit; eoſque Deos pro Iove, Terraque coluiſſe, inſtituiſſeque, ut patres familiarum, & frugibus, & fructibus, iam coactis, paſſim cum ſervis veſcerentur, cum quibus patientiam laboris in colendo rure toleraverant, delectari enim Deum honore ſervorum, contemplatu laboris.* Arae poſitae, etſi ſine Dei nomine, meminit Euſebius quoque de Praep. Evang. lib. x. Εἶτα βωμὸν (λέγει) ὁ Κέκροψ) παρ' Ἀθηναίοις ἱδρύσαι πρώτος. *Deinde aram (dicitur Cecrops) apud Athenienſes dedicaſſe primus.* Primus quoque immolavit, & Iovem nomine appellavit. Idem Euſebius. Chron. lib. 1. Οὗτος (ὁ Κέκροψ) πρώτος βοῦν ἔθυσε, καὶ Ζῆνα προσηγόρευσεν. Quod Hieronymus ita vertit. *Primus Cecrops, bovem immolans, Iovem appellavit.* Iterum de Praep. Evang. lib. x. Πρώτος δὲ Κέκροψ λέγει Ζῆνα κεκληκέναι τὸν θεὸν, μὴ πρότερον ὕτως παρ' ἀνθρώποις ὠνομασμένον. *Primus vero Cecrops dicitur Iovem appellaſſe Deum, nondum ita apud homines nominatum.* Euſebium Cedrenus ſequitur; ſed corruptus, & per hanc occaſionem emendandus. Οὗτος (ὁ Κέκροψ) πρῶτος βοῦν ἐθαύμασε, καὶ Ζῆνα προσηγόρευσεν. *Hic (Cecrops) primus bovem admiratus eſt, & Iovem nominavit.* Scribo, πρῶτος βοῦν ἔθυσε. *primus bovem immolavit.* Iſidorus Hiſpalenſis, Orig. lib. VIII. cap. XI. *Cecrops primus omnium Iovem appellavit, ſimulacra reperit, aras ſtatuit, victimas immolavit: nequaquam iſtiusmodi rebus in Graecia viſis.* Eodem modo Freculphus Tom. 1. lib. 11. cap. VIII. Marianus Scotus, lib. 1. item Abbas Vrſpergenſis. Ado, nulla nominis dati mentione, tradit, ei ſacra fieri praecepiſſe. *Bovem (Cecrops) immolans, primus in ſacrificio Iovem adorari praecepit.* Totidem verbis Lucas Tudenſis de bove immolato, Ivo etiam in Chronico. *Fertur etiam de Cecrope, quod primus bovem Iovi mactaverit.* Et Gotfridus Viterbienſis, Chronici Parte IV. de Cecrope loquens,

Ille Iovi pecudes primus in orbe necat.
Mactat oves ſibi, ſive boves, prior erigit aram;
Morte bovis dat prima Iovi libamina cara:
Et venerans aras, idola, fana, parat.

Sed Euſebius vehementer hic erravit, aliosque in errorem ſuum induxit. Neque enim primus Iovem Cecrops dixit, verum Γ'παῖον (a) cognomento appellavit; edocere ſuos cupiens, ſummum hunc deorum eſſe. Id Pauſanias verbis ſat diſertis docet in Arcadicis; ubi, poſtquam comparationem inſtituit inter Cecropem, & Lycaonem, coaetaneos, ac Lycaonem dixit Iovem Λυκαῖον cognominaſſe, mox ſubiungit. Ὁ μὲν γὰρ (Κέκροψ) Δία τε ὠνόμασεν Γ'πατον πρῶτος· καὶ, ὁπόσα ἔχει ψυχὴν, τούτων

(a) Iupiter ab antiquis *exſuperantiſſimus* dictus eſt, ut inſcriptio quaedam, & nummis habent, utpote ſupremus Deorum omnium.

Digitized by Google

των μὲν ἠξίωσεν οὐδὲν θῦσαι. πέμματα δὲ ἐπιχώρια A *ἐπὶ τῦ βωμῦ καθήγισεν, ἃ πελάνες καλῦσιν ἔτι καὶ εἰς ἡμᾶς Ἀθηναῖοι. Ille enim (Cecrops) & Iovem nominavit Supremum primus, & nihil ei animatum immolandum existimavit; verum liba tantum patria, quae πελάνες etiamnum nominant Athenienses, in ara illi consecravit.* Eodem modo & Cyrillus contra Iulianum lib. I. *Primus regnavit Athenis Cecrops, qui cognominatus Biformis. Hunc ferunt primum ex hominibus sacrificasse bovem, nominasseque Iovem apud Graecos Ὕπατον.* Itaque errorem B Eusebii satis manifestum feci; cuius verba etiam porro mihi nunc examinanda; nam praeterea ita tradit. *Πρῶτος βῦν ἔθυσε. primus bovem immolavit.* Idque omnes item alii, hunc sequuti, repraesentant. At Pausanias clare ait, nihil animati immolasse; sed dumtaxat liba patria, quae *πελάνες* adpellabant etiam tum Athenienses. Ecce, in citatis verbis. *Καὶ ὁπόσα ἔχει ψυχὴν, τύτων μὲν ἠξίωσεν οὐδὲν θῦσαι. πέμματα δὲ ἐπιχώρια ἐπὶ τῦ βωμοῦ καθήγισεν, ἃ πελάνες καλοῦσιν ἔτι καὶ εἰς ἡμᾶς Ἀθηναῖα. Et nihil ei animatum immolandum existimavit; verum liba tantum patria, quae πελάνες etiamnum nominant Athenienses, in ara consecravit.* Et hoc ipsum tradit etiam in Atticis, ubi refert, sua itidem aetate ante Erechthei fanum in arce eam aram exstitisse (a). *ἔστι δὲ κἀ ὄικημα, Ἐρέχθειον καλούμενον. πρὸ δὲ τῆς εἰσόδυ, Διός ἐστι βωμὸς Ὑπάτου, ἔνθα ἔμψυχον θύσιν οὐδέν. πέμματα δὲ θέντες, οὐδὲν ἔτι οἴνῳ χρήσασθαι νομίζυσιν. Est & aedes, quam Erechtheum vocant. Antequam vero ingrediaris, est* D *Iovis supremi ara, in qua animatum nihil immolatur; sed liba tantum imponentes, neque vino etiam uti fas existimant.* Quomodo ergo bovem immolatum esse Eusebius dicit? Solvam nodum, & rem clare explicabo. Βῦς antiquis illis Graecis etiam libum dicebatur, cornua habens, instar bovis. Hesychius. Βῦς, *εἶδος πέμματος, κέρατα ἔχον. Bos, species libi, cornua habentis.* Pollux. lib. VI. cap. XI. *Πέλανοι δὲ, κοινοὶ πᾶσι θεοῖς. κέκλιλαι δὲ ἀπὸ τῦ σχήματος, ὅσπερ ὁ βῦς. πέμμα γάρ ἐστι, κέρατα* E *ἔχον. Pelani vero omnibus diis sunt communes; ac vocantur a figura, veluti bos; nam est libum, cornua habens.* Talis fuit bos Empedoclis: de quo Diogenes Laertius, in eius vita lib. VIII. *Καὶ βῦν ἔθυσε τοῖς θεωροῖς ὁ Ἐμπεδοκλῆς, ἐκ μέλιτος, κὴ ἀλφίτων. Et bovem immolavit theoris Empedocles, ex melle, & farinis.* Et Philostratus de vita Apoll. lib. I. cap. I. *Καὶ ὁ ἐν Ὀλυμπίᾳ βῦς, ὃν λέγεται πέμμα ποιησάμενος θῦσαι, τὰ Πυθαγόρου ἐπαινέσει ἂν εἴη. Et bos ille Olympiae, quem libo facto fertur* F *immolasse, eius fuerit, qui Pithagorae doctrinam laudat.* Neque alius item fuit, quem proverbio suo Graeci, ἔβδομος βῦς, designabant, de quo videndi, Apostolius, Cent. V. Proverb. LXXVI. Diogenianus, Cent. III. Proverb. I. Hesychius, Suidas, & Eustathius, ad Iliad. σ'. Et haec quidem de Saturno, Ope, ac Iove, respexit etiam Epiphanius, Adversus Haereses lib. I. *Καὶ μετέπλα πολλῷ τῷ χρόνῳ τοὺς περὶ Κρόνον, καὶ Δία, Ῥέαν τε, καὶ Ἥραν, ἐθεοποίησαντο. μετωκέχθη δὲ ταῦτα εἰς Ἕλλωας ἀπὸ τῆς ἡλικίας τοῦ Κέκροπος. Inde longo post tempore Saturnum, Iovem, Rheamque, & Iunonem inter deos retulerunt; eaque omnia in Graeciam translata sunt a Caecropis aetate.* Denique Minervae item simulacrum primus posuit. Euseb. de Praep. Evang. l. X. *Καὶ πάλιν (ὁ Κέκροψ λέγεται) πρῶτος Ἀθηνᾶς ἄγαλμα συστήσασθαι. Ac rursum Minervae signum primus Cecrops collocasse memoratur.* Atque hinc Minervam Apuleius *Cecropiam* dixisse existimari potest, Met. lib. XI. *Me primigenii Phryges Pessinuntiam nominant, deum Matrem: hinc autochthones Attici Cecropiam Minervam.* Consecravit etiam arce, in Minervae Vrbanae fano, Mercurium, e ligno. Pausanias, in Atticis. *Κεῖται δὲ ἐν τῷ ναῷ τῆς Πολιάδος (Ἀθηνᾶς) Ἑρμῆς ξύλου. Κέκροπος εἶναι λεγόμενον ἀνάθημα. Est autem in Vrbanae (Minervae) fano Mercurius e ligno, quem Cecropis donarium esse ferunt.*

CAP. X.

Eius tempore Corybantes profugi cum matre Comba, Athenas veniunt, & inhabitant, donec ille patrem Socum, qui eiecerat, interficeret. Etiam Minervae contentio cum Neptuno de Athenis tunc evenit, in qua superior Minerva Vrbem a suo nomine dixit. Lutatii locus emendatus. Eius rei in memoriam festum celebratum fuit; sed Neptunus, aegre ferens, aquis Atticam adfixit. Cuius iram Athenienses ut sedarent, triplici poena mulieres, quae suffragiis superaverant, adfecerunt. Eius rei monumenta postea in arce posita usque ad Pausaniae tempora permansere. Fabula illa quare, & a quibus ficta; quando item accidisse, & quo die memoretur; isque mensi post exemtus. Κέκροψ dici postea impostor coepit; atque illud qua de causa.

EIus tempore Corybantes a patre Soco Creta eiecti, cum matre Comba profugi Athenas sese recepere; atque ibi habitarunt, quoad Socum tandem ipse interficeret. Nonnus, ubi de illis agit Dionys. lib. XIII.

Οὓς ποτε, δυσεβίης κεκορυθμένος ἄφρονι κέντρῳ,
Σῶκος ἀλιζώνοιο πατὴρ νοσφίσατο πάτρης,
Κόμβης ἑπλατόκου μετὰ μητέρος· οἱ δὲ φυγόντες,
Κνώσιον ὕδας ἵκοντο. καὶ ἔμπαλιν ἦσαν ἀλῆται
Ἐς Φρυγίλιν Κρήτηθεν, ἀπὸ Φρυγίης ἐς Ἀθήνας.
Ἀλλοδαποὶ ναετῆρες ὁμέστιοι· εἰσόκε Κέκροψ
Σῶκον ἀπηλοίησε δίκης ποινήτορι χαλκῷ.
Quos olim impietatis insano armatus stimulo,
Socus pater mari cincta eiecit patria,
Cum Comba septem liberorum matre. Hi vero fugientes,
Ex Creta in Phrygiam, & e Phrygia Athenas,
Peregrini convictores habitatores; donec Cecrops
Socum occidit iustitiae vindice ferro.

Contentio Minervae quoque, & Neptuni de Athenis (b) eius tempore accidisse memoratur.

(a) Vide *Cecropiam Cap.* XVIII.
(b) De hac contentione vide, si vacat, *Lib. De Fort. Athen. Cap.* II.

Digitized by Google

Euſebius Chron. lib. I. Ἡ τῶν θεῶν κρίσις Ποσειδῶνος καὶ Ἀθηνᾶς ἐπὶ Κέκροπος μυθεύεται Ἕλλησι περὶ χώρας. Hieronymus ita vertit. *Deorum iudicium Neptuni, & Minervae de contentione regionis apud Cecropem.* Et in hac contentione Cecrops iudex refertur. Scholiaſtes Homeri Iliad. lib. XVII. Ποσειδῶν, καὶ Ἀθηνᾶ, περὶ τῆς Ἀττικῆς ἐφιλονείκουν. καὶ Ποσειδῶν, ἐπὶ τῆς ἀκροπόλεως τῆς Ἀττικῆς κρούσας τῇ τριαίνῃ, κῦμα θαλάσσης ἐποίησεν ἀναδοθῆναι. Ἀθηνᾶ δὲ ἐλαίαν (a). κριλὴς δὲ αὐτῶν γενόμενος Κέκροψ, ὁ τότων τῆς Ἀττικῆς βασιλεὺς, τῇ θεῷ (b) προσένειμε τὴν χώραν, εἰπών· ὅτι θάλασσα μέν, ἐστι πανταχοῦ· τὸ δὲ φυτὸν τῆς ἐλαίας, ἴδιον Ἀθηνᾶς. *Neptunus, & Minerva de Attica contendebant; at Neptunus in arce Atticae tridente feriens, aquam marinam prodire fecit; Minerva vero, oleam. Iudex autem factus Cecrops, Atticae rex, deae regionem adiudicavit, dicens; mare quidem ubivis eſſe; ſed oleam Minervae propriam.* Inde Nonnus Dionyſiac. lib. XXXVI.

Μή σε λίτῃ Φοίνικος ἔρως καὶ μνήστις ἐλαίης·
Τίς πάλιν, Ἐννοσίγαιε, δικασπόλος ἐνθάδε Κέκροψ;
Nec te relinquat palmae amor, neque recordatio olivae;
Quis rurſus, Neptune, hic iudex Cecrops?

Iterum lib. XLIII.

Ἀλλὰ παλαιοτέρῳ μετὰ Παλλάδα μάρτυρι Βάκχῳ
Κέκροψ ἄλλος ἵκοιτο δικασπόλος, ὄφρα καὶ αὐτὴ
Ἄμπελος ἀείδοιτο φερέπτολις, ὥστερ ἐλαίη.
Sed antiquiorem poſt Palladem teſti Baccho
Cecrops alius veniat iudex, ut & ipſa
Vitis decantetur urbem ferens, tamquam oliva.

Alii Cranaum iudicem faciunt; rurſum alii Erechtheum. Sed Apollodorus tradit, duodecim deos (c) litem illam diſceptaſſe lib. III. Ἐπὶ

(a) *Nic. Fr. Haymus* in ſuo Theſauro Britannico nummum Athenienſium exhibet, qui in anteriori parte Minervae caput galea Sphinge inſigni armatum habet; in averſa vero Palladis, & Neptuni contentio conſpicitur, Neptunuſque adeſt tridente terram feriens, Pallas vero dextra oleam arborem, quae in medio ſurgit, indicat, tangitque: Oleae autem Noctua inſidet, truncuſque angue circumplicatur. Similis nummus in Hiſtoria Regiae Academiae Pariſienſis producitur, ſed in quo pro Neptuno Iuppiter Fulgerator exſiſtit. Conſule *Tabulam* noſtram I. n. III.

(b) Huius Deae victoriae monumenta crebro in nummis Athenienſium occurrunt, in pleriſque enim vel olea, vel corona oleagina cernitur. Adiſis *Tabula* I.

(c) Haud iniucundum fore exiſtimo, ſi antiquum marmor proferam, quod iam cum Donianis inſcriptionibus eruditiſſimus *Gorius* edidit, & quod Arae Iovis cuiuſdam latus eſt. In hoc haud forte omnino abſimilem Deorum coetum, ei, quem heic laudati Scriptores indicant, deſcribuntve, videre eſt, cuius uberiorem enarrationem repetas ex eodem Viro clariſſimo Opere laudato.

Digitized by Google

Ἐπὶ τούτου (τοῦ Κέκροπος) φασὶν, ἔδοξε τοῖς θεοῖς πόλεις καταλαβέσθαι, ἐν αἷς ἔχειν τιμὰς ἰδίας ἕκαστος. ἦκεν ἓν πρῶτος Ποσειδῶν ἐπὶ τὴν Ἀττικὴν, καὶ πλήξας τῇ τριαίνῃ κατὰ μέσην τὴν ἀκρόπολιν, ἀνέφηνε θάλασσαν, ἣν νῦν Ἐρεχθηίδα καλοῦσι. μετὰ δὲ τοῦτον, ἦκεν Ἀθηνᾶ· καὶ ποιησαμένη τῆς καταλήψεως Κέκροπα μάρτυρα, ἐφύτευσεν ἐλαίαν (a), ἣ νῦν ἐν τῷ πανδροσίῳ δεικνύται. γενομένης δὲ ἔριδος ἀμφοῖν περὶ τῆς χώρας, Ἀθηνᾶν μὲ Ποσειδῶνα διαλύσας Ζεὺς, κρίσας ἔδωκεν· ὄχ, ὡς εἶπον τινὲς, Κέκροπα, ἢ Κραναὸν, ὃς Ἐρεχθέα, θεὸς δὲ δώδεκα· καὶ τούτων δικαζόντων, ἡ χώρα τῆς Ἀθηνᾶς ἐκρίθη, Κέκροπος μαρτυρήσαντος, ὅτι πρῶτον τὴν ἐλαίαν ἐφύτευσεν. *Sub hoc (Cecrope) aiunt, visum fuit diis urbes capere, in quibus honores sibi unusquisque proprios habiturus esset. Primus igitur Neptunus venit in Atticam; ac percusso media in arce solo, mare provenire fecit, etiamnum Erechtheum adpellatum* (b). *Venit post hunc & Minerva; atque, capto occupationis suae teste Cecrope, oleam plantavit; quae nunc etiam in Pandrosi fano visitur; ac quum ambo de regione concertarent, Iupiter Minervam, & Neptunum dirimens, iudices dedit, non ut memorant nonnulli Cecropem, aut Cranaum, aut Erechtheum, sed deos duodecim; quibus litem disceptantibus, postquam Cecrops testaretur, oleam prius a Minerva plantatam esse, regio Minervae adiudicata fuit.* Ovidius de iudicibus quidem idem dicit; verum variat in eo, quod productum a Neptuno equum dicat, & non aquam; ita enim verba eius sese habent Metamorph. lib. VI.

Cecropia Pallas scopulum Mavortis in arce
Pingit, & antiquam terrae de nomine litem.
Bis sex Coelestes, medio Iove, sedibus altis
Augusta gravitate sedent; sua quemque deorum
Inscribit facies. Iovis est regalis imago;
Stare deum pelagi, longoque ferire tridente
Aspera saxa facit, medioque e vulnere saxi
Exsiluisse ferum, quo pignore vindicet urbem.
At sibi dat clypeum, dat acutae cuspidis hastam;
Dat galeam capiti, defenditur aegide pectus:
Percussamque sua simulat de cuspide terram
Edere cum baccis foetum canentis olivae.

Statius Theb. XII.

Ipse quoque in pugnas vacuatur collis, ubi ingens
Lis superum, dubiis donec nova surgeret arbor
Rupibus, & longa refugum mare frangeret umbra.

Vbi quamquam Statius de mari dicat a Neptuno producto, tamen Lutatius, vetus Interpres, de equo tradit. *Dicit arcem Thebarum (scribo, Athenarum) de qua Neptuno, & Minervae, dicitur fuisse certamen; percussa Neptuno terra, equum dedit indicium belli; Minervae vero olivam, pacis insigne.* De equo etiam Virgilius auctor, Georgic. lib. I.

——tuque o, cui prima frementem
Fudit equum, magno tellus percussa tridente.

Ac videndus illic Servius. Augustinus de aqua consentit; quamquam rem hanc ceteroquin aliter referat. Ecce verba De Civit. Dei lib. XVIII. cap. IX. *Vt Athenae vocarentur, quod certe nomen a Minerva est, quae Grace* Ἀθηνᾶ *dicitur, hanc causam Varro indicat. Quum apparuisset illis repente olivae arbor, & alio loco aqua erupisset, regem prodigia ista moverunt; & misit ad Apollinem Delphicum sciscitatum, quid intelligendum esset, quidve faciendum. Ille respondit, quod olea Minervam significaret, unda Neptunum; & quod esset in civium potestate, ex cuius nomine potius duorum deorum, quorum signa illic essent, civitas vocaretur. Isto Cecrops oraculo accepto, cives omnes utriusque sexus (mos enim tunc in iisdem locis erat, ut etiam feminae publicis consultationibus interessent) ad ferendum suffragium convocavit. Consulta igitur multitudine, mares pro Neptuno, feminae pro Minerva tulere sententias; & quia una plus est inventa feminarum, Minerva vicit.* Freculphus Chron. Tom. I. lib. II. cap. VII. *Deorum iudicium Neptuni, & Minervae, de contentione regionis, apud Cecropem actum fuisse consingitur hunc in modum.* Ac deinde ipsis Augustini verbis, quae iam posui, rem enarrat; ut & Abbas Vrspergensis. Itaque diremta in hunc modum lite, suo nomine Minerva urbem Athenas dixit (c); at Neptunus animo iniquo ferens, se hac causa cecidisse, immisso ad campum Thriasium mari, Atticam totam inundavit. Apollodorus loco citato. Ἀθηνᾶ μὲν οὖν ἀφ' ἑαυτῆς τὴν πόλιν ἐκάλεσεν Ἀθήνας· Ποσειδῶν δὲ, θυμῷ ὀργισθεὶς, τὸ Θριάσιον πεδίον ἐπεκάλυψε, καὶ τὴν Ἀττικὴν ὕφαλον ἐποίησεν. *Minerva itaque de seipsa urbem Athenas nominavit; sed Neptunus, animo iratus, Thriasium campum obruit, Atticamque universam mari mersit.* Augustinus loco citato praeter illam quasi regionis poenam, alias tres feminarum item ponit; nempe ex eo constitutum, ut suffragium nulla deinceps ullum ferret; neve ultra Ἀθηναῖαι, sicut ante dicerentur; & ne liberi matris nomine vocarentur. Verba eius ecce ista. *Tunc Neptunus iratus, marinis fluctibus exaestuantibus terras Athenienssium populatus est; cuius ut iracundia placaretur, triplici supplicio dicit idem auctor ab Athenienssibus adfectas esse mulieres; ut nulla ulterius ferrent suffragia; ut nullus nascentium maternum nomen acciperet; ut ne quis eas* Ἀθηναίας *vocaret.* Ac paulo post iterum. *In mulieribus, quae sic punitae sunt, & Minerva, quae vicerat, victa est; nec adfuit suffragatricibus suis, ut suffragiorum deinceps perdita potestate, & alienatis filiis a nominibus matrum,* Ἀθηναίας *saltem vocari liceret; & eius*

(a) *Virgil. I. Georg.*
——Oleaeque Minervae
Inventrix.

(b) Sunt qui apud *Virgilium I. Georg.* legant.
——Tuque o, cui prima frementem
Fudit aquam magno tellus percussa Tridenti
Neptune.
Sed lectio vulgata *Equum* probanda est, ut ostendit *Bened. Averanius* noster in suis *Dissertationibus*, & patet etiam ex his, quae hic a *Meursio* adducuntur.

(c) Vide *Lib. De Fort. Athenar. Cap. II.*

Digitized by Google

& eius deae mereri vocabulum, quam viri dei victricem fecerant ferendo ſuffragium. Quae habes etiam apud Albertum Stadenſem in Chronico. Hyginus dicit, nec immiſſum quidem mare; ſed Neptunum voluiſſe id dumtaxat, ac coepiſſe; at Mercurium Iovis iuſſu vetuiſſe. Ecce verba Fab. CLXIV. *Inter Neptunum, & Minervam quum eſset certatio, qui primus oppidum in terra Attica conderet, Iovem iudicem ceperunt. Minerva, quod primum in ea terra oleam ſevit, quae adhuc dicitur ſtare, ſecundum eam iudicatum eſt. At Neptunus iratus, in eam terram mare coepit irrigare velle; quod Mercurius, Iovis iuſſu, id ne faceret prohibuit.* Rurſum alii tradidere, iniecisse Athenienſibus Neptunum corrupta conſilia; quae Minerva in melius tamen commutaret. Scholiaſtes Ariſtophanis ad Nubes. Φασὶν, ὅτι Ποσειδῶν, ἡττηθεὶς τῇ Ἀθηνᾷ, δυσβουλίαν ἐπέβαλεν Ἀθηναίοις· Ἀθηνᾶν δὲ, τὰ βουλόμενα καλῶς μεταβάλλειν. *Ferunt victum a Minerva Neptunum mala conſilia Athenienſibus immiſiſſe; ſed Minervam ea ſemper in melius vertere.* Tamen feſtum, in memoriam victoriae, deae honori celebrarunt. Proclus in Timaeum Commentario. I. Ἔτι τοίνυν τὰ νικητήρια τῆς Ἀθηνᾶς παρ' Ἀθηναίοις ἀνύμνηται· καὶ ἑορτὴν ποιεῖσθαι ταύτην, ὡς τοῦ Ποσειδῶνος ὑπὸ τῆς Ἀθηνᾶς νικωμένου. *Quin etiamnum praemia victoriae Minervae apud Athenienſes celebrata ſunt: atque iſtud feſtum habent, ceu Neptuno a Minerva ſuperato.* Certe, quod Minervae munus oleam adtinet, & Neptuni item aquam; eius rei monumentum etiam in arce Athenis (a) ſua aetate exſtitiſſe refert Pauſanias in Atticis. Πεποίηται δὴ καὶ τὸ φυτὸν τῆς ἐλαίας Ἀθηνᾶ, καὶ κῦμα ἀναφαίνων Ποσειδῶν. *Eſt ibi & Minervae, oleam producentis ſimulacrum; & Neptuni item aquam.* Quin contentio univerſa in Parthenone expreſſa erat. Pauſanias ibidem. Τὰ δὲ ὄπισθεν (τοῦ Παρθενῶνος) ἡ Ποσειδῶνος πρὸς Ἀθηνᾶν ἐστιν ἔρις ὑπὲρ τῆς γῆς. *In poſtica (Parthenonis) parte, Neptuni cum Minerva de terra certamen eſt.* (b) Totam vero eam fabulam confinxere priſci Athenarum reges, ut a maris cogitatione cives ad agrorum cultum abducerent. Id accipio ex Plutarcho in Themiſtocle. Ἐκ δὲ τούτου τὸν Πειραιᾶ κατεσκεύαζε τὴν τῶν λιμένων εὐφυΐαν καλανοήσας, καὶ τὴν πόλιν ὅλῳ ἀρμοττόμενος πρὸς τὴν θάλατταν, καὶ τρόπον τινὰ τοῖς παλαιοῖς βασιλεῦσι τῶν Ἀθηναίων ἀντιπολιτευόμενος. ἐκεῖνοι μὲν γὰρ, ὡς λέγεται, πραγματευόμενοι τοὺς πολίτας ἀποζῶσαι τῆς θαλάττης, καὶ συνεθίσαι ζῆν μὴ πλέονας, ἀλλὰ τὴν χώραν φυλεύοντας, τὸν περὶ τῆς Ἀθηνᾶς διέδοσαν λόγον, ὡς, ἐρίσαντος περὶ τῆς χώρας τοῦ Ποσειδῶνος, δείξασα τὴν μορίαν τοῖς δικασταῖς, ἐνίκησε. *Hinc Piraeeum, animadverſa portus commoditate, exſtruxit; totamque urbem ad mare adcommodavit; contrariam quodammodo reip. regendae rationem ab ea, quam veteres Athenienſium reges tenuiſſent, inſtituens. Illi enim, uti aiunt, id operam dantes, ut a mari cives ſuos avocarent, & ad relinquendas naves, atque agrorum item cultum adſuefacerent, divulgarunt, quae feruntur de Minerva; quod, Neptuno de regione contendente, poſtquam oleam produxiſſet, cauſam ſuam apud iudices obtinuerit.* Credebant vero, factam hanc contentionem Boedromionis die ſecundo; qua de cauſa etiam menſi eum diem eximebant. Idem hoc Plutarchus docet Sympoſiac. lib. IX. Probl. VI. Τὴν δευτέραν τοῦ Βοηδρομιῶνος ἡμέραν ἐξαιροῦμεν, οὐ πρὸς τὴν σελήνην, ἀλλ' ὅτι ταύτῃ δοκοῦσιν ἐρίζαι περὶ τῆς χώρας οἱ θεοί. *Secundum Boedromionis diem eximimus, non id lunae ratione, ſed quod eo de regione dii olim contendiſſe videantur.* Denique, quia Neptunus, qui produxerat equum prior, fraude Cecropis in Minervam propendentis, ac teſtantis ab eadem oleam prolatam prius, lite illa cecidiſſet, ut Apollodorus refert, hinc videtur factum eſſe, ut pro homine impoſtore, atque vulpis inſtar vafro, Κέκροψ Graecis diceretur. Docet illud nos Heſychius in doctiſſimis Gloſſis ſuis. Κέκροψ, ἀπατεών, ἢ πίθηκος. *Cecrops, impoſtor, aut vulpes* (c). Alciphron in Epiſtolae Phoebianae ad Anicetum. Πέπαυσο, Κέκροψ ἄθλιε, καὶ τρέπου καλὰ σεαυτόν. *Deſine, impoſtor miſer, ac tecum verſare.* Ariſtophanes Equitibus.

Κεκροπίδη κακόβουλε, τί τοῦθ' ἡγεῖ μέγα τέργον;
Impoſtor maleſuade, an hoc putas magnum opus.

CAP. XI.

Vxor eius Actaei filia, Agraulus; ſive Agraulis; liberi quatuor. Filius Erysichthon, qui Delum occupat, & Apollinis Delii illic fanum ſtruit; eaque de re Cedreni locus emendatus, atque error Mariani Scoti oſtenſus. E Delo diſcedens, & Lucinae inde ſignum ſecum abducens, in itinere ipſo moritur; Praſiiſque ſepelitur, vivo patre. Filiae tres, Agraulus, Herſe, & Pandroſus, cuſtodiendum a Minerva Erichthonium accipiunt; quamquam alii de Pandroſo, & Agraulo; alii de Pandroſo ſola id commemorent. Hygini memoriae lapſus. Minerva Δράκαυλος. *Earum mors, eiuſque cauſa. Agraulus in ſaxum verſa a Mercurio. Vlpiani de illius morte error. Populus ab ipſa dictus. Eius filia item templum; & in eo iusiurandum a iuventute dari ſolitum; tum & feſtum, quod* Πλυντήρια *nuncupabant. Etiam ſacra. Homo illi apud Cyprios immolatus; & quamdiu. Sacerdotes* Ἀγλαυρίδες. *Herſe a Mercurio amata, filiuſque ex eo Cephalus. Eius feſtum* Ἑρσηφόρια. *Pandroſus item a Mercurio adamata, filiuſque ex eo Ceryx, a quo Cerycum familia. Eius templum, atque feſtum.*

VXorem Cecrops habuit Agraulum Actaei filiam; e qua liberos ſuſcepit Erysichthonem: ſed Κέκροψ illud διὰ μεταθέσεως dictum arbitrarer ἀντὶ τοῦ Κέρκωψ, voce prope corrupta. Suſpicor ex *Suida*, apud quem: Κέρκωψ. Κέρκωπος, ἀπατεών, ἢ γένος πιθήκου. Κέκροψ δὲ, Κέκροπος. *Suidas* iterum: Κέρκωπες· πανοῦργοι, δολίοι, ἀπατεῶνες, κόλακες. Conſulendi idem Auctor, & *Etymologicum magnum* in Κέρκωπες, *Eraſmus* in *Chiliadibus*, & *Manutius* in *Paroemiis*. Ipſe quoque *Meurſ.* noſter *Ceram. C. XVI.*

(a) Adiſis *Cecropiam Cap. XIX.*
(b) Vide quae paulo ante de nummis Athenienſium adnotavimus.
(c) Mirari quidem ſubit, quod πίθηκος *Vulpes* vertatur, quum *Simiam* ſignificet id vocabuli. In *Meurſii* autem ſententiam haud facile diſceſſerim; quamquam enim in *Heſychio* legitur; Κέκροψ, ἀπατεών, ἢ πίθηκος; non tamen ibi ad Cecropem reſpici credidérim: ſed Κέκροψ illud διὰ μεταθέσεως dictum arbitrarer ἀντὶ τοῦ Κέρκωψ, voce prope corrupta. Suſpicor ex *Suida*, apud quem: Κέρκωψ. Κέρκωπος, ἀπατεών, ἢ γένος πιθήκου. Κέκροψ δὲ, Κέκροπος. *Suidas* iterum: Κέρκωπες· πανοῦργοι, δολίοι, ἀπατεῶνες, κόλακες. Conſulendi idem Auctor, & *Etymologicum magnum* in Κέρκωπες, *Eraſmus* in *Chiliadibus*, & *Manutius* in *Paroemiis*. Ipſe quoque *Meurſ.* noſter *Ceram. C. XVI.*

Digitized by Google

ry ſichthonem filium unicum, filiaſque Agraulum (ſive mavelis Aglaurum, nam indifferenter ſcribitur apud Auctores) item Herſen, & Pandroſum. Apollodorus lib. III. Κέκροψ ὁ, γήμας Ἀκταίου κόρην Ἄγραυλον, παῖδας μὲν ἔσχεν, Ἐρυσίχθονα, ὃς ἄτεκνος μετήλλαξε· θυγατέρας δὲ, Ἄγραυλον, Ἔρσην, Πάνδροσον. *Cecrops vero, ducta uxore filia Actaei Agraulo, liberos habuit, Eryſichthonem, qui deceſſit ſine prole, filias vero, Agraulum, Herſen, & Pandroſum.* Alii uxorem eius non Agraulum, ſed Agraulidem adpellant. Porphyrius de Abſt. lib. II. Τῷ Ἀγραύλῳ, τῷ Κέκροπος, καὶ Νύμφης Ἀγραυλίδος. *Agraulo, filiae Cecropis, & Nymphae Agraulidis.* Vxorem ei Actaei filiam, etſi non expreſſo nomine, & eoſdem plane liberos, tribuit etiam Pauſanias in Atticis ſuis. Ἀποθανόντος δὲ Ἀκταίου, Κέκροψ ἐκδέχεται τὴν ἀρχὴν, θυγατρὶ συνοίκων Ἀκταίου. καὶ οἱ γίγνονται θυγατέρες μὲν, Ἔρση, καὶ Ἄγλαυρος, καὶ Πάνδροσος· υἱὸς δὲ, Ἐρυσίχθων. *Mortuo vero Actaeo, excipit principatum Cecrops, qui Actaei filiam uxorem duxerat; eique natae ſunt filiae quidem, Herſe, & Aglaurus, & Pandroſus; filius vero Eryſichthon.* Atque Eryſichthon quidem Delum inſulam occupavit. Athen. lib. IX. Φανόδημος, ἐν δευτέρῳ Ἀτθίδος, φησὶν, ὡς κατέσχεν Ἐρυσίχθων Δῆλον τὴν νῆσον. *Phanodemus, libro Atthidis ſecundo, ait, Eryſichthonem inſulam Delum occupaſſe.* Et ibidem templum Apollinis Delii ſtruxit. Euſebius. Τὸ ἐν Δήλῳ ἱερὸν Ἀπόλλωνος Δηλίου ὑπὸ Ἐρυσίχθονος, υἱοῦ Κέκροπος, ἱδρύνθη. Hieronymus. *Apollinis Delii templum ab Eryſichthone, filio Cecropis, fabricatum eſt.* Emendandus eſt Cedrenus. Ἐπὶ τούτου (τοῦ Κέκροπος) τὸ ἐν Δήλῳ ἱερὸν Ἀπόλλωνος Δηλίου ὑπὸ Ἐρυσίχθονος, υἱοῦ Κέκροπος, ἱδρύνθη. *Sub eo (Cecrope) in Delo fanum Apollinis Delii ab Eryſichthone, Cecropis filio, dedicatum eſt.* Hodie editur. ὑπὸ Ἐριχθονίου, υἱοῦ Κ. *ab Erichthonio, filio C.* Marianus Scotus. *Templum Delii (Apollinis) conſtructum ab Eryſichthone filio Cecropis eſt.* Verum erat vehementer, dum id tradit factum regis Amphictyonis anno octavo, qui eſt decimus ſeptimus poſt mortem Cecropis: quo etiam vivo diem Eryſichthon obiit, ut mox dicam. Ac deinde, hinc diſcedens, Lucinae quoque ſimulacrum inde abduxit, quod Athenis in Lucinae templo poſitum. Pauſanias in Atticis, ubi de Lucinae templo. Μόνοις δὲ τοῖς Ἀθηναίοις τῆς Εἰλειθυίας κεκάλυπται τὰ ξόανα ἐς ἄκρους τοὺς πόδας. τὰ μὲν δύο, Κρητικὰ εἶναι, καὶ Φαίδρας ἀναθήματα, ἔλεγον αἱ γυναῖκες· τὸ δὲ ἀρχαιότατον, Ἐρυσίχθονα ἐκ Δήλου κομίσαι. *Apud ſolos Athenienſes ſimulacra Lucinae ad ſummos uſque pedes velata ſunt, quorum duo, Cretica eſſe, & a Phaedra dedicata, feminae dicebant; quod vero antiquiſſimum erat, e Delo Eryſichthonem adtuliſſe.* Obiit vero in itinere, dum e Delo Athenas redit, Praſiiſque ſepelitur: ubi auctor eſt Pauſanias, eius ſua quoque aetate monumentum exſtitiſſe, iſtis verbis. Ἔστι δὲ μνῆμα ἐπὶ Πρασιαῖς Ἐρυσίχθονος, ὃς ἐκομίζετο ὀπίσω μετὰ τὴν θεωρίαν ἐκ Δήλου γυομένης οἱ κατὰ τὸν πλοῦν τὸν παλαιὸν. *Eſt vero monumentum Eryſichthonis Praſiis, qui, quum e Delo, quo cum ſacris iverat, domum reverteretur, in ipſo navigationis curſu acceſſit.* Deceſſit autem, vivo etiam tum patre. Idem Pauſanias. Οὗτος (ὁ Ἐρυσίχθων) οὐκ ἐβασίλευεν Ἀθηναίων, ἀλλὰ οἱ τοῦ πατρὸς ζῶντος τελευτῆσαι συνέβη. *Hic (Eryſichthon) ad Athenienſium regnum non acceſſit, ſiquidem evenit ipſi, ut vivo patre moreretur.* Filias eius plane eodem modo refert Vlpianus ad Demoſthenem De falſa legatione. Ἄγραυλος, καὶ Ἔρση, καὶ Πάνδροσος, θυγατέρες Κέκροπος· ὡς φησιν ὁ Φιλόχορος. *Agraulus, & Herſe, & Pandroſus, filiae Cecropis, uti auctor eſt Philochorus.* Videndus quoque Stephanus in Ἀγραυλή. Pandroſus vero, Fulgentio Pandora dicitur, Mythologici lib. II. His Minerva Erichthonium ciſtae incluſum cuſtodiendum commiſiſſe memoratur, ac mandaſſe ne inſpicerent. Pauſanias in Atticis. Ἀγλαύρῳ δὲ, καὶ ταῖς ἀδελφαῖς, Ἔρσῃ, καὶ Πανδρόσῳ, δῆναι φασὶν Ἀθηνᾶν Ἐριχθόνιον καθέσαν εἰς κιβωτὸν, ἀπόρρητον εἰς δὲ παρακαταθήκην μὴ πολυπραγμονεῖν. *Aglauro vero, eiuſque ſororibus, Herſae, & Pandroſo, Minervam aiunt Erichthonium in ciſtam abditum commiſiſſe, admonitis, ne de depoſito nimis curioſae eſſent.* Hyginus Fab. CLXVI. *Quem (Erichthonium) quum Minerva clam nutriret, dedit in Ciſtula ſervandum Aglauro, Pandroſo, & Herſae, Cecropis filiabus.* Ovidius Metamorphoſ. lib. II.

Pallas Erichthonium, prolem ſine matre creatam,
Clauſerat Actaeo texta de vimine ciſta;
Virginibuſque tribus, gemino de Cecrope natis,
Servandam dederat, ſed non confeſſa quid eſſet;
Et legem dederat, ſua ne ſecreta viderent.

Lactantius de hac ipſa re lib. I. cap. XVII. *Virgo eum puerum cum dracone concluſum, & obſignatum tribus virginibus Cecropidis commendavit.* Neque aliter Antigonus Caryſtius Hiſt. Mirab. cap. XII. Alii dicunt, tantum duabus commiſiſſe; nempe Aglauro, & Pandroſo. Germanici interpres. *Natus eſt Erichthonius, quem Minerva in ciſta abſcondidit, draconeque cuſtode appoſito, duabus ſororibus, Aglauro, & Pandroſo commendavit.* Totidem verbis Fulgentius Mythologici lib. II. niſi quod Pandora ipſi, quae Pandroſus aliis dicitur; ut iam monui. Rurſum ſoli Pandroſo creditum depoſitum iſtud memorat Apollodorus lib. III. Φευγούσης δὲ αὐτῆς (τῆς Ἀθηνᾶς) καὶ τὸ γονὴ εἰς γῆν πεσούσης. Ἐριχθόνιος γίνεται. τοῦτον Ἀθηνᾶ κρύφα τῶν ἄλλων θεῶν ἔτρεφεν, ἀθάνατον θέλουσα ποιῆσαι. καὶ καταθεῖσα αὐτὸν εἰς κίστην, Πανδρόσῳ τῇ Κέκροπος παρακατέθετο, ἀπειποῦσα τὴν κίστην ἀνοίγειν. *Quum vero fugeret ipſa (Minerva) caderetque in terram ſemen, naſcitur Erichthonius. Hunc Minerva clam alios deos educabat, immortalem facere volens: atque in ciſta collocatum depoſuit apud Pandroſum, Cecropis filiam, prohibens, ne ciſtam eam aperiret.* Deſtituit memoria Hyginum, quum Erechthei filiabus datum Erichthonium cuſtodiendum nobis refert in Poetico Aſtro-

no-

nomico, ubi de Heniocho agit. *Eum (Erichthonium) dicitur Minerva in cista quadam, ut mysteria, contectum, ad Erechthei filias detulisse, & bis dedisse servandum; quibus interdixit, ne cistulam aperirent.* Sic peccatum quoque earum in deposito adservando varie narrant. Antigonus Carystius aperuisse cistam Pandrosum, & Agraulum refert Hist. Mirab. cap. XII. Τὰς δὲ Κέκροπος θυγατέρας τὰς δύο, Ἄγραυλον, καὶ Πάνδροσον, τὴν κίστην ἀνοῖξαι. *Cecropis vero filias duas, Agraulum, & Pandrosum cistam aperuisse.* Athenagoras in Orat. pro Christianis. Καὶ Ἀγραύλῳ Ἀθηναῖοι καὶ τελετὰς, καὶ μυστήρια, ἄγουσι, καὶ Πανδρόσῳ, αἱ ἐνομίσθησαν ἀσεβεῖν, ἀνοίξασαι τὴ λάρνακα. *Agrauli, & Pandrosi, caeremoniae, & mysteria peraguntur Athenis; quae quidem, quod arcam aperuissent, impie egisse existimatae sunt.* Apollodorus culpam impingit Aglauro, & Hersae. Αἱ ἀδελφαὶ τῆ Πανδρόσου, ἀνοίγουσιν, ὑπὸ περιεργίας. *Pandrosi sorores praecuriositate aperiunt.* Aglaurum accusat Ovidius Metamorph. II.

——— *commissa duae sine fraude tuentur,*
Pandrosus, atque Herse: timidas vocat una sorores
Aglaurus, nodosque manu diducit.

Ac postea iterum,

Aspicit hunc oculis iisdem, quibus abdita nuper
Viderat Aglaurus flavae secreta Minervae.

Et ad eius exemplum Iosephus Devonius, qui ante annos cccc. De bello Troiano libros sex scripsit, editos sub nomine Daretis Phrygii. Verba eius, ubi de Minerva loquitur, ita habent lib. II.

At virgo est: negat Aglaurus, negat anguis apertus.

Quia vero in hac cista, quam Minerva filiabus Cecropis custodiendam commendaverat, draco quoque inclusus erat, ut Auctores illi tradunt, quos citavi, eam ob rem Sophocli Δράκαυλος illa nominatur in Tragoedia, quae inscribitur, Tympanistae. Vide Suidam, & Auctorem Etymologici in Δράκαυλος. De morte earum ita traditur, Quum Minervae, quae vetuerat, ne in cistulam inspicerent, morem minime gessissent, ira deae in furorem concitatae, se praecipites de praerupto arcis loco deiecere. Hyginus in Poetico Astronomico, ubi de Heniocho agit. *Saepius virgines cistulam aperiunt, & anguem viderunt: quo facto, insania a Minerva iniecta, de arce Athenienſium se praecipitaverunt.* Iterum Fab. CLXVI. *Hae quum cistulam aperuissent, cornix indicavit. Illae, a Minerva insania obiecta, ipsae se in mare praecipitaverunt.* Pausanias dicit, paruisse Pandrosum; sed Aglaurum, atque Hersen eo modo periisse. Πάνδροσον μὲν δὴ, λέγουσι πεῖθεσθαι· τὰς δὲ δύο, ἀνοῖξαι γὰρ σφᾶς τὴν κιβωτὸν, μαίνεσθαί τε, ὡς εἶδον τὸν Ἐρίχθονιον, καὶ κατὰ τῆς ἀκροπόλεως, ἔνθα ἦν μάλιστα ἀπότομον, αὐτὰς ῥῖψαι. *Pandrosum quidem paruisse ferunt; sorores vero, siquidem cistam aperuerant, furore actas, quum viderent Erichthonium, se de arcis maxime praerupto loco praecipites egisse.* Idem dicit Apollodorus, & adiungit, ex sententia aliorum, a dracone, qui cum Erichthonio erat cistae inclusus, interfectas. Αἱ ἀδελφαὶ τῆς Πανδρόσου, ἀνοίγουσιν ὑπὸ περιεργίας (ἢ κίστιν) καὶ θεῶνται τῷ βρέφει περιεσπειραμένον δράκοντα· καὶ, ὡς μὲν ἔνιοι λέγουσιν, ἀπ' αὐτῶ διεφθάρησαν τῶ δράκοντος· ὡς δ' ἔνιοι, δι' ὀργὴν Ἀθηνᾶς ἐμμανεῖς γενόμεναι, κατὰ τῆς ἀκροπόλεως αὐτὰς ἔῤῥιψαν. *At Pandrosi sorores, quod curiosae admodum forent, cistam aperiunt, & advolutum circum puerum draconem vident. Neque desunt, qui occisas a dracone ipso dicant: alii tradunt, ob iram Minervae in furorem actas, de arce se praecipitasse* (a). Aliud Ovidius tradit de Aglauro; nempe, quum Mercurium vellet aditu ad sororem Hersen prohibere, commutatam in saxum esse. Videatur Metamorph. lib. II. Errat autem vehementer Vlpianus, qui hanc bello contra Eumolpum, Erechtheo rege, ultro sese pro salute patriae suae morti obtulisse refert Commentario ad Demosthenis Orat. De falsa legat. istis verbis. Λέγουσι δὴ, ὅτι, πολέμου συμβάντος παρ' Ἀθηναίοις ὅτε Εὔμολπος ἐστράτευσε κατὰ Ἐρεχθέως, καὶ μηχυνομένου τούτου, ἔχρησεν ὁ Ἀπόλλων, ἀπαλλαγήσεσθαι, ἐάν τις ἀνέλῃ ἑαυτὸν ὑπὲρ τῆς πόλεως· ἡ τοίνυν Ἀγραυλος, ἐκοῦσα αὐτὴν ἐξέδωκεν εἰς θάνατον· ἔῤῥιψε γὰρ ἑαυτὴν ἐκ τοῦ τείχους. *Aiunt vero, quum bello peterentur Athenienſes, infestum exercitum contra Erechtheum ducente Eumolpo, atque id protraheretur, respondit Apollo, finem fore, si quis semet pro rep. occidisset. Agraulus itaque ultro se in mortem obtulit, ac de muro praecipitavit.* Nam non Cecropis filiarum una fuit, quae se bello hoc devovit pro republica, sed Erechthei, uti infra sum dicturus: ac repugnat valide temporis intervallum; siquidem a fine Cecropis ad Erechthei principium anni centum, & novem intersunt. Porro Agraulo ex Marte filia fuit Alcippe. Apollodorus. Ἀγραύλου μὲν οὖν, καὶ Ἄρεος, Ἀλκίππη γίνεται. *Itaque Agrauli quidem filia, & Martis Alcippe fuit.* Eiusque mortuae in honorem populus Agraule dictus. Stephanus. Ἀγραυλὴ, δῆμος Ἀθήνησι, τῆς Ἐρεχθηίδος φυλῆς· ἀπὸ Ἀγραύλου, τῆς Κέκροπος θυγατρός. *Agraule, populus Athenis, tribus Erechtheidis; ab Agraulo, Cecropis filia* (b). Quin divinos quoque honores habuere, structo templo. Meminit eius Pausanias in Atticis. Ὑπὲρ δὲ τοὺς Διοσκούρων τὸ ἱερὸν, Ἀγλαύρου τέμενός ἐστιν. *Supra Dioscurorum vero fanum est Agrauli.* Herodotus lib. VIII. Ἀνέβησάν τινες κατὰ τὸ ἱερὸν τῆς Κέκροπος θυγατρὸς Ἀγραύλου. *Ascenderunt nonnulli iuxta fanum Agrauli, Cecropis filiae.* Polyaenus lib. I. Οἱ ἐπίκουροι προελθόντες, σὺν τὰ ὅπλα ἀράμενοι, κατήνεγκαν εἰς τὸ ἱερὸν τῆς Ἀγραύλου. *Auxiliares progressi, atque*

(a) Ex hac draconis historia repetenda est explicatio nummorum quorumdam, ac statuarum Minervae ante cuius pedes sinuosus anguis adspicitur. Consulatur *Tab.* I. & id quod ad caput huius libri X. adnotavimus. Consulatur etiam *Cecropiae* Cap. XXII. & Tabula ibidem inserta.

(b) Vide *Lib. De Pop. Att.* in Ἀγραυλή.

Digitized by Google

que arma tollentes, ea in Agrauli templum detulerunt. Quin etiam Salamine Cypri templum habebat, ut videre est apud Porphyrium De Abst. lib. II. In eo vero, quod Athenis structum dixi, iuventus Attica iusiurandum suum dabat de tutanda patria, eiusque legibus, ac sacris. De quo vide, quae iampridem adnotavi Athenarum Atticarum lib. I. cap. VII. Ac sacra illi fieri solita. Athenagoras Orat. pro Christ. Καὶ Ἀγραύλῳ Ἀθηναῖοι καὶ τελετὰς, καὶ μυστήρια ἄγουσι. *Et Agraulo Athenienses caeremonias, ac mysteria celebrant*. Atque sacerdotes ei constitutae, Ἀγραυλίδες nuncupatae. Observo apud Hesychium. Ἀγραυλίδες, ἱέρειαι παρὰ Ἀθηναίοις. *Aglaurides, sacerdotes apud Athenienses*. Ita enim eum locum corrigendum monui olim Attic. Lect. lib. VI. cap. III. Tum & Salamine Cypri, ubi templum item habuisse dixi, sacra illi celebrata, quibus homo immolatus, usque ad Diomedis tempora. Porphyrius de Abst. lib. II. Ἐν δὲ τῇ νῦν Σαλαμῖνι, πρότερον ὑπὸ Κορωνίδι ὀνομαζομένῃ, μηνὶ κατὰ Κυπρίους Ἀφροδισίῳ, ἐθύετο ἄνθρωπος τῇ Ἀγραύλῳ, τῇ Κέκροπος, καὶ Νύμφης Ἀγλαυρίδος, καὶ διέμενε τὸ ἔθος, ἄχρι τῶν Διομήδους χρόνων. *Ac Salamine quidem, quae olim Coronis dicebatur, mense Cypriis Aphrodisio, immolabatur homo Agraulo, Cecropis, & Nymphae Agraulidis filiae, obtinuitque is mos usque ad Diomedis tempora*. Theodoretus Therapeut. lib. VII. Καὶ ἐν Σαλαμῖνι τῇ Κύπρῳ ἄνθρωπος ἐθύετο τῇ Ἀγραύλῳ. *Et Salamine Cypri homo immolatur Agraulo*. Athenienses praeter templum, atque sacra etiam festum instituerunt, quod Πλυντήρια nuncupabant. Hesychius. Πλυντήρια, ἑορτὴ Ἀθήνησιν, ἣν ἐπὶ τῇ Ἀγλαύρῳ, τῇ Κέκροπος θυγατρὶ, ἄγουσιν. *Plynteria, festum Athenis, quod in honorem Aglauri, Cecropis filiae, celebrabant*. Quod ad Hersen attinet, eam amavit Mercurius, canistrum ferentem in Minervae festo intuitus, & Agraulum, prae invidia prohibere cupientem, quod iam dixi, in saxum vertit. Ovidius Metam. lib. II.

——— *virginibus praestantior omnibus Herse*
Ibat; eratque decus pompae, comitumque suarum.
Obstupuit forma Iove natus; & aethere pendens,
Non secus exarsit, quam quum Balearica plumbum
Funda iacit. ———

Et quae plura illic canit. Ac potitum eius concubitu, Cephalumque genuisse discimus ex Apollodori istis verbis. Ἕρσης δὲ, καὶ Ἑρμοῦ, Κέφαλος. *Herses vero, & Mercurii filius, Cephalus*. Festum quoque ei actum, Ἑρσηφορία adpellatum. Etymologici Auctor. Παρὰ τὴν Ἕρσην, Κέκροπος θυγατέρα, Ἑρσηφορία. ταύτην γὰρ ἦγον τὴν ἑορτήν. *Ab Herse, Cecropis filia, Hersephoria nominata; illi enim festum istud celebrabant*. Suidas. Ἑρσηφόρια. τῇ γὰρ Ἕρσῃ ἐπόμπευον, τῇ Κέκροπος θυγατρί. *Hersephoria; quia Hersae, Cecropis filiae, pompam ducebant*. Denique ut sororem Hersen, sic Mercurius, & Pandrosum adamavit; & Cerycem ex ea sustulit, Cerycum postea familiae auctorem. Videndus Pollux lib. VIII. cap. IX. sect. XXII. & Homeri Scholiastes Iliad. α. Quamquam Pausanias in Atticis, eum Mercurio, & Aglauro natum dicat. Accurate hac de re commemoravimus in Syntagmate De Familiis Atticis in Κήρυκες. Quin coniunctum cum Minerva templum habuit, & communia quoque sacra. Vide quae notata mihi in rem istam Attic. Lect. lib. III. cap. XXII. quae non lubet hic repetere. Festum etiam habuisse doceo Graeciae Feriatae lib. V. Illic vide, si est tanti.

CAP. XII.

Periit in mari rubro; Mosi coaetaneus, cuius anno trigesimo quinto regnum incepit. Israelitae, ut quidam volunt, anno eius quadragesimo quinto ex AEgypto educti. Regnavit annos quinquaginta; & sepulcrum ei Athenis structum in arce in Minervae fano, idque iuxta eius signum; tum in coelum quoque illatus, & Aquarius est putatus.

TAndem in mari rubro periit, cum Pharaone AEgypti rege persequens Israelitas. Honorius in Chronico. *Cum Pharaone submersus est (Cecrops) in mari rubro*. Totidem verbis etiam Albertus Stadensis in suo Chronico. Nemo hoc quidem alius tradit; verum Mosi coaetaneum plures faciunt (a). Freculphus Chron. Tom. I. lib. II. cap. VIII. *Sine ulla ambiguitate Moses, & Cecrops, qui primus Athenienſium rex fuit, iisdem fuere temporibus*. Et regnum incepit trigesimo quinto eius anno. Cyrillus contra Iulianum lib. I. *Trigesimo quinto anno Mosis primus regnavit Athenis Cecrops, qui cognominatus Diphyes*. Cecropis vero anno quadragesimo quinto Israelitas Moses ex AEgypto eduxit. Eusebius. Τῷ τεσσαρακοστῷ πέμπτῳ ἔτει Κέκροπος τοῦ Διφυοῦς, πρώτου βασιλέως τῶν Ἀθηναίων, ἡ ἐξ Αἰγύπτου πορεία τοῦ Ἰσραὴλ διὰ Μωσέως ἐγένετο. *Quadragesimo quinto anno Cecropis Biformis, primi Athenienſium regis, Israelis ex AEgypto excessus per Mosen factus est*. Quadragesimus vero quintus ille annus regni Cecropis, Mosi fuit suae aetatis octogesimus; siquidem, ut ex Cyrillo iam ostendi, regnum is trigesimo quinto Mosis anno inchoavit. Et hoc est, quod Hieronymus in Eusebiano Chronico nobis dicit. *Moses octogesimum agens aetatis annum, dux itineris ex AEgypto Ebraeorum gentis efficitur*. Huc pertinet, quod extremo Cecropis tempore eductos ex AEgypto dicit Israelitas Augustinus de Civit. dei lib. XVIII. cap. XI. *Eduxit ergo Moyses ex AEgypto populum dei novissimo tempore Cecropis, Athenienſium regis*. Quae iisdem pene verbis Iuo in Chronico. Regnum autem fertur annos quinquaginta tenuisse. Eusebius. Κέκροψ ὁ Διφυὴς τότε Ἀττικῆς, νῦν δὲ Ἀττικῆς, ἐβασίλευσεν ἔτη πεντήκοντα. Hieronymus. *In Acta, quae nunc Attica nominatur, primus regnavit Cecrops, qui*

(a) Vide adnotata superius ad Cap. V.

Digitized by Google

qui & Diphyes, annos quinquaginta. Cedrenus. Οὗτος (ὁ Κέκροψ) μετὰ τ κατακλυσμὸν τῆς Ἀττικῆς, Ἀθηνῶν ἐβασίλευσε χρόνους πεντήκοντα. *Hic (Cecrops) post Atticae diluvium Athenis regnavit annis quinquaginta.* Suidas in Προμηθεύς. Ἐβασίλευσε δὲ Κέκροψ ἔτη πεντήκοντα. *Regnavit vero Cecrops annis quinquaginta.* Vincentius Bellovacensis Spec. Hist. lib. 11. cap. LIV. *Huius autem (Cecropis) regni adnotantur anni quinquaginta.* Eadem Abbas Vrspergensis, item Marianus Scotus. Sepulcrum eius Athenis visebatur in arce. Clemens in Protreptico. Ἐν τῷ νεῷ τ Ἀθηνᾶς ἐν Λαρίσῃ, ἐν τῇ ἀκροπόλει τάφος ἐστὶν Ἀκρισίου. Ἀθήνησι δ, ἐν ἀκροπόλει, Κέκροπος. *In fano Minervae Larissae, in arce est Acrisii sepulcrum; Athenis vero in arce, Cecropis.* Idque in Minervae templo. Arnobius lib. VI. *In Historiarum Antiochus nono, Athenis in Minervio memorant sepultum esse Cecropem* (a). Et quidem iuxta signum ipsius praesidis Minervae. Theodoretus Therap. lib. VIII. Καὶ γὰρ Ἀθήνησιν, ὡς Ἀντίοχος ἐν τῇ ἐννάτῃ γέγραφεν ἱστορίᾳ, ἄνω γε ἐν τῇ ἀκροπόλει, Κέκροπός ἐστι τάφος, παρὰ τ πολιοῦχον αὐτήν. *Etenim Athenis, uti auctor est Antiochus in libro nono Historiarum, superius in arce Cecropis sepulcrum exstat, iuxta ipsam Vrbis praesidem Minervam.* Quin illatus quoque in coelum, in Zodiaco locum Aquarii obtinere est putatus. Hyginus de Aquario agens Poet. Astronom. lib. II. *Eubulus autem Cecropem demonstret esse, antiquitatem generis commemorans; & ostendens, antequam vinum traditum sit hominibus, aqua in sacrificiis deorum usos esse; & ante Cecropem regnasse, quam vinum sit inventum.* Certe in coelo, peplo intexto, inter signa, quae recenset, commemorat etiam Eurypides in tragoedia Iove, & crateres illi tribuit, ceu Aquario.

Κατ' ἀσόδους δ', Κέκροπα, θυγατέρων πέλας,
Σπείρας συνειλίσσοντ', Ἀθηναίων τινὸς
Ἀνάθημα, χρυσέους τ' ἐν μέζῳ συσσιτίῳ
Κρατῆρας ἕστησ'.

Ad ianuam vero, Cecropem, prope filias,
Involutum nodis, Athenienſium cuiusdam
Donarium, aureosque in medio convivio
Crateres statuit. ——

CAP. XIII.

Cranaus, Cecropis successor. Honorii de eo locus, & Freculphi; Iuonisque emendatus. Isocratis memoriae lapsus. Attica ab illo Cranae adpellata. Menander rhetor restitutus. Athenae, Cranae nuncupatae; ac Grammaticorum error super hac re indicatus. Athenienses, item Cranai; & confusio in hac re ostensa Herodoti; quem sequuti Marianus, & Eustathius. Quatuor tribus ab eodem aliis nominibus dictae.

CEcrope vita defuncto, regnum Cranaus accepit, homo indigena. Apollodorus. Κέκροπος δ ἀποθανόντος, Κραναὸς * αὐτόχθων. *Postquam vero diem Cecrops obiisset, Cranaus* indigena.* Eusebius. Κραναοῦ τούτου, δευτέρου βασιλέως, θυγάτηρ ἦν Ἀτθίς. *Cranai huius secundi regis filia erat Atthis.* De eius nomine corruptus est Honorii locus in Chronico, ubi Menander vocatur sine ullo veri nominis vestigio. *Post hunc (Cecropem) regnavit Menander.* Corruptus etiam Freculphus, apud quem Cradavus dicitur Tom. I. lib. II. cap. VIII. *Eo tempore secundus Athenienſium rex Cradavus erat.* Restitue: *rex Cranaus erat.* Item Ivo in Chronico, apud quem Carnao dicitur. *Cecropi vero Carnao successit, sub quo Deucalionis diluvium fuit.* Corrigendum, *Cecropi vero Cranaus successit.* Memoria labitur Isocrates, Erichthonium Cecropi successorem tribuens in Panathenaica sua. Ἐριχθόνιος μὲν γὰρ, ὁ φὺς ἐξ Ἡφαίστου καὶ Γῆς, παρὰ Κέκροπος, ἄπαιδος ὄντος ἀῤῥένων, τὸν οἶκον, καὶ τὴν βασιλείαν, παρέλαβεν. *Nam Erichthonius, Vulcano, & Terra genitus, a Cecrope, qui masculis liberis orbus decesserat, hereditatem, & regnum accepit.* Quippe inter Cecropem, & Erichthonium reges duo interfuere: Cranaus hic, & Amphictyon; de quo mox dicturi sumus. A Cranao vero Attica nominata Cranae. Stephanus. Κραναὴ, ὕτως ἐκαλεῖτο καὶ ἡ Ἀττικὴ, ἀπὸ Κραναοῦ. *Cranae, ita & dicta Attica a Cranao.* Corrigendus est Menander Rhetor Cap. Πῶς δεῖ ἀπὸ γένους πόλιν ἐγκωμιάζειν. Τὴν γὰρ αὐτὴν χώραν, ποτὲ μὲν Κραναὴν, ποτὲ δὲ Κεκροπίαν, ποτὲ δὲ Ἀκτὴν, ποτὲ δὲ Ἀττικὴν κεκλήκασι. *Eamdem enim regionem, aliquando Cranaen, aliquando Cecropiam, aliquando Acten, aliquando vero Atticam indigetarunt.* Perperam editur: Ποτὲ μὲν Καρθμίαν, ποτὲ δὲ Κεκροπίαν. *Aliquando quidem Carthmiam, aliquando vero Cecropiam.* Eustathius in Dionysium. Ἡ κατὰ Ἀθήνας χώρα λέγεται καὶ Ἀτθὶς, ἀπὸ Ἀτθιδος, τῆς θυγατρὸς Κραναοῦ. ἀφ' ἧς καὶ Κραναὴ λέγεται. *Quae circa Athenas regio est, dicitur etiam Atthis, ab Atthide filia Cranai; a quo etiam Cranae dicitur.* Sic Athenae ipsae, Cranae. Pindarus Olymp. Od. VII.

Καὶ Κρανααῖς ἐν Ἀθήναις.
Et Cranais Athenis.

Et Nem. Od. VIII.

Οἵτε Κρανααῖς ἐν Ἀθήναισιν ἄρμοζον στρατόν.
Et qui Cranais Athenis gubernabant populum.

Aristophanes in Avibus.

Ἔπειτα μέζω τῶν Κραναῶν ζητεῖς πόλιν;
Postea maiorem Cranais quaeris urbem?

Atque iterum Acharnensibus.

—— ὦ Κραναὰ πόλις,
Ἆρ' αἰσθάνει τὸν κατάγελων τῶν πρέσβεων;
—— *o Cranaa urbs,*
An non sentis ludibrium legatorum?

Quibus locis veteres interpretes adferunt duas explicationes, nominisque rationes; unam nempe a rege Cranao; alteram vero ab asperitate loci. Idem facit quoque Suidas in Κραναῶν. Verum manifeste errant in postrema ratione. Scio equidem Κραναῶν Graecis aspe-

(a) Consule *Cecropiam Cap. XXI.*

Digitized by Google

aſperum dici; verum iſtud hic valere ſane nego. Etenim, ſi admittamus quaevis urbes, quae ingenio loci tales, Cranaae deberent dici, nunc praeter Athenas ſolas, nullam aliam ſic invenias adpellari. Certe Heſychius, unus omnium Grammaticorum eruditiſſimus, ſolam a Cranao rationem nominis ponit. Κραναὴν πόλιν· τὰς Ἀθήνας, ἀπὸ Κραναοῦ. *Cranaen urbem, Athenas a Cranao.* Denique eodem modo Cranai Athenienſes nuncupati. Strabo lib. IX. Ἀτθίδα δὲ, ἣν Ἀττικήν (φασιν) ἀπὸ Ἀτθίδος, τῆς Κραναοῦ· ἀφ' ἧς καὶ Κραναοὶ, οἱ ἔνοικοι. *Atthidem vero, & Atticam (dicunt) ab Atthide Cranai filia, a quo Cranai dicti incolae.* Confundit tempora Herodotus, qui Pelaſgis regionem poſſidentibus, Cranaos vocatos dicit, ut Cecropidas poſtea a rege Cecrope; quum Cranaus tamen, a quo demum Cranaos vocatos certum eſt, Cecrope poſterior fuerit. Verba eius ecce iſta lib. VIII. Ἀθηναῖοι ἦ, ἐπὶ μὲν τῶν Πελαζγῶν ἐχόντων τὴν νῦν Ἑλλάδα καλεομένην, ἔσαν Πελαζγοὶ, ὀνομαζόμενοι Κραναοί· ἐπὶ ἧ Κέκροπος βασιλῆος, ἐκλήθησαν Κεκροπίδαι. *Athenienſes vero ſub Pelaſgis quidem, quum illi eam, quae nunc Graecia adpellatur, obtinerent, Pelaſgi erant Cranai dicti; ſub rege autem Cecrope, Cecropidae ſunt adpellati.* Et ex Herodoto Marcianus in ſua Periegeſi.

Ἐξῆς Ἀθήνας φασὶν οἰκητὰς λαβεῖν
Τὸ μὲν Πελαζγὸς πρῶτον, ὃς δὴ καὶ λόγος
Κραναὸς καλεῖσθαι· μετὰ ἧ Κεκροπίδας,
Κέκροπος δυναζεύσαντος. ——

Dehinc Athenas aiunt habitatores accepiſſe.
Primo quidem Pelaſgos, quos ſane etiam ferunt
Cranaos vocari; poſtea vero Cecropidas,
Cecrope rerum potito. ——

Item Euſtathius in Dionyſium. Ἱστορεῖ δὲ ὁ αὐτὸς (Ἡρόδοτος) καὶ ὅτι οἱ Ἀθηναῖοι, Κραναοὶ καλούμενοι, ὅμως, ἐπὶ Πελαζγῶν ἐχόντων τὴν Ἑλλάδα, Πελαζγοὶ ὠνομάζοντο· ἐπὶ ἧ Κέκροπος, ἐκλήθησαν Κεκροπίδαι. *Tradit vero etiam ille ipſe, (Herodotus) quod Athenienſes Cranai dicti, tamen ſub Pelaſgis, Graeciam tenentibus, Pelaſgi fuerint adpellati; ſub Cecrope vero, Cecropidae ſint nuncupati.* Denique quatuor urbis tribubus, quae a Cecrope adpellatae: Κεκροπὶς, Αὐτόχθων, Ἀκταία, Παραλία, ut ſupra dixi cap. VII. alia ipſe nomina dedit, voluitque, ut deinceps dicerentur, Κραναΐς, Ἀθὶς, Μεσόγαια, Διακρίς. Pollux lib. VIII. capite IX. ſect. XXXI. Καὶ αἱ φυλαὶ, τέως μὲν ἐπὶ Κέκροπος, ἦσαν τέσσαρες, Κεκροπὶς, Αὐτόχθων, Ἀκταία, Παραλία· ἐπὶ ἧ Κραναοῦ μετωνομάσθησαν, Κραναΐς, Ἀτθὶς, Μεζόγαια, Διακρίς. *Et tribus, antea quidem ſub Cecrope quatuor erant: Cecropis, Indigena, Actaea, Maritima; ſub Cranao mutato nomine adpellatae, Cranais, Atthis, Mediterranea, Montana.*

CAP. XIV.

Vxor eiue, filiaeque Cranae, Cranaechme, & Atthis; a qua nuncupata Attica, uti item dialectus. Iamblichi memoriae lapſus. Minerva quoque Belonica cognomento adpellata; e qua, & Vulcano natus Erichthonius. Filius Rharus, qui hoſpitio Cererem errantem excepit; unde ea filium huius Triptolemum, ſeu nepotem, agriculturae artem docuit. Campus ab hoc Rharius dictus, ubi fruges primum natae; unde hordeum ad molas, atque liba, ſumi ſolitum. Sacra aratio ibidem. Terra, Rharia; Ceres, Rharias. Ac fortaſſe filius quoque eius Mopſopus, ſive Mopſops; a quo Attica Μοψοπία *adpellata. Euſtathii error; item Stephani, cuius obiter etiam locus emendatur. Filiarum una nupta Amphictyoni, qui deiecit eum regno, poſtquam illud annos novem tenuiſſet. Deiectus, fugit ad Lamprenſes, apud quos decedit, atque ſepelitur. Eiuſque illic monumentum uſque ad Pauſaniae tempora; idque quantum annorum intervallum fuerit, computatum. Divini quoque ipſi honores conſtituti; & ſacerdos ex familia Charidarum.*

VXorem habuit Pediadem, Menetis Lacedaemonii filiam, ex eaque filias tres: Cranaen, Cranaechmen, Atthidemque, quae quum virgo deceſſiſſet, Atticam ab eius nomine adpellavit. Apollodorus lib. III. Οὗτος (ὁ Κραναὸς) γήμας ἐκ Λακεδαίμονος Πεδιάδα τὴν Μήνητος, ἐγέννησε Κραναὴν, καὶ Κραναίχμην, καὶ Ἀτθίδα, ἣς ἀποθανούσης ἔτι παρθένου, τὴν χώραν Κραναὸς Ἀτθίδα προσηγόρευσε. *Hic (Cranaus) ducta uxore ex Lacedaemone Pediade Menetis filia, genuit Cranaen, & Cranaechmen, & Atthidem; quae quum etiam tum virgo obiiſſet, regionem Cranaus Atticam adpellavit.* Ac de Atthide, Atticaque ab ea denominata etiam Pauſanias refert in Atticis, Κραναῷ δὲ θυγατέρας καὶ ἄλλας, καὶ Ἀτθίδα γενέσθαι λέγουσιν· ἀπὸ ταύτης ὀνομάζουσιν Ἀττικὴν τὴν χώραν. *Cranao autem quum alias filias, tum Atthidem fuiſſe dicunt, atque ab ea regionem Atticam vocant.* Iuſtinus lib. II. *Huic (Cecropi) ſucceſſit Cranaus, cuius filia Atthis regioni nomen dedit.* Et conſenſu tradunt Strabo, Euſebius, Hieronymus, Marianus Scotus, alii. Epiphanius Atthidem hanc Inachi filiam, alio nomine Ionem dictam eſſe tradit. Verba ecce tibi iſta Adv. Haer. lib. I. Ἦν ἧ κατ' ἐκεῖνο καιρῷ Ἶναχος παρ' Ἕλλησι, γνωριζόμενος· ἧς θυγάτηρ Ἰὼ, ἡ καὶ Ἀτθὶς καλουμένη, δι' ἣν καὶ ἡ Ἀττική. *Erat vero ſecundum illud tempus Inachus apud Graecos celebris, cuius filia Io fuit, quae & Atthis adpellata, a qua Attica nomen habet.* Ioannes Tzetzes etiam Minervam nominat Erichthonii ex Vulcano matrem Chil. v. cap. XIX.

Ὁ Ἐριχθόνιος δ', αὐτὸν ἐλιώξας, βασιλεύει,
Ἡφαίστου παῖς, καὶ Ἀθηνᾶς τῆς Κραναοῦ, ὑπάρχων.
Erichthonius vero, ipſo pulſo, regnum capit,
Vulcani filius, & Minervae Cranaei.

Meurſii Tom. I.

Qq 2

(a) *Hub. Goltzius* nummum exhibet, in cuius averſa parte Lyra eſt cum epigraphe, KPANIΩN; in altera vero caput Apollinis laurea redimitum. *Lud. Nonnius* ſubſpicari videtur nummum illum ad Athenienſes pertinere; & forte res ita ſe haberet, ſi pro KPANIΩN, KPANAΩN legeretur.

Digitized by Google

Vulcani filius, & Minervae Cranai exsistens,

Et hanc Belonicam dictam cognomento, discimus ex Isacio Tzetze Comment. ad Lycophronem; quamquam ille Brontei esse filiam, non Cranai dicat. Καὶ τὸ περὶ Ἀθλωᾶς, καὶ Ἡφαίστου ὅτως ἐχέτω. Ἀθλωᾷ τινὶ βασιλίδι, τῇ καὶ Βελονίκῃ λεγομένῃ, θυγατρὶ δὲ Βροντέως ὑπαρχόντος, Ἥφαιστος, γάμῳ μιγεὶς, γεννᾷ Ἐριχθόνιον, ὃς ἐβασίλευσεν Ἀττικῆς. *Quod ad Minervam attinet, & Vulcanum, ita habet. Minervae cuidam reginae, etiam Belonicae dictae, Brontei filiae, matrimonio iunctus Vulcanus, gignit Erichthonium, qui Atticae regnum tenuit.* Vti autem regio ab Atthidis nomine dicta Attica, ita quoque dialectus. Philoponus in Technicis, Διάλεκτός, ἐστι γλώττης ἰδίωμα. εἰσὶ δὲ Διάλεκτοι πέντε. Ἀττὶς, Δωρὶς, Αἰολὶς, Ἰὰς, Κοινή· καὶ Ἀττὶς μὲν, ἐκλήθη ἀπὸ Ἀτθίδος, τῆς Κραναοῦ θυγατρός. *Dialectus est linguae proprietas. Sunt autem dialecti quinque: Attica, Dorica, AEolica, Ionica, Communis. Et Attica quidem vocata est ab Atthide Cranai filia.* Nec memoria constat Iamblicho, qui Creusae, Erechthei filiae, id adscribit De Vita Pythagorae lib. I. cap. XXXIV. Filium quoque unum invenio, Rharum nomine. Hesychius nos de eo docet. Κραναοῦ υἱὸς Ῥάρος, *Cranai filius Rharus.* Atque is Triptolemi pater memoratur. Idem Hesychius alio loco. Ῥάρος, ὄνομα τοῦ Τριπτολέμου πατρός. *Rharus, nomen Triptolemi patris.* Pausanias in Atticis ex Choerilo. Χοιρίλῳ δὲ Ἀθηναίῳ, δρᾶμα ποιήσαντι Ἀλόπην, ἐς ἐρημένα, Κερκύονα εἶναι καὶ Τριπτόλεμον ἀδελφοὺς, τεκεῖν δὲ σφᾶς θυγατέρα Ἀμφικτύονος εἶναι δὲ πατέρα Τριπτολέμῳ μὲν Ῥάρον, Κερκύονι δὲ Ποσειδῶνα. *Choerilus vero Atheniensis, qui fabulam Alopen fecit, auctor est, Cercyonem, ac Triptolemum fratres esse, atque natos filia Amphictyonis; & Triptolemo quidem Rharum, Cercyoni Neptunum patrem exstitere.* Alii volunt Rharum quidem filium habuisse Celeum, atque huius Triptolemum esse. Suidas, Ῥάρος ἔσχεν υἱὸν Κελεόν· Κελεὸς δὲ, Τριπτόλεμον, *Rharus habuit filium Celeum; Celeus autem, Triptolemum* (a). Hic errantem Cererem, ac Proserpinam quaerentem hospitio excepit, in cuius rei gratiam dea Triptolemum nepotem eius agriculturam docuit (b). Suidas ibidem, Ὁ δὲ Ῥάρος, πλανωμένην τὴν Δήμητραν καὶ ζητοῦσαν τὴν Κόρην, ὑπεδέξατο ἐν τῷ οἴκῳ. ὑπὲρ τῆς τοιαύτης οὖν χάριτος ἡ Δημήτηρ τὸν ἀπόγονον Ῥάρου Τριπτόλεμον ἐδίδαξε τὴν τοῦ σίτου γεωργίαν. *Rharus autem Cererem errantem, & Proserpinam quaerentem hospitio excepit. Itaque pro tali beneficio Ceres nepotem Rhari Triptolemum docuit artem comparandi ex agricultura frumenti.* Quamobrem & Ceres cognomento Rharias dicta; uti quoque Rharius campus Eleusine, & Rharia terra (c). Stephanus, Ῥάριον πεδίον, ἐν Ἐλευσῖνι· καὶ Ῥαρία γῆ· καὶ Ῥαρίας ἡ Δημήτηρ. *Rharius campus, Eleusine, & Rharia terra, ac Rharias Ceres.* Atque in Rhario quidem campo, fatas primum fruges esse, ideoque hordeum demessum, inde in sacris Athenienses adhibuisse ad molas, & liba, refert Pausanias in Atticis. Ἐλευσινίοις δέ ἐστι μὲν Τριπτολέμου ναός. τὸ δὲ πεδίον τὸ Ῥάριον σπαρῆναι πρῶτον λέγουσι, καὶ πρῶτον αὐξῆσαι καρπούς. καὶ διὰ τοῦτο ἁλῶν ἐξ αὐτοῦ χρῆσθαι σφίσι, καὶ ποιεῖσθαι πέμματα ἐς τὰς θυσίας καθέστηκεν. *Apud Eleusinios Triptolemi aedes est; campum vero Rharium primum consitum, frugesque ibi adoleviſse commemorant; ideoque hordeum ex eo sumtum, in sacris ad molas, & liba adhibere.* Et sacrarum arationum trium numero, una in hoc campo erat. Plutarchus in Praeceptis Coniug. Ἀθηναῖοι τρεῖς ἀρότους ἱεροὺς ἄγουσι· πρῶτον, ἐπὶ Σκίρῳ. δεύτερον, ἐν τῇ Ῥαρίᾳ. *Athenienses tres arationes sacras obeunt: unam in Sciro, alteram in terra Rharia.* Cereris vero Rhariadis meminit etiam Suidas. Ῥαριὰς, ἡ Δημήτηρ. *Rharias, Ceres.* Ac fortassis eius quoque filius fuerit Mopsopus, de cuius nomine Attica dicta Μοψοπία. Coniecturam e Strabonis verbis facio lib. IX. Ἀτθίδα δὲ, καὶ Ἀττικὴν (καλεῖσθαι λέγουσιν) ἀπὸ Ἀτθίδος, τῆς Κραναοῦ· Μοψοπίαν δὲ, ἀπὸ Μοψόπου. *Atthidem vero, & Atticam (vocari aiunt) ab Atthide filia Cranai; Mopsopiam autem, a Mopsopo.* Meminitque eius rursum postea. Ἄλλος δέ ἐστι Μόψοπος, ἀφ' οὗ ἡ Ἀττικὴ Μοψοπία. *Alius autem est Mopsopus, a quo Attica dicitur Mopsopia.* Ovidius in Epistola Hermiones ad Orestem.

Reddita Mopsopia Tyndaris urbe soror.

Iterum, Metamorph. lib. V.

Mopsopium iuvenem sacros agitare iugales.

Tibullus lib. I. Eleg. VII.

Liba, & Mopsopio dulcia melle feram.

Callimacho non Mopsopus dicitur, verum Mopsops. Vide Stephanum in Μοψοπία. Erat vero Eustathius in Dionysium, qui Mopsum eum, non Mopsopum dictum tradit; nam, si nomen esset Mopsus, Μοψία, non Μοψοπία, Attica dici debuisset. Idem Stephani est error in Μοψίον, ubi male quoque Μοψοπίαι scribitur pro Μοψοπία. Filiarum vero unam, coniugem Amphictyon duxit, seu Cranaechmen, sive Cranaen; siquidem Atthis, uti dixi, diem suum innupta obiit; moxque eum, quamquam socerum, regno pellit. Pausanias Atticis. Κραναῷ δὲ Ἀμφικτύων ἐπαναστὰς, θυγατέρα ὅμως ἔχων αὐτοῦ, παύει τῆς ἀρχῆς. *In Cranaum vero insurgens Amphictyon, tametsi ducta eius filia, regno eum deturbavit.* Ac rursum alio quodam loco. Κραναὸν δὲ

(a) Eadem sentit *Ovidius* IIII, *Fastorum*. De Cerere enim loquens filiam quaerente, & quae in Atticam terram advenerat, ait:

Fors sua, cuique loco est: quo nunc Cerealis Eleusin,
Dicitur hoc Celei rura fuisse senis.
Quumque Ceres domum Celei subiisset,
Matre salutata (Mater Metanira vocatur)
Tangere dignata est os puerile suo.

Hoc est Triptolemi. Vbi & eius matris nomen adgnoscis.

(b) Huius rei memoriam instaurantes Athenienses nummos cuderunt, in quorum anteriori facie Ceres cernitur, Triptolemus vero in aversa super Cereris curru. Consule Tab. I.

Ovidius V. *Metamorphos.*

geminos dea fertilis angues
Curribus admovit, fraenisque coercuit ora:
Et medium coeli, terraeque per aera vecta est;
Atque levem currum Tritonida misit in arcem
Triptolemo, partimque rudi data semina iussit
Spargere humo; partim post tempora longa recultae.

(c) Vide *Lib. De Pop. Attic.* in Ἐλευσίς.

Digitized by Google

δὲ τὸν βασιλεύσαντα Ἀθηναίων, ἐξέβαλεν Ἀμφικτύων, κηδεστὴν ὄντα. *Cranaum vero Athenienſium regem eiecit Amphictyon ſocerum ſuum.* Cranaum autem regno ſuo deieciſſe Amphictyonem, atque illud invaſiſſe, etiam Apollodorus nobis refert. Κραναὸν δὲ ἐκβαλὼν Ἀμφικτύων, ἐβασίλευσε. *Cranaum vero Amphictyon poſtquam eieciſſet, regnum tenuit.* Regnaverat autem annos novem. Cedrenus. Καὶ μετ' αὐτὸν (τὸν Κέκροπα) Κραναὸς ἐβασίλευσεν ἔτη ἐννέα. *Ac poſt ipſum (Cecropem) regnavit Cranaus annos novem.* Et conſenſu ita tradunt Euſebius, Hieronymus, Marianus, Abbas Vrſpergenſis, & Vincentius Bellovacenſis. Ac regno pulſus ad Lamprenſes, Atticae populum ſe recepit; ibique poſtquam diem ſuum obiiſſet, etiam ſepultus fuit; permanſitque item eius in hoc populo monumentum uſque ad Pauſaniae tempora, qui ſub Hadriano vixit; ad quem inde a fine Cranai computantur anni amplius mille ſexcenti. Pauſaniae verba ita habent. Κραναὸν δὲ, τὸν βασιλεύσαντα Ἀθηναίων, ὅτι μὲν ἐξέβαλεν Ἀμφικτύων, κηδεστὴν ὄντα, ἔτι πρότερον εἴρηταί μοι· φυγόντα δὲ αὐτὸν σὺν τοῖς στρατιώταις ἐς τὸν δῆμον τὸν Λαμπρέα ἀποθανεῖν τε αὐτῷ καὶ ταφῆναι λέγουσι, καὶ ἔστι καὶ ἐς ἐμὲ καὶ ἐν τοῖς Λαμπρεῦσι Κραναοῦ μνῆμα. *Cranaum vero Athenienſium regem, ab Amphictyone eiectum, etſi ſocerum, antea mihi memoratum eſt: ac cum copiis fugientem ad Lamprenſium populum, diem illic obiiſſe, & ſepultum tradunt; quin etiamnum apud Lamprenſes Cranai monumentum exſtat.* Mortuum relatum in deos, atque ſacra item ei, velut deo, facta eſſe, hinc colligimus, quod ſacerdos ei fuerit e familia Charidarum. Id obſervo apud Heſychium, cuius ecce iſta verba. Χαρίδαι, γένος ἐξ οὗ ὁ ἱερεὺς τοῦ Κραναοῦ. *Charidae, familia, e qua ſacerdos Cranai.*

CAP. XV.

Cranao deiecto, ſucceſſit Amphictyon, in cuius nomine Auctores varii emendati. Atque is Deucalionis, ſive viri indigenae filius. Conventum inſtituit Amphictyonum, abs ſe dictum. Eius tempore Bacchus Atticam ingreſſus, & a Semacho exceptus, filiae eius pellem hinnuli largitur. Hieronymi negligentia. Amphictyon eum excipit convivio; ſtatuaque in memoriam rei poſita, Vini diluendi modum ab eo doctus, aram quoque illi ſtatuit, cognomento Recto in Horarum templo; item Nymphis iuxta iſtam. Legem etiam promulgat, qua inferri in convivia meri paululum conſtituit; tum & mandat, uti nomen Iovis Servatoris adderent.

ITaque expulſo Cranao, uti dixi, regnum invaſit Amphictyon, qui non recte Amphitryon dicitur Mariano Scoto, Abbati Vrſpergenſi, Othoni Friſingenſi, Vincentio Bellovacenſi, & Honorio: Freculpho Amphitios corruptius, & Iſidoro Amphion ſcribitur. Erat autem filius Deucalionis; vel, ut alii, hominis cuiusdam indigenae. Apollodorus. Κραναὸν δὲ ἐκβαλὼν Ἀμφικτύων, ἐβασίλευσε. τοῦτον ἔνιοι μὲν, Δευκαλίωνος· ἔνιοι δὲ, αὐτόχθονα λέγουσι. *Cranaum quum eieciſſet Amphictyon, regnum tenuit; hunc nonnulli filium Deucalionis; quidam indigenae eſſe tradunt.* Deucalionis etiam Euſebius ſcribit. Ἀθηναίων τρίτος ἐβασίλευσεν Ἀμφικτύων, υἱὸς Δευκαλίωνος. *Tertius Athenienſium rex fuit Amphictyon filius Deucalionis.* Conſentiunt Pauſanias in Phocicis, Harpocration, & Suidas in Ἀμφικτύονες. Ac minimum natu liberorum tradit Stephanus in Βοιωτία. Γενέσθαι δὲ φασὶ Βοιωτὸν Ἰτώνου, τοῦ Ἀμφικτύονος, τοῦ κατ' αὐτὸν νεωτέρου τῶν Δευκαλίωνος, καὶ Πύρρας παίδων. *Boeotum vero aiunt fuiſſe filium Itoni, filii Amphictyonis, minimi natu ſecundum ipſos Deucalionis, atque Pyrrhae liberorum.* Ac conventum Amphictyonum ab hoc inſtitutum cenſent, & ab eius quoque nomine adpellatum. Pauſanias in Phocicis. Καταςήσασθαι δὲ συνέδριον ἐνταῦθα Ἑλλήνων, οἱ μὲν Ἀμφικτύονα τὸν Δευκαλίωνος νομίζουσι· καὶ ἀπὸ τούτου τοῖς συνελθοῦσιν ἐπίκλησιν Ἀμφικτύονας γενέσθαι. *Atque hic quidem conventum Graecorum Amphictyonem inſtituiſſe, filium Deucalionis arbitrantur; & ab eo factum, ut, qui convenirent, Amphictyones dicerentur.* Harpocration. Ἀμφικτύονες, συνέδριόν τι ἐστὶν Ἑλληνικὸν, συναγόμενον ἐν θερμοπύλαις. ὠνομάσθη δὲ ἀπὸ Ἀμφικτύονος, τοῦ Δευκαλίωνος. ὅτι αὐτὸς συνήγαγε τὰ ἔθνη βασιλεύων, ὡς φησι Θεόπομπος ἐν ὀγδόῃ. *Amphictyones, concilium Graecorum quoddam eſt, Thermophylis habitum; nominatum autem id ab Amphictyone filio Deucalionis; quia ipſe, rex quum eſſet, populos eos congregaverit; uti auctor Theopompus libro octavo.* Idem etiam Suidas dicit in Ἀμφικτύονες. Eius tempore veniens Athenas Bacchus a Semacho hoſpitio excipitur; filiaeque eius pellem hinnuli donat. Euſebius. Κατὰ Ἀμφικτύονα, τὸν Δευκαλίωνος υἱόν. τινές φασι, Διόνυσον, εἰς τὴν Ἀττικὴν ἐλθόντα, ξενωθῆναι Σημάχῳ, καὶ τῇ θυγατρὶ αὐτοῦ νεβρίδα δωρήσασθαι. *Tempore Amphictyonis, Deucalionis filii, nonnulli aiunt, venientem in Atticam Bacchum, a Semacho hoſpitio exceptum eſſe; eumque filiae ipſius pellem hinnuli donaſſe.* Quae ſic admodum ſupine tranſtulit Hieronymus. *Deucalionis filius Dionyſius, quum in Atticam perveniſſet, hoſpitio receptus a Semacho, filiae eius caprae pellem eſt largitus.* Et tranſcripſit totidem verbis Marianus. Quin & ipſe Amphictyon ei, aliiſque diis epulum praebuit; cuius rei in memoriam ſtatua poſita, quae repraeſentaret factum. Pauſanias in Atticis. Μετὰ δὲ τὸ τοῦ Διονύζου τέμενός ἐστιν, οἴκημα ἀγάλματα ἔχον ἐκ πηλοῦ. βασιλεὺς Ἀθηναίων Ἀμφικτύων, ἄλλους τε θεοὺς ἑστιῶν, καὶ Διόνυσον. *Poſt Bacchi fanum aedicula eſt, in qua multae e luto ſtatuae; in his Amphictyonis, Athenienſium regis, deoſque alios, tum & Bacchum epulo excipientis.* Et miſcendi vini modum ab eo doctus, primus miſcuit; tum & aram Baccho Recto (a) in Horarum templo poſuit; aliamque item Nymphis, prope eam, ut de vino diluendo admoneret. Athenaeus lib. 11. Φιλόχορος δέ φησιν, Ἀμφικτύονα, τὸν Ἀθηναίων βασιλέα, μαθόντα παρὰ Διονύζου τὴν τοῦ οἴνου κρᾶσιν, πρῶτον κεράσαι. διὸ καὶ ὀρθῶς γενέσθαι

(a) Vide *Lib.* 11. *Athen. Attic. Cap.* XIII.

θαι τοῦς ἀνθρώπους, ὕτω πίνοντας, πρότερον ὑπὸ τῦ ἀκράτου καμπτομένους. καὶ διὰ τοῦτο ἱδρύσασθαι βωμὸν Ορθῦ Διονύσου, ἐν τῷ Ὡρῶν ἱερῷ· αὗται γὰρ καὶ τὸν τῆς ἀμπέλου καρπὸν ἐκτρέφουσι. πλησίον δ' αὐτῦ, καὶ ταῖς Νύμφαις βωμὸν ἔδειμεν, ὑπόμνημα τοῖς χρωμένοις τῆς κράσεως ποιύμενος. *Philochorus auctor est, Amphictyonem Atheniensium regem, edoctum a Baccho vini diluendi rationem, primum istud diluisse; qua de causa quum incederent homines recti, antea meraco curvi, aram statuit Baccho Recto in Horarum templo; quando eae fructum vitis indicarent* (a); *prope autem etiam Nymphis aram posuit; ut de vino diluendo, si qui illo uti vellent, admoneret*. Iterumque lib. IV. Τὴν δὲ σύμμετρον κρᾶσιν τῦ ὄινυ ὑπὸ Ἀμφικτύονος βασιλεύσαντος διδαχθῆναί φασιν Ἀθηναίους, καὶ διὰ τοῦτο ἱερὸν Διονύσου Ὀρθῦ ἱδρύσασθαι. τότε γὰρ ὀρθός ἐστι τῷ ὄντι, καὶ ὁ σφαλερὸς, ὅταν συμμέτρως, καὶ κεκραμένως πίνηται. *Nam aequalem vini diluendi rationem didicisse Athenienses ab Amphictyone rege aiunt; ideoque Baccho Recto fanum constitutum esse; tunc enim rectus est, neque titubans, quum quis modice, ac dilutum illud bibat*. Vbi in eo tamen variat, quod hic templum, ibi aram positam dicat. Memoratque idem Eustathius ad Odyss. ρ'. cuius ista ibi verba. Λέγεται ὃν Ἀμφικτύων, βασιλεὺς Ἀθηναίων, βωμὸν ἀνασήσας Διονύσου, καὶ ἕτερον βωμὸν δέμασθαι ταῖς Νύμφαις, ἐγγὺς αὐτῦ, ὑπόμνημά, φασὶν, θέμενος τοῖς χρωμένοις κράσεως ὄινου πρὸς ὕδωρ· ἦν αὐτὸς, κατά τινας μὲν, Μελάμπους πρῶτος ἐξεῦρε· καθ' ἑτέρους δ', ὁ ἡηθεὶς Ἀμφικτύων. ὃς καὶ, ὀρθουμένων τῶν ὕτω πινόντων (πρότερον γάρ, φασιν, ὑπὸ ἀκράτου ἐκάμπτοντο·) βωμὸν Ὀρθῦ Διονύσυ ἵδρυσεν ἐν τῷ Ὡρῶν ἱερῷ. *Fertur itaque Amphictyon rex Atheniensium, collocata Baccho ara, Nymphis item alteram constituisse prope istam; commonefaciens vino utentes, uti aqua id diluerent; idque, ut nonnulli volunt, primus invenit Melampus; vel ut alii Amphictyon, de quo dixi; qui, quum recti tunc incederent, qui sic biberent, aliis meraco sumto incurvatis, aram Bacchi Recti posuit in Horarum fano*. Quin praeterea constituit, ut post cibum paulum meri adferretur, quod dumtaxat degustarent ad porentiam boni dei demonstrandam; deinde biberent dilutum, quantum vellent, adderentque nomen Iovis Servatoris. Athenaeus ibidem. Καὶ θεσμὸν ἔθετο (ὁ Ἀμφικτύων) προσφέρεσθαι μετὰ τὰ σῖτα ἄκρατον, μόνον ὅσον γεύσασθαι, δεῖγμα τῆς δυνάμεως τῦ ἀγαθῦ θεῦ· τὸ δ' λοιπὸν ἤδη κεκραμένον, ὅσον ἕκας βέληται. προσεπιλέγειν δὲ τύτῳ τὸ τῦ Διὸς Σωτῆρος ὄνομα. *Et legem promulgavit (Amphictyon) ut post cibos meri quid adportaretur ad gustandum tantum, quod potentiam boni dei indicaret; postea vero dilutum, quantum quisque vellet, biberent; tum & nomen Iovis Servatoris adderent*.

(a) Videtur vertendum, *enutriant*.

CAP. XVI.

Minervae urbem dedicat, & Athenas adpellat. Isidorus Hispalensis emendatus. Ab Erichthonio eiicitur. Vxorem habuit filiam Cranai; & ex ea filium Itonum, filiamque, cuius nomen ignoratur; Cercyonis, & Triptolemi, ex Neptuno, & Rharo matrem.

VTque ab Atthide filia Cranaus regionem Atticam dixit, ita ipse a Minerva, quam Ἀθηνᾶν Graeci vocant, urbem Athenas nominavit, atque deae dedicavit. Iustinus Hist. lib. II. *Post hunc Amphictyon regnavit; qui primus Minervae urbem sacravit, & nomen civitati Athenas dedit*. Isidorus Orig. lib. XV. cap. I. *Amphictyon, qui in Graecia tertius post Cecropem regnavit, Minervae sacravit, & nomen civitati Athenas dedit*. Sic rescribo; quippe perperam vulgatur: *Amphion, qui in G.* Hinc, quod Cranao prior fecerat, ipse patitur; ac vicissim ab Erichthonio regno exuitur. Pausanias in Atticis. Κραναῷ δὲ Ἀμφικτύων ἐπαναστὰς, θυγατέρα ὅμως ἔχων αὐτῦ, παύει τ' ἀρχῆς· καὶ αὐτὸς ὕστερον ὑπὸ Ἐριχθονίυ καὶ τῶν συνεπαναστάντων, ἐκπίπτει. *Amphictyon vero contra Cranaum insurgens, quamquam ducta eius filia, regnum illi eripit; & ipse mox ab Erichthonio, sociisque deturbatur*. Ioannes Tzetzes Chil. V. cap. XVIII.

——— καὶ τρίτος Ἀμφικτύων·
Ὁ Ἐριχθόνιος δ', αὐτὸν διώξας βασιλεύει.
——— & tertius Amphictyon;
Erichthonius vero depulso ipso, regnum capit.

Idque factum, postquam regnum male partum tenuisset annos novem. Ita enim ait Abbas Vrspergensis. *Amphictyon rex Atheniensium tertius regnavit annis novem*. Plures decimum annum tradunt. Eusebius. Ἀθηναίων ἐβασιλευσεν τρίτος Ἀμφικτύων, υἱὸς Δευκαλίωνος, γαμβρὸς Κραναῦ, ἔτη δέκα. Hieronymus. *Atheniensibus regnavit tertius Amphictyon annis decem*. Marianus. *Atheniensium tertius Amphictyon annis decem regnavit*. Eum quoque numerum Vincentius Bellovacensis repraesentat. Apollodorus duodecim refert. Κραναὸν δὲ ἐκβαλὼν Ἀμφικτύων, ἐβασίλευσε. τοῦτον ἔνιοι μὲν Δευκαλίωνος, ἔνιοι δὲ αὐτόχθονος λέγουσι. βασιλεύσαντα δὲ αὐτὸν ἐπὶ δώδεκα ἔτη, Ἐριχθόνιος ἐκβάλλει. *Cranaum Amphictyon quum eiecisset, regnum tenuit; hunc nonnulli filium Deucalionis; alii indigenae tradunt; atque ipsum, quum iam per duodecim annos regnavisset, Erichthonius expellit*. Vxorem habuit unam Cranai filiarum. Obsevare est apud Eusebium in citatis statim verbis. Ἀθηναίων ἐβασίλευσεν τρίτος Ἀμφικτύων, υἱὸς Δευκαλίωνος, γαμβρὸς Κραναῦ. *Atheniensium tertius rex fuit Amphictyon filius Deucalionis, gener Cranai*. Pausanias Atticis. Κραναῷ δὲ Ἀμφικτύων ἐπαναστὰς, θυγατέρα ὅμως ἔχων αὐτῦ, παύει τῆς ἀρχῆς. *In Cranaum vero insurgens Amphictyon, tametsi ducta eius filia, regno eum deturbavit*. Ac rursum alio quodam loco. Κραναὸν δὲ τὸ βασιλεύσαντα Ἀθηναίων, ἐξέβαλεν Ἀμφικτύων, κηδεστὴν

δεςὴν ὄνλα. *Cranaum vero Athenienſium regem eiecit Amphictyon ſocerum ſuum.* Suſtulitque filium unum Itonum. Stephanus in Βοιωτία. Γενέσθαι ϑ φασι Βοιωτὸν Ἰτώνυ, τῦ Ἀμφικτύονος. *Fuiſſe vero aiunt Boeotum Itoni Amphictyonis F.* Pauſanias Eliac. 1. Οἱ δὲ, τὴν Ἰτώνυ τῦ Ἀμφικτύονϛ Χρομίαν. *Hi vero Chromiam Itoni Amphictyonis F.* Iterum in Boeoticis. Ἴτωνον δὲ, Ἀμφικτύονϛ εἶναι λέγυσι. *Itonum vero Amphictyonis filium eſſe ferunt.* Et alio loco in Boeoticis iisdem. Καλέται δὲ ἀπὸ Ἰτώνου, τῦ Ἀμφικτύονϛ. *Vocatur vero ab Itono Amphictyonis filio.* Habuit quoque filiam unam, quae non nominatur tamen; e qua Rharus Triptolemum, Cercyonem Neptunus genuit. Obſervo apud Pauſaniam in Atticis. Χοιρίλῳ ϑ Ἀθηναίῳ, δρᾶμα ποιήσαντι Ἀλόπην, ἐς εἰρημένα, Κερκύονα εἶναι καὶ Τριπτόλεμον ἀδελφῦς, τεκεῖν ϑ σφᾶς ϑυγατέρα Ἀμφικτύονϛ· εἶναι δὲ πατέρα Τριπτολέμῳ μὲν Ῥ"αρον, Κερκύονι δὲ Ποσειδῶνα. *Choerilus, qui fabulam Alopen fecit auctor eſt; Cercyonem, ac Triptolemum fratres eſſe, atque natos filia Amphictyonis, & Triptolemo quidem Rharum, Cercyoni Neptunum patrem.*

DE REGIBVS ATHENIENSIVM.

LIBER SECVNDVS.

CAPVT PRIMVM.

Erichthonius, qui Homero, & ex eo aliis quoque Erechtheus dicitur, Vulcano natus, & Minerva Belonica, Brontei, ſive Cranai filia. Minervae ſimulacrum in arce dedicat; item templum, & ſacrificia. Tribubus etiam nomina mutat, & Panathenaea inſtituit; ac in iis currum quatuor equis iungit; quod nonnulli Trochilum feciſſe primum ſunt auctores. Adonis locus emendatus, & Lucae Tudenſis; cuius error item oſtenditur. Primus etiam ſacra facit Telluri, cognomento Κουροτρόφῳ; *& arma dedicat, ſtatuitque, ut huic praeſacrificetur. Argentum quoque invenit, aut Athenas primus attulit, & pecuniam inſcripſit. Apes item in Hymetto monte natae eius tempore. Regnavit annos quinquaginta, ac relicto ex Paſithea uxore Pandione filio, regni herede, diem obiit, & in templo Minervae ſepelitur. Apollodorus ea de re emendatus. Denique in coelum illatus, & Auriga eſt putatus.*

DEturbato Amphictyone, Erichthonius regnum invaſit, Vulcani, & Minervae filius; de quo ſic Tertullianus lib. De Spectac. *Erichthonius, Minervae, & Vulcani filius, & quidem de caduca in terram libidine, portentum eſt daemonicum.* Cenſorinus cap. IV. *In Attica fertur regione Erichthonius ex Vulcani ſemine humo ortus.* Lucianus in Philopſeude. Ἀθηναῖοι ϑ τὸν Ἐριχθόνιον ἐκ τῆς γῆς ἀναϕῦναί φασι. *Athenienſes vero Erichthonium e terra editum commemorant.* Videatur quoque Elias Cretenſis in Gregorii Nazianzeni Orat. IV. & Orig. Contra Celſum lib. VIII. Et eſt obvium apud Auctores. Verum genituram eius, velut nimis fabuloſam, ac vulgatam praeteribo. Magis convenit Hiſtoriae, quod Iſacius Tzetzes tradit, ex legitimo Vulcani, & Minervae, Brontei filiae, quae, & Belonica dicta, matrimonio procreatum. Ita enim ille inquit, ad Lycophronem. Καὶ τὸ περὶ Ἀθηνᾶς, καὶ Ἡϕαίϛυ, ὅτως ἐϛίν. Ἀθηνᾷ ἣν βασιλίδι, τῇ καὶ Βελονίκῃ λεγομένῃ ϑυγατρὶ δὲ Βροντέυ ὑπαρχύζῃ, Ἥϕαιϛος, γάμῳ μιγεὶς, γεννᾷ Ἐριχθόνιον, ὃς ἐβασίλευσεν Ἀτλικῆς. *Quod ad Minervam attinet, & Vulcanum, ita habet. Minervae cuidam reginae, etiam Belonicae dictae, Brontei filiae matrimonio iunctus Vulcanus, gignit Erichthonium, qui Atticae regnum tenuit.* Ioannes Tzetzes Cranai hanc filiam facit, Chil. v. cap. XIX.

Ὁ Ἐριχθόνιϛ δ', αὐτὸν διώξας, βασιλεύει.
Ἡϕαίϛυ παῖς, καὶ Ἀθηνᾶς, τῆς Κραναοῦ ϑυγατρός.
Erichthonius vero, pulſo ipſo, regnum capit,
Vulcani filius, & Minervae, Cranai filiae.

Hic Homero Erechtheus dicitur. Euſebius. Ἀθηναίων ἐβασίλευσεν τέταρτϛ Ἐριχθόνιος, ἔτη πεντήκοντα. ἔτος Ἐριχθόνιϛ Ἡϕαίϛυ ὁ παρ' Ὁμήρῳ Ἐρεχθεύς ἐϛιν. *Athenienſibus regnavit quartus Erichthonius annos quinquaginta. Hic Erichthonius Vulcani filius, ab Homero dicitur Erechtheus.* Hieronymus. *Erichthonius, Vulcani, & Minervae filius, qui ab Homero Erechtheus vocatur his temporibus fuit.* Et paulo ante in Catalogo regum ſimpliciter Erechtheum vocat. *Athenienſibus regnavit quartus Erechtheus, annos quinquaginta.* Locus Homeri exſtat iſte, Iliad. β'.

Δῆμον

Δῆμον Ἐρεχθῆος μεγαλήτορος, ὃν ποθ' Ἀθήνη
Θρέψε, Διὸς θυγάτηρ, τέκε δ' ζείδωρος ἄρουρα.
Populum Erechthei magnanimi, quem aliquando Minerva
Nutrivit, Iovis filia, peperit autem alma Tellus.

Vbi Scholiastes vetus. Ἐρεχθῆος. τοῦ βασιλέως Ἀθηναίων, τοῦ καὶ Ἐριχθονίου καλουμένου. *Erechthei, regis Athenienſium, qui etiam Erichthonius dicitur.* Vide ibidem Euſtath. Atque hinc eſt hoc Platonis in 1. Alcib. Εὐπρόσωπος γὰρ ὁ τοῦ μεγαλήτορος Ἐρεχθέως δῆμος· ἀλλ' ἀποδύνθα χρὴ αὐτὸν θεάσασθαι. *Formoſus enim eſt populus magnanimi Erechthei; verum eum adſpicere exutum oportet.* Nec aliter adpellat Themiſtius Orat. XIX. Καίτοι καὶ ἵππων ἅρμα ὑπ' Ἐρεχθέως πρῶτον ζευχθῆναι λέγεται. *Etenim primum equis iunctum currum ab Erechtheo fertur.* Nam hoc factum ab Erichthonio mox dicemus. Nonnus Dionyſ. l. XLI.

Οὐ τύπον ἄγριον εἶδεν Ἐρεχθέος, ὃν τέκε Γαίῃ
Αὔλακι νυμφεύσας γαμίην Ἥφαιστος ἔρζην.
Non figuram feram habuit Erechthei, quem genuit Telluri
Sulco nuptum dans nuptialem Vulcanus rorem.

Et occurrit alibi quoque apud eumdem l. XIII. & XXVII. Hic Minervae ſimulacrum dedicavit in arce. Apollod. ubi de eo verba facit l. III. Καὶ τὸ ἐν ἀκροπόλει ξόανον τῆς Ἀθηνᾶς ἱδρύσατο. *Ac quod in arce eſt Minervae ſignum dedicavit.* Templum quoque, & ſacrificia. Hygin. in Poet. Aſtr. ubi de Heniocho agit. *Erichthonius, & quadrigas, ut ante diximus, & Minervae ſacrificia, & templum in arce Athenienſium primus inſtituit.* Interpres Germanici. *Arcem, templumque* (*Minervae Erichthonius*) *aedificaſſe dicitur.* Ac ſacerdos eius prima Io fuit. Ἰὼ ἐκαλεῖτο ἡ πρώτη ἱέρεια τῆς Ἀθηνᾶς. *Io vocabatur prima ſacerdos Minervae.* Tribubus item urbis quatuor mutat nomina. Pollux lib. VIII. cap. IX. ſect. XXXI. Ἐπὶ δὲ Ἐριχθονίου (αἱ φυλαὶ μετωνομάσθησαν) Διὰς, Ἀθηναΐς, Ποσειδωνιὰς, Ἡφαιστιάς. *Sub Erichthonio vero* (*mutato nomine dictae tribus*) *Iovia, Minervia, Neptunia, Vulcania*(a). Panathenaea quoque inſtituit Apollodorus loco citato. Καὶ τὰ Παναθηναίων τὴν ἑορτὴν συνεστήσατο. *Et panathenaeorum feſtum inſtituit.* Harpocration in Παναθήναια. Ἦγε δὲ τὴν ἑορτὴν ὁ Ἐριχθόνιος ὁ Ἥφαίστου. *Celebravit vero feſtum Erichthonius Vulcani F.* Hyginus in Poetico Aſtronomico. *Alii Erichthonium dixerunt primo tempore adoleſcentiae ludos Minervae Panathenaea feciſſe.* Quamquam Pherecydes in Fragmento libri primi Hiſtoriarum, inſtituta Panathenaea Hippoclide archonte dicat. Verba eius ita habent apud Marcellinum De Vita Thucydidis. Τῶδε, Μιλτιάδης· τῶδε, Ἱππόκλείδης. ἐφ' οὗ ἄρχοντος Παναθήναια ἐτέθη. *Huius filius, Miltiades; huius, Hippoclides; quo archonte Panathenaea inſtituta.* Et eo feſto primus currum equis iunxiſſe memoratur. Virgilius Georgic. lib III.

Primus Erichthonius currus, & quatuor auſus
Iungere equos, rapidiſque rotis inſiſtere victor.

Servius. *Varro in libro, qui Mirabilium inſcribitur, Erichthonium* (*tradit*) *primum quatuor iunxiſſe equos ludis, qui Panathenaici adpellantur.* Sane equos primum currui iunxiſſe memorant. Ariſtides Orat. in Minervam. Λέγεται γὰρ Ἐριχθόνιον μὲν, τὸν τῆς θεοῦ τρόφιμον, πρῶτον ἀνθρώπων ἅρμα ζεῦξαι ἵππων. *Dicitur enim Erichthonius, deae alumnus, primus hominum equos currui iunxiſſe.* Avienus in Phaenomenis.

——*ille impiger autem*
Pulcer Erichthonius currus, & quatuor olim
Iunxit equos.——

Et Germanicus.

——*Erichthonius, qui curru ſub iuga duxit*
Quadrupedes.——

Et paſſim occurrit apud Auctores. Quamquam ſane, quod hic obiter indicandum, antea, aetate Cecropis, Procidum quemdam id feciſſe tradat Ado in Chronico ſuo. *Hac etiam aetate primus Procidus quadrigam iunxit; eodemque tempore Cecrops Athenas condidit.* Sed legendum illic puto; *primus Trochilus quadrigam iunxit.* Quippe Trochilus filius Callitheae, primae Iunonis Argivae Sacerdotis, facto hoc commemoratur a Theone, in Aratum. Οἱ δὲ μυθολόγοι τὸν ἡνίοχον λέγουσιν εἶναι εἴδωλον ἢ Βελλεροφόντου, ἢ Τροχίλου, τῆς Καλλιθέας παιδὸς, πρώτης ἐν Ἄργει γενομένης ἱερείας, ἅρμα πρώτον ζεύξαντος. *Mythologi vero dicunt, aurigam eſſe imaginem, ſeu Bellerophontis, ſive Trochili filii Callitheae, primae Argis ſacerdotis, qui primus currum equis iunxit.* Currupte etiam Troilus dicitur Lucae Tudenſi in Chronico. *Erichthonius Athenienſium princeps, qui Vulcani filius dicitur fabuloſe, currum iunxit in Graecia primus; & Troilus quadrigam in Troia.* Neque recte item in Troia factum id commemoratur. Primus etiam Telluri, cognomento Κουροτρόφῳ, (b) ſacra in arce fecit; aramque item dedicavit pro acceptis alimentis; ſtatuitque, ut qui deo cuicumque, ſive deae, ſacra facerent, huic quoque deinceps praeſacrificarent. Suidas. Κουροτρόφος Γῆ. ταύτῃ δὲ θύσαί φασι τὸ πρῶτον Ἐριχθόνιον ἐν ἀκροπόλει· καὶ βωμὸν ἱδρύσασθαι, χάριν ἀποδιδόντα τῶν τροφείων· καταστῆσαι δὲ νομιμον, τοὺς γυναῖκάς τινι θεῷ, ταύτῃ προθύειν. *Tellus, Κουροτρόφος cognomento. Huic primum ſacra feciſſe aiunt Erichthonium in arce; aramque dedicaſſe, gratias reddentem pro acceptis alimentis; tum inſtituiſſe etiam, qui deo cuipiam ſacra facerent, ut huic praeſacrificarent.* Quin argentum item invenit. Plinius lib. VII. cap. LVI. *Argentum invenit Erichthonius Athenienſis.* Nempe primus Athenas argentum attulit. Hyginus Fab. CCLXXIII. *Indus rex in Scythia argentum primus invenit; quod Erichthonius Athenas primum attulit.* Vel inſcripſit primus pecuniam. Pollux lib. IX. cap. VI. Πρῶτος ἔγραψε νόμισμα Ἀθηναίοις Ἐριχθόνιος. *Primus inſcripſit nummum Athenienſibus Erichthonius.* Natae etiam eius tempore primum apes

(a) Vide ſuperius *Lib. I. Cap. VII.* ubi harum tribuum antiqua nomina.

(b) De Tellure, ſeu Cerere Κουροτρόφῳ. Vide *Lib. II. Athen. Attic. Cap. VII. & Cecropiam Cap. XXVIII.*

Digitized by Google

apes in Hymetto (a), Atticae monte memorantur. Columella lib. IX. cap. II. *Sed ne illud quidem pertinet ad agricolas, quando, & in qua regione, primum natae (apes) sint; utrum in Thessalia sub Aristaeo, an in insula Cea, ut scribit Euhemerus; an Erichthonii temporibus in monte Hymetto, ut Euthronius.* Ab ipso, *populum Erichthonium*, Propertius dicit Athenienses lib. II. Eleg. VI.

Turba Menandreae fuerat nec Thaidis olim
Tanta, in qua populus lusit Erichthonius.

Et Manilius, colonos Erichthonios, extremo lib. I.

Qualis Erichthonios pestis populata colonos
Extulit antiquas per funera pacis Athenas.

Obiit diem anno regni quinquagesimo. Eusebius. Ἀθηναίων ἐβασίλευσεν τέταρτος Ἐριχθόνιος ἔτη πεντήκοντα. *Atheniensibus regnavit quartus Erichthonius annos quinquaginta.* Neque aliter Marianus Abbas Vrspergensis, & Vincentius Bellovacensis. Vxorem habuit Pasitheam; & ex ea filium Pandionem sustulit, regni heredem. Apollodorus. Καὶ Πασιθέαν, Νηΐδα νύμφην, ἔσχεν (Ἐριχθόνιος) ἐξ ἧς παῖς Πανδίων ἐγεννήθη. *Et Pasitheam, Nympham Naidam, (Erichthonius) uxorem duxit; ex qua filius Pandion natus est.* Sepultus est in fano Minervae. (b) Idem Apollodorus. Ἐριχθονίου δὲ ἀποθανόντος, καὶ ταφέντος ἐν τῷ ἀ, τῷ τεμένει τῆς Ἀθηνᾶς, Πανδίων ἐβασίλευσεν. *Mortuo vero Erichthonio, ac sepulto in primo Minervae fano, Pandion regnavit.* Sed quodnam, quaeso, est primum hoc Minervae fanum? Est profecto mendum illic, quod nunc tollam. Paulo praecedentibus verbis dixerat, in Minervae fano, quod nimirum in arce erat, educatum ab illa dea Erichthonium. Ἐν δὲ τῷ τεμένει τραφεὶς Ἐριχθόνιος ὑπ' αὐτῆς Ἀθηνᾶς, ἐκβαλὼν Ἀμφικτύονα, ἐβασίλευσεν Ἀθηνῶν. *Erichthonius in templo educatus ab ipsa Minerva, ejecto Amphyctione, Athenarum regnum tenuit.* Et mox quoque vita functum, in eodem templo sepultum fuisse, tradit. Itaque legendum censeo. καὶ ταφέντος ἐν τῷ αὐτῷ τεμένει τῆς Ἀθηνᾶς. *Ac sepulto in eodem Minervae fano.* Arnobius lib. VI. *In templo rursus eiusdem (Minervae) quod in arce Larisae est, conditus scribitur, atque indicatur Acrisius; Erichthonius, Poliadis in fano.* Clemens in Protreptico. Τί δαὶ Ἐριχθονίου; οὐχὶ ἐν τῷ νεῷ τῆς Πολιάδος κεκήδευται; *Quid autem Erichthonius? nonne in Minervae Poliadis fano est sepultus?* In coelum etiam relatus, Auriga esse credebatur. Germanicus.

Est etiam Aurigae facies, sive incluta forma,
Natus Erichthonius. ——

Interpres eius. *Hic Agitator Erichthonius dicitur fuisse Vulcani, & Minervae filius.* Hyginus in Poetico Astronomico. *Heniochus. Hunc nos Aurigam Latine dicimus, nomine Erichthonium, ut Eratosthenes monstrat, quem Iupiter quum vidisset primum inter homines equos quadrigis iunxisse, admiratus est, ingenium hominis ad Solis inventa accessisse; quod is princeps quadrigis inter deos esset usus.* Avienus in Phaenomenis.

Aurigatorem pars sit quoque cura videre;
Namque tuas aures implevit fabula solers
Cretaei pecoris; haec lac memoratur alumno
Infudisse Iovi capra, nutrix dicta Tonantis;
Stelligero subvecta polo est; ille impiger autem
Pulcer Ericthonius, currus, & quatuor olim
Iunxit equos. ——

CAP. II.

Pandion I. Sub hoc Ceres filiam Proserpinam quaerens, in Atticam venit, & a Celeo excipitur; item Bacchus, qui hospitio Icarii usus, vitem donat hospiti suo, atque vini faciendi rationem eum docet. Icarius, communicato cum pastoribus vini potu, ab iisdem interficitur; & Erigone, patrem quaerens, quum occisum indicio canis didicisset, se suspendit. Germanici interpres emendatus uno, alteroque loco. Αἰώρα. Oscilla.

HActenus Athenae reges habuere, quos fortuna illis dedit, aut vis fecit; qui sequuntur, id hereditate suum, & legitima successione adiere; quamquam sane sub Pandione II. Metionidae, ac sub Theseo Pallantidae, turbas aliquas obiecerunt. Primus autem acceptum regnum tenuit Pandion. Apollodorus I. lib. III. Ἐριχθονίου δὲ ἀποθανόντος, καὶ ταφέντος ἐν τῷ τεμένει τῆς Ἀθηνᾶς, Πανδίων ἐβασίλευσεν. *Defuncto Erichthonio, ac sepulto in Minervae fano, regnavit Pandion.* Eusebius. Ἀθηναίων ἐβασίλευσεν πέμπτος Πανδίων. *Athenienssium rex fuit quintus Pandion.* Hieronymus. *Athenienssibus regnavit quintus Pandion.* Sub hoc Ceres raptam a Plutone filiam Proserpinam quaerens, in Atticam venit, & a Celeo (c) Eleusine excepta fuit; ac cum ea Bacchus quoque Icarii hospes. Apollodorus. Ἐφ' οὗ (Πανδίονος) Δημήτηρ, καὶ Διόνυσος, εἰς τὴν Ἀττικὴν ἦλθον. ἀλλὰ Δήμητρα μὲν, Κελεὸς εἰς τὴν Ἐλευσῖνα ὑπεδέξατο· Διόνυσον δ' Ἰκάριος. *Sub quo (Pandione) Ceres, & Bacchus in Atticam venere, ac Cererem quidem Celeus Eleusine excepit; Bacchum vero Icarius.* Ac de Cereris in Atticam adventu, sic Arnobius lib. V. *Quum factum nesciret Ceres, nec filia ubinam gentium esset suspicaretur, intendit animum perditam toto orbe conquirere, sumit faces geminas, flammis comprehensas aeneis; quibus sibi praelucens, pergit ire quaesitum terrarum in regionibus cunctis (d). In istius conquisitionis errore, Eleusinos etiam pervehitur fines; pagi istud nomen est, regione in Attica constituti.* Sed quaecumque istuc pertinent, vide si putabis tanti libri nostri De Eleusiniis cap. II. & III. De Icario, & hospitio

(a) De Hymetto, & eius melle consulendus *Lib. De Pop. Atticis* in Τμητός. Ceterum Hymettiis Apibus gloriati fuisse videntur Athenienses, quando eas in suis nummis exsculptas posteritati transmiserunt, ut videre est in nummo Thesauri Britannici, qui exhibetur ea Tabula, quae librum *De Populis Atticis* praecedit.

(b) Vide *Ceropiam Cap. XXI.*

(c) Adi *Ovidium Fast. Lib. IIII.*

(d) Geminis his facibus instructa Ceres filiam quaerens passim occurrit in antiquis Gemmis, & monumentis, & nummis. *Ovidius loco citato* de Cerere loquens:

Illic accendit geminas pro lampade pinus.

Nuper talis Ceres visa mihi est in vetusta Lucerna, quae Romae adservatur.

Digitized by Google

ſpitio quoque Bacchi apud ipſum, tum & vini uſu ipſi indicato meminit Achilles Tatius De Am. Clitophontis, & Leucippes lib. 11. Hiſtoria vero in hunc modum ſeſe habet. Bacchus ab Icario hoſpitio exceptus, ut referret gratiam hoſpiti, donat ei vitis palmitem; ille quum ſe ad paſtores contuliſſet, & communicaſſet vinum, ipſi eo largius ſumpto, poſtea inebriati, propinatum ſibi venenum exiſtimantes, hominem mox interficiunt, & ſepeliunt. Filia vero Erigone, patrem quaerens, quum indicio Maerae canis caedem eius intelligeret, ſe ſuſpendio necavit. Διόνυσον ὃ (ὑπεδέξατο) Ἰκάριος. καὶ λαμβάνει παρ' αὐτοῦ κλῆμα ἀμπέλου, καὶ, τὰ περὶ τὴν οἰνοποιΐαν μανθάνων, καὶ τὰς τοῦ θεοῦ δωρήσασθαι θέλων χάριτας ἀνθρώποις, ἀφικνεῖται πρός τινας ποιμένας· οἱ, γευσάμενοι τοῦ πότου, ἐν χωρὶς ὕδατος ἀφειδῶς δι' ἡδονὴν ἐλκύσαντες, πεφαρμάχθαι νομίζοντες, ἀπέκτειναν αὐτόν· μεθ' ἡμέραν δὲ νοήσαντες, ἔθαψαν αὐτόν. Ἠριγόνη δὲ τῇ θυγατρὶ, τὸν πατέρα μαστεύσῃ, κύων συνήθης, ὄνομα Μαῖρα, ἡ τῷ Ἰκαρίῳ συνέπετο, τὸν νεκρὸν ἐμήνυσε. χαλκέᾳ, κατοδυρομένη τὸν πατέρα, ἑαυτὴν ἀνήρτησε. *Bacchum vero (excepit) Icarius; a quo vitis palmitem muneri accepit; & vini faciendi rationem didicit; iſque dei beneficia hominibus largiri cupiens, ad paſtores quoſdam abit; qui quum guſtaviſſent potum, atque eum ſine aqua immodice voluptatis cauſa bibiſſent, venenum ſibi propinatum arbitrati, Icarium interfecere; ac poſtridie re perſpecta, ſepelierunt. Erigonae vero filiae, patrem quaerenti, canis familiaris, Maera nomine, cadaver interfecti oſtendit; atque illa patris caedem lamentata ſe ſuſpendit.* Factum autem hoc Icarii, item caedem, & Erigones ſuſpendium, quaeque illud conſequuta, fuſe memorat Hyginus in Poetico Aſtronomico, ubi de Arctophylace agit; Germanici Interpres in Phaenomena Aratea; Servius ad Georg. 11. Nonnus Dionyſiac. XLVII. Ioannes Tzetzes Chil. IV. cap. CXXVIII. Lutatius ad Statii Theb. IV. & Nonnus Monachus Collect. Hiſtor. lib. I. cap. LXX. Meminere autem ſtrictim Aelianus Hiſtor. Anim. lib. VI. cap. XXV. & lib. VII. cap. XXVIII. item Feſtus in *Oſcillum*. Sed Germanici Interpres uno, alteroque loco eſt corruptus; ac per hanc occaſionem emendandus. *Icarius; dehinc Athenaeus* (ita vertit, quod apud Scriptorem Graecum Ἀθηναῖος ſcriptum erat, quum deberet *Athenienſis* verti) *quum in terram Atticam ad poſteros deveniſſet, eis genus hoc ſuavitatis oſtendit.* Re-

A ſcribendum *ad paſtores deveniſſet*. Nam hiſtoria ita habet, & ſubiungit ipſe ſtatim: *Paſtores autem, quum immoderatius biberent, ebrii facti, conciderunt.* Deinde. *Quod factum eſt ab Athenienſibus, qui diebus feſtis inſtitutis, aras conſtituerunt; ideo quia illam (Erigonen) pendentem aſpexerunt.* Quid? an ideo aras Erigonae ſtatuerunt, quia pendentem vidiſſent? Nugae merae. Feſtos ei dies inſtituerunt, quos Ἀ'ιώρας, de ſuſpendio illius adpellarunt; itaque reſtituo. *Diebus feſtis inſti-*
B *tutis, Aeoras conſtituerunt.* Heſychius. Ἀ'ιώρα, ἑορτὴ (a) Ἀθήνησιν, ἐπὶ Ἠριγόνης ἀλήθ@-, τῆς Ἰκαρίου. *Aeora feſtum Athenis, inſtitutum erranti Erigonae Icarii filiae.* Latini *Oſcilla* dicebant. Paulus Diaconus in Epitome Feſti. *Oſcilla, feſta in honorem Bacchi, in quibus homines ſe per funes iactant* (b); *alii putant Erigones, & Icarii feſta.*

CAP. III.

De errorum Cereris tempore, oſtenſum, variare Auctores: & ut Cranai, ſic Pandionis nonnullos; quoſdam vero etiam Erechthei regno attribuere. Frumentum per Triptolemum datum, item leges; tum & ſacra Eleuſinia inſtituta.

AC errores quidem Cereris, ut ad illos revertamur, alii multo faciunt antiquiores; & ſub Cranao acciditſe, & ab eius filio Rharo deam hoſpitio exceptam ſunt auctores; ut oſtendi libri ſuperioris cap. XIV. Alii Pandionis huius regno adſcribunt: &
D Triptolemum tunc frumentum elargitum deae dono item ferunt. Euſebius. Ἐ'λευσῖν@- πόλεως (ἐπὶ Πανδί.ον@-) Κελεὸς ἐβασίλευσε, καθ' ὃν Τριπτόλεμος ἦν· ὃν φησιν ὁ Φιλόχορος, μακρῷ πλοίῳ προσβαλόντα ταῖς πόλεσι, τὸν σῖτον διαδῦναι. *Eleuſinis urbis (Pandionis tempore) rex fuit Celeus, apud quem Triptolemus erat; quem Philochorus ait, longa navi advectum ad urbes, frumentum diſtribuiſſe.* Marianus Scotus in anno Pandionis XXXIII. *Eleuſinae Celeus regnavit, coaetaneus Triptolemi; quem Philochorus ait, longa navi ad urbes accedentem, di-*
E *ſtribuiſſe frumenta.* Quidam eum non longa navi, ſed draconibus alatis iuncto curru, circumvectum eſſe tradunt. Phurnutus. Ταύτῃ ὃ (τὴν τροφὴν) μυθεύεται σπεῖραι διὰ τ' οἰκουμένης ὁ Τριπτόλεμος ὁ Ἐ'λευσίνι@-, ἀναβιβάσας αὐτὸν ἐπὶ πτερωτῶν δρακόντων ὄχημα τῆς Δήμητρ@-. *Hunc vero (cibum) toto orbe ſeminaſſe fertur Triptolemus Eleuſinius, currui alatis draconibus iuncto a Cerere impoſitus.* Sed haec obvia apud Auctores (c). Alii rurſum non dumtaxat

F Cra-

(a) Hoc feſtum omiſit *Petr. Caſtellanus* in ſuo Ἑορτολογίῳ.
(b) Hoc feſtum etiam a Latinis in Bacchi honorem celebrabatur; *Virgilius Lib. II. Georg.*

Nec non Auſonii, Troia gens miſſa, Coloni
Verſibus incomtis ludunt, riſuque ſoluto,
Oraque corticibus ſumunt horrenda cavatis;
Et te Bacche, vocant per carmina laeta, tibique
Oſcilla ex alta ſuſpendunt mollia pinu.

Id ludi genus etiam apud Turcas celebre eſt, quum, Bairamum quod vocant, feſtum anniverſarium agunt. Conſule *Thevenotium Tom. I. Itinerar. Lib. I. Cap. XXXV.* Apud pleroſque alios quoque, Bacchanaliorum tempore.
(c) Et apud *Ovidium V. Metamorphoſ.* in primis.

——— geminos Dea fertilis angues
Curribus admovit; fraeniſque coercuit ora:
Et medium coeli terraeque per aera vecta eſt:
Atque levem currum Tritonida miſit in arcem
Triptolemo; partimque rudi data ſemina iuſſit
Spargere humo, partim poſt tempora longa recultae.
Iam ſuper Europen ſublimis, & Aſida terras
Vectus erat iuvenis, Scythicas advertitur oras.
Rex ibi Lyncus erat. regis ſubit ille penates.
Qua veniat, cauſſamque viae, nomenque rogatus,
Et patriam, Patria eſt clarae mihi, dixit, Athenae,
Triptolemus nomen. Veni nec puppe per undas,
Nec pede per terras; patuit mihi pervius aether:
Dona fero Cereris; latos quae ſparſa per agros
Frugiferas meſſes, alimentaque mitia reddant.

In Muſeo Britannico nummus Athenienſium occurrit, in cuius antica parte caput Cereris; in poſtica vero Triptolemus curru Cereris vectus dextra duas ſpicas praeferens; in tribus autem Eleuſinis nummis currus ineſt a draconibus alitibus tractus, & eo Ceres ſedens vehitur, dextraque ſpicam geminam tenet.

Digitized by Google

Cranao posteriorem hanc rem volunt, verum etiam Pandione: & Erechthei regno tribuunt, qui Pandioni succesſit. Iuſtinus lib. II. *Per ordinem deinde ſucceſſionis regnum ad Erechtheum deſcendit; ſub quo frumenti ſatio apud Eleuſin a Triptolemo reperta eſt.* Ita ſenſit etiam Non. Dionyſiac. l. XIX.

Καὶ πρῶτ@ κλήροιο τυχὼν τεχνήμονι ῥυθμῷ
Κεκροτίης ναέτης κιθάριν ἐλέλιζεν Ἐρεχθεὺς,
Μέλπων πάτριον ὕμνον· ὅτι ζαθέαις ἐν Ἀθήναις
Καί Κελεὸς ξείνιστε βίῳ παμμήτορα Δηὼ,
Τριπτολέμῳ σὺν παιδὶ, καὶ ἀρχαίῃ Μεταναίρῃ,
Καί σφισι καρπὸν ὄπασσεν. ——

Et primus hereditatem nactus artificioſo rhythmo,
Cecropiae habitator citharam quatiebat Erechtheus,
Canens patriam cantilenam; quod divinis Athenis
Et Celeus hoſpitio excepit vitae omnium matrem Cererem,
Triptolemo cum puero, & vetula Metanira:
Et ipſis fructum praebuit. ——

Diodorus Siculus lib. I. Ὁμολογεῖν ἢ καὶ τοὺς Ἀθηναίους ὅτι, βασιλεύοντ@ Ἐρεχθέ@, κ᾽ τῶν καρπῶν διὰ τὴν ἀνομβρίαν προφανιζμένων, ἡ τῆς Δήμητρ@ ἐγένετο παρουσία πρὸς αὐτοὺς, καὶ ἡ δωρεὰ τοῦ σίτου. *Fateri etiam Athenienſes, regnante Erechtheo, quum defectus pluviarum fruges prius abſumſiſſet, Cererem veniſſe illuc, & donatione frugum ipſos ſublevaſſe.* Maximus Tyrius Diſſert. XIII. Ὀψὲ μὲν Δημήτηρ γεωργεῖ, μετὰ πολλὴν πλανήν. ὀψὲ δὲ Διόνυσος, μετὰ τὸν Κάδμον, κ᾽ τὸν Πενθέα· ὀψὲ ὁ Τριπτόλεμος, μετὰ τὸν Ἐριχθόνιον. *Sero terram colit Ceres, poſt longum errorem; ſero Bacchus, poſt Cadmum, & Pentheum: ſero Triptolemus, poſt Erichthonium.* Videtur innuere regnum Pandionis, Erichthonii ſucceſſoris; etenim Erechtheum ſi deſignaſſet, addidiſſet etiam, καὶ τὸν Πανδίονα, *& Pandionem*, Sic Ariſtid. Orat. in Minervam. Τριπτόλεμος ἢ, Ἐριχθονίου νεώτερ@. εἴη δ᾽ ἂν κ᾽ τούτῳ τὰ μὲν σπέρματα, παρὰ τῆς Δήμητρ@. τὸ ἢ ἅρμα, παρὰ τῆς Ἀθηνᾶς. *Triptolemus vero, Erichthonio iunior; acceperitque hic ſemina quidem a Cerere: currum vero, a Minerva.* Nec dumtaxat fruges tunc Triptolemus dedit, ſed & leges, quarum tres commemorantur exſtitiſſe Eleuſine. Porphyrius De Abſt. lib. IV. Τῶν τοίνυν Ἀθήνησι νομοθετῶν, Τριπτόλεμον παλαίτατον παρειλήφαμεν. περὶ ὃ Ἕρμιππ@, ἐν δευτέρῳ Περὶ τῶν νομοθετῶν, γράφει οὕτως. Φασὶ ἢ καὶ Τριπτόλεμον Ἀθηναίους νομοθετῆσαι. καὶ τῶν νόμων αὐτοῦ τρεῖς ἔτι Ξενοκράτης ὁ φιλόσοφ@ λέγει διαμένειν Ἐλευσῖνι τούσδε. Γονεῖς τιμᾶν. θεὺς καρποῖς ἀγάλλειν. ζῶα μὴ σίνεσθαι. *Legislatorum itaque Athenienſium antiquiſſimum fuiſſe Triptolemum accepimus; de quo Hermippus libro ſecundo De legumlatoribus, ita ſcribit. Aiunt etiam Triptolemum Athenienſibus leges ſanxiſſe, & ex legibus eius tres adhuc exſtare, Xenocrates philoſophus tradit: Parentes honorare, Deos fructibus colere, Animalia non laedere.* Hieronymus adverſus Iovinianum lib. II. *Xenocrates philoſophus de Triptolemi legibus apud Athenienſes tria tantum praecepta in templo Eleuſinae reſidere ſcribit: Honorandos parentes, Venerandos deos, Carnibus non veſcendum.* Sacra quoque Eleuſinia; quae Μυστήρια Graeci dicunt, Latini *Initia*, eo tempore inſtituta; idque in honorem frugum, quas tunc Ceres per Triptolemum donaviſſet. Iuſtinus loco iam citato. *Frumenti ſatio apud Eleuſin a Triptolemo reperta eſt, in cuius muneris honorem nocles* INITIORVM *ſacratae.* Freculphus. Tom. I. lib. II. cap. XII. *Fuit Pandionis filius, ſub quo myſteria Graecorum eſſe coeperunt.* Vide Eleuſinia noſtra cap. II.

CAP. IV.

Bello contra Labdacum orto, propter fines regionis, opem Terei implorat; qua quum hoſtem debellaſſet, filiam ei Prognen dat in matrimonium. Tereus ille, Thraciae rex, ſive potius Thracum erat, Dauliae Phocidis habitantium: vel, ut alii, regionis, quae circa Megaridis fines. Pauſaniae error, qui Pandionem hunc primum cum ſecundo, Cecropis filio, confundit.

INde bello, propter fines, contra Labdacum excitato, in auxilium vocat Tereum, Thraciae regem; eiusque ope poſtquam victor evaſiſſet, filiam illi ſuam Prognen dat uxorem. Apollodorus. Πολέμου δὲ ἐξαναστάντ@ πρὸς Λάβδακον, περὶ γῆς ὅρων, ἐπεκαλέσατο βοηθὸν ἐκ Θράκης Τηρέα τὸν Ἄρεως· καὶ, τὸν πόλεμον σὺν αὐτῷ κατορθώσας, ἔδωκε Τηρεῖ πρὸς γάμου τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα Πρόκνην. *Hinc de terrae finibus exorto contra Labdacum bello, adiutorem e Thracia Tereum, Martis filium, advocavit, ac, praeclare eius ope geſto bello, dat uxorem ipſi Prognem, filiam ſuam.* Belli huius, & a Tereo lati auxilii meminit etiam Ovidius, Met. lib. VI.

Credere quis poſſet? ſolae ceßaſtis Athenae.
Obſtitit officio bellum, ſubvectaque ponto
Barbara Cecropios terrebant agmina muros.
Threicius Tereus haec auxiliaribus armis
Fuderat, & clarum vincendo nomen habebat.
Quem ſibi Pandion, opibuſque, viriſque potentem,
Et genus a magno ducentem forte Gradivo,
Connubio Prognes iunxit. ——

Matrimonii mentionem facit etiam Thucydides, & adiungit item cauſam, lib. II. Εἰκὸς δὲ καὶ τὸ κῆδ@ Πανδίονα ξυνάψασθαι τῆς θυγατρὸς διὰ τοιούτου, ἐπ᾽ ὠφελείᾳ τῇ πρὸς ἀλλήλους. *Et credibile eſt, Pandionem, tantillo loci intervallo, adfinitatem ex filia contraxiſſe, mutui auxilii cauſa.* Erat nempe Tereus hic non Thraciae rex, verum Thracum; quippe Dauliam tenebat, urbem Phocidis, quam tunc Thraces incolebant. Clare id Thucydides docet libro eodem, verbis paulo antecedentibus. Τηρεῖ δὲ, τῷ Πρόκνην τὴν Πανδίον@ ἀπ᾽ Ἀθηνῶν σχόντι γυναῖκα, προσῆκεν ὁ Τήρης ἔτος ἤδη. ἦν δὲ τῆς αὐτῆς Θράκης ἐγένοντο. ἀλλ᾽ ὁ μὲν ἐν Δαυλίᾳ τῆς Φωκίδ@ νῦν καλουμένης γῆς ᾤκει, τότε ὑπὸ Θρακῶν οἰκουμένης. *Ad Tereum vero, qui Athenis filiam Pandionis Prognen uxorem habuit, nullo modo Teres iſte pertinebat; neque ex eadem Thracia uterque erat; ſiquidem Tereus, Dauliam, quae nunc vocatur, Pho-*

Phocidis inhabitabat, Thracum eo tempore ſedem. Et Strabo lib. VII. Τὴν μὲν γὰρ Ἀττικὴν, οἱ μετ' Εὐμόλπου Θρᾷκες ἔσχον· τῆς δὲ Φωκίδος τὴν Δαυλίδα, Τηρεύς. *Atticam enim Thraces, qui cum Eumolpo venerant, poſſidebant. Phocidis vero Daulidem, Tereus.* Iterumque lib. IX. Πρὸς τὴν ἕω, Δαυλὶς πολίχνιον· ὅπου Τηρέα τὸν θρᾷκά φασι δυναστεῦσαι. *Ad orientem oppidulum eſt Daulis; ubi Tereum Thracem dominatum ferunt.* Conon, apud Photium, in Bibliotheca Narrat. XXXI. Τηρεὺς, βασιλεὺς Θρᾳκῶν, τῶν περὶ Δαυλίαν, καὶ τὴν ἄλλην Φωκίδα, ἄγεται Πρόκνην γυναῖκα, τὴν Πανδίονος, βασιλεύοντος Ἀθηνῶν. *Tereus, rex Thracum, qui circa Dauliam, ceteramque Phocidem, ducit Prognen, filiam Pandionis, Athenarum regis.* Aſſerit ſententiam iſtam & Pauſanias: verum tamen refert idem, affirmare Megarenſes conſueviſſe, eum ad Megaridis fontes habitaſſe. Verba ecce iſta in Atticis. Τούτου δέ ἐσιν ὑπόῤῥω τάφος Τηρέως, τοῦ Πρόκνην γήμαντος τὴν Πανδίονος. Ἐβασίλευσε δὲ ὁ Τηρεὺς, ὡς μὲν λέγουσιν οἱ Μεγαρεῖς, περὶ τὰς πηγὰς, τὰς καλουμένας τῆς Μεγαρίδος. ὡς δὲ ἐγώ τε δοκῶ, καὶ τεκμήρια ἐς τόδε λείπεται, Δαυλίδος ἦρχε, τῆς ὑπὲρ Χαιρωνείας. *Ab eo non longe abeſt Terei ſepulcrum; eius nempe, qui Prognen, Pandionis filiam, uxorem duxit. Regnavit autem Tereus, ut Megarenſes dicunt, circa fontes, qui Megaridis appellantur: uti vero ego exiſtimo, atque indicant veſtigia, etiam nunc exſiſtentia, Daulide, ſupra Chaeroneam.* De Daulia certe etiam e Stephano colligere licet, in Δαυλίς. Atque haec de Tereo quidem; verum item nunc Pauſaniae mihi error indicandus, de Pandione; quem is ſtatuit non hunc primum eius nominis, Erichthonii regis filium; ſed ſecundum, Cecrope ſecundo natum. Ecce tibi verba in Atticis. Καὶ δὴ καὶ Πανδίων ἐβασίλευσεν, ὁ τοῦ Ἐριχθονίου· καὶ ὁ Κέκροπος δευτέρου. τοῦτον Μητιονίδαι τῆς ἀρχῆς ἐξελαύνουσι. καὶ οἱ φυγόντι ἐς Μέγαρα, (θυγατέρα γὰρ εἶχε Πυλᾶ, τοῦ βασιλεύσαντος ἐν Μεγάροις,) συνεκπίπτουσιν οἱ παῖδες. Καὶ Πανδίονα μὲν, αὐτοῦ λέγεται νοσήσαντα ἀποθανεῖν· καὶ οἱ πρὸς θαλάσσῃ μνῆμά ἐσιν ἐν τῇ Μεγαρίδι, ἐν Ἀθηνῶν Αἰγυίας καλουμένῳ σκοπέλῳ. οἱ δὲ παῖδες, καλίασί τε ἐκ τῶν Μεγάρων, ἐκβαλόντες Μητιονίδας. καὶ τὴν ἀρχὴν τῶν Ἀθηναίων, Αἰγεὺς, πρεσβύτατος ὢν, ἔσχε. Θυγατέρας δὲ, ἃ σὺν ἀγαθῷ δαίμονι ἔθρεψεν ὁ Πανδίων ὐδὲ οἱ τιμωροὶ παῖδες ἀπ' αὐτοῦ ἐλείφθησαν· καίτοι, δυνάμεώς γε, ἕνεκα, πρὸς τὸν Θρᾷκα τὸ κῆδος ἐποιήσατο. Ἀλλ' ὐδεὶς πόρος ἐςὶν ἀνθρώπῳ, παραβῆναι τὸ καθῆκον ἐκ θεῦ. Λέγουσιν, ὡς Τηρεὺς, συνοικῶν Πρόκνῃ, Φιλομήλαν ἤσχυνεν, ὃ κατὰ νόμον δράσας τῶν Ἑλλήνων. καὶ, τὸ ζῶμα ἔτι λωβησάμενος τῇ παῖδι, ἤγαγεν εἰς ἀνάγκην δίκης τὰς γυναῖκας. *Regnavit etiam Pandion, Erichthonii, & alter, Cecropis ſecundi filius, qui cum filiis a Metionidis regno pulſus, quum ad Pylam, Megarenſium regem, cuius filiam in matrimonio habebat, confugiſſet, morbo confectus, illic diem ſuum obiit: eſtque eius mari vicinum monumentum, eo in loco Megarenſis agri, qui Minervae AEthyae ſcopulus eſt vocatus. At filii, rurſus eiectis Metionidis, Megaris Athenas redierunt, ubi regnum maximus natu AEgeus obtinuit. Ac filias quidem Pandion malo facto educavit; neque filios ultores ullos reliquit; etiamſi, potentiae confirmandae cauſa Thracem ſibi affinitate devinxiſſet. Sed effugere vim fati nemo homo ulla ratione poteſt. Ac fertur Tereus, cui Progne nupta erat, Philomelam conſtupraſſe, commiſſo contra Graecorum leges facinore; tum & corpore puellae mutilato, mulieres ad vindictam impuliſſe.*

CAP. V.

Prognes, ac Philomelae infelicitas: & in aves fabuloſa commutatio. Auctorum de hac diſſenſus indicatus. Gorgiae Leontini dictum.

SEd aerumnas filiarum, quas Pauſanias quoq; dicit in citatis proxime verbis, perſequendum eſt. Eas narrat in hunc modum Apollodorus. Ὁ δὲ, (Τηρεὺς) ἐκ ταύτης (τῆς Πρόκνης) γεννήσας παῖδα Ἴτυν, καὶ Φιλομήλης ἐρασθεὶς, ἔφθειρε καὶ ταύτην, εἰπὼν τεθνάναι Πρόκνην, κρύπτων ἐπὶ τῶν χωρίων. αὖθις δὲ γήμας Φιλομήλαν, συνηνάζετο, καὶ τὴν γλῶσσαν ἐξέτεμεν αὐτῆς. ἡ δὲ, ὑφήνασα ἐν πέπλῳ γράμματα, καὶ διὰ τούτων ἐμήνυσε Πρόκνῃ τὰς ἰδίας συμφοράς· ἡ δὲ ἀναζητήσασα τὴν ἀδελφὴν, κλέπτει τὸν παῖδα Ἴτυν· καὶ καθεψήσασα, Τηρεῖ δεῖπνον ἀγνοοῦντι προσίθησι. καὶ μετὰ τῆς ἀδελφῆς διαταχέως ἔφυγεν. Τηρεὺς δὲ, αἰσθόμενος, ἁρπάσας πέλεκυν, ἐδίωκεν. αἱ δὲ, ἐν Δαυλίᾳ τῆς Φωκίδος γενόμεναι προσκατάληπτοι, θεοῖς εὔχονται ἀπορνεωθῆναι. καὶ Πρόκνη μὲν, γίνεται ἀηδὼν· Φιλομήλα δὲ, χελιδών. ἀπορνεῦται δὲ καὶ Τηρεὺς, καὶ γίνεται ἔποψ. *At (Tereus) ſuſcepto ex hac (Progne) filio Itye, Philomelae etiam amore accenditur, eamque vitiat: Prognen, ruri occultam, diem obiiſſe dicens, quam uxorem quum duxiſſet, poſt concubitum linguam excidit; illa vero, litteris in peplo intextis, per has Prognae indicat aerumnas ſuas, ac, ſorore perquiſita, Itym filium occidit, Tereoque ignoranti coctum apponit, ocyuſque cum ſorore fugam capit. Tereus vero, poſtquam facinus cognoviſſet, correpta ſecuri, fugientes perſequitur; hae autem quum iam in Daulia, urbe Phocidis, comprehendendae forent, deos rogant, ut in aves muterentur, itaque Progne fit luſcinia: Philomela vero, hirundo. Sed & Tereus in avem vertitur, fitque upupa.* Conon in Excerptis Photii Narrat. XXXI. Τηρευς Θρακῶν, τῶν περὶ Δαυλίαν, καὶ τὴν ἄλλην Φωκίδα, ἄγεται Πρόκνην γυναῖκα, τὴν Πανδίονος, βασιλευόντος Ἀθηνῶν. καὶ, ὡς ἐπεμάνη, καὶ ἐμίγη ἀκούσῃ Φιλομήλᾳ, τῇ ἀδελφῇ Πρόκνης, τέμνει καὶ τὴν αὐτῆς γλῶσσαν, δεδιὼς τὸν ἐκ λόγων θρίαμβον. ἡ δὲ, πέπλον ὑφαίνουσα, γράφει τὰ πάθη τοῖς νήμασι. καὶ ἡ Πρόκνη, μαθοῦσα, καὶ ἀμυναμένη, παρατίθησιν αὐτῷ δεῖπνον τὰ αὐτοῦ γεννήματα. ὁ δὲ Τηρεὺς, μαθὼν τοῦ δείπνου τὸ μῦσος ἀπ' αὐτῆς τῆς Πρόκνης, ἐδίωκεν αὐτήν τε καὶ τὴν ἀδελφὴν, ὡς συνεργὸν, ξίφει ἀνελεῖν. τὰς δὲ, ὡς μῦθος, λαβὼν ἐντεῦθεν, Πρόκνῃ μὲν ἀηδόνα ποιεῖ. Φιλομήλαν δὲ, χελιδόνα. ἅ ᾄδουσι διὰ παντὸς τὰς τότε συμφορὰς. ἀλλὰ καὶ ὁ Τηρεὺς εἰς ἕποπα ἔπλη τῷ μύθῳ· καὶ ὐδ' ἐν ὄρνεσιν αὐτὰς φασι πεπαῦσθαι τῆς ὀργῆς. ἀλλ' ἕποπες ἀεὶ τὰς χελιδόνας, καὶ ἀηδόνας, διώκουσιν. *Tereus, Thracum rex, eorum, qui Dauliam, ceteramque item Phocidem habitabant, ducit uxorem Prognen, filiam Pandionis, Athenarum regis. Hic poſtquam, inſano*

no amore captus, Philomelam invitam constupravit, Prognes sororem, linguam quoque ejus exsecuit, veritus, ne factum proderet. At illa, peplum texens, quae passa foret, filis inscribit, ac Progne, re cognita, ulciscens facinus, filium marito suo epulandum in coena apponit. Tereus vero, postquam epulum detestandum ex Progne ipsa didicisset, & hanc, & sororem, ceu adiutricem, gladio percussurus insequitur. Atque earum, ut fert fabula, hinc enata, Progne quidem in luscíniam; Philomela vero in hirundinem commutatur: canuntque semper suas illas calamitates. Sed & Tereum fabulantur in upupam conversum esse; ajuntque, neque aves quidem iram suam posuisse; siquidem upupae perpetuo cum hirundines, tum luscinias infectantur. Fuse memorat porro Ovidius Metamorph. lib. VI. Proclus, & Ioannes Tzetzes, ad Hesiodi ἔργων β': Scholiastes Aristophanis Avibus: Horatii Interpres Vetus lib. IV. Od. XII. Servius in Eclog. VI. Lutatius, ad Theb. V. Hyginus, Fab. XLV. Zenobius Cent. III. Proverb. XIV. Lucillus Tarrhaeus, in Δαυλίαν κορώνην: Achilles Tatius, de Am. Clit. lib. V. Strictim attingit AEschylus, Agamemnone.

——— ΧΟ. οἷά τις ξυνετὰ
Ἀκόρητος βοᾶς φιλοίκτοις ταλαίναις φρεσὶν
Ἴτυν Ἴτυν στένουσ' ἀμφιθαλῆ κακοῖς
Ἀηδῶν βίον. ———
ΚΑ. Ἰὼ ἰὼ λιγείας ἀηδόνος μέλος.
——— CHO. *ceu quaedam mollis,*
Et insatiata clamoris, querula, miseraque mente
Ityn Ityn lugens florentem malis
Luscinia vitam ———
CA. Heu heu canorae luscíniae fatum!

Demosthenes in Orat. Fun. Παρειλήφεισαν Πανδιονίδαι, Πρόκνην, καὶ Φιλομήλαν, τὰς Πανδίονος θυγατέρας, ὡς ἐλυμήναντο Τηρέα, διὰ τὴν εἰς αὐτὰς ὕβριν. *Acceperant Pandionidae, quum acriter Progne, & Philomela illatam sibi a Tereo contumeliam ultae essent.* Horatius lib. IV. Od. XII.

Nidum ponit Ityn flebiliter gemens.
Infelix avis, & Cecropiae domus
AEternum opprobrium, quod male barbaras
Regum est ulta libidines.

Gregorius Nazianzenus, Epist. I. Καὶ τὰ ἡμέτερα αὐτοῖς διηγούμεθα, ταῦτα δὴ ταῦτα τὰ ἀρχαῖα, καὶ Ἀττικὰ τὸν Πανδίονα, τὰς Ἀθήνας, τὸν Τηρέα τὴν Θράκιον, τὴν ἀποδημίαν, τὸ κῆδος, τὴν ὕβριν, τὴν ἐκτομὴν τῆς γλώττης, τὰ γράμματα, ἐπὶ πᾶσι τὸν Ἴτυν, καὶ ὡς ἐγενόμεθα ἐξ ἀνθρώπων ὄρνιθες. *Resque nostras ipsis exponimus; mimirum vetera illa, & Attica: Pandionem, Athenas, Tereum, Thraciam, peregrinationem, adfinitatem, contumeliam, linguae exsectionem, literas, praeterque omnia Ityn, & quomodo ex hominibus in aves mutatae sumus.* Meminere etiam Oppianus, Cynegetic. lib. III. Aristophanes, Avibus; Strabo lib. IX. Stephanus in Δαυλίς. AElianus Var. Hist. lib. XII. cap. XX. Iustinus Martyr, ad Graecos, Orat. II. Longus, Pastoralium lib. III. AEneas Gazaeus, extremo Theophrasto. Artemidorus, Onirocrit. lib. II. cap. LXXI. Quidam earum singulatim meminere. Ita Varro solius Prognes, De L. L. lib. IV. *Luscíniola, quod luctuose canere existimatur; atque esse ex Attica Progne in luctu facta avis.* Iuvenalis Sat. VI.

Credamus Tragicis quicquid de Colchide torva
Dicitur, & Progne ———

Ad quem locum Interpres vetus. *Progne filium suum occidit propter sororem a marito stupratam.* Persius Sat. V.

Si quibus aut Prognes, aut si quibus olla Thyestae
Fervebit. ———

Et ad illum locum Cornutus, interpres vetus. Petronius in Satyrico.

——— *tectis silvester Iasdon,*
Atque urbana Procne; quae circum gramina fusae,
Et molles violas, cantu sua rura colebant.

Sic Philomelae, quae Πανδιονὶς χελιδὼν, *Pandionia hirundo*, ipsi dicitur. Hesiodus, Ἔργ. β'.

Τόνδε μετ' ὀρθρογόη Πανδιονὶς ὦρτο χελιδών.
Post hunc mane lugens Pandionia prorumpit hirundo.

Pollux, lib. II. cap. IV. sect. XXVI. Διὸ καὶ ὁ μῦθος τὴν (γλῶτταν) τῆς Πανδιονίδος ἀπέτεμεν, ἄλαλον εἶναι βουληθείς. *Quapropter & fabula (linguam) Pandionidis abscidit, mutam eam esse volens.* Anacreon, Carm. εἰς χελιδόνα.

Ἢ μᾶλλον ἔνδοθέν σε
Τὴν γλῶτταν ὡς ὁ Τηρεύς
Ἐκεῖνος, ἐκθερίξω.
Aut potius tuam
Linguam, quemadmodum Tereus
Ille, excidam.

Martialis lib. XIV. Epigr. LXXIII.

Flet Philomela nefas incesti Tereos: &, quae
Muta puella fuit, garrula fertur avis.

Virgilius Ecloga VI.

Quas illi Philomela dapes, quae dona pararit.

Sed & quidam veterum hic est dissensus: nam, quum alii Prognen tradant in luscíniam commutatam, Philomelam in hirundinem; alii contra, & Prognen versam in hirundinem, Philomelam in luscíniam sunt auctores. Hyginus Fab. XLV. *Tereus facinore cognito, quum fugientes insequeretur, deorum misericordia factum est, ut Progne in hirundinem commutaretur, Philomela in luscíniam.* Servius ad Eclog. VI. *Quas quum Tereus, agnito scelere, insequeretur, in aves mutatae sunt: Progne in hirundinem, Philomela in luscíniam.* Cornelius Severus in AEtna

——— *sedes vestra en Philomela canoris*
Te vocat in silvis: & tu, soror, hospita tectis
Acciperis. ———

Pausanias negat has sorores in aves esse commutatas, sed Athenis ex maerore diem suum obiisse. Ita enim de illis tradit in Atticis. Αἱ δὲ γυναῖκες, (Πρόκνη, καὶ Φιλομήλα,) ἐς μὲν Ἀθήνας ἀφίκοντο. Θρηνῦσαι δὲ, οἷα ἔπαθον, καὶ οἷα ἀντέδρασαν, ὑπὸ δακρύων διαφθείρονται. καὶ σφίσι τὴν ἐς ἀηδόνα, καὶ χελιδόνα, μεταβολὴν ἐπεφήμισαν, ὅτι, οἶμαι, κῆ αὗται ὄρνιθες ἐλεεινὸν, καὶ θρήνῳ ὅμοιον, ᾄδουσιν· *Mulieres vero, (Progne, & Philome-*

(a) *Virgilius* IV. *Georgic.* Prognen hirundinem manifeste vocat:
Et manibus Progne pectus signata cruentis.

lomela,) *Athenas quidem venerunt; deflentes autem cum quae paſsae ipſae eſsent, tum quae etiam feciſſent, prae lacrymis contabeſcunt, ac mutationem in luſciniam, & hirundinem, de ipſis opinor, tradidere; quod hae aves miſerabiles, atque luctuoſos cantus edant.* Porro ad Philomelam pertinet Gorgiae dictum, quod commemorat Plutarchus, Sympoſ. lib. VIII. Quaeſt. VII. Γοργίας δὲ ὁ σοφιστὴς, χελιδόνος ἀφέσης ἐπ' αὐτὸν ἀπόπατον, ἀναβλέψας πρὸς αὐτήν· ὦ καλὰ ταῦτα ἔφη, ὦ Φιλομήλα. *Gorgias ſophiſta, quum in ipſum hirundo ſtercus deiecisſet; Non recta haec, inquit, Philomela.* Meminit quoque Ariſtoteles, Rhet. lib. III. cap. III. & Cicero in Oratore. Illud etiam obiter hic admonendum, aliquod Auctorum veterum circa hiſtoriam diſſidium eſſe; & Aedonem, quae in luſciniam, Chelidonem, quae mutata in hirundinem, non Prognen, aut Philomelam, exſtitiſſe, easque non Pandionis filias, ſed Pandarei fuiſſe. Homerus, Odyſſ. τ.

Ὡς δ' ὅτε Πανδαρέου κούρη χλωρηῒς ἀηδὼν,
Καλὸν ἀείδῃσιν, ἔαρος νέον ἱσαμένοιο.

Vt cum Pandarei filia, floridula luſcinia,
Pulcre canit, vere recens conſiſtente.

Quos duos verſus citat etiam Demetrius Phalereus lib. de Eloquut. Videndi autem ad eoſdem Didymus, & Euſtathius: item Antoninus Liberalis, Metamorphoſiωs cap. XI.

CAP. VI.

Mors Pandionis; tum & quamdiu regnaverit: ac quae uxor eius fuerit, liberique. Erechtheus heres: Butes ſacerdos Minervae, & Neptuni. Alius Butes, Teleontis filius, ſive AEneae, Argo-nauta: item tertius, Pallantis; ſive ille potius Brytes, a quo familia Βρυτάδαι. *Ovidii locus reſtitutus. Pandionis tribus; populique, qui ſub ea.*

PAndion vero, eo filiarum caſu acerbiſſime adflictus, nimio maerore animi vitam finiit. Ovidius Metamorph. lib. VI.

Hic dolor ante diem, longaeque extrema ſenectae
Tempora, Tartareas Pandiona miſit ad umbras.

Idque anno regni ſui quadrageſimo. Euſebius. Ἀθηναίων ἐβασίλευσεν πέμπτος Πανδίων, ἔτη τεσσαράκοντα. Hieronymus. *Athenienſibus regnavit quintus Pandion, annis quadraginta.* Abbas Vrſpergenſis. *Pandion, rex Athenienſium quintus, regnavit annis quadraginta.* Ac conſentiunt Marianus, & Vincentius Bellovacenſis. Vxorem habuit Zeuxippen, quae matertera ipſi erat; ex eaque filios duos Erechtheum, ac Buten ſuſtulit; filiaſque, de quibus dixi capite ſuperiori; Prognen nempe, & Philomelam. Apollodorus. Πανδίων ὁ, γήμας Ζεύξιππον, τῆς μητρὸς τὴν ἀδελφὴν, θυγατέρας μὲν ἐτέκνωσε, Πρόκνην, καὶ Φιλομήλαν· παῖδας δὲ διδύμους, Ἐρεχθέα, καὶ Βούτην. *Pandion vero, ducta uxore Zeuxippa, eaque matertera, filias quidem ex ea ſuſtulit, Prognen, atque Philomelam; filios autem geminos, Erechtheum, & Buten.* Ioannes Tzetzes Chil. V. cap. XIX.

Ζευξίππης, καὶ Πανδίονος, ὁ Ἐρεχθεὺς ἐξέφυ·
Πρόκνη, καὶ Φιλομήλα τε, καὶ Βούτης δὲ σὺν τούτοις.

Zeuxippa, & Pandione Erechtheus natus eſt;
Progne, & Philomela, & Butes cum iſtis.

Et Erechtheus quidem in regnum ſucceſſit; Butes ſacerdotium accepit cum Minervae, tum Neptuni Erichthonii (*a*). Apollodorus. Πανδίονος δὲ ἀποθανόντος, οἱ παῖδες τὰ πατρῶα ἐμερίσαντο. καὶ ἡ βασιλείαν, Ἐρεχθεὺς λαμβάνει. τὴν δὲ ἱερωσύνην τῆς Ἀθηνᾶς, καὶ τοῦ Ποσειδῶνος τοῦ Ἐριχθονίου, Βούτης. *Poſtquam Pandion fatis conceſſit, filii hereditatem patris inter ſe partiuntur, atque regnum Erechtheus accipit; Minervae vero, & Neptuni Erichthonii ſacerdotium Butes.* Quamquam ſane Erechtheum Diodorus Siculus AEgyptium tradat, ut mox dicam capite ſequenti. A Bute vero, familia Athenis manſit, Βουτάδαι dicta, & Ἐτεοβουτάδαι. Meminit eius Syneſius De Inſomniis. Διαφέρει δὲ οὐδὲν τῷ θεῷ, τίς ὁ Ἐτεοβουτάδης, ἢ τίς ὁ μανὴς ὁ νεόνητος. *Nihil dei interest, quis ſit Eteobutades, aut quis ſervus nuper emptus.* Nicephorus Gregoras ad eum locum. Ἐτεοβουτάδαι, γένος τὶ ἀρχαῖον, ἐπίσημον ἐν Ἀθήναις, καὶ περιφανές· οἱ ἀληθῶς ἐκ τοῦ Βούτου γνεᾶς καταγόμενοι. *Eteobutadae, familia quaedam antiqua Athenis inſignis, & ſplendida; qui revera ad Buten genus referebant.* Sed de hac familia ago copioſe libro ſingulari De Familiis Atticis. Alius autem ab hoc Bute, ne confundas, quamquam item Athenienſis, Teleontis filius, unus ille ex Argonautis. Apollonius Rhodius Argonaut. lib. I.

Τοῖς δὲ ἐπὶ Κεκροπίηθεν Ἀρήϊος ἤλυθε Βούτης,
Παῖς ἀγαθὸς Τελέοντος. ———
Ad hos Athenis acceſſit Martius Butes,
Filius ſtrenui Teleontis. ———

Meminit eius etiam Hyginus Fab. XIV. Orpheus illum AEneae filium facit.

Βούτης τ' Αἰνειάδης, ἴκελος χρυσάορι Φοίβῳ.
Buteſque AEneades, ſimilis aureum enſem habenti Phoebo.

Valerius Flaccus lib. I.

Proximus huic Butes Actaeis dives ab oris.

Ita enim illic emendandum eſſe ſupra monui lib. I. cap. III. Alius rurſum, & ipſe Athenienſis, Pallantis filius; de quo Ovidius Metamorph. lib. VII.

Maior habet Clyton, & Buten, Pallante creatos.

Sed quandoquidem libri illic manuſcripti habent, *& Bruten*, cenſeo legendum, *& Bryten*; atque eum ipſum eſſe, a quo familia Athenienſis, Βρυτιάδαι, ſeu Βρυτάδαι adpellata; uti a Bute Βουτάδαι. De qua item a me actum libro de Familiis Atticis (*b*). Porro a Pandione iſto tribus quaedam Παιδιονὶς dicta fuit. Harpocration. Παιδιονὶς, μία τῶν δέκα φυλῶν παρ' Ἀθηναίοις ἐστὶ· κληθεῖσα ἀπὸ Πανδίονος, τοῦ Ἐριχθονίου. *Pandionis una decem tribuum erat apud Athenienſes, adpellata a Pandione, Erichthonii filio.* Ac ſub ea cenſebantur iſti Atticae

(*a*) Conſule Lib. De Pop. Attic. in Βουτάδαι.

(*b*) De ea agit quoque Lib. VI. Lect. Att. Cap. XXVI.

Digitized by Google

ticae populi. Ἀγγελὴ, Κονθύλη, Κυδαθήναιον, Οἶα, Παιανιὰ, Πρασιαὶ, Προβάλινθος, Στειριὰ, Φηγαία. Praeterea ab hoc Athenienſes *Populus Pandionis* dicuntur Lucretio lib. VI.

Incubuit tandem populo Pandionis.

Et Athenae *Pandioniae* Ovidio.

Quid Pandioniae reſtant niſi nomen Athenae.

CAP. VII.

Erechtheus, Pandionis filius, vel AEgyptius, aut terrigena. Fruges donaſſe memoratur, atque ideo regnum conſequutus eſſe, ac tum ſacra Eleuſinia etiam inſtituiſſe, Cererem-que item hoſpitio excepiſſe, Tribunalis in Prytaneo origo, & cauſa. Alius ab eo fuit, qui Rhamnunte matri Nemeſi ſimulacrum dedicavit.

PAndioni ſucceſſit Erechtheus filius. Apollodorus. Πανδίονος δὲ ἀποθανόντος, οἱ παῖδες τὰ πατρῶα ἐμερίσαντο, καὶ ἡ βασιλείαν, Ἐρεχθεὺς λαμβάνει. *Mortuo Pandione, filii paterna bona inter ſe partiuntur, ac Erechtheus regnum accipit.* Iuſtinus lib. II. *Per ordinem deinde ſucceſſionis regnum ad Erechtheum deſcendit.* Ovidius Metamorph. lib. VI.

Hic dolor ante diem, longaeque extrema ſenectae
Tempora, Tartareas Pandiona miſit ad umbras,
Sceptra loci, rerumque capit moderamen Erechtheus.

Ac Pandionis quidem filium facit etiam Pauſanias in Atticis. Πρότερός τε γὰρ ἦρξε Κέκροψ, ὃς ἦν Ἀκταίου θυγατέρα ἔσχηκε καὶ ὕστερον ἄλλος, ὃς μετώκησεν ἐς Εὔβοιαν, Ἐρεχθέως υἱὸς, τοῦ Πανδίονος, τοῦ Ἐριχθονίου. *Regnavit enim & Cecrops maior, qui cum Actaei filia nupta fuit, ac poſtea minor, Erechthei filius, Pandionis nepos, Erichthonii pronepos, a quo colonia in Euboeam deducta eſt.* Item Ioannes Tzetzes Chil. V. cap. XIX.

Ζευξίππης, καὶ Πανδίονος, ὁ Ἐρεχθεὺς ἐξέφυ.

Zeuxippa, & Pandione Erechtheus natus eſt.

Diodorus Siculus, non Pandionis filium tradit, ſed AEgyptium, & ad regnum perveniſſe donatis civitati frugibus. Verba eius ita habent lib. I. Καὶ τὸν Ἐρεχθέα λέγουσι, τὸ γένος Αἰγύπτιον ὄντα, βασιλεῦσαι τῶν Ἀθηνῶν, τοιούτας τινὰς φέροντες ἀποδείξεις. γινομένων γὰρ ὁμολογουμένως αὐχμῶν μεγάλων κατὰ πᾶσαν σχεδὸν τὴν οἰκουμένην, πλὴν Αἰγύπτου, διὰ τὴν ἰδιότητα τῆς χώρας, καὶ φθορᾶς ἐπιγινομένης τῶν τε καρπῶν καὶ τῶν ἀνθρώπων, ἐξ Αἰγύπτου τὸν Ἐρεχθέα κομίσαι, διὰ τὴν συγγένειαν, σίτου πλῆθος εἰς τὰς Ἀθήνας· ἀνθ' ὧν τοὺς εὖ παθόντας βασιλέα καταστῆσαι τὸν εὐεργέτην. *Erechtheum, natione AEgyptium, Athenarum regem factum, his rationibus demonſtrant. Quum per totum fere orbem terrarum, AEgypto tantum excepta, ob loci genium, omnium confeſſione ingens ſiccitas, quum magna ſimul frugum, hominumque pernicie orta eſſet, Erechtheus ex AEgypto magnam frumenti copiam Athenas, ob cognationem advexit; ideoque, beneficio adfecti cives, regem ſibi virum bene de ſe meritum ſtatuerunt.* Herodotus terrigenam dicit lib. VIII. Εἴσι ἐν τῇ ἀκροπόλι ταύτῃ Ἐρεχθέος, τοῦ γηγενέος λεγομένου εἶναι, νηός. *Eſt in hac arce* (loquitur autem de arce Athenarum) *Erechthei, qui terrigena fuiſſe fertur, fanum.* Quod vero de donatis ab illo frugibus tradit Diodorus, id confirmat, & ſequentibus iſtis verbis. Ὁμολογεῖν δὲ καὶ τοὺς Ἀθηναίους, ὅτι, βασιλεύοντος Ἐρεχθέως, καὶ τῶν καρπῶν, διὰ τὴν ἀνομβρίαν, προφανιζομένων, ἡ τοῦ Δήμητρος ἐγένετο παρουσία πρὸς αὐτοὺς, καὶ ἡ δωρεὰ τοῦ σίτου. *Fateri etiam Athenienſes regnante Erechtheo, quum defectus pluviarum fruges abſumſiſſet, Cererem veniſſe illuc, & donatione frumenti ipſos ſublevaſſe.* Nec frumentum tunc dumtaxat eius beneficio Athenienſes accepiſſe, ſed & ſacra Eleuſinia idem docet. Τοῦτον δὲ (τὸν Ἐρεχθέα) παραλαβόντα τὴν ἡγεμονίαν, καταδεῖξαι τὰς τελετὰς τῆς Δήμητρος, ἐν Ἐλευσῖνι, καὶ τὰ μυστήρια ποιῆσαι, μετενεγκόντα τὸ περὶ τούτων νόμιμον ἐξ Αἰγύπτου. *Hunc vero (Erechtheum) accepto principatu, Eleuſine initia illa Cereris edocuiſſe, ac myſteria inſtituiſſe, ritu eorum ex AEgypto translato.* Et poſtea. Πρὸς δὲ τούτοις, αἱ τελεταὶ, καὶ τὰ μυστήρια ταύτης τῆς θεοῦ τότε κατεδέχθησαν ἐν Ἐλευσῖνι. *Ad haec initia, & myſteria eius deae per id tempus Eleuſine inſtituta.* Certe de donatis frugibus, & initiis illis Cereris inſtitutis etiam Iuſtinus tradit lib. II. *Per ordinem deinde ſucceſſionis regnum ad Erechtheum deſcendit; ſub quo frumenti ſatio apud Eleuſin a Triptolemo reperta eſt; in cuius muneris honorem nocles initiorum ſacratae.* Porro obſerva in citatis paulo ante Diodori iſtis verbis, Cererem Athenas demum ſub Erechtheo adveniſſe, quod ſub Cranao alios factum, alios autem ſub Pandione memorare ſupra oſtendi. Ac confirmat illud Stephanus in Ἐρεχθειὰ, ubi ait, deam hoſpitio ab Erechtheo exceptam. Ἐρεχθειὰ, δῆμος τῆς Ἀττικῆς, τῆς Αἰγηίδος φυλῆς. ἀπὸ Ἐρεχθέως τοῦ ξενίσαντος τὴν Δήμητρα. *Erechthea, populus Atticae, tribus AEgeidis, ab Erechtheo, qui Cererem hoſpitio excepit.* Et tribunal Prytanei, quod vocabant, ſub eodem inſtitutum. Rem, & cauſam ex Pauſania accipimus, qui in Atticis ita refert. Τὸ δὲ ἐν Πρυτανείῳ καλούμενον (δικαστήριον) ἔνθα τῷ σιδήρῳ, καὶ πᾶσιν ὁμοίως τοῖς ἀψύχοις, δικάζουσιν, ἐπὶ τῷδε ἄρξαθαι νομίζω. Ἀθηναίων βασιλεύοντος Ἐρεχθέως, τότε πρῶτον βοῦν ἔκτεινεν ὁ Βουφόνος ἐπὶ τῷ βωμῷ τοῦ Πολιέως Διός. καὶ ὁ μὲν, ἀπολιπὼν ταύτῃ τὸν πέλεκυν, ἀπῆλθεν ἐκ τῆς χώρας φεύγων· ὁ δὲ πέλεκυς παραυτίκα ἀφέθη κριθείς· καὶ ἐς τόδε ἀνὰ πᾶν ἔτος κρίνεται. *In Prytaneo, quod vocatur (tribunal) ibi de ferro, aliiſque inanimatis item rebus fit iudicium; & principium equidem hoc fuiſſe arbitror. Erechtheo regnante Athenis, bovem ſacerdos, is, qui Buphonus adpellatus, primum ad Iovis Poliei aram occidit; atque is quidem relicta illic ſecuri, e regione in exilium ſtatim ivit: ſecuris autem iudicio eſt abſoluta; ac quotannis in hunc modum iudicatur.* Alius fuit, qui Rhamnunte matri Nemeſi loci illius Reginae, Veneris ſpecie ſimulacrum mali ramum (a) manu geſtans dedicavit. Suidas. Ῥαμνουσία Νέμεσις. αὕτη πρῶτον ἀφίδρυτο,

(a) Vide *Lib. De Pop. Att.* in Ῥαμνῦσι.

Digitized by Google

το, ἐν Ἀφροδίτης σχήματι, διὸ καὶ κλάδον εἶχε μελέας. ἱδρύσατο δὲ αὐτὴν Ἐρεχθεὺς, μητέρα ἑαυτοῦ ὖσαν, ὀνομαζομένην δὲ Νέμεσιν, καὶ βασιλεύουσαν ἐν τῷ τότῳ. *Rhamnusia Nemesis. Haec primum dedicata fuit Veneris specie: quamobrem etiam mali ramum gestabat. Dedicavit autem eam Erechtheus, matris suae nomine, quae Nemesis dicebatur, eoque in loco regnabat.*

CAP. VIII.

Bellum eius cum Euboeae Chalcidensibus; quia filium Alconem, ut videtur, quem receperant, cum Chalciopa filia profugientem, dedere ipsi postulanti recusassent. Alterum item eius bellum cum Eleusiniis. In priore Xuthus, quum suppetias tulisset, filiam eius Creusam uxorem accipit; in posteriore vero Ion iuvit. Confusio Auctorum indicata. Eleusiniis opem contra Eumolpus tulit, sive bellum ipse intulit odio in Athenienses ob contentionem patris cum Minerva. Atque ille etiam filium copiis suis praefecit, Immaradum nomine; quem Immarum, sive Ismarum, aut Immarnachum alii vocant; isque in proelio interfectus, Athenas defertur, atque ibi sepelitur, in consepto templi Cereris Eleusinae. Arnobii locus emendatus; & ostensus item error. Tum Eumolpus quoque ipse in eadem pugna caesus.

BEllum gessit cum Chalcidensibus Euboeae, in quo quum iuvisset Xuthus, dignus aestimatus fuit, qui Creusam eius filiam uxorem acciperet. Disco ex Euripide Ione.

Κρέουσα δ', ἡ τεκοῦσα τὸν νεανίαν,
Ξούθῳ γαμεῖ, συμφορᾶς ταὐτὸν πάσῃ τύπο.
Ἣν ταῖς Ἀθήναις, τοῖς τε Χαλκοδοντίδαις,
Οἳ γῆν ἔχουσ' Εὐβοΐδα, πολέμιον κλύδων,
Οὓν συμπονήσας, καὶ συνεξελθὼν δορὶ,
Γάμων Κρεούσης ἀξίωμ' ἐδέξατο.
Creusa vero, quae pepererat hunc adolescentem,
Xutho nubit talem ob casum.
Erat Athenis, & Chalcidensibus
Qui terram habitant Euboicam, bellica tempestas;
Cui allaborans postquam una egressus esset cum hasta,
Dignus Creusae nuptiis putatus est.

Causam ille non exponit, sed coniicio; quod Alconem filium suum cum Chalciopa filia ad ipsos profugum dedere petenti nollent. Id observo apud Apollonii Rhodii Scholiasten lib. I. Ἄλκωνα, τὸν Φαλήρου πατέρα, Πρόξενον φησιν υἱὸν Ἐρεχθέως· φυγεῖν δὲ αὐτὸν λέγει ἀπὸ τῆς Ἀττικῆς, μετὰ τῆς θυγατρὸς Χαλκιόπης εἰς Εὔβοιαν. ἐξαιτοῦντος δὲ τοῦ πατρὸς, μὴ ἐκδοῦναι τοὺς Χαλκιδέας. *Alconem Phaleri patrem, Proxenus dicit, filium Erechthei esse; atque ipsum una cum Chalciopa filia in Euboeam profugisse; quumque pater dedi eum sibi peteret, recusasse Chalcidenses.* Postea aliud quoque illi bellum exortum est cum Eleusiniis, & Eumolpo, Thraciae rege, Eleusinios adiuvante: quumque oraculum de eventu scitaretur, responsum tulit, se superiorem fore, si e filiabus unam immolaret. Apollodorus. Καὶ πολέμου ἐνσάντος πρὸς Ἀθηναίους, ᾗ Ἐλευσινίους, ἐπικληθεὶς (ὁ Εὔμολπος) ὑπὸ Ἐλευσινίων, μετὰ πολλῆς συνεμάχει Θρακῶν δυνάμεως. Ἐρεχθεῖ δὲ, ὑπὲρ Ἀθηναίων νίκης χρωμένῳ, ἔχρησεν ὁ θεὸς, κατορθώσειν τὸν πόλεμον, ἐὰν μίαν τῶν θυγατέρων σφάξῃ. *Et exorto inter Athenienses, Eleusiniosque bello, magno cum exercitu Thracum (Eumolpus) opem laturus advenit. At Erechtheo, oraculum de belli eventu consulenti, respondit deus, bene se gesturum bellum, si filiarum unam immolaret.* Ac de filiae quidem immolatione postea agam, nunc de bello, utrinque gesto prius dicam. Ab Athenienſium partibus Xuthus erat, & auxilium ferebat. Suidas. Ἐβοήθησεν ὁ Ξοῦθος πολλῇ σπουδῇ πολεμουμένοις Ἀθηναίοις ὑπὸ Εὐμόλπου. Ἐρεχθεὺς τότε Ἀθηνῶν ἐβασίλευσεν. *Xuthus Athenienſibus, quum bello infestarentur ab Eumolpo, multo studio opem tulit; regnante Athenis tunc Erechtheo.* Quae totidem verbis tradit Auctor Etymologici. Alii Iovem memorant eius filium. Harpocration ex Philochoro. Ἴωνα ὁ Ξοῦθος ἐβοήθησε σπουδῇ πολεμουμένοις Ἀθηναίοις ὑπὸ Εὐμόλπου τοῦ Ποσειδῶνος, Ἐρεχθέως βασιλεύοντος. *Ion, Xuthi filius, studiose opem tulit Athenienſibus, bello vexatis ab Eumolpo, regnante Erechtheo.* Strabo lib. VIII. Ἴωνα δὲ, τὸν μετ' Εὐμόλπου νικήσαντα Θρᾷκας, ὅτως ἠυδοκίμησεν, ὥστε ἐπέτρεψαν αὐτῷ ἡ πολιτείαν Ἀθηναῖοι. *Ion, devictis qui cum Eumolpo erant Thracibus, tantam consequutus est existimationem, ut ei remp. commiserint Athenienses.* Etymologici Auctor, quum antea Xuthum dixisset, postea quoque Ionem opitulatum tradit. Πολέμου συστάντος Ἀθηναίοις, καὶ Ἐλευσινίοις, συμμαχήσαντος Ἴωνος κατὰ συγγένειαν, ἐνίκησαν οἱ Ἀθηναῖοι. *Bello orto inter Athenienses, & Eleusinios, Ione, ut genere iunctus erat, adiuvante, vicere Athenienses.* Idem quoque Herodotus refert lib. VIII. & Pausanias in Atticis, Corinthiacis, & Achaicis. Sed duorum hic bellorum est confusio, & priore Xuthus pater; posteriore Ion filius operae praeclarus fuit. Atque ut Athenienſibus Ion contra Eleusinios opem tulit, sic Eumolpus Eleusiniis. Vides in Apollodori antea citatis verbis; innuitque & Thucydides lib. II. Καί τινες καὶ ἐπολέμησάν ποτε αὐτῶν, ὥσπερ καὶ Ἐλευσίνιοι μετ' Εὐμόλπου πρὸς Ἐρεχθέα. *Ac quidam ipsorum bellum etiam gesserunt, ut Eleusinii cum Eumolpo contra Erechtheum.* Acesodorus in Fragmento apud Scholiasten Sophoclis ad Oed. Col. Κατοικῆσαι δὴ τὴν Ἐλευσῖνα ἱστοροῦσι πρῶτον μὲν τοὺς αὐτόχθονας, εἶτα Θρᾷκας, τοὺς μετὰ Εὐμόλπου παραγενομένους, πρὸς βοήθειαν εἰς τὸν κατ' Ἐρεχθέως πόλεμον. *Inhabitasse vero Eleusinem ferunt primo quidem indigenas, inde Thracas, qui cum Eumolpo advenerunt, in auxilium belli cum Erechtheo gesti.* Scholiastes Euripidis Phoenissis. Οὗτος (Εὔμολπος) συνεμάχησεν Ἐλευσινίοις, στασιάζουσι κατὰ τοῦ βασιλέως Ἐρεχθέως. *Hic (Eumolpus) suppetias tulit Eleusiniis, adversus regem Erechtheum tumultuantibus.* Alii simpliciter Eumolpi istud bellum, & non Eleusiniorum. Aristides in Panathenaico suo. Λέγεται γὰρ Ἐρεχθεὺς μὲν, ἐν τῷ πρὸς Εὔμολπον πολέμῳ τούτῳ, τὴν θυγατέρα ὑπὲρ τῆς πόλεως ἐπιδοῦναι.

Digitized by Google

δῆναι. *Fertur Erechtheus, isto contra Eumolpum bello, filiam ſuam pro ſalute reip. conceſſiſſe*. Clemens Strom. I. Κατὰ δὲ Πρόϊτον, ὁ Εὐμόλπου πρὸς Ἀθηναίους πόλεμος. *Tempore autem Proeti, bellum Eumolpi adverſus Athenienſes*. Alcidamas Orat. in Palamedem. Μενεσθεὺς ἦ, πρῶτος λέγεται κοσμῆσαι τάξεις, καὶ λόχους, καὶ φάλαγγας συνῆσαι, ἡνίκα Εὔμολπος ὁ Ποσειδῶνος ἐπ' Ἀθηναίους ἐστράτευσε, Θρᾷκας ἄγων. *Ac Meneſtheus, primus aciem ordinaſſe memoratur, turmaſque, & phalanges inſtituiſſe; quando Eumolpus, Neptuni filius, adducto Thracum exercitu, Athenienſes infeſtabat*. Meminit quoque Euripides Phoeniſſis. Et cauſam memorat Lycurgus Orat. in Leocratem; quod nimirum ei litem intenderet de regione, ſcilicet ob Neptuni patris cum Minerva veterem contentionem. Φασὶ γὰρ Εὔμολπον, τὸν Ποσειδῶνος, καὶ Χιόνης, μετὰ Θρακῶν ἐλθεῖν, τὴν χώρας ταύτης ἀμφισβητοῦντα· τυχεῖν ἢ κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους βασιλεύοντα Ἐρεχθέα. *Aiunt vero Eumolpum filium Neptuni, & Chiones, litem de hac regione intendentem, cum Thracibus veniſſe, ac tum temporis regem Erechtheum fuiſſe*. Iſocrates in Panathenaico. Θρᾷκες μὲν γὰρ μετ' Εὐμόλπου τοῦ Ποσειδῶνος ἐνέβαλον εἰς τὴν χώραν ἡμῶν, ὃς ἀμφισβήτησεν Ἐρεχθεῖ τῆς πόλεως, φάσκων, Ποσειδῶνα πρότερον Ἀθηνᾶς καταλαβεῖν αὐτήν. *Etenim Thraces quidem cum Eumolpo, Neptuni filio, in agros noſtros irruperunt; qui cum Erechtheo de urbe contendebat, inquiens, Neptunum eam Minerva priorem occupaſſe*. Hyginus Fab. XLVI. *In eo tempore Eumolpus, Neptuni filius, Athenas venit oppugnaturus, quod patris ſui terram Atticam eſſe diceret*. Sunt qui tradant Eumolpum quidem non ipſum bellum hoc geſſiſſe, ſed filium eius. Ac confirmat id Pauſanias, qui Immaradum eum refert adpellatum. Ecce verba iſta in Atticis. Ἐρεχθεύς τε ἐστὶν ἐν τοῖς ἐπωνύμοις, ὃς ἐνίκησεν Ἐλευσινίους μάχῃ, καὶ τὸν ἡγεμόνων ἀπέκτεινεν Ἰμμάραδον, τὸν Εὐμόλπου. *Erechtheus item eſt inter eos, a quibus nominantur tribus; qui Eleuſinios proelio vicit, eorumque ducem Immaradum, Eumolpi filium, interfecit*. Iterum poſtea. Εἰσὶ δὲ ἀγάλματα μεγάλα χαλκᾶ, διεστῶτες ἄνδρες ἐς μάχην. καὶ τὸν μὲν, Ἐρεχθέα καλοῦσι· τὸν δὲ, Εὔμολπον. καί τοι λέληθέ γε οὐδὲ Ἀθηναίων ὅσοι τὰ ἀρχαῖα ἴσασιν, Ἰμμάραδον εἶναι, παῖδα Εὐμόλπου τοῦτον, τὸν ἀποφανόντα ὑπὸ Ἐρεχθέως. *Sunt etiam ex aere ſigna duo grandia, quaſi inter ſe dimicantium; eorum alterum Erechtheum dicunt; alterum Eumolpum, neque tamen ignorant, qui Athenienſium res priſcas norunt, Immaradum eſſe hunc Eumolpi filium, quem Erechtheus interfecerit* (a). Ac rurſum alio quodam loco in iiſdem illis Atticis. Γενομένης δὲ Ἐλευσινίοις μάχης Ἀθηναίοις, ἀπέθανε μὲν Ἐρεχθεὺς, Ἀθηναίων βασιλεύς. ἀπέθανε δὲ Ἰμμάραδος, ὁ Εὐμόλπου. *Commiſſa vero inter Eleuſinios, & Athenienſes pugna, hinc quidem Erechtheus rex Athenienſium, iſthinc autem Immaradus Eumolpi filius ceciderunt*. Eiuſque corpus, Athenas delatum in conſepto templi Cereris Eleuſinae, quod ſub arce, ſepultum fuit. Clemens in Protreptico. Ἰμμαρος δὲ, ὁ Εὐμόλπου καὶ Δαείρας, οὐχὶ ἐν τῷ περιβόλῳ κεκήδευται τοῦ Ἐλευσινίου, τοῦ ὑπὸ τῇ ἀκροπόλει. *Immarus vero, Eumolpi, & Dairae filius, nonne in ſepto Eleuſinii, quod ſub arce, eſt ſepultus*? Apud Euſebium De Praep. Evang. lib. II. ubi locum hunc Clementis is transſcribit, Ἴσμαρος, non Ἴμμαρος, legitur aut Ἰμμάραδος, ut apud Pauſaniam tribus locis iam citatis conſtanter ſcribitur. Arnobio vero, rem eamdem referenti ex Clemente, ut alia quaedam *Immarnachus* dicitur lib. VI. *Dairas, & Immarnachus fratres* (*conditi ſcribuntur*) *in Eleuſinis conſepto, quod civitati ſubiectum eſt*. Sed ſcribendum eo loco, *in Eleuſinii conſepto*. Neque enim Eleuſine eſt ſepultus, ſed Athenis intra ſeptum templi Cereris Eleuſinae infra arcem; uti ſatis manifeſte verba haec Clementis indicant, ἐν περιβόλῳ τοῦ Ἐλευσινίου, τοῦ ὑπὸ τῇ ἀκροπόλει. *In ſepto templi Eleuſinii, quod ſub arce*. Deinde, ut hoc quoque dicam, velut obiter, non ſat animum advertit, quum Δαείρας, in Clementis illis verbis, primum potius caſum cenſens, quam ſecundum fratrem Immaradi, & non matrem exiſtimavit. Porro non Immaradus tantum Eumolpi filius, ſed Eumolpus quoque ipſe eo proelio cecidiſſe a quibusdam memoratur. Apollodorus. Γενομένης δὲ μετὰ σφαγὴν τὴν μάχης, Ἐρεχθεὺς μὲν ἀνεῖλεν Εὔμολπον. *Commiſſa vero poſt immolationem pugna, Erechtheus quidem Eumolpum occidit*. Scholiaſtes Euripidis loco citato. Συνεμάχησεν (ὁ Εὔμολπος) Ἐλευσινίοις, στασιάζουσι κατὰ τὸν βασιλέως Ἐρεχθέως· καὶ ἡττηθεὶς, ἐφονεύθη. *Suppetias tulit* (*Eumolpus*) *Eleuſiniis, adverſus regem Erechtheum tumultuantibus; ſuperatuſque eſt occiſus*. Hyginus Fab XLVI. *Eo tempore Eumolpus, Neptuni filius, Athenas venit oppugnaturus; quod patris ſui terram Atticam eſſe diceret. Is victus cum exercitu, quum eſſet ab Athenienſibus interfectus, Neptunus, ne filii morte Erechtheus laetaretur, expoſtulavit*.

CAP. IX.

Erechtheus, ut vinceret, oraculi monitu filiarum unam immolat; cum qua reliquae, ita pactae, ſeſe omnes immolarunt. Diſſenſus in hac re Auctorum; iſque etiam explicatus; tum oſtenſa & confuſio Vlpiani. Locus, ubi immolatae, Hyacinthus adpellatus, atque ipſae Hyacinthides, & Παρθένοι, ſive Virgines; ac relatae inter deos, ſed tres tantum, ibique Ὑάδες nuncupatae.

ERechtheus, bello hoc concitato, quum oraculum conſuleret de eventu, reſponſum tulit, ſe ſuperiorem fore, ſi Proſerpinam filiarum natu maximam immolaret. Itaque Athenas redux, poſtquam rem communicaſſet cum Thraſithea uxore, paret oraculo, & commiſſo proelio, profligat hoſtem. Demaratus Τραγωδουμένων lib. III. cuius Fragmentum nobis exhibet Stobaeus Serm. XXXVIII. Ἀθηναίων πρὸς Εὔμολπον τὸν Θρακῶν βασιλέα, πόλεμον ἐχόντων, Ἐρεχθεὺς, ὁ τῆς Ἀττικῆς προϊστά-

(a) Vide *Cecropiam Cap.* XXIII.

Digitized by Google

μῳ, χρησμὸν ἔλαβεν, ὅτι νικήσῃ τοὺς ἐχθροὺς, ἐὰν μὲν πρεσβυτάτην τῶν θυγατέρων Περσεφόνην θύσῃ. παραχρῆμα δὲ εἰς Ἀθήνας, Θρασυθέᾳ τῇ γυναικὶ τὸν Πυθόχρηστον μαντείαν ἀπήγγειλεν· εἶτ' ἔτω τὴν κόρην προσαγαγὼν τοῖς βωμοῖς ἀνεῖλε. καὶ συμβαλὼν τὸν πόλεμον, ἐγκρατὴς ἐγένετο τῆς νίκης. *Athenienſibus cum Eumolpo Thracum rege bellum gerentibus, rex Atticae Erechtheus oraculum accepit, ſe profligaturum hoſtes, ſi Proſerpinam filiarum natu maximam immolaret. Reverſus igitur Athenas, Pythicum oraculum Thraſitheae uxori exponit; inde abductam ad aram filiam ita caedit; proelioque mox commiſſo hoſtem vincit.* Apollodorus non maximam, ſed minimam natu immolatam eſſe tradit. Καὶ σφάξαντι αὐτῷ (τῷ Ἐρεχθέως) τὴν νεωτάτην, καὶ αἱ λοιπαὶ ἑαυτὰς κατέσφαξαν. *Quumque ipſe (Erechtheus) minimam natu immolaſſet, reliquae ſe etiam omnes immolarunt.* Alii ſimpliciter dicunt, immolatam ab illo filiam, nulla aetatis mentione. Porphyrius De Abſt. lib. II. Παρίημι Θρᾷκας, καὶ Σκύθας· καὶ ὡς Ἀθηναῖοι τὴν Ἐρεχθέως, καὶ Πραξιθέας θυγατέρα ἀνεῖλον. *Praetermitto Thracas, & Scythas; ac quemadmodum Athenienſes Erechthei, & Praxitheae filiam occiderunt.* Ariſtides in Panathenaico. Λέγεται γὰρ Ἐρεχθεὺς μὲν, ἐν τῷ πρὸς Εὔμολπον τότῳ πολέμῳ, τὴν θυγατέρα ὑπὲρ τῆς πόλεως ἐπιδοῦναι τοῦ θεοῦ χρήσαντος. *Fertur Erechtheus iſto contra Eumolpum bello filiam ſuam pro ſalute reip. conceſſiſſe, deo oraculo iubente.* Libanius Declam. XIII. Ἐβουλόμαι χρῆσαι τὸν θεὸν, ἀπολέσθαι Φίλιππον, εἰ Δημοσθένης ὑπὲρ τῆς πόλεως ἐπιδοίη τὴν παῖδα, οὐ γὰρ ἂν ἴδητέ με ζητοῦντα τότε φάρμακον, ἀλλὰ τὴν Ἐρεχθέα μιμούμενον. *Vellem deum oraculo reſpondiſſe, interiturum eſſe Philippum, ſi Demoſthenes pro ſalute reip. filiam ſuam largiretur; neque enim videretis me venenum tunc quaerentem, ſed Erechtheum imitantem.* Meminitque iterum poſtea Declam. XXIV. uti etiam Plutarchus in minoribus Parallelis. Nomen autem immolatae Demaratus Proſerpinam dicit in citatis ante verbis. Ἐρεχθεὺς, ὁ τῆς Ἀτλιτικῆς προϊσάμενος, χρησμὸν ἔλαβεν, ὅτι νικήσῃ τοὺς ἐχθροὺς, ἐὰν μὲν τὴν πρεσβυτάτην τῶν θυγατέρων Περσεφόνην θύσῃ. *Erechtheus Atticae rex oraculum accepit, ſe victorem hoſtium fore, ſi Proſerpinam filiarum natu maximam immolaret.* Hyginus Otioniam vocat Fab. XLVI. *Itaque Otionia filia quum eſſet immolata, ceterae fide data, ſeipſae interfecerunt.* Alibi rurſum Colophoniam Fab. CCXXXVIII. *Erechtheus Pandionis filius, Colophoniam (occidit) ex ſortibus pro Athenienſibus.* Alii non unam tantum filiam immolatam dicunt, verum plures. Demoſthenes Orat. Fun. Ἤδεσαν ἅπαντες Ἐρεχθεῖδαι, τὸν ἐπώνυμον αὐτῶν Ἐρεχθέα, ἕνεκα τοῦ σῶσαι τὴν χώραν, τὰς αὐτοῦ παῖδας, ἃς Ὑακινθίδας καλοῦσιν, εἰς πρόπλον θάνατον δόντα ἀναλῶσαι. *Meminerant Erechthidae omnes Erechtheum, a quo nomen ferunt, pro ſalute regionis filias ſuas, quas adpellant Hyacinthidas, certa morte perituras obtuliſſe.* Lucianus in Demoſthenis Encomio. Ἐξὴν γὰρ ὀψὲ, τὴν ψυχὴν μεθαρμόσασθαι, εἰ μὴ τὰς Ἐρεχθέας θυγατέρας, καὶ τὸν Κόδρον, ἐτησχυνόμην. *Liceret animum vel ſero mutare, niſi verecundia filiarum Erechthei, & Codri prohiberet.* Cicero Orat. pro P. Sextio. *Mortem, quam etiam Virgines Athenis, regis opinor Erechthei filiae, pro patria contemſiſſe dicuntur, ego vir conſularis tantis rebus geſtis timerem?* Et De Fin. lib. V. *Quis urbis conſervatorem Codrum, quis Erechthei filias non maxime laudat?* Meminitque rurſum Tuſc. Quaeſt. lib. I. & De Nat. Deor. lib. III. item Clemens in Protreptico. Sunt qui tradant duas ſeſe natu maximas immolandas obtuliſſe. Suidas. Τὰς θυγατέρας Ἐρεχθέως ἔτως ἔλεγον· καὶ ἐτίμησαν ἓξ, τὸν ἀριθμὸν ἐξ. ἦν δὲ πρεσβυτάτη μὲν, Πρωτογένεια· δευτέρα δὲ, Πανδώρα· τρίτη, Πρόκρις. τετάρτη, Κρέουσα· πέμπτη, Ὠρείθυια· ἕκτη, Χθονία. τούτων λέγεται Πρωτογένεια, καὶ Πανδώρα, δοῦναι ἑαυτὰς σφαγῆναι ὑπὲρ τῆς χώρας. *Erechthei filias ſic dicebant, & honorabant, ſex numero. Erat enim natu maxima, Protogenia; ſecunda vero Pandora; tertia Procris; quarta Creuſa; quinta Orithyia; ſexta Chthonia. Ex his fertur, Protogeniam, & Pandoram ſe mactandas pro rep. conceſſiſſe.* Idem, & iisdem verbis tradit etiam Apoſtolius Cent. XV. Proverb. LXXXIV. Sed ab aliis memoratur; unam quidem ab Erechtheo immolatam; verum ceteras ita pactas, una ſeſe immolaſſe. Apollodorus. Ἐρεχθεῖ δὲ, ὑπὲρ Ἀθηναίων νίκης χρωμένῳ, ἔχρησεν ὁ θεὸς, καταρθώσειν τὸν πόλεμον, ἐὰν μίαν τῶν θυγατέρων σφάξῃ. καὶ σφάξαντι αὐτῷ τὴν νεωτάτην, καὶ αἱ λοιπαὶ ἑαυτὰς κατέσφαξαν. ἐπετοίησντο γὰρ, ὡς ἔφασάν τινες, συνωμοσίαν ἀλλήλαις συναπολέσθαι. *Erechtheo vero de victoria Athenienſium ſciſcitanti, reſpondit deus ipſum feliciter geſturum bellum, ſi e filiabus unam immolaret; ac quum minimam immolaſſet, etiam reliquae ſe mactarunt; quia, ut nonnulli tradunt, inter ſe coniurarant, ſimul morituras eſſe.* Hyginus Fab. XLVI. *Erechtheus Pandionis filius, habuit filias quatuor, quae inter ſe coniurarunt, ſi una earum mortem obiiſſet, ceterae ſe interficerent.* Et poſtea. *Itaque Otionia filia quum eſſet immolata, ceterae fide data ſe ipſae interfecerunt.* Confundit Hiſtoriam, & Erechthei Cecropiſque filias inter ſe miſcet. Vlpianus Commentario in Orat. De falſa leg. Εἰ μὲν μία τῶν Κέκροπος θυγατέρων Ἄγλαυρος. ἐν δὲ τῷ τεμένει αὐτῆς, οἱ ἐξιόντες εἰς τοὺς ἐφήβους ἐκ παίδων, μετὰ πανοπλιῶν ὤμνυον, ὑπερμαχεῖν ἄχρι θανάτου τῆς θρεψαμένης. ἡ δὲ ἱστορία, αὕτη. Ἄγραυλος, καὶ Ἔρση, καὶ Πάνδροσος, θυγατέρες Κέκροπος, ὥς φησιν ὁ Φιλόχορος. λέγουσι δὲ, ὅτι, πολέμου συμβάντος παρ' Ἀθηναίοις, ὅτε Εὔμολπος ἐστράτευσε κατὰ Ἐρεχθέως, καὶ μηκυνομένου τότου, ἔχρησεν ὁ Ἀπόλλων, ἀπαλλαγήσεσθαι, ἐάν τις ἀνέλῃ ἑαυτὸν ὑπὲρ τῆς πόλεως. ἡ τοίνυν Ἄγραυλος, ἐκοῦσα αὐτὴν ἐξέδωκεν εἰς θάνατον. ἔρριψε γὰρ ἑαυτὴν ἐκ τοῦ τείχους. εἶτα, ἀπαλλαγέντες τοῦ πολέμου, ἱερὸν ὑπὲρ τούτου ἐσήσαντο αὐτῇ περὶ τὰ προπύλαια τῆς ἀκροπόλεως. καὶ ἐκεῖσε ὤμνυον οἱ ἔφηβοι, μέλλοντες ἐξιέναι εἰς πόλεμον. *Eſt una filiarum Cecropis Agraulus. In eius autem fano, qui excedebant e pueris in adoleſcentes, armis inſtructi iurabant, ſe pro patria pugnaturos uſque ad necem. Hiſtoria autem ita habet. Agraulus, Herſe, & Pandroſus, filiae fuerunt Cecropis, uti auctor eſt Philochorus. Quum autem bello peterentur Athenienſes expe-*

peditione ab Eumolpo contra Erechtheum ſuſcepta, idque bellum diu duraret, reſpondit Apollo, finem fore malorum, ſi quis ſe ipſe pro rep. ſuſtuliſſet. Agraulus itaque, ultro ſeſe neci obtulit, & de muro praecipitavit. Poſtea bello liberati, eius rei cauſa aedem ipſi exſtruxerunt circa veſtibula arcis; atque ibi iurabant adoleſcentes, in bellum exituri. Locus vero, ubi eae immolatae, Hyacinthus, atque ipſae inde Hyacinthides dictae. Suidas de iis loquens. Ἐσφαγιάσθησαν δὲ ἐν τῷ Ὑακίνθῳ καλουμένῳ πάγῳ, ὑπὲρ τῶν Σφενδονίων. διὸ κ᾽ ὕτω καλῶνται, Παρθένοι Ὑακινθίδες. καθάπερ μαρτυρεῖ Φανόδημος, ἐν τῇ πέμπτῃ Ἀτθίδι. *Immolatae autem fuerunt in pago, Hyacintho adpellato, ſupra Sphendonios; quamobrem etiam ſic vocantur, Virgines Hyacinthides; quemadmodum teſtis eſt Phanodemus, Hiſtoriae Atticae libro quinto.* Totidem verbis hinc transſcriptis, Apoſtolius loco citato. Sane Hyacinthidas dictas, obſervare quoque licet apud Demoſthenem in citatis ante verbis. Poſt mortem vero per excellentiam honoris ergo Παρθένοι dictae fuerunt. Suidas. Παρθένοι. Τὰς Ἐρεχθέως θυγατέρας ὕτως ἔλεγον. *Virgines. Ita filias Erechthei adpellabant.* Apoſtolius loco citato. Παρθένοις ἐξ ἐφάμιλλος. ἐπὶ τ εὐψύχων, κ᾽ σωφρόνων. τὰς Ἐρεχθέως θυγατέρας οὕτως ἔλεγον, κ᾽ ἐτίμησαν. *Sex virginum aemulus. De magnanimis, & temperantibus. Erechthei filias ſic dicebant, honorabantque.* Quae totidem verbis Heſychius. Cicero Orat. pro Sexto Roſcio. *Mortem etiam* VIRGINES *Athenis, regis, opinor, Erechthei filiae, pro patria contemſiſſe dicuntur.* Quin ſicut Erechtheus pater in deorum quoque numerum ſunt relatae. Idem Cicero De Nat. Deor. lib. III. *Ob eam enim ipſam cauſam Erechtheus Athenis, filiaeque eius, in numero deorum ſunt.* Non omnes tamen, ſed tres tantum quae Ὑάδες adpellatae. Accipio ex Theone in Aratum. Εὐριπίδης μὲν ὃν ἐν Ἐρεχθεῖ, τὰς Ἐρεχθέας θυγατέρας Ὑάδας φησὶ γενέσθαι τρεῖς ὔσας. *Euripides quidem in Erechtheo, Hyadas ait fuiſſe Erechthei filias, tres exſiſtentes.* Fuerint nempe Protogenia, quae a patre immolata, & Pandora, Chthoniaque; quae cum ea ſe ex pacto iugularunt, nam tres reliquae, matrimonio copulatae; Procris Cephalo, Orithyia Boreae, Creuſa Xutho; ut mox dicam cap. XIII.

CAP. X.

Poſtquam filias immolaſſet, victi ab eo Eleuſinii, ſe ſuaque cuncta dedunt, praeter ſacra, Eleuſinia adpellata, quae retinuere ſola. Tum & feſtum inſtitutum, ob auxilium a Xutho Βοηδρόμια *nuncupatum; & menſis* Βοηδρομιὼν *dictus. Ioni vero ſumma in rep. poteſtas data; qui & priſca tribuum antiquarum nomina commutavit, & Ioniam quoque a ſe regionem adpellavit. Strabonis error ea in re indicatus. Tribus decem quan-*

do factae, & quis fecerit; tum quae nomina impoſuerit; & Herodotum, ac Pollucem diſſentire hic oſtenſum. Et Clementis item error.

ITaque Erechtheus, quum geſſiſſet morem oraculo, filiamque immolaſſet pro victoria, etiam victor, Eleuſinios huc adegit, ut ſe dederent, atque ſua item omnia, ſolis ſacris Eleuſiniis reſervatis. Pauſanias Atticis. Γενομένης δὲ Ἐλευσινίοις μάχης πρὸς Ἀθηναίους, ἀπέθανε μὲν Ἐρεχθεὺς, Ἀθηναίων βασιλεὺς, ἀπέθανε δὲ Ἰμμάραδος ὁ Εὐμόλπου· καταλύονται δὲ ἐπὶ τοῖς δὲ τὸν πόλεμον, ὡς Ἐλευσινίους ἐς τὰ ἄλλα Ἀθηναίων κατηκόους ὄντας, ἰδίᾳ τελεῖν τὴν τελετήν. *Commiſſa inter Eleuſinios, & Athenienſes pugna, hinc Erechtheus cecidit, rex Athenienſium, inde Immaradus Eumolpi filius. Arma inde his conditionibus poſita, ut Eleuſinii ſe, ceteraque ſua omnia in Athenienſium poteſtatem traderent, initia ipſi, tamquam propria, retinerent.* Et in memoriam auxilii, a Xutho eo bello lati, feſtum Athenis inſtitutum, Βοηδρόμια ea ex re adpellatum. Suidas. Ἔστι δὲ Βοηδρόμια, ἑορτή τις Ἀθήνησι καλουμένη, καθ᾽ ἣν ἡμέραν ἐβοήθησεν ὁ Ξοῦθος πολλῇ σπουδῇ πολεμουμένοις Ἀθηναίοις ὑπὸ Εὐμόλπου τοῦ Ποσειδῶνος. *Eſt vero feſtum Athenis quoddam, Boedromia adpellatum, quo die Xuthus opem tulit oppugnatis ſummo ſtudio ab Eumolpo Neptuni filio Athenienſibus.* Quae totidem verbis Etymologici quoque Auctor. Harpocration. Βοηδρόμια ἑορτή τις, ὕτω καλουμένη. ἣν φησι Φιλόχορος ἐν δευτέρᾳ νενόμικεν, ἐπειδὴ Ἴων ὁ Ξούθου ἐβοήθησε σπουδῇ πολεμουμένοις Ἀθηναίοις ὑπὸ Εὐμόλπου τοῦ βασιλέως, Ἐρεχθέως βασιλεύοντος. *Boedromia feſtum quoddam ſic vocatum, quod Philochorus libro ſecundo inſtitutum eſſe ait, poſtquam Xuthi filius Ion opem Athenienſibus tulit, bello ab Eumolpo rege infeſtatis, regnante Erechtheo.* Neque feſtum id dumtaxat inſtitutum, ſed Apollo quoque dictus Βοηδρόμιος, & Βοηδρομιὼν menſis. Etymologici Auctor. Βοηδρομιὼν, μὴν παρὰ Ἀθηναίοις, ὅτι ἐν αὐτῷ ἐλιμάτο Βοηδρόμιος Ἀπόλλων. τὴν δὲ ἀρχὴν ἔλαβεν, ὅτι, πολέμου συνάντος Ἀθηναίοις, κ᾽ Ἐλευσινίοις, συμμαχήσαντος Ἴωνος κατὰ συγγένειαν, ἐνίκησαν οἱ Ἀθηναῖοι. *Boedromion, menſis apud Athenienſes, quod eo coleretur Apollo, cognomento Boedromius; initium vero inde ſumſit; quod exorto inter Athenienſes, & Eleuſinios bello, opem ferente Ione, uti erat conſanguineus, vicerint Athenienſes.* Ariſtides huc reſpexit in Eleuſinia. Βοηδρομιὼν ἢ ὅτος ἑτέρας τινῶν δεῖται βοῆς ἐχ οἵας, ὅτε Ἴων Ἀθήναζε ἐβοήθησεν. *Boedromion autem hic alia nunc voce indiget, quam cum qua Athenas olim Ion venit, auxilium ferens.* Ioni vero ob navatam adeo praeclaram operam hunc honorem habuere, ut potentiam ſane maximam in Republica concederent. Strabo lib. VIII. Ἴων δὲ, τῶς μετ᾽ Εὐμόλπου νικήσας Θρᾷκας, ὕτως ἠυδοκίμησεν, ὥς᾽ ἐπέτρεψαν αὐτῷ τὴν πολιτείαν Ἀθηναῖοι. *Ion vero devictis, qui cum Eumolpo erant, Thracibus,*

(a) *Petrus Caſtellanus Syntagmate De Feſtis Graecorum* in Βοηδρόμια, hunc Suidae locum aut corruptum cenſuit, legendumque Ἴων ὁ Ξούθου, aut in eo Auctorem indiligenter ſe habuiſſe; quum non animadverteret, quo foedere diſcordes Scriptores inter ſe conciliari poſſent; alii enim Xuthum, alii Ionem Athenienſibus opem tuliſſe memoriae prodiderunt. Sed egregie nodum ſolvit *Meurſius* noſter *Capite* huius Voluminis VIII.

Digitized by Google

tibus, tanta in existimatione fuit, ut Rempub. ei suam committierent Athenienses. Vitruvius lib. IV. cap. 1. *Athenienses summam Imperii partem Ioni, Xuthi, & Creusae filio, dederunt.* Conon ait, etiam regnum tenuisse, defuncto Erechtheo avo materno, Narrat. XXVII. Ἴωνα δὲ, θανόντος (τοῦ Ἐρεχθέως) τοῦ μητροπάτορος, διά τε τὴν ἀρετὴν, καὶ τὴν ἄλλην ἀξίωσιν, αἱρεθὲις βασιλεύει Ἀθηναίων. *Ion vero, mortuo (Erechtheo) avo materno, quum ob virtutem, tum ob ceteram dignitatem electus, regnum Athenienſium tenuit.* Et Euripides in Tragoedia Ione, Xuthum patrem introducit, ita eum adloquentem.

Εἰς τὰς Ἀθήνας στεῖχε κοινόφρων πατρὶ,
Οὗ σ' ὄλβιον μὲν σκῆπτρον ἀναμενεῖ πατρὸς,
Πολὺς δὲ πλοῦτος. ——

Athenas ito unanimis cum patre,
Vbi te beatum quidem ſceptrum exſpectat patris,
Multaeque opes. ——

Verum regnum minime tenuit, sed auctoritatem tantam in rep. est adeptus, ut regnare videretur. Certe Erechtheo successit Cecrops filius, ut mox dicam; idque opera etiam Xuthi Ionis patris, quum contenderent cum eo fratres alii; uti testis est Pausanias in Achaicorum initio. Sed Athenas dum cum summa potestate administrat, eas quatuor in tribus, atque vitas dispertitur. Strabo lib. VIII. Ὁ δὲ (Ἴων) πρῶτον μὲν εἰς τέτταρας φυλὰς διεῖλε τὸ πλῆθος, εἶτα εἰς τέτταρας βίους. τοὺς μὲν γὰρ, Γεωργοὺς ἀπέδειξε· τοὺς δὲ, Δημιουργοὺς· τοὺσδὲ, Ἱεροποιούς· τετάρτους δὲ, τοὺς Φύλακας. *Atque ille (Ion) primum quidem in quatuor tribus multitudinem distribuit; inde in totidem vitae genera; nimirum in Agricolas, Opifices, Sacerdotes, ac Custodes.* Quod ipsum etiam Conon tradit loco citato, & Herodotus lib. VIII. item Heraclides in Excerptis De Rebuspub. aliique etiam plures. Vitruvius tredecim eum colonias in Asiam deduxisse, ait lib. IV. cap. 1. *Athenienses ex responsis Apollinis Delphici, communi consilio totius Hellados tredecim colonias uno tempore in Asiam deduxerunt; ducemque in singulis coloniis constituerunt; & summam imperii partem Ioni, Xuthi, & Creusae filio, dederunt.* Et Velleius lib. I. *Iones, duce Ione, profecti Athenis, nobilissimam partem regionis maritimae occupavere.* Quod tamen Neleo, Codri F. factum tradunt, Strabo lib. XIV. AElianus Var. Hist. lib. VIII. cap. V. Herodotus lib. IX. Ammianus lib. XXII. & XXVIII. Harpocration in Ἐρυθρά. Tertullianus De Pallio, aliique. Sed, quod ait Strabo, primum eum civitatem in quatuor tribus divisisse, certe hic hallucinatur; nam id primus Cecrops fecit; inde nomina iis sua Cranaus, & Erichthonius, atque Ion iste noster, de quo agimus, commutarunt. Totam rem exponit Pollux istis verbis lib. VIII. cap. IX. sect. XXXI. Καὶ αἱ φυλαὶ, τέως μὲν ἐπὶ Κέκροπος, ἦσαν τέτταρες, Κεκροπὶς, Αὐτόχθων, Ἀκταία, Παραλία. ἐπὶ δὲ Κραναοῦ μεταωνομάσθησαν, Κραναὶς, Ἀτθὶς, Μεσόγαια, Διακρίς. ἐπὶ δὲ Ἐριχθονίου, Διὰς, Ἀθηναὶς, Ποσειδωνιὰς, Ἡφαιστιάς. ἀπὸ δὲ Ἴωνος παίδων, ἐπὶ Ἐρεχθέως, Τελέοντες, Ὁπλῖται, Αἰγικόρεις, Ἐργάδεις. *Ac tribus, antea quidem sub Cecrope, erant quatuor: Cecropis, Indigena, Actaea, Maritima; sub Cranao vero, mutato nomine, adpellatae, Cranais, Atthis, Mediterranea, Montana; sub Erichthonio, Iovia, Minervia, Neptunia, Vulcania; sub Erechtheo, ab Ionis filiis, Teleontes, Hoplitae, AEgicores, Ergades.* Ergo constat, non instituisse tribus, sed mutasse tantum nomina, quod duobus ante ipsum regibus factitatum noverat. Ac mansere ea nomina usque ad Alcmaeonis tempora, sub quo tribus etiam auctae, ac pro quatuor factae decem, & vocatae a priscis regibus, sive heroibus, Erechtheis, Cecropis, AEgeis, Pandionis, Acamantis, Antiochis, Leontis, Oeneis, Hippothoontis, & AEantis. Subiungit Pollux in citato ante loco. Ἐπὶ δὲ Ἀλκμαίωνος, δέκα ἐγένοντο, ἐκ πολλῶν ὀνομάτων, ἐρομένου τοῦ Πυθίου, Ἐρεχθεὶς, Κεκροπὶς, Αἰγηὶς, Πανδιονὶς, Ἀκαμαντὶς, Ἀντιοχὶς, Λεοντὶς, Οἰνηὶς. Ἱπποθοωντὶς, Αἰαντίς. *Sub Alcmaeone vero decem factae sunt, multisque nominibus adpellatae, consulto Pythio, Erechtheis, Cecropis, AEgeis, Pandionis, Acamantis, Antiochis, Leontis, Oeneis, Hippothoontis, AEantis.* Fuit autem hic Alcmaeon regum ultimus, ac incepit regnum suum Olymp. III. anno III. Herodotus vero id a Clisthene factum ait, post eiectos Pisistratidas, cum Isagora de Rep. contendente. Verba eius ecce ista lib. V. Ἀθῆναι, ἐοῦσαι κὴ πρὶν μεγάλαι, τότε, ἀπαλλαχθεῖσαι τυράννων, ἐγένοντο μέζονες. ἐν δὲ αὐταῖσι δύο ἄνδρες ἐδυνάστευον, Κλεισθένης τε, ἀνὴρ Ἀλκμαιωνίδης, ὅσπερ δὴ λόγον ἔχει τὴν Πυθίλν ἀναπεῖσαι· καὶ Ἰσαγόρης ὁ Τισάνδρου, οἰκίης μὲν ἐὼν δοκίμου, ἀτὰρ τὰ ἀνέκαθεν οὐκ ἔχω φράσαι. θύουσι δὲ οἱ συγγενέες αὐτῷ Διὶ Καρίῳ. οὗτοι οἱ ἄνδρες ἐσασίασαν περὶ δυνάμιος. ἐσσόμενος δὲ ὁ Κλεισθένης, τὸν δῆμον προσεταιρίζεται. μετὰ δὲ, τετραφύλους ἐόντας Ἀθηναίους, δεκαφύλους ἐποίησε, τῶν Ἰώνος παίδων, Τελέοντος, καὶ Αἰγικόρεος, καὶ Ἐργάδεως, καὶ Ὁπλήτος, ἀπαλλάξας τὰς ἐπωνυμίας· ἐπιχωρίων δ' ἑτέρων ἡρώων ἐπωνυμίας ἐξευρὼν, πλὴν Αἴαντος. τοῦτον δὲ, ἅτε ἀσυγέτονα, καὶ σύμμαχον, ξεῖνον ἐόντα, προσέθετο. *Athenae, antea quidem magnae, tunc tyrannis liberatae, maiores erunt. In illis vero duo viri potestate excellebant: Clisthenes, vir Alcmaeonides, qui Pythiae persuasisse dicitur; & Isagoras, Tisandri filius, illustri quidem familia, sed quam vetere, equidem non facile dixerim. tamen Iovi Cario cognati eius sacra faciunt; Hi duo viri, concitata factione, de primatu contendebant; ac Clisthenes, quum vinceretur, populum adsciscit socium; & divisum in tribus quatuor, mox in decem dispertitur; cognominibus filiorum Ionis, Teleontis, AEgicoris, Ergadis, Hopletis commutatis; ac impositis heroum aliorum indigenarum, praeterquam Aiacis; quem, velut finitimum, & socium, quamquam peregrinum, addidit.* Atque ab Alcmaeonis regis anno ultimo, qui in tertium Olympiadis septimae incidit, ac eiectos Pisistratidas, quod evenit Olympiadis sexagesimae, & sextae anno quarto, anni sunt ducenti quadraginta novem. Itaque dissensum vides, quem non facile est componere. Non ignoro quidem Alcmaeonem, Pisistratidis

tidis adverſum huius Cliſthenis propinquum, cuius meminit & Herodotus lib. 1., & Plutarchus in Solone. Sed Polluci id adparet inſtitutum, reges hic commemorare, qui cum tribus conſtituerint, tum ſubinde nomina quoque illis ſua commutaverint. Herodoti de Cliſthene locum reſpexit Pauſanias in Atticis. Ὅστις δὴ ἀνθικαλέσήσατο δέκα ἀντὶ τεσσάρων φυλὰς εἶναι, καὶ μεθέστο σφίσι τὰ ὀνόματα ἀνθ' τῶν ἀρχαίων, Ἡροδότῳ ταῦτά ἐστιν εἰρημένα. *Quis vero pro quatuor tribubus fecerit decem, nominaque pro antiquis alia item impoſuerit, ab Herodoto memoratur* (1). Tribuum vero antiquarum, quatuor dumtaxat numero,

1. *Iac. Sponius Tom. II. Itinerarii Lib. V.* Populus Atticae, *inquit*, antiquitus in decem tribus diviſus fuerat, quae quidem a totidem Heroibus nomen mutuatae erant, & urbis partem quaelibet, pagosque nonnullos occupabant. His deinceps tres additae fuere, ita ut omnes tredecim numerum complerent; ſed ut novae hae conſtituerentur, quamdam aliis portionem detrahere opus fuit. Id in cauſa eſt, cur pagi quidam nunc uni, nunc alteri tribui ab Auctoribus adcenſeantur. Pulcerrimam earum deſcriptionem in marmoreo limine apud Benaldum invenimus; quod meus comes deinde emit, & in Britanniam tranſtulit. Ecce ordinem, quo ibi illae referuntur, & nonnulla populorum nomina, qui cuilibet tribuuntur. *Erechtheis*, quae ab Erechtheo rege ita nuncupata fuit, & cuius populi Cephiſia, Lampra, & Phegus (a). *AEgeis*, cui AEgeus Theſei pater nomen dedit, plures populos ſubiectos habuit, ſed noſtra inſcriptio Gargettum ſolum commemorat, ubi Euryſthei ſepulcrum fuiſſe *Stephanus* prodit. *Pandionis*, in Pandionis Athenarum regis honorem ita adpellata, pagos complectebatur Stiriam, Angelam, Myrrhinunta, & Cydathenaeum. *Leontis*, cuius heros Leos, is, qui ſuas filias pro patriae ſalute devovit, Oean, Paeonidas, & Eupyridas habebat. *Ptolemais*, de Ptolemaei Lagidae nomine dicta, Phlyam, & Berenicidas continebat. *Acamantis*, Acamantis Theſei filii nomen ferens, plures populos habuit, ex quibus Cephalen tantum, & Poron noſtrum marmor commemorat. *Hadrianidi*, Beſan, Aphidnam, & urbis partem, quae Oa dicebatur, tribuerant. *Oeneis*, Oinei, Pandionis filii nothi, nomine praeſignis, Acharnan, & Philaedas inter alios habuit. *Stephanus* tamen alterum pagum AEgeidi adtribuit. *Cecropis* Meliten, Trinemenſes, AExonenſes, & Epieicidas poſſidebat. Hippothoon Neptuni filius *Hippothoontidem* protegebat, ſub qua Piraeeus erat. *Aeantis*, ab Aiace Telamonio ita indigitata, Marathona, Phaleron, & Pſaphin prope Oropum comprehendebat. *Antiochis*, ab Antiocho Herculis filio ita nominata, Pallenen, & Iteam, quam *Stephanus* Acamantidi tribuit, ſibi vindicabat. *Attalis*, quae Pergameni Regis Attali nomen praeferebat, Sunium, Apollonienſes, & Agnunta ſub ſe habuit, quem tamen poſtremum populum quidam, ut *Stephanus* ait, Acamantidi adſerebant.

Inſcriptio, quam Sponius *exhibet, eſt quae ſequitur.*

. . . . . .
. . . ΟΥ ΠΑΛΛΗΝΕΩΣ ΑΝΕΓΡΑ
ΨΕΝ . . . . ΠΑΤΤΩ ΕΦΗΒΕΥ
ΣΑΝΤΑΣ . . . ΣΟΣ ΠΑΛΛΗΝΕΥΣ

ΕΡΕΧΘΕΙΔΟΣ

. . . . ΝΟΣ Ο ΚΑΙ ΕΛΕΥΣΕΙΝΙΟΣ ΚΗΦ
. . ΝΙΟΣ Ο ΚΑΙ ΠΑΙΔΕΣ ΛΟΥΣΙ
. . . . ΟΣ ΚΗΦ
. . . . ΡΟΣ ΕΥΠΟΡΟΥ ΚΗΦ
. . . ΤΗΤΟΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ ΛΑΜ
. . . . ΑΩΝΙΟΣ ΣΟΦΟΥ ΚΗΦ
. . . . ΙΓΕΝΗΣ ΘΑΛΛΟΥ ΦΗΓ
ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ ΟΝΗΣΙΜ. ΚΗΦ
. . . . ΗΣ ΞΟΠΥΡΟΥ ΕΚΚΗ (b)

ΑΙΓΕΙΔΟΣ.

. . ΘΟΚΛΗΣ ΑΤΤΙΚΟΥ ΓΑΡ
. . ΝΕΡΗ ΚΟΥΡΙΑΝΟΣ ΓΑΡ

ΠΑΝΔΙΟΝΙΔΟΣ.

ΑΦΡΟΔΕΙΤΟΣ ΑΦΡΟΔΕΙ ΣΤΕΙ
ΑΛΟΥΚΙΟΣ ΑΓΓΕ

. . ΤΑΒΙΟΣ ΕΛΠΙΝΕΙΚΟΥ ΜΥΡΙ
ΕΛΠΙΝΕΙΚΟΣ ΜΥΡΙ
ΜΟΥΣΩΝΙΟΣ ΠΡΟΞΕΝ ΣΤΕΙ
. . . ΓΕΝΗΣ ΣΠΟΡΟΥ ΚΥΔΑ
. . . . . ΕΣΟΣ ΚΥΘ

ΛΕΩΝΤΙΔΟΣ

. . . . . ΕΞΟΙ
. . . . . ΕΞΟΙ
. . . . . ΕΞΟΙ
. . . . . ΠΑΙΟ
. . . . ΙΜΟΡΚΑ ΛΕΥΚ
. . . . ΙΛΗΤΟΥ ΕΥΠΥ
. . . . . ΕΞΟΙ (c)

ΠΤΟΛΕΜΑΙΔΟΣ

. . ΩΝ . . . . . ΦΛΥ
. . . . ΟΣ ΗΡΑΚΛΕΩ . . . . . ΦΛΥ
. . . . ΔΩΡΟΣ ΑΡΤΕΜΩ ΦΛΥ
. . . . ΝΔΟΣ ΡΗΤΟΡΙΧΟΥ ΒΕΡ

ΑΚΑΜΑΝΤΙΔΟΣ

. . . . ΜΑΣ ΠΡΟΣΔΕΚΤΟΥ ΚΕΦ
. . . . ΑΤΤΙΚΟΣ ΠΟΡΙ
. . . . ΑΜΟ-

(a) Κηδαὶ etiam.
(b) Vide *Lib. De Pop. Att. in* Κηδαί.
(c) Hoc eſt Ἐξ οἴου, quemadmodum interpretandum eſt illud Riccardianae Inſcriptionis, quam *Lib. De Popul. Attic.* in Γαργηττὸς protulimus, βακχιος, ΕΞ ΟΙ . . . , quod quidem eo loco adnotare praetermiſimus.

Digitized by Google

ro, nominumque impoſitorum ab Ione, de A nominibus filiorum, meminere cum Plutarchus in Solone, tum & Stephanus in Αἰγικόρεως. Errat Clemens, qui Ionem advenisse Athenas dicit, rege Cecrope II. Erechthei huius filio, & ſucceſſore. Verba eius ecce iſta, Strom. I. Κατὰ δὲ Ἀκρίσιον, Πέλοπ@ ἀπὸ Φρυγίας διάβασις, καὶ Ἴων@ εἰς Ἀθήνας

....AMONOΣ MOΣXOY
....TΣOΔΩPOΣ MOΣX

ΑΔΡΙΑΝΙΔΟΣ

ΕΥΠΟΡΟΣ ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ ΒΗΣ
ΖΩΣΙΜΟΣ ΑΡΙΣΤΩΝΟΣ ΒΗΣ
ΗΔΙΑΝΟΣ ΦΗΓΑΙ (a)
ΜΗΝΑΝΔΡΟΣ ΗΔΙΑΝΟΥ ΦΗΓ
ΡΑΔΙΝΟΣ ΩΑΘ
ΑΓΑΘΟΠΟΥΣ ΕΙΣΙΔ̓ΩΡ. ΑΦΙ
ΝΕΙΚΗΦΟΡΟΣ ΓΑΤΚΩΝΟΣ ΒΗΣ

ΟΙΝΕΙΔΟΣ

ΧΑΡΙΤΩΝ ΦΙΛΗΤΟΥ ΑΧΑΡ
ΓΑΡΓΗΤΤΙΟΣ ΦΙΛΗΤΟΥ ΑΧΑΡ
ΑΙΛ. ΦΙΛΩΝΙΔΗΣ ΑΧΑΡ
ΣΤΡΑΤΩΝ ΟΡΘΑΓΟΡΟΥ ΦΙΛΑ
ΑΘΗΝΑΙΟΣ ΦΙΛΟΣΤΡΑΤ ΑΧΑΡ

ΚΕΚΡΟΠΙΔΟΣ

ΦΙΛΕΜΩΝ ΤΡΙΝΕ
ΙΣΙΔΟΤΟΣ ΦΙΛΗΜΟΝΟΣ ΤΡΙ
NE
ΕΥΟΔΙΑΝΟΣ ΑΙΞΟ
ΑΘΗΝΑΙΟΣ ΣΤΕΦΑΝΟΥ ΕΠΙ
ΕΙΚ
ΖΩΣΙΜΟΣ ΠΟΛΥΚΤΗΤΟΥ
ΜΕΛΙ

ΙΠΠΟΘΟΩΝΤΙΔΟΣ

ΠΙΣΤΟΚΡΑΤΗΣ ΠΙΣΤΙΚΟΥ
ΠΕΙΡ
ΔΙΟΝΤΣΙΟΣ ΓΕΝΕΘΛΙΟΥ ΠΕΙΡ
ΔΙΟΝΤΣΙΟΣ ΙΣΙΔΟΤΟΥ ΕΚ
ΚΟΙ
ΕΡΜΕΙΑΣ ΖΩΣΙΜΟΥ ΠΕΙΡ
ΦΙΛΟΚΡΑΤΗΣ ΓΕΝΕΘΛΙΟΥ
ΠΕΙΡ

ΑΙΑΝΤΙΔΟΣ

ΚΛ. ΕΛΕΝΟΣ ΜΑΡΑ
ΙΟΥΛ. ΑΓΡΙΠΠΑ ΜΑΡΑ
ΑΥΡ. ΔΥΚΟΥΡΓΟΣ (b) ΜΑΡΑ
ΚΡΑΤΩΝ ΔΙΟΝΤΣΙΟΥ ΦΑΛΗ
ΑΡΙΣΤΩΝ ΨΑΦΙ (c)

ΑΝΤΙΟΧΙΔΟΣ

ΚΛ. ΡΟΥΦΕΙΝΟΣ ΠΑΛ
ΠΟΜΠΗΙΑΝΟΣ ΕΥΝΟΜΟΥ
ΠΑΛ

ΕΡΜΕΙΑΣ ΚΛΕΟΝΥΜΟΥ ΦΥΡΝ (d)
ΦΙΛΩΝ ΙΤΕΑ

ΑΤΤΑΛΙΔΟΣ

ΓΟΡΓΙΑΣ ΗΡΑΚΛΕΙΔΟΥ ΣΟΥΝ
ΜΟΣΚΟΣ (e) ΚΟΡΝΗΛΙΑΝ ΑΓΝ
ΒΑΚΧΥΛΟΣ ΕΥΚΑΡΠΟΥ ΑΠΟΛ

ΕΠΕΝΓΡΑΦΟΙ

ΑΙΛΙΩΝ ΑΦΡΟΔΕΙΣΙΟΥ
ΣΥΝΦΟΡΟΣ (f)
ΣΧΟΛΟΣ ΣΩΣΙΠΑΤΡΟΥ
ΜΑΝΙΟΣ ΠΕΙΕΡΙΩΝ
ΕΡΜΕΙΑΣ
ΝΕΙΚΗΤΗΣ
,.ΤΙΚΟΣ (g) ΜΗΤΡΟΔΟΡΟΥ
ΕΠΙΚΤΗΤΟΣ
ΤΥΧΙΑΝΟΣ ΠΕΡΣΕΥΣ
ΛΟΞΕΡΑΠΙΣ ΖΟΣΙΜΟΥ
ΑΡΙΣΤΟΚΛΕΙΔΗΣ
ΛΑΙΟΣ ΝΗΡΕΩΣ
ΕΠΙΧΑΡΗΣ ΙΣΙΔΩΡΟΣ
ΖΩΣΙΜΟΣ ΧΡΥΣΙΩΝΟΣ
ΝΕΙΚΗΦΟΡΟΣ ΖΩΣΙΜΟΥ
...ΕΛΩΣ
ΟΛΥΜΠΟΣ ΑΓΑΘΗΜΕΡΟΥ
ΕΥΤΥΧΟΣ ΟΝΗΣΙΜΟΥ
ΠΑΜΦΙΛΟΣ
ΕΦΗΒΟΣ
ΑΥΡ. ΣΩΤΗΡΙΧΟΣ
ΠΡΑΞΙΤΕΛΗΣ
ΔΟΜΕΤΙΑΝΟΣ ΜΑΡΚΕΛΛΟΥ
ΑΡΕΣΚΩΝ
ΜΗΝΟΦΙΛΟΣ ΣΩΤΥ
ΖΩΣΙΜΟΣ ΑΥΓΑΙΟΥ
ΙΠΠΕΥΣ ΕΙΣΑ
ΠΑΡΑΜΟΝΟΣ
ΕΥΤΥΧΟΣ ΑΣΚΛΗΠΙΑΔΟΣ
ΖΩΣΙΜΟΣ ΑΝΤΩΝΕΙΝΟΥ
ΑΥΤΙΚΟΣ ΙΚΕΛΟΥ
ΑΝΤΙΠΑΣ ΝΕΙΚΩΝΟΣ
ΣΤΡΑΤΟΚΛΗΣ ΠΡΕΙΜΟΥ
ΔΑΦΝΟΣ
ΑΓΑΘΟΠΟΥΣ ΕΥΦΗΜΟΥ
ΕΠΑΦΡΟΔΕΙΤΟΣ ΕΥΦΗΜΟΥ
ΑΥΡ. ΗΡΑΣ
ΕΥΗΜΕΡΟΣ ΑΠΟΛΕΙΝΑΡΙΟΥ
ΝΕΙΚΗΦΟΡΟΣ ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ
ΘΥΡΩΡΟΣ ΚΟΡΝΗΛΙΟΣ ΔΗ
ΜΙΤΡΙΟΣ (b)
ΛΕΝΤΙΑΡΙΟΣ ΜΕΛΙΣΣΟΣ ΔΙΟ
ΦΑΝΤΟΥ

(a) De quo populo intelligendum ſit profecto eſt ambiguum, quum duae Φεγαίαι fuerint: neutra autem Hadrianidi tribus adcenſeatur ab antiquis Scriptoribus. Vna enim modo AEantidi, modo AEgeidi tribuitur; altera vero, Pandionidi. *Sponius* tamen eam Phegaeam eſſe cenſet, quae a Stephano Pandionidi adſcribitur.
(b) Legendum eſt Λυκοῦργ@.
(c) Hoc eſt Ψαφίδης, ſeu Ψαφιδεύς, hunc Populum *Meurſius* noſter in ſuo *De Populis Atticis* volumine omiſit; quamquam *Strabo* eum memorat, & proxime *Oropum* collocat; atque non ab eo procul Amphiarai oraculum exſtitit. Εἶτα Ψαφὶς ἡ τῶν ὀρωπίων. Vbi doctus *Caſaubonus*, cui nuſquam alibi hoc nomen Pſaphis occurrerat, an aliquid immutandum eſſet, dubitabat. Sed hoc marmor omnem ſcrupulum amovet. *Sponius Catalog. Popul. Attic. Art.* CLXX.
(d) Scriptorum antiquorum nullus huius populi meminit. Quare non mirum, ſi *Meurſius* in ſuis *Populis Atticis* omiſit. Quomodo legendum ſit integrum nomen, alii divinent.
(e) Μόσχος.
(f) Σύμφορ@.
(g) Hoc eſt, Ἀττικ@.
(b) Δημήτρι@.

Digitized by Google

νας ἄφιξις, καὶ ὁ δεύτερος Κέκροψ. *Tempore autem Acrisii, Pelopis ex Phrygia transitus, & Ionis Athenas adventus, & Cecrops secundus.* (a)

CAP. XI.

Sub eo cives Athenarum, Ἀθηναῖοι *dici coepti; & bos primum immolatus, idque Iovi Polieo. Phorbas ab eo interfectus, cui extructum Phorbanteum. Hastam fixit in sepulcro interfecti; unde postea usitatum, in funeribus occisorum uti hastam una efferrent, quam defigerent ad sepulcrum.*

ATque ut sub eo tribubus, ita Vrbis quoque civibus nomina sunt commutata: &, qui tunc a Cecrope usque Κεκροπίδαι vocabantur, Ἀθηναῖοι dici coepti. Herodotus lib. VIII. Ἐπὶ δὲ Κέκροπος βασιλῆος (οἱ Ἀθηναῖοι) ἐτεκλήθησαν Κεκροπίδαι· ἐνδεξαμένου δὲ Ἐρεχθέος τὴν ἀρχὴν, Ἀθηναῖοι μετωνομάσθησαν. *Sub rege vero Cecrope (Athenienses) cognominati sunt Cecropidae: Erechtheo autem regnum adepto, mutato nomine, Athenienses nuncupati.* Hoc ipsum est quod dicit Marcianus Heracleota in sua Periegesi.

Ἐξῆς Ἀθήνας φασὶν οἰκῆλαι λαβεῖν,
Τὸ μὲν Πελασγοὺς πρῶτον, ὃς δὴ καὶ λόγος
Κραναοὺς καλεῖσθαι, μετὰ δὲ ταῦτα Κεκροπίδας.
Κέκροπος δυναστεύσαντος. ὑστέροισι δὲ
Χρόνοις, Ἐρεχθέως τ' πόλεως ἡγουμένου,
Ἀπὸ τ' Ἀθηνᾶς τὴν προσηγορίαν λαβεῖν.
Hinc Athenas aiunt habitatores accepisse,
Initio quidem Pelasgos, quos & ferunt
Cranaos vocatos; postea vero Cecropidas,
Cecrope rerum potito: posterioribus autem
Temporibus, sub Erechtheo Vrbis principe,
A Minerva adpellationem accepisse.

Eustathius ad Dionysium. Οἱ Ἀθηναῖοι, Κραναοὶ καλούμενοι, ὅμως ἐπὶ Πελασγῶν, ἐχόντων τὴν Ἑλλάδα, Πελασγοὶ ὠνομάζοντο· ἐπὶ δὲ Κέκροπος, ἐκλήθησαν Κεκροπίδαι. τὴν δὲ ἀρχὴν Ἐρεχθέως ἐκδεξαμένου, Ἀθηναῖοι μετωνομάσθησαν. *Athenienses, quum adpellarentur Cranai, tamen Pelasgis Graeciam tenentibus, nominati sunt Pelasgi, sub Cecrope vero, Cecropidae dicti: ac, Erechtheo principatum consequuto, mutato nomine, Athenienses sunt vocati.* Bos quoque sub eo primum immolari coeptus fuit; idque Iovi Polieo. Pausanias in Atticis. Ἀθηναίων βασιλεύοντος Ἐρεχθέως, τότε πρῶτον βοῦν ἔκλεινεν ὁ βωμός, ἐπὶ τοῦ βωμοῦ τοῦ Πολιέως Διός. *Regnante apud Athenienses Erechtheo, primum occidit bovem sacerdos, quem Bucidam adpellabant, ad aram Iovis Poliei.* Ab eo quoque Phorbas caesus, rex Curetum, memoratur; cuius rei in memoriam Phorbanteum, quod vocabant, structum fuit. Harpocration. Τὸ Ἀθήνησι Φορβάντειον ὠνομάσθη ἀπὸ Φόρβαντος, βασιλεύσαντος Κουρήτων, καὶ ὑπ' Ἐρεχθέως ἀναιρεθέντος. *Quod Athenis Phorbanteum est, de Phorbante adpellatum, rege Curetum, ab Erechtheo interfecto.* Totidem verbis etiam Suidas. Videndus quoque Etymologici Auctor, in Φορβάντειον. Porro, quodam interfecto, defixisse in monumento hastam dicitur; atque hinc deinceps usitatum Athenis, in funeribus occisorum hastam efferre, indicium caedis, & ad monumentum adfari. Suidas. Ἐπενεγκεῖν δόρυ ἐπὶ τῇ ἐκφορᾷ, καὶ προσαγορεύειν ἐπὶ τῷ μνήματι· ἐπὶ τοῦ βιαίως ἀποθανόντος τοῦτο πράττεσθαι, καὶ Ἴστρος, ἐν τῇ Συναγωγῇ τῶν Ἀττίδων, φησί. Τινὲς ἐπὶ τοῦ τάφου δόρυ φασὶ καταπεπηγέναι τὸν Ἐρεχθέα, τὸ πάθος σημαίνοντα. διὰ τὸν νόμον εἶναι τοῖς προσήκουσι, τοῦτον τὸν τρόπον μετέρχεσθαι τοὺς φονέας. *In funeris elatione hastam adferre, & ad monumentum adloqui, hoc fit, quum quis violenta morte periit. Et Ister in Collectaneis rerum Atticarum ait: Quidam dicunt, Erechtheum in sepulcro hastam defixisse, caedem factam ut indicaret, quapropter legem esse consanguineis, ut hoc modo interfectores persequantur.* Quae totidem verbis repraesentant, Harpocration, & Etymologici Auctor. Estque morem hunc videre apud Demosthenem, de muliere interfecta iureconsultos percunctantem in Orat. in Evergum, & Mnesibulum. Ἀκούσαντες δέ μου οἱ ἐξηγηταὶ ταῦτα, ἤροντό με, πότερον ἐξηγήσανταί μοι μόνον, ἢ καὶ συμβουλεύσωσιν; ἀποκρινομένου δέ μου αὐτοῖς, ἀμφότερα· εἶπόν μοι, ὅτι ἡμεῖς τοίνυν σοι τὰ μὲν νόμιμα ἐξηγησόμεθα. τὰ δὲ σύμφορα παραινέσομεν. πρῶτον μὲν ἐπενεγκεῖν δόρυ ἐπὶ τῇ ἐκφορᾷ, καὶ προσαγορεύειν ἐπὶ τῷ μνήματι, εἴτις προσήκων ἐστὶ τοῦ ἀνθρώπου. *His auditis iureconsulti, me interrogarunt, utrumne mihi de iure tantum responderi, an etiam consilium dari vellem? ac me respondente utrumque: proinde tibi, inquiunt, & de iure respondebimus, & utilia consulemus. Primum, ut in efferendo funere hastam adhibeas, & proclames ad sepulcrum, an quis ei sit cognatus.*

CAP. XII.

Eius mors. Quoto regni anno obierit, & quo modo Auctorum dissidium. Eius laudes, & honores. In deos relatus: fanum, & sacerdotem habuit. Etiam ab Epidauriis quotannis cultus, qua de causa. Ara Neptuni in templo, in quo illi sacra facta. Draco quoque unus, aut duo in eodem, Minervae custodes; quibus oblata placenta e melle. Neptunus etiam cognomento Erechtheus dictus. Statua etiam illi Delphis dedicata; populusque quidam Atticae, ab eius nomine, Ἐρεχθὰς *adpellatus; uti tribus* Ἐρεχθηΐς: *quique in ea populi fuerint.*

DIem obiit anno regni quinquagesimo. Eusebius. Ἀθηναίων ἐβασίλευσεν ἔτη Ἐρεχθεὺς

(a) *Iac. Gronovius*, quaedam ad hoc Caput adnotat in *Praefatione Voluminis IV.* sui *Thesauri Graecarum Antiquitatum*, quae exscribere, atque hic inserere e re esse arbitror: *Miror*, inquit, *quid litiget cum Strabone, qui dixerit de Ione primum eum civitatem in quatuor tribus divisisse, quum id Cecrops primus fecerit; quum Strabo id non dicat in verbis antea ibi citatis.* ὁ δὲ πρῶτον μὲν εἰς τέσσαρας φυλὰς διεῖλε τὸ πλῆθος. *Illud enim πρῶτον non dicitur respectu Ionis, qui primus fecerit, sed respectu eius, quod is ipse fecit postea,* ἔτα εἰς τέσσαρας βίους. Sed ad Caput etiam huius voluminis quartum quaedam animadvertit in eadem *Praefatione* silentio haudquaquam transilienda: *Fatebor*, inquit, *me dolere lib. II. cap. 4. in loco Pausaniae verba* περὶ τὰς πήγας τὰς Καλουμένας τῆς Μεγαρίδος *ab eo versa esse*, circa fontes, (*quum sit loci nomen*) *etsi ex imitatione interpretis Latini; sed bene notati ab L. Holstenio ad Stephanum.*

Digitized by Google

χθὼς ἔτη πεντήκοντα. Hieronymus. *Athenienſibus regnavit ſextus Erechtheus annis quinquaginta.* Conſentiunt, Marianus Scotus, & Vincentius Bellovacenſis. De morte eius eſt diſſidium quoddam Auctorum. Pauſanias in Atticis dicit, cecidiſſe in proelio cum Eleuſiniis. Γενομένης δὲ Ἐλευσινίοις μάχης πρὸς Ἀθηναίους, ἀπέθανε μὲν Ἐρεχθεὺς, Ἀθηναίων βασιλεύς. *Commiſſo autem ab Eleuſiniis proelio cum Athenienſibus, rex Athenienſium Erechtheus cecidit.* Hyginus, fulmine a Iove ictum, Neptuni rogatu, tradit, Fab. XLVI. *Eumolpus, Neptuni filius, Athenas venit oppugnaturus, quod patris ſui terram Atticam fuiſſe diceret. Is victus cum exercitu, quum eſſet ab Athenienſibus interfectus, Neptunus, ne filii ſui morte Erechtheus laetaretur, expoſtulavit, ut eius filia Neptuno immolaretur. Itaque Otionia filia quum eſſet immolata, ceterae fide data, ſe ipſae interfecerunt: ipſe Erechtheus, Neptuni rogatu, fulmine eſt ictus.* Alii a terra hiante abſorptum volunt: alii a Neptuno percuſſum. Vtrumque indicat Euripides, in Ione ubi roganti Ioni,

Πατέρα δ' ἀληθῶς χάσμα σὸν κρύπτει χθονός?
Patrem vero tuum verene occultat hiatus terrae?

Sic reſpondet Creuſa, Erechthei filia:

Πληγαὶ τριαίνης ποντίου σφ' ἀπώλεσαν.
Ictus tridentis marini ipſum perdiderunt.

Certe Erechtheum a Neptuno, in vindictam filii Eumolpi, interfectum, atque adeo domum eius everſam eſſe, tradit quoque Apollodorus. Γενομένης δὲ μετὰ σφαγὴν τὴν μάχης, Ἐρεχθεὺς μὲν ἀνεῖλεν Εὔμολπον· Ποσειδῶνος δὲ κὴ τὸν Ἐρεχθέα, ἐς τὴν οἰκίαν αὐτοῦ καταλύσαντος, Κέκροψ, πρεσβύτατος τῶν Ἐρεχθέως παίδων, ἐβασίλευσεν. *Commiſſo vero poſt immolationem proelio, Erechtheus quidem Eumolpum occidit; ſed & ipſe a Neptuno, atque eius item domus quum everſa eſſet, Cecrops, filiorum Erechthei maximus, regnum accepit.* Elogium ei dat Ovidius, Metamorph. lib. VI.

Sceptra loci, rerumque capit moderamen Erechtheus:
Iuſtitia dubium, validiſne potentior armis.

Quin exiſtimatio eius tanta fuit, ut exſtinctum mox referrent inter deos. Cicero de Nat. Deor. lib. III. *Atque in pleriſque civitatibus intelligi poteſt, augendae virtutis gratia, quo libentius reipub. cauſa periculum adiret optimus quisque, virorum fortium memoriam honore deorum immortalium conſecratam, ob eam enim ipſam cauſam Erechtheus Athenis, filiaeque eius in numero deorum ſunt.* Ariſtides in Panathenaica, Ἀλλὰ καὶ τούτους ταῖς εὐεργεσίαις νενικηκυῖα (ἡ πόλις) φανήσεται· Κόδρῳ μὲν, ὅσα τὴν ἀρχὴν εἰς τοὺς παῖδας. Ἐρεχθέα δὴ, τοῖς ἐν ἀκροπόλει θεοῖς πάρεδρον ἀποδέξασα. *Sed hos quoque beneficentia ſuperaſſe (Vrbem) apparebit; quae Codro quidem principatum, in liberos transferendum dedit: Erechtheum autem inter deos, qui in arce, adſeſſorem collocavit.* Ac templum, & ſacerdotem habuit. Cicero libro citato. *Sed ſi ſunt hi dii, eſt certe Erechtheus; cuius Athenis & delubrum vidimus, & ſacerdotem.* Meminitque ſacerdotis etiam Scholiaſtes Comici; qui ait, eum in feſto Scira albam umbellam geſtaſſe: ad Concion. Ἐν' ᾗ (ἑορτῇ) ὁ ἱερεὺς τοῦ Ἐρεχθέως φέρει σκιάδιον λευκόν. *In quo (feſto) ſacerdos Erechthei albam umbellam geſtat* (a). Templum, Ἐρέχθειον adpellabant: eiusque mentio apud plures. Plutarchus in Lycurgi rhetoris Vita. Καὶ ἔστιν αὕτη ἡ καταγωγὴ τοῦ γένους τῶν ἱερασαμένων τοῦ Ποσειδῶνος ἐν πίνακι τελείῳ, ὃς ἀνάκειται ἐν τῷ Ἐρεχθείῳ. *Eſtque haec deductio generis eorum, qui Neptuni Sacerdotio functi, in tabula inſigni, quae eſt in Erechtheo.* Erat autem in arce Vrbis. Pauſanias in Atticis, ubi de arce. Ἔστι δὲ καὶ οἴκημα, Ἐρέχθειον καλούμενον. *Eſt vero etiam aedes, quam adpellant Erechtheum.* Herodotus libro VIII. Ἔστι ἐν τῇ ἀκροπόλι ταύτῃ Ἐρεχθέως, τοῦ γηγενέος λεγομένου εἶναι, νηός. *Eſt in arce Erechthei, qui terrigena eſſe fertur, templum* (b). Et arae illic tres erectae; una Neptuni, in qua Erechtheo ſacra facta: altera, Butae herois, Erechthei fratris: tertia, Vulcani. Pauſanias in citatis Atticis. Ἐσελθοῦσι δὴ (τὸ Ἐρέχθειον) τρεῖς εἰσι βωμοί. Ποσειδῶνος, ἐφ' ᾧ καὶ Ἐρεχθεῖ θύουσιν, ἐκ τοῦ μανθεύματος. καὶ ἥρωος Βούτου· τρίτος δὲ, Ἡφαίστου. *In ipſo (Erechthei) introitu, arae ſunt; Neptuni una, in qua etiam Erechtheo ſacra faciunt, ex oraculo: altera, herois Butae; tertia vero, Vulcani.* Eratque hic Minervae Vrbanae cuſtos draco unus; vel, ut alii, duo; quibus placentam e melle offerebant. Heſychius docet. Οἰκουρὸν ὄφιν. τὸν τῆς Πολιάδος (Ἀθηνᾶς) φυλακα δράκοντα (c). κὴ οἱ μὲν, ἕνα φασὶν. οἱ δὲ, δύο, ἐν τῷ ἱερῷ τῆς Ἐρεχθέως. τοῦτον δὲ φύλακα τῆς ἀκροπόλεώς φασιν, ᾧ κὴ μελιτοῦτταν παρατίθεσθαι. *AEdis cuſtodem ſerpentem. Vrbanae (Minervae) cuſtodem draconem, & hi quidem, unum dicunt, alii vero, duos, in aede Erechthei, atque hunc cuſtodem arcis eſſe dicunt; ac placentam e melle ei offerri.* Et, quum Epidaurii peterent, ut liceret oleam incidere, ea lege permiſerunt, ut quotannis ipſi, ac Minervae Vrbanae ſacra adferrent. Herodotus lib. V. Ἐδέοντο ὦν οἱ Ἐπιδαύριοι Ἀθηναίων, ἐλαΐλω σφι δοναι τεμέσθαι· οἱ δὲ, ἐπὶ τοῖσδε δώσειν ἔφασαν, ἐφ' ᾧ ἀπάξουσιν ἔτεος ἑκάστου τῇ Ἀθηναίῃ τε τῇ Πολιάδι ἱρὰ, κὴ τῷ Ἐρεχθεῖ. *Rogabant igitur Epidaurii Athenienſes, ut ſibi permitterent oleam incidere; illi vero, ſe dixerunt conceſſuros ea lege, ut quotannis ipſi ſacra adferrent Minervae Vrbanae, & Erechtheo.* Quin Neptunus quoque Erechthei cognomento adpellatus. Heſychius. Ἐρεχθεὺς, Ποσειδῶν, ἐν Ἀθήναις. *Erechtheus, Neptunus,*

(a) Vide Lib. *De Pop. Attic.* in Σκῖρον
(b) Conſule *Cecropiam Cap.* XVIII.
(c) Sacer Minervae draco eſt, *Pburnuto* teſte, propter acrimoniam viſus; unde vigiliis, & cuſtodiae aptiſſimus, quod maxime in prudentem cadit, cuius typus Minerva eſt. *Demoſthenes*: Ὦδέσποινα Πολιάς, τί δὴ τρισὶ τοῖς χαλεπωτάτοις χαίρεις θηρίοις, γλαυκὶ, καὶ δράκοντι, καὶ δήμῳ; *O Domina Vrbis cuſtos* (hoc eſt, *Pallas*) *cur tribus infeſtiſſimis beſtiis delectaris, noctua, ſerpente, & populo?* In duobus Athenienſium nummis apud *Goltzium* ſerpens, ſeu draco conſpicitur: unus in Theſauro Britannico occurrit, in quo draco pro Minervae pedibus exſtat; alter vero, in quo oleae circumplicatur. Simulacrum Minervae cum dracone exhibetur apud *Gorium* in *Donianis Marmoribus*, & AEneum in Mediceo Cimeliarchio Florentiae adſervatur. Conſule *Tabulam I. & Cecropiae Cap.* XXII. *& Lib. I.* huius titul. *Cap.* XI. ubi alia cauſa adfertur, cur draco Minervae ſacer.

Digitized by Google

nus, Athenis. Athenagoras, in Leg. pro Christ. Ὁ δὲ Ἀθηναῖος, Ἐρεχθεῖ Ποσειδῶνι θύει. *Atheniensis vero, Neptuno Erechtheo sacra facit* (a). Plutarchus in Vita Lycurgi rhetoris, iam citata. Τούτου δὲ καὶ Τιμοθέας τῆς Γλαύκου, παῖδες, Λαοδάμεια, καὶ Μήδειος, ὃς τὴν ἱερωσύνην Ποσειδῶνος Ἐρεχθέως εἶχε. *Huius autem, & Timotheae Glauci filiae, liberi erant; Laomedea, & Medeus, qui Neptuni Erechthei sacerdotio fungebatur*. Et mox: Διετάξατο δὲ τὴν ἱερωσύνην τοῦ Ποσειδῶνος Ἐρεχθέως. *Ordinavit vero sacerdotium Neptuni Erechthei*. Hinc apud Lycophronem Ἐρεχθεὺς simpliciter pro Neptuno ponitur.

Εἶτα Ἐρεχθεὺς εἰς Λαιτριναίους γύας.
Misit Erechtheus in Laetrinaeos agros.

Vbi recte explicat Isacius Tzetzes. Ἐρεχθεὺς, ὁ Ποσειδών. *Erechtheus Neptunus*. Statua quoque, etsi multo post id tempus, consecrata Delphis fuit, inter ceteros heroas: ut videre est apud Pausaniam in Phocicis. Populus quoque quidam Atticae, ab eius nomine, Ἐρεχθειὰς adpellatus. Stephanus. Ἐρεχθὶς, δῆμος τῆς Ἀττικῆς, τῆς Αἰγηίδος φυλῆς, ἀπὸ Ἐρεχθέως. *Erechthea, populus Atticae, tribus AEgeidis, ab Erechthea*. Tum, & quando tribus decem ex quatuor factae, ut supra dixi, una illarum Ἐρεχθηΐς, *Erechtheis*, nuncupata. Meminit Antiphon, Orat. XVI. Καὶ ἔλαχον Παυλακλέα διδάσκαλον, καὶ Κεκροπίδα φυλὴν πρὸς τῇ ἐμαυτοῦ, τουτέστι τῇ Ἐρεχθηΐδι. *Ac sorte nactus sum doctorem Pantaclem, & tribum Cecropidem, praeter meam, nempe Erechtheidem*. Et mox iterum occurrit. Erantque in illa populi isti: Ἀγραυλὴ, Ἀναγυροῦς, Εὐωνομία, Θημακοὶ. Κηφισία, Λαμπτρὰ utraque, Παμβωτάδαι, Περγασὴ, Συβρίδαι, & Φηγοῦς (b); ut ostendo suis locis libro De Populis Atticae.

CAP. XIII.

Vxor eius Praxithea. Demarati locus apud Stobaeum emendatus. Ea autem Cephisi filia, sive neptis. Liberi plures. Cecrops regni heres, Orneus, a quo Orneae dictae. Eustathius correctus. Pandorus, qui Euboeam condidit. Metion, cuius uxor, Iphinoe; filius, Daedalus, a quo populus Athenis, Δαιδαλίδαι. Pherecydis fragmentum emendatur apud Scholiasten Sophoclis. Alii Alcippen illi uxorem scribunt; & ex ea Eupalamum filium, Daedali patrem. Alcon, Phaleri pater. Thespius denique. Filiae sex; aut plures etiam; quarum duae, natu maximae, immolatae; in earumque nominibus variari apud Auctores indicatum. Hygini locus restitutus. Procris Cephalo nupta. Callimachi Scholiastes correctus, & Euripidis. Etymologici Auctoris error. A Cephalo tentata, ac deprensa, recipit se ad Minoem; quem ad liberos procreandos quum idoneum reddidisset, ab eodem cane, & iaculo donatur. Antoninus Liberalis restituitur. Antiquorum de eadem error clare demonstratus; tum Pandionis II., non Erechthei, eam filiam fuisse indicatum. Palaephati locus emendatus. Creusa, prius ab Apolline compressa, idque ubi; Ionem parit, quem Apollo postea Xutho adoptandum, veluti suum, persuadet; deinde ea Xutho nubit, post navatam in bello contra Chalcidenses claram operam, qui Tetrapolin Atticae condit, quam Hytteniam vocavit. Orithyia, a Borea rapta. Iamblichi locus restitutus. Cleopatra, Phinei uxor. Merope, Daedali mater.

VXor illi Praxithea fuit. Plutarchus in Parallelis. Ἐρεχθεὺς, πρὸς Εὔμολπον πολεμῶν, ἔμαθε νικήσειν, ἐὰν τὴν θυγατέρα προθύσῃ· καὶ, συγκοινωνήσας τῇ γαμετῇ Πραξιθέᾳ, προέθυσε τὴν παῖδα. *Erechtheus bellum cum Eumolpo gerens, se victorem fore didicit, si filiam prius immolaret; &, negotio cum Praxithea uxore communicato, filiam praeimmolavit*. Porphyrius De Abst. lib. II. Παρίημι Θρᾷκας, καὶ Σκύθας, καὶ, ὡς Ἀθηναῖοι τὴν Ἐρεχθέως, καὶ Πραξιθέας, ἀνεῖλον. *Praetermitto Thracas, & Scythas; & quemadmodum Athenienses Erechthei, ac Praxitheae filiam occiderunt*. Itaque emendandus est Demaratus, Τῶν Τραγῳδουμένων lib. III. in Fragmento, quod exstat apud Stobaeum Serm. XXXVIII. Ἐρεχθεὺς, ὁ τ' Ἀττικῆς πρωϊσάμενος, χρησμὸν ἔλαβεν, ὅτι νικήσει τοὺς ἐχθροὺς, ἐὰν μὲν τὴν πρεσβυτάτῃ τῶν θυγατέρων Περσεφόνῃ θύσῃ. παραγενόμενος δ' εἰς Ἀθήνας, Πραξιθέᾳ τῇ γυναικὶ τὴν Πυθόχρηστον μαντείαν ἀπήγγειλεν. *Erechtheus, rex Atticae, oraculum accepit, se profligaturum hostem, si Proserpinam, filiarum natu maximam immolaret. Reversus igitur Athenas, Pythicum oraculum istud Praxitheae uxori exponit*. Non recte hactenus vulgatur, Θρασυθέᾳ τῇ γυναικί. *Trasytheae uxori*. Nec aliter nominat Ioannes Tzetzes Chil. I. capit. IV. & Chil. V. cap. XIX. Erat autem haec Praxithea Cephisi filia. Lycurgus Orat. in Leocratem. Τυχεῖν ὢν καὶ κατ' ἐκείνους τοὺς χρόνους βασιλεύοντα Ἐρεχθέα, γυναῖκα ἔχοντα Πραξιθέαν, τὴν Κηφισοῦ θυγατέρα. *Ac secundum illa tempora fuisse regem Erechtheum, qui uxorem habebat Praxitheam, Cephisi filiam*. Apollodorus tradit, Cephisi ex filia Diogenea neptem fuisse. Γήμας δὲ Ἐρεχθεὺς Πραξιθέαν, τὴν Φρασίμου, καὶ Διογενείας, τ' Κηφισοῦ. *Erechtheus vero, ducta uxore Praxithea Phrasimi filia, & Diogeneae, Cephisi filiae*. Ex hac liberos plures sustulit. Apollodorus septem enumerat: filios tres, & filias quatuor. Γήμας δὲ Ἐρεχθεὺς Πραξιθέαν τὴν Φρασίμου, καὶ Διογενείας, τ' Κηφισοῦ, ἔσχε παῖδας, Κέκροπα, Πάνδωρον, Μητίονα· θυγατέρας δὲ, Πρόκριν, Κρέουσαν, Χθονίαν, Ὠρείθυιαν. *Erechtheus vero, ducta uxore Praxithea, Phrasimi filia, & Diogeneae, Cephisi filiae, sustulit ex ea filios, Cecropem, Pandorum, Metionem; filias autem, Procrin, Creusam, Chthoniam, & Orithyiam*. Ovidius octo liberos tribuit; quatuor utriusque sexus.

(a) Adi *Cecropiam Cap.* XVIII.
(b) Huius etiam tribus erant Κηδαΐ, sed *Meursius* recensere non potuit, quum *Libro De Populis Atticae* eas ignotae tribus esse dixerit. Erechtheidi autem tribui adcenset antiqua inscriptio de tredecim tribubus, quam *Sponius* eruditissimus in suo Itinerario producit, & quam nos superius ad *Cap.* X. integram exhibuimus.

Digitized by Google

Ecce enim ita ait Metamorphoſ. lib. VI.

Sceptra loci, rerumque capit moderamen Erechtheus;
Iuſtitia dubium, validiſne potentior armis.
Quatuor ille quidem iuvenes, totidemque crearat
Femineae ſortis. ——

Certe quatuor quoque filii commemorantur ab Euſtathio ad Iliad. β'. Ἐρεχθέως, υἱῷ Πανδίονος γίνεται Κέκροψ, Ἄρνευς, Πάνδωρος, Μητίων. *Erechtheo, Pandionis filio, naſcuntur Cecrops, Arneus, Pandorus, Metion.* Ex his Cecrops, regnum poſt parentem tenuit; uti poſtea ſum dicturus. Sed pro Ἄρνευς in Euſtathio, ſcribe Ὄρνευς; nam ſic ille dicebatur, & ab ipſo Orneae quoque adpellatae. Pauſanias in Corinthiacis, Ἐκαλοῦντο δὲ (Ὄρνεαὶ) ἀπὸ Ὄρνεως τοῦ Ἐρεχθέως. *Dicebantur vero Orneae ab Orneo Erechthei filio.* Meminitque eius iterum in Phociis, Οἱ δὲ ἐνταῦθα φασὶν ὑ Φωκέως, Ἀθηναίους δὲ εἶναι τὰ ἄνωθεν· ἀφ' ἑκατὸν τῆς Ἀττικῆς ὁμοῦ Πετεῶ τοῦ Ὄρνεως ἀφικέσθαι, ἀναχθέντι ὑπὸ Αἰγέως ἐξ Ἀθηνῶν. *Qui hic incolunt, non Phocenſes ſeſe volunt, ſed a prima origine Athenienſes, & ex Attica adveniſſe cum Peteo, Ornei filio, ab AEgeo Athenis eiecto.* Itaque in Euſtathio mox rurſum ſcribe: Ὧν Ὄρνεως μὲν Πετεύς. *Ex quibus Ornei quidem filius fuit Peteus.* Male etiam ibi eſt, Ἀρνέως, *Arnei.* Mentio quoque eius occurrit apud Plutarchum in Vita Theſei. Pandorus Euboeam condidiſſe fertur, filioſque habuiſſe, Alconem, & Diantem. Euſtathius loco citato, Πάνδωρος δὲ, Εὔβοιαν οἰκίζει, ἧς Ἄλκων, καὶ Δίας. *Pandorus vero Euboeam condit, cuius filii Alcon, & Dias.* Quamquam Alconem Erechthei ipſius filium quidam tradunt, ut mox dicam. Quod Euboeam a Pandoro conditam adtinet, eius urbem Chalcidem ab eo conditam, refert quoque Marcianus in Periegeſi ſua;

—— ἐκ τῆς δ' Ἀττικῆς
Τὸν Ἐρεχθέως διαβάντα Πάνδωρον κλίσαι
Πόλιν μεγίστην τῶν ἐν αὐτῇ Χαλκίδα.

—— *ex Attica vero*
Tranſgreſſum Pandorum, Erechthei filium, condidiſſe
Vrbem maximam, earum, quae ibi ſunt, Chalcidem,

Metion uxorem Iphinoem habuit; e qua Daedalum ſuſcepit, a quo populus quidam Atticae Δαιδαλίδαι nuncupatus. Pherecydes apud Scholiaſten Sophoclis, Oed. Col. Μητίωνι δὲ, τῷ Ἐρεχθέως, καὶ Ἰφινόῃ, γίνεται Δαίδαλος· ἀφ' οὗ ὁ δῆμος καλεῖται Δαιδαλίδαι Ἀθήνησι. *Metioni vero Erechthei filio, & Iphinoae naſcitur Daedalus; a quo populus Athenis Daedalidae vocatur.* Ita enim illic lego, non Μητίνῳ, *Metino.* Alii vero uxorem illi Alcippen tribuunt; & ex ea filium Eupalamum, Daedali patrem. Apollodorus. Δαίδαλος, ὁ Εὐπαλάμου, παιδὸς τοῦ Μητίονος, καὶ Ἀλκίππης. *Daedalus, Eupalami filius; qui Metionis, & Alcippes.* Pauſanias ſimpliciter eum inter Metionidas cenſet in Achaicis. Δαιδάλῳ μὲν γὰρ γένος τε Ἀθήνησιν ὑπῆρχεν εἶναι τοῦ βασιλικοῦ τῶν καλουμένων Μητιονιδῶν, *Daedalus quidem regio Athenis genere natus erat, quod dicebatur Metionidarum.* Rurſum alii Meropen filiam, de qua poſtea ſum dicturus, matrem Daedali voluerunt. Quin & plures filios habuit, ſive illos ex Iphinoa, ſive Alcippa, ſive utraque; qui Pandionem patruelem poſtea regno exuerunt, ut mox dicam. Praeter filios, quos iam ante memoravi, etiam Alcon nominatur, qui Phalerum filium habuerit. Apollonius Argonaut. I.

—— εὐμελίης τε Φάληρος.
Ἄλκων μὲν προέηκε, πατὴρ ἑός. ——
—— *fortiſque Phalerus.*
Alcon ipſum praemiſit, pater eius. ——

Ad quem locum Scholiaſtes. Ἄλκωνα, τὸν Φαλήρου πατέρα, Πρόξενος φησιν υἱὸν Ἐρεχθέως. *Alconem, Phaleri patrem, Proxenus ait Erechthei filium.* Etiam Theſpis, cuius filiae quinquaginta Herculis coitu celebrantur, Erechthei fuiſſe filius memoratur a Diodoro Siculo lib. IV. Θέσπις γὰρ ἀνὴρ ἦν τὸ γένος ἐπιφανὴς ἐκ τῶν Ἀθηνῶν, υἱὸς Ἐρεχθέως. *Teſpis enim vir illuſtri Athenis genere erat, Erechthei filius.* Quamquam ſane Apollodorus lib. II. Bibl., Stephanus in Θέσπια; & ex eo quoque Euſtathius ad Iliad. β'. Teuthrantis dicant, Pandionis nepotem. Nunc ad filias veniamus, quas Ovidius in citato ante verſu quatuor fuiſſe dicit; ac conſentit Apollodorus, nominatque. Θυγατέρας δὲ (ἔσχεν ὁ Ἐρεχθεὺς) Πρόκριν, Κρέουσαν, Χθονίαν, Ὠρείθυιαν. *Filias vero (habuit Erechtheus) Procrin, Creuſam, Chthoniam, Orithyiam.* Suidas eas ſex commemorat: Protogeniam, Pandoram, Procrin, Creuſam, Orithyiam, Chthoniam, atque ex his priores duas, Protogeniam, ac Pandoram, ſe pro patria immolandas praebuiſſe. Verba eius ita habent. Τὰς Ἐρεχθέως θυγατέρας ἔτως ἔλεγον· καὶ ἐτίμησαν δὲ, τὸν ἀριθμὸν ἓξ. ἦν δὲ πρεσβυτάτη μὲν, Πρωτογένεια· δευτέρα δὲ, Πανδώρα· τρίτη, Πρόκρις· τετάρτη, Κρέουσα· πέμπτη, Ὠρείθυια· ἕκτη, Χθονία. τούτων λέγεται Πρωτογένεια, καὶ Πανδώρα, δῦναι ἑαυτὰς σφαγῆναι ὑπὲρ τῆς χώρας. *Erechthei filias ſic dicebant, honorabantque ſex numero. Erat enim natu maxima Protogenia; ſecunda vero Pandora; tertia Procris; quarta Creuſa; quinta Orithyia; ſexta Chthonia. Ex iſtis Protogenia, & Pandora ſe mactandas pro Rep. conceſſiſſe memorantur.* Demarato Proſerpina dicitur, Τραγῳδουμένων lib. III. Ἐρεχθεὺς, ὁ τῆς Ἀττικῆς προϊσάμενος, χρησμὸν ἔλαβεν, ὅτι νικήσει τοὺς ἐχθροὺς, ἐὰν μὲν πρεσβυτάτῃ τῶν θυγατέρων Περσεφόνῃ θύσῃ. *Erechtheus, rex Atticae, oraculum accepit, ſe profligaturum hoſtes, ſi Proſerpinam, filiarum natu maximam, immolaret.* Hygino Colophonia dicitur Fab. CC. XXXVIII. *Erechtheus, Pandionis filius, Colophoniam (occidit) ex ſortibus.* Pro Pandora ab eodem Otionia memoratur Fab. XXXXVI. *Itaque Otionia filia (Erechthei) quum eſſet immolata, ceterae, fide data, ſe ipſae interfecerunt.* Sed legendum illic, *Chthonia*, alibi iam pridem monui. Procris Cephalo nupta fuit, Deionei filio, Apollodorus. Πρόκριν δὲ (ἔγημε) Κέφαλος ὁ Δηϊονέως. *Procrin vero (uxorem duxit) Cephalus, Deionei filius.* Videndus quoque Euſtathius ad Iliad. β' & Odyſſ.

& Odyſſ. λ'. Deſignat eam Callimachus Hymno in Dianam.

Καὶ Κεφάλυ ξανθὴν ἄλοχον Δηϊονίδαο,
Πολνία, σὴν ὁμόθηρον ἐθήκαο. ——

Et Cephali flavam uxorem Deionidae,
Diva, tibi venationis ſociam conſtituiſti. ——

Vbi Scholiaſtes. Η"γαν, τὴν Πρόκνλω, *Sive, Prognen*. Reſcribo: ἢ Πρόκριν. *Procrin*. Idem mendum eſt apud Scholiaſten Euripidis ad Hippolytum. Κέφαλ@ εἷς ἦν τῶν ἐξ Ε'νδυμίων@. ὅτ@ γαμεῖ Πρόκνλω τὴν Α'θηναίαν. *Cephalus unus erat ex poſteris Endymionis; duxit autem uxorem Prognen Athenienſem*. Reſcribe itidem, Πρόκριν τὴν Α'θηναίαν. *Procrin Athenienſem*. Valde hallucinatur Etymologici Auctor. Κεφαλλωία· ἀπὸ Κεφάλυ τινός. ὃς, ἀκυσίως ἀνελὼν Πρόκνην, τὴν Ε'ρεχθέως μητέρα, ἔξεισι τῆς Α'τλικῆς. *Cephalenia, a Cephalo quodam; qui praeter voluntatem occiſa Progne Erechthei matre, Attica excedit*. Nam neque Erechthei mater Progne erat, ſed Zeuxippe, ut ſupra docui; neque Prognen Cephalus uxorem habebat, verum Procrin. De Cephali, & Procridis matrimonio etiam Ovidius Metam. lib. VI.

—— *AEolides Cephalus te coniuge felix,*
Procri, fuit. ——

Duxit autem eam Cephalus in Thorico, Atticae populo. Antoninus Liberalis Metamorph. cap. XLI. Κέφαλ@ ὁ Δηϊονέως ἔγημεν ἐν Θορικῷ τῆς Α'τλικῆς Πρόκριν, τὴν θυγατέρα τὴν Ε'ρεχθέως. *Cephalus, Deionei filius, duxit in Thorico Atticae Procrin, Erechthei filiam*. AEgre autem ferens Procris, ſe a Cephalo tentatam, ac deprenſam, ad Minoem, Cretae regem, ſeſe confert. Antoninus Liberalis, totam hiſtoriam fuſe narrans, Metamorph. cap. XLI. Πρόκρις δὴ, καταλιπῦσα τὸν Κέφαλον ὑπ' αἰσχύνης, ᾤχετο φεύγυσα παρὰ Μίνωα, τὸν βασιλέα τῶν Κρητῶν. *Procris vero, relicto prae pudore Cephalo, confugit ad Minoem, Cretenſium regem*. Ac improlem poſtquam eum inveniſſet, ſua opera id effecit, ut deinceps liberos gigneret; ac mercedem operae accepit canem, atque iaculum. Rem, & modum narrat ibidem Antoninus, verum verbis maximopere perturbatis. Καταλαβοῦσα δ' αὐτὸν (τὸν Μίνωα) ἐχόμενον ὑπ' ἀτεκνίας, ὑπισχνεῖτο, καὶ ἐδίδαξεν τὸν τρόπον αὐτῷ, ὄφεις, καὶ σκορπίυς, καὶ σκολοπένδρας, ἃ γένοιντο παῖδες· ὁ γὰρ Μίνως ἔρεσκεν· καὶ ἀπέθνησκον αἱ γυναῖκες, ὅσαις ἐμίγνυτο. Πασιφάη δ' ἦν ἡλίυ θυγάτηρ, ἀθάνατ@. ἡ γῦν Πρόκρις, ἐπὶ τῇ γονῇ τῦ Μίνω@, μηχανᾶται τοιόνδε. κύσιν ἀιγὸς ἐνέβαλεν εἰς γυναικὸς φύσιν, καὶ ὁ Μίνως τὰς ὄφεις πρότερον ἐξέκρινεν εἰς τὴν κύσιν. ἔπειτα δὴ, παρὰ τὴν Πασιφάλω εἰσιὼν, ἐμίγνυτο καὶ ἐπεὶ αὐτοῖς ἐγένοντο παῖδες, ὁ Μίνως δίδοῖ τῇ Πρόκριδι τὸν ἄκοντα, καὶ τὸν κύνα. *Quum autem ipſum (Minoem) offendiſſet, nullam habentem prolem, pollicita eſt, & oſtendit ei modum, ſerpentes, & ſcorpios, & ſcolopendras, ſi naſcerentur liberi. Minos enim mingebat; & moriebantur mulieres, quibuscum rem habebat. Paſiphae autem erat Solis filia, immortalis. Procris ergo, ut Minos gignere poſſet, tale quidpiam machinatur. Veſicam caprae in membrum mulieris inſerit, & Minos ſerpentes prius excernebat in veſicam; inde ad Paſiphaen ingreſſus, cum ea coibat; atque, poſtquam liberi ipſis nati eſſent, Procridi dat Minos iaculum, item canem*. Sed luxatum valde locum ſic reſtituo: καὶ ἐδίδαξεν τὸν τρόπον, ᾧ γένοιντο αὐτῷ παῖδες. ὁ γὰρ Μίνως ἔρεσκεν ὄφεις, καὶ σκορπίυς, καὶ σκολοπένδρας (a)· καὶ ἀπέθνησκον αἱ γυναῖκες, ὅσαις ἐμίγνυτο. *Et oſtendit ei modum, quo liberi ipſi gignerentur; nam Minos mingebat ſerpentes, & ſcorpios, & ſcolopendras; & moriebantur mulieres, quibuſcum rem habebat*. Procrin vero ad Minoem tranſiiſſe, & amatam quoque ab eo, ſupra coniugem Paſiphaen, meminit etiam Ovidius De Rem. Am. lib. II.

Paſiphaes Minos in Procride perdidit ignes.

De curato Minoe, ac donato item cane, etiam Hyginus refert, Poet. Aſtron. lib. II. *Canis. Hic dicitur ab Iove cuſtos Europae adpoſitus eſſe, & ad Minoa perveniſſe; quem Procris, Cephali uxor, laborantem dicitur ſanaſſe, & pro beneficio canem muneri accepiſſe*. De donato Procridi a Minoe cane, Pollux quoque eſt videndus lib. V. cap. V. Sed de Procride, Cephalo nupta, paullo nobis adcuratius, quando ſe occaſio offert, inquirendum. An Erechthei ea filia? Clare Apollodorus dicit in citatis ante verbis, & Ovidius, Cephalum ſic verba facientem Aeaco introducit, Metamorph. lib. VII.

Procris erat, ſi forte magis pervenit ad aures
Orithyia tuas, magnae ſoror Orithyiae.
Si faciem, moreſque velis conferre duarum,
Dignior iſta rapi; pater hanc mihi iunxit Erechtheus;
Hanc mihi iunxit amor. ——

Ego vero, iſthuc pernegare auſim; nam, ſi filia haec Erechthei, quomodo ad Minoem fugit? cuius aetas in Pandionem II, eius nepotem, AEgeumque pronepotem, demum incidit; ac, ſi demus, vel dumtaxat medio regni Erechthei tempore eam natam, maior fuerit minimum octogenaria, quum tranſiret ad Minoem; nam ab hoc, quod dixi, tempore ad Pandionis exceſſum, anni toti nonaginta interfuere. Dicet aliquis; extrema aetate iſtud factum, ſed non poteſt; quum id in principio ipſo matrimonii eveniſſe res loquatur; immo altero demum menſe, ipſo Cephalo ſic dicente apud Ovidium, libro iam a me citato.

Alter agebatur poſt ſacra iugalia menſis.

Homerus quoque eam coaetaneam Minoi facit; quum Vlyſſem introducit referentem, abs ſe viſam pariter cum Phaedra, atque Ariadna, illius filiabus. Ecce haec Poetae verba Odyſſ. lib. XI.

Φαίδρην τε Πρόκριν τε ἴδον, κωλήν τ' Α'ριάδνλω,
Κούρλω Μίνω@ δολόφρον@. ——
Phaedramque, Procrinque vidi, pulcramque Ariadnem,
Filiam Minois prudentis. ——

Ergo aliam fuiſſe ſat adparet, & inveſtigare libet.

(a) Mirum quidem id, quod haec fabella continet; verum noſtra aetate non defuere, qui ſimile quid de cunctis animantibus litteris mandaverint. Conſule. *Valliſnerium De Vermibus ſpermaticis.*

libet. Fuit etiam Cecropi II. Erechthei filio, Procris filia; uti capite mox sequenti sum dicturus; verum neque ista fuit. Habuit & huius filius, Pandion II, item unam illo nomine, & haec sine dubio fuerit. Meminit eius Palaephatus; &, ne quisquam dubitare porro possit, quin haec fuerit, id, quod iam commemoravi, de Minoe sic curato, nobis refert, ubi de Pasiphae agit, istis verbis. Τὸ δ' ἀληθὲς, ἔχει ἕτως. Μίνωά φασιν, ἀλγοῦντα τὰ αἰδοῖα, θεραπευθῆναι ὑπὸ Πρόκριδος, τ῀ Πανδίονος. *Veritas autem ita habet. Minoem ferunt, e pudendis laborantem, curatum esse a Procride Pandionis filia.* Ita enim eum locum cum viro insigni, Paulo Leopardo, emendandum esse censeo; quum corrupte hactenus vulgatum exstet, ὑπὸ κριδος τ῀ Πανδίονος. Certe Erechtheo abiudicat item eam Servius; quamquam Iphiclum, non Pandionem II, patrem adscribat, ad AEneid. lib. IV. *Procrinque. Filia Iphicli, Cephali uxor fuit.* Palaephati locum, etsi sine eius nomine, verbo tenus descripsit Apostolius Cent. XIV. Proverb. XCVI. Quod ad iaculum porro adtinet, atque canem; tum de infelici etiam Procridis fato, videndi, Ovidius Metamorphos. lib. VII. Antoninus Liberalis loco citato. Hyginus Fab. CLXXXIX. Pollux l. v. cap. v. Creusa vero prius compressa ab Apolline, postea Xutho collocata est, atque ex Apollinis coitu natus Ion; quem oraculum Xutho postea persuasit, suum esse. Ea de re est Euripidis Tragoedia, inscripta Ion; quam videto, si quis volet. Et Vitruvius testatur lib. IV. cap. I. *Summam imperii partem Ioni, Xuthi, & Creusae filio dederunt; quem etiam Apollo Delphis suum filium in responsis est professus.* Compressisse eam Apollo memoratur in antro, quod erat subter arcem. Euripides in citata Ione.

Ἔ῎στιν γὰρ ἀκ ἄστυ῀ Ἑλλήνων πόλις,
Τῆς χρυσολόγχου Παλλάδ῀ κεκλημένης·
Οὗ πατὴρ Ἐρεχθέως Φοῖβ῀ ἔζευξεν γάμοις
Βίᾳ Κρέουσαν, ἔνθα προσβόρρους πέτρας
Παλλάδ῀ ὑπ' ὄχθῳ τῆς Ἀθηναίων χθονὸς
Μακρὰς καλοῦσι γῆς ἄνακτες Ἀτθίδ῀.
Est enim non obscura Graecorum civitas,
Ab aurea hasta gerente Pallade vocata;
Vbi filiam Erechthei Phoebus iunxit nuptiis
Creusam per vim; quo loco septentrionalia saxa,
Palladis sub arce Athenienſium terrae,
Macras vocant reges terrae Atticae.

Et Pausanias in Atticis, ubi de isto antro agit. Κρεούσῃ δὲ θυγατρὶ Ἐρεχθέως, Ἀπόλλωνα ἐνταῦτα συγγενέσθαι νομίζουσι. *Hic Apollinem cum Creusa Erechthei filia rem habuisse arbitrantur.* Atque ex hac re Apollo, Πατρῶ῀ cognomento ab Athenienſibus cultus fuit deinde. Scholiastes Aristophanis ad Nubes. Ἀπόλλων ὁ (ἐκλήθη Πατρῶ῀) ὅτι Ἐρεχθέως θυγατέρα ἔγημε τὴν Κρέουσαν, ἐξ ἧς γίνεται ὁ Ἴων. *Apollo vero (Patrius est adpellatus) quod Erechthei filiam Creusam uxorem duxerit, e qua natus Ion.* Ac rursum ad Aves. Πατρῶον ὃν τιμῶσιν Ἀπόλλωνα Ἀθηναῖοι, ἐπεὶ Ἴων, ὁ πολέμαρχ῀ Ἀθηναίων, ἐξ Ἀπόλλων῀, καὶ Κρεούσης, τῆς Ξούθου, ἐγένετο *Patroum colunt Apollinem Athenienſes, siquidem Ion, belli praefectus ex Apolline, & Creusa, Xuthi uxore, natus est.* Deinde Xuthus a fratribus Thessalia eiectus, quum Athenas concessisset, eam in matrimonium accepit. Pausanias in ipso Achaicorum initio. Χρόνῳ δὲ ὕστερον ἡ ἀποθανόντ῀ Ἕλλην῀, Ξοῦθον οἱ λοιποὶ τοῦ Ἕλληνος παῖδες διώκουσιν ἐκ Θεσσαλίας, ἐπενεγκόντες αἰτίαν, ὡς ἰδίᾳ χρήματα ὑφελόμεν῀ εἴη τῶν πατρώων. ὁ δὲ, ἐς Ἀθήνας φυγὼν θυγατέρα Ἐρεχθέως (τὴν Κρέουσαν) ἠξιώθη λαβεῖν. *Mortuo autem postea Hellene, Xuthum ceteri Hellenis filii Thessalia eiiciunt; eo crimine intentato, quod subductas pecunias paternas sibi vindicasset. Is vero, postquam Athenas confugisset, ab Erechtheo dignus habitus est, cui filiam (Creusam) desponderet.* Aurelius Victor, sive alius quis Auctor De Orig. Gentis Rom. *Ferunt Creusam, Erechthei regis Athenienſium filiam speciosissimam, stupratam ab Apolline, enixam puerum, eumque Delphos olim educandum missum; ipsam vero, patre istarum rerum nescio, Xutho cuidam collocatam.* Causam tradunt, & occasionem huius matrimonii, auxilium, in bello contra Chalcidenses Euboeae. Euripides, Ione, postquam retulit Creusam ab Apolline constupratam, ac Ionem peperisse;

Κρέουσα δ', ἡ τεκοῦσα τὸν νεανίαν,
Ξούθῳ γαμεῖται, συμφορᾶς τοιᾶσδ' ὕπο.
Ἦν ταῖς Ἀθήναις, τοῖς τε Χαλκωδοντίδαις,
Οἱ γῆν ἔχουσ' Εὐβοΐδα, πολέμι῀ κλύδων.
Οὓν συμπονήσας, κ῀ συνεξελθὼν δορὶ,
Γάμων Κρέουσης ἀξίωμ' ἐδέξατο.
Creusa vero, quae pepererat hunc adolescentem,
Xutho nubit, tali casu.
Erat Athenienſibus, & Chalcodontidis,
Qui Euboicam terram habitant, bellica tempestas;
Quam allaborans, postquam simul sustulisset ferro,
Nuptiis Creusae dignus habitus fuit.

Postquam autem hanc duxisset uxorem Xuthus, quatuor Atticae urbes condidit; Oenoen, Marathonem, Probalinthum, & Tricorythum; quas Τετράπολιν adpellabant. Strabo lib. VIII. Ξοῦθ῀ δ', τὴν Ἐρεχθέως θυγατέρα (Κρέουσαν) γήμας, ᾤκισε τὴν Τετράπολιν τ῀ Ἀττικῆς, Οἰνόην, Μαραθῶνα, Προβάλινθον, καὶ Τρικόρυθον. *Xuthus vero, ducta Erechthei filia, (Creusa) condidit Atticae Tetrapolin; Oenoen, Marathonem, Probalinthum, ac Tricorythum.* Conon Narrat. cap. XXVII. Οἱ δὲ νεώτα῀ (Ξοῦθ῀) Ἀθήναζεν ἀφικόμεν῀, κλίζει Τετράπολιν καλουμένῃ τῆς Ἀττικῆς, καὶ γαμεῖ Κρέουσαν, τὴν Ἐρεχθέως. *Minimus natu (Xuthus) quum Athenas venisset, Atticae Tetrapolin, quam vocant, condit; & uxorem ducit Creusam, Erechthei filiam.* Verum Xuthus non Tetrapolin adpellaverat, sed Hytteniam; nam id primum nomen fuit, uti Stephanus nos docet. Τετράπολις, τ῀ Ἀττικῆς, ἔχουσα δήμους, κ῀ πόλεις, τέτταρας· Οἰνόη, Προβάλινθον, Τρικόρυθον, Μαραθῶνα. αὕτη πρότερον ἐκαλεῖτο Ὑττηνία. *Tetrapolis, Atticae, habens populos, & urbes quatuor: Oenoen, Probalinthum, Tricory-*

Digitized by Google

rythum, Marathonem. Haec prius dicebatur Hyttenia. Orithyiam vero Boreas rapuit (*a*). Apollodorus. Ὠρείθυιαν, ἣν ἥρπασε Βορέας. *Orithyiam, quam rapuit Boreas.* Apollonius Rhodius Argonaut. lib. I.

Οὕς ποθ' Ἐρεχθῆος Βορέῃ τέκεν Ὠρείθυια,
Ἐσχατιῇ Θρήκης δυσχειμέρῳ· ἔνθ' ἄρα τήγε
Θρηίκιος Βορέης ἀνερίψατο Κεκροπίηθεν,
Ἰλισσῷ προπάροιθε χορῷ ἔνι δινεύουσαν.
Quos olim Erechtheis Boreae peperit Orithyia,
In finibus Thraciae asperae; ubi certe hanc Thracius Boreas Athenis abductam deposuit, Iliſsum iuxta choreas agitantem.

Ad quem locum Scholiastes. Ἡ δὲ Ὠρείθυια, Ἐρεχθέως θυγάτηρ· ἣν ἐξ Ἀττικῆς ἁρπάσας ὁ Βορέας, ἤγαγεν εἰς Θράκλω. *Orithyia, Erechthei filia; quam ex Attica Boreas quum rapuiſſet, in Thraciam abduxit.* Rapta autem ea fuit, ad Iliſſum choreas agens. Avienus.

Iliſſi Boreas ſtagno tulit Orithyiam.

Dionyſius Alexandrinus.

Νέρθεγε μὲν Ἰσθμοῖο πρὸς αὐγὰς Ἀτλικὸν ἔδας,
Τῷ διὰ θεσπεσίῳ φέρεθ' ῥόῳ Ἰλισσοῖο,
Ἔνθεν κε Βορέης ποτ' ἀνήρπασεν Ὠρείθυιαν.

Quae ſic tranſtulit Priſcianus.

Attica ſed tellus poſt Iſthmum ſolis ad ortum eſt;
Hinc Orithyiam Boreas rapuiſſe puellam
Traditur; hic Iliſsus aquis devolvitur amnis.

Vides quoque in citatis ſtatim Apollonii verbis; tum apud Platonem in Phaedro, & Pauſaniam in Atticis. Alii vero raptam eam ad Cephiſſum flumen tradunt. Scholiastes Apollonii lib. I. Χοίριλος δέ, ἁρπασθῆναί φησιν αὐτὴν (τὴν Ὠρείθυιαν) ἄνθη ἀμέλγουσαν ὑπὸ τὰς τῶν Κηφισσῶ πηγάς. *Choerilus vero refert, eam (Orithyiam) raptam fuiſse, quum flores decerperet ſubter Cephiſſi fontes.* Meminere autem raptae Herodotus lib. VII. Propertius lib. I. Eleg. XX. Cicero De Leg. lib. I. Iamblichus De Vita Pythagorae lib. I. cap. XXXIV. ac Auctores alii paſſim. Sed Iamblichus obiter reſtituendus. Κατὰ Θρᾷκας, καὶ τὴν Ὠρειθυίας ἁρπαγήν. *Secundum Thracas, & Orithyiae raptum.* Nam perperam editur, Ἐριθυίας ἁρπαγήν. *Erithyiae raptum.* Nec vir doctus, cui Auctorem hunc debemus, recte putat reponendum, Ἐρυθίας. *Erythiae.* Itaque ſex Erechthei filias, quaeque de his apud veteres referuntur, memoravimus. Praeter eas & Cleopatram invenio, Phineo nuptam. Sextus Empiricus Adverſus Mathem. lib. I. Τὸν ἀρχηγὸν ἡμῶν τῆς ἐπιστήμης Ἀσκληπιὸν κεκεραυνῶσθαι λέγουσι, διὰ τὸ τοὺς Φινέως υἱοὺς τυφλωθέντας ἀποκατασῆσαι, χαριζόμενον αὐτῶν τῇ μητρὶ Κλεοπάτρᾳ, τῇ Ἐρεχθέως. *Scientiae noſtrae primum auctorem AEſculapium fulmine percuſsum tradunt, quod excoecatis Phinei filiis, in gratiam matris Cleopatrae, Erechthei filiae, viſum reſtituiſset.* Quamquam alii non Erechthei hanc filiam, ſed ex Orithyia neptem eſſe tradant. Videndi Apollodorus lib. III. Scholiastes Apollonii lib. I. & Demetrius Triclinius ad Sophoclis Antigonem. Commemoratur item Merope Daedali mater apud Plutarchum in Theſeo· Οὗ δὴ Θησεὺς, παραυτόμολος ἀνεψιὸν ὄντα Δαίδαλον, καὶ κηδεστὴν κατὰ γένος προσήκοντα, μητρὸς ὄντι Μερόπης τῆς Ἐρεχθέως, αὐτὸς ναυπηγίαν ἐπεβάλλετο. *Theſeus vero excuſans, quod conſanguineus eſſet Daedalus, ac contingeret ipſum genere, ob matrem Meropen, Erechthei filiam, ipſe claſſem aedificare inſtituit.* Eruimus ergo filios quinque, & filias octo, univerſim liberos tredecim; qua de cauſa non immerito Ἀγλαόπαις, *Liberis ſplendens*, dicitur Nonno Dionyſiac. Lib. XIII.

Χρύσεον ἀγλαόπαιδος Ἐρεχθέος αἷμα κομίζων.
Aureum ſplendentis liberis Erechthei ſanguinem ducens.

CAP. XIV.

Cecrops II. ſuccedit patri. Fratrum eius contentio; Xuthi iudicium, & exilium. Euſebii error. Athenienſes in vicis habitantes in duodecim urbes tribuit; earumque nomina dicta. Coloniam item deducit in Euboeam; & Athenas ibi condit, Diadas indigetatas, & Orchomenum ab Euboicis. Error Euſebii, Hieronymi, Mariani, Freculphi, Abbatis Vrſpergenſis, ac Lucae Tudenſis: Marianus, Lucas Tudenſis, & Freculphus emendantur. Rhodus quoque ab eo condita. Quot annis regnaverit. Eius heroum Haliarti, uxor Metiaduſa, e qua filius Pandion; ac tres filiae, Creuſa, Orithyia, Procris; quarum Orithyia, Macedoni nupta, Europum peperit, a quo Europus, urbs Macedoniae, nominata.

MOrtuo Erechtheo, filii de regno inter ſe diſſidebant; donec arbiter captus Xuthus per Creuſam, uti dixi, uxorem adfinis, Cecropi illud, tamquam natu maximo, adiudicaret; qua de cauſa irati ceteri, eum Attica exegerunt. Pauſanias initio Achaicorum. Ἀποθανόντος δὲ Ἐρεχθέως, τοῖς παισὶν αὐτοῦ δικασὴς Ξοῦθος ἐγένετο ὑπὲρ τῆς ἀρχῆς. καὶ, ἔγνω γὰρ τὸν πρεσβύτατον Κέκροπα βασιλέα εἶναι, οἱ λοιποὶ τοῦ βασιλέως παῖδες ἐξελαύνουσιν ἐκ τῆς χώρας αὐτόν. *Quum e vita diſceſſiſſet Erechtheus, eius filiis de regno diſſidentibus, diſceptator Xuthus fuit; eumque, quia regnum Cecropi natu maximo adiudicaſſet, alii Erechthei filii regione eiecerunt.* Manifeſtus eſt Euſebii error; qui non filium eum Erechthei, verum fratrem eſſe dicit. Ἀθηναίων ἐβασίλευσεν ἕβδομος Κέκροψ δεύτερος, Ἐρεχθέως ἀδελφός. *Apud Athenienſes ſeptimus regnavit Cecrops II. Erechthei frater.* Ac Pauſanias conſentire huic videtur, qui Pandionis, non Erechthei filium facit in Boeoticis. Ἐν Ἁλιάρτῳ δὲ τοῦ τε Λυσάνδρου μνῆμα, καὶ Κέκροπος τοῦ Πανδίονός ἐστιν ἡρῶον. *Haliarti vero etiam Lyſandri monumentum eſt, & herois item Cecropis, Pandionis filii.* Verum ego hunc Pandionis II. filium eſſe Cecropis noſtri nepotem plane

(*a*) Vide *Lib.* II. *Athenar. Attic. Cap.* IV. *Statius lib.* XII. *Thebaid.*

——— *Et raptae qui conſcius Orithyiae*
Caelavit Geticos ripis Iliſſos amores.

Orithyiae raptum exhibet Gemma antiqua *Tom.* II. *Muſei Florent. Tab.* XXXIX.

Digitized by Google

ne censeo; quamquam eius, quod meminerim, nemo alius mentionem ullam faciat. Confirmatque id opinionem meam, quod Pausanias ille ipse in citatis ante verbis Cecropem hunc clare Erechthei filium dicat, atque eum natu maximum, ac rursum in Atticis. Πρότερός τε γὰρ ἦρξε Κέκροψ, ὃς ἦ Ἀκταίᾳ ϑυγατέρα ἔσχηκε· καὶ ὕστερον ἄλλος, ὃς μετῴκησεν ἐς Εὔβοιαν, Ἐρεχθέως υἱός. *Nam & regnavit primus Cecrops, quicum Actaei filia nupta fuit; ac postea alter, qui coloniam deduxit in Euboeam, Erechthei filius.* Certe filium Erechthei dicit item Apollodorus, ubi liberos eius refert, & diserte postea dicit, quum & successorem memorat. Ποσειδῶνος δὲ καὶ τῆς Ἐρεχθέως, καὶ τὴν οἰκίαν αὐτοῦ, καταλύσαντος, Κέκροψ, ὁ πρεσβύτατος τῶν Ἐρεχθέως παίδων, ἐβασίλευσεν. *Postquam autem Neptunus tum Erechtheum, tum domum eius evertisset, Cecrops, maximus filiorum, regnum tenuit.* Ioannes Tzetzes Chil. I. Cap. IV.

Ἐκ Πραξιθέας Ἐρεχθεὺς τὴν Κέκροπα λοχεύει.

Ex Praxithea Erechtheus Cecropem gignit.

Iterum Chil. V. Cap. XIX.

Ἐξ Ἐρεχθέως πάλιν, καὶ Πραξιθέας, ὁ Κέκροψ.

Ex Erechtheo rursum, & Praxithea, Cecrops.

Et hic est accipiendus, qui per vicos habitantes Athenienses duodecim urbibus, nempe ex vicis grandioribus constitutis, eos habitare fecit. Etymologici Auctor in Ἐπακρία χώρα. Ἀθηναῖοι, πάλαι κωμηδὸν οἰκοῦντας, πρῶτος Κέκροψ συναγαγὼν, κατῴκισεν εἰς πόλεις δυοκαίδεκα. *Athenienses olim vicatim habitantes primus Cecrops coactos duodecim urbibus habitare fecit.* Quae totidem quoque verbis Suidas. Rem eamdem narrat Strabo, & nomina item urbium dicit lib. IX. Φησὶ Φιλόχορος, Κέκροπα πρῶτον εἰς δυοκαίδεκα πόλεις συνοικίσαι τὸ πάλαι (τῆς Ἀττικῆς) ὧν ὀνόματα, Ἑκροτία, Τετράπολις, Ἐπακρία, Δεκέλεια, Ἐλευσὶς, Ἀφίδνα, Θόρικος, Βραυρών, Κύθηρος, Σφηττὸς, Κηφισιὰ, Φαληρός. *Ait Philochorus, primum Cecropem in duodecim urbes multitudinem Atticae composuisse; quarum nomina sunt: Cecropia, Tetrapolis, Epacria, Decelea, Eleusis, Aphidna, Thoricus, Brauron, Cytherus, Sphettus, Cephissia, Phalerus.* Tum Coloniam quoque duxit in Euboeam. Pausanias in Atticis. Πρότερός τε γὰρ ἦρξε Κέκροψ, ὃς ἦ Ἀκταίᾳ ϑυγατέρα, ἔσχηκε· καὶ ὕστερον ἄλλος, ὃς μετῴκησεν ἐς Εὔβοιαν, Ἐρεχθέως υἱὸς, τῷ Πανδίονος, τῷ Ἐριχθονίου. *Nam & regnavit primus Cecrops, quicum Actaei filia nupta fuit; ac postea alter, qui coloniam deduxit in Euboeam, Erechthei filius, Pandionis nepos, Erichthonii pronepos.* Et Athenas illic condidit, Diadas dictas, ab Euboicis Orchomenum. Eusebius. Κέκροψ Ἀθήνας, τὰς δὲ Διάδας, ἐν Εὐβοίᾳ ἔκτισεν. Εὐβοεῖς δὲ ταύτην Ὀρχομενὸν μετωνόμασαν. Hieronymus. *Cecrops in Euboea Athenas, quas & Diadas, condidit; quam urbem Euboici Orchomenum adpellaverunt.* Sed non leviter ab Eusebio, & interprete Hieronymo est erratum; quum, quod factum a Cecrope II. fuit, illud Cecropi I. tribuunt. Ita errant alii quoque, eorum auctoritate inducti. Marianus Scotus in Cecropis A I. regno. *Cecrops in Euboea Athenas, quas & Diadas, condidit, quam urbem Cubeciorchomenon adpellarunt.* Sed corrupta maiorem in modum ultima verba sic emendo. *Quam urbem Euboici Orchomenon adpellarunt.* Lucas Tudensis in Chronico. *Cecrops venit in Graeciam, & ibi urbem condidit, quam Actam vocavit, & post Athenae dicta est. Hanc quidam Graecorum Didas, & quidam Archomeniam dixerunt.* Scribe. *q. G. Diadas, & quidam Orchomenum dixerunt.* Sed confun- B dit Cecropem I. & II. ut Athenas quoque Atticas, & Euboicas. Corrigendus & Freculphus Tomi 1. lib. II. cap. VII. *Cecrops in Euboea Athenas, quas & Diadas vocant, condidit; quam urbem Euboici Orchomenon adpellaverunt.* Male etiam illic editur: *quam urbem Euboici Corcomenon adpellaverunt.* Abbas Vrspergensis. *Hic Cecrops in Acta, quae nunc Attica dicitur, Athenas, quas & Diadas vocant, condidit; quam urbem Euboici Orchomenon adpellaverunt.* Hic non est corru- C ptus quidem, sed errorem geminum errat; cum quod Cecropi I. tribuit, uti alii, quae sunt Cecropis II. tum etiam in Attica conditas has Athenas dicat, quas in insula Euboea conditas dicere debuisset. Quamquam sane, quod Athenas Diadas adtinet, eas Stephanus a Diante, Abantis filio structas refert in Ἀθῆναι. Strabo vero simplicissime id Athenien sibus tribuit lib. X. Καὶ Ἀθῆναι, αἱ Διάδες, κτίσμα Ἀθηναίων. *Et Athenae, Diades dictae, quae ab Athenien sibus con-* D *ditae.* Huic quoque Rhodum conditam tribui debere puto; qua de re sic Isidorus Hispalensis Orig. lib. XV. cap. I. *Cecrops in insula Rhodo Rhodum aedificavit.* Decessit vero anno regni quadragesimo. Eusebius. Ἀθηναίων ἐβασίλευσεν ἕβδομος Κέκροψ δεύτερος, Ἐρεχθέως ἀδελφὸς, ἔτη τεσσαράκοντα. Hieronymus. *Athenien sibus regnavit septimus Cecrops alter, annis quadraginta.* Marianus Scotus. *Athenien sium septimus Cecrops II. annis quadraginta regnavit.* Ac consentit Vincentius Bellovacensis. Et heroum illi structum ab Haliartiis in Boeotica. Pausanias in Boeo- E ticis. Ἐν Ἁλιάρτῳ δὲ, τῦτε Λυσάνδρε μνῆμα, καὶ Κέκροπος τῦ Πανδίονος ἐστιν ἡρῶον. *Haliarticum Lysandri monumentum est, tum & Cecropis heroum, Pandionis filii.* Eius uxor, Metiadusa, & ex ea filius, Pandion nomine. Apollodorus. Οἱ (Κέκροψ) γήμας Μητιάδυσαν, τὴν Εὐπαλάμυ παῖδα, ἐτέκνωσε Πανδίονα. *Is (Cecrops) ducta uxore Metiadusa, Eupalami filia, sustulit Pandionem.* Ioannes Tzetzes F Chil. I. Cap. IV.

Ἐκ Πραξιθέας Ἐρεχθεὺς τὸν Κέκροπα λοχεύει· Ὁ Κέκροψ δὲ Πανδίονα, ἐκ τῆς Μητιαδύσης.

Ex Praxithea Erechtheus Cecropem gignit: Cecrops vero Pandionem ex Metiadusa.

Iterum Chil. V. cap. XIX.

Ἐξ Ἐρεχθέως πάλιν δὲ, καὶ Πραξιθέας, Κέκροψ· Πανδίων τύτυ Κέκροπος, καὶ τῆς Μητιαδύσης.

Ex Erechtheo vero rursum, & Praxithea Cecrops;

Huius Cecropis Pandion, & Metiadusae.

Filiae quoque illi numero tres natae, Creusa, Orithyia, Procris; quas sic ipse de nomini-

Digitized by Google

minibus ſororum adpellavit. Scholiaſtes Apollonii lib. 1. Κέκροπος δὲ (θυγατέρες εἰσὶ) Κρέουσα, Ὠρείθυια, Πρόκρις. *Cecropis vero (filiae ſunt) Creuſa, Orithyia, Procris.* Et ex illis Orithyia, nupta Macedoni, filium Europum peperit; a quo Macedoniae urbs Europus dicta. Stephanus. Εὐρωπὸς, πόλις Μακεδονίας· ἀπὸ Εὐρώπου, τοῦ Μακεδόνος, καὶ Ὠρειθυίας, τῆς Κέκροπος. *Europus, urbs Macedoniae; ab Europo, Macedonis filio, & Orithyia, Cecropis filia.*

CAP. XV.

Pandion II. Euſebii error. Regno eiectus a Metionidis, Megaram abit ad Pylam regem; eiusque filiam Peliam uxorem accipit; aut iam ante potius duxerat. A ſocero regnum Megaricum accipit, Biante caeſo. Obiit Megaris anno regni viceſimo quinto; & in Minervae AEthyiae ſcopulo ſepelitur; mortuoque a Megarenſibus parentatum. Filii, AEgeus, Pallas, Niſus, atque Lycus, quamquam controverſia fuerit de AEgei patre; aliis Phemium, aliis Scyrium dicitantibus: aliis rurſum ex draconis dentibus natum memorantibus. Quomodo regnum inter illos diſtributum, varie dici ab Auctoribus, indicatum. Hygini locus emendatus. Eius filius item Cecrops; nothus, Oeneus, a quo tribus Oeneis dicta. Dion Chryſoſtomus correctus. Denique & filia incerti nominis, quae Scironi nupta fuit; item Procris, Caephali uxor; aliaeque, ob quas Veneri Coeleſti templum AEgeus dedicavit.

POſt defunctum Cecropem II. filius ſucceſſit, Pandion II. Iterum hic Euſebius errat, qui, ut Cecropem, de quo dixi, male patris ſui fratrem, ſic Pandionem avi Erechthei filium facit iſtis verbis. Ἀθηναίων ἐβασίλευσεν ὄγδοος Πανδίων Ἐρεχθέως. *Athenienſium rex octavus fuit Pandion, Erechthei filius.* Simpliciter Hieronymus. *Athenienſibus regnavit Pandion alter.* Certe Cecropis item filium, non Erechthei, tradit Pauſanias in Atticis. Καὶ δὴ καὶ Πανδίων ἐβασίλευσεν ὁ τοῦ Ἐριχθονίου, καὶ ὁ Κέκροπος τοῦ δευτέρου. *Ac ſane regnavit etiam Pandion, Erichthonii filius, & alter, Cecropis ſecundi.* Nec aliter Apollodorus, & Ioannes item Tzetzes, locis antea citatis. Ab hoc feſtum inſtitutum, Χόες dictum: ut vult Scholiaſtes Comici ad Equites, & Acharnenſes. Sed errare eum oſtendam, quum de regno Demophontis, cui ea res debetur, ſum dicturus. Regno eiectus eſt a Metionis patrui liberis, ac Megara conceſſit, ubi Pylae regis filiam Peliam uxorem duxit: qui, Biante patruo caeſo, regnum transfert in Pandionem. Apollodorus. Γήμας (ὁ Κέκροψ) Μητιάδουσαν, τὴν Ὑπαλάμου, παῖδα ἐτέκνωσε Πανδίονα. ὗτος, μετὰ Κέκροπα βασιλεύων, ὑπὸ τῶν Μητίωνος υἱῶν κατὰ φάσιν ἐξεβλήθη. καὶ παραγενόμενος εἰς Μέγαρα πρὸς Πύλαν, τὴν ἐκείνου θυγατέρα Πελίαν γαμεῖ. αὖθις καὶ τ' πόλεως βασιλεὺς ὑπ' αὐτοῦ καθίσταται. κλείνας γὰρ Πύλας τὸν τοῦ πατρὸς ἀδελφὸν Βίαντα, τὴν βασιλείαν δίδωσι Πανδίονι. *Ducta (Cecrops) Metiaduſa, Eupalami filia, filium ex ea ſuſtulit Pandionem. Hic poſt patrem regnans, a Metionis filiis per tumultum eſt eiectus; ac, quum Megara conceſſiſſet, ad Pylam, eius filiam Peliam uxorem accipit: ac deinde ab eo quoque urbis regnum. Pylas enim quum Biantem patruum interfeciſſet, regnum dat Pandioni.* Pauſanias, quod veroſimilius, ante eiectionem dicit hanc uxorem habuiſſe: ideoque ſine dubio mox eiectus, ſe ad eum tamquam ſocerum, recepit. Τοῦτον (τὸν Πανδίονα) Μητιονίδαι τ' ἀρχῆς ἐξελαύνουσι· καὶ οἱ φυγόντι ἐς Μέγαρα, θυγατέρα γὰρ εἶχε Πυλᾶ, τοῦ βασιλεύοντος ἐν Μεγάροις,) συνεκπίπτουσιν οἱ παῖδες. *Hunc (Pandionem) Metionidae regno expellunt: eoque Megara contendente, (ſiquidem uxorem habebat filiam Pylae, Megarenſium regis) etiam filii regno excidunt.* De eiectione eius, & exilio Megarenſi capiendus eſt Oroſius, lib. I. cap. XII. *Praetermitto Pandionis, Athenienſium regis, flebilem fugam.* Diem vero obiit Megaris in exilio: ac ſepultus eſt in Megarica regione, in Minervae AEthyiae ſcopulo. Pauſanias loco citato. Καὶ Πανδίονα μὲν, αὐτοῦ λέγεται νοσήσαντα ἀποθανεῖν. καὶ οἱ πρὸς θαλάσσῃ μνῆμά ἐστιν ἐν τῇ Μεγαρίδι, ἐν Ἀθηνᾶς Αἰθυίας καλουμένῳ σκοπέλῳ. *At Pandionem quidem illic diem obiiſſe ex morbo tradunt: eiuſque monumentum eſt vicinum mari, in Megarica terra, in Minervae AEthyiae ſcopulo, quem adpellant.* Meminit iterum eius poſtea. Ἐκ τούτου δὴ τοῦ ἱεροῦ καλοῦσι. Πανδίονός ἐστιν ἡρῷον. καὶ ὅτι μὲν ἐτάφη Πανδίων ἐν Αἰθυίας Ἀθηνᾶς καλουμένῳ σκοπέλῳ, δεδήλωκεν ὁ λόγος ἤδη μοι. *Ex hoc vero templo deſcendentibus, in conſpectu eſt Pandionis heroicum monumentum. Et ſepultum eſſe Pandionem in Minervae AEthyiae ſcopulo, quem adpellant, antea iam mihi dictum eſt.* Et defuncto Megarenſes parentabant. Apparet ex Pauſaniae eiuſdem verbis, quae ſubiungit. Τιμὰς δὲ ἐν τῇ πόλει παρὰ Μεγαρέων ἔχει. *Parentantque ei in urbe Megarenſes.* Regnavit annos quinque, & viginti. Euſebius. Ἀθηναίων ἐβασίλευσεν ὄγδοος Πανδίων Ἐρεχθέως ἔτη κέ. Hieronymus. *Athenienſibus regnavit octavus Pandion alter annos viginti quinque.* Ac conſentiunt Marianus, & Vincentius Bellovacenſis. Vxor illi, ut iam dixi, Pelia fuit, filia Pylae, regis Megarenſium; & ex ea filii quatuor, AEgeus, Pallas, Niſus, Lycus. Apollodorus, Πανδίονι δὲ, ἐν Μεγάροις ὄντι, παῖδες ἐγένοντο, Αἰγεὺς, Πάλλας, Νῖσος, Λύκος. ἔνιοι δὲ Αἰγέα Σκυρίῳ εἶναι λέγουσιν· ὑποβληθῆναι δὲ ὑπὸ Πανδίονος. *Pandioni vero, quum Megaris ageret, filii nati, AEgeus, Pallas, Niſus, Lycus. Nonnulli vero, AEgeum Scyrii eſſe dicunt; ac Pandionem ſibi eum ſuppoſuiſſe.* Strabo lib. IX. Τῶν Πανδιονιδῶν τεσσάρων ὄντων, Αἰγέως τε καὶ Λύκου, καὶ Πάλλαντος, καὶ τετάρτου Νίσου. *Quum quatuor eſſent Pandionis filii; AEgeus, Lycus, Pallas, & quartus Niſus.* Euſtathius ad Iliad. β'. Ἡ Νίσαια παρώνυμος Νίσῳ· ἦν ἀδελφὸς, Αἰγεὺς, καὶ Πάλλας, καὶ Λύκος, Πανδίονος υἱοί. *Niſaea denominata a Niſo; cuius fratres, AEgeus, & Pallas, & Lycus, Pandionis filii.* De Niſo autem corruptus eſt Hygini locus Fab. CXCVIII. *Niſus Martis filius, ſive, ut alii dicunt, Deionis filius, rex Megarenſium, in capite crinem purpureum habuiſſe dicitur.* Corrige: *ſive, ut alii*

alii dicunt, Pandionis filius. Ac quod AEgeum porro attinet, eum non Pandionis ex Pelia uxore filium, verum adoptivum tantum, ut Apollodorus indicat, in citatis ſtatim verbis, dicit etiam Plutarchus in Vita Theſei. Χαλεπῶς φέροντες, εἰ βασιλεύοι μὲν Αἰγεὺς, θεὸς γενόμενος Πανδίονι, καὶ μηδὲν Ἐρεχθείδαις προσήκων. *Iniquo animo ferentes, quod regnaret AEgeus, Pandionis filius adoptivus, nec contingens Erechtheidas*. Et Phemii filium quidam dicebant, non Pandionis. Iſacius Tzetzes ad Lycophronem. Φασὶ, τὸν Αἰγέα Φημίου εἶναι παῖδα, Αἰγέως δὲ Θησέα. *Aiunt, AEgeum eſse filium Phemii; AEgei vero, Theſeum*. Alii eum Scyrii filium faciebant. Apollodorus. Ἔνιοι δὲ, Αἰγέα Σκυρίου εἶναι λέγουσιν· ὑποβληθῆναι δὲ ὑπὸ Πανδίονος. *Quidam vero AEgeum dicunt Scyrii filium, & a Pandione adoptatum*. Quidam etiam tradiderunt, unum eorum exſtitiſſe, quos e dentibus draconis natos Thebis perhibebant. Iſacius Tzetzes ad Lycophronem, ubi de hoc AEgeo agit. Τινὲς δὲ καὶ ἕνα τοῦτον λέγουσι τῶν ἀναδοθέντων ἀπὸ τῶν ὀδόντων τοῦ δράκοντος τοῦ ἐν Θήβαις, ὡς καὶ Ἀνδροτίων. *Quidam vero, etiam hunc unum eorum eſse tradunt, qui e draconis dentibus Thebis procreati ferebantur, inter quos eſt & Androtion*. Atque iſtis filiis ſuis Pandion regnum diſtribuit. Heraclides in Excerptis Operis De Rebuſp. Πανδίων δὲ, βασιλεύσας μετὰ Ἐρεχθέα, διένειμε τὴν ἀρχὴν τοῖς υἱοῖς. *Pandion vero, qui poſt Erechtheum regnavit, principatum inter filios diſtribuit*. Diſtributionem iſtam varie Auctores tradunt. Strabo lib. IX. τὴν εἰς τέτταρα μέρη διανομὴν (τῆς Ἀττικῆς,) ἄλλων ἄλλως εἰρηκότων, ἀρκεῖ, ταῦτα παρὰ Σοφοκλέους λαβεῖν. Φησὶ δὲ ὁ Αἰγεύς.

Πατὴρ δ' ἀπελθεῖν ὥρισ' εἰς Ἄκτιν ἐμοὶ.
Πρεσβεῖα νέμας τῆσδε γῆς. τῷ δ' αὖ Λύκῳ,
Τὸν ἀντίπλευρον κῆπον Εὐβοίας νέμων.
Νίζῳ δὲ, τὴν ἀνόμαλον ἐξαιρεῖ χθόνα
Σκείρωνος Ἄκτης· τῆς δὲ γῆς τὸ πρὸς Νότον.
Ὁ σκληρὸς ὅστος, καὶ γίγαντας ἐκτρέφων,
Εἵληχε Πάλλας. ——

Quum diviſionem illam (Atticae,) in quatuor partes factam, alii aliter exponant, ſufficiat haec a Sophocle accipere; apud quem ſic loquitur AEgeus:

Pater vero me in Atticam diſcedere iuſſit,
Huius terrae praerogativam tribuens; Lyco autem,
Obiectum Euboeae lateri hortum largiens;
At Niſo inaequalem excipit terram
Scironis littoris: terram vero ad auſtrum ſitam,
Durus iſte & Gigantes enutriens
Pallas ſortitus eſt. ——

Scholiaſtes Ariſtophanis ad Veſpas, Lyco datum eſſe principatum ſcribit; AEgeo, urbem; Pallanti, oram maritimam; Niſo, Megaricam. Τὴν δὲ χώραν τὴν διακρίαν (immo potius totam Atticam,) Πανδίονά φασι τοῖς υἱοῖς διανεῖμαι· τὴν μὲν ἀρχὴν Λύκῳ δοῦναι, Αἰγεῖ δὲ τὴν περὶ τὸ ἄστυ, Πάλλαντι δὲ τὴν παραλίαν, Νίσῳ δὲ τὴν Μεγαρίδα. *Ac regionem quidem montanam, aiunt Pandionem filiis ſuis diſpertitum, Lyco principatum dediſſe, AEgeo urbem, Pallanti maritimam oram, Niſo Megaricam*. Aliter rurſum Euripidis Scholiaſtes ad Hippolytum, tribus tantum filiis diſtribuiſſe eum dicit, nulla Lyci mentione, & AEgeo, ac Pallanti populos nonullos Atticae obtigiſſe, ut Niſo Megaricam. Νίσῳ, καὶ Πάλλαντι, καὶ Αἰγεῖ, τρεῖς ἀδελφοὶ ἐκ Πανδίονος. καὶ ὁ μὲν Νίσος, τὰ Μέγαρα ᾤκει· Αἰγεὺς δὲ, καὶ Πάλλας, δήμων τινῶν ἦρχον, τῆς Ἀττικῆς ἔτι συνῳκισμένης εἰς ἕν. *Niſus, Pallas, & AEgeus tres erant fratres ex Pandione, ac Niſus quidem Megara inhabitavit; AEgeus, & Pallas populis quibuſdam praeerant, Attica necdum in unum coacta*. Auctor eſt Apollodorus filios ſibi diviſiſſe poſt Pandionis exceſſum: ac rerum ſummam penes AEgeum fuiſſe. Μετὰ δὲ τὴν Πανδίονος τελευτὴν οἱ παῖδες αὐτοῦ, στρατεύσαντες ἐπ' Ἀθήνας, ἐξέβαλον τοὺς Μητιονίδας, καὶ τὴν ἀρχὴν τετραχῆ διεῖλον. εἶχε δὲ τὸ πᾶν κράτος, Αἰγεύς. *Poſt Pandionis vero mortem, filii eius, ducto in Athenas exercitu, Metionidas eiecerunt, atque regnum quadrifariam diviſerunt. AEgeus autem omnem habebat poteſtatem*. Pauſanias, quamquam ceterae diviſionis nullam mentionem faciat, tamen regnum AEgeo poſt patris mortem obtigiſſe, Metionidis expulſis, tradit. καὶ Πανδίονα μὲν, αὐτοῦ λέγεται νοσήσαντα ἀποθανεῖν. οἱ δὲ παῖδες, καταῖσί τε ἐκ τῶν Μεγάρων, ἐκβαλόντες Μητιονίδας, καὶ τὴν ἀρχὴν τῶν Ἀθηναίων, Αἰγεὺς, πρεσβύτατος ὢν, ἔσχε. *Ac Pandionem quidem, ibi obiiſſe ex morbo tradunt: filii vero eius, Megaris profecti, Metionidas eiecere; regnumque Athenienſium AEgeus, ceu qui natu maximus eſſet, accepit*. Praeter AEgeum, Pallantem, Niſum, atque Lycum, quos iam dixi, etiam Cecrops memoratur a Pauſania in Boeoticis. Ἐν Ἁλιάρτῳ δὲ τοῦ τε Λυσάνδρου μνῆμα, καὶ Κέκροπος τὸν Πανδίονος ἐστιν ἡρῶον. *Haliarti exſtat & Lyſandri monumentum, & Cecropis, Pandionis filii, heroicum monumentum*. Erat etiam Oeneus, nothus; de quo Pauſanias in Atticis, ubi de heroibus agit, quorum nominibus adpellatae tribus eſſent. Αἰγεύς τε ἐστὶ, καὶ Οἰνεὺς, Πανδίονος υἱὸς νόθος. *Eſt & AEgeus; item Oeneus, filius Pandionis nothus*, Reſtituendum eius nomen apud Dionem Chryſoſtomum, Orat. XV. Ναὶ μὰ Δία, ἔφη, πλήν γε τοῦ Οἰνέως, τοῦ Πανδίονος, εἶπε, νόθου παιδός. *Per Iovem, inquit, praeter Oeneum, Pandionis filium nothum*. Male hactenus vulgatur: πλην γε τ' οἰήσεως, τοῦ Πανδίονος, εἶπε, νόθου παιδός. Quod vertit Interpres. *Praeter opinionem Pandionis nothi pueri*. Et ab iſto tribus Oeneis adpellata; ſub qua populi iſti erant: Ἀχάρναι, Ἐπικηφισιὰ, Θριὰ Ἱπποταμάδαι, Λακιὰ, Λυσιὰ, Μελίτη, Οἴη, ſive, Οἰή, Περιθοῖδαι, Πλωθεὰ, Τυρμίδαι, Φυλή. Id oſtendi ſingillatim lib. De populis Atticae. Et haec de Pandionis filiis, quos invenio: ſed & filia quaedam fuit, cuius nomen ignoratur, Scironi nupta. Pauſanias in Atticis mentionem eius facit. Τῇ Πυλᾷ δὲ, γενέσθαι Σκίρωνα. τοῦτον συνοικῆσαι τῇ Πανδίονος θυγατρί. *Ac Pylae quidem filium fuiſſe Sironem; eumque uxorem habuiſse Pandionis filiam*. Etiam Procris, Cephali uxor: ut oſtenſum a me ſupra cap. XIII. Immo plures exſtitere, uti licet obſervare ex Pauſania, qui inter cauſas dedicati ab AEgeo Veneris Coeleſtis templi, ponit etiam ſororum calamitatem: Ita enim

Digitized by Google

enim hac de re ait, in citatis ante Atticis. Ἀθηναίοις δὲ (τὸ ἱερὸν Ἀφροδίτης Οὐρανίας) κατέστησατο Αἰγεύς, αὐτῷ τε οὐκ εἶναι παῖδας νομίζων, (ὅπω γὰρ τότε ἦσαν,) καὶ ταῖς ἀδελφαῖς γενέσθαι τὴν συμφορὰν, ἐκ μηνίματος τῆς Οὐρανίας. *Athenienſibus vero (fanum Veneris Coeleſtis) conſtituit AEgeus, cum quod liberos non haberet, quippe tunc adhuc improles, tum quod etiam ſororum calamitatem ira deae eveniſſe exiſtimaret.*

DE REGIBVS ATHENIENSIVM.

LIBER TERTIVS.

CAPVT PRIMVM.

Pandioni II. vita functo in regno ſuccedit AEgeus, eius filius; qui, liberis orbus, templum ſtruit, Veneri Coeleſti ſacrum, & ad oraculum proficiſcitur, eoque conſulto, Athenas rediens, deflectit Troezenem ad Pittheum, oraculi obſcurioris expoſitionem ab eo petiturus: vel, ut alii, ad Medeam. Pittheus, intellecto oraculo, filiam ipſi AEthram collocat; qua quum gravida diſcederet, monumenta illi quaedam, filio, ſi forte pareret, mox adulto indicanda, & ad ipſum deferenda, ſub ſaxo quodam occultata, relinquit. Gladius, Ellopius; capulo eburneo, in quo inſculptum genus AEgei: iſque Hippolyto poſtea a Theſeo datus.

PAndioni II. filius ſucceſſit AEgeus. Euſebius. Ἀθηναίων ἐβασίλευσεν ἔννατος Αἰγεὺς Πανδίονος. Hieronymus. *Athenienſibus regnavit nonus AEgeus Pandionis filius.* Etenim Pandionis filii poſt parentem vita functum coniurati in Metionidas patrueles, qui Pandionem patruum eiecerant regno, rurſum illis id extorquent, quumque inter ſeſe hoc diſtribuiſſent, ſummam AEgeo, natu maximo, poteſtatem conceſſere. Vide quae notata mihi ultimo ſuperioris libri capite. Atque ille, quum e duplici matrimonio nullam prolem ſuſcepiſſet, metuens, propter orbitatem, ne a fratribus regno ſuo pelleretur, Veneris id ira ſibi evenire arbitratus, veluti ſororum quoque calamitatem, templum Veneri cognomento Coeleſti, ſtruit. Pauſanias in Atticis. Πλησίον δὲ, ἱερόν ἐστιν Ἀφροδίτης Οὐρανίας. Ἀθηναίοις δὲ κατέστησατο Αἰγεὺς, αὐτῷ τε οὐκ εἶναι παῖδας νομίζων, (ὅπω γὰρ τότε ἦσαν.) καὶ ταῖς ἀδελφαῖς γενέσθαι τὴν συμφορὰν ἐκ μηνίματος τῆς οὐρανίας. *Prope vero fanum eſt Veneris Coeleſtis. Athenienſibus vero conſtituit AEgeus; quum quod liberos non haberet, quippe tunc adhuc improles, tum & quod ſororum calamitatem a deae ira evenire exiſtimaret* (a). Praeterea oraculum petit, conſulturus, quanam ſibi ratione liberos quaereret, a quo redux, quum Troezenem in itinere ad Pittheum deflecteret, re cum AEthra eius filia ibi habita, atque illa ex ea conſuetudine gravida, abiens relinquit monumenta quaedam, ſub ſaxo abdita: quae adultus poſtea filius, ſi is forte naſceretur, ad ſe adferret, ut agnoſcere eum poſſet. Apollodorus lib. III. Γαμεῖ δὲ ὁ Αἰγεὺς πρῶτον μὲν τὴν Μῆταν, τὴν Ὑπλητος, δευτέραν δὲ Χαλκιόπην, τὴν Ῥηξήνορος. ὡς δ' οὐκ ἐγένετο παῖς αὐτῷ, δεδοικὼς τοὺς ἀδελφοὺς, εἰς Πυθίαν ἦλθε, καὶ περὶ παίδων γονῆς ἐμαντεύετο. ὁ δ' θεὸς, ἔχρησεν αὐτῷ.

Ἀσκοῦ τὸν πρόσχοντα ποδάνα, φέρτατε λαῶν,
Μὴ λύσῃς, πρὶν ἐς ἄκρον Ἀθηναίων ἀφίκηαι.

Ἀπορῶν δὲ τὸν χρησμὸν, ἀνῆει πάλιν εἰς Ἀθήνας, καὶ, Τροιζῆνα διοδεύων, ἐπιξενοῦται Πιτθεῖ τῷ Πέλοπος, ὃς τὸν χρησμὸν συνεὶς, μεθύζας αὐτὸν τῇ θυγατρὶ συγκατέκλινεν Αἴθρᾳ. Αἰγεὺς δὲ, ἐντειλάμενος Αἴθρᾳ, ἐὰν ἄῤῥενα γεννήσῃ, τρέφειν, καὶ τίνος ἔσαι μὴ λέγειν. ἀπέλιπε δὲ ὑπό τινι πέτρᾳ μάχαιραν, καὶ πέδιλα· ἐπὼν, ὅταν ὁ παῖς δύνηται, τὴν πέτραν ἀποκυλίσας, ἀνελέσθαι ταῦτα, τότε μετ' αὐτῶν ἀποπέμπειν. αὐτὸς δὲ, ἦκεν εἰς Ἀθήνας. *Ducit vero (AEgeus) primo quidem, Metam, filiam Hopletis; inde Chalciopen, Rhexenoris. At ubi nulla prole ſe augeri videt, fratres metuens, Pythiam adit, & oraculum de gignendis liberis conſulit; ac reſponſum a deo accipit:*

Vtre exſtantem pedem, praeſtantiſſime inter populos,
Ne ſolvas, antequam ad Athenienſes veneris.

Ambigens vero, quid oraculum ſibi vellet, regreditur Athenas: & Troezenem tranſiens, apud Pittheum divertit, Pelopis filium, qui, quoniam oraculum intellexerat, inebriato AEthram filiam in lecto collocat, atque ille praecipit ei, ut, ſi filium forte pareret, educaret, neque patrem indicaret, tum relinquit abditos ſub ſaxo calceos, item enſem; quae, quum per aetatem poſſet ſaxo amoto, ad ſe adferret; atque ipſe, Athenas abit. Plutarchus ait, non tam

(a) Vide *Lib. I. Athen. Attic. Cap. IV.*

Digitized by Google

tam fratrum, quam Pallantis ſolius filiorum, qui numero quinquaginta erant, metu id ab ipſo factum. Ἰσχυρῶς γὰρ ἐδεδοίκει τοὺς Παλλαντίδας, ἐπιβουλεύοντας αὐτῷ, καὶ Διὰ τὴν ἀπαιδίαν καταφρονοῦντας. ἦσαν δὲ πεντήκοντα παῖδες. ἐκ Πάλλαντος γεγονότες. *Etenim Pallantidas maiorem in modum metuebat; qui inſidiabantur ipſi, & quod liberos non haberet, contemnebant: erant autem quinquaginta e Pallante prognati.* Oraculi autem reſponſum ita refert:

Αἰσχοῦ τὸν πρῶχοντα πόδα μέγα φέρτατε λαῶν,
Μή λύσῃς, πρὶν δῆμον Ἀθηνῶν ἐπαφικέσθαι.

Scholiaſtes vero Euripidis, in Medeam, hunc in modum,

Αἰσχοῦ τὸν πρῶχοντα ποδεῶνα, φίλτατε λαῶν,
Μὴ λῦσαι, πρὶν γουνὸν Ἀθηναίων ἀφικέσθαι.

Euripides ſic in iambos redegit, ipſo AEgeo referente, in citata iam Medea.

Αἰσχοῦ μὲ τὸν προῦχοντα μὴ λῦσαι πόδα,
Πρὶν ἂν πατρώαν αὖθις ἑσίαν μόλω.

Deflexiſſe autem ad Pittheum a Plutarcho memoratur, ut oraculi, quod non caperet, explicationem peteret. Αἰγεῖ δὲ παίδων δεομένῳ, τὴν Πυθίαν ἀνελεῖν λέγουσι τὸν θρυλλούμενον χρησμὸν, διαπελευομένῳ, μηδεμιᾷ γυναικὶ συγγενέσθαι, πρὶν ἐλθεῖν εἰς Ἀθήνας. ὑ πάνυ δὲ τοῦτο φράζειν εὐδήλως δοκοῦσαν. ὅθεν εἰς Τροιζῆνα παρελθὼν, ἀνεκοινοῦτο Πιτθεῖ τὴν τοῦ θεοῦ φωνήν. *At AEgeo, prolem deſideranti, Pythiam perhibent, oraculum illud celebratum reddidiſſe, quo praeciperet, ne mulierem ullam attingeret, priuſquam Athenas appuliſſet. Verum, quum praeſcribere id non plane liquide videretur, Troezenem profectus, dei vocem Pittheo communicabat.* Rem Medeae univerſam curioſe percunctanti ſingillatim exponentem ipſum AEgeum introducit Euripides, in Tragoedia Medea.

ΜΗ. Ὦ χαῖρε καὶ σὺ, παῖ σοφοῦ Πανδίονος,
Αἰγεῦ, πόθεν γῆς τῆσδ' ἐπιστροφᾶς πέδον;
ΑΙ. Φοίβου παλαιὸν ἐκλιπὼν χρηστήριον.
ΜΗ. Τίδ' ὀμφαλὸν (a) γῆς θεσπιῳδὸν ἱκάνεις;
ΑΙ. Παίδων ἐρευνῶν σπέρμ' ὅπως γένοιτό μοι.
ΜΗ. Πρὸς θεῶν, ἄπαις γὰρ δεῦρ' ἀεὶ τείνεις βίον;
ΑΙ. Ἄπαιδες ἐσμὲν, δαίμονος ζυνὸς τύχῃ.
ΜΗ. Δάμαρτος ἢ σῆς, ἢ λέχους ἄπειρος ὤν;
ΑΙ. Οὐκ ἐσμὲν εὐνῆς ἄζυγες γαμηλίου.
ΜΗ. Τί δῆτα Φοῖβός σοι ἐπῶν παίδων περί;
ΑΙ. Σοφώτερ', ἢ κατ' ἄνδρα συμβαλεῖν, ἔπη.
ΜΗ. Θέμις δ' ἂν ἡμῖν χρησμὸν ἰδέναι θεοῦ;
ΑΙ. Μάλις', ἐπεί τοι κἀ σοφῆς δεῖται φρενός.
ΜΗ. Τί δῆτ' ἔχρησε; λέξον, εἰ θέμις κλύειν.
ΑΙ. Ἄσκει με τὸν προύχοντα μὴ λῦσαι πόδα,
ΜΗ. Πρὶν ἂν τί δράσῃς, ἢ γῆν ἐξίκῃ χθόνα;
ΑΙ. Πρὶν ἂν πατρῴαν αὖθις ἑσίαν μόλω.
ΜΕ. Σὺ δ' ὡς τί χρῄζων τήνδε ναυστολεῖς χθόνα;
ΑΙ. Πιτθεὺς λίς ἐστι, γῆς ἄναξ Τροιζηνίας.
Παῖς, ὡς λέγουσι, Πέλοπος εὐσεβέστατος.
Τούτῳ θεοῦ μάντευμα κοινῶσαι θέλω.
Σοφὸς γὰρ ἀνὴρ, κἀ τρίβων τὰ τοιάδε.
Κἄμοὶ δὲ πάντων φίλτατος δορυξένων.

ME. *O ſalve & tu, fili ſapientis Pandionis,*
AEgeu, unde accedis ſolum huius terrae?
ÆG. *Relicto antiquo ſacello Apollinis.*
ME. *Quare vero ad umbilicum terrae, ubi oraculum eſt, iviſti?*
ÆG. *Quaerens, quomodo mihi contingeret ſatio liberorum.*
ME. *Per deos! ergo ſine liberis adhuc trahis vitam?*
ÆG. *Sumus ſine liberis genio quodam ordinante.*
ME. *Vxorem habens, an lecti coniugalis expers exſiſtens?*
ÆG. *Non ſumus diſiuncti a lecto coniugali.*
ME. *Quid igitur dixit tibi Phoebus de liberis?*
ÆG. *Obſcuriora verba, quam ut homo coniiciat.*
ME. *Faſne eſt nos ſcire oraculum dei?*
ÆG. *Maxime: quandoquidem & ſapientem mentem requirit.*
ME. *Quid igitur reſpondit? dicito, ſi fas eſt ſcire.*
ÆG. *Ne ego utris prominentem ſolverem pedem.*
ME. *Priuſquam quid facias? aut ad quam terram venias?*
ÆG. *Priuſquam ad patrios lares rediero.*
ME. *Tu vero qua re indigens navigas in hanc terram?*
ÆG. *Eſt Pittheus quidam, terrae rex Troezeniae,*
Filius Pelopis, ut aiunt, valde pius.
Cum hoc dei oraculum communicare volo.
Eſt enim vir ſapiens, & in talibus verſatus,
Et mihi cariſſimus amicorum, quos militia paravi.

Ad quem locum Scholiaſtes tradit, non Troezenem iviſſe, ut Pittheum conſuleret, quid obſcurum valde oraculum ſibi vellet; ſed, quod iter latrociniis Sinidis infeſtum eſſet; tum Corinthum ad Medeam contendiſſe, ut ex ea mentem oraculi intelligeret. Λέγουσι τὸν Αἰγέα εἰς Τροιζῆνα ἐληλυθέναι, διὰ τὸ δεδοικέναι πεζῇ ποιεῖσθαι τὴν πορείαν, Σινιδος καθ' ἐκείνους τοὺς χρόνους ἐπιτολάζοντος. Νεόφρων δὲ, εἰς Κόρινθον τὸν Αἰγέα φησὶ παραγενέσθαι, πρὸς Μήδειαν, ἕνεκα τοῦ σαφῶς σθῆναι αὐτῷ τὸν χρησμὸν ὑπ' αὐτῆς τῆς Μηδείας. *Ferunt AEgeum abiiſſe Troezenem, qui iter terra facere vereretur, ob graſſantem per id tempus Sinim. Neophron vero auctor eſt, Corinthum eſſe profectum AEgeum ad Medeam, ut haec ipſi explicaret, quid oraculum ſibi vellet.* Quod concubitum AEgei cum AEthra attinet, eum in Minervae fano accidiſſe Hyginus tradit Fab. xxxvii. *Neptunus, & AEgeus, Pandionis filius, in fano Minervae cum AEthra, Pitthei filia, una nocte concubuerunt.* De relictis apud AEthram monumentis, nempe gladio, calceiſque, & praecepto item eius, quae Apollodorus refert in citatis ante verbis, ita etiam Plutarchus in Vita Theſei. Συνελθὼν ὅ (τῇ Αἴθρᾳ) καὶ γνοὺς ἐκεῖνος, ὅτι τῇ Πιτθέως θυγατρὶ συγγέγονε, καὶ κύειν αὐτὴν

(a) Vmbilicum terrae, Delphi, qui in orbis terrarum medio ſiti habebantur, intelligendi ſunt. Vetus Poeta apud *Ciceronem Lib.* ii. *De Divinat.*
O ſancte Apollo, qui umbilicum terrarum certum obſides

Vnde ſuperſtitioſa primum ſaeva evaſit vox fera. Livius quoque *Lib.* xxxviii. Delphos vocat, *Orbis umbilicum.*

Digitized by Google

τὴν ὑπονοήσας, ἀπέλιπε ξίφος, καὶ πέδιλα, κρύψας ὑπὸ πέτραν μεγάλην, ἐντὸς ἔχουσαν κοιλότητα, συμμέτρως ἐμπεριλαμβάνουσαν τὰ κείμενα. Φράσας δὲ τῆς μόνῃ ἐκείνῃ, καὶ διακελευσάμενος, ἂν υἱὸς ἐξ αὐτῆς γένηται, καὶ, λαβὼν ἀνδρὸς ἡλικίαν, δυνατὸς ᾖ τὴν πέτραν ἀναστῆσαι, καὶ, ὑφελεῖν τὰ καταλειφθέντα, πέμπειν πρὸς αὐτὸν ἔχοντα ταῦτα, μηδενὸς εἰδότος, ἀλλ' ὡς ἔνεστι μάλιστα, λανθάνοντα πάντας, ἀπῄει. *Ille vero congreſſus (cum AEthra,) poſtquam ſe cum Pitthei filia habuiſſe rem cognoſceret, ac praegnantem exiſtimaret, reliquit ei enſem, & calceos, ſub ingenti abditos ſaxo, quod idoneam cavitatem ad recipiendum haberet. Idque huic poſtquam ſolè indicaſſet, iuſſiſſetque, quod ſi filium forte pareret, iſque adultus ſaxum tollere, & relicta auferre poſſet, eum ad ſe nullo conſcio, & ignaris, quantum fieri paſſet, omnibus, cum depoſitis amandaret, diſceſſit.* De calceis ſub ſaxo abditis, gladioque, item cingulo, ſunt Lycophronis iſti verſus in Tragoedia Caſſandra.

Πάλιν δ' ὁ πέτρας ἀσκέρας ἀνειρύσας,
Καὶ φασγάνου ζωστῆρα καὶ ξίφος πατρὸς,
Ὃ Φημίου παῖς, Σκύρος ᾧ λυγρὰς τάφους
Κρημνῶν ἔνερθεν αἰγίλιψ ῥιζωμένῳ
Πάλαι δοκεύει, τὰς ἀταρχύτους ῥιφάς.
Rurſum qui e ſaxo calceos extraxerat,
Enſiſque cingulum, & gladium patris,
Phemii nepos; cui Scyrus ſepulcrum triſte
Ardua ſub praecipitiis deturbato
Iampridem ſervat, inſepultos iactus.

Gladii Hyginus meminit; & Ellopium appellatum fuiſſe tradit in Poetico Aſtronomico. *Hegeſianax autem, Theſea dixit eſſe, qui Troezene ſaxum extollere videtur; quod exiſtimatur AEgeus ſub eo ſaxo Ellopium enſem poſuiſſe, & AEthrae Theſei matri, praedixiſſe, ne ante eum Athenas mitteret, quam ſua virtute lapide ſublato, potuiſſet gladium patri referre.* Habebat autem capulum eburnum, & in eo inſculptum quoque genus AEgei. Obſervo apud Ovidium in hac hiſtoria, Met. lib. VII.

Sumſerat ignara Theſeus data pocula dextra;
Quum pater in capulo gladii cognovit eburno
Signa ſui generis. ——

Hunc ipſum poſtea donaſſe filio Hippolyto videtur Theſeus. Indicant id verba Theſei apud Senecam in Hippolyto Tragoedia.

Quod facinus, heu me, cerno! quod monſtrum intuor!
Regale patriis aſperum ſignis ebur
Capulo refulget gentis Actaeae decus.

Diodorus Siculus, fabuloſam totam hanc hiſtoriam cenſet lib. IV. Θησεὺς τοίνυν, γεγονὼς Αἴθρας τῆς Πιτθέως, καὶ Ποσειδῶνος, τραφεὶς ἐν Τροιζῆνι, παρὰ Πιτθεῖ τῷ μητροπάτορι, καὶ τὰ μυθολογούμενα σύμβολα ἀνηρημένος, τὰ ὑπὸ Αἰγέως ὑπό τινι πέτρᾳ τεθειμένα, κατήντησεν εἰς τὰς Ἀθήνας. *Theſeus igitur natus ex AEthra, Pitthei filia, & Neptuno, ac Troezene apud Pittheum avum maternum educatus, poſtquam ſigna ſuſtuliſſet, quae ab AEgeo ſub ſaxo quodam condita fabulantur, Athenas conceſſit.*

CAP. II.

Troezene a Pittheo reverſus, Panathenaea celebrat; quibus quum Androgeus Minois filius, ſuperaſſet, ac Pallantis filiis familiaris factus eſſet, metuens, ne regno forte pelleretur, Thebas poſtea abeuntem in itinere ex inſidiis interficiendum curat. Apollodorus ea de re emendatus. Inde Minos caedem filii ulturus, bellum infert diuturnum; vix, bis ſeptem puerorum tributo indicto, compoſitum; eaque in re varie diſſentire Auctores indicatum.

TRoezene redux, quum Athenas adveniſſet, Panathenaea celebravit, in quibus quum viciſſet omnes Androgeus Minois filius, Iupiter, miſſum adverſus taurum Marathonium occidit. Apollodorus libro III. Αὐτὸς δὲ (ὁ Αἰγεὺς Τροιζήνηθεν) ἦκεν εἰς Ἀθήνας, καὶ τὸν Παναθηναίων ἀγῶνα ἐπετέλει· ἐν ᾧ ὁ Μίνωος παῖς Ἀνδρόγεως ἐνίκησε πάντας. τοῦτον ὁ Ζεὺς ἐπὶ τὸν Μαραθώνιον ἔπεμψε ταῦρον, ὑφ' ὃν διεφθάρη. *Ipſe vero (AEgeus Troezene) Athenas contendit, & Panathenaeorum certamen celebravit, in quo Androgeus Minois filius omnes ſuperavit. Eum Iupiter adverſus taurum Marathonium miſit, a quo eſt ſublatus.* Pauſanias in Atticis, ubi de hoc tauro agit. Ὡς δὲ ἐς τὸ πεδίον ἀφείθη τὸ Ἀργείων, φεύγει διὰ τοῦ Κορινθίου Ἰσθμοῦ· φεύγει δὲ ἐς γῆν τὴν Ἀττικήν, καὶ τῆς Ἀττικῆς ἐς δῆμον τῶν Μαραθωνίων· καὶ ἄλλους τε ὑπόζυγας ἐπέτυχε, καὶ Μίνω παῖδα Ἀνδρόγεων, ἀπέκτεινε. *Vt vero in Argivorum agrum actus fuit, per Iſthmum Corinthiacum fugit in Atticam, & in Atticae populum Marathonium, ubi & alios in quoſcumque inciderat, & Minois filium Androgeum interfecit.* Alii tradunt Panathenaeorum certamine victorem, poſtquam cum Pallantis filiis amicitiam contraxiſſet, metuentem ſibi AEgeum, ne auxilio eius regnum eripere conarentur, Thebas ad certamen quoddam abeuntem, ad Oenoen, Atticae populum occidiſſe. Diodorus Siculus lib. IV. Τῶν δὲ Μίνωος υἱῶν Ἀνδρόγεως μὲν, εἰς τὰς Ἀθήνας κατήντησε, Παναθηναίων συντελουμένων, Αἰγέως βασιλεύοντος. ἐν ᾧ τοῖς ἀγῶσι νικήσας τοὺς ἀθλητὰς ἅπαντας, συνήθης ἐγένετο τοῖς Πάλλαντος παισίν. ἐνταῦθα ὁ μὲν Αἰγεὺς, ὑποπλεύσας τὴν Ἀνδρόγεω φιλίαν. μήπως ὁ Μίνως, βοηθήσας τοῖς υἱοῖς τῷ Πάλλαντος, ἀφέληται τὴν ἀρχὴν, ἐπεβούλευσε τῷ Ἀνδρόγεῳ. βαδίζοντος δὲ αὐτοῦ εἰς τὰς Θήβας ἐπί τινα θεωρίαν, ἐδολοφόνησεν αὐτὸν διὰ τῶν ἐγχωρίων, περὶ Οἰνόην τῆς Ἀττικῆς. *Ex Minois filiis Androgeus quidem, regnante AEgeo, ad ſolenne feſtum Panathenaeorum profectus, concertantes omnes vicit; unde familiaritatem Pallantis filiorum conciliavit. Quam quum ſuſpectam haberet AEgeus, ne forte Minos, opem ferens Pallantis filiis, regnum eriperet, inſidias Androgeo ſtruxit. Dumque Thebas ad ſpectaculum quoddam ſacrum proficiſcitur, dolo eum interfecit, opera popularium, ad Oenoen Atticae.* Ibat autem ad certamen a Laio rege Thebarum inſtitutum. Docet id Apollodorus, ſed a mendo vindicandus. Ἔνιοι δὲ αὐτὸν λέγουσι, πορευόμενον εἰς Θή-

Digitized by Google

Θήβας ἐπὶ τὸν Λαΐου ἀγῶνα, ὡρὸς τῶν ἀγωνιςῶν ἐνεδρευθέντα διὰ φθόνον, ἀπολέσθαι. *Quidam vero dicunt illum, Thebas contendentem, ad Laii certamen, a concertatoribus per invidiam dolo interemtum esse.* Non recte editur: πορευόμενον εἰς Ἀθήνας, *contendentem Athenas*. Meminere huius caedis Virgilius AEneid. VI, Serviusque in Commentario; Lutatius ad Statii Achill. lib. II. Hyginus Fab. XLI. Ovidius Metamorphos. lib. VII. & in Epistola Ariadnae ad Theseum. Plutarchus in Theseo, aliique Auctores plures. Minos vero caede filii asperatus, bellum Athenienſibus intulit. Apollodorus. Μίνως δὲ μετ' ὀ πολὺ, θαλαττοκρατῶν, ἐπολέμησε σόλῳ τὰς Ἀθήνας. *Nec multo post Minos, qui imperium maris teneret, classe Athenis bellum intulit.* Ovidius Metamorph. VII.

Nec tamen (usque adeo nulla est sincera voluptas,
Sollicitumque aliquid laetis intervenit) AEgeus
Gaudia percepit nato secura recepto.
Bella parat Minos, qui quamquam milite, quamquam
Classe valet, patria tamen est firmissimus ira;
Androgeique necem iustis ulciscitur armis.

Idem Auctores testantur, quos citavi. Ac, quum traheretur bellum, nec proficeret quidquam Minos, Iovis patris opem implorat, obsecratque, ut is poenam exigere velit, qui quum famem pariter, pestemque illis immisisset, ipsi, ex antiquo oraculo, ad averruncanda mala, filias Hyacinthi immolant. Apollodorus. Χρονιζομένου δὲ τοῦ πολέμου, μὴ δυνάμενος (ὁ Μίνως) ἑλεῖν τὰς Ἀθήνας, εὔχεται Διὶ παρ' Ἀθηναίων λαβεῖν δίκας. γενομένου δὲ τῇ πόλει λοιμοῦ τε καὶ λιμοῦ, τὸ μὲν πρῶτον κατὰ λόγιον Ἀθηναῖοι παλαιὸν τὰς Υακίνθου κόρας κατέσφαξαν. *Quum vero bellum id diutius duraret, neque Athenas expugnare (Minos) posset, Iovem orat, ut is poenas ab Athenienſibus poscat; hinc quum pestis, atque fames simul Vrbem invasissent, primum quidem Athenienses ex antiquo quodam oraculo filias Hyacinthi immolant.* Sed quum nihil hoc iuvaret, mittunt scisscitatum oraculum de istius belli fine; ac responsum inde accipiunt, ut Minoi satisfacerent; isque per legatos iussus postulare, si quid vellet, septem puerorum corpora, totidemque puellarum Minotauro in cibum danda, exhiberi sibi petiit. Apollodorus. Ὡς δὲ οὐδὲν ὄφελος ἦν τοῦτο ἐχρῶντο περὶ ἀπαλλαγῆς, ὁ δὲ θεὸς ἀπέπεμπεν αὐτοῖς, Μίνωι διδόναι δίκας, ἃς ἂν αὐτὸς αἱρῆται. πέμψαντες οὖν πρὸς Μίνωα, ἐπέτρεπον αἰτεῖν δίκας. Μίνως δὲ, ἐκέλευσεν αὐτοῖς τεσσαρεσκαίδεκα, κόρας ἑπτὰ, καὶ κόρας τὰς ἴσας, χωρὶς ὅπλων πέμπειν τῷ Μινωταύρῳ βοράν. *Quum autem neque hoc prodesset quidquam, oraculum consuluunt, quomodo liberari possent, ac respondet ipsis deus, ut Minoi poenas darent, quas is exacturus esset. Mittunt itaque ad Minoem, & exigere poenas iubent; atque ille quatuordecim sibi pueros, septem mares, feminas totidem dari petit; & sine armis escam Minotauro mitti.* Pausanias in Atticis. Μίνως δὲ, νυκτὶν ἐς Ἀθήνας πλεύσας, ὡς γὰρ ἐπέθετο, ἀναιτίους εἶναι σφᾶς τῆς Ἀνδρόγεω τελευτῆς, ἐς τοσοῦτον ἐχώρησεν, ἐς ὁ συνεχωρήθη οἱ παρθένους ἐς Κρήτην ἑπτὰ, καὶ παῖδας ἴσους, ἄγειν τῷ λεγομένῳ Μινωταύρῳ. *Minos autem, quum haud persuaderi posset, culpa interfecti Androgei vacare Athenienses, infestam in eos classem ducit, ac divexat, quoad ipsi promisissent puellas septem, totidemque item pueros, Minotauro in Cretam abducere.* Catullus De Nuptiis Pelei.

Nam perhibent olim crudeli peste coactam
Androgeoneae poenas exsolvere caedis,
Electos iuvenes, simul & decus innuptarum,
Cecropiam solitam esse dapem dare Minotauro.

Videndus quoque Theodoretus Therapeut. lib. X. & Chrysostomus in Epistola Pauli ad Titum cap. II. Hom. V. Fusius a Diodoro Siculo haec memorantur in hunc modum libro citato. Μίνως δὲ, πυθόμενος τὴν κατὰ τὸν υἱὸν συμφορὰν, ἦκεν εἰς τὰς Ἀθήνας, δίκας αἰτῶν τοῦ Ἀνδρόγεω φόνου. ὑδενὸς δὲ αὐτῷ προσέχοντος, πρὸς μὲν Ἀθηναίους συνεχήσατο πόλεμον, ἀρὰς δὲ ἐποιήσατο τῷ Διΐ, γενέσθαι κατὰ τὴν πόλιν τῶν Ἀθηναίων αὐχμὸν, καὶ λιμόν. ταχὺ δὲ περὶ τὴν Ἀττικὴν, καὶ τὴν ἑλλάδα, γενομένων αὐχμῶν, καὶ φθαρέντων τῶν καρπῶν, συνελθόντες οἱ τῶν πόλεων ἡγεμόνες, ἐπηρώτησαν τὸν θεὸν, πῶς ἂν δύνωνται τῶν κακῶν ἀπαλλαγῆναι. ὁ δ' ἔχρησεν, ἐλθεῖν αὐτοὺς πρὸς Αἰακὸν, τὸν Διὸς καὶ Αἰγίνης, τῆς Ἀσώπου θυγατρὸς· καὶ κελεύειν, ὑπὲρ αὐτῶν εὐχὰς ποιήσασθαι. ὧν πραξάντων τὸ προσαχθὲν, ὁ μὲν Αἰακὸς ἐπετέλεσε τὰς εὐχὰς, καὶ ὁ μὲν αὐχμὸς παρὰ μὲν τοῖς ἄλλοις Ἕλλησιν ἐπαύσατο, παρὰ δὲ τοῖς Ἀθηναίοις μόνοις διέμεινεν. ὃ δὴ χάριν ἠναγκάσθησαν οἱ Ἀθηναῖοι τὸν θεὸν ἐπερωτῆσαι περὶ τῶν κακῶν ἀπαλλαγῆς. εἶθ' ὁ μὲν θεὸς ἔχρησεν, ἐὰν τοῦ Ἀνδρόγεω φόνου τῷ Μίνωι δίκας δῶσιν, ἃς ἂν ἐκεῖνος δικάζῃ. ὑπακουσάντων δὲ τῷ θεῷ τῶν Ἀθηναίων, προσέταξεν αὐτοῖς ὁ Μίνως διδόναι κόρους ἑπτὰ, καὶ τὰς ἴσας κόρας, διετῶν ἑπτὰ, βορὰν τῷ Μινωταύρῳ, εἰς ὅσον ἂν χρόνον ζῇ τὸ τέρας. δόντων δ' αὐτῶν, ἀπηλλάγησαν τῶν κακῶν οἱ κατὰ τὴν Ἀττικὴν, καὶ ὁ Μίνως πολεμῶν ἐπαύσατο τὰς Ἀθήνας. *Minos vero, cognito filii casu, Athenas venit ad exigendam de Androgei caede poenam; sed quum nihil impetraret, bello Athenienſibus indicto, Iovem precatur, ut immittat siccitatem, atque famem civitati Athenienſium. Neque mora, statim Atticam, Graeciamque universam siccitas, corruptis frugibus, infestabat qua de causa postquam principes civitatum convenissent, deum rogant, quonam pacto liberari malis possent. Ille vero, AEacum adire iubet, Iovis, & AEginae filium, Asopi nepotem, atque eum convenire, uti pro salute omnium vota faceret, qui mandata quum fecissent, perfecit quidem vota AEacus, siccitasque apud ceteros Graecos desiit, sed Athenienses tamen porro etiam premebantur; itaque, quum deum ipsi scisscitari cogerentur, quanam possent ratione malis istis liberari, responsum accipiunt, dandas esse pro Androgeo interfecto Minoi poenas, quas is exacturus foret; quumque deo morem Athenienses gererent, iussit ipsos Minos dare pueros septem, ac puellas item totidem, idque septimo quoque anno, escam Minotauro, quamdiu victurum id monstrum esset; quibus datis, liberata*

rata malis Attica universa, & a bello Minos destitit. Vbi observa, id tributum Atheniensibus a Minoe in septimum quemque annum impositum; ac, quamdiu Minotaurus supereſſet. Et de septimo quidem anno clare indicat idem iterum in sequentibus statim verbis. Διελθόντων δὲ τῶν ἐτῶν ἑπτὰ, πάλιν ὁ Μίνως ἦλθεν εἰς τὴν Ἀττικὴν μετὰ μεγάλου στόλου, καὶ τοὺς δὶς ἑπτὰ κούρους ἀπαιτήσας, ἔλαβε. *Elapsis vero septem annis, rediit in Atticam Minos cum magna classe, & petitos pueros bis septem accepit*. Apollodorus singulis annis dari debuisse tradit. Καὶ τὸν Λαβύρινθον κατεσκεύασεν, εἰς ὃν κατὰ ἔτος Ἀθηναῖοι κούρους ἑπτὰ, καὶ κόρας τὰς ἴσας, τῷ Μινωταύρῳ βορὰν ἔπεμπον. *Ac Labyrinthum construxit, ad quem quotannis Athenienses pueros septem, ac totidem puellas escam Minotauro mittebant*. Virgilius AEneid. VI.

In foribus lethum Androgeo, tum pendere poenas
Cecropidae iussi, miserum, septena quotannis
Corpora natorum; stat ductis sortibus urna.

Vbi Servius. *Androgeus quum esset athleta fortissimus, & superaret in agonibus cunctos, apud Athenas ab Athenienſibus, & vicinis Megarenſibus coniuratis occisus est. Quod Minos dolens, collectis manibus bella commovit; &, victis Athenienſibus, hanc poenam imposuit, ut singulis quibusque annis septem de filiis suis edendos Minotauro mitterent*. Quae transscripsit totidem verbis Lutatius ad Achil. lib. I. Plutarchus vero nono quoque anno factum esse refert in Vita Theſei, ubi de hoc bello agit. Ἐποιήσαντο συνθήκας, ὥστε πέμπειν δι' ἐννέα ἐτῶν δασμὸν, ἡιθέους ἑπτὰ, καὶ παρθένους τοσαύτας. *Foedus fecerunt, ut mitterent tributum nono quoque anno septem pueros, totidemque item virgines*. Et confirmat idem Ovidius Metamorphoſ. lib. VIII.

Quo postquam geminam tauri, iuvenisque figuram
Clausit, & Actaeo bis pastum sanguine monstrum,
Tertia sors annis domuit repetita novenis.

En auctorum hic dissidium, quod obscuram nobis veritatem facit, in quo id consensu tamen plurimorum ádfirmatur, quum pendendum tertium tributum foret, liberatam eo malo urbem esse insigni Theſei beneficio. Ovidius in citatis verbis.

Tertia sors annis domuit repetita novenis.

Ὀλίγῳ δὲ ὕστερον ἦκον ἐκ Κρήτης, τὸ τρίτον οἱ τὸν δασμὸν ἀπάξοντες. *Paulo post venere ex Creta, qui tertium tributum accepturi erant*. Et poſtea. Ἐπεὶ δ' ἓν καθῆκεν ὁ χρόνος τῷ τρίτῳ δασμῷ, καὶ παρέχειν ἔδει τοὺς πατέρας ἐπὶ τὸν κλῆρον, οἷς ἦσαν ἡίθεοι παῖδες, αὖθις ἀνεφύοντο τῷ Αἰγεῖ διαβολαί. *Vt ergo tempus tertii tributi adfuit, & exhibere in sortem oportuit patres, quibus liberi impuberes essent, exortae rursum calumniae in AEgeum*. Servius loco citato. *Sed tertio anno AEgei filius Theſeus missus est, potens tam virtute, quam forma*. Iisdem verbis & Lutatius. Sed dissentit etiam hic Diodorus; ac tributo semel tantum persoluto, quum pendendum iterum foret, tum a Theſeo liberatam urbem esse. Διελθόντων δὲ ἐτῶν ἑπτὰ (nam septimo quoque anno id pendendum dixerat) Πάλιν ὁ Μίνως ἦλθεν εἰς τὴν Ἀττικὴν μετὰ μεγάλου στόλου, καὶ τοὺς δὶς ἑπτὰ κούρους ἀπαιτήσας, ἔλαβε. μελλόντων δὲ ἐκπλεῖν ἤ περὶ Θησέα, &c. *Elapsis iam annis septem, iterum Minos magnam classem adducit, & petitos pueros bis septem accepit. Theſeo vero una cum suis abituro*, &c. Denique in ea quoque Hiſtoriae huius parte Auctores inter seſe non conveniunt; quod nonnulli sorte lectos, & Minoi missos dicant; alii rursum ipsum hos Minoem Athenas postulatum accessisse. Plutarchus. Ἑλλάνικος δέ φησιν, ὑ τοὺς λαχόντας ἀπὸ κλήρου, καὶ τὰς λαχούσας, ἐκπέμπειν τὴν πόλιν, αὐτὸν δὲ τὸν Μίνω παραγινόμενον ἐκλέγεσθαι. *Hellanicus refert, non sorte ductos pueros, puellasve misisse civitatem, sed Minoem illuc profectum elegisse*. Ac Minoem quidem Athenas veniſse, atque ipsum petiisse, tradit item Diodorus in citatis statim verbis. Contra, qui sorte missos dicerent, hos sequutus est Virgilius istis verbis iam citatis.

——— *stat ductis sortibus urna*.

Et Ovidius.

Tertia sors annis domuit repetita novenis.

Quomodo autem id tributum mox a Theſeo sublatum, per quod bellum hoc compositum, explico in Vita Theſei, quam seorsim elucubravi.

CAP. III.

Lycum fratrem Vrbe eiicit, & a Pallantis fratris filiis bello petitur. Tum & Peteum expellit; & tribunal item statuit, ἐπὶ Δελφινίῳ dictum, ubi etiam habitavit. Mercurius, ad Aegei portam *adpellatus. Taurum Marathonium a Theſeo superatum, & in Vrbem abductum Apollini mactat; quamquam alii sint auctores, id a Theſeo factum esse.*

DVrante autem eo bello, ut videtur, Lycum fratrem urbe eiecit, ne cum hoste clam consilia agitaret. Pausanias in Messeniacis. Ἀφίκετο δ' ἐς τὴν Ἀρήνην καὶ Λύκος ὁ Πανδίονος, ὅτε καὶ αὐτὸς τὸν ἀδελφὸν Αἰγέα ἐξ Ἀθηνῶν ἔφευγε. *Venit autem Arenen etiam Lycus, Pandionis filius, quo tempore & ipse Aegei fratris sui metu Athenis profugit*. Herodotus lib. I. Ἐξ Ἀθηναίων Λύκος ὁ Πανδίονος, ἐξελαθεὶς καὶ οὗτος ὑπὸ τοῦ ἀδελφοῦ Αἰγέως, ἀφίκετο ἐς τοὺς Τερμίλας παρὰ Σαρπηδόνα. *Lycus, Pandionis filius, Athenis & ipse a fratre Aegeo eiectus, Termitas venit ad Sarpedonem*. Meminitque eiecti Lyci, etsi non ab Aegeo id factum dicat, etiam Eustathius ad Iliad. lib. II. Nisi quispiam, quod est magis vero simile, factum putet quum Pallantidae, post adventum Theſei in Vrbem indignati, eo regni successore declarato, se spe tanta decidisse, bellum ei intulerunt. Hic Pallantidarum motus memoratur a Plutarcho in Vita Theſei. Οἱ δὲ Παλλαντίδαι, πρότερον μὲν ἤλπιζον αὐτοὶ τὴν βασιλείαν καθέξειν, Αἰγέως ἀτέκνου τελευτήσαντος ἐπεὶ ὁ Θησεὺς ἀπεδείχ-

Digitized by Google

δείχθη διάδοχος, χαλεπῶς φέροντες, ἐὰ βασιλεύει μὲν Αἰγεὺς, γέτος γενόμενος Πανδίονι, καὶ μηδὲν Ἐρεχθέως παις προσήκων, βασιλεύει δ' ὁ Θησεὺς πάλιν, ἔπτηλυς ὢν, καὶ ξένος, εἰς πόλεμον καθίσαντο. *Pallantidae vero antea quidem sperabant, quando Aegeus sine liberis discessit, regnum sibi obventurum; verum, Theseo successore declarato, aegre admodum ferentes, Aegeum tenere regnum a Pandione adoptatum, neque quidquam Erechtheidas contingentem; ac deinceps regnaturum quoque Theseum, advenam, & peregrinum, bellum moverunt.* Meminitque huius belli, & Euripidis Scholiastes ad Hippolytum; ac nos pluribus seorsim in Vita Thesei explicamus. Eiecit vero item Peteum, Ornei filium. Pausanias in Phocicis. Οἱ δὲ ἐνταῦθα φασὶν ὁ Φωκεῖς, Ἀθηναῖοι δὲ εἶναι τὰ ἄνωθεν, καὶ ἐκ τῆς Ἀττικῆς ὁμοῦ Πετεῶ τῷ Ὀρνέως ἀφικέσθαι, διωχθέντι ὑπὸ Αἰγέως ἐξ Ἀθηνῶν. *Qui eos incolunt fines, non Phocenses sese esse, sed Athenienses dicunt; & cum Petei, Ornei filio, ab Aegeo Athenis eiecto, huc venisse.* Etiam tribunal statuit, ἐπὶ Δελφινίῳ dictum. Pollux lib. VIII. cap. x. Τὸ ἐπὶ Δελφινίῳ (δικαστήριον) ἱδρύθη ὑπὸ τοῦ Αἰγέως. *Quod in Delphinio (tribunal) constitutum est ab Aegeo.* Nempe illic habitabat; unde & Mercurii signum, ante templi, quod hic erat, partem orientalem positum, Ἑρμῆς ἐπ' Αἰγέως πύλαις, *Mercurius ad Aegei portam*, dicebatur; effusumque illic poculum cum veneno, quod Medeae suasu Aegeus Theseo advenae propinaverat. Plutarchus in Vita Thesei. Λέγεται δὲ, τῆς κύλικος πεζήσης, ἐκχυθῆναι τὸ φάρμακον, ὅπου νῦν ἐν Δελφινίῳ τὸ περίφρακτόν ἐστιν. ἐνταῦθα γὰρ ὤκει. καὶ τὸν Ἑρμῆν, τὸν πρὸς ἕω τοῦ ἱεροῦ, καλοῦσιν ἐπ' Αἰγέως πύλως. *Fertur vero, lapso calice, effusum fuisse venenum, ubi nunc in Delphinio septum exstat; ibi enim Aegeus habitabat; & Mercurium, qui ad fani orientem est, nuncupant,* Ad Aegei Portam. Taurum quoque Marathonium quum in potestatem Theseus redegisset, Apollini immolavit. Diodorus Siculus lib. IV. Μετὰ δὲ ταῦτα (ὁ Θησεὺς) τὸν ἐν Μαραθῶνι ταῦρον, ὃν Ἡρακλῆς τελῶν ἆθλον, ἐκ Κρήτης ἀπήγαγεν εἰς Πελοπόννησον, συμπλακεὶς, καὶ κρατήσας τοῦ ζώου, κατήγαγεν εἰς τὰς Ἀθήνας. τοῦτον δ' Αἰγεὺς παραλαβὼν, ἔθυσεν Ἀπόλλωνι, *Post haec (Theseus) taurum Marathonium, quem Hercules peculiari quondam certamine e Creta in Peloponnesum transtulerat, congressus superavit; ac reductam in potestatem feram Athenas perduxit. Aegeus vero eam acceptam Apollini immolavit.* Quamquam id a Theseo victore factum Plutarchus dicat in eius Vita. Ὁ δὲ Θησεὺς, ἐνεργὸς εἶναι βουλόμενος, ἅμα δὲ καὶ δημαγωγῶν, ἐξῆλθεν ἐπὶ τὸν Μαραθώνιον ταῦρον, ὃν ὀλίγα πράγματα τοῖς οἰκοῦσι τὴν τετράπολιν παρέχοντα, καὶ χειρωσάμενος, ἐπεδείξατο ζῶντα, διὰ τοῦ ἄστεος ἐλάζας· εἶτα τῷ Ἀπόλλωνι τῷ Δελφινίῳ κατέθυσεν (a). *Theseus autem, in opere aliquo esse cupiens, gratiamque populi captans, egressus est contra Marathonium taurum, non parum negotii facessentem iis omnibus, qui Tetrapolin habitabant; eumque superatum, vivum exhibuit, per Vrbem agitans; inde etiam Delphinio Apollini immolavit.*

(a) Vide *Lib. De Popul. Attic.* in Μαραθών.

CAP. IV.

Quamdiu regnaverit. Quo modo, & qua de causa interierit. Aegaeo mari nomen dedit. Monumentum eius heroicum, & oraculum; tum delubrum, atque sacra a filio Theseo instituta; & sacerdotes e Phytalidis. Tribus ab eo Aegeis dicta; & qui populi sub ista. Vxores variae; Melita, sive Meta, Hopletis, Chalciope, Rhexenoris filia. Aethra item, & Medea. Quibus additur a nonnullis Autochtha, Persei filia. Filii, ex Aethra, Theseus; ex Medea autem, Medus, a quo Mediam adpellatam, qui blandiri Atheniensibus cupiebant, confinxere. Alius etiam Achaemenes, sed matre incerta. Filia etiam Ambracia; itidem incerta matre.

VIta excessit anno regni XLVIII. Eusebius. Ἀθηναίων ἐβασίλευσεν ἔνναι καὶ Αἰγεὺς ἔτη τεσσαράκοντα ὀκτώ. Hieronymus. *Athenienssibus regnavit nonus Aegeus, Pandionis filius annos* XLVIII. Ac consentiunt Marianus, & Vincentius Bellovacensis. Mortis autem modum, atque causam ita tradunt. Quum in Cretam ad occidendum Minotaurum, & Athenas a tributo adeo tristi liberandas Theseus iret nigro velo, uti solitis, in lugubris eius rei testimonium, album Aegeus tunc addebat; cum mandato, uti Theseus, si victoriam, cuius spem certissimam fecerat, reportaret, id in reditu expanderet; quo indicio rem feliciter gestam sciret, id quandoquidem neglectum, ob moerorem raptae a Baccho Ariadnae, Aegeus velum nigrum videns, quum devictum Theseum a Minotauro, & occisum existimaret, nimio dolore animi se praecipitem ex arce, in quam speculatum adscenderat, in subiectum mare deiicit. Diodorus Siculus lib. IV. Μελλόντων δὲ ἐκπλεῖν τῶν περὶ τὸν Θησέα, ὁ Αἰγεὺς συνέβετο πρὸς τὸν κυβερνήτην, καὶ προσέταξεν αὐτῷ, ἐὰν μὲν ὁ Θησεὺς νικήσῃ τὸν Μινώταυρον, καταπλεῖν αὐτοὺς λευκοῖς ἱστίοις· ἐὰν δὲ ἀπόληται, μέλασι, καθάπερ καὶ πρότερον ποιεῖν ἐώρτασαν. Et paulo post. Τοὺς δὲ περὶ τὸν Θησέα φασὶ, διὰ τὴν ἁρπαγὴν τῆς κόρης (τῆς Ἀριάδνης) δυσφορεῖν ἰσχυρῶς, καὶ διὰ τὴν λύπην ἐπιλαθομένους τῆς Αἰγέως παραγγελίας, τοῖς μέλασιν ἱστίοις εἰς τὴν Ἀττικήν. Αἰγέα δὲ θεασάμενον τὸν καταπλοῦν, καὶ δόξαντα τεθνηκέναι τὸν, υἱὸν, ἠρωϊκὴν ἅμα πρᾶξιν, καὶ συμφορὰν, ἐπιτελέσασθαι· ἀναβάντα γὰρ εἰς τὴν ἀκρόπολιν, καὶ διὰ τὴν ὑπερβολὴν τῆς λύπης, προσκόψαντα τῷ ζῆν, ἑαυτὸν καταμνῆσαι. *Theseo vero tum una cum suis abituro, Aegeus cum his mandatis gubernatorem dimisit, ut si Theseus Minotaurum vicisset, velis albis; si vero succubuisset, nigris, sicut antea factum, uteretur.* Et mox. *Theseum vero, quique cum illo erant, aiunt aegre admodum ferentes puellae (Ariadnae) raptum, Aegei mandatorum oblitos, velis nigris in Atticam reversos esse. Aegeum vero id videntem, atque filium periisse existimantem, heroicum simul, & calamitosum facinus edidisse; etenim conscensa arce, quum moe-*

moeroris impotentia vitam ſibi acerbam duceret, ſe praecipitem deiecisſe. Pauſanias in Atticis. Ἀνήγετο μὲν γὰρ ἡ ναῦς μέλασιν ἱστίοις, ἡ τοὺς παῖδας φέρουσα ἐς Κρήτην. Θησεὺς δ', ἔπλει γὰρ τόλμης τι ἔχων, ἐς τὸν Μίνω καλούμενον ταῦρον, πρὸς τὸν πατέρα εἶπε, χρήσεσθαι τοῖς ἱστίοις λευκοῖς, ἢν ὀπίσω πλέῃ τὸν ταύρου κρατήσας. Τούτων λήθων ἔσχεν, Ἀριάδνην ἀφηρημένος. ἐνταῦθα Αἰγεὺς, ὡς εἶδεν, ἱστίοις μέλασι τὴν ναῦν κομιζομένην, οἷα τὰ παῖδα τεθνάναι δοκῶν, ἀφεὶς αὑτὸν, διεφθάρεται. *Navis quidem, qua in Cretam pueri deportabantur, nigris velis ferebatur: Theſeus vero cum fiducia nonnulla ad Minotaurum, quem vocabant, proficiſcens, Patri dixit, albis ſe uſurum velis, poſtquam taurum ſuperaſſet; quod quum ipſe oblitus eſset, ob ereptam Ariadnen, Aegeus, nigra vela videns, & occiſum filium putans, ſe praecipitem deiiciens, vitam finit*. Plutarchus ait, non maerore, propter raptam Ariadnen, ſed laetitia ob victoriam, Aegei mandatorum oblitos. Πρότερον μὲν οὖν, ὀλιγωρίας σωτηρίας ἐλπὶς ὑπέκειτο· διὸ καὶ μέλαν ἱστίον ἔχουσαν, ὡς ἐπὶ συμφορᾷ προσφέρων, τὴν ναῦν ἔπεμπον. τότε δὲ τῷ Θησέως τὸν πατέρα θαρρύνοντι, καὶ μεγαληγοροῦντι, ὡς χειρώσεται τὸν Μινώταυρον, ἔδωκεν ἕτερον ἱστίον λευκὸν τῷ κυβερνήτῃ· κελεύσας, ὑποστρέφουσα ζοζωμένην τῷ Θησέως, ἐπάραθαι τὸ λευκόν· εἰ δὲ μὴ, τῷ μέλανι πλεῖν, καὶ ἀποσημαίνειν τὸ πάθος. Et poſtea. Τῇ δὲ Ἀττικῇ προσφερομένων, ἐκλαθέσθαι μὲν αὐτὸν, ἐκλαθέσθαι δὲ τὸν κυβερνήτην, ὑπὸ χαρᾶς, ἐπάραθαι τὸ λευκὸν ἱστίον, ᾧ τὴν σωτηρίαν αὐτῶν ἔδει γνώριμον τῷ Αἰγεῖ γενέσθαι. τὸν δὲ, ἀπογνόντα, ῥίψαι καθ' ἑαυτὸν ἀπὸ τῆς πέτρας, & διαφθαρῆναι. *Antea quidem nulla ſpes ſalutis erat; itaque mittebant navem, velum nigrum habentem, ceu pernicies certa foret; at tunc quum parentem Theſeus confirmaret, & expugnaturum ſeſe Minotaurum iactitaret, alterum gubernatori velum album Aegeus addit; praecipitque, ſi rediret, ſalvo Theſeo, uti eo uteretur: quod ſi contra eveniret, nigrum expandens, cladis ſignum exhiberet*. Ac deinde. *At iam Atticae propinqui, quum oblitus eſset Theſeus, eſſet etiam gubernator, prae laetitia, velum expandere, quod ſalutis ſuae ſignum Aegeo eſſe debuiſſet, animum deſpondens Aegeus, ſe de rupe dat praecipitem, interitque*. Aliter rurſum narrat Suidas. Θησεὺς, ὁ Αἰγέως υἱὸς, βασιλέως τῆς Ἀττικῆς, βασιλεύει Κρητῶν, καὶ διώκει τὸν Μινώταυρον ἐκ τῆς Λαβυρίνθου χώρας, καὶ κρυπτόμενον αὐτὸν ἐν ζπηλαίῳ ἀνεῖλε, καὶ λαμβάνει τὴν Ἀριάδνην γυναῖκα, τὴν ἀπὸ τοῦ Μίνω τεχθεῖσαν Πασιφάη, καὶ ἔτω κραλεῖ τῆς Κρήτης. εἶτα ᾔτησεν ἀτελεῖαν πρὸς τὸν ἑαυτοῦ πατέρα τὸν Αἰγέα, καὶ τὴν ἑαυτοῦ νίκλιν κατὰ τοῦ Μινωταύρου ἀπαγγεῖλαι. ὡς ἂν ἔπλει ἐπὶ τὴν Ἀττικὴν χώραν, προλαβών τις τῶν διὰ θαλάσσης πορευομένων, ἐψεύσατο τὸν τότε πατέρα, ἐρήκως αὐτῷ, ὅτι παρέδησαν οἱ Κρῆτες τὸν Θησέα. ἔχουσι γὰρ καὶ ψευδομένων ὑπολήψεις. καὶ προδεδώκασι τῷ Μίνωϊ τοῦτον εἰς θυσίαν. πιστεύσας δὲ ὁ Αἰγεὺς, καὶ κατολιγωρήσας ἔρριψεν ἑαυτὸν ἀπὸ τῆς ἀκροπόλεως εἰς τὴν θάλασσαν, καὶ ἀπεπνίγη. διόπερ ἐκεῖνο τὸ πέλαγος, μέχρι τῆς σήμερον, Αἰγαῖον ἐκλήθη. *Theſeus filius Aegei, regis Atticae, Cretenſium regno potitus eſt; & Minotaurum ex Labyrinthi regione expulit, eumque in ſpelunca latentem interfecit*.

Et uxorem duxit Ariadnam, Minois, & Paſiphaae filiam; atque ſic potitus eſt Creta. Deinde voluit redire ad patrem Aegeum, atque huic victoriam de Minotauro nuntiare. Itaque quum Atticam peteret, quidam eorum, qui per mare iter habebant, antevertens, falſo patri eius retulit, per vim ſublatum a Cretenſibus eſſe Theſeum (ut mendaces illi vulgo exiſtimantur) ac Minoi proditum ad immolandum. Quod quum Aegeus verum crederet, non vivendum ſibi ultra arbitratus, ſeipſum de promontorio in mare deiecit, atque ſubfocatus periit, qua de cauſa in hodiernum uſque diem mare id Aegeum dictum eſt. Videndus quoque Cedrenus, & Servius ad Aeneid. lib. III. Alii non album ab Aegeo velum datum, quod victoriae ſignum eſſet, ſed puniceum, commemorant. Plutarchus, in Vita Theſei. Ὁ δὲ Σιμωνίδης, μὴ λευκὸν φησιν εἶναι τὸ δοθὲν ὑπὸ τοῦ Αἰγέως, ἀλλὰ φοινίκεον ἱστίον, ὑγρῷ πεφυρμένον πρινὸς ἄνθει ἐριθάλλου. καὶ τοῦτο τῆς ζωτηρίας αὐτῶν ποιήσαθαι σημεῖον. *Simonides vero negat datum velum candidum ab Aegeo, ſed puniceum, ilicis eximie vireſcentis flore liquido tinctum; atque id ſalutis ſignum voluiſſe*. De fallaci autem velo, & decepto per hoc Aegeo ſunt Lucani iſti verſus lib. II.

Vrbs eſt, Dictaeis olim poſſeſſa colonis:
Quos Creta profugos vexere per aequora puppes
Cecropiae, victum mentitis Theſea velis.

Deſiliiſſe autem in mare AEgeus fertur ad veſtibuli arcis dextram, iuxta ſacellum Victoriae alis carentis. Pauſanias in Atticis in deſcriptione arcis. Τῶν δὲ προπυλαίων ἐν δεξιᾷ, Νίκης ἐστὶν ἄπτερος ναός. ἐντεῦθεν ἡ θάλασσά ἐστι σύνοπτος· καὶ ταύτῃ ῥίψας Αἰγεὺς ἑαυτὸν, ὡς λέγουσιν, ἐτελεύτησεν. *Ad veſtibuli dexteram Victoriae alis carentis ſacellum eſt. Hinc in mare eſt proſpectus; atque hic praecipitaſſe ſeſe AEgeus memoratur*. Atque ex hoc AEgei facto mare id deinde AEgeum adpellatum eſt. Suidas in citatis verbis. Διόπερ ἐκεῖνο τὸ πέλαγος, μέχρι τῆς σήμερον, Αἰγαῖον ἐκλήθη. *Qua de cauſa in hodiernum uſque diem mare id AEgeum dictum eſt*. Etymologici Auctor. Καὶ τὸ πέλαγος Αἰγαῖον ἐκλήθη ἀπ' Αἰγέως, τοῦ πατρὸς Θησέως, κατακρημνίσαντος ἑαυτὸν ἀπὸ τῆς ἀκροπόλεως εἰς τὴν θάλασσαν. *Et mare AEgaeum adpellatum eſt ab AEgeo, Theſei patre, qui ab arce ſe in mare praecipitavit*. Ac reſpexit huc Lactantius lib. I. cap. XI. *Sic maria eorum traxiſſe nomina accepimus, qui deciderant in ea; ut AEgaeum, Icarium, Helleſponticum*. Meminit etiam Cedrenus, item Servius ad AEneid. lib. III. Poſt mortem tumulum ei heroicum exſtruxere Athenienſes; ubi oracula quoque reddidit. Harpocration. Αἰγεῖον, τοῦ Αἰγέως μαντεῖον. Δείναρχος ἐν τῷ κατὰ Πολυεύκτου. καὶ Αἰγέως ἡρῷον, ἐν Ἀθήναις. *AEgeum, AEgei oraculum. Meminit eius Dinarchus in Oratione adverſus Polyeuctum. Item AEgei monumentum heroicum, quod erat Athenis*. Quae totidem pene verbis Suidas in Αἰγεῖον. Ac heroici monumenti etiam Pauſanias meminit in Atticis. Αἰγεὺς, ὡς εἶδεν ἱστίοις μέλασι, τὴ ναῦν κομιζομένην, οἷα τὸν παῖδα τεθνάναι δοκῶν, ἀφεὶς αὐτὸν,

Digitized by Google

τὸν, διαφθείρεται. ᾗ οἱ παρὰ Ἀθηναίοις ἔτι καλούμενον ἡρῶον Αἰγέως. *AEgeus, ut vidit velis nigris navem advehi, quod sic interpretabatur, tamquam periisset filius, se praecipitans, vitam finit. Estque ei monumentum apud Athenienses structum, quod heroum AEgei vocant.* Delubrum quoque ei a Theseo est erectum; qui & illis familiis, quae tributum impenderant, quod iam liberatae essent, imperavit, ut ad sacra facienda sumtus darent; ac constituit sacerdotes e Phytalidis. Vide Theseum nostrum extremo cap. VII. Hoc honori eius etiam datum fuit, uti tribus quaedam AEgeis de ipsius nomine adpellaretur. Harpocration. Αἰγηὶς φυλὴ, ὠνομάσθη ἀπὸ Αἰγέως, τοῦ Πανδίονος. *AEgeis tribus nuncupata est ab AEgeo, Pandionis filio.* Suidas. Ἔστι δὲ Αἰγηὶς φυλὴ, ἀπὸ Αἰγέως, τοῦ Πανδίονος. *Est vero AEgeis tribus ab AEgeo, Pandionis filio.* Et occurrit eius mentio saepe apud Oratores. Populi vero sub ea isti censebantur, Ἀραφὴν, Βατὴ, Γαργηττὸς, Διομειὰ, Ἐρεχθειὰ, Ἐρικειὰ, Ἰκαριὰ, Γωνίδαι, Κυδαντίδαι, Πλωθειὰ, Τίθρας, Φηγαιὰ, Φυλαίδαι, Χολλίδαι; ut ostendo in libro meo De Populis Atticae. Vxores autem habuisse plures traditur. Athenaeus lib. XIII. Πολυγύναιος δὲ ἐγένετο ᾗ Αἰγεύς. πρῶτον μὲν γὰρ, ἔγημε τὴ Ὀπλητος θυγατέρα· μεθ' ἣν, τὴ Χαλκώδοντος μίαν. παραδὺς δ' ἀμφοτέρας φίλοις, συνῆν πολλαῖς χωρὶς γάμων. ἔπειτα τὴ Πιτθέως ἔλαβεν Αἴθραν. μεθ' ἣν, Μήδειαν. *Habuit & uxores multas Aegeus; ac primo quidem filiam Hopletis duxit; post hanc, unam Chalcodontis filiarum; quas amicis quum habendas tradidisset, rem cum multis aliis habuit extra nuptias; inde Aethram, Pittbei filiam, sibi adscivit: rursum post illam, Medeam.* Eustathius ad Iliad. ω. Πολυγύναιος παραδέδοται ᾗ ὁ παλαιὸς Αἰγεύς· τήν τε τοῦ Ὀπλητος θυγατέρα σχὼν, ᾗ τῶν τοῦ Χαλκώδοντος, γάμῳ νόμῳ· πολλαῖς δὲ καὶ ἄλλαις χωρὶς γάμων συνῆν. Αἴθράν τε γὰρ μεθ' αὑτὰς ἔλαβεν, εἶτα Μήδειαν. *Multas quoque uxores habuisse proditur antiquus Aegeus; nempe filiam Hopletis, uti etiam Chalcodontis; idque lege matrimonii, sed consuevit & cum aliis extra nuptias; nam post illas Aethram sumsit, & Medeam.* Scholiastes Euripidis ad Medeam duas has priores nominat, quarum nomina reticentur Athenaeo; ac Hopletis quidem filiam, Melitam dicit adpellatam: Chalcodontis vero, Chalciopen: tum & AEthra praetermissa, tertiam Medeam ponit. Πρώτην (ὁ Αἰγεὺς) ἔσχε Μελίτην, τὴ Ὀπλητος· δευτέραν Χαλκιόπην, τὴν Χαλκώδοντος· τρίτην, τὴν Μήδειαν. *Primam (AEgeus) habuit Melitam, Hopletis filiam; alteram vero Chalciopem, Chalcodontis; tertiam autem, Medeam.* Apollodorus primam Hopletis Metam adpellatam tradit: alteram, Chalciopen quidem item nominat, sed Rhexenorem ei patrem tribuit, non Chalcodontem. Γαμεῖ δὲ (ὁ Αἰγεὺς) πρῶτον μὲν, Μήταν, τὴν Ὀπλητος· δευτέραν δὲ, Χαλκιόπην, τὴν Ῥηξήνορος. *Ac ducit (AEgeus) primam uxorem, Metam, Hopletis filiam; at secundam, Chalciopen, Rhexenoris.* Eodem modo Isacius Tzetzes ad Lycophronem, qui his tertiam addit, Autochthen, Persei filiam. Αἰγεὺς, ὁ Πανδίονος υἱὸς, βασιλεύων Ἀθηναίων, γαμεῖ πρῶτον Μήταν, τὴν Ὀπλητος· δεύτερον Χαλκιόπην, τὴν Ῥηξήνορος. ὡς δ' ἀλλαχοῦ εὗρον, μίαν ἔσχε γυναῖκα, Αὐτόχθονα, τὴ Περσέως. *AEgeus, Pandionis filius, rex Athenarum, uxorem primum ducit Metam, Hopletis filiam; inde Chalciopen, Rhexenoris: ut autem alibi inveni, unam quoque uxorem habuit, Autochthen, Perſei filiam.* Meminitque eius item Ioannes Tzetzes; aitque, filias etiam ex ea suscepisse, quas non nominat. Ita enim scribit Chil. v. Cap. XIX.

Αἰγέως, ᾗ Αὐτόχθης ἢ, γίνονται θυγατέρες.
Ex AEgeo vero, & Autochtha nascuntur filiae.

Ex prioribus duabus, Meta nempe, & Chalciopa, liberos plane nullos sustulit; itaque Delphos ad oraculum est profectus, id de prole consulturus. Subiungit en Apollodorus, postquam duplex eius istud matrimonium memoravit. Ὡς δὲ οὐκ ἐγένετο παῖς αὐτῷ δεδοικὼς τοὺς ἀδελφοὺς, εἰς Πυθίαν ἦλθε, καὶ περὶ παίδων γονῆς ἐμαντεύετο. *Postquam autem nulla ipsi proles esset, metuens fratres, ad Pythiam abiit, hanc de liberis acquirendis consulturus.* Et responso ab hoc accepto, dum in reditu apud Pittheum divertit, AEthram ibi, eius filiam, ipso illi collocante, gravidam facit: moxque ipsi Theseus nascitur, regni heres. Ipsa de se AEthra loquitur apud Quintum Smyrnaeum lib. XIII.

——— ἕνεκα Πιτθεὺς
Γείνατο μ' ἐν Τροιζῆνι· γάμῳ δ' ἐδνώσατο δῖος
Αἰγεὺς· ἐκ δ' ἄρ' ἐμοῖο κλυτὸς πάϊς ἔπλετο
Θησεύς·

——— *etenim Pittheus*
Genuit me Troezene; duxit vero uxorem divinus
AEgeus: & ex me natus est inclutus filius Theseus.

Et nos hoc supra cap. I. rem hanc fuse pertractavimus. Tum & in hoc ipso itinere, item reditu, dum Corinthum urbem transit, illic in Medeam incidit; ubi eam de Iasonis perfidia conquerentem, blande Athenas invitat; quo & ipsa post sublatum mox Creontem, atque filiam eius Glaucen, liberosque quum veniisset, uxor etiam adsciscitur, atque filium Medum parit. Priora illa, nempe invitationem, ut Athenas se reciperet, Euripides refert in Tragoedia Medea, matrimonium, filiumque ex eo Medum plures tradunt. Hyginus Fab. XXVI. *Medea Corintho exul, Athenas ad AEgeum, Pandionis filium, devenit in hospitium, eique nupsit. Ex eo natus est Medus.* Iustinus lib. II. *Medea propter adultam privigni aetatem, Colchos cum Medo filio, ex AEgeo suscepto, concessit.* Meminere & Diodorus Siculus lib. IV. Seneca, Hippolyto; & Euripidis Scholiastes ad Medeam. Quidam etiam tradiderunt, ab hoc AEgei ex Medea filio Medo adpellatum esse Mediam; sed confictum hoc ab illis, qui blandiri Atheniensibus cupiebant, scribit idem Diodorus loco citato. Invenio etiam Achaemenem; sed incertum e qua matre; a quo Achaemenia dicta, Persidis pars. Stephanus. Ἀχαιμε-

Digitized by Google

μμύα, ἡ Περσικὴ μοῖρα. ἀπὸ Α'χαιμένους, υἱῦ Αἰγύπτου. *Achaemenia, pars Perſidis; ab Achaemene, filio AEgei.* Filia quoque eius memoratur, Ambracia; itidem ex incerta matre; a qua nominata Ambracia, urbs Theſprotiae. Idem Stephanus. Α'μβρακία, πόλις Θεσπρωτίας. ἀπὸ Α'μβρακίας, τ' Αἰγέως θυγατέρος. *Ambracia, urbs Theſprotiae; ab Ambracia, AEgei filia.* Succeſſit autem ei Theſeus; quem ex AEthra natum dixi. Huius res Plutarchus refert in maioribus Parallelis; ego vero, ut regi Athenarum maximo aliquid item ipſe conferrem, eas libro ſingulari pertractavi.

CAP. V.

Meneſtheus Theſeo ſuccedit; inter Helenae procos. De eius genere controverſia. Diodori Siculi error. Chironis diſcipulus. Rei militaris peritia excellit, primuſque ordinare aciem inſtituit. Alcidamantis error. Scylletium coloniam ducit. Elaeam condit. In Troianos arma capit cum ceteris Graecis, qui ad ipſum convenere. Quot naves ad id bellum inſtruxerit; atque unde oram ſolverit. Hygini locus emendatus. Cum heroibus equo Durio ſe includit. Rediens in Melo inſula diem obit. Troia quando capta fuerit; ac diſſidium hic Auctorum. Quamdiu regnaverit; & Auctores illic quoque diſſidere indicatum.

DEpulſo Theſeo, ut ſeorſim in Vita eius, libro a me ſingulari pertractata indicavi, regnum occupat Meneſtheus, Petei filius, ut conſenſu Auctores tradunt. Homerus Iliad. β'.

Τῶν αὖθ' ἡγεμόνευ' υἱὸς Πετεῶο Μενεσθεύς.
His rurſus praeerat filius Petei Meneſtheus.

Iterum Iliad. μ'.

Τὼς ὃ ἰδὼν ῥίγησ' υἱὸς Πετεῶο Μενεσθεύς.
Hos autem conſpicatus horruit filius Petei Meneſtheus.

Ariſtoteles, ſi is auctor, in Heroum Epitaphiis.

Ταξίλοχ' λαῶν, υἱὸς Πετεῶο Μενεσθεύς.
Ordinator militum, filius Petei Meneſtheus.

Apollodorus lib. III. ubi de Helenae procis agit, ipſi quoque inter illos locum tribuit. Μέγης, Φυλέως. Α'μφίλοχ', Α'μφιαράυ. Μενεσθεὺς, Πετεῶ. *Meges, Philei filius; Amphilochus, Amphiarai; Meneſtheus, Petei.* Sed de genere diſſideri animadverto. Quidam enim AEgyptium faciunt, alii Athenienſem ex Erechthei proſapia; quippe Petei patrem Orneum: huius autem Erechtheum fuiſſe. Euſebius. Α'θηναίων ἐβασίλευεν ἑνδέκατ' Μενεσθεὺς Πετεῶ, τῦ Ὀρνέως, τῦ Ἐρεχθέως. *Athenienſium undecimus rex fuit Meneſtheus, Petei filius, Ornei nepos, Erechthei pronepos.* Pauſanias in Corinthiacis. Ἐκαλῦντο δὲ ἀπὸ Ὀρνέως, τῦ Ἐρεχθέως. τῦ ὃ Ὀρνέως ἦν τότε Πετεὼς, τῦ ὃ Μενεσθεύς. *Dicebantur vero ab Orneo, Erechthei filio. Ornei vero huius erat Peteus; atque huius Meneſtheus.* Euſtathius ad Iliad. β'. Ἐρεχθέως, υἱῦ Πανδίον', γίνεται Κέκροψ, Ὀρνεὺς, Πάνδωρ', Μητίων. ὧν Ὀρνέως μὲν, Πετεώς· ὃ Μενεσθεὺς, ὁ ἰηθησόμυ' τῶν Α'θηναίων βασιλεύς. *Erechtheo, Pandionis filio, naſcitur Cecrops, Orneus, Pandorus, Metion; quorum Ornei quidem, Peteus; eiuſque Meneſtheus, rex Athenienſium, de quo dicetur.* Et Plutarchus in Theſeo. Ἐν ᾧ τῷ χρόνῳ τότῳ Μενεσθεὺς ὁ Πετεῶ, τῦ Ὀρνέως, τῦ Ἐρεχθέως, πρῶτ', ὡς φασιν, ἀνθρώπων ἐπιθέμυ' τῇ δημαγωγεῖν, καὶ πρὸς χάριν ὄχλῳ διαλέγεσθαι, τούς τε δυνατοὺς συνίσῃ, καὶ παρώξυνε. *Hoc tempore Meneſtheus, Petei filius, Ornei nepos, Erechthei pronepos, primus hominum uti ferunt, auram popularem captare adgreſſus, ac blandiri multitudinem, potentiores concitavit, & exaſperavit.* Sed AEgyptium facit Diodorus Siculus lib. I. Γεγονέναι δὲ καὶ τῶν ἡγεμόνων τινὰς Αἰγυπτίους παρὰ τοῖς Α'θηναίοις. τὸν γὰρ Πελεὼν, τὸν πατέρα Μενεσθέως, τῦ στρατεύσαντ' εἰς Τροίαν, φανερῶς Αἰγύπτιον ὑπάρξαντα, τυχεῖν ὕστερον Α'θήνησι πολιτείας τε καὶ βασιλείας. *Fuiſſe vero & principes nonnullos AEgyptios apud Athenienſes; nam Peteum, Meneſthei patrem, eius qui adverſus Troiam militavit, quem AEgyptium eſſe conſtat, Athenis civitate, & regno potitum eſſe.* Quamquam quod potitum regno Peteum dicat, valde errat; neque enim hoc quiſquam tradit. Commemoratur autem inter Chironis diſcipulos a Xenophonte in principio ipſo libri De Venat. Ad regnum autem evectus fuit opera Tyndari filiorum, per abſentiam capti apud Theſprotos Theſei. Pauſanias in Atticis de captivitate iſta Theſei agens. Τότε ὃ ἐχομένυ Θησέως, στρατεύσιν ἐς Α'φιδναν οἱ Τυνδάρεω παῖδες, καὶ τὴν τε Α'φιδναν αἱροῦσι, καὶ Μενεσθέα ἐπὶ βασιλείᾳ κατήγαγον. *Quum itaque tunc detineretur Theſeus, exercitum in Aphidnam ducunt Tyndari filii, & Aphidna expugnata, Meneſtheum quoque in regno conſtituunt.* Peritia rei militaris praeſtitiſſe, aciemque inſtruxiſſe primus fertur, atque parem, aut de laude contendentem; praeter Neſtorem, neminem ſane habuiſſe. Homerus loco citato.

Τῶν αὖθ' ἡγεμόνευ' υἱὸς Πετεῶο Μενεσθεύς.
Τῷ δ' ὄπως τις ὁμοῖ' ἐτιχθονίων γένετ' ἀνὴρ,
Κοσμῆσαι ἵππους τε καὶ ἀνέρας ἀσπιδιώτας·
Νέστωρ οἶ' ἔριζεν, ὁ γὰρ προγενέστερ' ἦεν.
His rurſus praeerat filius Petei Meneſtheus;
Cui inter mortales nemo ſimilis erat,
In ordinandis equitibus, & viris ſcutatis;
Neſtor ſolus contendebat, quippe qui aetate maior.

Quo reſpexit Xenophon lib. De Venat. Μενεσθεὺς ὃ ἐκ τ' ἐπιμελείας τ' ἐκ τ' κυνηγεσιῶν τοσῦτον ὑπερέβαλε φιλοπονίᾳ, ὥστε ὁμολογεῖν τοὺς ἑλλήνων πρώτους ὑστέρους εἶναι τὰ εἰς τὸ πόλεμον ἐκείνυ, πλὴν Νέστορος. καὶ ὅτος ὁ προέχειν λέγεται, ἀλλ' ἐρίζειν. *Meneſtheus ex venationum ſtudio tantum laborum tolerantia praeſtitit, ut Graecorum primi faterentur, eo ſe inferiores bellicis in rebus eſſe, excepto Neſtore; & hic non excelluiſſe, verum contendiſſe dicitur.* AElianus Tact. cap. I. Πρῶτ' μὲν, ὧν ἴσμεν, δοκεῖ τὴν τακτικὴν θεωρίαν Ὅμηρ' ἐπεγνωκέναι. θαυμάζειν δὲ τοὺς ἐπιστήμονας αὐτῆς, ὥςπερ Μενεσθέα. *Primus omnium, quos ſcimus, ordinandae aciei peritiam habuiſſe Homerus videtur; ac mirari eius gnaros, ut Meneſtheum.* Alcidamas Orat. in Palamedem.

Digitized by Google

Νέσωρ γὰρ, ὁ πρεσβύτατος ἡμῶν ἁπάντων, καὶ αὐτὸς, ἐν τοῖς Πειρίθου γάμοις, μετὰ Λατίδων ἐμαχέσατο Κενταύροις, ἐν φάλαγγι, καὶ ἐν τάξει. Μενεσθεὺς δὴ, πρῶτος λέγεται κοσμῆσαι τάξεις καὶ λόχους, καὶ φάλαγγας συσῆσαι· ἡνίκα Εὔμολπος ὁ Ποσειδῶνος ἐπ' Ἀθηναίους ἐστράτευσε, Θρᾷκας ἄγων. *Etenim Nestor, qui nos omnes aetate superat; etiam ipse in Pirithoi nuptiis cum Lapithis pugnavit adversus Centauros, phalange, & acie ordinata. At Menestheus primus dicitur ordines recte collocasse; turmas item, ac phalanges constituisse; quum Eumolpus, Neptuni filius, bellum Atheniensibus intulisset, Thracas abducens.* Verum errat vehementer, quum id factum esse dicat bello Eumolpi; quod iam dudum, rege Erechtheo, proavo Menesthei huius, gestum fuit, uti supra a me dictum lib. II. cap. VIII. Certe ab Erechthei fine ad principium Menesthei intervallum est annorum centum quadraginta trium. Respexit istuc etiam Libanius Declam. XXIX. Ὁ μὲν, Μενεσθέως, ὡς δεινὸν τάττειν στρατιώτας, ἐμνήσθη. *Hic quidem Menesthei meminit, ceu qui acie ordinanda insignis esset.* Et Inscriptio quaedam vetus in Mercurio lapideo apud Plutarchum in Cimone.

Ἔκ ποτε τῆσδε πόληος ἅμ' Ἀτρείδῃσι Μενεσθεὺς
Ἡγεῖτο ζάθεον Τροϊκὸν ἐς πεδίον.
Οἴῃ ποτ' Οἰμήρου ἔφη Δαναῶν πύκα θωρηκτάων
Κοσμητῆρα μάχης ἔξοχον ὄντα μολεῖν.

Olim ex hac urbe cum Atridis Menestheus
Duxit copias in divinum campum Troianum:
Quem Homerus dixit Graecorum bene loricatorum
Ordinatorem pugnae praestantem exsistentem venisse.

Exstat etiam, sed quibusdam commutatis apud AEschinem Orat. in Ctesiphontem. Atque inde Τακτικὸς, *Instruendae aciei peritus*, dicitur a Maximo Tyrio Dissert. XXXVI. Τί δὲ, εἰ μὴ τῷ Διὶ εἴκαζεν αὐτὸς, ἀλλ' ἢ Μαχάονι τῷ ἰατρῷ, ἢ Κάλχαντι τῷ μαντικῷ, ἢ Νέστορι τῷ ἱππικῷ, ἢ Μενεσθεῖ τῷ τακτικῷ. *Quid si vero non cum Iove eos contulisset, sed aut cum Machaone medicinae, aut Calchante vaticinii, aut Nestore rei equestris, aut Menesthei instruendae aciei perito?* Ita quoque Ταξίλοχος λαῶν, *Ordinator militum*, in citato antea eius Epitaphio. Scylletium quoque coloniam deduxit. Strabo lib. VI. Μετὰ δὲ ταύτην Σκυλλήτιον, ἄποικος Ἀθηναίων, τῶν μετὰ Μενεσθέως. *Post hanc Scylletium, colonia Athenienſium, quos Menestheus deducebat.* Etiam Elaeeam condidit. Idem Strabo lib. XIII. Εἶθ' ἑβδομήκοντα εἰς Ἐλαίαν, λιμένα ἔχουσαν, καὶ ναύσταθμον τῶν Ἀτταλικῶν βασιλέων, Μενεσθέως κτίσμα, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ Ἀθηναίων, τῶν συστρατευσάντων ἐπὶ Ἴλιον. *Hinc septuaginta ad Elaeeam, quae portum habet, & navale regum Attalicorum; conditaque est a Menestheo, & Athenienſibus, qui eum comitabantur in bello adversus Troianos.* Vbi observa, copias item in Troianos cum Graecorum ceterorum coniunxisse; atque hoc verum est. Homerus Iliad. β'. eos referens, qui ad bellum hoc operam suam contulere, ubi de Menestheo agit:

Τῷ δ' ἅμα πεντήκοντα μελαίναι νῆες ἕποντο.
Huic autem simul quinquaginta nigrae naves sequebantur.

Dictys lib. I. (a) *Singuli reges, pro facultate opum, regnique, instructas classes praemittunt. Ex quis primus Agamemnon, ex Mycenis naves centum; Menelaus, ex omni Lacedaemone, naves sexaginta: Menestheus, ex Athenis, quinquaginta.* Item Dares. *Deinde ornati cum classe Graeci Athenas convenerunt; Agamemnon ex Mycenis, navibus numero centum; Menelaus ex Sparta, navibus numero sexaginta; Menestheus ex Athenis, quinquaginta.* Corruptus est Hygini locus, ubi recenset, qui ad Troiam expugnandam sint profecti, & quot naves quisque adduxerit Mythолog. cap. XCVII. *Menoeae filius Athenis navibus quinquaginta.* Hic in ipso statim initio duae voces in unam coaluere; scripseratque sic Hyginus. *Menestheus, Petei filius, Athenis n. q.* Immo ad ipsum omnes undique convenerunt. Clare Dares iam citatus paulo ante. *Legatos mittunt, ut tota Graecia conveniat cum classibus, & exercitibus ornati pariter ad Athenienſium portum, unde pariter ad Troiam proficiscantur.* Iosephus Devonius lib. III.

——— *fert vela bis una,*
Bis centum, & decies centum; quas undique raptas
Cecropii vocat unda sinus, & Apollinis aequor;
Huc acies, huc arma meant, hinc bellica classis
Ordiri disponit iter. ———

Et iterum lib. IV.

Iam Pandionios collato robore portus
Argivae tenuere rates. ———

Ac Menestheum quidem in Troiam proficiscentem e Phalero solvisse, refert etiam Pausanias in principio Atticorum. Φαληρὸν δὲ, ταύτῃ γὰρ ἐλάχιστον ἀπέχει τῆς πόλεως ἡ θάλασσα, τεῦτο σφίσιν ἐπίνειον ἦν· καὶ Μενεσθέα φασὶν αὐτόθεν ταῖς ναυσὶν ἐς Τροίαν ἀναχθῆναι. *Phalerum vero, siquidem hic minimum ab urbe abest mare, navale ipsis erat: & Menestheum inde aiunt navibus in Troiam solvisse.* Quin incluſus quoque fuit equo Durio cum heroibus Graecis ceteris; eiusque rei in memoriam in arce equi illius ex aere simulacrum erat, e quo Menestheus, atque Teucer, Thesei que item filii prospectabant. Pausanias ubi arcem describit, eiusque donaria in iisdem illis Atticis. Ἵππος δὲ, ὁ καλούμενος Δούριος, ἀνάκειται χαλκοῦς. καὶ ὅτι μὲν τὸ ποίημα τοῦ Ἐπειοῦ μηχάνημα ἦν, εἰς διάλυσιν τοῦ τείχους, οἶδεν, ὅσις μὴ πᾶσαν ἐπιφέρει τοῖς φρυξὶν εὐηθειαν. Λέγεται δὲ ἐς τε ἐκεῖνον τὸν ἵππον, ὡς τῶν Ἑλλήνων ἔνδον ἔχοι τοὺς ἀρίστους, καὶ δὴ καὶ τοῦ χαλκοῦ τὸ σχῆμά ἐστι κατὰ ταῦτα. καὶ Μενεσθεὺς, καὶ Τεῦκρος, ὑπερκύπτουσιν ἐξ αὐτοῦ, προστέτι δὲ καὶ οἱ παῖδες οἱ Θησέως. *Equus vero, Durius dictus, ex aere est positus; & hanc quidem machinam esse ab Epeo factam, ad disiiciendos muros, norit sane quisquis non omnino Phrygibus vecordiam impingit. Fertur autem de hoc equo for-*

(a) Auctor nothus, liberque ὑποβολιμαῖος, quemadmodum & Dares.

Digitized by Google

fortiſſimos Graecorum in eo incluſos fuiſſe; & conveniens equi iſtius aenei forma eſt; Meneſtheuſque ex illo, & Teucer, ac Theſei filii proſpectant. Ac capta Troia ultimo eius regni anno memoratur; quamquam alii primo Demophontis velint. Clemens Strom. 1. Ἴλιον ἑάλω, Δημοφῶντος τῦ Θησέως βασιλεύοντος Ἀθήνησι τῷ πρώτῳ ἔτει, Θαργηλιῶνος μηνὸς δευτέρα ἐπὶ δέκα. ὡς φησι Διονύσιος ὁ Ἀργεῖος· Αἰγίας δὲ, καὶ Δερκύλος, ἐν τῇ τρίτῃ, μηνὸς Πανήμου ὀγδόῃ φθίνοντος. Ἑλλάνικος δὲ, δωδεκάτῃ Θαργηλιῶνος μηνός· καί τινες τῶν τὰ Ἀττικὰ συγγραψαμένων, ὀγδόῃ φθίνοντος, βασιλεύοντος τὸ τελευταῖον ἔτους Μενεσθέως, πληθυούσης σελήνης. *Captum eſt Ilium, regnante Demophonte, Theſei filio, anno primo, duodecimo menſis Thargelionis, ut ait Dionyſius Argivus. AEgias autem, & Dercylus libro tertio, octavo menſis Panemi deſinentis; Hellanicus vero duodecimo menſis Thargelionis; quidam eorum, qui res Atticas ſcripſerunt, octavo deſinentis, anno Meneſthei regis ultimo, plenilunio.* Cyrillus quinto anno ante regnum Demophontis, id eſt, Meneſthei viceſimo octavo, rem hanc tribuit Adverſus Iulianum lib. 1. *Quinto igitur anno poſt captam Troiam, apud Latinos (regnabat) AEneas; apud Athenienſes Demophon, Theſei filius.* Sed verior eſt eorum ſententia, qui ultimo Meneſthei anno captam eſſe Troiam volunt: ſiquidem ab ea expugnata rediens, diem obiit in inſula Melo. Euſebius. Μενεσθεὺς, ἔτος Ἕλλησι κατὰ τὴν Τρώων συνεμάχησε. τούτῳ τῷ τριακοστῷ τρίτῳ ἔτει Ἴλιον ἥλω. ἐπανιὼν δὲ ἀπὸ Τροίας, ἐν Μήλῳ τῇ νήσῳ τελευτᾷ. *Meneſtheus, hic Graecis contra Troianos opem tulit; eiuſque anno triceſimo tertio captum eſt Ilium; in reditu vero a Troia in Melo inſula moritur.* Idacius in Chronico captam dicit anno poſt Cecropem trecenteſimo quinquageſimo quinto. *Cecrops regnavit in Attica, a quo uſque ad Troiae captivitatem ſiunt anni* CCCLV. Quod tempus computatum ab anno primo Cecropis 1. incidit in Meneſthei ultimum. Ac in Melo obiiſſe refert item Hieronymus. *Meneſtheus moritur in Melo, regrediens a Troia.* Quae totidem verbis Marianus. Regnavit autem annis tribus, & triginta. Vides in Euſebii citatis verbis, ac diſerte idem quoque antea dixerat. Ἀθηναίων ἐβασίλευσεν ἑνδέκατος Μενεσθεὺς Πετεῶ, τῦ Ὀρνέως, τῦ Ἐρεχθέως. ἔτη τριάκοντα τρία. *Athenienſium undecimus rex fuit Meneſtheus, Petei filius, Ornei nepos, Erechthei pronepos, annos triginta tres.* Hieronymus annos tantum tribuit tres & viginti. *Athenienſibus regnavit undecimus Meneſtheus annis viginti tribus.* Et hunc ſequitur Marianus. Vincentius Bellovacenſis annos ei quatuor, & viginti adſcribit Spec. Hiſt. lib. 11. cap. LIV. Sed hi demere videntur decem annos, quos ad Troiam militavit, interim a regno abſens. Ac diſſidium ſic concilio; neque enim video, qui aliter poſſit.

CAP. VI.

Meneſtheo ſuccedit Demophon. Honorii error. Cum Graecis in Troianos profectus, equo Durio antea incluſus fuit; aviamque inde AEthram libertati reſtitutam ſecum abducit; & Palladium, aſtu eluſo Agamemnone. Auctorum variae hic ſententiae. Tribunalis In Palladio *adpellati, iudicumque Ephetarum unde origo. Harpocration emendatus. Ἀγνῶτες, quinam ita dicti. Heſychii locus reſtitutus.*

MEneſtheo defuncto, Demophon ſucceſſit, Theſei filius. Errat autem vehementer hic Honorius, qui in Chronico Demophontem ante Meneſtheum tenuiſſe regnum tradit; & Meneſtheum Demophonti ſucceſſiſſe iſtis verbis. *Deinde (regnavit) AEgeus, exin Theſeus, poſt hunc Demophon, poſt illum Meneſtheus.* Etiam hic, ut Meneſtheus, de quo ſupra, cum fratre Acamante, & ceteris Graecis in Troianos eſt profectus. Iuſtinus lib. 11. *Poſt AEgeum Theſeus, ac deinceps Theſei filius Demophoon, qui auxilium Graecis adverſus Troianos tulit, regnum poſſedit.* Et equo Durio ſe includi quoque eſt paſſus. Obſervare eſt apud Pauſaniam in Atticis, ubi de equo Durio agit, qui in arce Athenienſi ſpectabatur. Locum integrum adſcripſi capite ſuperiori; illic vide. Aviamque inde AEthram, in libertatem vindicatam, ipſe, atque frater Acamas, ſecum Athenas abduxere. Qua de re videndus eſt Quintus Smyrnaeus extremo lib. XIII. Palladium quoque, quod a Diomede acceperat, deluſo aſtu Agamemnone, qui id poſtea repetebat, ſecum abduxit. Polyaenus lib. 1. Δημοφῶν, παρὰ Διομήδους τὸ Παλλάδιον παρακαταθήκην λαβὼν, ἐφύλαττεν. Ἀγαμέμνονος ἀπαιτοῦντος, τὸ μὲν ἀληθινὸν ἔδωκεν ἀνδρὶ Ἀθηναίῳ, καλουμένῳ Βεζύγῃ, κομίζειν Ἀθήναζε. ἴσον δὲ καὶ ὅμοιον ἄλλο κατασκευάσας, εἶχεν ἐπὶ τῆς σκηνῆς. Ἀγαμέμνων δὲ σὺν πολλῇ χειρὶ ἐπελθόντος, ἀπεμάχετο ἐπὶ μακρόν. δόξαν ἐμποιῶν, ὡς ὑπὲρ τῦ ἀληθινῦ προκινδυνεύοι· πολλῶν δὲ γιγνομένων τραυματιῶν, οἱ μὲν ἀμφὶ Δημοφῶντα, ὑπεῖξαν. Ἀγαμέμνων δὲ, λαβὼν τὸ παρεπεποιημένον Παλλάδιον, ἐξαπατηθεὶς, ᾤχετο. *Demophon, quum Palladium accepiſſet depoſitum a Diomede, cuſtodiebat. Agamemnone repetente, verum quidem Buzygae Athenienſi transferendum Athenas dedit; aliudque ei ſimile poſtquam fieri curaſſet, in tentorio adſervavit, & adgrediente inde Agamemnone cum magna manu, diu, ac multum repugnavit; cupiens perſuaſum ipſi, quod pro vero in diſcrimen ſe coniiceret; multis autem vulneratis, Demophon quidem ſe ſubmiſit; Agamemnon vero, fictum accipiens Palladium, deceptus abiit.* Ac depoſitum a Diomede accepiſſe, adſtipulatur etiam Clemens in Protreptico. Τὸ Παλλάδιον, τὸ διοπετὲς καλούμενον, ὁ Διομήδης & Ὀδυσσεὺς ἱστορῦνται μὲν ἀφελέσθαι ἀπὸ Ἰλίου, παρακαταθέσθαι δὲ Δημοφῶντι. *Palladium, coelitus delapſum dictum, quod Diomedes, & Vlyſſes, Ilio abductum apud Demophontem depoſuiſſe memorantur.* Alii aliter com-

commemorant; & tribunal, Ἐπὶ Παλλαδίῳ, *In Palladio*, nuncupatum, uti iudices, qui Ἔφέται adpellati, hinc originem accepiſſe. Audi Harpocrationem, ita hac de re ſcribentem. Ἔσχε δὲ τὸ δικαστήριον τὴν τῦ Παλλαδίυ ἐπωνυμίαν, ἐπεὶ οἱ δικασταὶ τῶν Ἐφετῶν, ἐντεῦθεν. Ἀγαμέμνονος μετὰ τῶν Ἀργείων σὺν τῷ Παλλαδίῳ προσενεχθέντος Ἀθήναις ἐξ Ἰλίυ, Δημοφῶν ἁρπάζῃ τὸ Παλλάδιον, καὶ πολλὺς τῶν διωκόντων ἀναιρεῖ, Ἀγαμέμνων δὲ δυσχεράνας δίκῃ, τὸν ἁρπάσαντα ἀναιρεῖ. καὶ συνίσταται τὸ κριτήριον, ἐπὶ πεντήκοντα μὲν Ἀθηναίων, πεντήκοντα δὲ Ἀργείων· οὓς Ἐφέτας ἐκάλεσαν, παρὰ τὸ ἀμφοτέρων ἐφεθῆναι αὐτοῖς τὰ τῦ κρισέως. *Tribunal vero, Palladii cognomentum, & iudices, Ephetarum nomen, ex hac cauſa accepere. Agamemnone cum Argivis, & Palladio Athenas adpellente, Demophon Palladium rapit, multoſque inſequentes occidit; qua de cauſa indignatus Agamemnon, raptorem interficit; ac tribunal conſtituitur ex Argivis quinquaginta, & totidem Athenienſibus; quos Ephetas adpellarunt, quia amborum id negotium iudicandum ipſis demandatum eſſet.* Sed, an Demophontem occidit Agamemnon? nemo veterum hoc dicit; itaque corrupta verba interpungo, & emendo. Ἀγαμέμνων δὲ, δυσχεράνας, δίκῃ τὸν ἁρπάσαντα ἀπαιτεῖ. *Agamemnon vero indignatus puniri raptorem petit.* Deinde in fine geminanda eſt vox παρὰ ac ſcribendum; παρὰ τὸ παρ' ἀμφοτέρων ἐφεθῆναι αὐτοῖς τὰ τῆς κρίσεως. *Quia ab utriſque id negotium iudicandum demandatum ipſis eſſet.* Pollux rem eamdem narrat, nulla tamen Demophontis, aut Agamemnonis mentione lib. VIII. cap. X. Τὸ ἐπὶ Παλλαδίῳ ἐν τούτῳ λαγχάνονται περὶ ἀκουσίων φόνων. μετὰ γὰρ Τροίας ἅλωσιν Ἀργείων τινὰς, τὸ Παλλάδιον ἔχοντας, Φαλήρῳ προσβαλεῖν. ἀγνοᾷ δὲ ὑπὸ τῶν ἐγχωρίων ἀναιρεθέντας, ἀπορριφῆναι. καὶ τῶν μὲν, ζῴων οὐδὲν προσήπτετο. Ἀκάμας δὲ, ἐμήνυσεν, ὅτι εἶεν Ἀργεῖοι, τὸ Παλλάδιον ἔχοντες. καὶ οἱ μὲν, ταφέντες, Ἀγνῶτες προσηγορεύθησαν, τῷ θεῷ δὲ χρήσαντος, αὐτόθι ἱδρυθῆ τὸ Παλλάδιον. *Tribunal in Palladio. In hoc ius dicitur de involuntariis caedibus. Nam poſt expugnatam Troiam Argivos quosdam in Phalerum adpuliſſe memoratur, quos ignotos incolae occiderint, & abiecerint; illos autem animal nullum attingebat. Acamas vero indicavit eſſe Argivos, qui Palladium haberent; itaque hi quidem ſepulti ſunt, Ignoti adpellati; deo vero ſic iubente, Palladium ibi conſecratum eſt.* Suidas utramque ſententiam refert ex auctoribus Phanodemo, & Clitodemo. Ἐπὶ Παλλαδίῳ. Δικαστήριον Ἀθήνησιν, ἐν ᾧ Ἔφέται περὶ ἀκουσίῳ φόνῳ ἐδίκαζον. Ἀργεῖοι γὰρ, ἀπὸ Ἰλίυ πλέοντες, νύκτα προσέσχον Φαλήροις, ὑπὸ Ἀθηναίων ἀγνοούμενοι ἀνῃρέθησαν. ὕστερον δὲ, Ἀκάμαντος γνωρίσαντος, καὶ τῷ Παλλαδίῳ εὑρεθέντος, κατὰ χρησμὸν αὐτόθι τὸ δικαστήριον ἀπέδειξαν, ὡς Φανόδημος. Κλειτόδημος δὲ φησιν, Ἀγαμέμνονος σὺν τῷ Παλλαδίῳ προσενεχθέντος Ἀθήναις, Δημοφῶντα ἁρπάσαι τὸ Παλλάδιον, καὶ πολλὺς τῶν διωκόντων ἀνελεῖν. τῷ δὲ Ἀγαμέμνονος δυσχεράναντος, κρίσιν ὑποσχεῖν ὑπὸ πεντήκοντα Ἀθηναίων, καὶ πεντήκοντα Ἀργείων, οὓς Ἐφέτας κληθῆναι, διὰ τὸ παρ' ἀμφοτέρων ἐφεθῆναι αὐτοῖς τὰ περὶ τῆς κρίσεως. *In Palladio. Tribunal erat Athenis, in quo Ephetae de caede non voluntaria iudicabant. Argivi enim, Ilio redeuntes, quum Phalera adpuliſſent, ab Athenienſibus eos non cognoſcentibus ſunt occiſi. Poſtea vero, indicante Acamante, ac Palladio invento, tribunal illic iuſſu oraculi condiderunt, uti auctor Phanodemus. Clitodemus vero refert, quum Athenas Agamemnon cum Palladio adveniſſet, Demophontem id rapuiſſe, & e perſequentibus multos occidiſſe; indignante autem Agamemnone, iudicium ſubiiſſe quinquaginta Athenienſium, totidemque Argivorum; eoſque Ephetas adpellatos, quod iudicium ipſis ab utraque parte commiſſum eſſet.* Quae Euſtathius totidem fere verbis refert Comment. ad Odyſſ. lib. I. De Demophonte etiam Pauſanias in Atticis, qui in parte tamen variat. Ἐπὶ Παλλαδίῳ καλεῖσι, καὶ τοῖς ἀποκτείναζιν ὡς κρίζις καθέςηκε. καὶ ὅτι μὲν Δημοφῶν ἐνταῦθα πρῶτος ὑπέσχε δίκας, ἀμφισβητῆσιν οὐδένες· ἐφ' ὅτῳ δὲ, διάφορα ἐς τοῦτο εἴρηται. Διομήδη γάρ φασιν, ἁλόσης Ἰλίυ, ταῖς ναυσὶν ὀπίσω κομίζεσθαι, καὶ ἤδη τε νύκτα ἐτέχθαι, ὡς κατὰ τὸ Φαληρὸν πάντες γίγνονται. καὶ τὺς Ἀργείυς ὡς ἐς πολεμίαν ἀποβῆναι τὴν γῆν, ἄλλῳ πῳ δόξαντες ἐν τῇ νυκτί. καὶ οὐ τὴν Ἀτλικὴν εἶναι. ἐνταῦθα Δημοφῶντα λέγυσιν ἐμβοηθήσαντα, οὐκ ἐπισάμενον οὐδὲ τοῦτο τοὺς ἀπὸ τῶν νεῶν ὡς εἶεν Ἀργεῖοι, καὶ ἄνδρας αὐτῶν ἀποκτεῖναι, καὶ, τὸ Παλλάδιον ἁρπάσαντα, οἴχεσθαι. Ἀθηναῖόν τε ἄνδρα, οὐ προὐδόμενον, ὑπὸ τοῦ ἵππυ τοῦ Δημοφῶντος ἀνατραπῆναι, καὶ συμπατηθέντα ἀποθανεῖν· ἐπὶ τούτῳ Δημοφῶντα ὑποσχεῖν δίκας, οἱ μὲν, τοῦ συμπατηθέντος τοῖς προσήκουσιν. οἱ δὲ, Ἀργέων φασὶ τῷ κοινῷ. *In eo tribunali, quod in Palladio adpellant, caedis cauſae agitantur. Atque in eo primum quidem Demophontem cauſam dixiſſe, nemo dubitat; cuius vero ille criminis reus fuerit, varie fertur. Quidam tradunt, Diomedem, Ilio capto, quum in patriam navibus veheretur, per noctem ad Phalerum adpuliſſe; ubi quum Argivi, qui cum eo erant, in agrum tamquam hoſtilem excurrerent, ut qui aliam, quam Atticam, terram inter tenebras crederent, Demophontem aiunt, & ipſum ignarum, Argivorum eam claſſem eſſe, ad propulſandas populationes accurriſſe; quumque interfectis aliquot, Palladio erepto, domum abiret, ab eius equo hominem Athenienſem, parum ſibi proſpicientem, ſubverſum, ac conculcatum interiiſſe; ideoque Demophontem reum actum a propinquis interfecti, ut quidam volunt; vel ut alii, a communi Argivorum.* Videndus quoque Etymologici Auctor in ἐπὶ Παλλαδίῳ. Et illi quidem, qui occiſi in hunc modum a Demophonte, poſtquam iam ſepulti eſſent, vulgo Ἀγνῶτες, *Ignoti* dicti. Ecce in Pollucis verbis paullo antea citatis. Καὶ οἱ μὲν, ταφέντες, Ἀγνῶτες προσηγορεύθησαν. *Et hi quidem ſepulti, Ignoti ſunt adpellati.* Corruptiſſimus hac de re Heſychii locus, obiterque emendandus. Ἀγνῶτες θεῷ· οὕτω λέγεσθαί φασι, τὺς μετὰ τὸν τῆς Ἰλίυ πλῶν Φαληροῖ προσχόντας, καὶ ἀναιρεθέντας, ὑπὸ Δημοφῶντος ταφῆναι. *Ignoti deo. Ita dici aiunt, Ilio reduces, & in Phalerum adpellentes, & occiſos a Demophonte ſepultos eſſe.* Reſtituo. Ἀγνῶτες. Θεὸν οὕτω λέγεσθαί φησι, τὺς μετὰ τὸν τῆς Ἰλίου πλῶν Φαληροῖ προσχόνλας, καὶ ἀναιρεθέντας ὑπὸ Δημο-

μοφῶντ@, ϰ᾽ ταφέντας. *Ignoti. Theon ita dici ait eos, qui, Ilio reversi, quum in Phalerum adpulissent, a Demophonte sunt occisi, & sepulti.*

CAP. VII.

Apud Phyllidem, Troia rediens, divertit; cuius lecto mox potitus, intellecta Menesthei morte, Athenas discedit, ut paternum regnum capesseret; ac dat fidem, brevi sese redituram. Quod quum minime praestaret, Phyllis suspendio vitam finit. Ἐννέα Ὁδοὶ, Novem viae, *urbs Thraciae, postea Amphipolis dicta. Hyginus emendatus, & Hesychius. Origo nominis indicata, Isacii Tzetzae lapsus memoriae.*

TRoia rediens, tempestate in Thraciam actus, apud Phyllidem divertit, quae tunc ibi regnabat, ab eaque hospitio pariter, & lecto perbenigne est susceptus, ubi exacto aliquo tempore, quum Menestheum decessisse intelligeret, qui, eiecto patre Theseo, regnum invaserat, ut id sibi vindicaret, Athenas petiit, data prius Phyllidi fide brevi sese rediturum, quam quum minime praestaret, ipsa sibi mortem laqueo conscivit: &, ut veteres fabulantur, in amygdalum sine foliis est mutata: posteaque, accedente Demophonte, atque truncum amplectente, quasi sponsi amplexum sentiens, folia dedit. Servius ad Eclogam v. *Phyllis, Sithonis filia, regina Thracum fuit. Haec Demophontem, Thesei filium, regem Athenienſium, redeuntem de Troiano praelio, dilexit, & in coniugium suum rogavit, ille ait, ante se ordinaturum rem suam, & sic ad eius nuptias reversurum. Profectus itaque, quum tardaret, Phyllis, & amoris impatientia, & doloris impulsu, quod se spretam credebat, laqueo vitam finivit, & conversa est in arborem amygdalum sine foliis. Postea reversus Demophon, cognita re, eius amplexus est truncum; qui, velut sponsi sentiret adventum, folia emisit: unde etiam φύλλα sunt dicta a Phyllide, quae antea πέταλα dicebantur.* Variat Hyginus, Fab. LIX. *Demophon Thesei filius, in Thraciam ad Phyllidem in hospitium dicitur venisse, & ab ea esse amatus. Qui quum in patriam redire vellet, fidem ei dedit, se ad eam rediturum. Qui die constituta quum non venisset, illa eo die dicitur novies ad litus cucurrisse; quod ex ea* Ἐννέαδ@ *Graece adpellatur. Phyllis autem ob desiderium Demophontis spiritum emisit. Cui parentes quum sepulcrum constituissent, arbores ibi sunt enatae, quae certo tempore Phyllidis mortem lugent: quo folia arescunt, & decidunt. Cuius ex nomine folia Graece* φύλλα *sunt adpellata.* Nihil dicit de suspendio, nil de commutatione in amygdalum, aut de reditu Demophontis, foliisque, ad amplexum eius natis. Quamquam tamen de suspendio alibi loquitur, Fab. CCXLIII. *Phyllis propter Demophonta, Thesei filium, ipsa se suspendio necavit.* Et huc pertinent illa eius verba apud Ovidium in Epistola ad Demophontem.

Coila quoque, insidis quae se nectenda lacertis Praebuerant, laqueis implicuisse iuvat.

Ac responsum Demophontis, in Epistola Auli Sabini.

Quos tibi, me miserum! laqueos, quae fata minaris?

Verum in Hygini verbis sic legendum esse existimo, *Dicitur novies ad littus cucurrisse: quod ex ea* Ἐννέα Ὁδοὶ *Graece adpellatur.* Vrbs Thraciae fuit, Ἐννέα Ὁδοὶ, *Novem Viae*, prius quidem, postea Amphipolis dicta. Meminere eius Herodotus lib. VII. Thucydides lib. I. & IV. AEschines Orat. De falsa legat. Polyaenus, lib. VI. Etymologici Auctor, Stephanus, & Suidas in Ἀμφίπολις. Emendandus quoque Hesychius. Ἐννέα Ὁδοί· ἡ νῦν Ἀμφίπολις. *Novem Viae, quae nunc Amphipolis.* Perperam editur: Ἐννεάδ@, ἡ νῦν Α᾽. Nam Auctores, quos citavi, omnes numero plurali, & duabus item vocibus consensu efferunt. Originem nominis indicat Hyginus, quum ait; novies Phyllidem eo die, quo Demophontis reditum praestolabatur, litus versus cucurrisse: indicatque id Coluthus lib. De raptu Helenae.

Αἶψα ὃ Θρηϊκίοιο μετάρσια Παγγαίοιο
Φυλλίδ@ ἀντέλλουσα φιλήνορ@ ἔδρακε τύμβον,
Καὶ δρόμον ἐννεάκυκλον ἀλήμον@ εἶδε κελεύθου.
Ἔνθα διασίχυσα κινύρετο Φυλλὶς ἀκοίτῃ,
Ἀχνυμένη παλίνορσον ἀπήμονα Δημοφόωντα,
Ὁππότε νοσφίσειεν Ἀθηναίης ἀπὸ δήμων.

Mox vero Thracici vertices Pangaei,
Phyllidisque viri amantis exsurgentem vidit tumulum,
Et cursum novies repetitum erraticae viae,
Vbi perambulans lugebat Phyllis maritum,
Tristis exspectans reducem illaesum Demophoontem,
Quum rediturus esset Minervae a populis.

Quod mutationem adtinet in amygdalum, huc respexit & Palladius, qui amygdalum quum designat, Phyllidem dicit lib. XIV.

Phyllida quin etiam grandi miteſcere fructu
Instituens, durae dat sua membra cuti.

Mox iterum.

Ipsa suos onerat meliori germine ramos
Persicus, & pruno scit sociare genus:
Imponitque leves in stipite Phyllidis umbras,
Et tali discit fortior esse gradu.

Et rursum postea

Phyllis odoratos primaevis floribus artus
Discissi pruni cortice fixa tegit.

Lapsus est memoria Isaacius Tzetzes, Commentario in Lycophronem, qui Demophontis fratri, Acamanti, haec adscribit. Ἀκάμας ὀλίγαις ναυτὶ προσίσχει Θραξὶ Βισάλταις, καὶ ἐρᾷ τοῦτου Φυλλὶς ἡ θυγάτηρ τοῦ ἐκεῖ βασιλέως· καὶ ὁ πατὴρ αὐτὴν ἐγγυᾷ, ἐπὶ προικὶ τῇ βασιλείᾳ. Ἀκάμας ὢν, βουλόμεν@, ἐλθεῖν εἰς τὴν πατρίδα, πολλὰ δηθεὶς, παρὰ Φυλλίδος, ϰ᾽ ἐκείνης, ὁμόσας ἀντιστρέψειν, ἐξέρχεται. ϰ᾽ Φυλλὶς αὐτὸν προπέμπει ἄχρι τῶν καλουμένων Ἐννέα Ὁδῶν. *Acamas cum paucis navibus venit ad Thraces Bisaltas; amatque eum Phyllis, filia regis eius loci; datque ipsi uxorem pater, & in dotem regnum tradit. Acamas vero quum in patriam ire vellet, multum rogante Phyllide, eiusque amicis dato prius iurejurando sese reversurum esse, iter init, deducitque ipsum Phyllis usque ad Novem Vias, quas*

vocabant. Quod defertionem attinet, hanc respexit Procopius Sophista, in Epistola quadam ad Stephanum. Σὺ δέ μοι δοκεῖς τὸν Θησέως ἐκεῖνον ἐζηλωκέναι, καὶ ταῦτα τοῖς παισὶν καθηγούμενος, νυμφίε Δημοφῶν. ἄδικε ξένε, εἰδὲ παιδὸς θέλεις ἐπιμεμνῆσθαι, καλοῦ τε ὄντος, καὶ εἴγε παρεῆς, ἤδη ἂν δυναμένου πατέρα καλεῖν. *Tu vero mihi illum Thesei filium imitatus videris, idque pueris praefectus. Sponse Demophoon, iniuste hostes, neque filii memini isse cupis, qui & formosus est, &, si adesses, iam te patrem vocare posset.*

CAP. VIII.

Condidit in Cypro urbem, AEpeam nomine, postea Solos adpellatam. Festum item instituit, Congiorum quod dicebant: eaque in re error Suidae, & Scholiastae Aristophanis indicatus. Heraclidas, ab Eurystheo expulsos, benigne excipit: & Tetrapolin Atticae dat habitandam. Quamdiu regnaverit. Eius filius Oxyntes, regni heres; item Munychus, itidem rex, ut nonnulli tradidere: qui, eiectis Orchomeniis, locum circa Munychiam, a se dictam, tribuit.

COndidit AEpeam urbem in Cypro, ad Clarium amnem sitam; quam postea rex Philocyprus Solos, in Solonis honorem, nominavit. Plutarchus in Solonis Vita. Ἔπειτα, πλεύσας εἰς Κύπρον, ἠγαπήθη διαφερόντως ὑπὸ Φιλοκύπρου, τινὸς τῶν ἐκεῖ βασιλέων· ὃς εἶχεν ἐμ μεγάλῳ πόλιν, ὠκισμένῃ ὑπὸ Δημοφῶντι τοῦ Θησέως, περὶ τὸν Κλάριον ποταμόν. καὶ, τῷ Σόλωνι τιμὴν ἀποδιδοὺς, (ὁ Φιλόκυπρος,) Αἰγέαν καλουμένῃ τὴν πόλιν πρότερον, ἀπ' ἐκείνου Σόλους προσηγόρευσεν. *Inde, in Cyprum profectus, maiorem in modum carus fuit Philocypro, uni ex eius loci regibus; qui possidebat urbem non magnam, conditam a Thesei filio Demophonte, ad amnem Clarium: &, Soloni honorem habens, (Philocyprus,) urbem eam, antea AEpeam dictam, ab eo Solos adpellavit.* Festum quoque Athenis instituit, quod τῶν χόων, *Congiorum*, adpellabant. Rem, & causam refert ecce istis verbis Athenaeus lib. x. Φανόδημός φησι, Δημοφῶντα τὸν βασιλέα, βουλόμενον ὑποδέξασθαι τὸν Ὀρέστην Ἀθήναζε, πρὸς δὲ τὰ ἱερὰ οὐ θέλων αὐτὸν προσιέναι, ὡσθ' ὁμόζηνδον γενέσθαι, μήπω δικασθέντα, ἐκέλευσεν συγκαλεισθῆναι τά τε ἱερὰ, καὶ χόα οἴνου ἑκάστῳ παραληφθῆναι, τῷ πρώτῳ ἐκπιόντι εἰπὼν ἆθλον δοθήσεσθαι πλακοῦντα. παρηγγελέ τε καὶ, τοῦ πότου παυσαμένου, τοὺς μὲν στεφάνους, οἷς ἐστεφανῶντο, πρὸς τὰ ἱερὰ μὴ τιθέναι, διὰ τὸ ὁμορρόφους γενέσθαι τῷ Ὀρέστῃ. περὶ ἧς τὸν χόα τὸν ἑαυτοῦ ἕκαστον περιθεῖναι, καὶ τῇ ἱερείᾳ ἀποφέρειν τοὺς στεφάνους πρὸς τὸ ἐν Λίμναις τέμενος. ἔπειτα θύειν ἐν τῷ ἱερῷ τὰ ἐπίλοιπα. καὶ ἔκτοτε τὴν ἑορτὴν κληθῆναι χόας. *Phanodemus auctor est, Demophontem regem non gravate excepisse Orestem, quum Athenas adveniisset, nolentem vero, ut ad sacra ipse accederet, aut libationum quoque particeps fieret, iudicio necdum absolutus, praecepisse, uti templa clauderentur; tum apposuisse cuique vini congium, ac, qui primus ebibisset, huic placentam praemium daturum sese promisisse: mandasseque, quum potare desiissent, ne coronas, quibus redimiti erant, in templa inferrent, quia sub eodem lecto cum Oreste comporasset; sed ut congiis quisque suis has circumdarent, ac deferrent sacerdoti eius templi, quod in Limnis: denique illic reliqua sacrificarent, atque inde festum esse dictum Congios.* Item indicat Plutarchus, ac tacitos cum eo bibisse, Symposiac. lib. II. Quaest. x. Καίτοι τίνα ἔχει διαφορὰν, ἢ κύλικα καλασήσαντα τῶν κεκλημένων ἑκάστῳ, ἢ χοῦν ἐμπλησάμενον οἴνου, καὶ τράπεζαν ἰδίαν ὥσπερ οἱ Δημοφωντίδαι τῷ Ὀρέστῃ λέγονται πίνειν κελεῦσαι, μὴ προσέχοντα τοῖς ἄλλοις· ἢ τοῦτο, ὅπερ νῦν γίνεται, κρέας προσθέμενον, καὶ ἄρτον, ὥστερ ἐκ φάτνης ἰδίας ἕκαστον εὖ χεῖσθαι; πλὴν ὅτι μὴ πρόσκειται σιωπῆς ἡμῖν ἀνάγκη, καθάπερ τοῖς τὸν Ὀρέστην ξενίζουσιν. *Et quid refert, calicem ne convivarum cuique proponas peculiarem, congiumque vini plenum, & propriam mensam, ut Orestem bibere Demophontidae iussisse feruntur, neque alios observare, quam, quod hodie fit, ut quisque propositis sibi pane, & carne, tamquam e proprio praesepi vescatur? nisi quod nobis non incumbit necessitas tacendi, sicut illis, qui Orestem hospitio excipiebant.* Scholiastes Aristophanis ad Equites, & Acharnenses, non id Demophonti adscribit, sed Pandioni; sicut etiam Suidas, in Χόες. Sed est manifestus error; nam Orestis certe aetas incidit in Demophontem, cuius proavus Pandion, eius enim filius, AEgeus; huius, Theseus: cuius, Demophon; adeoque a Pandionis excessu, ad initium Demophontis, anni plures centum intersunt. Rem eamdem ipsum Orestem memorantem introducit Euripides in Iphigenia in Tauris, verum nulla mentione Demophontis, aut Pandionis. Praeterea Herculis quoque liberos, ab Euristheo exactos, benigne excepit, & Tetrapolin illis Atticae habitandam adsignavit. Antoninus Liberalis Metamorph. cap. XXXIII. Μετὰ τὸν Ἡρακλέους ἐξ ἀνθρώπων ἀφανισμὸν, Εὐρυσθεὺς, ἐξελάσας αὐτοῦ υἱοὺς τῆς πατρίδος, αὐτὸς ἐβασίλευσεν. οἱ δὲ Ἡρακλεῖδαι, καταφυγόντες πρὸς Δημοφῶντα τὸν Θησέως, ᾤκησαν τὴν Τετράπολιν τῆς Ἀττικῆς. *Hercule ex hominibus exemto, Eurystheus, quum filios eius terra patria eiecisset, ipse regnum occupavit. Heraclidae vero, postquam ad Thesei filium Demophontem profugissent, Tetrapolin Atticae habitarunt.* Meminere Auctores multi; & Euripides repraesentat in Tragoedia Heraclidis. Regnavit autem per tres, & triginta annos. Eusebius. Ἀθηναίων ἐβασίλευσεν δωδέκατος Δημοφῶν Θησέως ἔτη τριάκοντα τρία. Hieronymus. *Athenientibus regnavit duodecimus Demophon, Thesei filius, annos triginta tres.* Marianus Scotus lib. III. *Athenis regnavit Demophon, duodecimus rex Atheniensium, annis triginta tribus.* Nec aliter Vincentius Bellovacensis. Reliquit vero filium Oxyntem, regni heredem. Freculphus Tom. I. lib. II. cap. XVIII. *Apud Athenienses Demophon tunc regnabat, filius Thesei: & habuit successorem Oxyntem.* Atque is regnavit annis duodecim. Eusebius. Ἀθηναίων ἐβασίλευσεν τρισκαιδέκατος Ὀξύντης Δημοφῶντος ἔτη δώδεκα. Hieronymus. *Athenientibus regnavit decimustertius Oxyntes annis duodecim.* Ita quoque Marianus, & Vincentius Bellovacensis.

Digitized by Google

sis. Invenio quoque filium Munychum apud Plutarchum in Vita Theſei. Οἱ δὲ καὶ τοῦτο τὸ ἔπος διαβάλλουσι, περὶ τὴν περὶ Μουνύχου μυθολογίαν. ὃν ἐκ Δημοφῶντος Λαοδίκης κρύφα τεκούσης ἐν Λίλαίῳ συνεκθρέψαι τὴν Αἴθραν λέγουσι. *Alii vero verſum iſtum traducunt, & fabulam de Munycho, quem Laodice, poſtquam ex Demophonte clandeſtino peperiſſet, AEthra ſimul educaſſe apud Ilium memoratur.* Et fuiſſe eum regem, ac Munychiam a ſe dictam, Thracibus, Orchomeno eiectis, adſignaſſe, auctor nobis Vlpianus in Orat. De Corona. Θρᾷκές, ποτε στρατεύσαντες κατὰ τῶν οἰκούντων Ὀρχομενὸν τὸν Μινυαῖον τῆς Βοιωτίας, ἐξέβαλλον αὐτοὺς ἐκεῖθεν. οἱ δὲ ἐξαναστάντες ἦλθον εἰς Ἀθήνας, ἐπὶ Μουνύχου βασιλέως. ὁ δὲ ἐπέτρεψεν αὐτοῖς οἰκῆσαι τὸν τόπον τὸν περὶ τὴν Μουνιχίαν· ὅθεν ἐπωνωμάσθη παρ' αὐτῶν, εἰς τιμὴν τοῦ βασιλέως. *Thraces, quum aliquando contra Orchomenum Minyaeum, Boeotiae urbem, expeditionem ſuſcepiſſent, eos inde eiecerunt, atque illi extorres venere Athenas, rege Munycho; is vero locum ipſis circa Munychiam habitandum dedit; quem ſic illi, in honorem regis, nominarunt.* Munychi regis, a quo dicta ſit Munychia, meminere item Stephanus, Harpocration, Etymologici Auctor, & Suidas: verum Pantaclis filium dicunt, non Demophontis. Ad Oxyntem quod attinet, eius meminit & Pauſanias Corinthiacis: iſque filios duos habuit; Aphidantem, & Thymoeten: utrumque ordine regni heredem.

CAP. IX.

Aphidas quamdiu regnaverit. Oraculum Athenienſibus datum eius tempore. Hunc Thymoetes, frater iunior, atque nothus interfecit; & regnum invaſit. Mariani Scoti confuſio. Theſidarum, & Erechthidarum item, regni finis; idque annis quot duraverit. Mariani Scoti locus reſtituitur. Vincentius Bellovacenſis emendatur; & errare indicatur. Θυμοιτάδαι, *populus Atticae.*

ET Aphidas quidem regnum tenuit annum unum Euſebius. Ἀθηναίων ἐβασίλευσεν τεσσαρεσκαιδέκατος Ἀφείδας ἔτος ἕν. Hieronymus. *Athenienſibus regnavit decimus quartus Aphidas annum unum.* Eo regnante, datum oraculum Athenienſibus, quod commemorat Pauſanias in Achaicis. Ἀθηναίοις γὰρ, ἐπὶ ἡλικίᾳ μάλιστα τῇ Ἀφείδαντος, ἀφίκεται παρὰ τοῦ ἐν Δωδώνῃ Διὸς τὰ ἔπη τάδε.

Φράζεο δ' Ἄρειόν τε πάγον, βωμούς τε θυώδεις
Εὐμενίδων, ὅτι χρὴ Λακεδαιμονίους σ' ἱκετεῦσαι,
Δυρὶ πιεζομένους· τοὺς μὴ σὺ κλεῖνε σιδήρῳ,
Μηδ' ἱκέτας ἀδικεῖν. ἱκέται δ' ἱεροί τε καὶ ἄγνοί.

Exſtat enim Dodonaei Iovis oraculum, Athenienſibus redditum, Aphidantis aetate, iſtis verſibus:

Ara tibi Eumenidum fumans, & curia Martis,
Sint cordi; huc bello domiti nam forte Lacones
Suppliciter triſtes venient; ne confice ferro,
Nec viola; ſupplex ſacer eſt, & crimine purus.

Fratri Aphidanti ſucceſſit Thymoetes, & regnavit annos novem. Euſebius. Ἀθηναίων ἐβασίλευσεν πεντεκαιδέκατος Θυμοίτης, Ἀφείδαντος ἀδελφὸς, ἔτη ἐννέα. Hieronymus illi annos tantum octo tribuit. *Athenienſibus regnavit decimusquintus Thymoetes annis octo.* Hunc ſequitur Vincentius Bellovacenſis. Marianus ordinem confundit; & Thymoeten ante Aphidantem ponit; cui annum regni tantum unum adſcribit, uti novem Aphidanti. *Athenienſium decimusquartus Thymoetes anno uno regnavit; decimusquintus Aphidas annis novem.* Ioannes Tzetzes Chil. I. cap. IV. ubi reges Athenienſes commemorat, Aphidantis nempe ob regni brevitatem nullam mentionem facit; ita quoque nec Freculphus. Certum autem eſt, iuniorem fuiſſe Thymoeten, & quidem nothum, atque fratrem Aphidantem legitimo coniugio natum occidiſſe; & regnum eius ſummo ſcelere occupaſſe. Exſtat hac de re fragmentum inſigne Leonidis, e libro IV. De Populis Atticae apud Athenaeum lib. III. Ἀφείδαντα, βασιλεύοντα Ἀθηνῶν, Θυμοίτης, ὁ νεώτερος ἀδελφὸς, νόθος ὤν, ἀποκτείνας, αὐτὸς ἐβασίλευσεν, *Aphidantem Athenarum regem Thymoetes frater natu minor, qui ſpurius eſſet, quum occidiſſet, ipſe regnum occupavit.* Et in eo Theſidarum regnum deſiit. Pauſanias in Corinthiacis. Θυμοίτης γὰρ Θησείδων ἔσχατος ἐβασίλευσεν Ἀθηναίων. *Nam Thymoetes poſtremus Theſidarum apud Athenienſes regnavit.* Immo & Erechthidarum. Euſebius. Ἐπὶ τούτου (τοῦ Θυμοίτου) ἡ τῶν Ἐρεχθειδῶν βασιλεία καταλύθη παρ' Ἀθηναίοις, Ἀττικῶν λεγομένη· καὶ μετῆλθεν εἰς ἕτερον γένος. Hieronymus. *Erechthidarum imperio deſtructo, Atticorum principum regnum ad aliud genus translatum eſt.* Duraveratque regnum Athenarum a Cecrope I, qui cognomine Διφυὴς dictus, annis quadringentis viginti & novem. Caſtor in Fragmento, quod latine ita tranſtulit Hieronymus. *Exponemus autem & Athenienſium reges, cognomento Erechthidas, a Cecrope Diphye uſque ad Thymoeten; quorum omne tempus invenitur annorum* ccccxxix. Freculphus Tomo I. lib. II. cap. XIX. *Reges Athenienſium cognomento Erechthides, defecerunt a regno, quorum omne tempus invenitur a Cecrope Diphye uſque ad Thymoeten anni* ccccxxix. Caſtoris verba, quae citavi ex Hieronymo, transſcripſit, uti fere ſolet, Marianus; ſed corrupte numerus editur, ccccxxiv. pro ccccxxix. Errat graviter Vincentius Spec. Hiſt. lib. II. cap. LIV. ubi *Heraclidas* nominat, quos debebat *Erechthidas;* niſi quis librarii eſſe culpam dicat, ac mendoſe ab eo ſcriptum; tamen illud minime excuſari poteſt, quod in Codro deſiiſſe nobis tradat; numeretque annos tantum trecentos octoginta duos. *Codrus (regnavit annis)* XXI. *qui, iuxta reſponſum ſeipſum morti tradens, bello Peloponneſiaco interimitur; in quo Heraclidarum imperium deſtructum eſt, quod trecentis octoginta duobus annis perſeveraverat.* Atqui a Cecropis primi initio ad finem Codri anni ſunt quadringenti octoginta ſeptem; itaque corrige etiam numeros. Denique

Digitized by Google

nique neque illud hic praetereundum mihi censeo, populum fuisse Atticae, qui ab hoc Thymoete nostro, ultimo Erechthidarum, ac Thesidarum, Θυμοιτάδαι adpellati. Harpocration, Θυμοιτάδαι, δῆμος τῆς Ἱπποθοωντίδος φυλῆς, ἀπὸ Θυμοίτου τοῦ ἥρωος ὀνομασθείς. *Thymoetadae, populus Hippothoontidis tribus, a Thymoete heroe dictus.* Suidas. Θυμοίτης, ὁ τῶν Ἀθηναίων βασιλεὺς, καὶ Θυμοιτάδαι. *Thymoetes, Athenienſium rex; & Thymoetadae.* Vide quae de eo pridem plura dixi libro proprio De Populis Atticae.

CAP. X.

Thymoeti ſuccedit Melanthus. Is quo genere oriundus. Cononis locus emendatus. Initio, rex Meſſeniorum; inde pulſus ab Heraclidis, Athenas venit iuſſu oraculi. Illud autem, quale fuerit; & in quemnam Atticae locum ipſe venerit. Bellum cum Boeotiorum rege Xantho; atque eius ad duellum provocatio; quam Melanthus, propoſito in praemium regno accipit. Eius dolus, & victoria. Etymologici Auctor emendatus. Feſtum Ἀπατούρια. *Bacchus* Μελαναιγὶς, *ſive* Μελανθίδης, *eiuſque arca, ſive templum. Iupiter etiam* Ἀπατούριος, *ſive* Ἀπατήνωρ *dictus.*

IN Thymoetis autem locum ſubrogatus mox Melanthus. Hic referebat genus ſuum ad Periclymenum Nelei filium. Suidas in Ἀπατούρια. Μέλανθος ἐπιδημῶν, Μεσσήνιος, τὸ γένος ἀπὸ Περικλυμένου, τοῦ Νηλέως. *Melanthus, qui tunc illic agebat, Meſſenius, genus ducens a Periclymeno, Nelei filio.* Totidem verbis Scholiaſtes Ariſtophanis ad Acharnenſes, & Apoſtolius Cent. III. Proverb. LXXIV. Itaque corrigendus Conon apud Photium Narrat. XXXIX. Μέλανθος γένος μὲν ἦν τῶν Νηλειδῶν, οἳ Πύλου καὶ Μεσσήνης, ἀπὸ Ποσειδῶνος ἐβασίλευον. *Melanthus ex genere fuit Nelidarum, qui Pyli, & Meſſenae, inde a Neptuno regnum tenuerunt.* Perperam editur: τῶν Ἠλιδῶν. *Elidarum.* Erat autem ab iſto Nelei filio quintus. Obſervo apud Pauſaniam in Corinthiacis. Σὺν ᾧ αὐτοῖς Μέλανθον, τὸν Ἀνδροπόμπου, τοῦ Βώρου. τοῦ Πενθίλου, τοῦ Περικλυμένου. *Et cum his Melanthum Andropompi filium, Bori nepotem, Penthili pronepotem, Periclymeni abnepotem.* Initio ſub reditum Heraclidarum Rex Meſſeniorum erat. Strabo docet libro VIII. Καὶ δὴ κατὰ τὴν τῶν Ἡρακλειδῶν κάθοδον, καὶ τὸν τότε γενηθέντα μερισμὸν τῆς χώρας, ἦν Μέλανθος βασιλεὺς τῶν Μεσσηνίων. *At vero ſub reditum Heraclidarum, quaeque tunc eſt regionis facta diſtributio, rex Meſſeniorum erat Melanthus.* Verum eum, alioſque Neſtoris poſteros Heraclidae expulere. Idem Strabo lib. IX. Μετὰ δὲ τὴν τῶν Ἡρακλειδῶν κάθοδον, καὶ τὸν τῆς χώρας μερισμὸν, ὑπ' αὐτῶν, καὶ τῶν συγκαταλελθόντων αὐτοῖς Δωριέων, ἐκπεσεῖν τῆς οἰκίας συνέβη πολλοὺς εἰς τὴν Ἀττικὴν, ὧν ἦν καὶ ὁ τῆς Μεσσήνης βασιλεὺς Μέλανθος. *Poſt Heraclidarum reditum, & regionis diſtributionem, uſuvenit, ut multi ab iis, & qui una rediiſſent Dorienſibus, ſedibus ſuis expulſi, in Atticam migrarent; inter quos Melanthus etiam rex Meſſenae.* Pauſanias in Corinthiacis. Ἐκβάλλουσιν ἓν (οἱ Ἡρακλεῖδαι) ἐκ μὲν Λακεδαίμονος, καὶ Ἄργους, Τισαμενόν. ἐκ δὲ τῆς Μεσσηνίας τοὺς Νέστορος ἀπογόνους, Ἀλκμαίωνα Σίλλου τοῦ Θρασυμήδους, καὶ Πεισίστρατον τὸν Πεισιστράτου, καὶ τοὺς Παίονος τοῦ Ἀντιλόχου παῖδας. σὺν δὲ αὐτοῖς Μέλανθον τὸν Ἀνδροπόμπου. *Eiiciunt itaque (Heraclidae) Lacedaemone quidem, & Argis Tiſamenum; Meſſena vero, Neſtoris poſteros, Alcmaeonem Sylli filium, & nepotem Thraſymedis, & Piſiſtratum Piſiſtrati filium; item liberos Poeonis; Antilochi filii: ac cum his Melanthum, Andropompi.* Conon loco citato. Τοῦτον (τὸν Μέλανθον) ἀναστήσαντες Ἡρακλεῖδαι, πολέμῳ τὴν γῆν ἔσχον. *Hunc (Melanthum) quum expuliſſent Heraclidae, bello terram tenuerunt.* Huc Plutarchi illa pertinent, De exilio. Κόδρος δὲ, τίνος ὢν, ἐβασίλευσεν, οὐ Μελάνθου φυγάδος ἐκ Μεσσήνης; *Cuius vero filius exſiſtens Codrus regnum tenuit; nonne Melanthi, qui Meſſena exulavit?* Expulſus autem hunc in modum, venit in Atticam, & eius urbem Eleuſinem; quum oraculo iuſſus eſſet ſedem figere, ubi caput, atque pedes pro muneribus hoſpitalibus offerrentur. Leonides lib. IV. De Populis Atticae; cuius hoc fragmentum nobis repraeſentat Athenaeus lib. III. Μέλανθος Μεσσήνιος, ἐκπεσὼν τῆς πατρίδος, ἐπήρετο τὴν Πυθίαν, ὅπου κατοικήσῃ. ἡ δὲ ἔφη, ἔνθα ἂν ξενίοις πρῶτον τιμήσῃ, τοὺς πόδας αὐτῷ, καὶ τὴν κεφαλὴν, ἐπὶ τῷ δείπνῳ παραθέντων. καὶ τοῦτ' ἐγένετο αὐτῷ ἐν Ἐλευσῖνι. τῶν ἱερειῶν γὰρ τότε πατρίον τινὰ ἑορτὴν ἐπιτελουσῶν, καὶ πάντα τὰ κρέα καταναλωκυιῶν, τῶν δὲ ποδῶν καὶ τῆς κεφαλῆς, ὑπολοίπων ὄντων, ταῦτα τῷ Μελάνθῳ ἀπεσταλαν. *Melanthus Meſſenius, patria eiectus, conſuluit Pythiam, quemnam ſibi habitandum locum caperet; illa vero reſpondit; ubi primum munera hoſpitalia acciperet, caput, pedeſque, in coenu adpoſitos; quod & factum eſt Eleuſine; nam quum feminae ſacerdotes feſtum ibi quoddam patrium celebrarent, iamque carnes univerſas abſumſiſſent, caput, & pedes, quae ſupererant, ad Melanthum miſerunt.* Oraculi iuſſu veniſſe Athenas, ac donatum civitate, habitumque in honore, auctor etiam eſt Conon. Ὁ δὲ (Μέλανθος) κατὰ χρησμὸς Ἀθήναζε ἀφικνεῖται, καὶ πολίτης γίνεται, καὶ ἦν τῶν τιμωμένων. *Ille vero (Melanthus) Athenas iuxta oraculum venit; ac donatus civitate inter honoratos fuit.* Nec multo poſt Thymoetes illi regno ceſſit; quum duello Xanthum Boeotiae regem ſuperaſſet. Ioannes Tzetzes Chil. I. cap. IV.

Τινὲς δὲ γένος λέγουσι ταύτης τῆς ῥιζοχίας
Ἄχρι Θυμοίτου, Μέλανθον οὐκ εἶναι δὲ τοῦ γένους.
Πρὸς τὸ μονομαχῆσαι δὲ τῷ Βοιωτῷ Ξανθίῳ,
Θυμοίτης δῶρον δίδωσι τούτῳ τὴν βασιλείαν.
Quidam autem genus dicunt huius proſapiae
Vſque ad Thymoeten, Melanthum vero ex eo haud eſſe;
At quia duello pugnavit cum Boeoto Xanthio;
Thymoetes donat illi regnum.

Quamquam ſane eripuiſſe ei illud Pauſanias tradit in Corinthiacis. Μέλανθος δὲ καὶ τὴν βαζι-

Digitized by Google

βαζιλείαν ἔσχεν, ἀφελόμενος Θυμοίτῳ, τὸν Ὀξύντου. *Melanthus vero etiam regnum tenuit, ereptum Thymoeti Oxynthae filio.* Strabo ultro adſcitum dicit lib. IX. Οὗτος δ', (ὁ Μέλανθος) καὶ τῶν Ἀθηναίων ἐβασίλευσεν ἐκόντων, νικήσας ἐκ μονομαχίας τὸν Βοιωτῶν βασιλέα Ξάνθον. *Hic vero (Melanthus) quum certamine ſingulari Xanthum, Boeotorum regem devicisſet, ultro rex ab Athenienſibus eſt creatus.* Euſebius. Θυμοίτῳ προκαλεσαμένου Ξάνθου τοῦ Βοιωτίου, καὶ μὴ ὑπακούσαντος τοῦ Θυμοίτου, Μέλανθος Ἀνδροπόμπου Πύλιος, ἀναδεξάμενος, ἐμονομάχησεν. καὶ νικήσας, ἐβασίλευσεν. Hieronymus. *Quum Thymoeten provocaſſet Xanthus Boeotius, & Thymoete recuſante, Melampus Pylienſis Andropompi filius ſuſcepiſſet ſingulare certamen, ac deinde regnaſſet.* Conon ait, propoſitum ipſi regnum fuiſſe, victoriae praemium. Ἀθηναίοις δὲ, καὶ Βοιωτοῖς, πόλεμος ὑπὲρ Οἰνόης συνίστατο. καὶ ἐδόκει, ἐν τῇ τῶν βασιλέων μονομαχίᾳ τὴν κρίσιν εἶναι. Θυμοίτης μὲν οὖν, βασιλεύων Ἀθηναίων ἐδεδοίκει τὸν ἀγῶνα, καὶ ἐξίστατο τῆς βασιλείας, τῷ βουλομένῳ διακινδυνεύσαι πρὸς Ξάνθον, ὃς ἐβασίλευε Βοιωτῶν. καὶ Μέλανθος, ἐπ' ἄθλῳ τῆς βασιλείας, ὑπέρχεται τὸν ἀγῶνα. *Athenienſibus vero, & Boeotis, de OEnoe bellum exortum eſt; placuitque ſingulari regum pugna litem dirimi. Thymoetes autem rex Athenienſium duellum metuens, regno ceſſit, ei tradendo, qui cum rege Boeotorum Xantho concertare vellet. Melanthus itaque, regno in praemium propoſito, pugnam ſubit.* Idem Suidas quoque indicat. Πόλεμος ἦν Ἀθηναίοις πρὸς Βοιωτοὺς περὶ Κελαινῶν, ὃ ἦν χωρίον ἐν μεθορίοις. Ξάνθος ὁ Βοιωτὸς προεκαλέσατο τὸν Ἀθηναίων βασιλέα Θυμοίτῳ. ὁ δεξαμένου ὁ, Μέλανθος ἐπιδημῶν, Μεσσήνιος τὸ γένος, ἀπὸ Περικλυμένου τοῦ Νηλέως, ὑπέσχη ἐπὶ τῇ βασιλείᾳ. *Bellum erat Athenienſibus adverſus Boeotos de Celaenis, qui locus erat in confiniis. Xanthus vero Boeotus provocabat Athenienſium regem Thymoetem; ac, quum ille recuſaret Melanthus, qui tunc ibi agebat, Meſſenius genere a Periclymeno Nelei filio oriundus, regno in praemium propoſito ſuſcepit.* Quae totidem verbis Scholiaſtes Ariſtophanis ad Acharnenſes. Cauſa belli Celenae erant. Ita Suidas, & Scholiaſtes Ariſtophanis locis citatis. His accedit Harpocration. Πολεμούντων τῶν Ἀθηναίων πρὸς Βοιωτοὺς ὑπὲρ τῆς τῶν Κελαινῶν χώρας, Μέλανθος, ὁ τῶν Ἀθηναίων βασιλεύς, Ξάνθον τὸν Θηβαῖον, μονομαχῶν ἀπατήσας, ἀπέκτεινεν. *Bellum gerentibus Athenienſibus adverſus Boeotos de Celaenarum agro, Melanthus rex Athenienſium, Xanthum Thebanum in certamine ſingulari circumventum interfecit.* Apud Poliaenum locus iſte Melaenae dicitur lib. I. Ἀθηναίων στρατηγὸς ἦν Μέλανθος, Βοιωτῶν Ξάνθος. ἐπολέμουν Μελαινῶν πέρι. Μελαιναὶ, χωρίον μεθόριον Ἀττικῆς, καὶ Βοιωτίας. *Athenienſium dux erat Melanthus, Boeotorum Xanthus. Bellum gerebant de Melaenis. Melaenae locus in confinio Atticae, Boeotiaeque.* Vbi vir magnus, cuius beneficio Auctorem illum Graecum habemus, ſcribendum cenſebat, Κελαινῶν, & Κελαιναί. Attamen Μελαιναὶ etiam Stephano commemorantur in Μελαινεῖς, ubi vide. Neque aliter nominat Etymologici Auctor in Κυρεῶτις, & Apoſtolius Cent. III. Proverb. LXXIV. Sed omnino nil mutandum eſſe cenſeo; quum Κελαιναὶ, & Μελαιναὶ, idem valeat. Alii tradunt, bellum iſtud ob Oenoen geſtum eſſe. Proclus in Timaeum Platonis lib. I. Τὰ Ἀπατούρια ἑορτή τις ἦν εἰς Διόνυσον, ἐπὶ τῷ Μελάνθου, καὶ Ξάνθου τοῦ Βοιωτοῦ, μονομαχίᾳ, καὶ νίκῃ τοῦ Μελάνθου, δι' ἀπάτης· Βοιωτῶν, καὶ τῶν Ἀθηναίων, ὑπὲρ Οἰνόης πολεμούντων ἀλλήλοις. *Apaturia feſtum quoddam Bacchi erat, ob Melanthi, & Xanthi Boeotii, ſingulare certamen; & victoriam Melanthi dolo reportatam; quum Boeotii, & Athenienſes de OEnoa bellum inter ſeſe gererent.* Conon in citatis verbis. Ἀθηναίοις δὲ, καὶ Βοιωτοῖς, πόλεμος ὑπὲρ Οἰνόης συνίστατο. *Athenienſibus vero, & Boeotis bellum de Oenoa exortum eſt.* Et paulo poſt. Καὶ τήν τε Οἰνόην Ἀθηναίοις, καὶ ἑαυτῷ τὴν βασιλείαν, ἑνὶ περιεποιήσατο τῷ ἀγωνίσματι. *Atque uno certamine, & OEnoen Athenienſibus, & ſibi regnum acquiſivit.* Imo vero de utroque eo loco bellum erat. Etymologici Auctor id diſerte dicit in Κυρεῶτις. Ἀθηναίων πρὸς Βοιωτοὺς πόλεμον ἐχόντων περὶ Οἰνόης, καὶ Μελαίνης, Ξάνθος, ὁ τῶν Βοιωτῶν βασιλεὺς, Θυμοίτῳ, τὸν τῶν Ἀθηναίων δυνάστην, εἰς μονομαχίαν προσεκαλέσατο. *Quum Athenienſes bellum adverſus Boeotos gererent de OEnoa, & Melaena, Xanthus rex Boeotorum, Thymoetem Athenienſium principem, ad certamen ſingulare provocavit.* Quomodo vero id duellum inter Xanthum, & Melanthum geſtum fuerit, audiamus referentem Polyaenum libro citato. Οἱ στρατηγοὶ μονομαχῆσαι τῆς νίκης πέρι. ᾗ συνιόντων, ὁ Μέλανθος ἔφη. ᾗ μὴν ἀδίκως δεύτερον ἄγων ἐπὶ τὴν μάχην. ὁ Ξάνθος ἐπεστράφη, τὸν δεύτερον ἀψόμενος· καὶ ὑπὸ τοῦ Μελάνθου τῷ ξυστῷ διελασθεὶς, ἀνῃρέθη. *Duces bello certant de victoria, atque, poſtquam conveniſſent, inquit Melanthus: Et tu ſane iniuſte agis, qui ſecundum in pugnam adducis, quam ob rem converſus Xanthus, ut ſecundum hunc videret a Melantho, haſta traiectus interficitur.* Frontinus Strateg. lib. II. cap. V. *Melanthus dux Athenienſium, quum provocatus a rege hoſtium, Xantho Boeotio, deſcendiſſet ad pugnam, ut primum comminus ſtetit, inique, inquit, Xanthe, & contra pactum facis; adverſus ſolum enim cum altero proceſſiſti; quumque admiratus ille, quiſnam ſe comitaretur reſpexiſſet, averſum uno ictu confecit.* Scholiaſtes Ariſtophanis ad Paeem. Ἀθηναίων περὶ Κελαινῶν πρὸς Βοιωτοὺς πόλεμον ἀραμένων, Ξάνθος Βοιωτὸς προεκαλέσατο τὸν Ἀθηναίων βασιλέα Θυμοίτῳ. καὶ ὁ μὲν, οὐκ ἐδέξατο, Μέλανθος δέ τις, Ἀρκὰς τὸ γένος ἐν Ἀττικῇ ὤν, καὶ οἰκῶν, ὑπέστη τὸ μονομάχιον. καὶ καταλιπόντων αὐτῶν εἰς τὸ ἀφωρισμένον πεδίον ἐπὶ τὸ μονομαχῆσαι, ὁ Μέλανθος δόλῳ ἀναιρεῖ τὸν Ξάνθον. προσιόντι γὰρ αὐτῷ, ἔφη· ἀδικᾷς, ὦ Ξάνθε, μόνος φήσας παραγενέσθαι, οὐ δεύτερος παραγενόμενος. ἐφ' ᾧ στραφεὶς ὁ Ξάνθος, ὡς θεασάμενος τὸν ἥκοντα, ἐτρώθη παρὰ Μελάνθου, οὐ ἀπώλετο. *Quum Athenienſes adverſus Boeotos bellum ſuſcepiſſent de Celaenis, Xanthus Boeotus provocavit regem Athenienſium Thymoetem, atque ille quidem recuſavit; ſed Melanthus quiſpiam ex Arcadia genus ducens, qui in Attica erat, degebatque, duellum ſuſcepit; quum-*

quumque in campum destinatum ad certamen singulare convenissent, Melanthus dolo Xanthum occidit; nam quum comminus adcessisset, inique facis, inquit, Xanthe, qui secundus huc adveneris, quum venturum solum dixeris; ad quae verba dum convertit sese Xanthus, ut respiceret venientem, a Melantho vulneratur, & occiditur. Paulo aliter idem ad Acharnenses refert; non excogitatum dolum a Melantho; sed revera quempiam a tergo eius conspicatum, nigra pelle caprina indutum. Πόλεμος ἦν Ἀθηναίοις πρὸς Βοιωτοὺς περὶ Κελαινῶν, ὃ ἦν χωρίον ἐν μεθορίοις. Ξάνθος ὁ Βοιωτὸς, προεκαλέσατο τὸν Ἀθηναίων βασιλέα Θυμοίτην. ὁ δὲ δεξαμένου δὲ, Μέλανθος ἐπισήμων, Μεσσήνιος τὸ γένος, ἀπὸ Περικλυμένου τοῦ Νηλέως, ὑπέσχη, ἐπὶ τῇ βασιλείᾳ. μονομαχούντων δὲ, ἐφάνη τῷ Μελάνθῳ τις ὄπισθεν τοῦ Ξάνθου, τραγῆν Μέλαιναν ἐνημμένος. ἔφη ἓν, ἀδικεῖν αὐτὸν, δεύτερον ἥκοντα. ὁ δὲ, ἐπεσράφη· ὁ δὲ, παίας, ἀποκτείνῃ αὐτόν. *Bellum erat Athenienses adversus Boeotos de Celaenis, qui est locus in confiniis. Xanthus vero Boeotus provocavit Athenienssium regem Thymoetem; atque eo recusante, agens illic Melanthus, Messenius genere a Periclymeno oriundus Nelei filio, in se recepit, ea lege, ut regnum acciperet; itaque, quum iam certamine singulari depugnarent, quispiam a Xanthi tergo a Melantho est conspectus, pelle caprina nigra amictus, qua de causa quum is diceret, inique fieri a Xantho, qui secundum secum adduceret, atque ille hunc respiceret, convertentem se Melanthus interfecit*. Quae totidem verbis etiam Suidas in Ἀπατούρια, & Apostolius Cent. III. Proverb. LXXIV. Alii tradunt, se Melanthum voto quodam obstrinxisse, si decipere Xanthum posset, Baccho sacra facturum esse; eumque in pugna adparuisse pelle caprina nigra indutum. Etymologici Auctor. Μέλανθος δὲ παρόντων Ἀθηναίων, ὑπέσχη τὴν μονομαχίαν, καὶ συνιόντων, εὔξατο, εἰ ἀπατήσοι τὸν Ξάνθον, θύσειν τῷ Διονύσῳ. φανῆναι δὲ τὸν Διόνυσον τῷ Ξάνθῳ, αἰγέαν ἐνειμένον μέλαιναν. *Melanthus vero, praesentibus Athenienssibus, duellum suscepit; quumque iam congrederentur, votum fecit, si Xanthum falleret, Baccho sacra se facturum; adparuisse vero Bacchum Xantho, caprina pelle nigra amictum*. Sed est potius scribendum: φανῆναι δὲ τὸν Διόνυσον τῷ Μελάνθῳ, *adparuisse vero Bacchum Melantho*. Nam hoc verum est; & Melanthus Bacchum videbat a tergo Xanthi. Et sic habent Scholiastes Aristophanis, Suidas, atque Apostolius in citatis ante locis. Conon ait, visum hominem imberbem. Ἐπειδὴ δ' ἐς μάχλω ἦκον, καθορᾷ ὁ Μέλανθος φάσμα τι, τῷ Ξάνθῳ ἄνδρα ἑπόμενον ἀγένειον. *Vbi vero pugnam iniere, vidit Melanthus visum quoddam, virum a tergo Xanthi imberbem*. Adeoque in memoriam huius victoriae, dolo isto reportatae a Melantho, festum institutum fuit, Ἀπατούρια, quasi dicas *Deceptoria*, ea ex re adpellatum; & ob eum, qui cum pelle caprina nigra conspectus erat, aram Bacchi, τῷ Μελαναιγίδῃ cognomento erexerunt. Memorant utrumque Auctores, quos citavi. Conon, Bacchi cognomentum Μελανθίδην, non Μελαναιγίδα tradit; tum & Iovi Ἀπατουρίῳ, *Deceptori*, sacra facta. Ἀθηναῖοι δ' ὕστερον Διονύσῳ Μελανθίδῃ κατὰ χρησμὸν ἱερὸν ἱδρυσάμενοι, θύουσιν ἀνὰ πᾶν ἔτος. καὶ τῷ Ἀπατουρίῳ Διὶ ἱερὰ ἀνάπτοντες, ὅτι αὐτοῖς ἐκ τῆς ἀπάτης ἀγώνισμα ἐγένετο. *Athenienses vero postea Baccho Melanthidae ex oraculo fanum postquam dedicassent, quotannis illi sacra faciunt; Iovi quoque Apaturio sacrificantes, quia dolum in certamine adhibuissent*. Ac Iupiter quidem, qui Cononi Ἀπατούριος, is Auctori Etymologici, Ἀπατήνωρ nominatur. Ἀπατήνωρ, οὐχ ὁ Διόνυσος, ἀλλὰ Ζεύς. *Apatenor, non Bacchus, sed Iupiter*. Et postea. Νικήσαντες ἓν Ἀθηναῖοι, Ἀπατήνορα μὲν Δία προσηγόρευσαν, ἀπατύρια δὲ, ἑορτὴν τῷ Διονύσῳ. *Itaque victoria potiti Athenienses, Apatenorem quidem Iovem adpellarunt; Apaturia vero festum Baccho*. Ac dum regnum eo modo comparatum administrat, venere Athenas Iones, qui admissi in civitatem ob memoriam Ionis, atque eius meritorum. Pausanias in Achaicis. Ἴωνας δὲ, ἀφικομένους ἐς τὴν Ἀτλικὴν, Ἀθηναῖοι, καὶ ὁ βασιλεὺς αὐτῶν Μέλανθος Ἀνδροπόμπου, συνοίκους ἐδέξαντο, Ἴωνός τε δὴ ἕνεκα, καὶ ἔργων ἃ ἔπραξε, πολεμαρχῶν Ἀθηναίοις. *Ionas vero, quum in Atticam venissent, Athenienses, & eorum rex Melanthus Andropompi filius, recepere in civitatem, in gratiam Ionis, & gestarum ab illo rerum, quum is bello ab Athenienssibus praefectus esset*. Regnavit autem annos septem, & triginta. Eusebius. Ἀθηναίων ἐβασίλευσεν ἑκκαιδέκατος Μέλανθος Ἀνδροπόμπου Πύλιος ἔτη λζ'. Hieronymus. *Athenienssibus regnavit decimussextus Melanthus annis triginta septem*. Ac consentiunt Marianus, & Vincentius Bellovacensis.

CAP. XI.

Melantho vita functo, regnum devolutum in Codrum eius filium. Quomodo id adeptus fuerit, erutum ex Aristotele; cuius locum viros doctos minus recte explicare indicatum. In Atticam incursantes Heraclidas mox repellit, eiicitque; & Megarica contentos esse cogit. Inde aliis bello eum impetentibus, quum oraculum edixisset, armis superiores fore Athenienses, si ipsorum rex occumberet, ipse sese animo plane generoso, & adfectu in subiectos singulari, morti offert; ac, dissimulato habitu, urbe egressus, hostibusque in se studio concitatis, interficitur.

MElantho mortuo, regnum accepit filius Codrus; qui *Exemplar imperatoribus*, ob virtutem, & adfectum in rempubli-

(a) De hoc festo consule *Meursium* nostrum in *Graecia feriata*, & *Petrum Castellanum* in *Syntagmate de Festis Graecorum*.

(b) A Iove, seu Numine decipi interdum mortales Ethnicis Theologicis persuasum fuisse videtur. Sic apud *Homerum Iliad. β'*. Iovi

——— Κατὰ θύμὸν ἀρίζη φαίνετο βουλὴ

Πέμψαι ἐπ' Ἀτρείδῃ Ἀγαμέμνονι οὖλον ὄνειρον. Quamquam id recte quis interpretari potest, adiutus maxime loco insigni, qui habetur III. *Reg. Cap.* XXII. *vers.* 19 *& seq.* Ceterum *Plato* II. *De Repub.* negat Deum vel mentiri posse, vel decipere: id quod in primis probandum.

Digitized by Google

publicam apud M. Senecam dicitur. Atque id adeptus fuit ob rempublicam bello praeclariſſime geſto ſervitute liberatam. Indicat id Ariſtoteles Politic. lib. v. cap. x. Καθάπερ ὖν εἴπομεν, ἡ βασιλεία τέλεκται κατὰ τὴ ἀριστοκρατίαν. καθ' ἀξίαν γάρ ἐστιν, ἢ καθ' ἰδίαν ἀρετὴν, ἢ κατὰ γένος, ἢ καθ' εὐεργεσίας, ἢ κατὰ ταῦτά γε καὶ δύναμιν. ἅπαντες γὰρ εὐεργετήσαντες, ἢ δυνάμενοι τὰς πόλεις, ἢ τὰ ἔθνη, εὐεργετεῖν, ἐτύγχανον τῆς τιμῆς ταύτης. οἱ μὲν, κατὰ πόλεμον κωλύσαντες δηλεύειν, ὥζτερ Κόδρος, οἱ δ', ἐλευθερώσαντες, ὥσπερ Κῦρος. *Quemadmodum igitur diximus, regnum ad ariſtocratiam eſt accommodatum. Eſt enim ex dignitate, vel ratione propriae virtutis, vel generis, vel beneficiorum, vel & horum, & poteſtatis. Nam omnes, quia beneficiis adfecerint, vel adficere potuerint, civitates aut gentes, hunc honorem ſunt adepti; hi quidem depulſa bello ſervitute, uti Codrus; illi vero, parta libertate, uti Cyrus.* Vnicus eſt Ariſtotelis ille locus; neque alii hoc commemorant, qui quidem ad manus noſtras pervenere. Minus recte viri docti ad Peloponneſiorum, de quo ſtatim ſum dicturus, bellum referunt; quo amiſit regnum Codrus, ut & vitam non paravit; quod Philoſophus ſat diſerte nobis dicit. Poſtquam autem regnum conſequutus fuit, vicit etiam Heraclidas, Atticam armata manu invadentes; & expulſos regione omni cetera, ſola ſe Megarica continere iuſſit. Strabo lib. ix. Εὐανδρούσης δὲ τῆς Ἀττικῆς, διὰ τοὺς φυγάδας, φοβηθέντες οἱ Ἡρακλεῖδαι, παροξυνάντων αὐτοὺς μάλιστα τῶν ἐν Κορίνθῳ, καὶ τῶν ἐν Μεσσήνῃ, τῶν μὲν διὰ τὴν γειτνίασιν, τῶν δὲ ὅτι Κόδρος ἐβασίλευσε τῆς Ἀττικῆς τότε, ὁ τοῦ Μελάνθου παῖς, ἐστράτευσαν ἐπὶ τὴν Ἀττικήν. ἡττηθέντες δὲ μάχῃ, τῆς μὲν ἄλλης ἐξέστησαν γῆς, τὴν Μεγαρικὴν δὲ κατέσχον. *Quum autem Attica viris frequens eſſet, propter exules, timentes ſibi Heraclidae, incitantibus maxime Corinthiis, & Meſſeniis, illis ob vicinitatem, his, quod filius Melanthi Codrus regnum Atticae tunc obtineret; bellum Atticae intulerunt; proelioque ſuperati, reliqua quidem terra omni ſunt eiecti, ſed Megaricam tenuerunt.* Sed illuſtre maxime fuit regnum eius ſuo fine; quem Auctores paſſim celebrant. Audiamus accurate memorantem Valerium Maximum lib. v. cap. vi. *Rex Athenienſium Codrus, quum ingenti exercitu hoſtium Attica regio debilitata, ferro, ignique vaſtaretur, diffidentia humani auxilii, ad Apollinis Delphici oraculum confugit; perque legatos ſciſcitatus eſt, quonam modo illud tam grave bellum diſcuti poſſet: reſpondit deus: ita finem illi fore, ſi ipſe ſe hoſtili manu occidiſſet. Quod quidem non ſolum totis Athenis, ſed in caſtris etiam contrariis, percrebuit; eoque factum eſt, ut ediceretur, ne quis Codri corpus vulneraret. Id poſtquam cognovit, depoſitis inſignibus imperii, familiarem cultum induit, ac pabulantium hoſtium globo ſeſe obiecit: unumque ex his falce ſua percuſſum, in caedem ſuam compulit. Cuius interitu, ne Athenae occiderent, effectum eſt.* Polyaenus lib. i. Ἀθηναίοις, καὶ Πελοποννησίοις, πόλεμος ἦν. ὁ θεὸς ἔχρησε, νικᾶν Ἀθηναίους, ἂ

A ὁ βασιλεὺς αὐτῶν ἀποθάνοι πρὸς ἀνδρὸς Πελοποννησίου. Κόδρος ἦν Ἀθηναίων βασιλεὺς. οἱ πολέμιοι, τὸ λόγιον εἰδότες, καινὸν αὐτοῖς ἦν παράγγελμα, ἐν ταῖς μάχαις ἀπέχεσθαι Κόδρου. ὁ δὲ, ἦν γὰρ ἑσπέρα, σχῆμα φρυγανισῆρος λαβὼν, τῷ χάρακος παρελθὼν, ἔτεμνε τὴν ὕλαν. ἔτυχον δὲ Πελοποννήσιοι ἄνδρες κατὰ φρυγανισμὸν ἥκοντες. ἀψαμένῳ τούτοις Κόδρος, ὥσε καὶ, τὸ δρέπανον ἐπ' αὐτοὺς ἐτανατεινάμενος, ἔτρωσεν. οἱ δὲ φθάσαντες, ἀναλαίνουσιν αὐτὸν τοῖς δρεπάνοις· ὃ γαννύμενοι, ἀπηλλάγησαν, ὡς ἀνδραγάθημα δὴ πεποιηκότες παιανίσαντες. Ἀθηναῖοι (τί γὰρ οὐκ ἔμελλον, τῷ λογίῳ πεπληρωμένοι;) θυμῷ καὶ ῥώμῃ πλείονι προιᾶσιν εἰς μάχην. καὶ, πρὸ τῆς μάχης κήρυκα πέμψαντες, ᾔτησαν ἀναίρεσιν τοῦ βασιλέως. Πελοποννήσιοι μὲν οὖν, συνέντες τοῦ γεγονότος, ἔφυγον. *Athenienſibus, & Peloponneſiis bellum erat; & oraculo reſpondit deus, victores Athenienſes fore, ſi a viro Peloponneſio rex ipſorum occideretur; atque rex tunc Codrus erat. Hoſtes, poſtquam de oraculo accepiſſent, commune edictum propoſuerunt, ut in proelio cuncti a Codro abſtinerent. At ille, ſiquidem veſpera erat, habitu lignatoris ſumto, foſſam tranſgreſſus, ligna caedebat; ac venere etiam ad lignationem viri quidam Peloponneſii, cum quibus pugnam incipit Codrus, falce extenſa, eos vulnerans: illi autem ocyus eum interficiunt; ac cum gaudio, velut re praeclare geſta, mox diſcedunt. Athenienſes (nam quid non facturi eſſent, iam oraculo impleto?) animo maiore, & viribus in pugnam prodeunt; antequam tamen conſererent manum, per praeconem petunt, uti tollere ad ſepulturam regem liceat; verum re Peloponneſii intellecta, ſe in fugam coniecere.* Velleius lib. i. *Codrus, Melanthi filius, vir non praetereundus, quippe quum Lacedaemonii gravi bello Atticos premerent, reſpondiſſetque Pythius, quorum dux ab hoſte occiſus eſſet, eos futuros ſuperiores; depoſita veſte regia, paſtoralem cultum induit; immiſtuſque caſtris hoſtium, de induſtria, imprudenter rixam ciens, interemtus eſt. Codrum cum morte aeterna gloria; Athenienſes ſequuta victoria eſt.* Videndi quoque Iuſtinus lib. ii. Conon Narrat. xxvi. Auguſtinus De Civ. Dei lib. xviii. cap. xix. Ioannes Tzetzes Chil cap. iv. Iſacius Tzetzes ad Lycophronem. Soſtratus Thracicorum lib. ii. Pauſanias in Atticis, & Achaicis. Otho Friſingenſis lib. i. cap. xxviii. Euſebius, & Hieronymus in Chronicis. Suidas in Εὐγενέστερος Κόδρου. Sed Lycurgus ante omnes Orat. in Leocratem; cuius verba hic repraeſentanda cenſeo. Ἐπὶ Κόδρου βασιλεύοντος, Πελοποννησίοις γενομένης ἀφορίας κατὰ τὴν χώραν αὐτῶν, ἔδοξε στρατεύειν ἐπὶ τὴν πόλιν ἡμῶν, καὶ ἡμῶν τοὺς προγόνους ἐξανασήσαντας, κατανείμασθαι τὴν χώραν. καὶ πρῶτον μὲν εἰς Δελφοὺς ἀποστέλλουσι, τὸν θεὸν ἐπηρώτων, εἰ ἐπιλήψονται τὰς Ἀθήνας. ἀνελόντος δὲ τοῦ θεοῦ αὐτοῖς, ὅτι τὴν πόλιν αἱρήσουσιν, ἐὰν μὴ τὸν βασιλέα τῶν Ἀθηναίων Κόδρον ἀποκτείνωσιν, ἐστράτευον ἐπὶ τὰς Ἀθήνας. Κλεόμαντις δὲ, τῶν Δελφῶν τις, πυθόμενος τὸ χρηστήριον, δι' ἀποῤῥήτων ἐξήγγελε τοῖς Ἀθηναίοις. φασὶ γὰρ τὸν Κόδρον, παραγγείλαντα τοῖς Ἀθηναίοις προσέχειν, ὅταν τελευτήσῃ τὸν βίον, λαβόντα πλωχικὴν στολὴν, ὅπως ἂν ἀπατήσῃ τοὺς πολε-

πολεμίες, κατὰ τὰς πύλας ὑποδύνλα. Φρύγανα συλλέγειν πρὸ τῆς πόλεως. προσελθόντων δ' αὐτῷ δυοῖν ἐκ τῦ στρατοπέδου, καὶ τὰ κατὰ τὴν πόλιν πυνθανομένων, τὸν ἕτερον αὐλῶν ἀποκλῖναι, τῷ δρεπάνῳ προσπεσόντα. τὸν δ' περιλελειμμένον, παροξυνθέντα τῷ Κόδρῳ, καὶ νομίσανλα πλωχὸν εἶναι, σπασάμενον τὸ ξίφος, ἀποκλῖναι τὸν Κόδρον, τούτων δὲ γενομένων, οἱ μὲν Ἀθηναῖοι, κήρυκα πέμψανλες, ἠξίουν δῦναι τὸν βασιλέα φάψαι, λέγονλες αὐτοῖς ἅπασαν τὴν ἀλήθειαν· οἱ δὲ Πελοποννήσιοι, τῦτον μὲν ἀπέδοσαν. γνόνλες δ'. ὡς οὐκ ἔτι δυνατὸν αὐτοῖς τὴν χώραν καλασχεῖν, ἀπεχώρησαν. *Codro regnum obtinente, Peloponnesiis sterilitate laborantibus, visum fuit, bello petere urbem nostram; & maioribus nostris pulsis, regionem distribuere; ac primo quidem, missis Delphos legatis, Apollinem interrogabant, an capturi Athenas essent; quumque respondisset deus, capturos fore, nisi regem Athenienſium interficerent, bellum contra Athenienses susceperunt. Cleomantis vero, quidam e Delphorum civibus, quum oraculum rescivisset, clam id Athenienſibus enuntiat; qua de causa Codrum aiunt, quum mandasset Athenienſibus, uti quando caesus esset, observarent; habitu mendici sumto, quo decipere hostem posset, porta clanculum exiisse ad sarmenta colligenda; quumque duo ad ipsum e castris accessissent, ac res urbis scisciterentur, alterum horum falce irruentem occidisse; & superstitem adversus Codrum, quem mendicum existimaret, asperatum, stricto gladio, Codrum rursum occidisse; quibus actis, Athenienses per praeconem regem sibi, ut sepeliant, reddi petunt, veritatem ipsis omnem exponentes. Ac Peloponnesii quidem ipsum reddunt; gnari vero, non se deinceps expugnare urbem posse, discesserе.* Meminerunt etiam strictim, Plato in Convivio; Cicero De Fin. lib. v. & De Nat. deorum lib. III. Horatius lib. III. Od. XIX. Pollux lib. X. cap. XXIX. Lactantius lib. III. cap. XII. Hieronymus in Epist. ad Ephes. cap. I. Theodoretus Therapeut. lib. VII. & plures alii.

CAP. XII.

Dissidium Auctorum in historiae huius partibus; quum Peloponnesios quidam, alii Lacedaemonios, & nonnulli Dorienses, vel & Thraces bellum id intulisse tradant; atque de prioribus tribus res composita; ac fortasse, & de Thracibus. Variatum & de oraculo; quod nonnulli Athenienſibus, quidam hostibus datum tradunt; quidam etiam non explicant, utra illud pars acceperit. Etiam neque de habitu omnes eadem memorare indicatum; ac Valerius Maximus forte emendatus.

VErum in historiae partibus dissentire Auctores video; quosdam etiam pleniùs aliis eam totam enarrare; ego singula data nunc occasione, explicanda mihi censeo. Ac primo quidem quisnam ille hostis fuerit, qui Athenis bellum per id tempus moverit, varie tradunt; & sunt, qui Peloponnesios; item, qui Lacedaemonios; alii quoque Dorienses; quidam rursus Thraces dicunt. Et Peloponnesios quidem Lycurgus memorat in citatis ante verbis. Ἐπὶ Κόδρου βασιλεύονλος, Πελοποννησίοις, γενομένης ἀφορίας κατὰ τὴν χώραν, ἔδοξε στρατεύειν ἐπὶ τὴν πόλιν ἡμῶν. *Codro regnum obtinente, Peloponnesiis sterilitate laborantibus, visum fuit bello petere urbem nostram.* Polyaenus. Ἀθηναίοις, καὶ Πελοποννησίοις πόλεμος ἦν. *Athenienſibus, & Peloponnesiis bellum erat.* Augustinus De Civ. Dei lib. XVIII. cap. XIX. *Per idem tempus Codrus rex Athenienſium, Peloponnenſibus, eiusdem hostibus civitatis, se interficiendum ignotus obiecit.* Orosius lib. I. cap. XVIII. *Peloponnenſium clades, Codro moriente.* Ac consentiunt Eusebius, & Hieronymus in Chronicis; Otho Frisingensis lib. I. cap. XXVIII. ac Pausanias in Atticis, & Achaicis. Lacedaemonios tradit Isaacius Tzetzes in Lycophronem. Πολεμούνλων Λακεδαιμονίων τοῖς Ἀθηναίοις, χρησμὸν ἔλαβον οἱ Λακεδαιμόνιοι, φυλάτλεσθαι κλέπνειν τὸν Ἀθηναίων στρατηγόν. *Bellum gerentibus Lacedaemoniis adversus Athenienses, oraculum accepere Lacedaemonii, ut caverent, ne Athenienſium ducem interficerent.* Et mox. Μαθόνλες δὲ τῦτο οἱ Λακεδαιμόνιοι, ἀπηλλάγησαν. *Lacedaemonii, postquam illud rescivisſent, discesserе.* Velleius. *Quum Lacedaemonii gravi bello Atticos premerent.* Servius ad Eclogam V. *Codrus dux Athenienſium fuit, qui orto bello inter Laconas, & Athenienses, quum respondisset oraculum,* &c. Ioannes Tzetzes Chil. cap. IV.

Λακώνων Ἀθηναίων τε ποτὲ γὰρ πολεμούνλων,
Χρησμὸς ἐδόθη Λάκωσι, μεγάλως ἠτιθῆναι,
Ἂν τις ἐκ τούτων στρατηγὸν τ' Ἀθηναίων κλέπτῃ.
Lacedaemoniis enim, & Athenienſibus olim belluntibus,
Oraculum datum est Lacedaemoniis, insigniter vincendos fore,
Si quis ex illis ducem Athenienſium occidisset.

Pausanias utrosque nominat in Achaicis. Ταῦλα Ἕλλησιν ἦλθεν ἐς μνήμλν, ὅτε ἀφίκοντο ἐπὶ Ἀθήνας Πελοποννήσιοι, τότε Κόδρου τοῖς Ἀθηναίοις βασιλεύονλος. ὁ μὲν δὴ ἄλλος στρατὸς τ' Πελοποννησίων, ἀτεχώρησεν ἐκ τῆς Ἀτλικῆς, ἐπῳδὴ ἐπύθοντο τὸν Κόδρον τὴν τελευτὴν, καὶ ὅν τινα ἐγένετο αὐλῷ τρόπον. ᾗ γὰρ εἶναι νίκλν ἔτι σφίσι, κατὰ τὸ ἐκ Δελφῶν μάνλευμα, ἤλπιζον, Λακεδαιμονίων ὁ ἄνδρες, γενόμενοι μὲν ἐντὸς τείχους, λανθάνουσιν ἐν τῇ νυκλί. ἅμα δὲ ἡμέρᾳ, τῶν τε ἑαυλῶν ἀπεληλυθότας αἰσθάνονται, καὶ, ἀθροιζομένων ἐπ' αὐτοὺς τῶν Ἀθηναίων, καλαφεύγουσιν ἐς τὸν Ἄρειον πάγον. *Haec redierunt in memoriam Graecis, quum essent Peloponnesii Athenas adorti, rege Codro; tunc enim ex Attica reliquae Peloponnesiorum copiae recesserunt, audita Codri morte, cognitoque mortis genere; neque enim iuxta Delphicum responsum spes ulla reliqua erat. Ex Lacedaemoniis autem ii, qui intra moenia erant, illa nocte deliteſcebant; verum postquam illuxisset, & Athenienses in eos concurrerent, in Areopagum confugerunt.* Sed concilio; nam Loconica erat e Peloponnesi regionibus; quae a Mela referuntur in hunc modum lib. II. cap. III. *In Peloponneso Argolis, Laconice, Messenia, Achaia,*

Etis

Etis, Arcadia. Quidam Dorienſes tradunt, uti dixi; eſtque inter illos Conon, Narrat. XXVI. Καὶ ἀμειψάμενον (ὁ Κόδρον) τὴν ϛολὴν, ὡς εἷς τῶν ξυλοφόρων, ὑφ' ἑνὸς τῶν Δωριέων ἀναιρεῖται. καὶ γνόντες ὕϛερον Δοριεῖς, καὶ ἀπογνόντες τὴν νίκλω, ἐϛράτευσαν Ἀθηναίοις. *Quum mutaſset (Codrus) veſtem, quaſi lignatorum unus, a quodam Dorienſium occiditur; idque poſtquam cognoviſſent Dorienſes, de victoria deſperantes, foedus cum Athenienſibus pepigerunt.* Iuſtinus lib. II. *Erant inter Athenienſes, & Dorienſes ſimultatum veteres offenſae; quas vindicaturi bello Dorienſes, de eventu proelii oracula conſuluerunt; reſponſum, ſuperiores fore, ni regem Athenienſium occidiſſent.* Ac deinde. *Cognito regis corpore, Dorienſes ſine proelio diſcedunt*. Ammianus lib. XXII. *In Aſia per Nileum multo ante locati, Codri illius filium, qui ſe pro patria bello fertur Dorico devoviſſe*. Nec aliter Herodotus lib. V. Suidas in εὐγενέϛερον Κόδρου. Ioannes Sarisberienſis, Polycratici lib. IV. cap. III. Ariſtides in Panathenaica Dorienſes, & Peloponneſios refert. Κόδρον ὄν, ἐν τῷ πρὸς Δωριέας πολέμῳ, καὶ Πελοποννησίους, αὐτὸς ἐξελοντὴς (λέγεται) ἀποθανεῖν. *Codrus vero, bello contra Dorienſes, & Peloponneſios, ultro pro regione (fertur) mortem oppetiiſſe*. Certe Doris, quam vocabant, non inter Pelopponneſi regiones, verum Graeciae, proprie ſic adpellatae, cenſebatur; ſed ſciendum Peloponneſios lingua Dorica uſos eſſe; atque ita Dorienſes ab Auctoribus, quos citavi in hiſtoria hac vocari. Enimvero quid de Soſtrato ſtatuemus, qui a Thracibus bellum iſtud geſtum dicit? Ecce tibi verba eius, e ſecundo Thracicorum libro ſumta apud Stobaeum Serm. VII. Ἀθηναῖοι, πρὸς Θρᾷκας πόλεμον ἔχοντες, ϛρατηγὸν, ἐχειροτόνησαν Κοδρόν. *Athenienſes, orto contra Thracas bello, ducem elegerunt Codrum*. Equidem non alios putandos cenſeo, quam qui Dauliam, Phocidis urbem incolebant; de quibus & ſupra dixi lib. II. cap. IV. ſuntque & illi Dorienſes, uti & Peloponneſii, verum tamen non Lacones. Itaque non hoc expedio. Porro neque de oraculo ſatis convenit inter Auctores, hoſtibus ne illud datum, an Athenienſibus fuerit. Athenienſibus quidem datum dicit Valerius. *Codrus quum ingenti exercitu hoſtium Attica regio debilitata ferro, ignique vaſtaretur, diffidentia humani auxilii, ad Apollinis Delphici oraculum confugit; perque legatos ſciſcitatus eſt, quonam modo illud tam grave bellum diſcuti poſſet*. Polyaenus. Ἀθηναίοις, καὶ Πελοποννησίοις πόλεμον ἦν. ὁ θεὸς ἔχρησε, νικᾶν Ἀθηναίους, εἰ ὁ βασιλεὺς αὐτῶν ἀποθάνοι πρὸς ἀνδρὸς Πελοποννησίου. Κόδρον ἦν Ἀθηναίων βασιλεύς. οἱ πολέμιοι, τὸ λόγιον εἰδότες, κοινὸν αὐτοῖς ἦν παράγγελμα, ἐν ταῖς μάχαις ἀπέχεσθαι Κόδρου. *Athenienſibus, & Peloponneſiis bellum erat: oraculo reſpondit deus, Athenienſes victores fore, ſi rex ipſorum a viro Peloponneſio occideretur; hoſtes, poſtquam de oraculo accepiſſent, commune edictum propoſuerunt, ut a Codro in proeliis omnes abſtinerent*. Non expreſse quidem dicit ab Athenienſibus conſultum oraculum, ſed colligere tamen licet ſatis certo. Contra hoſtes oraculum conſuluiſſe alii volunt. Lycurgus. Ἐπὶ Κόδρου βασιλεύοντος, Πελοποννησίοις γενομένης ἀφορίας κατὰ τὴν χώραν αὐτῶν, ἔδοξε ϛρατεύειν ἐπὶ τὴν πόλιν ἡμῶν. καὶ ἡμῶν τοὺς προγόνους ἐξανασήσαντας, καλανέμεσθαι τὴν χώραν. καὶ πρῶτον μὲν εἰς Δελφοὺς ἀποϛείλαντες, τὸ θεῖον ἐπηρώτων, εἰ ἐπιλήψονται τὰς Ἀθήνας. *Codro regnum obtinente, Peloponneſiis ſterilitate laborantibus viſum fuit, bello petere urbem noſtram; & maioribus noſtris pulſis, regionem diſtribuere; ac primo quidem, miſſis Delphos legatis, Apollinem interrogabant, an capturi Athenas eſſent*. Iuſtinus lib. II. *Erant inter Athenienſes, & Dorienſes ſimultatum veteres offenſae; quas vindicaturi bello Dorienſes, de eventu proelii oracula conſuluerunt*. Ioannes Sarisberienſis Polycratici lib. IV. cap. III. *Dorienſes cum Athenienſibus pugnaturi, de eventu proelii oracula conſuluerunt*. Soſtratus Thracicorum lib. II. Χρησμὸν ἐλήφασιν οἱ πολέμιοι, ἐγκρατεῖς τῆς νίκης γενήσεσθαι, ἐὰν τῷ ϛρατηγῷ φείζωνται τῶν Ἀθηναίων. *Oraculum hoſtes accepere, fore ut victoriam obtineant, ſi Athenienſium duci parerent*. Neque aliter Ioannes Tzetzes Chil. I. cap. IV. Iſacius Tzetzes ad Lycophronem; Auguſtinus De Civit. Dei lib. XVIII. cap. XIX. Conon Narrat. XXVI. Quidam in medio relinquunt; nec exponunt quibus illud datum fuerit. Velleius lib. I. *Quum Lacedaemonii gravi bello Atticos premerent, reſpondiſſetque Pythius, quorum dux ab hoſte eſſet occiſus, eos futuros ſuperiores*. Servius ad Eclogam V. *Orto bello inter Laconas, & Athenienſes, quum reſpondiſſet oraculum, illos poſſe vincere, quorum dux ab hoſtibus fuiſſet occiſus* &c. Nec de habitu idem dicunt; nam mendici eum ſumſiſſe tradit Lycurgus. Φασὶ γὲν τὸν Κόδρον, παραγγείλαντα τοῖς Ἀθηναίοις, προσέχειν, ὅταν τελευτήζῃ τὸν βίον, λαβόντα πλωχικὴν ϛολὴν, ὅπως ἀπατήσῃ τοὺς πολεμίους, &c. *Qua de cauſa Codrum aiunt, quum mandaſſet Athenienſibus, uti quando caeſus foret, obſervarent; ſumto habitu mendici, quo decipere hoſtem poſſet*, &c. Et paulo poſt. Τὸν ὃ παραλελειμμένον, παροξυνθέντα τῷ Κόδρῳ, ὡ νομίσαντα πλωχὸν εἶναι, ϛπασάμενον τὸ ξίφος, ἀποκλεῖναι τὸν Κόδρον. *Ac ſuperſtitem, adverſum Codrum, quem mendicum exiſtimaret, aſperatum, ſtricto gladio Codrum occidiſſe*. Simpliciter *pauperis* habitu diſſimulaſſe regem tradit. Auguſtinus. *Fefellit ergo eos, habitu pauperis adparendo*. Servius, *humilem* dicit. *Habitu humili profectus eſt ad hoſtium vicinia tentoria*. Alii *lignatoris* dicunt. Polyaenus. Ὅ ὃ, ἦν γὰρ ἑζπέρα, ϛχῆμα φρυγανισῆρος λαβὼν, τοῦ χάρακος παρελθὼν, ἔτεμνε τὴν ὕλλω. *Hic vero, ſiquidem veſpera erat, habitu lignatoris ſumto, foſſam tranſgreſſus, ſilvam caedebat*. Soſtratus. Ὡς εἷς ξυλοφόρων, ὑφ' ἑνὸς τῶν Δωριέων ἀναιρεῖται. *Velut aliquis lignatorum, a Dorienſium quodam occiditur*. Et Lycophron, Δρυηκόπον dicit de Neleo agens, eius filio:

Τρίτος δ', ἄναλκος τοῦ δρυηκόπου γόνος.

Tertius vero, regis lignatoris filius.

Idem quoque eſt apud Suidam, & Ioannem Tzetzen. Velleius, *paſtoris* dicit. *Depoſita*

posita veste regia, pastoralem cultum induit. Pollux, *rustici* ait lib. x. cap. xxix. Περὶ γὰρ τοῦ Κόδρου λέγων, ὅτι ἐπὶ Φρυγανισμὸν ἐξῆλθεν ἐν ἀγροϊκῷ τῇ σκευῇ, βουλόμενος λαθεῖν, φησιν, *Etenim de Codro loquens, quod lignatum egressus est rustico habitu, latere cupiens dicit.* Cicero, *famuli*, Tuscul. Quaest. lib. I. *Codrum, qui se in medios immisit hostes, veste famulari, ne posset agnosci, si esset ornatu regio.* Ac fortasse sic Valerius quoque scripsit. *Depositis insignibus imperii, famularem cultum induit*, Hactenus editur; *familiarem cul. ind.*

CAP. XIII.

Dissidium Auctorum etiam de morte eius. Oraculum a Cleomanti, seu Cleomene indicatum; cui ideo, posterisque praebitus in Prytaneo victus fuit. Quo diei tempore ex urbe exierit; tum & ubi caesus fuerit. Causa belli, frugum inopia; sive etiam, exules Peloponnesii, quos in urbem recepissent; & ex ea re simultas plane vetus. Denique & belli illius dux ostensus.

QVod ad Codri rixam adtinet, est de hac Virgilii locus Eclog. v.

Aut Alconis habes laudes, aut iurgia Codri.

Sed de morte etiam ab aliis dissentit Conon apud Photium; neque ultro se ad eam obtulisse, verum a civibus persuasum refert. Καὶ τῷ χρησμῷ γνωσθέντος Ἀθηναίοις, πέμψουσι Κόδρον, ἑβδομηκοντούτην ὄντα, ἔκνηλα δοῦναι ἑαυτὸν ὑπὲρ τῆς πατρίδος. *Athenienses, quum oraculum rescivissent, persuadent Codro septuagenario iam existenti, ut se volens pro patria devoveret.* Oraculum vero postquam hostibus fere omnes datum dicant, ac deinde ad Athenienses emanasse; nemo tamen quonam modo id resciverint explicat praeter Lycurgum; qui id Cleomantim Delphicum clam enuntiasse dicit. Κλεόμαντις ἦν, τῶν Δελφῶν τις, πυθόμενος τὸ χρηστήριον δι' ἀπορρήτων ἐξήγγελε τοῖς Ἀθηναίοις. *Cleomantis vero, quidam e Delphorum civibus, quum oraculum rescivisset, occulte id Athenientibus enuntiat.* Adeoque, beneficii huius ergo, postea Athenienses victum ei, posterisque in Prytaneo decrevere. Idem Lycurgus postea. Τῷ ἦν Κλεομάντει τῷ Δελφῷ ἡ πόλις, αὐτῷ τε καὶ ἐκγόνοις, ἐν Πρυτανείῳ ἀίδιον σίτησιν ἔδοσεν. *Cleomanti vero Delphico, cum ipsi, tum posteris perpetuum in Prytaneo victum urbs decrevit.* Apud Suidam, qui transcripsit hic Lycurgum, quamquam uti fere solet, nomine dissimulato Cleomenes, non Cleomantis, nominatur. Κλεομένην ἦν τὸν Δελφὸν, πυθέσθαι τὸ χρηστήριον, καὶ ἀποφῆναι τοῖς Ἀθηναίοις. *Cleomenem vero Delphicum hoc oraculum audivisse, & misisse Athenientibus.* Tempus diei, quo egressus urbe fuerit, vespertinum Polyaenus nobis refert. Ὃς ἦν, ἦν γὰρ ἑσπέρα, σχῆμα Φρυγανιστῆρος λαβὼν, τὸ χάρακος παρελθὼν, ἔτεμνε τὴν ὕλην. *Hic vero, siquidem vespera erat, sumto lignatoris habitu, fossam transgressus, silvam caedebat.* Locum caedis designat Pausanias in Atticis, iuxta fluvium Ilissum. Ἐθέλουσι δὲ Ἀθηναῖοι, καὶ ἄλλων θεῶν ἱερὸν εἶναι τὸν ἐλισσόν. καὶ Μουσῶν βωμὸς ἐπ' αὐτῷ ἐστιν ἐλισσιάδων. δείκνυται δὲ καὶ ἔνθα Πελοποννήσιοι Κόδρον, τὸν Μελάνθου, βασιλεύοντα Ἀθηναίων, κτείνουσι. *Cupiunt vero Athenienses, & aliis diis sacrum esse Ilissum; & Musarum Ilissiadum ara est in eius ripa. Ostenditur vero etiam locus, ubi Peloponnesii Codrum, Melanthi filium, occiderunt.* Porro neque illud mihi negligendum hic existimo, quaenam belli causa fuerit, & quo duce hostes usi. Causam tres sunt qui exponunt; neque illi eodem modo; ducem solus Conon tradit. Atque causam Lycurgus quidem frugum inopiam commemorat. Ἐπὶ Κόδρου βασιλεύοντος Πελοποννησίοις, γενομένης ἀφορίας κατὰ τὴν χώραν αὐτῶν, ἔδοξε στρατεύειν ἐπὶ τὴν πόλιν ἡμῶν. *Codro regnum obtinente, Peloponnesiis, sterilitate laborantibus, visum fuit urbem nostram bello petere.* Et Suidas istis verbis ex Lycurgo commutatis. Γενομένης ἀφορίας κατὰ τὴν χώραν πᾶσαν, ἔδοξε στρατεύειν ἐπὶ τὰς Ἀθήνας. *Oborta sterilitate per universam regionem, visum fuit bello petere Athenas.* Ac paulo ante, ex Eudemo, ideo susceptum dicit illud bellum, quod Peloponnesios profugientes recepissent; Melanthum inter istos, Codri patrem. Οὗ Κόδρος, Δωριέων ἐπιστρατευσάντων Ἀθηναίοις, ἐπεὶ τοὺς ἐκ Πελοποννήσου φυγάδας προσεδέξαντο, ἐν οἷς καὶ Μέλανθον, &c. *Codrus quum Dorienses bellum Athenientibus intulissent, quod exules Peloponnesios recepissent, & in his Melanthum item,* &c. Quae totidem verbis hinc descriptis Apostolius Cent. ix. Proverb. xxvii. Et hoc ipsum a Iustino designatum, qui in causa veteres simultates ponit. *Erant inter Athenienses, & Dorienses, simultatum veteres offensae; quas vindicaturi bello Dorienses, de eventu proelii oracula consuluerunt.* Sane offensae veteres erant, & annorum amplius quinquaginta octo; siquidem tot numerantur a principio Melanthi, ad finem Codri. Ducem vero eo bello fuisse Aleten, Hippotae filium, refert hunc in modum Conon. Οὗ δὲ Ἵππότης ἁλόμενος, τίκτει παῖδα, ἐκ τοῦ πράγματος Ἀλήτην καλέσας. ὃς ἀνδρωθεὶς, καὶ μοῖραν τῆς Δωρικῆς συλλέξας, καὶ Σισυφίδας ἐκβαλὼν Κορίνθου, βασιλέας ὄντας, καὶ τοὺς σὺν αὐτοῖς Ἴωνας, ἀνοικίζει τὴν πόλιν, καὶ ἐπήει κατὰ τῆς Ἀττικῆς. ὅτε καὶ χρησμὸν λαμβάνει, νικήσειν, εἰ ἀπόσχοιτο τοῦ βασιλέως Ἀθηναίων. *Hippotes vero oberrans, filium genuit, cui Aletae ex re ea nomen dedit, qui vir factus, Dorici populi parte collecta, ac Sisyphidis, qui tunc reges erant, eiectis Corintho, sociisque eorum Ionibus, urbem illam denuo habitatoribus replet, & in Atticam arma movet; quo tempore oraculum accipit, victorem fore, si a rege Athenientium abstineret.*

CAP.

Digitized by Google

CAP. XIV.

Quoto regni, & aetatis anno obierit. Inter heroes relatus: ſtatuaque ei Delphis, ubi ceteris heroibus, multo poſt haec dedicata, e pugnae Marathoniae ſpoliis, a Phidia facta. Κόδροι *dicti viri pariter honorati, ſtolidique. Proverbium,* Κόδρου εὐγενέστερος: *& ex hoc Themiſtii locus illuſtratus. Etiam alterum,* Πρεσβύτερος Κόδρου. *Eius liberi.*

ITaque Codrus hunc in modum ſimul regnum, & vitam perdidit, quum regnaſſet annos unum, & viginti. Euſebius. Ἀθηναίων ἐβασίλευσεν ἑπτακαιδέκατος Κόδρος Μελάνθου ἔτη κά. Hieronymus. *Athenienſibus regnavit decimus ſeptimus Codrus, Melanthi filius, annos* XXI. Ac conſentiunt, Cedrenus, Marianus, & Vincentius. Vixeratque annos tunc ſeptuaginta. Conon apud Photium Narrat. XXVI. Καὶ, τοῦ χρησμοῦ γνωσθέντος τοῖς Ἀθηναίοις, πέμπουσι Κόδρον, ἑβδομηκοντούτη ὄντα ἔκοντα δῦναι ἑαυτὸν ὑπὲρ τῆς πατρίδος. *Et Athenienſes, quum oraculum cognoviſſent, perſuadent Codro, qui iam ſeptuagenarius eſſet, uti volens patriae ſe condonaret.* Ac defunctum Athenienſes inter heroas retulere. Polyaenus lib. I. Ἀθηναῖοι δὲ, νικήσαντες, Κόδρῳ τιμὰς ἀνεστήσαντο τῶν ἡρώων· ὅτιπερ τοὺς πολεμίους ἑκουσίῳ θανάτῳ καλλιστρατήγησεν. *Athenienſes vero, victoria potiti, Codro honores heroum habuerunt: quod morte ultronea hoſtes ſolertia imperatoria ſuperaſſet.* Auguſtinus De Civit. Dei lib. XVIII. cap. XIX. *Et hunc* (*Codrum*) *Athenienſes, tamquam deum, ſacrificiorum honore coluerunt.* Otho Friſingenſis lib. I. cap. XXVIII. *Quem* (*Codrum*) *Athenienſes ob hoc culto divino honorare decreverunt.* Quin & ſtatuam illi Delphis dedicarunt inter ceteros heroas: quamlibet poſt longum tempus, e manubiis celebris pugnae Marathoniae, a Phidia factam. Pauſanias in Phocicis, ubi Delphorum donaria deſcribit. Εἰσὶ δὲ Ἀθλωᾶ τε καὶ Ἀπόλλων, καὶ ἀνὴρ τῶν στρατηγησάντων, Μιλτιάδης. ἐκ δὲ τῶν ἡρώων καλουμένων, Ἐρεχθεὺς, καὶ Κέκροψ, καὶ Πανδίων, καὶ Κέλεός τε καὶ Ἀντίοχος, ὁ ἐκ Μιδείας Ἡρακλεῖ γενόμενος τῆς Φύλαντος· ἔτι δὲ Αἰγεύς τε καὶ παίδων τῶν Θησέως Ἀκάμας. ἔτοι μὲν φυλαῖς Ἀθήνησιν ὀνόματα κατὰ μάντευμα ἔδοσαν τὸ ἐκ Δελφῶν. ὅ τε Μελάνθου Κόδρος, καὶ Θησεὺς, καὶ Φυλεύς ἐστιν. ἔτοι δὲ ἄκεστῆ ἐπωνύμων εἰσὶ, τὰς μὲν δὴ κατειλεγμένας Φειδίας ἐποίησε· καὶ, ἀληθεῖ λόγῳ, δεκάτη καὶ ἔτοι τῆς μάχης εἰσί. *Sunt Minerva, & Apollo; & ex iis, qui exercitum duxerunt, Miltiades, ex iis vero, qui heroum nomine celebrantur, Erechtheus, Cecrops, & Pandion: Celeus etiam, & Antiochus, quem ſuſcepit Hercules ex Midea. Phylantis filia, tum AEgeus, & de Theſei filiis, Acamas; hi enim Athenienſium tribubus ex Apollinis Delphici oraculo nomina dederunt. Sunt etiam, Melanthi filius Codrus, Theſeus, & Phyleus: quum ab his tamen non acceperint tribus nomina. Atque hos quidem, quos percenſuimus, Phidias fecit: ſuntque, ut vere fertur, ex decima pugnae Marathoniae.* Ab hoc quoque ortum proverbium, Εὐγενέστερος Κόδρου. *Generoſior Codro*: de quo

A eſt cum apud Suidam, tum apud Diogenianum, Cent. IV. Proverb. LXXXIV. & Apoſtolium, Cent. IX. Proverb. XXVII. Vtiturque Lucianus in Timone. Ὀμνύουσιν ἢ μὴν εὐμορφότερον μὲν Νιρέως εἶναι αὐτὸν, εὐγενέστερον δὲ τοῦ Κέκροπος, ἢ Κόδρου, συνετώτερον ἢ τοῦ Ὀδυσσέως. *Iurantibus, aut Nireo formoſiorem eſſe; aut generoſiorem Cecrope, Codrove: aut prudentiorem Vlyſſe.* Iterum in Dialogo Simili, ac Polyſtrati. Κόδρου ἢ εὐγενέστερος, καὶ Νιρέως κάλλιον, καὶ Ὀδυσσέως συνετώτερος. *Codro*
B *vero generoſior, & Nireo formoſior, & Vlyſſe prudentior.* Et reſpexit ad Proverbium hoc Themiſtius Orat. I. Πάντας γὰρ τοὺς κορυφαίους ἐν φιλοσοφίᾳ λάβοιτε ἄν, τοὺς προγόνους ἀνερευνῶντες, Διοτρεφῆς τε καὶ Διογενεῖς, καθάπερ Ὅμηρος λέγει, καὶ τῇ παροιμίᾳ πρέποντας, τῇ ἀπὸ Κόδρου. *Univerſos enim Philoſophiae principes invenietis, ab Iove, ut Homerus ait, genitos, & educatos: ac proverbio, quod a Codro uſurpatur, convenientes.* Quin & hoc honori eius eſt tributum; uti Κόδροι viri quique honorati dicerentur. Suidas. Οἱ ἡήτορες, τῷ Κόδρος ἐπὶ τοῦ
C ἐντίμου ἐχρήσαντο· ὡς φησιν εὔδημον, ἐν τῷ Περὶ λέξεων ῥητορικῶν. *Rhetores autem Codri voce uſi ſunt pro homine quodam honorato; ſicut auctor eſt Eudemus in Opere de dictionibus Rhetoricis.* Sed & contra pro inſulſo, fatuoque, plures uſi. Heſychius. Κόδρους, ὡς ἡμεῖς λέγομεν κρονικούς ἵνας, τὸ ἀρχαῖον αὐτῶν ἐμφανίζοντες· *Cōdros, quos Saturnios nos dicimus, ſtultitiam ipſorum indicantes.* Rem & cauſam tradit Euſtathius, Odyſſ. ά. Κόδρος ἦν, θανάτῳ ἑαυτὸν ἐπιδιδοὺς, ὑπὲρ τῆς τῶν πατριωτῶν νίκης, ὡς καὶ Λυκόφρων ὑπολαλεῖ, ἐποίησε Κόδρους καλέσθαι τοὺς
D διὰ ἀρχαιότητα εὐήθεις. *Codrus vero quum in mortem ſe dediſſet pro victoria civium, quemadmodum & Lycophron innuit, fecit, ut Codri vocarentur, qui prae ſenio delirarent.* Nominis barbariem quamdam notat Strabo lib. VII. Καὶ ἀπὸ τῶν ὀνομάτων ἤ ἐνίων τὸ βάρβαρον ἐμφαίνεται· Κέκροψ, καὶ Κόδρος. *Quin & ipſis nominibus quibusdam, ut ſunt, Cecrops, & Codrus, barbaries oſtenditur.* Certe pro inſulſo, ac fatuo, dixit etiam Martialis. lib. III. epi-
E gramm. XV.

Plus credit nemo, quam tota Codrus in urbe,
Quum ſit tam pauper, quomodo coecus amat?

Sic poetam inſulſum perſtringens Iuvenalis, Sat. I.

Vexatus toties rauci Theſeide Codri.

Iterum de alio quodam, item fatuo, Sat. III.

Lectus erat Codro Procula minor. ——

Nec multo poſt:

Nil habuit Codrus, quis enim negat? ——
F Virgilius, Ecloga VII.

——*invidia rumpantur ut ilia Codro.* (a)

Aliud quoque proverbium ab eo uſurpari ſolitum, Πρεσβύτερος Κόδρου. *Antiquior Codro.* Tarrhaeus. Πρεσβύτερος Κόδρου, ἀντὶ τοῦ παλαιότερος. παροιμία, ἐπὶ τῶν παλαιῶν. ἀπὸ τοῦ βασιλεύσαντος Ἀθήνησι Κόδρου. *Antiquior Codro. Proverbium, de rebus vetuſtis: a Codro, qui Athenis regnavit.* Heſychius. Πρεσβύτερος Κόδρου. παροιμία, ἐπὶ τῶν πάνυ παλαιῶν. *Antiquior Codro*

(a) Vereor ne apud hos Auctores ita quidam vocentur, quorum nomen vere *Codrus* fuerit.

Digitized by Google

Codro, *Proverbium*, *de rebus admodum vetustis*. Occurrit etiam apud Suidam, Tarrhæum, Diogenianum, & Apostolium. Eius filii plures sane exstitere: adeoque a Pausania in Achaicis memorantur, Medon, Nilus, Androclus, Cyarethus, Damasichthon, Prometheus, Andraemon, Damasus, Naoclus, & Cleopus. A Strabone referuntur, Androclus, Nileus, Androcopus, qui Pausaniae Andraemon; Cydretus, qui Pausaniae Cyarethus; Nauclus, qui Pausaniae Naoclus, & Cnopus, qui Pausaniae Cleopus: tum ex his Cydretum, Nauclum, item Cnopum, spurios dicit. Vide eum initio libri XIV. Medon, omnium natu maximus, regnum tenuit; Nileus autem, ceterique, per colonias, abs se ductas, nomen clarum paraverunt. Vide Auctores iam citatos, ac citatis item locis. Denique, Κοδρίδαι Athenis nuncupati, qui ab eo genus ducerent: ut ostendimus libro proprio, qui est, *De Familiis Atticis*.

CAP. XV.

Codro mortuo, reges esse desierunt; principesque constituti, qui in gestae reip. rationes tenerentur. Horum primus Medon fuit, Codri filius; cui quum movisset litem Nileus frater ab oracvlo constitutus, principatum deinceps habuit. Id oraculum quale fuerit explicatum. Homerus, ut nonnulli volunt, a Medonte hospitio exceptus. Quamdiu principatum gesserit. Μεδοντίδαι *ab eo dicti.*

MOrtuo in hunc modum Codro, neminem post eum regem Athenienses voluere; quod honori eius datum; verum principes statuerunt, instar regum, qui perpetui quidem essent, sed administratae reip. rationes populo reddere tenerentur. Eusebius. Ἀθηναίων ἐβασίλευσεν ἕβδομος, ᾧ δέκατος Κόδρος Μελάνθου ἔτη κά. ᾧ οὐκέτι βασιλεῖς, ἄρχοντες δὲ διὰ βίου τοῖς Ἀθηναίοις καθίσαντο. *Athenienſium rex fuit decimus ſeptimus Codrus, Melanthi filius, annis* XXI. *nec deinceps ulli reges, verum principes perpetui Athenienſibus conſtituti.* Velleius lib. I. *Eodem fere tempore Athenae ſub regibus eſſe deſierunt; quorum ultimus fuit Codrus.* Iustinus lib. II. *Post Codrum nemo Athenis regnavit; quod memoriae eius tributum eſt.* Nos, quia regum instar quoddam habuerunt, quasi reges memorabimus; quando alios auctores idem facere animadvertimus. Itaque in principum numero primus Medon, Codri filius, uti dixi, natu maximus. Hieronymus in Chronico. *Post Codrum Principes, quos mors finiebat; quorum primus Medon regnum in finem vitae obtinuit Athenis.* Velleius lib. I. *Huius* (*Codri*) *filius Medon primus Athenis archon fuit.* Movebat ei controversiam frater Nileus, negans pariturum sese viro alterum pedem claudo; sed consultum super ea re oracvlum, quum Medoni regnum patris attribueret, ipse, ceterique fratres ad colonias deducendas discessere. Refert id Pausanias nobis in Achaicis. Ἔτεσι δὲ, ὑ πολλοῖς ὕστερον, Μέδων, καὶ Νειλεὺς, πρεσβύτατοι τῶν Κόδρου παίδων, ἐστασίασαν ὑπὲρ τῆς ἀρχῆς. καὶ ὁκ ἔφασκεν ὁ Νειλεὺς ἀνέξεσθαι βασιλευομένῳ ὑπὸ τῷ Μέδοντος, ὅτι ὁ Μέδων τὸν ἕτερον ἦν τῶν ποδῶν χωλός. δόξαν δὲ σφίσιν ἀνενεγκεῖν ἐς τὸ χρηστήριον τὸ ἐν Δελφοῖς, δίδωσι Μέδοντι ἡ Πυθία βασιλείαν τῶν Ἀθηναίων. Οὕτω δὴ ὁ Νειλεὺς, ᾗ οἱ λοιποὶ τῶν Κόδρου παίδων, ἐς ἀποικίαν ἀπεστάλησαν. *Non multis poſt annis, quum Medon, & Nileus, maximi natu Codri filiorum, de regno diſſiderent, negaretque Nileus, regnum ſe Medontis ferre poſſe, qui altero pede claudus eſſet; rei cognitione oraculo Delphico permiſſa, reſpondit Pythia, regnum Athenienſium Medonti debere. Itaque Nileus, ceterique Codri filii in coloniam abiere.* Meminit istius fratrum controversiae, & oraculo diremtae, AElianus Var. Hist. lib. VIII. cap. V. Νειλεὺς ὁ Κόδρου, τῆς βασιλείας ἀμαρήσας, ἀπέλιπε τὰς Ἀθήνας, διὰ τὸ τὴν Πυθίαν Μέδοντι τὴν ἀρχὴν περιάψαι. *Nileus, Codri filius, poſtquam regno excidiſſet, reliquit Athenas; quia Pythia Medonti principatum tribuiſſet.* Oraculum vero, cuius meminere uterque, hoc praeceperat, ut is regnum obtineret, qui sacrificaret prior, ubi saliva salivam tereret; itaque Medon, quum vidisset oleas duas, vento motas, ac collisas inter sese, scobem dantes, factis eo loco sacris, regnum Atticae est adeptus. Refert id Isacius Tzetzes Commentario ad Lycophronem. Κόδρου δὲ τελευτήσαντος, Μέδων, καὶ Νειλεὺς, οἱ τούτου παῖδες, ἤριζον περὶ βασιλείας. ἐχρήσθη γῶν αὐταῖς, τὸν ᾧ πρῶτον θύσαντα. ἔνθα ὁ σίαλος τὸν σίαλον τρίβει, λαβεῖν τὴν βασιλείαν. θεασάμενος δὲ ὁ Μέδων δύο ἐλαίας κινουμένας, καὶ πρίζμα πεμπούσας, θύσας ἐκεῖ, βασιλεύει τῆς Ἀττικῆς. *Mortuo autem Codro, Medon, & Nileus eius filii de regno contendebant; oraculum vero ipſis datum eſt, qui ſacrificaſſet primus, ubi ſaliva ſalivam tereret, eum regnum accepturum. Itaque Medon, oleas duas conſpicatus, vento agitatas, atque ſeſe atterentes, & hinc ſcobem emittentes, quum ſacrificaſset illic, regnum Atticae accepit.* Sub hoc, ut nonnulli tradunt, Homerus Athenas venit; & hospitio ab eodem est exceptus. Auctor libelli De Homeri, & Hesiodi certamine, Παραγενόμενον δὲ (τὸν Ὅμηρον) ἐκεῖθεν εἰς Ἀθήνας, αὐτὸν ξενισθῆναί φησι παρὰ Μέδοντι, τῷ βασιλεῖ τῶν Ἀθηνῶν. *Profectum autem* (*Homerum*) *inde Athenas a Medonte Athenienſium rege, hoſpitio exceptum ferunt.* Herodotus De Vita Homeri, venisse quidem eum Athenas etiam tradit, verum tempus maluit coniiciendum nobis dare, quam exponere. Ἀφ' ὃ ὁ Ὅμηρος ἐγένετο, ἔτεά ἐστιν ἑξακόσια εἴκοσι δύο μέχρι τῆς Ξέρξεως διαβάσεως, ἣν στρατευσάμενος ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας, ᾧ ζεύξας τὸν Ἑλλήσποντον, διέβη ἐκ τῆς Ἀσίας ἐς τὴν Εὐρώπην. ἀπὸ δὲ τούτου ῥᾳδίως ἐστὶν ἀριθμῆσαι τὸν χρόνον, τῷ θέλοντι ζητεῖν ἐκ τῶν ἀρχόντων Ἀθήνησιν. *Ab Homero autem nato, anni ſunt ſexcenti viginti duo, ad Xerxis uſque in Graeciam traiectum; qui, iuncto ponte Helleſponto, exercitum ex Aſia in Europam traduxit. Inde facile eſt tempus iſtud numerare, ſi quis ex principibus Athenienſium id inveſtigare volet.* Itaque si calculum ponimus, & ab illa expeditione Xer-

Digitized by Google

Xerxis retro computamus annos ſexcentos viginti duos, neceſſe eſt natalem Homeri in Melanthi principatus annum octavum incidiſſe, fueritque annus ultimus Medontis ei aetatis duodecimus; veneritque Athenas potius ſub Acaſti, Medontis filii principatu. Et huc pertinent Clementis verba, quae ſequenti capite ſum prolaturus. Regnum autem Medon tenuit, ſive malis principatum annos viginti. Euſebius. Α'θηναίων ἐβασίλευσεν ὀκτωκαιδέκατος Μέδων, ἔτη εἴκοσι. Hieronymus, quaſi novos reges tradens, qui re vera principes erant. *Athenienſibus regnavit primus Medon annis viginti.* Marianus Scotus. *Poſt Codrum principes, quos mors finiebat; quorum primus Medon, Codri filius, annis viginti.* Conſentit & Vincentius Bellovacenſis lib. II. cap. LIV. *Poſt Codrum vero fuerunt principes; quorum primus Medon regnum in finem vitae obtinuit; & poſt eum ceteri reges; praefuit autem Athenienſibus annis viginti.* Qui ab eo genus ducerent, Μεδοντίδαι, *Medontidae* adpellati. Heſychius. Μεδοντίδαι, οἱ ἀπὸ Μέδοντος Α'θήνησι. *Medontidae, qui Athenis genus ſuum ad Medontem referebant.* Velleius. *Huius (Codri) filius Medon primus Athenis archon fuit. Ab hoc poſteri apud Atticos dicti Medontidae.* Plura de his libro proprio De Familiis Atticae.

CAP. XVI.

Medontis poſteri. Acaſtus. Vincentius Bellovacenſis, & Gregorius Turonenſis reſtituti. Heſiodi, & Homeri aetas. Arxippus, ſive Archippus. Therſippus. Phorbas. Megacles. Vincentius Bellovacenſis iterum correctus; uti etiam Freculphus, atque Marianus Scotus. Diognetus. Pherecles. Vincentius tertium emendatus. Ariphron. Theſpieus. Vincentius quartum emendatus. Agameſtor. AEſchylus, ac ſub eo Olympiades inſtitutae. Alcmaeon, & poſt hunc perpetuorum principum finis. Regni Attici tempus omne computatur; atque reges in conſpectu proponuntur. Sicanus, & Epaenetus reges, ac de iis Etymologici Auctoris, & Antigoni Caryſtii error oſtenſus.

NVnc Medontidas duodecim numero, quorum ut res nullae ſane ab ipſis geſtae memorantur, ita etiam vix nomina ad nos ſola pervenere, uno hoc capite complectemur. Medonti patri ſucceſſit filius Acaſtus, qui male Agaſtus eſt Vincentio, & Agaſaſtus Gregorio Turonenſi Hiſt. Franc. lib. I. cap. XVII. regnavitque annis ſex, & triginta, teſtibus Euſebio, Hieronymo, Mariano, & Vincentio. Meminit eius Clemens, tamquam ſub quo Homerus, & Heſiodus vixerint. Verba eius ita habent Strom. I. Εὐθυμένης δ', ἐν τοῖς Χρονικοῖς, συναχμάσαντα (τὸν Ο'μηρον) Η'σιόδῳ ἐπὶ Α'κάστου ἐν Χίῳ γηγένεσθαι, περὶ τὸ διακοσιοστὸν ἔτος ὕστερον τῆς Ι'λίου ἁλώσεως. *Euthymenes autem in Chronicis (dicit Homerum) Heſiodo coaetaneum ſub Acaſto natum in Chio, circa ducenteſimum annum a captivitate Troiae.* Reliquit autem filium Arxippum. Ioannes Tzetzes in Prolegomenis in Heſiodum. Ο' δὴ Α''ρξιππος ὗτος, υἱὸς ἦν Α'κάστου. *Arxippus vero hic filius erat Acaſti.* Atque is ſucceſſit patri, tenuitque principatum annis novemdecim, ut Euſebius, Marianus, Hieronymus, & Vincentius ſunt auctores; verum Tzetzes, is, quem dixi, annos ei quinque & triginta tribuit. Συνηκμηκέναι δ' αὐτὸν (τὸν Η'σίοδον) οἱ μὲν Ο'μήρῳ φασὶν, οἱ δὲ καὶ Ο'μήρου προγηγενέστερον εἶναι διισχυριζόμενοι, ὡς ἀρχαῖος εἶναί φασι τῆς Α'ρξίππου ἀρχῆς· Ο''μηρον δὲ, ἐν τῷ τέλει. ὁ δὲ Α''ρξιππος ὗτος, υἱὸς ἦν Α'κάστου, ἄρξας Α'θηναίων ἔτη τριάκοντα πέντε. *Cooetaneum autem ipſum (Heſiodum) hi quidem Homero dicunt; illi vero, Homero antiquiorem adfirmantes, natum tradunt in principio Arxippi, Homerum autem in eius fine. Erat vero Arxippus hic Acaſti filius, qui Athenienſium principatum tenuit annos quinque, & triginta.* Meminit illius quoque Tatianus Orat. contra Graecos; ubi ſimiliter de Homeri aetate agit. Φιλόχορος δ', μετὰ τὴν Ι'ωνικὴν ἀποικίαν, ἐπὶ ἄρχοντος Α'θήνησιν Α'ρξίππου. *Philochorus vero poſt Ionicam coloniam principe Athenis Arxippo.* Porro Archippus, non Arxippus, quod eodem tamen recidit, ſcribitur apud Hieronymum, Euſebium, Marianum, Vincentium, & Freculphum. Eius filius Therſippus, ipſo mortuo, geſſit illum principatum annos quadraginta unum; quem ſequutus deinde Phorbas, tenuit triginta annos. Meminitque eius Pauſanias Eliac. II. Ταύτῃ ἡγοῦμαι Μεγαρεῦσι τὴν νίκην Α'θήνησιν ἄρχοντος γλυέως Φόρβαντος, ἄρχοντος δὲ διὰ τοῦ βίου αὐτοῦ παντός. ἐνιαύσιαι γὰρ οὐκ ἦσαν πώποτε Α'θηναίοις αἱ ἀρχαί. *Hanc arbitror victoriam Megarenſibus eveniſſe principe Athenis Phorbante, & principe quidem perpetuo; necdum enim principatus annui Athenis erant.* Huic Megacles ſucceſſit; qui corrupte eſt Vincentio Megathe, & Megiales Freculpho Tom. I. lib. III. cap. VI. *Athenienſium rex Phorbas, eiuſque regni ſucceſſor fuit Megiales.* Reſcribendum eſt *Megacles* apud utrumque. Etiam apud Marianum, ubi male Mecades dicitur. Tenuit autem ille regnum annos octo, & viginti. Poſt hunc Diognetus fuit, annis quinque, & viginti; excepitque illum Pherecles, qui Pheredus minus recte eſt Vincentio; regnavitque annos novemdecim. Huius filius Ariphron, viginti annos; eiuſque rurſum Theſpieus annos ſeptem, & viginti. Corrupte Theſpicus ſcribitur apud Vincentium. Et in regni quoque annis variatur ab Auctoribus; nam viginti ſeptem tribuunt Hieronymus, Marianus, & Vincentius; alii etiam quadraginta; quippe ſic Euſebius ſcribit. Α'θηναίων ἐβασίλευσεν ἐικοστὸς ἕβδομος Θεζπιεὺς Α'ρίφρονος ἔτη κζ'. κατὰ δὲ ἄλλους, ἔτη μ'. *Apud Athenienſes regnavit vigeſimus ſeptimus Theſpieus, Ariphronis filius annos* XXVII. *vel ſecundum alios annos* XL. Sic de filio quoque eius Agameſtore ſucceſſore. Α'θηναίων ἐβασίλευσεν εἰκοστὸς ὄγδοος Α'γαμήστωρ ἔτη ιζ'. κατὰ δ' ἄλλους, ἔτη μ'. *Apud Athenienſes regnavit viceſimus octavus Agameſtor annis* XVII. *vel, ut alii tradunt annis* XL. At viginti tantum adſcribunt Hie-

ronymus, Marianus, & Vincentius. Huius filius AEschylus regnavit annos viginti tres. Chronicon Alexandrinum. Αἰσχύλος ὁ Ἀγαμήστορος ἦρξε τῶν Ἀθηναίων ἔτη κγ'. *AEschylus Agamestoris filius regnavit apud Athenienses annis* XXIII. Ac consentiunt Eusebius, Hieronymus, Marianus, & Vincentius. Eiusque anno tertio instituta Olympias prima. Eusebius. Αἰσχύλῳ τῷ δευτέρῳ ἔτει πληρουμένῳ, τῷ τρίτῳ αὐτοῦ ἔτει, ὃς ἦν εἰκοστὸς ἔννατος βασιλεὺς Ἀθηναίων, ἀπὸ τοῦ πρώτου αὐτῶν Κέκροπος τοῦ Διφυέως, δωδέκατος ἦ τῶν διὰ βίου ἀρχόντων, ἡ πρώτη Ὀλυμπιὰς ἤχθη. *Anno AEschyli secundo impleto, tertio iam vertente, qui erat rex Athenienſium vigeſimus nonus a primo Cecrope, Diphye cognominato, duodecimus vero principum perpetuorum, prima Olympias acta fuit.* Post AEschylum triceſimus, atque idem ultimus, rex Alcmaeon, praefuit annis duobus; eoque e vivis sublato, principes tantum in decennium constituti. Velleius de eo lib. I. *Athenis perpetui archontes esse desierunt, quum fuisset ultimus Alcmaeon.* Eusebius. Ἀθηναίων ἐβασίλευσεν τριακοστὸς Ἀλκμαίων ἔτη δύο. ἐπὶ τούτου Ἀθήνησιν ἡ διὰ βίου κατελύθη ἀρχή. *Athenienſium rex triceſimus per biennium fuit Alcmaeon; ſub eoque perpetuus principatus deſiit.* Hieronymus idem tradit, aliique item ex eo. Male hic Alcamenon Vincentio dicitur.

Et sic habes, Bone Lector, regnum Atticum, quod sub regibus triginta serie continuata perduravit septingentis nonaginta quatuor annis; quibus si triginta duos Ogygi addas, & annorum deinde centum nonaginta intervallum, mille sedecim numerabis. Ecce tibi in conspectu.

Ogygus,	annos XXXII.
Interregnum post diluvium,	annos CXC.
Cecrops I,	ann. L.
Cranaus,	ann. IX.
Amphictyon,	ann. X.
Pandion I,	ann. XL.
Erechtheus,	ann. L.
Cecrops II,	ann. XL.
Pandion II,	ann. XXV.
AEgeus,	ann. XLVIII.
Theseus,	ann. XXX.
Menestheus,	ann. XXIII.
Demophon,	ann. XXXIII.
Oxyntes,	ann. XII.
Aphidas,	ann. I.
Thymoetes,	ann. VIII.
Melanthus,	ann. XXXVII.
Codrus,	ann. XXI.
Medon,	ann. XX.
Acastus,	ann. XXXVI.
Archippus,	ann. XIX.
Thersippus,	ann. XLI.
Phorbas,	ann. XXX.
Megacles,	ann. XXVIII.
Diognetus,	ann. XXV.
Pherecles,	ann. XIX.
Ariphron,	ann. XX.
Thespieus,	ann. XXVII.
Agamestor,	ann. XVII.
AEschylus,	ann. XXIII.
Alcmaeon,	ann. II.

Habes annos universim CIↃXVI. Ac nunc Operis propositi argumento a me satisfactum puto; nec tu, Lector, quisquis candidus, aliter existimabis. Quod si fallor, saltem id favore tuo non indignum, Atticae Historiae partem remotissimam, ac densissimis quodammodo tenebris Antiquitatis involutam eruisse, & in lucem protulisse. Istud tamen in hoc fine minime praetereundum, etiam Sicanum quemdam regem dici ab Auctore Etymologici in Σίκυννις, & Epaenetum ab Antigono Carystio Hist. Mirab. cap. CXXXIII. idque Olympiade trigesima sexta, quum iam dudum reges esse desiissent. Sed est error utriusque manifestus.

FINIS.

A R-

Digitized by Google

ARCHONTES
ATHENIENSES
SIVE
DE IIS, QVI ATHENIS SVMMVM ISTVM MAGISTRATVM OBIERVNT.
LIBRI QVATVOR.

Digitized by Google

VIRO NOBILISSIMO, ET AMPLISSIMO

IANO RVTGERSIO

SERENISSIMI SVECORVM REGIS CONSILIARIO, ET ABLEGATO

IOANNES MEVRSIVS DEDICO, CONSECROQVE.

ON temere est, Vir Nob. & Ampl. quod coecam veteres Fortunam finxerint, quae tam graviter in humanis rebus erret. Non diffundam hic sermonem, neque verbis multis opus, quibus probem; siquidem indignis plurimis bene esse, satis constat; dignos contra, quibus optime sane esset, inique premi. Sed peccatum, aut errorem; coecitate forte excusset; & ut Plutus apud Comicum, quod si oculis uteretur, digna dignis largituram se promitteret. Itaque veniam illi demus, potiusque in casu eius doleamus, quam exagitemus culpam, idque magis, quum interdum, tanquam oculata esset, etiam eligere videatur. In te exemplum est; cui quum ingenium istud praestantissimum a Natura obtigisset, & virtutes rebus capessendis pares, illa quoque te ornandum sibi cepit. Itaque Gustavo pridem, Sveciae Regi, nostri saeculi Augusto, commendavit; qui, ut ipse maximis virtutibus praeditus, eas item in aliis amat, aestimatque perbenigne, & exornat. Ille, annos vix viginti quatuor natum, ad consilia sua adscivit; & quum fidem varie tuam atque industriam in negotiis valde arduis explorasset, mox legationes aliquot, illas admodum honorificas, ad Reges Daniae, & Bohemiae, Principes Saxonem Septemvirum, Archiepiscopum Bremensem, Duces Megalopolitanum utrumque, atque Slesvicensem Holsatiae, & Respublicas etiam quasdam demandavit, quas quum ita obiisses, ut abunde satisfaceres, iam & quartum ad Belgii Foederati Ordines ablegavit. Quos honores, longe maximos, gratulor profecto ex animo, voveoque, ut perennent. Interim autem ut adfectum in me tuum, quem iam dudum tam prolixum ostendisti, constanter serves, vehementer a te peto. Idem Archontes isti faciunt, & vota adpendunt ad Fortunae tuae aram. Vale. Lugduni Batavorum, ad diem XXVII. *Novembris* CIↃ IↃ CXXI.

BENIGNE LECTOR.

ECce tibi ARCHONTES meos. Olim eos descripsere Steſiclides, Demetrius Phalereus, & Philochorus; denique patrum etiam aevo, clarum Italiae suae lumen, Carolus Sigonius, edito libro, *De Temporibus Athenienſium*. Quod ad tres priores attinet, horum nobis monumenta perierunt; at Sigonius, pace tanti viri dixerim, a proposito dimovere me non potuit. AEstimabit quisquis me cum hoc contulerit. Vale, & me, si mereor, ama: imo etiam, si non mereor; saltem ob hanc voluntatem, tam propensam in Remp. Literariam.

ENCOMIVM OPERIS.

NVPER Attica terra restitutis
Gaudebat POPVLIS, labore Meursi:
Nunc, ut sit melius, beatiusque,
Et perennius, Atticis Athenis;
(Nam vulgus sine lege fluctuaret
Atque exlex sine regibus periret;
Ceu, pontum ferientibus procellis,
Debet ludibrium, peritque tandem,
Clavo, & remige destituta puppis;)
ARCHONTES, proceresque, qui praeessent,
Erranti populo, rudique turbae,
Densis Meursius eruit tenebris.
En quos perpetui vehunt curules:
Aut ebur decimo recurrit anno;
En queis publica traditur potestas,
Bis senis modo mensibus peractis;
En lectum patriae bono Creontem,
Vt † myrto caput implicare gaudet!
En tot nomina clara post Creontem,
Graiis nomina dedicata Fastis.
Iactet Martia Roma CONSVLATVS;
Pingat murice: gloriosiores
Iam Quiritibus Attici reponent,
Quos malunt numerare, PRINCIPATVS.
Quare Cecropias, novasque Athenas,
Iam salvis populisque, regibusque,
Cessuras tibi, Roma, ne putato.
Vir doctissimus undecumque Varro
Instar numinis, ut decet, colatur:
Hoc nomen media canant Suburra,
Hoc & Parrhasia sonent in aula.
Arx Pandionis, Atticaeque Athenae,
Belga vindice nuper excitatae,
Non minus (licet invidus repugnet)
In nostro sibi Meursio placebunt.

Aliud extemporale

Docta Magistratus tibi, flava Minerva, redonat
Pagina; in auctorem munera grata refer.
Ecquid erit praemi? Quas reddidit ille coronas,
Accipiat meritis (hoc age Diva) comis:
Aureus Actaea statuatur Meursius arce,
Subiiciat fasces Graiaque turba suos.
Quique magistratum Phoebi, Phoebique sororum,
Nunc gerit; aeternum, Virgo patrona, gerat!

PETRVS SCRIVERIVS.

† Iul. Pollux lib. 8. cap. 8. Μυρρίνη δὲ οἱ ἄρχοντες ἐστεφανοῦντο. Vide Meursii nostri *Lect. Attic. lib.* VI. *c.* VI.

IOAN-

Digitized by Google

DE ARCHONTIBVS ATHENIENSIVM

LIBER PRIMVS.

CAPVT PRIMVM.

Post Reges Athenis Archontes; perpetui primum, qui* Μεδοντίδαι *adpellati. In Iustino ingens lacuna indicata, Cedreni locus emendatus, & ostensa negligentia. Sub eorum duodecimo anno secundo principatus prima Olympias celebrata, vincente stadium Coroebo Eliensi, regis Lacedaemoniorum Nicandri anno* XXXIV. *Eusebius semel, iterumque restitutus.

ATHENAE initio sub regibus fuere; post Archontes instituti; perpetui quidem, instar regum, sed qui tamen rationem administratae Reip. reddere populo tenerentur; inde decennales facti, & mox annui. Ac reges quidem septemdecim fuere: Archontes autem hi perpetui, numero tredecim. Sub eorum duodecimo, quum secundum principatus annum ageret, prima Olympias instituta. Eusebius in Chron. Ἀπὸ δὲ Κέκροπος, ἐπὶ τὴν πρώτην Ὀλυμπιάδα, καταριθμοῦνται μὲν βασιλεῖς ἑπτακαίδεκα, ἄρχοντες δὲ διὰ βίου δώδεκα. *Ab Cecrope autem usque ad primam Olympiadem numerantur quidem Reges septemdecim, Archontes vero perpetui duodecim.* De regibus, quando nihil illi ad hoc institutum nostrum, nihil dicam; illud tantum, ultimum eorum Codrum fuisse. Velleius lib. I. *Eodem fere tempore Athenae sub regibus esse desierunt, quorum ultimus rex fuit Codrus.* Iustinus lib. II. *Post Codrum nemo Athenis regnavit, quod memoriae nominis eius tributum est.* Euseb. in Chron. Ἀθηναίων ἐβασίλευσεν ἑβδομος καὶ δέκατος Κόδρος Μελάνθου ἔτη κά. καὶ οὐκέτι βασιλεῖς, ἄρχοντες δὲ διὰ βίου τοῖς Ἀθηναίοις καθίσαντο. *Athenienſibus imperavit ſeptimus decimus Codrus Melanthi filius annos unum, & viginti; & non amplius reges, verum Archontes perpetui Athenienſibus constituti.* Ergo post hunc Archontes perpetui instituti. Vides in Eusebii verbis iam citatis; & habes item apud Othonem Frisingensem lib. I. cap XXVIII. *Athenienses (Codrum) ob hoc cultu divino honorare decreverunt; & ex hinc magistratus, qui remp. administrarent, post reges habere coeperunt.* Honorius Augustodunensis in Chronico, ubi de regibus Athenienſibus. *Exin Codrus, qui se pro populo hostibus tradidit. Post hunc magistratus populo prefuerunt.* Videndus quoque Augustinus De Civitate Dei lib. XVIII. cap. XX. Archontum vero perpetuorum, qui post reges, primus Medon, Codri filius. Euſebius in Chron. Ἀθηναίων ἐβασίλευεν ὄγδοος καὶ δέκατος Μέδων ἔτη κ'. ὗτος πρῶτός ἐστι τῶν διὰ βίου γινομένων ἀρχόντων. *Athenienſibus regnum tenuit octavus decimus Medon annos viginti; hic primus est eorum, qui perpetui facti sunt Archontes.* Ab hoc reliqui Μεδοντίδαι adpellati. Velleius lib. I. *Huius (Codri) filius Medon primus archon Athenis fuit, ab hoc posteri apud Atticos dicti Medontidae.* Hesychius. Μεδοντίδαι, οἱ ἀπὸ Μέδοντος Ἀθήνησι. *Medontidae, qui a Medonte Athenis.* Pausanias Messenicis. Τοὺς γὰρ ἀπὸ Μελάνθου καλουμένους Μεδοντίδας, καὶ ἀρχὰς μὲν ἀφέλοντο ὁ δῆμος τῆς ἐξουσίας τὸ πολὺ, καὶ ἀντὶ βασιλείας μετέσησαν εἰς ἀρχὴν ὑπεύθυνον. *Melanthi enim posteros, dictos Medontidas, in principio quidem privavit populus potentiae magna parte, & pro regno immutarunt in imperium legibus subiectum.* Et mox. Μεδοντιδῶν τὴν ἀρχὴν ἔτι ἐχόντων. *Medontidis imperium adhuc obtinentibus.* Desiitque haec familia in Eryxia, decennalium Archontum ultimo. Anonymus in Descript. Olymp. ad annum II. Olymp. XXII. quo is principatum iniit. Ἐρυξίας, ἔσχατος Μεδοντιδῶν, *Eryxias, ultimus Medontidarum.* Ingens lacuna est in Iustino lib. II. *Post Codrum nemo Athenis regnavit, quod memoriae eius tributum est. Administratio reipublicae annuis magistratibus permissa.* Excidit illic, aut a mutilatore omissa est, narratio de Archontibus perpetuis tredecim, decennalibusque septem; post quos demum annui esse inceperunt. Fuere vero Archontes perpetui numero tredecim; qui commemorantur ordine ab Eusebio in Chronico suo. Medon, Codri filius, annis XX. Huius Acastus, annis XXXVI. Huius Archippus, annis XIX. Huius Tersippus, annis XLI. Huius Phorbas, annis XXXI. Huius Megacles, annis XXX. Huius Diognetus, annis XXVIII. Huius Pherecles, annis XIX. Huius Ariphron, annis XX. Huius Thespieus, annis XXVII. Huius Agamestor, annis XX. Huius AEschylus, annis XXIII. Huius Alcmaeon annis II. Itaque Cedrenus emendandus, qui, postquam de regibus strictim egit, mox subiungit. Κἀνταῦθεν ἄρχοντας ιγ' προεβάλλοντο, δι' ὧν

Digitized by Google

δι' ὧν ἡ κατ' αὐτὲς διῳκονομῆτο πολιτέια. *Exinde Archontes tredecim protulerunt, per quos ipsorum civitas administrabatur.* Hodie editur, ἄρχοντας ιβ' προεβάλλοντο. *Archontes duodecim produxerunt.* Verum ille ut de Regibus, ita etiam de Archontibus nimis negligenter agit, nam ut ista de perpetuis capienda, sic de septem decennalibus nihil dicit: nisi forte, ubi de Archontibus tractat, eos tantum in animo habuit, qui ad primam Olympiadem exstiterunt. Ac tunc verum istud erit, quod duodecim eos memorat. Ita Abbas Vrspergensis in Chronico suo. *A quo (Cecrope) usque ad primam Olympiadem numerantur reges septemdecim; principes vero, quos mors tantum finiebat, duodecim.* Sic Eusebii quoque verba capi debent, quae initio ipso capitis adlegavi. Sub penultimo enim, qui est ordine duodecimus, anno principatus eius duodecimo, prima Olympias celebrata est; qua Coroebus Eliensis stadio vicit. Eusebius in Chronico. Αἰσχύλ@ Α'γαμήσορ@ (ἦρξεν) ἔτη κγ'. ἐφ' ὗ ἔτ@ ιβ' πρώτη Ο'λυμπιὰς ἤχθη, ἣν ἐνίκα Κόροιβ@ Η'λεῖος στάδιον. *AEschylus Agamestoris filius (Archon fuit) annos viginti tres. Cuius aetate anno duodecimo prima Olympias acta est, quam vicit Coroebus Eleensis stadium.* Ita scribo; non, Κόρυβος. Sed & mendum in anni numero, scribendumque, ἐφ' ὗ ἔτ@ β' πρώτη Ο'λυμπιάς. *Cuius aetate anno secundo prima Olympias.* Recte est apud Anonymum in Descript. Olymp. in prima Olympiade. Κόροιβ@ Η'λεῖος στάδιον, Αἰσχύλ@ ἄρχοντ@ ἔτος β'. *Coroebus Eleensis stadium, AEschylo Archonte annus* II. Putemus tempus. Tenuit AEschylus principatum annis tribus, & viginti. Eusebius ecce in citatis statim verbis. Αἰσχύλ@ Α'γαμήσορ@ (ἦρξεν) ἔτη κγ'. *AEschylus Agamestoris (Archon fuit) annos viginti tres.* Africanus apud Auctorem Chronici Alexandrini. Αἰσχύλ@ ὁ Α'γαμήσορος ἦρξε τ῀ Α'θηναίων ἔτη κγ', *AEschylus Agamestoris regnavit annos viginti tres.* Ac post Olympiadem primam annis deinde viginti duobus eum tenuit: nempe ad Olympiadis sextae annum tertium, quo successit ipsi Alcmaeon. Ergo secundo eius anno, non duodecimo prima Olympias celebrata. De Coroebi autem victoria etiam Strabo lib. VIII. Μέχρι τῆς ἕκτης καὶ εἰκοστῆς Ο'λυμπιάδ@ ἀπὸ τῆς πρώτης, ἐν ᾗ Κόροιβος ἐνίκα στάδιον Η'λεῖ@, τὴν προσασίαν εἶχον τοῦ ἱεροῦ. *Vsque ad sextam & vigesimam Olympiadem a prima, in qua Coroebus Eleensis vicit stadium, praefecturam habebant templi.* Pausanias Eliac. I. Ἐξ ὧν γὰρ τὸ συνεχὲς τ῀ μνήμαις ἐπὶ τ῀ Ο'λυμπιάσιν ἐσὶ, δρόμου μὲν ἆθλα ἐτέθη πρῶτον, καὶ Η'λεῖ@ Κόροιβ@ ἐνίκα. *Ex quo enim cohaerent memoriae per Olympiadas cursus quidem certamina instituit primum, & Eleensis Coroebus vicit.* Item in Arcadicis. Η'νίκα δ' ἂν ἀγῶνα τ῀ Ο'λυμπικὸν, ἐκλείπονθ' ἐπὶ χρόνον πολὺν, ἀνεσώσατο Ι''φιτ@, καὶ αὖθις ἐξ ἀρχῆς Ο'λύμπια ἤγαγον. τότε δρόμου σφίζιν ἆθλα ἐτέθη μόνον, καὶ ὁ Κόροιβ@ ἐνίκησε. *Quando autem certamen Olympicum deficiens a multo tempore resuscitavit Iphitus, & rursus a principio Olympia celebrabant, tunc cursus dumtaxat certamina constituta sunt, & Coroebus vicit.* Athenaeus lib. IX. Καίτοι καὶ ὁ πρῶτος τ῀ τοῖς Ο'λυμπιάσιν ἀγῶνα ἀναδησαμένων Κόροιβ@ ὁ Η'λεῖος μάγειρος ἦν. *Quamvis etiam primus eorum, qui ob certamen Olympiis coronati sunt, Coroebus Eleus coquus esset.* Freculphus Chron. Tom. I. lib. III. cap. XI. *Olympiadem Iphitus, filius Praxonidis, sive Haemonis, primus constituit; in qua Coroebus Eliensis exstitit victor. AEschylus vero, Agamestoris filius, tunc Athenienſium princeps erat.* Incidit vero Olympiadis huius primae annus primus in tricesimum quartum Nicandri, Lacedaemoniorum regis. Anonymus illic. Κόροιβ@ Η'λεῖ@ στάδιον, Αἰσχύλ@ ἄρχοντ@ τ῀ Α'θηναίων ἔτ@ β'. Νικάνδρ@ τ῀ Λακεδαιμονίων βασιλέως ἔτη λδ'. *Coroebus Eleensis Stadium, AEschylo Archonte Athenienſium, annus* II. *Nicandro Lacedaemoniorum rege annos triginta quatuor.* Clemens Strom. I. Μεθ' ὃν υἱὸς Νίκανδρ@ ἔτη τριάκοντα ἐννέα. τούτῳ κατὰ τὸ τριακοσὸν τέταρτον ἔτ@ τεθῆναί φησι (Σωσίβι@ ὁ Λάκων ἐν χρόνων ἀναγραφῇ,) τὴν πρώτην Ο'λυμπιάδα. *Post quem filius Nicander annos triginta novem. Huius circa trigesimum quartum annum constitutam dicit (Sosibius Lacon in temporum catalogo) primam Olympiadem.*

CAP. II.

Romulus, & Remus quando nati. Arctinus Milesius quando floruerit. Plutarchus pugilatu Hermiam AEgyptium superat. Antimachus Eleus stadio vincit, ut & Androcles Messenius. Abaris legatus venit in Graeciam, & Athenas. Polychares, Androclus, & Oebotas stadio victores; inde Daicles, qui primus omnium coronatus, iussu oraculi.

SVb hoc AEschylo, illa ipsa etiam prima Olympiade, Romulus, & Remus nati feruntur. Cyrillus contra Iulianum lib. I. *Prima Olympiade fuisse dicitur Arctinus Milesius, Romulusque, & Remus nascuntur.* Sed Anonymus in Descript. Olymp. & Auctor Chronici Alexandrini natalem eorum in annum secundum Olympiadis secundae referunt; quibus Plutarchus consentit in Vita Romuli, quum ait, concepisse matrem Olympiadis secundae anno primo, desinente Decembri. Α'πεφήνατο (ὁ Ταρύτιος) τὴν μὲν τ῀ μητρὶ τ῀ Ρ'ωμύλου γεγονέναι σύλληψιν ἔτ@ πρώτῳ τ῀ δευτέρας Ο'λυμπιάδος, ἐν μηνὶ κατ' Αἰγυπτίους χοιακ'. *Pronuntiavit (Tarutius) a matre Romulum conceptum fuisse anno primo secundae Olympiadis, in mense secundum AEgyptios.* (is December esse dicitur) τρίτῃ καὶ εἰκάδι. Arctinum vero Milesium Anonymus ille commemorat in anno I. Olymp. IX. Secunda autem Olympiade pugilatu decertasse cum Hermia AEgyptio, & vicisse, Plutarchus traditur a Philostrato in Heroicis, ubi de Protesilao agit. ΑΜΠ. Α'κούεις δέ που κ῀ Πλούταρχον ἐκεῖνον τ῀ σοφιστήν; ΦΟΙ. Α'κούω. τ῀ γὰρ πύκτῃ, ὡς εἰκὸς, λέγῃς. ΑΜΠ. ὅτ@ ἀνιὼν τὴν δευτέραν Ο'λυμπιάδα ἐπὶ τοὺς ἄνδρας, ἱκετεύῃ τὸν ἥρω χρῆσαι οἱ περὶ τῆς νίκης. *VIN. Audis autem, & Plutarchum illum dexterum. PHOE. Audio.*

Il-

Digitized by Google

Illum enim pugilem, ut probabile eſt, dicis. VIN. Hic adſcendens ſecunda Olympiade in viros, ſupplicat heroi praebere oraculum ſibi de victoria. Et mox. Ἠγωνίζετο μὲν ἐν Ὀλυμπίᾳ πρὸς Ἑρμέιαν τὸν Αἰγύπτιον. *Decertavit quidem in Olympia adverſus Hermiam AEgyptium.* Stadio vero vincebat Antimachus Elienſis, ut Anonymus noſter tradit; Olympiade tertia, Androclus Meſſenius. Sed & Abaris (a) tunc legatus veniſſe ab Hyperboreis memoratur. Anonymus noſter in Olympiadis eius anno I. Ἄβαρις ἐξ Ὑπερβορέων πρεσβευτὴς εἰς τὴν Ἑλλάδα ἦλθε. *Abaris ex Hyperboreis legatus in Graeciam venit.* Verum etiam hic diſſenſus eſt Auctorum. Hippoſtratus, cum Anonymo noſtro, tertiam ſtatuit; alii vigeſimam primam; Pindarus in Croeſi tempora reiicit. Harpocration in Ἄβαρις. Καὶ Ἄβαριν ἐξ Ὑπερβορέων πρεσβευτὴν ἀφικέσθαι λέγουσιν. ὁ δὲ χρόνος, ἐν ᾧ παραγέγονε, διαφωνεῖται. Ἱππόστρατος μὲν γὰρ, κατὰ τὴν τρίτην αὐτὸν Ὀλυμπιάδα λέγει παραγενέσθαι. ὁ δὲ Πίνδαρος, κατὰ Κροῖσον, τὸν Λυδῶν βασιλέα. ἄλλοι δὲ, κατὰ τὴν εἰκοστὴν καὶ πρώτην Ὀλυμπιάδα. *Etiam Abarin ex Hyperboreis legatum veniſſe tradunt. Tempus vero, quo advenerit, in ambiguo eſt. Nam Hippoſtratus quidem circa tertiam ipſum Olympiadem dicit adveniſſe. Pindarus vero circa Croeſum, Lydorum regem. Alii autem circa vigeſimam primam Olympiadem.* Euſebius in Chron. Olymp. LXXXII. anno IV. Ἄβαρις Ὑπερβόρεος χρησμολόγος ἐγνωρίζετο. *Abaris Hyperboreus vates innotuit.* Quarta Olympiade ſtadio vicit Polychares Meſſenius. Anonymus in Deſcript. Olymp. ΟΛ. Α. Πολυχάρης Μεσσήνιος στάδιον. *Polychares Meſſenius ſtadium.* Meminitque Pauſanias in Meſſenicis. Πολυχάρης Μεσσήνιος τά τε ἄλλα οὐκ ἀφανὴς ἦν. καὶ νίκῃ Ὀλυμπιάζιν ἀνηρημένος. τετάρτῃ Ὀλυμπιάδα ἦγον Ἦλεῖοι, καὶ ἀγώνισμα ἦν σταδίου μόνον, ὅτε ὁ Πολυχάρης ἐνίκησε. *Polychares Meſſenius quod ad reliqua non obſcurus, & qui victoriam Olympicam abſtulit. Quartam Olympiadem agebant Elei, & certamen erat ſtadii tantum, quando Polychares vicit.* Sequente quinta, victor AEſchines Elienſis Meſſenius; ſexta Oebotas Cumanus, de quo vide quae notavi Atticarum Lectionum lib. III. cap. XXVIII. AEſchinis vero Elienſis etiam apud Pauſaniam eſt mentio, Eliac. II. Praeterea ſexta Olympiade, quum hactenus victores coronati nulli eſſent, placuit conſulere oraculum, an non coronandi eſſent deinceps; miſſuſque Iphitus. Anonymus noſter. Ἔδοξε τοῖς Πελοποννησίοις μαντεύσασθαι, εἰ στέμμαλα περιθῶσι τοῖς νικῶσι. καὶ πέμπουσι τὸν βασιλέα Ἴφιτον εἰς θεοῦ. *Viſum eſt Peloponneſiis conſulere oraculum, an coronas darent victoribus. Et mittunt regem Iphitum ad numen.* Phlegon in Fragmento de Olympiis. Καὶ ἐστέφετο μὲν οὐδεὶς ἐπὶ πέντε Ὀλυμπιάδας. τῇ δὲ ἕκτῃ ἔδοξεν αὐτοῖς μαντεύσασθαι, εἰ στέμμαλα περιθῶσι τοῖς νικῶσι. καὶ πέμπουσι τὸν βασιλέα Ἴφιτον εἰς θεοῦ. *Et coronabatur quidem nullus ſpatio quinque Olympiadum; ſexta autem placuit ipſis oraculum conſulere, an coronas imponerent victoribus. Et mittunt regem Iphitum ad numen.* Ac, quum deus adnuiſſet, ſequente ſeptima coronatus, quum viciſſet, Daicles Meſſenius. Anonymus noſter. ΟΛ. Ζ. Δαΐκλῆς Μεσσήνιος στάδιον. καὶ πρῶτος πάντων ἐστεφανώθη. *Daicles Meſſenius ſtadium. Et primus omnium coronatus eſt.* Phlegon loco iam citato. Πρῶτος δ' ἐστεφανώθη Δαΐκλῆς Μεσσήνιος, ὃς τῇ ἑβδόμῃ Ὀλυμπιάδι στάδιον ἐνίκα. *Primus autem coronatus eſt Daicles Meſſenius, qui ſeptima Olympiade ſtadium vicit.*

(a) De Abaris vide *Voſſium De Poetis Graecis.*

CAP. III.

Alcmaeon perpetuorum ultimus; principatum quando inierit, & quamdiu tenuerit. Euſebii locus emendatus. Roma ſub eo condita, ut volunt nonnulli. Et eclipſis illo die.

ET haec iſta AEſchyli temporibus facta. Hunc Alcmaeon excepit, AEſchyli F. perpetuorum Archontum ultimus. Velleius de eo lib. I. *Athenis perpetui archontes eſſe deſierunt, quum fuiſſet ultimus Alcmaeon.* Euſebius Chron. I. Ἀθηναίων ἐβασίλευσεν τριακοστὸς Ἀλκμαίων ἔτη β'. ἐπὶ τούτου Ἀθήνησιν ἡ διὰ βίου κατελύθη ἀρχή. *Athenis regnavit trigeſimus Alcmaeon annos duos. Eius tempore Athenis illa, quae perpetua fuit, diſſoluta eſt poteſtas.* Tenuit autem principatum annos duos; Olympiadis nempe ſextae tertium, & quartum; ſucceſſitque ei Charops, e decennalibus primus, Olympiadis ſeptimae anno primo. Ergo corrupti alio quodam loco apud Euſebium numeri Chron. I. Τριακοστὸς δὲ μετὰ Αἰσχύλον βασιλεύει Ἀλκμαίων ἔτη ιβ'. *Trigeſimus autem poſt AEſchylum regnat Alcmaeon annos duodecim.* Reſtituo, ut eſt in loco prius citato, ἔτη β'. Et obſerva improprie βασιλεύειν dici, quum non rex, ſed princeps eſſet. Sic Freculpho *Rex* vocatur, Chron. Tom. I. lib. III. cap. XII.. *Tunc Athenienſium erat rex Alcmaeon.* Sic de Epaeneto archonte Antigonus Caryſtius Mirab. capit. CXXXIII. Ἐν Ἀθήναις, ἐπὶ βασιλέως Ἐπαινέτου, Ὀλυμπιάδος ἕκτης, καὶ τριακοστῆς. *Athenis, tempore regis Epaeneti, Olympiade ſexta, & trigeſima.* Sub hoc Romam conditam eſſe volunt quidam. Anonymus in Deſcript. Olymp. ad Olympiadis VI. annum III. ΑΛΚΜΑΙΩΝ. κατά τινας Ρώμης κτίσις. *Alcmaeon. ſecundum quosdam Roma condita.* Velleius Paterculus lib. XIII. *Sexta Olympiade, poſt duo & viginti annos, quam prima conſtituta fuerat, Romulus Martis filius, ultus iniurias avi, Romam urbem Palilibus in palatio condidit.* Eutropius. *Decem & octo annos natus (Romulus) urbem exiguam in Palatino monte conſtituit, XI. Kal. Maias, Olympiadis ſextae anno tertio.* Oroſius lib. II. *Olympiade autem ſexta* (cuius annus tertius Alcmaeonis principatus eſt primus) *quae quinto demum anno, quatuor in medio expletis, apud Elidem Graeciae civitatem, agone, & ludis exerceri ſolet, urbs Roma in Italia a Romulo, & Remo geminis auctoribus condita eſt.* Freculphus Chron. Tom. I. lib. III. cap. XII. *Sexta Olympiade Romulus, eiuſque germanus*

Re-

Digitized by Google

Remus, quos inter paſtores diximus enutritos, collecta paſtorum, atque latronum multitudine, Romanae urbis aedificia inchoaverunt. Ac fuiſſe eclipſin illo die notat Plutarchus in Romulo. Ἐκείνῳ τὴν ἡμέραν, ᾗ τὴν πόλιν ὁ Ῥωμύλος ἔκλισεν, ἀτρεκῆ τριακάδα τυχεῖν λέγουσι. καὶ σύνοδον ἐκλειπτικὴν ἐν αὐτῇ γενέσθαι σελήνης πρὸς ἥλιον, ἣν ἀδέναι καὶ Ἀντίμαχον ὅιονται τὸ Τήϊον ἐποποιὸν, ἔτει τρίτῳ τῆς ἕκτης Ὀλυμπιάδος συμπεσοῦσαν. *Eumdem autem diem, quo urbem Romulus condidit, plane in trigeſimum (menſis) incidere dicunt. Et coniunctionem ecliptícam tunc contigiſſe Lunae cum Sole, quam noviſſe quoque Antimachum putant Teium Lyricum, in annum tertium ſextae Olympiadis incidentem.* Alii in ſequentem Olympiadem reiiciunt; de quorum ſententia proximo capite ſum dicturus.

CAP. IV.

Inde decennales facti, quorum primus Charops. Quando is principatum inierit. Diocles Meſſenius ſtadio victor, primuſque omnium coronatus. Roma condita. Olympiades octava, trigeſima quarta, & centeſima quarta, Anolympiades habitae ab Eleis. Piſani certamen Olympicum ſtatuunt cum Phidone Argivo. Anticles Meſſenius ſtadio victor; item Xenocles, ſive is Xenodochus. Primi Lacedaemoniorum cum Meſſeniis belli initium.

HActenus perpetui, dehinc decennales facti. Ex his primus Charops fuit, AEſchyli, ut Alcmaeon filius. Velleius lib. 1. *Athenis perpetui Archontes eſſe deſierunt, quum fuiſſet ultimus Alcmaeon; coeperuntque in denos annos creari; quae conſuetudo in annos ſeptuaginta manſit; ac deinde annuis commiſſa eſt magiſtratibus reſpublica. Ex iis, qui denis annis praefuerunt, primus fuit Charops.* Euſebius Chron. lib. 1. Μετὰ Ἀλκμαίωνα, ὃ τριακοστὸν βασιλέα Ἀθηναίων, καλεσάσθησαν ἄρχοντες δεκαετεῖς ἑπτά. Ἀθηναίων ἐβασίλευσεν τριακοστὸς πρῶτος Χάροψ, πρῶτος ἄρχων δεκαετής. *Poſt Alcmaeonem trigeſimum regem Athenienſium conſtituti ſunt Archontes decennales ſeptem. Apud Athenienſes regnavit trigeſimus primus Charops primus Archon decennalis.* Freculphus Tom. 1. lib. III. cap. XII. *Quo etiam in tempore Athenis principes, qui ad mortem reip. praeerant, deſierunt; & in annis decem magiſtratuum conſuetudinem Athenienſes tenuerunt. Poſt principes vero praedictos regnavit primus cum eis Charops, AEſchyli filius.* Iniit autem principatum Olympiadis VII. anno 1. Anonymus in Deſcript. Olymp. in illo tempore. Χάροψ. Ἀρχόντων Ἀθήνῃζι δεκαετία. *Charops. Archontum Athenis decennale imperium.* Dionyſius Halicarn. Antiquitat. Rom. lib. 1. Ἔτεσι ἑνεσῶτος πρώτου τῆς ἑβδόμης Ὀλυμπιάδος, ἣν ἐνίκα στάδιον Δαϊκλῆς Μεσσήνιος, ἄρχοντος Ἀθήνῃσι Χάροπος ἔτους τῆς δεκαετίας πρῶτον. *Anno labente primo ſeptimae Olympiadis, qua vicit ſtadium Daicles Meſſenius, Archonte Athenis Charope, annus decennalis imperii primus.* Et mox. Πᾶσα ἀνάγκη, τὸν πρῶτον ἄρξαντα τῆς πόλεος Ῥωμύλον, ἔτει πρώτῳ τῆς ἑβδόμης Ὀλυμπιάδος παραληφέναι τὴ βασιλείαν, ἄρχοντος Ἀθήνῃσι τῆς δεκαετίας Χάροπος ἔτους πρῶτον. *Omnino neceſſe eſt, primum, qui regnavit in urbe Romulum, anno primo ſeptimae Olympiadis ſuſcepiſſe regnum, Archonte Athenis decennalis imperii Charope anno primo.* Fuitque is annus inſignis Daiclis Meſſenii victoria, in ſtadio reportata, cui etiam primo corona data. Anonymus noſter. ΟΛ. Ζ. Δαϊκλῆς Μεσσήνιος στάδιον (ἐνίκα.) καὶ πρῶτος πάντων ἐστεφανώθη. *Olymp. VII. Daicles Meſſenius ſtadium (vicit,) & primus omnium coronatus eſt.* Phlegon de Olympiis. Πρῶτος δ' ἐστεφανώθη Δαϊκλῆς Μεσσήνιος, ὃς τῇ ἑβδόμῃ Ὀλυμπιάδι στάδιον ἐνίκα. *Primus autem coronatus eſt Daicles Meſſenius, qui ſeptima Olympiade ſtadium vicit.* Meminitque victoriae Daiclis Dionyſius in citatis ſtatim verbis. Deinde Roma illo ipſo anno condita memoratur. Anonymus noſter in illo tempore. Ῥώμη ἐκτίσθη ὑπὸ Ῥώμου, καὶ Ῥωμύλου. *Roma condita a Remo, & Romulo.* Videndus Dionyſius lib. 1. Alii in ſecundum annum referebant, inter quos Polybius. Dionyſius Halicarn. lib. 1. Οὐ γὰρ ἠξίουν, ὡς Πολύβιος ὁ Μεγαλοπολίτης, τοσοῦτον μόνον εἰπεῖν, ὅτι κατὰ τὸ δεύτερον ἔτος τῆς ἑβδόμης Ὀλυμπιάδος τὴν Ῥώμην ἐκτίσθη φάσκω. *Non enim ſuſtinuerim, ut Polybius Megalopolitanus, illud ſolum dicere, quod circa ſecundum annum ſeptimae Olympiadis Romam aedificatam credam.* Auctor Chronici Alexandrini annum quartum ſtatuit. Καὶ τετάρτῳ ἔτει τῆς ἑβδόμης Ὀλυμπιάδος. εἰκοσὸν τέταρτον τὸ οἰκείας ἡλικίας ἄγοντες ἐνιαυτὸν Ῥῶμος καὶ Ῥῆμος κτίζουσι τὴν Ῥώμην. *Et quarto anno ſeptimae Olympiadis vigeſimum quartum propriae aetatis annum agentes Romus, & Remus condunt Romam.* Atque huc pertinent iſta Euſebii Chron. 1. Ῥωμύλον φασὶ κατὰ τὸ τέλος τῆς ἑβδόμης Ὀλυμπιάδος βασιλεῦσαι τῶν Λατίνων ἀπὸ Αἰνείου, Ῥώμην τε κτίσαι, καὶ μετονομάσαι τὴν πόλιν. *Romulum dicunt circa finem ſeptimae Olympiadis regnaſſe apud Latinos poſt AEneam, Romamque condidiſſe, & denominaſſe urbem.* Iornandes ſimpliciter ſeptimam dicit, non expreſſo eius anno. *Septima Olympiade Romulus, eiuſque germanus, quos inter paſtores enutritos diximus, collecta paſtorum multitudine, Romanae urbis aedificia inchoaverunt.* Alii aliter ſtatuebant, diſſeritque eleganter Dionyſius libro citato, & Solinus cap. 11. Quinto eius anno, in quem Olympias octava incidit, Piſani cum Phidone, Argivorum tyranno, certamen inſtituerunt; itaque Anolympiada eam, ut trigeſimam quartam, & centeſimam quartam, Elei habuerunt, neque faſtis inſeruerunt. Pauſanias Eliac. II. Πισαῖοι δὲ ἐφαλκύσαντο αὐθαίρετον συμφορὰν, ἀπεχθανόμενοί τε Ἠλείοις, καὶ σπουδὴν ποιούμενοι τιθέναι τὸ Ὀλυμπιακὸν ἀγῶνα αὐτὸ Ἠλείων. οἵ γε Ὀλυμπιάδι μὲν τῇ ὀγδόῃ τὸν Ἀργεῖον ἐπηγάγοντο Φείδωνα, τύραννον τὸ ἓν Ἕλλησι μάλιστα ὑβρίσαντα, καὶ τὸν ἀγῶνα ἔθεσαν ὁμοῦ τῷ Φείδωνι. τετάρτῃ δὲ Ὀλυμπιάδι καὶ τριακοστῇ στρατὸν οἱ Πισαῖοι, καὶ βασιλεὺς αὐτῶν Παυσανίας ὁ Ὀμφαλίωνος, παρὰ τῶν προσχώρων ἀθροίσαντες, ἐποίησαν ἀντὶ Ἠλείων τὰ Ὀλύμπια. ταύτας τὰς Ὀλυμ-

Ὀλυμπιάδας, ἐπ' αὐταῖς ἢ τελάρτῳ τε καὶ ἑκαλοστὴν, τεθεῖσαν ὑπὸ Ἀρκάδων, Ἀνολυμπιάδας οἱ Ἠλεῖοι καλοῦντες, ἐν σφᾶς ἐν καταλόγῳ τῶν Ὀλυμπιάδων γράφουσιν. *Pisaei autem adtraxerunt ad se spontaneam collationem* (a), *& offensi Eleis, & industriam adhibentes ad constituendum Olympiacum certamen pro Eleis. Qui quidem Olympiade octava Argivum abduxerunt Phidonem, tyrannum maxime apud Graecos contumeliosum, & certamen constituerunt simul cum Phidone. Quarta autem, & trigesima Olympiade exercitum Pisaei, & rex eorum Pantaleon Omphalionis filius, ex finitimis congregantes, celebrarunt pro Eleis Olympia. Has Olympiadas, & praeter illas quartam, & centesimam, constitutam ab Arcadibus, Anolympiadas Elei vocantes, easdem in catalogum Olympiadum non referunt.* Ac de hac quidem octava Olympiade, & Pisanorum isto facto ita Anonymus noster inquit. Ὀλυμπιὰς ὀγδόη. Ἀνολυμπιάς. Πισαῖοι τὸν ἀγῶνα ἔθεσαν ἅμα Φείδωνι, τῶν Ἀργείων τυράννῳ, τῶν ἐν Ἕλλησι μάλιστα ὑβρίσαντι. *Olympias octava. Anolympias. Pisaei certamen instituerunt simul cum Phidone Argivorum tyranno, qui Graecis maxime nocuit.* Stadio autem victor fuit Anticles Messenius. Anonymus ibidem. Ἀντικλῆς Μεσσήνιος στάδιον. *Anticles Messenius stadium.* Eusebius Chron. 1. Ὀγδόη Ὀλυμπιὰς, ἣν ἐνίκα Ἀντικλῆς Μεσσηνιακὸν στάδιον. *Octava Olympias, qua vicit Anticles Messenius stadium.* Olympiade vero IX, qui annus fuit principatus eius nonus, Xenocles vicit. Eusebius Chron. 1. Ἐννάτη Ὀλυμπιὰς, ἣν ἐνίκα Ξενοκλῆς Μεσσηνιακὸν στάδιον. *Nona Olympias, qua vicit Xenocles Messenius stadium.* Pausaniae Xenodocus adpellatur in Messenicis. Ἔτει δευτέρῳ τῆς ἐνάτης Ὀλυμπιάδος, ἣν Ξενοδόκος Μεσσήνιος ἐνίκα στάδιον. *Anno secundo nonae Olympiadis, qua Xenodocus Messenius vicit stadium.* Vtrumque nomen repraesentat Anonymus in Descript. Olymp. Ὀλυμπιὰς ἐνάτη. Ξενοδόκος, ἤτοι Ξενοκλῆς, Μεσσήνιος στάδιον. *Olympias nona. Xenodochus, alias Xenocles Messenius stadium.* Vltimo autem eius anno, sive Olympiadis nonae secundo, primi Lacedaemoniorum cum Messeniis belli initium fuit. Anonymus noster ad eum diserte notat. Ἀρχὴ πρώτου Λακεδαιμονίων πρὸς Μεσσηνίους πολέμου. *Initium primi Lacedaemoniorum cum Messeniis belli.* Pausanias in citatis Messenicis. Ταύτῃ Λακεδαιμόνιοι πρώτῳ ἐπὶ Μεσσηνίους ἔξοδον ἐποιήσαντο, ἔτει δευτέρῳ τῆς ἐνάτης Ὀλυμπιάδος. *Hanc Lacedaemonii primam contra Messenios expeditionem fecerunt, anno secundo nonae Olympiadis.*

CAP. V.

Charopis successor AEsimedes; sub quo stadio victores Dotades, & Leochares. Amphia a Lacedaemoniis capta. Post AEsimedem Clidicus principatum tenuit; sub quo Diocles, & Dasmon stadio vincunt. Eusebius emendatus. Bellum Messenicum finitur. Pausaniae, & Anonymi de Olympiadibus hac in re dissidium. Duplicatus stadii cursus, quo primus victor Hypenus. Ithome capta. Thasus condita.

CHaropi successit Aesimedes, itidem Aeschyli filius, Olympiadis IX anno III. Tradit Anonymus in Descript. Olymp. meminitque Eusebius Chron. 1. Huius tertio anno Dotades Messenius stadio vicit; ut testantur Anonymus ille, & Eusebius; quinto autem Amphiam ceperunt Lacedaemonii; ut vult Pausanias in Messenicis. Τότε ὑπὸ τὴν καταλαμψιν τῆς Ἀμφείας Αἰσιμήδης Ἀθηναίῳ ἦρχεν ὁ Αἰσχύλου πέμπτον ἔτος. *Tunc autem sub expugnationem Amphiae AEsimedes Athenensis Archon fuit AEschyli filius anno quinto.* Meminitque ille eiusdem non longe ab initio Atticorum. Εἰ δέ μοι γενεαλογεῖν ἤρεσκεν, καὶ τοὺς ἀπὸ Μελάνθου βασιλεύσαντας, ἐς Κλείδικον τὸν Αἰσιμήδους, καὶ τούτους ἂν ἀπηριθμησάμην. *Si vero mihi genealogiam contexere placeret, & qui a Melantho imperarunt, usque ad Clidicum AEsimedae filium, & illos adnumerassem.* Septimo anno stadio vicit Leochares Messenius, testibus Eusebio, & Anonymo in eius Olympiadis anno primo. Post AEsimedem Clidicus fuit, eius filius, cuius Pausanias in citatis statim verbis, etiam meminit. Ac vicere stadio, dum principatum ille tenet, Olympiadis XII. anno I. quo hunc cepit, Oxythemis Coronaeus; & sequente XIII. Diocles Corinthius; XIV vero Dasmon, item Corinthius; quo bellum quoque Messeniacum finem accepisse traditur. Et de utroque priore diserte Eusebius, atque Anonymus in suis Olympiadibus. De postremo autem, & belli Messeniaci fine, ista sunt Anonymi verba. ΟΛ. ΙΔ. Δάσμων Κορίνθιος στάδιον. τέλος Μεσσηνιακοῦ πολέμου. *Olymp.* XIV. *Dasmon Corinthius stadium. Finis Messeniaci belli.* Et Pausanias in Messenicis. Ὁ δὲ πόλεμος ἔλαβεν ἔτος (de Messeniaco bello loquitur) τέλος ἔτει πρώτῳ τῆς τετάρτης καὶ δεκάτης Ὀλυμπιάδος, ἣν Δάσμων Κορίνθιος ἐνίκα στάδιον, Ἀθήνησι Μεδοντιδῶν τὴν ἀρχὴν ἔτι ἐχόντων τὴν δεκέτιν, καὶ ἔτους Ἱππομένει, τελάρτου τῆς ἀρχῆς ἠνυσμένου. *Bellum autem hoc accepit finem anno primo quartae, & decimae Olympiadis, qua Dasmon Corinthius stadium vicit, quum Athenis Medontidae imperium adhuc obtinerent decennale, & anno Hippomenis imperii quarto exacto.* Etsi in eo ille dissentit ab Anonymo, quod Hippomenis, qui hunc Clidicum excepit, anno quarto principatus iam finito, non Clidici nono, accidisse eum dicat. Sic in eo etiam discedit, quod initium anno AEsimedis quinto, non postre-

(a) *Iac. Gronovius* recte observat non *collationem*, sed *calamitatem* esse vertendum.

postremo Charopis memorat. Sed quod ad Daſmonem adtinet, de eo Euſebius corrigendus Chron. I. Τεσσαρεσκαιδεκάτη Ὀλυμπιάς, ἣν ἐνίκα Δάσμων Κορίνθιος στάδιον. *Quartadecima Olympias, qua vicit Daſmon Corinthius ſtadium* Hodie editur Δέσμων. Eodem anno duplicatus eſt ſtadii curſus, primuſque eo victor coronam reportavit Hypenus Piſanus. Anonymus in eo anno. Προσετέθη δίαυλος. Ὑπερων Πισαῖος πρῶτος δίαυλον. *Additus duplicatus curſus, quem dicunt diaulum. Hypenus Piſaeus primus diaulum.* Pauſanias Eliac. I. Ὀλυμπιάδι δὲ ὕστερον τεσσαρτῃ, καὶ δεκάτῃ προσετέθη σφίσι δίαυλος. Ὑπερων δὲ, ἀνὴρ Πισαῖος, ἀνείλετο ἐπὶ τῷ διαύλῳ τὸν κότινον. *Olympiadi autem poſtea quartaedecimae additus ab illis duplicatus curſus. Hypenus vero, vir Piſaeus, reportavit ob duplicatum curſum coronam ex oleaſtro.* Euſebius Chron. I. Προσετέθη καὶ δίαυλον, καὶ ἐνίκα Ὑπερων Ἠλεῖος. *Additus eſt etiam duplicatus curſus, & vicit Hypenus Eleus.* Ithome quoque tunc expugnata a Lacedaemoniis, ut Anonymus nobis auctor in ſuo De Olympiadibus Opere, & Pauſanias in Meſſenicis. Sunt qui Thaſum etiam tunc exſtructam velint; quod nonnulli Olympiadis ſequentis anno primo, quo Hippomenes principatus annum tertium tenebat, factum ſtatuunt. Itaque utrumque iſtud tempus Thaſi conditae ab Anonymo adnotatur. Et mox plura ſum dicturus.

CAP. VI.

Hippomenis principatus, & in filiam ſaevitia. Suidae locus emendatus, & error indicatus. Orſippus primus in Olympico certamine nudus currit, inde Acanthus. Curſus Δολιχὸς *inſtitutus. Euſtathii, & aliorum diſſenſus. Thucydides correctus. Thaſus condita. Archilochus floret. Pythagoras Lacon ſtadio vincit. Romulus diſparet, Numa Pompilius rex creatur.*

CLidico Hippomenes ſucceſſit, Olymp. XIV. anno III. ut ex Anonymo in Deſcriptione ſua Olympiadum diſcimus. Meminit eius Pauſanias in Meſſenicis, cuius verba in ſuperiori capite a me relata. Meminit Freculphus etiam Tom. I. lib. III. cap. XIII. *Macedonum rex Perdicca erat, Athenienſium Hippomenes.* Suidas eum principatu deiectum commemorat ob ſaevitiam in filiam conſtupratam. Ἱππομένης, Ἀθηναίων ἄρχων. ὃς ἐξέπεσε τῆς ἀρχῆς, δι' αἰτίαν τοιάνδε. ἦν αὐτῷ θυγάτηρ, ἥν τινα τῶν ἀστῶν τινος αἰσχύναντος λάθρα, ὑπ' ὀργῆς καθεῖρξεν εἰς οἴκημα δήσας σὺν ἵππῳ, καὶ τροφὴν ὑδετέρῳ εἰσέπεμπεν, πιεσθεὶς δ' ἐν λιμῷ ὁ ἵππος, ἐφορμήσας τῇ παιδὶ, ἀνήλωτέ τε αὐτὴν, καὶ αὐτὸς ὕστερον ἀπεθάνε. μετὰ ταῦτα, ἐπισκαφέσης αὐτῷ τῆς οἰκήσεως, ἀπ' ἐκείνου ὁ χῶρος ἐκαλεῖτο, Ἵππου καὶ κόρης. *Hippomenes Athenienſium praetor, magiſtratu excidit hac de cauſa. Erat ipſi filia, quam quum quis civium ſtupraſſet clanculum, ex iracundia coniecit in conclave, ligans cum equo, & alimentum neutri immiſit, ſubactus igitur fame equus, irruit in puellam, confecitque illam, & ipſe poſtremo mortuus eſt. Poſt haec, quum dirutum eſſet illi aedificium, ex eo locus vocatus eſt, equi, & puellae.* Meminit iterum in Πάριππον. Πάριππον καὶ κόρη. τόπος Ἀθήνησιν οὕτω καλούμενος. ἐπεδή τις τῶν γένους τῶν Κοδριδῶν, Ἱππομένης τοὔνομα, ὃς καὶ τελευταῖος ἐβασίλευσε, τὴν θυγατέρα καθεῖρξεν ἐν χωρίῳ τινὶ μεθ' ἵππου μαινομένου, διότι λαθραίᾳ μίξει τὴν παρθενίαν αὐτῆς ἐλυμήνατο. καὶ ὁ ἵππος τῇ κόρῃ βίαν ἐποιήσατο. ἀφ' οὗ πάριππος καὶ κόρη ὁ τόπος, ἐν ᾧ τὸ πάθος ὑπέστη, καλεῖται. *Ad equum, & puella. Locus Athenis ita vocatus. Poſtquam quis ex genere Codridarum, Hippomenes nomine, qui & altimus regnavit, filiam incluſerat in loco quodam cum equo furibundo, quia clandeſtino congreſſu virginitatem ſuam polluerat. Et equus puellae vim intulerat. Vnde parippus, & puella locus, in quo calamitas contigit, vocatus eſt.* Sed mendoſa verba in initio ſic reſtituo. Παρ' ἵππον, καὶ κόρην. *Propter equum, & puellam.* Et in fine. Ἀφ' οὗ Παρ' ἵππον, καὶ κόρην ὁ τόπος. *Vnde propter equum, & puellam locus.* Deinde etiam errat Suidas, & quem ille Auctorem ſequitur, quod hunc ultimum τῶν βασιλευσάντων, *illorum, qui regnaverunt*, faciat. Sed Hippomenis iſtud facinus, etſi non expreſſo nomine, etiam ab AEſchine memoratur Orat. in Timarchum. Ἵνα μὴ δοκῶ καὶ Λακεδαιμονίοις θεραπεύειν. καὶ τῶν ἡμετέρων προγόνων μνησθήσομαι. οὕτω γὰρ ἦσαν πρὸς αἰσχύνας χαλεποὶ, καὶ περὶ πλείστου τῶν τέκνων τὴν σωφροσύνην ἐποιοῦντο, ὥς' ἀνὴρ εἷς τῶν πολιτῶν, εὑρὼν τὴν ἑαυτοῦ θυγατέρα διεφθαρμένην, καὶ τὴν ἡλικίαν ὑ καλῶς διαφυλάξασαν μέχρι γάμου, ἐγκατοικοδόμησεν αὐτὴν μεθ' ἵππου εἰς ἔρημον οἰκίαν, ὑφ' ᾗ προδήλως ἔμελλεν ἀπολεῖσθαι, διὰ λιμὸν συγκαθειργμένη. καὶ ἔτι καὶ νῦν τῆς οἰκίας ταύτης ἔσηκε τὰ οἰκόπεδα ἐν τῷ ὑμετέρῳ ἄστει, καὶ ὁ τόπος οὗτος καλεῖται, Παρ' ἵππον, καὶ κόρην. *Ne autem videar Lacedaemoniis inſervire, etiam noſtrorum maiorum mentionem faciam. Ita enim erant adverſus turpitudines ſeveri, & plurimi liberorum modeſtiam faciebant, ut vir quidam e civibus comperiens ſuam filiam vitiatam, & quae floridam aetatem non bene conſervarat uſque ad nuptias, inhabitare eam voluerit cum equo in vacuam domum, a quo manifeſte futurum erat, ut interiret ob famem ſimul coercita. Et ad hoc uſque tempus aedium illarum ſteterunt fundamenta in veſtra urbe, & locus hic vocatur, Ad equum, & puellam.* Meminit & Dion Chryſoſtomus Orat. XXXII. Ἀθήνησι δὲ αὐτὸ τοῦτο τὸ ζῶον ἀγαπηθῆναί (φασιν) τὸ καὶ παρ' ὑμῖν εὐδοκιμοῦν, καὶ νῦν ἔστιν ἐν τῇ πόλει τόπος καλούμενος οὗτος, Ἵππου καὶ κόρης ἄβατον. ὁ γὰρ πατὴρ συγκαθεῖρξε τὴν παῖδα τῷ ἵππῳ, ᾗ φασιν οὕτω διαφθαρῆναι τὴν κόρην. *Athenis autem illud ipſum animal amatum fuiſſe (dicunt) quod etiam apud vos celebratur. Et nunc eſt in urbe locus vocatus ita, equi, & puellae deſertum. Pater enim una incluſit puellam cum equo, & dicunt ita periiſſe puellam* (a). Eius anno tertio, qui primus fuit Olympiadis decimae quintae, Orſippus Megarenſis ſtadio vicit, primuſque tunc nudus currere cepit Acanthus. Nam quum antea praecincti currerent, in Orſippo iſtud deſitum; qui

(a) Vide *Lib.* III. *Athen. Attic. Cap.* VI.

qui quum praecinctus currere incepisset, cingulum postea decidere sivit, ut expeditius curreret. Narrat Pausanias extremis Atticis. Notatque breviter Thucydidis Scholiastes lib. I. Ἀπὸ Ὀρσίππου Μεγαρέως ἐγυμνώθησαν ἐν τοῖς ἀγῶσιν. *Ab Orsippo Megarensi nudati sunt in certaminibus*. Epigramma Vetus.

Ὀρσίππῳ Μεγαρεῖ μεγαλόφρονι τῆλ' ἀρίδηλον
Μνῆμα θέσαν, Φάμᾳ Δελφίδι πιθόμενοι.
Πρῶτός θ' Ἑλλήνων ἐν Ὀλυμπίᾳ ἐξεφανώθη
Γυμνὸς, ζωννυμένων τῶν πρὶν ἐπὶ σταδίῳ.

Orsippo Magarensi magnanimo hic valde conspicuum
Monumentum posuerunt, famae Delphicae credentes.
Primus autem Graecorum in Olympiade coronatus est
Nudus, quum praecingerentur priores ad stadium.

Factum autem hoc, ut dixi Olymp. XV. anno I. Ita Anonymus; & Eusebius Chron. I. Πεντεκαιδεκάτῃ Ὀλυμπιὰς, ἣν ἐνίκα Ὄρσιππος Μεγαρεὺς στάδιον. *Decimaquinta Olympias, qua vicit Orsippus Megarensis stadium*. Eustathius ad Iliad. ψ'. Περὶ δὲ τῦ ζώματος φέρεται ἱστορία, ὅτι μετὰ τὴν ιδ' Ὀλυμπιάδα συνέβη Ὄρσιππόν τινα, ἐμποδιωθέντα ὑπὸ τῦ περιζώματος, πεσεῖν, καὶ τελευτῆσαι. ἢ κατά τινες, νικηθῆναι, ὅθεν ἐθεσπίσθη, γυμνὰς τοὺς τοιύτους ἀγωνίζεσθαι. *De cingulo autem fertur narratio, circa quartamdecimam Olympiadem contigisse, ut Orsippus quidam, quum impediretur ob cingulum, cecidisse, & occubuisse; Aut secundum quosdam victum fuisse, unde sancitum fuit, ut illi nudi certarent*. Vbi hoc notandum, quod victum dicat, quem victisse referunt alii, quos laudavi. Ac victum eum alii quoque tradunt; sed in tempore multum variant; aiunt enim accidisse Olymp. XXXII. Scholiastes Anonymus Homeri ad Iliad. ψ'. Πρῶτον ἔθος ἦν τοῖς παλαιοῖς περιζώματα φέρειν περὶ τὰ αἰδοῖα, καὶ ὕτως ἀγωνίζεσθαι. κατὰ δὲ τὴν τριακοστὴν, καὶ δευτέραν Ὀλυμπιάδα Ὀρσίππῳ τῦ Λακεδαιμονίῳ λυθὲν ἀγωνιζομένῳ τὸ περίζωμα αἴτιον αὐτῷ ἥττης ἐγένετο. ἐξ ὗ νόμος ἐτέθη, γυμνὰς τρέχειν. *Primum consuetudo erat apud Veteres cingula ferre circa pudenda, & ita certare. Circa vero trigesimam secundam Olympiadem Orsippo Lacedaemonio solutum certante cingulum causa ipsi amittendae victoriae fuit. A quo tempore lex est statuta, ut nudi currerent*. Idem refert Etymologici Auctor in Γυμνάζια; & Anonymus noster in Olympiadis istius anno primo. Sed in XV. Olympiadem refert etiam Hesychius in Ζώσαλο. Κατὰ γὰρ τὰς Ὁμήρυ χρόνυς ὐδέπω γυμνοὶ ἠγωνίζοντο, ἀλλ' ἀπὸ τῆς πεντεκαιδεκάτης Ὀλημπιάδος. *Nam Homeri temporibus nondum nudi certabant, sed a quintadecima Olympiade*. Quum vero hoc tam vetus institutum fuerit, quomodo Thucydides, qui annis circiter trecentis post haec scripsit, tradere potuit, non ita pridem morem istum desiisse? Ecce verba lib. I. Τὸ δὲ πάλαι καὶ ἐν τῷ Ὀλυμπιακῷ ἀγῶνι διαζώματα ἔχοντες περὶ τὰ αἰδοῖα οἱ ἀθληταὶ ἠγωνίζοντο· καὶ οὐ πολλὰ ἔτη, ἐπαύθη πέπαυται. *Antiquitus autem & in Olympico certamine cingula habentes circa pudenda luctatores certabant. Et non multi anni sunt postquam desiit*. Omnino censeo negativam inducendam, scribendumque, οὐ πολλὰ ἔτη. *Et multi anni*. Ab Orsippo primus Acanthus nudus cucurrit. Dionysius Halicarn. lib. VII. Ὁ δὲ πρῶτος ἐπιχειρήσας ἀποδύθῆναι τὸ σῶμα, οὐ γυμνὸς Ὀλυμπιάσι δρομεὺς ἐπὶ τῆς πεντεκαιδεκάτης Ὀλυμπιάδος, Ἄκανθος ὁ Λακεδαιμόνιος ἦν. *Qui autem primus sustinuit nudare corpus, & nudus in Olympiacis currebat quintadecima Olympiade, Acanthus Lacedaemonius erat*. Testes etiam Anonymus, Eusebius, Pausanias. Thasus quoque hoc tempore condita, ut Anonymus idem refert, & Clemens; Xanthus tamen Lydus in decimam octavam Olympiadem reiicit. Verba Clementis ista sunt Strom. I. Ξάνθος ὁ Λυδὸς, περὶ τὴν ὀκτωκαιδεκάτην Ὀλυμπιάδα· Θάσος δὲ Διονύσιος, περὶ τὴν πεντεκαιδεκάτην, Θάσον ἐκτίσθαι. *Xanthus autem Lydus circa octavam decimam Olympiadem. Quemadmodum vero Dionysius circa quintamdecimam Thasum conditam esse*. Institutus etiam est cursus, Δολιχὸς adpellatus; ut ex Eusebio, & Anonymo in eo anno discere licet, Eodem tempore Archilochum floruisse sunt qui velint. Anonymus in hoc anno. Ἀρχίλοχος ἤκμασε, κατὰ τὸν Διονύσιον. *Archilochus floruit, secundum Dionysium*. Ac mox rursum eum commemorat Olympiadis XVIII. anno I. & tertio decimae nonae. Cyrillus eum constituit in Olympiade vicesima tertia, adversus Iulianum lib. I. *Vicesima tertia Olympiade Archilochus fuisse fertur*. Ita etiam Tatianus in Orat. contra Graecos. Ὁ δὲ Ἀρχίλοχος ἤκμασε περὶ Ὀλυμπιάδα τρίτῃ καὶ εἰκοστήν. *Archilochus autem floruit circa Olympiadem tertiam, & vigesimam*. Videndus Clemens loco citato. Olympiadis decimae sextae anno primo, qui septimus fuit nostri Hippomenis, stadio vicit Pythagoras Lacon. Anonymus. ΟΛ. ις'. Πυθαγόρας Λάκων στάδιον. *Pythagoras Lacon Stadium*. Dionysius Halicarn. lib II. Τῆς ἑκκαιδεκάτης Ὀλυμπιάδος, ἐν ᾗ ἐνίκα στάδιον Πυθαγόρας Λάκων. *Decima sexta Olympiade, qua vicit stadium Pythagoras Lacon*. Idem memorat Eusebius Chron. I. Romulum etiam disparuisse hoc ipso tempore, auctor Anonymus. Chronicon Alexandrinum reiicit in Olympiadem decimam septimam. Plinius ante decimam octavam factum dicit, sed incertum Lectorem relinquit lib. XXXV. cap. VIII. *Duo enim de vicesima Olympiade interiit Candaules; aut, ut quidam tradunt, eodem anno, quo Romulus*. Successit Numa anno eiusdem Olympiadis tertio, qui penultimus fuit Hippomenis. Anonymus illic. Πομπίλιος Νομᾶς εἰς τὴν βασιλείαν ὑπὸ τῶν Ῥωμαίων ἐκλήθη. *Pompilius Numa ad Regnum a Romanis est vocatus*. Dionysius Halicarn. lib. II. Καὶ μετὰ τῦτο πρεσβύλας ἀποδείξας ἐκ τῶν πατρικίων, ἀπέστελε τῆς παραλημψομένυς τ' ἄνδρα (Νομᾶν Πομπίλιον) ἐπὶ τ' ἀρχὴν, ἐνιαυτῷ τρίτῳ τῆς ἑκκαιδεκάτης Ὀλυμπιάδος. *Et post hoc legatos quum creasset ex patriciis, emisit suscepturos virum (Numam Pompilium) ut regnum capesseret, anno tertio sextae decimae Olympiadis*. Et mox de eodem loquens,

quens. Ἐπὶ τῆς ἑκκαιδεκάτης Ὀλυμπιάδ☉ μεσούσης τὴν Ῥωμαίων βασιλείαν παρέλαβε. *In decimae sextae Olympiadis medio Romanorum Regnum suscepit.*

CAP. VII.

Leocrates post Hippomenem archon. Polus stadio victor. Astacus, postea Nicomedia appellata, ab Astaco condita, aut Zypaete; Croton, a Myscelo. Tellis stadio vincit. Quinquertium, & lucta instituta; illo, Lampis; ista, Eurybatus victor. Eusebius emendatus. Gyges regnum adipiscitur, primus Τύραννο☉ *adpellatus. Menon stadio victor.*

DEfuncto Hippomene, Leocrates principatum tenuit. Freculphus loco iam citato. *Macedonum rex Perdicca erat, Atheniensium Hippomenes, cui Leocrates succedit.* Ac meminerunt Eusebius Chron. 1. & Anonymus, qui tradit, iniisse eum Olymp. XVII. anno 1. quo stadio vicit Polus Epidaurius. Eodem Astacum in Bithynia, quae post Nicomedia dicta, conditam refert. Τέτου ἔτους (quo nimirum principatum Leocrates adiit) ἐνισταμένου, ἐν Βιθυνίᾳ τὴν Ἄσακον ᾤκισαν Μεγαρέων ἄποικοι ἀπό τινω☉ τῶν λεγομένων Σπαρτῶν, καὶ γηγενῶν, τῶν ἀπογόνων τῶν ἐν Θήβαις, Ἄσακόν τὴν κλῆσιν. *Hoc anno incipiente, in Bithynia Astacum condiderunt Megarensium coloni, qui a quodam Spartorum, ut vocantur, & indigenarum, quorum soboles Thebis, Astacus nomine.* Freculphus. *Nicomedia tunc condita est, quae Astacus vocabatur.* De Astaco conditore consentit etiam Stephanus, qui Neptuni, & Olbiae filium facit. Ἄσακος, πόλις Βιθυνίας· ἀπὸ Ἄσακου, τοῦ Ποσειδῶν☉, καὶ νύμφης Ὀλβίας. *Astacus, urbs Bithyniae ab Astaco, Neptuni filio, & Nimphae Olbiae.* Sed Pausanias Zypoeten nominat, Eliac. 1. Ἡ δὲ τοῦ ἐλέφαντ☉, βασιλέως Νικομήδους λέγεται εἶναι Βιθυνῶν. ἀπὸ τούτου δὲ καὶ τῇ μεγίστῃ τῶν ἐν Βιθυνίᾳ πόλεων μετεβλήθη τὸ ὄνομα, Ἄσακῷ γὰρ πρὸ τούτου καλουμένη. Ἦν δὲ ἐξαρχῆς αὐτῇ Ζυποίτης ἐγένετο οἰκιστὴς, Θρᾴξ γέν☉. *Quae vero ex ebore, dicitur esse Nicomedis regis Bithynorum. Ab illo autem etiam maximae urbium, quae in Bithynia, mutatum est nomen, quae Astacus ante illum dicta. Quondam autem in principio eius Zypoetas fuit conditor, Thrax genere.* Biennio post, sive eiusdem Olympiadis XVII. anno III. qui Leocratis quoque tertius, Myscelus Crotonem condit. Anonymus ibidem. Μύσκελος Κρότωνα ἔκτισε. *Myscelus Crotonem condidit.* Dionysius Halicarn. lib. II. Καθ' ὃν χρόνον ὁ Νομᾶς ἐπὶ τὴ βασιλείαν ἐκαλεῖτο ὑπὸ Ῥωμαίων, ἔτω πόλις ἦν ἡ Κρότων. τέτταρσι γὰρ ὅλοις ὕστερον ἔτεσι ἢ Νομᾶν ἄρξαι Ῥωμαίων, Μύσκελ☉ αὐτὴν ἔκτισεν, ἐνιαυτῷ τρίτῳ τ' ἐπὶ ἑκκαιδεκάτης Ὀλυμπιάδ☉. *Circa quod tempus Numa ad regnum vocatus est a Romanis, nondum urbs erat Croton. Quatuor enim integris annis postquam Numas regnavit Romae, Myscelus eam condidit, anno tertio decimae septimae Olympiadis.* Anno eius quinto, qui fuit primus Olympiadis decimae octavae, stadio vicit Tellis Sicyonius, ut Eusebius refert, & Anonymus noster. Ac quinquertii tunc, & luctae certamina instituta; vicitque quinquertio Lampis, lucta Eurybatus, uterque Lacedaemonius. Anonymus in eo anno. Πένταθλον καὶ πάλη, προσετέθη. Λάμπις πενταθλῳ, Εὐρύβατ☉ πάλῃ, ἄμφω Λακεδαιμόνιοι, ἐνίκησαν. *Quinquertium, & lucta instituta sunt. Lampis quinquertio, Eurybatus lucta, ambo Lacedaemonii, vicerunt.* Pausanias Eliac. 1. Ἐπὶ δὲ τῆς ὀγδόης, καὶ δεκάτης Ὀλυμπιάδ☉ πενταθλῶν, καὶ πάλης, ἀρίκοντο ἐς μνήμην. καὶ τοῦ μὲν, Λάμπιδι ὑπῆρξεν· Εὐρυβάτῳ δὲ, ἡ νίκη τῆς πάλης, Λακεδαιμονίοις καὶ τούτοις. *Octava autem, & decima Olympiade quinquertii, & luctae venerunt in memoriam. Et illius quidem Lampis initium dedit. Eurybato autem victoria fuit luctae, hique Lacedaemonii fuerunt.* De Eurybato Eusebius Chron. 1. Προσετέθη πάλη, καὶ ἐνίκα Εὐρύβατ☉ Λάκων. *Instituta est lucta, & vicit Eurybatus Lacon.* Sed de Lampide corrigendus. Προσετέθη καὶ πένταθλ☉, καὶ ἐνίκα Λάμπις Λάκων. *Institutum est etiam quinquertium, & vicit Lampis Lacon.* Non recte editur, Λαμπίας Λάκων. *Lampias Lacon.* Eodem anno Gyges, primus Τύραννο☉ adpellatus, regnum adeptus est. Anonymus noster. Ὀλυμπιάδι τῇ ὀκτωκαιδεκάτῃ, ἔτει πρώτῳ, Γύγης τὴν βασιλείαν Λυδῶν ἐδέξατο. Ὅτ☉ πρῶτ☉ ὠνομάσθη τύραννο☉. ἱστορεῖ Εὐφορίων, ἐν τῷ Περὶ Ἀλιαδῶν. *Olympiade octava decima, anno primo, Gyges regnum Lydorum suscepit. Hic primus vocatus est tyrannus. Narrat Euphorion in libro de Aliadis.* Clemens Strom. 1. Εὐφορίων ᾗ, ἐν τῷ Περὶ Ἀλιαδῶν, κατὰ Γύγην αὐτὸν τίθησι γεγονέναι· ὃς βασιλεύειν ἤρξατο ἀπὸ τῆς ὀκτωκαιδεκάτης Ὀλυμπιάδ☉. ὃν καὶ φησι πρῶτον ὠνομάσθη τύραννον. *Euphorion autem in libro de Aliadis, circa Gygis ipsius tempora conditam. Qui regnare coepit ab octava decima Olympiade. Quem etiam dicunt primum vocatum tyrannum.* Anno nono, qui est Olympiadis decimae nonae primus, Menon Megarensis stadio victor celebratur ab Eusebio, & Anonymo.

CAP. VIII.

Leocrati Apsander succedit. Eusebius correctus. Atheradas Lacon, & Pantacles Atheniensis stadio vincunt. Post Apsandrum Eryxias archon. Eusebius emendatur, & Velleius. Pantacles Atheniensis stadio iterum victor, & Icarius Hypereresiensis. Pugilatus praemia instituta, quae primus accepit Onomastus. Eryxiae, nondum impleto decennio, Tlesias suffectus. Belli Messeniaci secundi initium. Pausaniae locus emendatus. Sigonii error ostensus. Cleoptolemus Lacon stadio victor.

POst Leocratem Olymp. XIX. anno III. principatum Apsander cepit; uti testis Anonymus in eo anno; & Eusebius Chron. 1. cui tamen alibi mendose Ἀλέξανδρ☉ dicitur, non Ἄψανδρ☉. Meminitque Freculphus Tom. 1. lib. III. cap. XIV. *Quibus diebus Atheniensium erat rex Apsander.* Huius anno III. qui Olympiadis vicesimae primus, Athe-

Digitized by Google

Atheradas Lacon ; ſeptimo, qui primus Olympiadis viceſimae primae, Pantacles Athenienſis ſtadio vicere. Ita Euſebius teſtatur Chron. I. & Anonymus in Olympiadibus. Apſandro, ultimus decennalium, & Medontidarum, ut ſupra dixi, Eryxias ſucceſſit Olympiadis XXII. anno I. Anonymus in eo anno. Ἐρυξίας, ἔσχατος Μεδοντιδῶν. *Eryxias, ultimus Medontidarum*. Euſebius Chron. I. Ἀθηναίων ἐβασίλευσεν τριακοστὸς ἕβδομος Ἐρυξίας ἔτη ἑπτά. *Athenienſibus imperavit trigeſimus ſeptimus Eryxias annos decem*. Perperam editur, Εὐρυξίας. Et truncatum eius nomen apud Velleium lib. I. *Ex iis, qui denis annis praefuerunt, primus Charops, ultimus Eryx*. Repone; *ultimus Eryxias*. Freculphus Tom. I. lib. III. cap. XIV. *Athenienſium erat rex Apſander, cui ſucceſſit Eryxias*. Huius primo anno Pantacles Athenienſis iterum ſtadio victor evaſit; uti quinto, qui Olympiadis XXIII. primus erat Icarius Hypereſienſis. Sic Euſebius, & Anonymus. Item Pauſanias in Meſſenicis. Ἀπέσησαν ἔτει τριακοστῷ μὲν καὶ ἑνάτῳ μετὰ Ἰθώμης ἅλωσιν, τεταρτῳ δὲ τῆς τρίτης Ὀλυμπιάδος, καὶ εἰκοστῆς, ἣν Ἰκάριος Ὑπερησιεὺς ἐνίκα στάδιον. *Defecerunt anno trigeſimo quidem, & nono poſt Ithomes expugnationem, quarto autem tertiae Olympiadis, & vigeſimae, qua Icarius Hypereſienſis vicit ſtadium*. Tunc pugilatus quoque praemia conſtituta, quae primus obtinuit Onomaſtus Smyrnaeus, qui & leges poſuit. Anonymus in eo anno. Πυγμῆς ἆθλα ἀπεδόθησαν. Ὄνομαστος Σμυρναῖος πρῶτος πυγμῇ. ὁ καὶ τῇ πυγμῇ νόμους θέμενος. *Pugilatus certamina conſtituta ſunt. Onomaſtus Smyrnaeus primus pugilatu (vicit) qui etiam pugilatui leges ſtatuit*. Euſebius Chron. I. Εἰκοστὴ τρίτη (Ὀλυμπιάς) προσετέθη πυγμὴ, καὶ Ὀνομαστὸς Σμυρναῖος ἐνίκα, ὁ καὶ τῇ πυγμῇ νόμους θέμενος. *Vigeſima tertia (Olympiade) adiectus pugilatus, & Onomaſtus Smyrnaeus vicit, qui etiam pugilatui leges poſuit*. Pauſanias Eliac. I. Τρίτῃ δὲ Ὀλυμπιάδι καὶ εἰκοστῇ πυγμῆς ἆθλα ἀπέδοσαν, Ὀνομαστὸς δὲ ἐνίκησεν ἐκ Σμύρνης. *Tertia vero Olympiade, & vigeſima pugilatus certamina inſtituerunt, Onomaſtus autem vicit e Smyrna*. Sed decennium ſuum Eryxias non implevit; ſive mortuus, ſive amotus; nam octavo eius anno, qui quartus Olympiadis viceſimae tertiae, Tleſias ipſi ſuffectus; & initium tunc temporis fuit belli Meſſeniaci ſecundi. Diſerte Anonymus in eo anno. Τλησίας (ἀρχων) ἀρχὴ τοῦ δευτέρου Μεσσηνιακοῦ πολέμου. *Tleſias (Archon) initium ſecundi Meſſeniaci belli*. Et Pauſanias in Meſſenicis, ubi de eiuſdem belli initio agit, anni huius archontem nobis Tleſiam memorat. Ἀπέσησαν ἔτει τριακοστῷ μὲν καὶ ἑνάτῳ μετὰ Ἰθώμης ἅλωσιν, τεταρτῳ δὲ τῆς τρίτης Ὀλυμπιάδος καὶ εἰκοστῆς, ἣν Ἰκάριος Ὑπερησιεὺς ἐνίκα στάδιον. Ἀθηναίοις δὲ οἱ κατ' ἐνιαυτὸν ἦσαν ἤδη τότε ἄρχοντες. Καὶ Ἀθηναίοις Τλησίας ἦρχεν. *Defecerunt anno trigeſimo quidem, & nono poſt Ithomes expugnationem, quarto autem tertiae Olympiadis, & vigeſimae, qua Icarius Hypereſienſis vicit ſtadium. Athenis vero annui erant iam tunc Archontes, & Athenienſium archon Tleſias*. Sed obſerva, dicere illum, iam tum Athenis archontes annuos fuiſſe; quod omnino falſum, ut ſtatim oſtendam; nam primus iſtorum Creon fuit, quod mox pluribus clarum faciam. Verum ego id Pauſaniam, adeo peritum antiquitatis, plane non ſcripſiſſe exiſtimo; ac corruptum potius locum, levi omnino mutatione reſtituendum. Lego autem: Ἀθήνησι δὲ οὐ κατ' ἐνιαυτὸν ἦσαν οἱ τ. ἄ. *Athenis vero non annui erant, &c.* Nondum tunc erant archontes annui. Atque hoc verum. Neque poteſt excuſari error viri inſignis, Caroli Sigonii, qui Tleſiam hunc annuorum archontum ſecundum facit. Sub eo, Olymp. XXIV. anno I. ſtadio vincit Cleoptolemus Lacon; teſte Euſebio Chron. I. & Anonymo in iſto anno.

CAP. IX.

Inde annui novem facti; qui quum primo ſeparati magiſtratum exercerent, a Solone congregati; ſolitique in ſtrategium convenire, myrto, aut hedera coronati. Prohibiti autem, qui proſtituiſſent corpus, aut donati civitate. Poſt depoſitum magiſtratum, redditamque rationem Areopagitae ſiebant e Solonis inſtituto. Horum primus proprie Ἄρχων, *& per excellentiam dictus, anno nomen imponebat; quodque eius munus fuerit, explicatum. Pollux emendatus; Andocides illuſtratus. Si quis eum coronatum percuſſiſſet, poena illi infamia erat; ſi non coronatum autem, tum drachmarum decem millibus mulctabatur. Sopatri locus reſtitutus. Legebatur vero ſorte; uno excepto Ariſtide, qui a populo ob virtutem extra ordinem conſtitutus; & quidem e nobiliſſimis; donec poſtea inſtitutum ab Ariſtide, ut e populo indiſtincte crearetur. Primus autem horum omnium Creon fuit; iſque quando conſtitutus. Nonnullorum iſthic error indicatus. Intermiſſi autem paululum in Demetrii honorem, & Antigoni; & ſacerdos τῶν Σωτήρων in eorum locum datus; quo poſt annos decem, & octo abrogato, mox* Ἄρχοντες *reſtituti. Inde* Στρατηγοὶ *ſucceſſere; non ab Athenienſibus lecti, ut archontes, ſed ab Imperatore Romano conſtituti. Ac ſub Conſtantino Magno magni Duces adpellati; poſtea ſimpliciter Duces; & ex annuis iterum perpetui facti obtinuere uſque ad captam a Turcis urbem.*

EXpleto a Tleſia triennio, quo decennium Eryxiae repraeſentatur, conſtituti novem annui, quorum primus ἄρχων proprie; alter βασιλεὺς; tertius πολέμαρχος; reliqui ſex θεσμοθέται nuncupati. De quibus videndus Pollux praeter alios lib. VIII. cap. IX. Qui initio quum ſeorſim magiſtratum exercerent, & ius dicerent, Solon eos congregavit; ac ſententiis collatis, uti ſimul dicerent, ſtatuit. Diogenes Laertius in eius Vita lib. I. Καὶ πρῶτος τὴν συναγωγὴν τῶν ἐννέα ἀρχόντων ἐποίησεν, εἰς τὸ συνέδριον. *Et primus conventum novem Archontum fecit ad conſulendum*. Ac quamtumvis ſeorſim quiſque munus ſibi ſuum haberent, tamen multa ad omnes

Digitized by Google

omnes communiter pertinebant; quae commemorat nobis Pollux lib. VIII. cap. IX. Καὶ κοινῇ μὲν (οἱ ἐννέα ἄρχοντες) ἔχουσιν ἐξουσίαν θανάτου, ἐάν τις κατίῃ, ὅπου μὴ ἐξεστι. καὶ κληρῶν δικαστὰς, καὶ ἀθλοθέτας, ἕνα κατὰ φυλὴν ἑκάστην. καὶ στρατηγὸς χειροτονεῖν ἐξ ἁπάντων. καὶ καθ' ἑκάστην πρυτανείαν ἐπερωτᾶν, εἰ δοκεῖ καλῶς ἄρχειν ἕκαστος· τὸν δὲ ἀποχειροτονηθέντα, κρίνουσι. καὶ ἱππάρχους δύο, καὶ φυλάρχους δέκα. *Et communiter quidem (novem Archontes) habent potestatem mortis, si quis descendat ubi non licet: Et duces eligendi ex omnibus; & in singulas Prytaneas inquirere, num videatur bene regere unusquisque. Et condemnatum iudicant. Et equitum magistros duos, & tribunos decem.* Locus autem ubi convenire soliti Στρατήγιον dictus. Observare est apud Plutarchum in Vita Niciae. Ἄρχων μὲν, ἐν τῷ στρατηγίῳ διατέλει μέχρι νυκτός. *Archon quidem in praetorio permanebat usque ad noctem.* Et illorum is locus erat, uti iudicum τὸ βῆμα. Itaque hinc intelligendus AEschinis locus Orat. in Ctesiphontem. Εἰ δέ τις αὐτῷ τῶν στρατηγῶν ἀντέποι, καταδυλέμενος τὸν ἄρχοντας, καὶ συνεθίζων μηδὲν αὐτῷ ἀντιλέγειν, διωδικασίαν ἔφη γράφειν τῷ ῥήματι πρὸς τὸ στρατήγιον. *Si quis vero ipsi ducum obloquatur, opprimens Archontes, & adsuefaciens, ne quis ipsi contradicat, disceptationem dixit se inscripturum suggestui ad praetorium.* Et Plutarchus in Pericle. Παθόσης δ' ἐκείνου, καὶ καλέσης ἐπὶ τὸ βῆμα, καὶ τὸ στρατήγιον, ἀθυμῶν, καὶ κάμνων οἴκοι διὰ τὸ πένθος, ὑπ' Ἀλκιβιάδου καὶ τῶν ἄλλων ἐπείσθη φίλων προελθεῖν. *Quum autem desideraret illum, & vocaret ad suggestum, & praetorium, taedians, & iacens domi ob luctum, ab Alcibiade, & aliis amicis persuasa est ut prodiret.* Iterum in Praeceptis Politicis. Εὐσταλεστέραν δεῖ τὴν χλαμύδα ποιεῖν, καὶ βλέπειν ἀπὸ τοῦ στρατηγίου πρὸς τὸ βῆμα. *Succinctiorem decet chlamyda facere, & videre ab praetorio versus suggestum.* Demosthenes τὸ στρατήγιον adpellat τὸ τῶν ἀρχόντων οἴκημα, Orat. in Midiam. Ἤδη δ' ἑσπέρας ὄσης, καὶ σκότους, ἔρχεται ὁ Μειδίας ὑποσὶ πρὸς τὸ τῶν ἀρχόντων οἴκημα, καὶ καταλαμβάνει τοὺς ἄρχοντας ἐξιόντας. *Iam autem quum esset vespera, & tenebrae, venit Midias ita ad Archontum domicilium, & deprehendit Archontes egressos.* Atque hos myrto coronatos, sive hedera, docui pridem Attic. Lect. lib. VI. cap. VI. Dignitate vero ea arcebantur, qui prostituissent corpus. AEschines Orat. in Timarchum. Ἄν τις Ἀθηναίων, φησὶν (ὁ νομοθέτης) ἑταιρήσῃ, μὴ ἐξέστω αὐτῷ τῶν ἐννέα ἀρχόντων γενέσθαι· ὅτι, οἶμαι, σεφανηφόρος ἡ ἀρχή. *Si quis Athenienſium, inquit (legislator) prostituat se, non liceto illi fieri unus ex novem Archontibus, quia, ut puto, coronam praebet imperium.* Etiam illi, qui donati civitate. Demosthenes Orat. in Neaeram. Ὅσους γὰρ ἂν ὁ δῆμος ποιήσηται Ἀθηναίων πολίτας, ὁ νόμος ἀπαγορεύει διαῤῥήδην, μὴ ἐξεῖναι αὐτοῖς τῶν ἐννέα ἀρχόντων γενέσθαι. *Quotquot enim populus fecerit Athenienſium cives, his lex interdicit explicate, ne liceat illis e numero novem Archontum fieri.* Itaque erat in Decreto de donata Plataeensibus civitate, quod ibidem mox refertur. Ἱπποκράτης εἶπε, Πλαταιέας εἶναι Ἀθηναίους ἀπὸ τῆσδε τῆς ἡμέρας, ἐντίμους, καθάπερ οἱ ἄλλοι Ἀθηναῖοι, καὶ μετεῖναι αὐτοῖς ὧνπερ Ἀθηναίοις μέτεστι πάντων, καὶ ἱερῶν, καὶ ὁσίων. πλὴν εἴ τις ἱερωσύνη, ἢ τελετή, ἔστιν ἐκ γένους, μηδὲ τῶν ἐννέα ἀρχόντων. *Hippocrates inquit, Plataeenſes eſſe Athenienſes ab illo die honoratos, quemadmodum & alii Athenienſes. Et participes eſſe illarum rerum, quarum omnium Athenienſes participes ſunt, & ſacrorum, & profanorum, excepto, ſi quod ſacerdotium aut feſtum ſit gentilitium; neque novem Archontum.* Anno exacto, & deposito magistratu, postquam eius rationem reddidissent, in Senatum Areopagitarum transibant. Pollux lib. VIII. cap. X. Οἱ δὲ ἐννέα ἄρχοντες, οἱ καθ' ἕκαστον ἐνιαυτὸν, μετὰ τὸ δοῦναι τὰς εὐθύνας, ἀεὶ τοῖς Ἀρεοπαγίταις προσετίθεντο. *Novem autem Archontes, qui ſunt annui, poſt redditas rationes, ſemper Areopagitis adiungebantur.* Estque in hanc ipsam rem Plutarchi elegantissimus locus in Vita Periclis. Θεωρικοῖς, καὶ δικαστικοῖς λήμμασιν, ἄλλαις τε μισθοφοραῖς, καὶ χορηγίαις συνδεκάσας τὸ πλῆθος ἀχρῆτο κατὰ τῆς ἐξ Ἀρείου πάγου βουλῆς, ἧς αὐτὸς οὐ μετεῖχε, διὰ τὸ μήτ' ἄρχων, μήτε θεσμοθέτης, μήτε βασιλεὺς, μήτε πολέμαρχος λαχεῖν. αὗται γὰρ αἱ ἀρχαὶ κληρωταί τε ἦσαν ἐκ παλαιοῦ, καὶ δι' αὐτῶν οἱ δοκιμασθέντες ἀνέβαινον εἰς Ἄρειον πάγον. *Theatralibus, & iudicialibus ſportulis, aliiſque mercedibus, & praebitionibus corrupta plebe, uſus eſt adverſus Areopagi ſenatum, cuius ipſe non fuit particeps, propterea quia nec Archon, nec theſmothetes, nec rex, neque dux ſorte factus fuerit. Hi enim magiſtratus ſorte dabantur antiquitus, & qui per eos probati erant, adſcendebant ad Areopagum.* Idque factum e Solonis instituto. Plutarchus idem in eius Vita. Συνησάμενος τὴν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ βουλὴν ἐκ τῶν κατ' ἐνιαυτὸν ἀρχόντων, ἧς, διὰ τὸ ἄρξαι, καὶ αὐτὸς μετεῖχεν, ἔτι δ' ὁρῶν τὸν δῆμον οἰδοῦντα, καὶ θρασύνοντα, τῇ τῶν χρεῶν ἀφέσει, δευτέραν προσκατένειμε βουλήν. *Quum autem conſtituiſſet in Areopago concilium ex annuis Archontibus, cuius, quia Archon fuerat, & ipſe particeps fuit, praeterea vero videns populum inflatum, & ferocem ob debiti remiſſionem, ſecundum inſuper attribuit concilium.* Volunt quidam, solos iis Thesmothetas accessisse. Demosthenis Scholiastes in Argumento Orationis adversus Androtionem. Ἡ μὲν τῶν πεντακοσίων (βουλὴ) ἀριθμῷ ὑποπίπτει ὡρισμένῳ· ἡ δ' (ἐν Ἀρείῳ πάγῳ) ἀορίστῳ. ὡς γάρ τινες τῶν ῥητόρων λέγουσι, κατ' ἔτος οἱ ἐννέα ἄρχοντες αὐτῇ προσετίθεντο· ὡς δέ τινες, οἱ ἐξ μόνον θεσμοθέται. *Quingentorum quidem (concilium) ſub numerum cadit definitum. Quod vero (in Areopago) indefinitum. Quemadmodum enim quidam rhetores dicunt, ſingulis annis novem Archontes illi adiiciuntur. Vt autem aliqui, ſex tantum theſmothetae.* Itaque reddita ratione post peracta Baccho in Limnis sacra solemnia constitutis hic diebus, in senatum hunc transibant. Animadverto apud Demosthenem in Neaeram. Ὡς ἂν ἐγένετο τὰ ἱερὰ ταῦτα (τῷ Διονύσῳ τῷ ἐν Λίμναις) ἀνέβησαν (οἱ ἐννέα ἄρχοντες) εἰς Ἄρειον πάγον ἐν ταῖς καθηκούσαις ἡμέραις. *Quum autem fiebant ſacra haec (Baccho in Limnis) aſcenderunt (novem Archontes)*

tes) *ad Areum pagum ſtatutis diebus*. Primus horum Ἄρχων proprie, & per excellentiam dictus, dignitate octo ceteros anteibat; ſignatique in faſtis anni eius nomine; unde Ἐπώνυμος (a) dicebatur. Pauſanias in Laconicis. Ἀθηναίοις τῶν καλουμένων ἐννέα ἐπώνυμός ἐστιν εἷς ἄρχων. *Ex illis, qui Athenienſibus dicuntur novem, nomen imponit unus Archon*. Pollux lib. VIII. cap. IX. Ἔστι δὲ ἐπώνυμος οὗτος, καὶ ἀπ' αὐτοῦ ὁ χρόνος ἀριθμεῖται. *Nomen autem hic imponit, & ab eo tempus numeratur*. Philo lib. περὶ Ἀβραάμ. Ὁ ποιητὴς Ὅμηρος, μυρίων ὄντων ποιητῶν, κατ' ἐξοχὴν λέγεται. καὶ τὸ μέλαν, ᾧ γράφομεν, καί τοι παντὸς, ὃ μὴ λευκόν ἐστι, μέλανος ὄντος. καὶ ἄρχων Ἀθήνησιν, ὁ ἐπώνυμος, καὶ τῶν ἐννέα ἀρχόντων ἄριστος, ἀφ' οὗ οἱ χρόνοι καταριθμοῦνται. *Poeta Homerus, quum ſint innumeri poetae, per excellentiam dicitur. Et atramentum, quo ſcribimus, quamvis omne, quod non album eſt, atrum ſit. Et Archon Athenis, qui nomen imponit, etiam novem Archontum optimus, a quo tempora numerantur*. Libanius in Argumento Orationis contra Androtionem, ubi de archontibus novem. Εἷς, ἐπώνυμος· ἐξ οὗ καὶ ἐνιαυτὸς ἐπώνυμος ὠνομάζετο. *Vnus, nomen imponens. Ex quo etiam annus nomen gerens vocatur*. Munus eius Pollux narrat loco citato. Ὁ δὲ ἄρχων, διατίθησι μὲν Διονύσια, καὶ Θαργήλια, μετὰ τῶν ἐπιμελητῶν. δίκαι δὲ πρὸς αὐτὸν λαγχάνονται κακώσεως, παροινίας, εἰς διαιτητῶν αἵρεσιν, ἐπιτροπὴ ὀρφανῶν, ἐπιτρόπων κατασάσεις. ἐπιμελεῖται δὲ καὶ τῶν γυναικῶν, αἱ ἂν φανῶσιν ἀπ' ἀνδρὸς τελευτῆς κύειν. καὶ τὸς οἴκους ἐκμισθοῖ τῶν ὀρφανῶν. *Archon autem diſponit quidem Bacchanalia, & Thargelia cum procuratoribus. Iudicia vero apud illum ſortiuntur, iniuriae, ebrietatis, ad arbitrorum delectum, tutela orphanorum, tutorum ordinationes. Curam autem etiam gerit mulierum, quae adpareant poſt viri obitum gravidae. Et domus elocat orphanorum*. Ita locum illum emendo, qui corruptus hodie editur. Vbi quod eum Bacchanalia, & Thargelia cum adiunctis curatoribus ordinaſſe Pollux tradit, id Demoſthenis quoque verbis Orat. adverſus Midiam confirmatur. Παρούσης δὲ τῆς ἐκκλησίας, ἐν ᾗ τὸν ἄρχοντα ἐπικληροῦν ὁ νόμος τοῖς χοροῖς τοὺς αὐλητὰς κελεύει, λόγων καὶ λοιδορίας γιγνομένης, καὶ κατηγορούντος τοῦ μὲν ἄρχοντος τῶν ἐπιμελητῶν τῆς φυλῆς, τῶν δ' ἐπιμελητῶν τοῦ ἄρχοντος, παρελθὼν ὑπεσχόμην ἐγὼ χορηγήσειν ἐθελοντής. *Quum autem adeſſet concio, in qua Archontem ſortiri lex choris tibicines iubet, verbis, & iurgiis intervenientibus, & accuſante Archonte quidem curatores tribus, curatoribus vero Archontem, adveniens ſuſcepi ego ſumtus praebere voluntarius*. Agit ibi de ludis Bacchi feſto exhiberi ſolitis. Eſt & Athenaei locus lib. XII. Ἐν δὲ τῇ πομπῇ τῶν Διονυσίων, ἣν ἔπεμπεν (Δημήτριος ὁ Φαληρεὺς) ἄρχων χωρόμυος, ᾖδεν χορὸς εἰς αὐτὸν ποιήματα. *In pompa autem Bacchanalium, quam duxit (Demetrius Phalereus) Archon quum eſſet, cecinit chorus in ipſum carmina*. Attribuit porro orphanorum illis curam, & tutorum addendorum; tum mulierum, quae poſt obitum mariti uterum ferrent; aediumque, quae ad orphanos pertinerent, locandarum. Et in hanc rem lex expreſſa, quae repraeſentatur nobis a Demoſthene in Macartatum; verbaque eius ita habent. Ὁ ἄρχων ἐπιμελείσθω τῶν ὀρφανῶν, καὶ τῶν ἐπικλήρων, καὶ τῶν οἴκων

ΣΥΝΓΡΑΦΕΑ ΑΡΕΤΗΣ ΕΝΕΚΑ
ΟΙ ΠΑΙΔΕΣ

Verum hae duae quoque Inſcriptiones, quae ab eodem *Sponio* referuntur, & quas nos integras *Libro De Populis Atticis* in Σθένιον, & in Στειριὰ exhibuimus, περὶ Ἀρχόνθος Ἐπωνύμου intelligendae ſunt; nam in eis Ἀρχὼν ἐνιαυτὸς commemoratur; quod etiam doctiſſimus *Salmaſius* animadvertit; & quod notare omiſit *Meurſius* noſter, a quo praetermiſſa quoque ea, quae περὶ Ἐπωνύμων Suidas habet. Inſcriptiones ſunt quae ſequuntur.

ΟΙ ΕΦΗΒΕΥΣΑΝΤΕΣ ΕΝ ΡΩΕ . . .
ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΡΟΙΜΗΤΑΛΚΑ . . .
ΑΡΧΟΝΤΟΣ ΕΝΙΑΥΤΩΙ . . ΠΑΙ
ΔΟΤΡΙΒΟΥΝΤΩΝ ΙΡΕΝΑΙΟΥ . . .
ΜΗΩΝ ΥΠΟΠΑΙΔΟΤΡΙΒΟΥΝ
ΤΟΣ
ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ ΤΟΥ ΜΥ
ΡΩΝΟΣ
ΚΥΔΑΘΗΝΑΙΕΟΣ
ΑΥΛΟΣ ΒΑΣΣΟΥ ΠΑΛΛΗ
ΝΕΥΣ &c.

Alia:

ΑΓΑΘΗΙ
ΤΥΧΗΙ
ΕΠΙ ΤΟΥ ΜΕΤΑ ΤΕ . . . . . ΙΟΝ
ΠΟΝΤΙΚΟΝ ΑΡΧΟΝΤΑ ΕΝΙ
ΑΥΤΟΥ Η ΠΡΥΤΑΝΕΙΑΣ ΟΙ
ΠΡΥΤΑΝΕΙΣ ΤΗΣ ΠΑΝΔΕΙΟ
ΝΙΔΟΣ ΦΥΛΗΣ ΤΕΙΜΗΣΑΝ
ΤΕΣ ΑΥΤΟΥΣ ΑΙΣΕΙΤΟΥΣ Α
ΝΕΓΡΑΨΑΝ ΕΠΩΝΥΜΟΣ ΘΕΟ
ΠΟΜΠΟΣ ΘΑΛΑΜΟΥ ΠΑΙΑ, &c.

(a) Apud *Sponium Itiner. Tom.* III. *pag.* 122. Inſcriptio, quae Eleuſine ante Hagii Georgii templum in Columna exſtat.

ΑΡΞΑΝΤΟΣ ΤΗΝ ΕΠΩνυμον
ΤΙΒ. ΚΛ. ΣΩΣΠΙΔΟΣ ΔΑΔΟΥ
ΧΟΥ
ΤΙΒ. ΚΛ. ΛΥΣΙΛΛΟΥ ΔΑΔΟΥ
ΧΟΥ
ΣΥΝΚΛΗΤΙΚΩΝ ΑΝΕΘ . . .
ΕΝΝΕΑ ΚΑΙ ΔΕΚΑΤΟ . . . .
ΔΙΑ ΒΙΟΥ ΔΙΠΛΩ ΤΩ . . . .
ΛΟΓΙΣΤΗΝ ΚΑΤΑΠΕ . . .
ΕΠΙΔΑΥΡΙΟΙΣ ΧΑΙΡΩ . . .
ΚΟΡΩΝΕΥΣΙ ΘΗΒΑ . . .
ΤΗΣ ΔΕ ΑΛΛΗΣ ΑΡΕΤΗΣ

Alia praeſignis Inſcriptio apud eumdem *Sponium* Tomo laudato pag. 129. quae Athenis iuxta fontem exſiſtit, & in qua etiam τῆς τοῦ Βασιλέως ἐν Θεσμοθέταις ἀρχῆς mentio eſt:

ΚΑΤΑ ΤΟ ΕΠΕΡΟΤΗΜΑ ΤΗΣ
ΕΞ ΑΡΕΟΥ ΠΑΓΟΥ ΒΟΥΛΗΣ
ΚΑΙ ΤΗΣ ΒΟΥΛΗΣ . . . . . .
ΤΟΥ ΔΗΜΟΥ ΤΩΝ ΑΘΗΝΑΙ
ΩΝ ΤΟΝ ΑΡΞΑΝΤΑ ΤΗΝ ΤΟΥ
ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΕΝ ΘΕΣΜΟΘΕΤΑΙΣ
ΑΡΧΗΝ ΚΑΙ ΑΡΞΑΝΤΑ ΤΗΝ
ΕΠΩΝΥΜΟΝ ΑΡΧΗΝ ΚΑΙ ΠΑ
ΝΗΓΥΡΙΑΡΧΗΣΑΝΤΑ ΚΑΙ ΑΓΩ
ΝΟΘΕΤΗΣΑΝΤΑ ΤΩΝ ΜΕΓΑ
ΛΩΝ ΠΑΝΑΘΕΝΑΙΩΝ ΟΙΚΟ
ΘΕΝ ΙΕΡΕΑ ΠΑΝΑΓΗ . Π . ΕΡΕΝ .
ΔΕΣΙΠΠΟΝ ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΕΡ
ΜΕΙΟΝ ΤΟΝ ΡΗΤΟΡΑ ΚΑΙ

Digitized by Google

οἴκων ἐξερημωμένων· καὶ τῶν γυναικῶν, ὅσαι μένουσιν ἐν τοῖς οἴκοις τῶν ἀνδρῶν τῶν τεθνηκότων, φάσκουσαι κύειν, τούτων ἐπιμελείσθω. *Archon curam gerito pupillorum, & heredum, & aedium intereuntium, & uxorum, quotquot manent in aedibus maritorum defunctorum, dicentes se gravidas esse, horum curam gerito.* De orphanis vero, mulieribusque gravidis est Demosthenis quoque locus Orat. adversus Lacritum. Ἐπικλήρων, καὶ ὀρφανῶν, καὶ τῶν τοκέων, προστέτακται τῷ ἄρχοντι ἐπιμελεῖσθαι. *Heredum, & orphanorum, & parturientium iniunctum est Archonti curam gerere.* De orphanis solis etiam AEschines in Timarchum. Τίς γὰρ ὑμῶν τὸν ὀρφανὸν καλούμενον Διόφαντον οὐκ οἶδεν; ὃς τὸν ξένον πρὸς τὸν ἄρχοντα ἐπήγαγεν, ᾧ παρέδρευεν Ἀριστοφῶν ὁ Ἀζηνιεὺς, ἐπαιτιασάμενος τέτταρας δραχμὰς αὐτὸν ὑπὲρ τῆς πράξεως ταύτης ἀπεστερηκέναι. καὶ τοὺς νόμους λέγων, οἱ κελεύουσι τὸν ἄρχοντα τῶν ὀρφανῶν ἐπιμελεῖσθαι. *Quis enim vestrum orphanum dictum Diophantum non novit? qui peregrinum ad Archontem adduxit, cui succurrit Aristophon Azenienſis, criminatus quatuor drachmis ipsum ob factum illud privatum esse. Et leges recitans, quae iubent Archontem orphanorum curam habere.* De virginibus, quae heredes unicae erant, Demosthenes ait in Pantaenetum. Ὅσα δ' εἰς ἐπικλήρους, πρὸς τὸν ἄρχοντα. *Quae autem ad heredes, ad Archontem.* Et Lysias Orat. in Alcibiadem II. Τί δ' ἂν αἴσχιον εἴη, ἢ δεινότερον πρᾶγμα, τούτου γένοιτο τῇ πόλει, εἰ τολμήσει μὲν ἄρχων ἐμβὰς τὰ ἐπικλήρων δίκαις, ἀντιβολεῖν καὶ ἱκετεύειν τοὺς δικαστὰς ὅτι ἂν βούληται πραχθῆναι. *Quis autem turpior mos, aut peius factum illo fiat in urbe, si audeat quidem Archon, insultans heredum iuri supplicare, & obsecrare iudices, ut quicquid voluerit fiat.* Illas ipsas si, quod lege iubebatur, genere proximus neque duceret, neque alteri elocaret, ab archonte cogebatur, deferendi potestate, qui id nollet, cuivis data; ac, officio si deesset, ipse archon drachmis mille, Iunoni sacris mulctabatur. Demosthenes Orat. in Macartatum. Ἐὰν δὲ μὴ ἔχῃ (ἢ ἐπίκληρον) ὁ ἐγγυτάτω γένους, ἢ μὴ ἐκδῶ, ὁ ἄρχων ἐπαναγκαζέτω ἢ αὐτὸν ἔχειν, ἢ ἐκδοῦναι. ἐὰν δὲ μὴ ἐπαναγκάσῃ ὁ ἄρχων, ὀφειλέτω χιλίας δραχμὰς, ἱερὰς τῇ Ἥρᾳ. ἀπογραφέτω δὲ τὸν μὴ ποιοῦντα ταῦτα ὁ βουλόμενος πρὸς τὸν ἄρχοντα. *Si vero non habeat, (unicam heredem) proximus genere, aut non elocet, Archon cogat vel ipsum tenere, aut elocare. Si autem non cogat Archon, mulctetur mille drachmis, sacris Iunoni. Proscribat autem illum non facientem talia quisquis voluerit apud Archontem.* Qui delinquerent in his causis, eos ipse, irrogata suo arbitratu mulcta, in Heliaeam introducebat. Demosthenes in eadem Oratione de re eadem. Καὶ μὴ ἐάτω ὑβρίζειν, ἢ ποιεῖν τὶ παράνομον. κύριος δ' ἔσω ἐπιβάλλειν κατὰ τὸ τέλος. ἐὰν δὲ μείζονος ζημίας δοκῇ ἄξιος εἶναι, προσκαλεσάμενος πρόπεμπλα, καὶ τίμημα ἐπιγραψάμενος ὅ, τι ἂν δοκῇ αὐτῷ, εἰσαγαγέτω εἰς τὴν Ἡλιαίαν. *Et non sinat contumeliam facere, vel patrare quid illicitum. Magistratus autem habeat potestatem imponendae poenae secundum censum. Si vero maiore poena videatur dignus esse, arcessens ante-quintas, & mulctam imponens, quam ipsi placuerit, introducat in Heliaeam.* Sunt verba legis, cuius paulo ante initium recitavi. Itaque tempus istas causas disceptantibus adsignabat, & praedividebat aquam. Demosthenes idem in citata Oratione. Ἐξ ἀνάγκης γὰρ ἦν, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, τῷ ἄρχοντι, ἀμφορέα ἑκάστῳ ἐγχέαι τῶν ἀμφισβητούντων, καὶ τρεῖς χοὰς τῷ ὑστέρῳ λόγῳ. *Necessarium enim erat, o viri iudices, Archonti, amphoras unicuique infundere disceptantium, & tres urnas ultimae orationi* (a). Iam postremum, quod Polluci memoratur, aedes eum orphanorum, ne desertae interciderent, elocasse; est id quoque in verbis legis, quae citavi. Ὁ ἄρχων ἐπιμελείσθω τῶν ὀρφανῶν, καὶ τῶν οἴκων ἐξερημωμένων. *Archon curet orphanos, & aedes desertas.* Pertinetque ad hanc rem Isaei locus in Oratione ea, quae est De hereditate Apollodori. Νόμῳ γὰρ τῷ ἄρχοντι τῶν οἴκων, ὅπως ἂν μὴ ἐξερημῶνται, προσάπτει τὴν ἐπιμέλειαν. *Nam ex lege Archonti aedium, ne deserantur, incumbit cura.* Et in altera, quae est De hereditate Philoctemonis. Ἀπογράφουσι τὸν παῖδα τοῦτον πρὸς τὸν ἄρχοντα, ὡς εἰσποιήτου τοῖς τοῦ Εὐκτήμονος υἱέσι τοῖς τελευτηκόσιν, ἐπιγράψαντες σφᾶς αὐτοὺς ἐπιτρόπους· καὶ μισθοῦν ἐκέλευον τὸν ἄρχοντα τοὺς οἴκους, ὡς ὀρφανῶν ὄντων. *Citant puerum illum ad Archontem, tamquam insiticium, Euctemonis filiis mortuis, inscribentes se ipsos tutores. Et elocare iubebant Archontem aedes, utpote orphanorum.* Et conductionis pignus exigebat a conductoribus. Suidas in Ἀποτιμηταί. Οἱ μισθούμενοι τοὺς τῶν ὀρφανῶν οἴκους παρὰ τοῦ ἄρχοντος, ὀνέχυρα τὰ μισθώσεως παρέχοντο· ἔδει δὲ τὸν ἄρχοντα πέμπειν τινὰς, ἀποτιμησομένους τὰ ἐνέχυρα. *Qui orphanorum domos ab archonte conducebant, pignora mercedis praebebant; oportebat vero archontem mittere aliquos, pignora aestimaturos.* Vt autem orphanos quosque curabat, ita maxime eorum liberos, ac parentes, qui in bello cecidissent. Hac de re Platonis locus est in Menexeno. Τῆς δὲ πόλεως ἐστέ που καὶ αὐτοὶ τὴν ἐπιμέλειαν, ὅτι νόμος θεμένη περὶ τοὺς τῶν ἐν τῷ πολέμῳ τελευτησάντων παῖδάς τε καὶ γυναῖκας, ἐπιμελεῖται, καὶ διαφερόντως τῶν ἄλλων πολιτῶν προσέταξε ἀρχῇ, ἥπερ μεγίστη ἐστίν. ὅπως ἂν οἱ τούτων μὴ ἀδικῶνται πατέρες τε καὶ μητέρες. τοὺς δὲ παῖδας συνεκτρέφει αὐτὴ, προθυμουμένη ὅτι μάλιστ' ἄδηλον αὐτοῖς ἢ ὀρφανίαν γενέσθαι. *Vrbis autem nostis & ipsi curam, quod illa legibus statutis de eorum, qui in bello mortui sunt, liberis, & parentibus curam gerit, & praecipue praeter alios cives mandatum est magistratui, qui maximus est, ne scilicet talium patres, & matres iniuriam paterentur. Liberos autem una nutrit ille, praevidens potissimum incertam ipsis orbitatem contingere.* Ac liberi quidem ut publico sumtu alerentur adcurabat; inde est in Platonis verbis. Τοὺς δὲ παῖδας συνεκτρέφει αὐτή. *Liberos autem simul nutrit illa.* Et Lesbonax in Protreptico. Ποῖος ἡδίων θάνατος; τίνες εὐκλεέστεροι οἱ ἀποθανόντες; δημοσίᾳ τάφου ἀξιοῦνται. θυσίαι ἐπὶ τούτοις γίγνονται, ἀγῶνες ἐπὶ τούτοις τίθενται, ἀντὶ

(a) Heinc forte repetenda explicatio Nummorum Athenienſium, in quibus amphora paſſim occurrit. Conſule *Tabul.* I.

ἀντὶ θνητῦ σώματ@ ἀθάνατον μνῆμα καταλέπωσιν οἱ ὧ τάτων παῖδες, δημοσίᾳ ἐκτρέφονται. *Qualis est dulcior mors? quinam celebriores mortui? publico monumento digni habentur. Sacrificia ipsis fiunt, certamina honori illorum statuuntur, pro mortali corpore immortalem memoriam relinquunt. Illorum vero liberi publico sumtu aluntur.* Praeter ista & mulieres, quae a viris divertebant, quum eorum contumelias ferre haud possent, divortii sui libellum, ipsae eum deferentes, apud eum deponebant. Observare est apud Plutarchum in Alcibiade. Εὔτακτ@ δ' ὖσα, καὶ φίλανδρος, ἡ Ἱππαρέτη, λυπουμένη δ' ὑπ' αὐτῦ περὶ τ γάμον, ἑταίραις ξέναις καὶ ἀσταῖς συνόντ@, ἐκ τῆς οἰκίας ἀπιῦσα πρὸς τὸν ἀδελφὸν ᾤκετο. τῦ δ' Ἀλκιβιάδυ μὴ φροντίζοντ@, ἀλλὰ τρυφῶντ@, ἐδᾶτο τῆς ἀπολείψεως γράμματα παρὰ τῷ ἄρχοντι θέσθ, μὴ δι' ἑτέρων, ἀλλ' αὐτὴν παρῦσαν. *Sobria autem exsistens, & viri amans Hipparete, sed vexata ab illo circa matrimonium, ut qui cum meretricibus peregrinis, & urbanis coiret, e domo egressa ad fratrem venit. Alcibiade autem non curante, sed insultante, rogabat divortii litteras deponere apud Archontem, non per alios, sed ipsam praesentem.* Hoc ipsum est, quod Andocides dicit Orat. κατ' Ἀλκιβιάδυ. Λαβὼν ὧ τοσαύτ\ῳ προῖκα, ὅσ\ῳ οὐδεὶς τ Ἑλλήνων, ὕτως ὑβριστὴς ἦν, ἐτάγων εἰς αὐτὴν οἰκίαν ἑταίρας, καὶ δούλας, καὶ ἐλευθέρας· ὥς' ἠνάγκασε τὴν γυναῖκα, σωφρονεστάτ\ῳ ὖσαν, ἀπολιπεῖν, ἐλθῦσαν πρὸς τὸν ἄρχοντα κατὰ τὸν νόμον. *Accipiens autem talem dotem, qualem nullus Graecorum, ita petulans erat, introducens in eamdem domum meretrices, & servas, & liberas; ita ut coegerit uxorem, modestissimam, excedere, venientem ad Archontem iuxta legem.* Devovebat etiam eos, qui quid fructuum, praeter oleum, terra Attica evexissent, e Solonis instituto. Plutarchus in eius Vita. Τῶν ὧ γινομένων διάθεσιν πρὸς ξένυς ἐλαίυ μόνον ἔδωκεν, ἀλλὰ δ' ἐξάγ\ν ἐκώλυσεν. καὶ κατὰ τῶν ἐξαγόντων ἀρὰς ποιεῖσθαι τὸν ἄρχοντα προστέταξεν. *Illorum, quae proveniebant commercium peregrinis olei solum dedit, alia vero exportare vetuit. Et contra exportantem devotiones facere Archonti mandavit.* Quod si quis hunc percussisset, dum is coronatus esset, aut convitiis incessisset, poena infamiae adficiebatur. Demosthenes Orat. in Midiam. Καὶ πάλιν γε τὸν ἄρχοντα, ταυτὸ τῦτο. ἐὰν μὲν ἐστεφανωμένον παλάξῃ τις, ἢ κακῶς εἴπῃ, ἄτιμ@. *Et rursus Archontem, illud ipsum, siquidem coronatum percutiat quis, vel maledixerit, infamis.* Si quis alias verberasset, nempe minime coronatum, ille drachmis decies mille mulctabatur. Sopater Διαιρέσ\ζητημάτων. Ὁ ἄρχοντα τύψας, ἀποτινύτω τιμωρίας· ὁ ἰδιώτην, χιλίας. ἄρχων ἄρχοντα ἔτυψε· καὶ ὁ μὲν, αἰτᾶ τιμωρίας· ὁ ὧ, χιλίας δίδω\ι. ἡ κατάστασις ἡ τῦ κατηγόρυ ἔχ\ τὴν γνώμ\ν τ θεμένων τ νόμων τ περὶ τ πληγῶν, ᾧ τὴν διαφορὰν τίν@ ἕνεκεν ἐπὶ μὲν ἰδιώτυ, χιλίας ἔταξεν· ἐπὶ δὲ ἄρχοντ@, μυρίας. *Qui Archontem percusserit, solvat poenas. Qui privatum, mille. Archon Archontem percussit. Et ille quidem, poscit poenas. Ille vero mille dat. Constitutio accusantis habet sententiam eorum, qui constituerunt legem de plagis, & discri-*

men. Ob quamnam rationem de privato quidem mille statuit; de Archonte vero, decies mille? Sed corruptus valde locus, quem restituo ad hunc modum. Ὁ ἄρχοντα τύψας, ἀποτινύτω μυρίας. *Qui Archontem verberavit, persolvat decies mille.* Deinde. καὶ ὁ μὲν, αἰτᾶ μυρίας· ὁ ὧ, χιλίας δίδω\ι. *Et ille quidem poscit decem millia. Alter vero mille dat.* Ac mox. Τῶν θεμένων τ νόμον τ περὶ τ πληγῶν. *Qui sanxerunt legem de plagis.* Legebantur autem sorte, fabis missa, ut ceteri octo. Inde est in Heliastarum iuramento apud Demosthenem in Timocratem. Καὶ ὅσοι μετὰ τ ἐννέα ἀρχόντων κυαμεύονται. *Et quotquot cum novem Archontibus faba sortiuntur.* Lucianus in Vita Auct. Ἀθηναίοισι νόμ@, κυάμοισι τὰς ἀρχὰς αἱρέεσθαι. *Atheniensibus lex est, ut fabis magistratus eligantur.* Sed virtutis magnae ergo Aristidem ipse populus extra ordinem sibi legit. Plutarchus in eius Vita docet ex Idomeneo. Καὶ μὲν ἄρξαι γε τὸν Ἀριστείδην ὁ Ἰδομενεὺς, ὐ κυαμευτὸν, ἀλλ' ἑλομένων Ἀθηναίων, φησίν. *Et quidem Archonta fuisse Aristidem Idomeneus, non fabis sortitum, sed creantibus Athenienſibus, inquit.* Et quidem initio e familiis nobilissimis. Eusebius in Chr. Ἄρχοντες ἐνιαυσιαῖοι ἡρέθησαν ἐξ εὐπατριδῶν. *Archontes annui electi sunt ex patriciis.* Sopater in Hermogenem. Ἐν Λακεδαίμονι μὲν, οἱ βασιλεῖς Ἡρακλεῖδαι, ὁποῖοι ἂν πότε εἶεν· Ἀθήνησι ὧ, οἱ ἄρχοντες ἐξ εὐπατριδῶν, κἂν Ἴρυ μὲν πενέστεροι, Φαλάριδ@ ὧ ἀδικώτεροι, καὶ ὠμότεροι. *Lacedaemone quidem Reges Heraclidae, quales tandem; Athenis vero Archontes e essent patriciis, etsi Iro pauperiores, Phalaride autem iniquiores, & crudeliores essent.* Nempe e primo civium ordine, qui erat τῶν πενταkοσιομεδίμνων. Plutarchus in Aristide. Καὶ τεκμήρια τ περὶ τ οἶκον εὐπορίας, ἓν μὲν ἡγεῖ), τὴν ἐπώνυμον ἀρχὴν, ἣν ἦρξε τῷ κυάμῳ λαχὼν, ἐκ τ ζ\ῶν τ τὰ μέγιστα κεκτημένων, ὃς πενταkοσιομεδίμνυς προσηγόρευον. *Et signa domesticae felicitatis, unum quidem existimat, nomen anno praebentem magistratum, quem iniit faba sortitus, ex familiis plurima possidentibus, quas pentacosiomedimnos vocabant.* Idque obtinuit usque ad tempora Aristidis, qui decrevit, ut e populo universo legerentur. Plutarchus docet in eius Vita. Ἐπὶ ὧ ἀναχωρήσαντας εἰς τὸ ἄστυ τὺς Ἀθηναίυς ὁ Ἀριστείδης ζητῦντας ἑώρα ἀπολαβεῖν τ δημοκρατίαν, ἅμα μὲν ἄξιον ἡγύμ\ν διὰ τὴν ἀνδραγαθίαν ἐπιμελείας τὸν δ\ῆμον, ἅμα δ' ὐκ ἔτι ῥάδιον, ἰσχύοντα ὅπλοις, καὶ μέγα φρονῦντα τ νίκαις, ἐκβιαῶσθαι, γράφ\ ψήφισμα, κοινὴν εἶναι τὴν πολιτείαν. καὶ τὺς ἄρχοντας ἐξ Ἀθηναίων πάντων αἱρεῖσθαι. *Postquam vero, quum recessissent in urbem Athenienses, Aristides quaerere eos videbat, ut reciperent popularem statum, simul quidem dignum cura putans ob egregie res gestas populum, simul vero non amplius facile, valentem armis, & magna spirantem ex victoriis expelli, scripsit decretum, communem esse politiam, & Archontes ex Athenienſibus omnibus eligendos.* Primus vero eorum omnium Creon fuit. Velleius lib. 1. *Ex annuis (archontibus) primus Creon.* Eusebius in Chron. Ἔδοξεν αἱρεῖσθαι ἄρχοντα κατ' ἐνιαυτόν, καὶ πρῶ-

τ@ ἠγήσατο. ἐνιαύσι@ ἄρχων Κρέων. ἐπὶ τῆς εἰκοσ-
τῆς τετάρτης Ὀλυμπιάδ@ μεθ' ὃν καὶ ἕκαστον
ἔτ@ εἷς τις παρ' αὐτοῖς ἦρχεν. *Placuit eligere Archontem annuum. Et primus electus est annuus Archon Creon circa vigesimam quartam Olympiadem. Post quem & singulis annis unus quis apud ipsos regnavit.* Ait Creontem constitutum primum archontem Olymp. XXIV. (a) Idque fuit anno III. Anonymus in eo. Κρέων, πρῶτ@ ἐνιαύσι@ ἄρχων Ἀθήνησι. *Creon, primus annuus Archon Athenis.* Male alii Creontis principatum referebant in Olymp. XIX. alii in XXV. Eusebius alibi in eodem Chronico. Ἡ ὑπὲρ ἐνιαυσίων ἀρχὴ ἤρχθη, Κρέοντ@ πρώτου ἄρχοντ@ ἡγησαμένου ἐπὶ τ῀ ιβ'. Ὀλυμπιάδ@· οἱ δὲ, ἐπὶ κέ. *Annuorum autem magistratus coepit, Creonte primo Archonte creato circa decimam nonam Olympiadem. Alii vero circa vigesimam quintam.* Ac continuati quidem archontes annui longa serie; nisi quod per adulationem turpem interrumpentes Athenienses abrogarunt, in honorem Demetrii, & Antigoni; ac sacerdotem τ῀ Σωτήρων substituerunt, qui eadem plane dignitate esset, & anno quoque nomen daret. Accipio e Plutarcho in Vita Demetrii. Μόνοι δὲ Σωτῆρας ἀνέγραψαν θεοὺς, κ῀ τ῀ ἐπώνυμον καὶ πάτριον ἄρχοντα καταπαύσαντες, ἱερέα Σωτήρων ἐχειροτόνουν καθ' ἕκαστον ἐνιαυτόν. καὶ τοῦτον ἐπὶ τ῀ ψηφισμάτων, καὶ τ῀ συμβολαίων, προέγραφον. *Soli autem Servatores conscripsere deos, & denominantem & patrium Archontem supprimentes, sacerdotem Servatorum elegerunt per singulos annos. Et hunc in decretis, & contractibus proponebant.* Illud factum, ut est colligere ex Historia, Olymp. CXVIII. anno II. quo supremo hoc magistratu Anaxicrates fungebatur. Mox Demetrii fortuna inclinante, amotis illis sacerdotibus, prisci archontes restituti. Plutarchus in eiusdem Vita. Ἀθηναῖοι δ῀ ἀπέστησαν αὐτῷ· καὶ τόν τε Δίφιλον, ὃς ἦν ἱερεὺς τ῀ Σωτήρων ἀναγεγραμμέν@, ἐκ τ῀ ἐπωνύμων ἀνεῖλον, ἄρχοντας αἱρεῖσθαι πάλιν, ὥσπερ ἦν πάτριον, ψηφισάμενοι. *Athenienses autem defecerunt ab ipso. Et Diphilum, qui erat sacerdos Servatorum conscriptus, ex eponymis sustulerunt, Archontes ut crearentur rursus, ut patrium erat, statuentes.* Illud fuit Olymp. CXXIII. anno I. Itaque qui hoc medio octodecim annorum tempore commemorantur apud Diodorum Siculum lib. XX. & Anonymum in Descriptione sua Olympiadum, sacerdotes istiusmodi τ῀ Σωτήρων non archontes sunt censendi. Ex eo tempore diu iterum obtinuere; & P. Licinius Gallienus, quum ad Imperium capessendum quaereretur a militibus, archon erat. Clare Trebellius in Gallienis *Quum tamen sibi milites dignum principem quaererent, Gallienus apud Athenas archon erat, vanitate illa, qua & civis adscribi desiderabat, & sacris omnibus interesse.* Atque id factum, ut ex Fastis Capitolinis, Siculisque est observare, Olympiadis CCLX. anno I. siquidem isto Imperium Gallienus adiit. Vltra non diu durarunt. Sed facilius multo dicere, quando non fuerint, quam quando esse desierint. Theodoretus, qui sub Theodosio utroque vixit, sua aetate iam sublatos, ut alios urbis magistratus, iudicesque, clare narrat Therapeut. lib. IX. Καὶ ἀρχεῖα μὲν παρ' Ἀθηναίοις ὁ Ἄρει@ πάγ@, κ῀ ἡ Ἡλιαία, κ῀ τὸ ἐπὶ Δελφινίῳ δικαστήριον, κ῀ ἡ τῶν πεντακοσίων βουλὴ, καὶ οἱ ἕνδεκα, καὶ οἱ θεσμοθέται, καὶ ὁ πολέμαρχ@, καὶ ὁ τῶ ἐνιαυτῶ ἄρχων. *Et otiatur (b) quidem Athenis Areopagus, & Heliaea, & tribunal in Delphinio, & quingentorum Senatus, & undecim, & thesmothetae, & belli dux, & annuus Archon.* Postea Στρατηγοὶ dicti magistratum hunc supremum tenuere; quorum munus paulo ante, ut annonam procurarent. Philostratus in Lolliano Sophist. lib. I. Πρώτη κ῀ ὑ τῶ Ἀθηναίων δήμου, στρατηγήσας αὐτοῖς τὴν ἐπὶ τ῀ ὅπλων. ἡ δ῀ ἀρχὴ αὕτη, πάλαι μὲν κατέλεγέ τε, καὶ ἐξῆγεν ἐς τὰ πολέμια· νυνὶ δὲ, τροφῶν ἐπιμελεῖται, καὶ σίτου ἀγορᾶς. *Praefectus vero fuit etiam Athenienſi populo, ducatu gesta pro illis ad armorum curam. Magistratus autem ille, olim quidem delegit, & eduxit ad bellica. Nunc vero alimentorum curam gerit, & annonae in foro.* Videntur autem, quum annona studiose procuranda obnoxium sibi populum fecissent, paulatim summam auctoritatem in se callide derivasse, & archontes evertisse; qui mansere nihilominus aliquandiu, verum honorario solum titulo insignes. Ac mansisse quidem eos, etsi potestatem summam in rep. οἱ στρατηγοὶ occupassent, ex Inscriptione observo, quae Athenis, antequam a Mahomete II. captae everterentur, legebatur in arce, in vestibulo templi Minervae τ῀ς Πολιάδ@. Eam Inscriptionem nobis repraesentat V. Cl. Ianus Gruterus aeterni Operis pag. CV. num. 9.

Ο ΔΗΜΟΣ ΘΕΑΙ ΡΩΜΗΙ ΚΑΙ
ΣΕΒΑΣΤΩ ΚΑΙΣΑΡΙ
ΣΤΡΑΤΗΓΟΥΝΤΟΣ
ΕΠΙ ΤΟΥΣ ΠΟΛΙΤΑΣ ΠΑΜΜΕΝΟΥΣ
ΤΟΥ ΖΗΝΩΝΟΣ
ΜΑΡΑΘΩΝΙΟΥ
ΙΕΡΕΩΣ
ΘΕΑΣ ΡΩΜΗΣ ΚΑΙ ΒΕΒΑΣΤΟΥ ΣΩΤΗΡΟΣ
ΕΝ ΑΚΡΟΠΟΛΕΙ ΕΠΙ ΙΕΡΕΙΑΣ ΑΘΗΝΑΣ
ΠΟΛΙΑΔΟΣ ΜΕΓΙΣΤΗΣ ΑΣΚΛΕΠΙΑΔΟΥ
ΑΛΑΙΕΩΣ ΘΥΓΑΤΡΟΣ ΕΠΙ ΑΡΧΟΝΤΟΣ
ΑΡΕΟΥ ΤΟΥ ΜΟΡΙΩΝΟΣ ΠΑΙΑΝΙΕΩΣ.

Populus Deae Romae, & Augusto Caesari praetore inter cives Pammene Zenonis filio Marathonio sacerdote Deae Romae, & Augusti servatoris in Arce, sub sacerdotio Minervae Poliadis Megistae, Asclepiadis Alaeensis filiae, Archonte Areo Morionis filio Paeanienſi. Quin & Constantinus Magnus, quum totius orbis princeps factus esset, usitato illic nomine nuncupari tantum voluit; & imagini istic suae hunc dumtaxat titulum inscribi maximopere est gavisus. Iulianus Imperator Orat. I. Καλὸν ἴσως ἐνταῦθα, καὶ τῶν ἀοιδίμων Ἀθηνῶν μνησθῆναι· ἃς ἐκεῖνος ἔργοις, καὶ λόγοις, τιμῶν τὸν πάντα χρόνον διετέλει. βασιλεὺς γὰρ ὢν, κ῀ κύ-

(a) Cum Fusebio consentiunt Epochae Graecorum, quas ex Arundellianis marmoribus exscriptas edidit, & commentariis illustravit eruditissimus *Ioannes Seldenus*, a quo *Meursius* noster in hoc loco citatur.

(b) Ἄρχει Latinus interpres legisse videtur, adeoque *Regnat* verterat, contra manifestam sententiam.

Digitized by Google

ὴ κύριος πάντων, στρατηγὸς ἐκείνων ἠξίει καλεῖσθαι, καὶ τοιαύτης εἰκόνος τυγχάνων μετ' ἐπιγράμματος ἐγάννυτο πλέον, ἢ τῶν μείζων τιμῶν ἀξιωθείς. *Pulcrum forsan hic est meminisse etiam celebrium Athenarum, quas ille operibus, & sermonibus assidue venerari perrexit. Quum enim esset Imperator, & dominus rerum omnium, illarum praetor adpellari dignatus est; & talem nactus imaginem cum inscriptione, exsultabat magis, quam si maximos honores consequeretur.* Erat autem illud iam Plutarchi aevo, qui sub Traiano vixit. Ecce verba eius in Praec. Polit. Δίκαιον γὰρ, ὑπὸ τῶ μειζόνων κοσμουμένους ἀρχῶν, ἀντικοσμεῖν τὰς ἐλάττονας. ὴ τῶ μὲν βαρυτέρων, οἷον στρατηγίας Ἀθήνησι, καὶ πρυτανείας ἐν Ῥόδῳ, ὴ βοιωταρχίας παρ' ἡμῖν, ὑφίεσθαί τι ὴ παραδιδόναι μετριάζοντα. *Verum in adipiscendis primis, & maximis magistratibus, ut sunt Athenis Praetores, Rhodi Prytanes, apud nos Boeotiae principatus, cedendum aliquando est, & nonnihil alicubi per modestiam remittendum; inferioribus autem honoribus maiestas, & splendor quidam studiose adiiciendus.* Eunapius, aequipollenti dictione, στρατοπεδάρχην adpellavit. Ecce in Vita Proaeresii. Ὁ δὲ βασιλεὺς (de Constante illi sermo est, cuius mentio antecessit) ἀπιόντα πάλιν Ἀθήναζε, καὶ ἄνωθεν αἰτεῖν ἔδωκεν. ὁ δὲ, τῆς ἑαυτοῦ φύσεως ἄξιον ἤτησε, νήσους οὐκ ὀλίγας, οὐδὲ μικρὰς, εἰς ἀπαγωγὴν φόρου, κατὰ σιτηρέσιον ὃν ταῖς Ἀθήναις. ὁ δὲ, καὶ ταῦτα ἔδωκε, καὶ προσέθηκε τὸ μέγιστον τῶν ἀξιωμάτων, στρατοπεδάρχην ἐπιτρέψας καλεῖσθαι. *Imperator autem descendentem rursus Athenas munus flagitare permisit. Ille autem suo ingenio dignam rem petiit, insulas non paucas, nec exiguas, ad liberationem a tributo, quo Athenis frumentum praestabant. Is vero & ista dedit, & adposuit maximam ex dignitatibus, concedens praefectum exercitus vocari.* Vbi illud quoque observa, non hunc sibi elegisse e civibus suis Athenienses, uti Archontem solebant; sed ab Imperatore eum accepisse. Quin & auxit dignitatem Constantinus; statuitque, ut μέγας στρατηγὸς diceretur. Μέγας δοὺξ, quod idem valet, nomine mixobarbaro*, dicitur a Nicephoro Gregora, qui rem narrat lib. VII. Ὁ δὲ Ῥωσικὸς, τήν τε στάσιν, ὴ τὸ ἀξίωμα, τῶ ἐπὶ τ τραπέζης παρὰ τῶ μεγάλου κεκλήρωται Κωνσταντίνου· ὁ δὲ Πελοποννησιακὸς, τὸ τῶ πρίγκιπ@· ὁ δὲ τῆς Ἀττικῆς τε καὶ τῶν Ἀθηνῶν ἀρχηγὸς, τὸ τῶ μεγάλου δουκός. *Sed Rhosicus, quod ad stationem, & dignitatem praepositi mensae, sortem nactus est a magno Constantino; Peloponnesiacus autem, principis: Atticae autem, & Athenarum primas, nomen magni ducis.* Verum postea, Magni cognomento omisso, simpliciter Duces adpellati; & ex annuis iterum perpetui facti. Nicephorus Gregoras loco citato mox subiungit. Καὶ μὲν δὴ ἔστιν, ἃ τῶν τοιούτων παραφθορὰν τινα τῶ μακρῶ χρόνῳ παθόντα, ἀμυδρῶς πῶς ὑπεμφαίνουσι τὴν ἀλήθειαν. ὁμοίως ὴ καὶ τὸν τῆς Ἀττικῆς, καὶ τῶν Ἀθηνῶν, ἀρχηγὸν, ἀντὶ μεγάλου δουκὸς, δοῦκα καλοῦσι τῶν Ἀθηνῶν. *Et sane nonnulla horum quamdam corruptelam longo tempore admittentia, obscure quodammodo submonstrant veritatem. Similiter & Atticae, & Athenarum primatem, pro magno duce, ducem adpellant Athenarum.* Laonicus Chalcondyles Athenarum ἡγεμόνα dicit, nomine aequipollenti lib. IV. Καὶ ἐν πολέμοις πρὸς τὸς περιοίκους μέγα εὐδοκιμῶν, ἠγάγετο, ὡς πρότερόν μοι ἐλέγετο, τῶ Ἀθηνῶν τε ὴ Κορίνθου ἡγεμόν@ θυγατέρα ἐς γάμον. τούτῳ τῷ ἡγεμόνι παῖς ἐγένετο νόθ@. *Et in bellis contra vicinos egregie audiens, duxit, ut antea a me dictum est, Athenarum, & Corinthi ducis filiam in matrimonium. Huic duci filius erat nothus.* Ac mansere sane duces, donec capta urbs a Turcis, quod Laonicus idem narrat lib. IX.

(*) Tabulae Chronologicae, quae post *Dionys. Petavii* temporum Rationarium habentur, Olympiadis XXIIII. anno II. Thesiam Creontis in Athenarum principatu successorem recensent, Caroli Sigonii auctoritatem, ut videtur, perperam sequutae; Thesiae autem Lysiam, anno III videlicet memoratae Olympiadis.

CAP. X.

Leostratus Archon, Olymp. XXVII. *anno* II. *Anonymi error, & Sigonii. Eurybates, an Eurybotus, an Euribus stadio victor. Pisistratus Archon, inde Autosthenes; sub quo Ira capta, bellum secundum Messeniorum cum Lacedaemoniis finitum. Charmis Lacon, an Chionis, stadio vincit. Sigonii error. Archimedes Archon. Messenii iterum a Lacedaemoniis deficiunt. Xenophon Corinthius, aut Chionis Lacon iterum stadio victor. Pausaniae dissidium explicatur. De Arione Methymnaeo historia. Periandri duo: avus, & nepos; deque iis veterum sententiae excussae, & explosae. Herodotus, & A. Gellius illustrantur. Solini error indicatur. Miltiades Archon.*

ET Archontum annuorum magnum in principio maxime, item fine est deliquium; plurimique, quorum nomina exciderunt. Ecce a Creonte ad Leostratum, qui Olymp. XXVII. anno II. medii decem ignorantur (a). Leostrati autem anno II, defuncto Numa Pompilio, Tullus Hostilius regnum Romanorum cepit. Dionysius Halicarnasseus lib. III. Οὗτ@ δὲ ἦν, ἐν ᾧ ἡ ἡγεμονίαν (ὁ Τύλλ@ Ὁστίλιος) παρέλαβεν, ὁ δεύτερος ἐνιαυτὸς τῆς ἑβδόμης, καὶ εἰκοστῆς Ὀλυμπιάδ@, ἣν ἐνίκα στάδιον Εὐρυβάτης Ἀθηναῖ@, ἄρχοντ@ Λεωστράτου. *Ille autem erat, in quo regimen (Tullus Hostilius) accepit, secundus annus septimae, & vigesimae Olympiadis, qua vicit stadium Eurybates Athenienses, Archonte Leostrato.* Erat toto quadriennio Anonymus, qui eum ponit in Olymp. XXVI praecedentis anno II; & cum eo Carolus Sigonius, Italiae suae magnum lumen. Age, putemus rationem. Regnum accepit Numa Pompilius, uti supra a me dictum, Olymp. XVI anno III; tenuit autem annis quadraginta tribus; ergo excessit Olymp. XXVII anno II. Hoc quoque obiter adnotandum, qui Eurybates stadio

Hunc Lysiae principatus annum firmant Epochae Graecorum, ubi: Ἀφ' οὗ . . . . . ο . . . . . υ . . . . . ἔτη ΗΗΗΗΔΠΙΙΙ. Ἄρχοντος Ἀθήνησι Λυσιᾶ. *Ex quo* . . . . . CCCCXVIII. *Archonte Athenis Lysia.* Epochae autem illae conscriptae fuere ann. Periodi Iulian. MMMMCCCCLI.

Digitized by Google

dio victor apud Dionysium dicitur, eum Eurybotum a Pausania in Corinthiacis, Eurybum ab Eusebio pariter, & Anonymo adpellari. Qui Leostrato successerit ignoratur (a); at incertum hunc Pisistratus est sequutus, quem in Olympiadis dictae XXVII anno IV ponit Anonymus, Pausania consentiente, cuius ista in Corinthiacis verba exstant. Τὸν δὲ ἀγῶνα τοῦτον συμβάλλα εὑρισκον, Ἀθηναίοις ἄρχοντος Πεισιστράτου, τεταρτῳ ὃ ἔτει τῆς Ὀλυμπιάδος, ἣν Εὐρύβοτος ὁ Ἀθηναῖος ἐνίκα στάδιον. *Hunc agonem accidisse reperi apud Athenienses Archonte Pisistrato, quarto autem anno illius Olympiadis, qua Eurybotus Athenienses vicit stadium.* Sigonius Pisistrati non meminit. Hunc sequutus est anno Olymp. XXVIII anno I Autosthenes. Sub hoc, capta Ira, Messeniorum cum Lacedaemoniis bellum secundum finem accepit. Anonymus in eo anno, Αὐτοσθένης (ἄρχων) Εἶρα Μεσσηνίων ὑπὸ Λακεδαιμονίων, καὶ Μεσσηνίων, ἑάλω. ὁ πόλεμος ὁ δεύτερος τῶν Λακεδαιμονίων, καὶ Μεσσηνίων τέλος ἔσχεν. *Authostenes (Archon.) Ira Messeniorum a Lacedaemoniis, & Messeniis capta est, bellum secundum Lacedaemoniorum, & Messeniorum finem habuit.* Pausanias in Messenicis. Ἑάλω δὲ ἡ Εἶρα, καὶ ὁ πόλεμος ὁ δεύτερος Λακεδαιμονίων, καὶ Μεσσηνίων, τέλος ἔσχεν, Ἀθηναίοις ἄρχοντος Αὐτοσθένους, ἔτει πρώτῳ τῆς ὀγδόης τε καὶ εἰκοστῆς Ὀλυμπιάδος, ἣν ἐνίκα Χίονις Λάκων. *Capta vero est Ira, & bellum secundum Lacedaemoniorum, ac Messeniorum finitum est, apud Athenienses Archonte Autosthene, anno primo octavae, & vigesimae Olympiadis, quam vicit Chionis Lacon.* Et observa sub eodem victor stadio Chionis Lacon. At Eusebius Charmidem dicit, Chron. I. Εἰκοστὴ ὀγδόη (Ὀλυμπιὰς) Χάρμις Λάκων (ἐνίκα) στάδιον. *Octava, & vigesima (Olympias) Charmis Lacon (vicit) stadium.* Sed sciendum dissensum hic Auctorum fuisse, & Chionidem alios, alios Charmidem victorem dixisse. Notat Anonymus. Ὀλυμπιὰς εἰκοστὴ ὀγδόη. Χάρμις Λάκων στάδιον, ὃς σύκοις ξηροῖς ἤσκει. ὡς δὲ ἄλλοι, Χίονις Λάκων. *Olympias octava, & vigesima. Charmis Lacon stadium, qui ficubus aridis exercebat; ut vero alii, Chionis Lacon.* Errat Sigonius, qui Autosthenem hunc Archontem vigesima septima Olympiade commemorat. Post Autosthenem tres sequentes nesciuntur; tenuitque principatum Archimedes Olymp. XXIX anno I. Sub quo iterum a Lacedaemoniis defecere Messenii. Anonymus ibi dicit. Πάλιν ἀπὸ Λακεδαιμονίων Μεσσήνιοι ἀπέστησαν. *Rursus a Lacedaemoniis Messenii defecerunt.* Paulanias in Messenicis. Μεσσηνίων δὲ τοὺς ἐγκαταλειφθέντας ἐν τῇ γῇ, συνελέγησαν κατὰ ἀνάγκην ἐς τὰς εἵλωτας, ἐπέλαβεν ἀπὸ Λακεδαιμονίων ὕστερον ἀποστῆναι κατὰ τὴν ἐνάτην Ὀλυμπιάδα καὶ εἰκοστήν, ἣν Κορίνθιος ἐνίκα Ξενοφῶν, Ἀρχιμήδης Ἀθήνησιν ἄρχοντος. *Messeniorum vero eos, qui in regione relicti erant, contributos ex necessitate in formulam helotarum, incessit lubido, deinde a Lacedaemoniis desciscendi nona, & vigesima Olympiade, quam Co-*

rinthius vicit Xenophon, Archimede Athenis Archonte. Sed scribendum, Ἀρχιδημίδης, infra ostendam lib. II. cap. XV. Ac stadio tunc victor Xenophon Corinthius. Vides in citatis Pausaniae verbis. Sed & ille a se dissentit, quum paulo ante hac ipsa Olympiade Chionem Laconem iterum vicisse ait. Ecce verba. Ταῦτα ὃ ἐπὶ τῆς Ὀλυμπιάδος ἐπράχθη τῆς ἐνάτης καὶ εἰκοστῆς, ἣν Χίονις Λάκων τὸ δεύτερον ἐνίκα. *Haec vero facta sunt Olympiade nona, & vigesima, quam Chionis Lacon secundum vicit.* Et Chionidem nominat Eusebius Chron. I. Εἰκοστὴ ἐνάτη (Ὀλυμπιὰς) Χίονις Λάκων (ἐνίκα) στάδιον. *Vigesima nona (Olympias) Chionis Lacon (vicit) stadium.* Sed dissidium Auctorum video, & Xenophontem istum alii, alii Chionidem iterum vicisse tradunt. Anonymus in hac Olympiade. Ξενοφῶν ὁ Κορίνθιος (ἐνίκα) στάδιον· ὡς δὲ ἄλλοι, Χίονις Λάκων τὸ δεύτερον. *Xenophon Corinthius (vicit) stadium, ut autem alii, Chionis Lacon secundum.* Sed corruptus sine dubio Pausaniae locus, quem emendo paulo infra lib. II. cap. XV. Hoc Archonte, quod de Arione, & Delphine memoratur factum volunt. Anonymus illic. Ἀρίων Μηθυμναῖος, Κυκλέως υἱός, τὸν ἐν Σικελίᾳ νικέσας ἀγῶνα, ἐπὶ δελφῖνος ἐς Ταίναρον τῆς Λακωνίας ἐσώθη. *Arion Methymnaeus, Cyclei filius, quum vicisset agonem in Sicilia, delphine ad Taenarum Laconiae servatus est.* Solinus cap. XII. *Taenaron est promontorium Africae, in quo fanum est Methymnaei Arionis, quem delphine eo advectum imago testis est, ad effigiem casus, & veri operis, expressa aere; praeterea tempus signatum; Olympiade enim undetrigesima, qua in certamine Siculo idem Arion victor scribitur, id ipsum gestum probatur.* Periander quoque, qui de septem sapientibus unus habitus, tunc commemoratur natus. Ecce Anonymi isthic verba. Περίανδρος ἐν Κορίνθῳ ἐγεννήθη, ὁ μετὰ ταῦτα τῆς πατρίδος τυραννήσας. *Periander Corinthi natus est, qui deinde tyrannus in patria exstitit.* Verum age examinemus. Natum, ecce, isto anno Periandrum Anonymus dicit, & verissime; sed Herodotus iam tum eum principatum tenuisse nobis refert lib. I. Περίανδρος δὲ ἦν Κυψέλου παῖς, ὅστος ὁ τῷ Θρασυβούλῳ τὸ χρηστήριον μηνύσας, ἐτυράννευε δὲ ὁ Περίανδρος Κορίνθου. τῷ δὲ λέγουσι Κορίνθιοι, ὁμολογέουσι δέ σφι Λέσβιοι, ἔν τῷ βίῳ θαῦμα μέγιστον παρασχεῖν. Ἀρίονα τὸν Μηθυμναῖον, ἐπὶ Δελφῖνος ἐξενεχθέντα ἐπὶ Ταίναρον, ἐόντα κιθαρῳδὸν τῶν τότε ἐόντων οὐδενὸς δεύτερον. *Periander erat Cypseli filius, ille, qui Thrasybulo indicabat oraculum. Dominabatur autem Periander Corinthi. Huic dicunt Corinthii, & his consentiunt Lesbii, in vita miraculum maximum eveniisse; Arionem Methymnaeum vectum delphine elatum ad Taenarum citharoedum sui temporis nulli secundum.* Et ex eodem Aulus Gellius, ubi rem eamdem narrat lib. XVI. cap. XIX. *Arionem rex Corinthi Periander amicum, amatumque habuit artis gratia:* Atqui Periander iste principatum demum adiit Olymp. XXXIX. anno

(a) Tabulae Chronologicae paulo ante memoratae Leostrati successorem Autosthenen faciunt, sed hunc *Meursius* post Pisistratum collocat, *Pausaniae* auctoritatem sequutus: & *Sigonius*, qui Autosthenen ad Olympiadem XXVII. refert, hic errare ostenditur.

Digitized by Google

anno I. totis quadraginta annis poſt hoc fa- A
ctum. Anonymus noſter in eo tempore clare notat. Περίανδρ@, Κυψέλου πατρὸς ἀποθανόντ@, τὴν Κορινθίων ἀρχὴν διεδέξατο. *Periander Cypſelo patre mortuo, principatum Corinthiorum excepit.* Hoc ipſum vindicare vult Diogenes Laertius in eius Vita lib. I. ubi ait, floruiſſe ipſum circa Olympiadem XXXVIII. ac regnaſſe annis deinde XL. Η'κμαζε δὲ περὶ τὴν τριακοστὴν ὀγδόην Ο'λυμπιάδα. καὶ ἐτυράννησεν ἔτη τεσσαράκοντα. *Floruit autem circa trigeſimam octavam Olympiadem, & tyrannus* B
fuit annos quadraginta. Quis conciliet? Omnino oportet duo fuerint; idque veteres cenſuerunt. Nam Sotion, Heraclides, & Pamphila, tyrannum unum; alterum iſtum, ſapientem commemorabant; ac Neanthes ἀνεψιὸς fuiſſe ſtatuebat. Diogenes Laertius in ſapientis Vita. Σωτίων δὲ, καὶ Η'ρακλείδης, ᾗ Παμφίλη ἐν τῷ πέμπτῳ τ῀ Υ'πομνημάτων, δύο φασὶ Περιάνδρους γεγονέναι· τὸν μὲν, τύραννον· τὸν δὲ, σοφὸν, καὶ Α'μβρακιώτην. τοῦτο καὶ Νεάνθης φησὶν ὁ Κυζικηνὸς, ἀνεψιούς τε εἶναι ἀλλήλοις. *Sotion* C
vero, & Heraclides, & Pamphila in quinto commentariorum dicunt, duos Periandros fuiſſe, alterum quidem tyrannum, alterum vero ſapientem, & Ambraciotam. Hoc etiam Neanthes Cyzicenus dicit, atque eſſe cognatos inter ſe. Sed falluntur; nam quod iſtum tyrannum dicunt, hunc ſapientem, plane nihil eſt; nam & regnum tenuiſſe ſapientem, nimis certum. Deinde ut ἀνεψιοὶ fuerint, non D
permittit temporum ratio. Ego cenſeo duos fuiſſe, uti iſti; ſed illum avum, Cypſeli filium; quique etiam ipſe filium patris nomine, Cypſelum nuncupatum habuerit; cui filius, iterum Periander dictus, alterius nepos, natus iſto Archimedis huius noſtri magiſtratu. Atque hoc veriſſimum puto; ut, & iſtud; ſub hoc ipſo floruiſſe Arionem, quem Solinus male ſub priore tradit Atque recte Suidas in Α'ρίων dicit: Γέγονε κατὰ τὴν λ῀ Ο'λυμπιάδα. *Fuit Olympiade* LVIII. Videri debet Dion Chryſoſtomus Orat. XXXVII. ubi eum aequaevum facit Soloni, & Piſiſtrato; quorum aetas huic reſpondet. Archimedem in hac ipſa Olympiade, ſed incerto plane anno, ſubſequutus eſt Miltiades. Non commemorat eum Anonymus, ſed obſervo apud Pauſaniam in Meſſenicis, cuius illa iſthic verba. Ταῦτα δὲ ἐπὶ τῆς Ο'λυμπιάδ@ ἐπράχθη τῆς ἐνάτης καὶ εἰκοστῆς, ἣν Χίονις Λάκων τὸ δεύτερον ἐνίκα, Μιλτιάδου παρ' Α'θηναίοις ἄρχοντος. *Haec autem facta ſunt Olympiade nona, & vigeſima, quam Chionis Lacon ſecundum vicit, Miltiade apud Athenienſes Archonte.*

(a) Fallitur *Meurſius* noſter de Simone, & Damaſia agens, quod duos Damaſias Archontes fuiſſe ignoret, neque ad primum, ſed ad ſecundum referenda eſſe, quae hic producit, Auctorum teſtimonia. Conſule obſervationes noſtras, & praecipue eas, quas ad Cap. XIV. exaravimus.

CAP. XI.

Miltiades iterum archon. Phigalea capta a Lacedaemoniis. Simonides, ſive Simon, archon, & Damaſias. Thales naſcitur. Sphaerus Lacedaemonius ſtadio, Cylon Athenienſis diaulo vincit. Sigonii error. Dionyſii Halicarnaſſei locus illuſtratus. Epaenetus archon. Antigoni Cariſtii impropria loquutio indicata. Arytamas Lacon, aut Phrynon Athenienſis ſtadio victor.

ISque iterum ſummum magiſtratum geſſit Olympiadis inſequentis XXX. anno II. Anonymus eum ibi nominat; & Pauſanias in Arcadicis, ubi captam tunc a Lacedaemoniis Phigaleam narrat. Ε'γένετο δὲ τῆς Φιγαλείας ἅλωσις, καὶ Φιγαλέων ἡ ἐξ αὐτῆς φυγὴ, Μιλτιάδου μὲν Α'θήνησιν ἄρχοντ@, δευτέρῳ δὲ ἔτει τ῀ τριακοστῆς Ο'λυμπιάδ@. *Contigit autem Phigaliae expugnatio, & Phigalenſium inde fuga, Miltiade quidem Athenis Archonte, ſecundo autem anno triceſimae Olympiadis.* Poſt Miltiadem archontes duodecim ignorantur; & anno Olymp. XXXIII. anno I. Simonidem invenio magiſtratu iſto functum (a). Meminit eius Pindari Scholiaſtes quidam in Argumento Pythiorum. Περιεγένετο δὲ αὐτῶν, ἐπὶ ἄρχοντ@ Α'θήνησι Σιμωνίδου. *Occupavit autem eos Archonte Athenis Simonide.* Alius Scholiaſtes in eorumdem Argumento Simonem vocat. Τὸν Πυθικὸν ἀγῶνα διέβηκεν Εὐρύλοχ@ ὁ Θεσσαλὸς, ἐπὶ ἄρχοντ@ Α'θήνησι Σίμων@. *Pythicum agunem rexit Eurylochus Theſſalus, Archonte Athenis Simone.* Inde colligo, quod ſexto anno poſt Damaſiam archontem fuiſſe praedicet. Ecce enim. Μετὰ δὲ χρόνον ἑξαετῆ, καταγωνισαμένων τῶν λοιπῶν τοὺς ὑπολελειμμένους τῶν Κιρραίων, ἐπὶ ἄρχοντ@ Α'θήνησι Δαμασίου, ὕστερον καὶ στεφανίτην ἔθεντο *Poſt tempus ſex annorum, quum reliqui debellaviſſent relictos Cirrhaeorum Archonte Athenis Damaſia, mox etiam coronarium poſuerunt.* Et alter. Καὶ ἔτει ἕκτῳ μετὰ τὴν τῆς Κίρρης ἅλωσιν, ἀνεκήρυξαν τῷ θεῷ τὸν στεφανίτην, ἐπὶ ἄρχοντ@ Α'θήνησι Δαμασίου. *Et ſexto anno poſt expugnationem Cirrhae, pronunciarunt Deo coronarium, Archonte Athenis Damaſia.* Male ibi Δαμάσιδ@ editur. Damaſias autem archon fuit Olymp. XXXV. anno I. Clare Anonymus ibi ponit; & Thaletem ſub eo natum memorat. Ο'λυμπιὰς λέ. ἔτ@ α. Δαμασίας (ἄρχων.) Θαλῆς ἐγεννήθη. *Olympias trigeſima quinta, annus primus. Damaſias (Archon) Thales natus eſt.* Cyrillus contra Iulianum lib. I. *Triceſima, & quinta Olympiade Thales Examii Mileſius, primus phyſicus philoſophus natus fuiſſe dicitur.* Diogenes Laertius in Thalete lib. I. Η'ν τοίνυν ὁ Θαλῆς πατρὸς μὲν Ε'ξαμίου, μητρὸς δὲ Κλεοβουλίνης, ᾗ πρῶτον σοφὸς ὠνομάσθη, ἄρχοντ@ Α'θήνησι Δαμασίου. *Erat igitur Thales patre quidem Examio, matre autem Cleobulina, & primum ſapiens nominatus fuit, Archonte Athenis Damaſia.* Habes archontem, etſi non expreſſam etiam, qua is magiſtratum geſſit, Olympiadem. Verum illam poſtea tradit in eadem Thaletis Vita. Φησὶ δὲ Α'πολλόδωρ@ ἐν τοῖς

Χρο-

Digitized by Google

Χρονικοῖς, γεγενῆσθαι αὐτὸν κατὰ τὸ πρῶτον ἔτος τῆς τριακοστῆς πέμπτης Ὀλυμπιάδος. *Dicit autem Apollodorus in Chronicis, eum natum esse primo anno Olympiadis trigesimae quintae.* Ac stadio tunc vicit Sphaerus Lacedaemonius, diaulo Cylon Athenienſis. Eusebius meminit Chron. I. & Anonymus in hac ipsa Olympiade. Sphaeri victoris, & Damasiae archontis etiam mentio est apud Dionysium Halicarn. lib. III. Παραλαμβάνει τὴν ἀρχὴν ὁ Μάρκιος ἐνιαυτῷ δευτέρῳ τῆς τριακοστῆς καὶ πέμπτης Ὀλυμπιάδος, ἣν ἐνίκα Σφαῖρος ὁ Λακεδαιμόνιος, καθ' ὃν χρόνον Ἀθήνησι τὴν ἐνιαύσιον ἀρχὴν εἶχε Δαμασίας. *Excipit imperium Marcius anno secundo quintae & trigesimae Olympiadis, quam vicit Sphaerus Lacedaemonius, quo tempore Athenis annuum magistratum gerebat Damasias.* Vbi loci Dionysius Damasiam videtur archontem statuere Olympiadis memoratae anno II. quo in regnum Ancus venit; & Sigonius sic accepit: verum errat, neque mens haec Dionysii, cuius verba istud volunt; venisse in regni successionem Ancum Marcium anno II. Olymp. XXXV. qua stadio vicit Sphaerus Lacedaemonius, quum archon Athenis esset Damasias, quod nimirum anno primo praecedente factum fuit. Qui inter Simonidem, & Damasiam intermedii, ignorantur(a); uti etiam tres sequentes post Damasiam. Olympiade XXXVI. Epaenetus fuit, qui improprie βασιλεὺς vocatur ab Antigono Carystio Hist. Mir. CXXXIII. Ἐν Ἀθήναις, ἐπὶ βασιλέως Ἐπαινέτου, Ὀλυμπιάδος ἕκτης καὶ τριακοστῆς, ἐν ᾗ Ἀρυτάμας Λάκων νικᾷ στάδιον. *In urbe Athenarum rege Epaeneto Olympiade sexta, & trigesima, qua Arytamas Lacon vicit stadium.* Et praeterea observandum, quod tunc victor Arytamas Lacon fuisse dicatur, quum pro eo Phrynon Athenienſis praedicetur ab Eusebio Chron. I. & Anonymo in ista Olympiade.

CAP. XII.

Draco archon leges dat Athenienſibus. Inde Heniochides, ſub quo regnum cepit Tarquinius Priſcus. Heniochidem Megacles ſequutus, ſub quo Cylonium ſcelus patratum. Megaclem Philombrotus, illum Solon excepit. Tatiani locus, & Auli Gellii emendatus. Pediaei, Diacrii, & Paralii tumultuantur Athenis propter aeris alieni magnitudinem.

POst Epaenetum proximi undecim exciderunt, memoraturque Athenis Draco magistratum hunc tenuisse, & dedisse leges urbi, Olymp. XXXIX. anno I. Anonymus illic. Δράκων τοὺς νόμους ἔθετο τοῖς Ἀθηναίοις, γηραιὸς ὤν. *Dracon leges posuit Athenienſibus iam ſenex.* Clemens Strom. I. Δράκων δὲ, ὁ καὶ αὐτὸς νομοθέτης, περὶ τὴν τριακοστὴν καὶ ἐνάτην Ὀλυμπιάδα γεγονὼς εὑρίσκεται. *Dracon vero & ipſe legislator circa nonam, & trigesimam Olympiadem fuisse reperitur.* Tatianus in Orat. contra Graecos. Δράκων δὲ περὶ Ὀλυμπιάδα τριακοστὴν καὶ ἐνάτην εὑρίσκεται γεγονώς. *Dracon vero circa Olympiadem nonam, & trigesimam reperitur fuisse.* Suidas in Δράκων. Τῇ γὸν τριακοστῇ καὶ ἐνάτῃ Ὀλυμπιάδι τοὺς νόμους ἔθετο τοῖς Ἀθηναίοις, γηραιὸς ὤν. *Nona igitur, & trigesima Olympiade leges posuit Athenienſibus ſenior.* A Dracone octo proximi ignorantur; nonus Heniochides, Olymp. XLI. anno II. sub quo regnum Romanorum adiit Tarquinius Priscus. Anonymus in eo. Ταρκύνιος Πρίσκος τὴν Ῥώμης Βασιλείαν παρέλαβεν. *Tarquinius Priſcus Romae regnum accepit.* Dionysius Halicarn. lib. III. Παραλαμβάνει τὴν βασιλείαν ἐνιαυτῷ δευτέρῳ μάλιστα τῆς μιᾶς καὶ τετταρακοστῆς Ὀλυμπιάδος ὁ Ταρκύνιος, ἣν ἐνίκα στάδιον Κλεωνίδας ὁ Θηβαῖος, ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἡνιοχίδου. *Accepit regnum anno ſecundo admodum primae, & quadrageſimae Olympiadis Tarquinius, qua vicit ſtadium Cleonidas Thebanus, Archonte Athenis Heniochida.* Male Sigonio Enochilus dicitur. Atque hunc quidem, qui sequuntur novemdecim numero omittuntur. Ego tamen decimumquintum (b) observare mihi videor, nomine Megaclem; cuius magistratus in Cylonii

(a) Non omnes tamen: Epochae quippe Graecorum Olympiadis XXXIII. anno IIII. Dropili Athenis principatum commemorant, sub quo Terpander Derdeneus Lesbius Nomos tibiis cecinit. Ἀφ' οὗ Τέρπανδρος ὁ Διρδένεος ὁ Λέσβιος τοὺς νόμους τοῦ . . . . . α . . . . . , ων . . . . δ . . . . . ουσθαι αὐλητ . . . . . λησε . . . . καὶ τὴν ἔμπροσθ' ἐμοῦ δίκην μελέσησιν, ἔτ. ΗΗΗΔΔΔΔΙ Ἄρχοντος Ἀθήνησι Δροπίλου. *Ex quo Terpander Derdeneus, Lesbius, Nomos . . . . . tibiis cecinit . . . . . & actionem coram me depulit, anni* CCCLXXXI *Archonte Athenis Dropilo.* *Euſebio* quoque Terpander II. anno memoratae Olympiadis insignis habetur, ad quae tempora refert etiam *Hellanicus* apud *Athenaeum Lib.* XIV. Sed *Hieronymo*, *Plutarcho*, *Nicomacho* Geraseno poeta hic multo est vetustior, & Olympiadibus Iphiteis prior.

(b) Alius quoque ante Megaclen non ignoratur, Aristocles videlicet, qui Olympiadis XLIII. anno IIII. Archon fuit. Epochae Grecorum: Ἀφ' οὗ Α . . . . . ς . . . . . Λυδ . . . . . σιλεὺς . . . . . ΔΔΔΔΙ ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἀριστοκλέους. *Ex quo A . . . . . Lyd . . . . . rex . . . . . XLI Archonte Athenis Ariſtocle.* Numeri enim lacuna supplenvidetur HHHΔΔΔΔΙ, quod *Seldenus* eruditissimus adprobat. Immo quum laudatae Epochae inter Aristoclem, & Simonem, Critiam Archontem collocent: non videtur dubitandum quin Critias quoque ante Philombrotum sit inter Archontes recensendus: spatium enim nullum reliquum est a Philombroto ad Simonem vacuum, in quo ille collocetur; nam Philombroto Solon, Soloni Dropides, Dropidae Eucrates, Eucrati Simon continua serie succedunt. Sub Critia Sappho ex Mitylene in Siciliam traiecit fugiens, & Siracusis rerum finitimi potiebantur. Verba Arundelliani marmoris sunt quae sequuntur. Ἀφ' οὗ Σάπφω ἐγ Μιτυλήνης ἐς Σικελίαν ἔπλευσε φυγοῦ. σα . . . . . ολ . . . . . θ . . . . . τος Ἀθήνησιν μὲν Κριτίου προτέρου, ἐν Συρακούσαις δὲ τῶν ὁμόρων καθεχόντων τὴν ἀρχήν. *Ex quo Sappho ex Mitylene in Siciliam traiecit fugiens . . . . . Archonte ſcilicet Athenis Critia priore; Syracuſis autem rerum potientibus finitimis.* An vero hic Critias, ille filius Dropidae esse potuerit, alii diiudicent. Tunc enim Magistratum filius ante Patrem tenuisset.

Digitized by Google

lonii ſceleris tempus incidit. Plutarchus in Solone. Τὸ ϗ Κυλώνϛον ἄγ@ ἤδη μὲν ἐκ πολλοῦ διετάραττε τὴν πόλιν, ἐξ ὧν τοὺς συνωμότας τῇ Κύλωνϛ ἱκετεύσαντας τὴν θεὸν Μεγακλῆς ὁ ἄρχων ἐπὶ δίκην κατελθεῖν ἔπεισεν. *Sed Cylonium nefas iam a multo tempore conturbavit urbem, ex quo coniuratos cum Cylone veneranes Deum Megacles Archon ad tribunal deſcendere perſuaſit.* Atque id accidit, uti ex Anonymo conſtat Olymp. XLV. anno I. Quintus ab iſto Philombrotus memoratur ab Anonymo Olymp. XLVI. anno II. Meminitque Plutarchus in Solone. Ἀλλ' αὐτὸς ὁ Σόλων, ὀκνῶν, φησι, τὸ πρῶτον ἅψεσθαι τῆς πολιτείας, καὶ δεδοικὼς τῶν μὲν, τὴν φιλοχρηματίαν· τῶν δὲ, τὴν ὑπερηφανίαν. ἡρέθη ϗ ἄρχων μετὰ Φιλόμβροτον. *Sed ipſe Solon pigrans, dicit, primo adgredi rempublicam, & veritus aliorum avaritiam, aliorum ſuperbiam, factus eſt Archon poſt Philombrotum.* Sub hoc Athenis Pediaeorum, Diacriorum, & Paralorum tumultus fuit; quem Plutarchus deſcribit in Vita Solonis. Philombrotum autem Solon eſt ſubſequutus; itaque ab Anonymo ponitur Olymp. XLVI. anno III. Diogenes Laertius in eius Vita lib. I. Ἤκμαζε μὲν ϗν (ὁ Σόλων) περὶ τὴν τεσσαρακοϛὴν ἕκτην Ὀλυμπιάδα, ἧς τῷ τρίτῳ ἔτϵ ἦρξε τῶν Ἀθηναίων, καθά φησι Σωσικράτης. *Floruit igitur (Solon) circa ſextam, & quadrageſimam Olympiadem, cuius tertio anno fuit Athenienſium Archon, prout dicit Soſicrates.* Demoſthenes meminit in Stephanum Orat. II. Μήτ' ἀφεῖναι, μήτ' ἐπιδικάσασθαι, ὅτε Σόλων εἰσήϵι τὴν ἀρχὴν, τὰ ἑαυτοῦ διαθέσθαι εἶναι, ὅπως ἂν ἐθέλῃ. *Neque renunciare, neque in eos lege agere, quum Solon iniret magiſtratum, ſua adminiſtrare, prout voluerit.* Sunt verba legis, quae refert iterum Orat. in Leocharem. Ὁ νόμ@ λέγϵ· ὅσοι μὴ ἐπετοίλωτο, ὅτε Σόλων εἰσήϵι εἰς τὴν ἀρχὴν, ἐξεῖναι αὐτοῖς διαθέσθαι, ὅπως ἂν ἐθέλωσι. *Lex ait, quotquot non fecerunt, quum Solon iniret magiſtratum, licere illis adminiſtrare, prout voluerint.* Clemens Strom. I. Ἤκμασεν ϗν ὁ Σόλων κατὰ τὴν τεσσαρακοϛὴν ἕκτην Ὀλυμπιάδα. *Floruit igitur Solon circa ſextam, & quadrageſimam Olympiadem.* Et emendandum cenſeo Tatianum Orat. contra Graecos. Δράκων ϗ περὶ Ὀλυμπιάδα τριακοϛὴν καὶ ἑνάτην εὑρίσκεται γεγονὼς, Σόλων περὶ μϛ'. *Dracon vero circa Olympiadem nonam, & trigeſimam reperitur fuiſſe, Solon circa ſextum, & quadrageſimam.* Hodie editur, Σόλων περὶ μ'. *Solon circa quadrageſimam.* Excidit ſine dubio numerus ſenarius. Et corruptus Auli Gellii item locus lib. XVII. cap. XXI. *Solonem ergo accepimus, unum ex illo nobili numero ſapientum, leges ſcripſiſſe Athenienſium, Tarquinio Priſco Romae regnante, anno regni eius* XXXIII. Inſpiciamus. Incepit regnum hic Tarquinius, teſte Dionyſio Halicarnaſſeo, cuius verba paulo ante a me citata Olymp. XLI. anno II. unde ad annum iſtum III. Olymp. XLVI. quo Athenis magiſtratum Solon geſſit, anni ſunt viginti duo. Ergo certum, quam hic exerrarint numeri; ideoque reſcribendum: *anno regni eius* XXII. Porro archontem Athenis fuiſſe Solonem memorat etiam Plutarchus A in eius Vita. Συνηγάμβρ@ δὲ τὴν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ βουλὴν ἐκ τῶν κατ' ἐνιαυτὸν ἀρχόντων, ἧς διὰ τὸ ἄρξαι καὶ αὐτὸς μετεῖχεν. *Quum conſtituiſſet Senatum Areopagi ex annuis Archontibus, cuius & ipſe particeps fuit, quia Archon fuerat.* Et mox Ἀτίμων ὅσοι ἄτιμοι ἦσαν πρὶν ἢ Σόλωνα ἄρξαι ἐπιτίμους εἶναι. *Ex infamibus quotquot infames erant priuſquam Solon Archon fuerat, reſtitui honori.* Deinde. Ταῦτα δὴ πάλιν, ὡς πρὸ τῆ Σόλων@ ἀρχῆς, καὶ νομοθεσίας, τὴν ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴν οὖσαν ἐνδέκυται. *Haec quidem olim, ut ante Solonis magiſtratum, & legislationem, ſenatum ex Areopago exſtitiſſe demonſtrant.*

CAP. XIII.

Poſt Solonem Dropides fuit, eius frater poſt hunc Eucrates. Eurycles Lacon, & Megacles Athenienſis Olympia vincunt. Anacharſis Athenas venit. Phaenippus, an Philippus archon. Glaucias, an Glycon ſtadio; Pythagoras Samius pugilatu victor.

SOloni in magiſtratu ſucceſſit Dropides. Non meminit quidem eius Anonymus in Deſcriptione ſua Olympiadum, & catalogo archontum; ſed invenio apud Philoſtratum in Critia, Sophiſt. lib. I. Ἐπεὶ ϗ ἄρισα μὲν ἦν πεπαιδευμέν@, γνώμας ϗ πλέϛας ἐρμηνεύων, ἐς Δρωπίδην δ' ἀναφέρων, ὃς μετὰ Σόλωνα Ἀθηναίων ἦρξεν. *Quoniam vero optime erat inſtitutus, ſententias autem plurimas interpretatus, ad Dropidem vero ſe referens, qui poſt Solonem Archon Athenienſium fuit.* Erat autem Solonis frater. Diogenes Laertius in Platone lib. III. Τούτου γὰρ (τοῦ Σόλων@) ἦν ἀδελφὸς Δρωπίδης, οὗ Κριτίας· *Huius enim (Solonis) frater erat Dropides, cuius filius Critias.* Suidas in Πλάτων. Παῖς γνωμένη Δρωπίδου τοῦ ποιητοῦ, τοῦ ἀδελφοῦ Σόλων@. *Ancilla Dropidae poetae, qui frater Solonis.* Libanius Declam. XXVI. Οὐ γάρ ἐϛιν, ὅτε ἐπαυσάμην λέγων, Κριτία, Καλλαίσχρου παῖς εἶ, τοῦ Κριτίου, τοῦ Δρωπίδου, τοῦ Σόλων@ ἀδελφοῦ. *Neque enim eſt, quum ceſſavi dicere, Critia, Callaeſchri filius es, Critiae nepos, Dropidae pronepos; Dropidae, qui frater Solonis.* Meminit eius Plato in Timaeo. Ἦν μὲν οὖν οἰκεῖ@ καὶ σφόδρα φίλ@ ἡμῖν Δρωπίδης τοῦ προπάππου, καθάπερ λέγει πολλαχοῦ καὶ αὐτὸς ἐν τῇ ποιήσϵι. *Erat quidem igitur familiaris, & valde amicus noſtri Dropidae proavi, ſicut dicit multis locis etiam ipſe in carmine.* Incidit vero Dropidae huius magiſtratus in Olymp. XLVI. annum IV. Hunc ſequutus Eucrates, anno ſequente primo Olymp. XLVII. archon fuit; & ibidem ab Anonymo memoratur. Sub eo Eurycles Lacon ſtadio vicit; ut Anonymus in hoc anno, & Euſebius Chron. I. Megacles quoque Athenienſis in Olympico certamine victor exſtitit. Scholiaſtes Pindari ſuggerit ad Pythion. Od. VII. Γέγραπται ἡ ᾠδὴ Μεγακλεῖ Ἀθηναίῳ, νικήσαντι τὴν ὀγδοηκοϛὴν ὀγδόην Πυθιάδα τετρίπτωῳ· ἔϛι ϗ οὗτ@, οὐχ ὁ τὰ Ὀλύμπια νενικηκὼς, ἀλλ' ἕτερ@. τὴν γὰρ τεσσαρακοϛὴν ἑβδόμην ἐκεῖν@ Ὀλυμπιάδα ἀναγέγραπται νενικηκώς. *Scripta eſt ode Megacli Athenienſi, qui vicit octavam, & octogeſimam Pythiadem qua-*

Digitized by Google

quadriga. Est autem ille, non qui vicit Olympia, verum alius; ille enim septimam, & quadragesimam Olympiadem vicisse describitur. Anacharsis etiam Scytha hoc archonte Athenas venit. Anonymus hoc anno. Ἀνάχαρσις Ἀθήνησιν ἐπιδημεῖ. *Anacharsis Athenis peregrinatur.* Diogenes Laertius in eius Vita lib. I. Λέγει δὴ αὐτὸν Σωσικράτης ἐλθεῖν εἰς Ἀθήνας κατὰ τὴν τεσσαρακοστὴν ἑβδόμην Ὀλυμπιάδα, ἐπὶ ἄρχοντος Εὐκράτους. *Dicit vero eum Soſicrates veniſse Athenas ſeptima, & quadrageſima Olympiade, ſub Archonte Eucrate.* Duorum proximorum annorum archontes latent(a). Inde Phaenippus memoratur Olymp. XLVIII. anno I. Ita quidem ab Anonymo nuncupatur; ſed Philippum Clemens vocat Strom. I. Τῷ ἑνδεκάτῳ τοίνυν ἔτει πληρώμενῳ, κατὰ τὴν ἀρχὴν τοῦ ἑπομένου, βασιλεύοντος Ἰωακὶμ, ἡ αἰχμαλωσία εἰς Βαβυλῶνα γίνεται, ὑπὸ βασιλέως Ναβυχοδονόσορ τοῦ ἑβδόμῳ ἔτει, βασιλεύοντος αὐτοῦ Ἀσσυρίων, Αἰγυπτίων δὲ Οὐαφρῆ βασιλεύοντος τῷ δευτέρῳ ἔτει, Φιλίππου δὲ Ἀθήνησιν ἄρχοντος, τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς ὀγδόης καὶ τεσσαρακοστῆς Ὀλυμπιάδος. *Vndecimo igitur anno peracto ſub imperio ſequentis, regnante Ioacim, captivitas in Babylonem accidit, ſub rege Nabuchodonoſor anno ſeptimo eius regnantis apud Aſſyrios, Aegyptiis autem Vaphre imperante anno ſecundo, Philippo Athenis Archonte, primo anno octavae, & quadrageſimae Olympiadis.* Et ex eo Euſebius Chron. I. Συνάδει δὲ ἡμῖν καὶ Κλήμης ἐν τῷ πρώτῳ Στρωματεῖ, φάσκων ἐπὶ τῆς ὀγδόης καὶ τεσσαρακοστῆς Ὀλυμπιάδος τὴν εἰς Βαβυλῶνα αἰχμαλωσίαν τοῦ Ἰουδαίων λαοῦ γεγονέναι, βασιλεύοντος μὲν Αἰγυπτίων Οὐαφρῆ, ἄρχοντος δὲ Ἀθήνησιν Φιλίππου. *Concinit autem nobis etiam Clemens in primo Stromateo dicens octava, & quadrageſima Olympiade contigiſse captivitatem Babylonicam populi Iudaeorum, rege Aegyptiorum Vaphre, Archonte autem Atlenis Philippo* Meminitque eiuſdem Clementis loci auctor Chronici Alexandrini; ſed corrupte illic editur: ἐπὶ τῆς μοῦ Ὀλυμπιάδος pro ἐπὶ τῆς μή Ὀλυμπιάδος. Stadio tunc vicit Glaucias Crotoniates. Pauſanias in Phocicis. Τῆς δὲ τεσσαρακοστῆς Ὀλυμπιάδος καὶ ἀγδόης, ἣν Γλαυκίας Κροτωνιάτης ἐνίκησε, ταύτης ἔτει τρίτῳ ἆθλα ἔθεσαν οἱ Ἀμφικτύονες. *Quadrageſima vero Olympiade, & octava, quam Glaucias Crotoniates vicit, eius anno tertio certamina conſtituerunt Amphictyones.* Euſebio Glycon dicitur. Τεσσαρακοστὴ ἀγδόη (Ὀλυμπιὰς, ἣν ἐνίκα) Γλύκων Κροτωνιάτης στάδιον. *Octava, & quadrageſima (Olympias, qua vicit) Glycon Crotoniates ſtadium.* Diſſidium in nomine notat Anonymus. Γλαυκίας, ἐνίοις δὲ Γλύκων, ὁ Κροτωνιάτης, στάδιον. *Glaucias, quibuſdam vero Glycon, Crotoniates ſtadium.* Et Pythagoras Samius pugilatu eo anno victor. Anonymus. Πυθαγόρας Σάμιος παίδων πυγμήν· ὃς πρῶτος ἐντέχνως πυκτεύσας, κομήτης, καὶ ἀλυργίδα φορῶν, εἶτα ἐκριφεὶς ἐκ τῶν παίδων, καὶ χλευασθεὶς, αὐλίκα προσέβη τοὺς ἄνδρας, καὶ ἐνίκησε. *Pythagoras Samius puerorum luctam; qui primus ex artificio luctatus, comatus, & purpuream veſtem indutus, deinde eiectus ex pueris, & deriſus, ſtatim acceſſit ad viros, & vicit.* Diogenes Laertius in Pythagora lib. VIII. Ἐρατοσθένης δέ φησι, καθὰ καὶ Φαβωρῖνος ἐν τῇ παντοδαπῇ ἱστορίᾳ παραλίθεται, τοῦτον εἶναι τὸν πρῶτον ἐντέχνως πυκτεύσαντα, ἐπὶ τῆς ὀγδόης καὶ τεσσαρακοστῆς Ὀλυμπιάδος, κομήτην, καὶ ἀλυργίδα φοροῦντα. ἐκριφθῆναί τε ἐκ τῶν παίδων, καὶ χλευασθέντα, αὐλίκα προσβῆναι τοὺς ἄνδρας, καὶ νικῆσαι. *Eratoſthenes vero ait, ſicut & Favorinus in omnigena hiſtoria adponit, hunc eſſe, qui primus ex artificio luctatus fuit, octava, & quadrageſima Olympiade, comatum, & purpuream veſtem gerentem, & ex pueris eiectum eſſe, ac deriſum, ſtatim tranſiiſſe ad viros, & viciſſe.* Adtingit rem Heſychius. Ἐν Σάμῳ κομήτας. ἔνιοι Πυθαγόραν τὸν σοφὸν φασι τὴν πυκτικὴν ἀσκῆσαι. *In Samo comatos. Quidam Pythagoram ſapientem dicunt exercuiſſe luctatoriam.* Et Appendix Vaticana Cent. I. Proverb. LXXXVII. Ἐν Σάμῳ κομήτης. Πυθαγόρας πύκτης Σάμιος ἐκόμα. καλαφρονηθεὶς δὲν, παραδόξως ἐνίκησεν. *In Sama comatus. Pythagoras luctator Samius comam alebat. Itaque contemtus inopinanter vicit.*

CAP. XIV.

Comias archon, & Hegeſtratus; ſub quo Solon vita functus. Inde Archeſtratides. Sigonii error unus, atque alter indicatus. Ariſtomenes etiam archon. Pittacus quando natus floruerit que, & mortuus fuerit. Diogenis Laertii locus reſtitutus.

POſt Phaenippum, ſive Philippum deliquium iterum eſt apud Anonymum archontum decem(b); ego tamen octavum, & nonum aliunde indicabo. Et habe tibi. Tyrannidem Piſiſtratus conſtituit Olymp. L. anno I. ut ex Anonymo diſcere licet; atque tunc archon Comias erat. Plutarchus in Solone. Ἐπὶ Κομίου ἤρξατο τυραννεῖν Πεισίστρατος. *Sub Comia incepit tyrannidem obtinere Piſiſtratus.* Comiam vero Hegeſtratus ſequitur, ſub quo diem Solon obiit. Plutarchus ibidem. Ἐφ' Ἡγεστράτου δὲ Σόλωνά φησιν ὁ Φανίας ἀποθανεῖν, τοῦ μετὰ Κομίαν ἄρξαντος. *Sed ſub Hegeſtrato dicit Phanias mortuum eſſe Solonem, qui poſt Comiam Archon fuit.* Sigonius Comiani in Olymp. LIII. anno III. Hegeſtratum in IV. ponit,

..... ανίδης ἀγὼν πάλιν ἐτέθη ἔτη ΗΗΗΔΠΙΙΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησι Δαμασίου τοῦ δευτέρου. *Ex quo certamen coronarium iterum factum eſt, anni* CCCXVIII, *archonte Athenis Damaſia ſecundo.* Heinc elucet errare Meurſium ubi ſuperius Cap XI. Simonis annum inveſtigat, quum unicum Damaſiam fuiſſe crediderit. *Io: Seldenus* ad Graecorum Epochas Canone Chronico: *Damaſias vero*, inquit, *apud Diodorum, qui Olympiade* XXXV. *praefuit, primus erat: hic, ſub quo inſtauratus agon, ſecundus; quod primo ex hoc marmore cognitum facem praebet inſignem Viro doctiſſimo Libro* I. *De Archontibus cap.* XI. *quem unicum Damaſiae nomen fefellit.*

(a) Non ambo profecto: nam Olympiadis XLVII. anno II archon Athenis Simon in Epochis Graecorum memoratur: ſub quo Cyrrha direpta, agon Pythius inſtauratus eſt, praemiis ex ipſis ſpoliis propoſitis, nempe χρηματίτης factus eſt ..... οντες Κύρραν, καὶ ὁ ἄγων ὁ γυμνικὸς ἐτέθη χρηματίτης ἀπὸ τῶν λαφύρων ἔτη ΗΗ . . ΔΔΠΙΙ ἄρχοντος Ἀθήνησι Σιμῶ. cs ..... *Cyrrham, & certamen gymnicum editum eſt, quo praemia ex ſpoliis praebenda, anni* CCCXXVII, *Archonte Athenis Simone.*

(b) Anno III. Olympiadis XLIX. Damaſias ſecundus Archon in Epochis Arundellianis adnotatur. Αφ οὗ

Digitized by Google

ponit. Neſcio quem auctorem habeat. Eiuſdem Olympiadis anno IV. archon fuit Archeſtratides; & ſub eo regnum adeptus Servius Tullius. Anonymus illic. Ἀρχεστρατίδης (ἄρχων.) Σερούιος Τύλλιος τὴν Ῥωμαίων διεδέξατο βασιλείαν. *Archeſtratides (Archon.) Servius Tullius Romanorum excepit regnum.* Dionyſius Halicarn. lib. IV. Διάδοχος δὲ τῆς ἡγεμονίας ὁ γαμβρὸς αὐτῷ γίνεται Τύλλιος, ἐνιαυτῷ τετάρτῳ τῆς πεντηκοστῆς Ὀλυμπιάδος, ἣν ἐνίκα στάδιον Ἐπιτελίδης Λάκων, ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἀρχεστρατίδου. *Succeſſor autem imperii gener eius fuit Tullius anno quarto quinquageſimae Olympiadis, qua ſtadium vicit Epitelides Lacon, Archonte Athenis Archeſtratida.* Sigonius quadriennio poſt commemorat, nempe anno IV. Olymp. LI. Non recte. Inde ſex ſequentes exciderunt; ſucceſſitque anno III. Olymp. LII. Ariſtomenes; ſub quo Pyttacus Mitylenaeus diem obiit. Anonymus illic, Ἀριστομένης (ἄρχων) Πιττακὸς ὁ Μιτυληναῖος ἐτελεύτησε. *Ariſtomenes (Archon.) Pittacus Mitylenaeus mortuus eſt.* Diogenes Laertius in eius Vita lib. I. Ἐτελεύτησε δὲ ἐπὶ Ἀριστομένους, τῷ τρίτῳ ἔτει τῆς πεντηκοστῆς δευτέρας Ὀλυμπιάδος, βιοὺς ὑπὲρ ἔτη ἑβδομήκοντα. *Mortuus eſt autem ſub Ariſtomene, tertio anno ſecundae, & quinquageſimae Olympiadis, quum vixiſſet ſupra ſeptuaginta annos.* Sed, ut obiter iſtud moneam, quae de aetatis eius annis ibi memorat, an haec vera? Ecce, ait ſupergreſſum annum vitae ſeptuageſimum. Computemus. Natus fuit Olymp. XXXII. anno I. Anonymus illic. Πιτταϰὸς γέγονε κατὰ τούτους τοὺς χρόνους. *Pittacus fuit iis temporibus.* Floruit maxime Olymp. XLII. anno I. Anonymus illic. Πιτταϰὸς ὁ Μιτυληναῖος Μελάγχρων, τὸν Μιτυληναίων τύραννον, ἀνεῖλεν. *Pittacus Mitylenaeus Melanchrum tyrannum Mitylenaeorum ſuſtulit.* Diogenes Laertius in eius Vita. Ἤκμασε μὲν οὖν περὶ τὴν τεσσαραϰοστὴν δευτέραν Ὀλυμπιάδα. *Viguit quidem igitur circa ſecundam, & quadrageſimam Olympiadem.* Cyrillus Adverſus Iulianum lib. I. *Quadrageſima ſecunda Olympiade Alcmaeon, & Pittacus Mitylenaeus, unus ex ſeptem ſapientibus, & eum illis Steſichorus Poeta cognoſcitur.* Defunctus eſt, ut oſtendi, Olymp. LII. anno III. Sunt aetatis eius anni LXXXII. Ergo omnino in Diogene reſcribendum, Βιοὺς ὑπὲρ ἔτη ὀγδοήϰοντα. *Quum vixiſſet ultra annos octoginta.* Quod autem ad Archontem hunc Ariſtomenem attinet, eum Ariſtodemum vocat Sigonius; & notat Caſaubonus in priore Diogenis editione, loco citato, fuiſſe Ἀριστοδήμου, pro Ἀριστομένους.

(a) Heinc reſtituenda eſt vera lectio Epochis Graecorum, ubi legitur: Ἀφ' οὗ Κροῖσος ..... Ἀσίας ..... δελφος α..... ΓΔΔΔΗ. ἄρχοντος Ἀθήνησι τοῦ δήμου. *Ex quo Croeſus..... Aſiae..... XLII. Archonte Athenis populo*, uti vertit *Seldenus*. Sed legendum, ἄρχοντος Ἀθήνησιν Εὐθυδήμου; & vertendum, *Archonte Athenis Euthydemo*. Nam ſi numerus annorum iuxta perpetuam Scriptoris ordinis rationem ſuppleatur ΗΗΓΔΔΔΔΙΙ. ſeu CCXCII. evadet, qui quidem anno I. Olympiadis LVI. reſpondere deprehenditur.

CAP. XV.

Hippoclides archon. Panathenaeorum certamen gymnicum inſtitutum. Euſebii diſſenſus. Euthydemus archon. Chilon primus Spartae ephorus. Steſichorus moritur. Erxiclides archon. Thales moritur. Chronici Alexandrini Auctor diſſentit, & emendatur. Oreſtis oſſa Tegeae inventa. Heraclides archon. Tarquinius Superbus regnum accipit. Dionyſ. Halicarn. emendatur.

AB Ariſtomene ſeptem proximi ignorantur; poſt quos magiſtratum accepit Hippoclides Olymp. LIV. anno III. ſub quo Panathenaea inſtituta. Anonymus illic. Ἱππoκλείδης (ἄρχων.) Παναθήναια ἐτέθη. *Hippoclides (Archon.) Panathenaea inſtituta.* Marcellinus in Vita Thucydidis. Τοῦδε Ἱππoκλείδης· ἐφ' οὗ ἄρχοντος τὰ Παναθήναια ἐτέθη. *Tunc Hippoclides. Quo Archonte Panathenaea inſtituta.* Sed uterque capiendus de gymnico eius feſti certamine, quod tunc inſtitutum. Euſebius Chron. I. rem exponit, ſed in annum III. Olympiadis antecedentis LIII. refert. Οἱ τῶν Παναθηναίων γυμνικὸς ἀγὼν ἤχθη. *Panathenaeorum gymnicum certamen celebratum eſt.* Et Phreculphus Tom. I. lib. III. cap. XVIII. *Agon quippe gymnicus, quem Panathenaea vocant, tunc actus.* Poſt Hippoclidem rurſum quinque exciderunt; ſucceſſitque Euthydemus Olymp. LVI. anno I. ſub quo primus apud Lacedaemonios ephorus fuit Chilon. Anonymus illic. Εὐθύδημος (a) (ἄρχων·) Χείλων πρῶτος ἔφορος ἐν Λακεδαίμονι κατέστη. *Euthydemus (Archon.) Chilon primus Ephorus Lacedaemone conſtitutus.* Diogenes Laertius in eius Vita lib. I. Γέγονε δὲ ἔφορος κατὰ τὴν πεντηκοστὴν πέμπτην Ὀλυμπιάδα· Παμφίλη δέ φησι, κατὰ τὴν ἕκτην. καὶ πρῶτον ἔφορον γενέσθαι ἐπὶ Εὐθυδήμου· *Factus autem eſt Ephorus quinquageſima quinta Olympiade. Pamphila vero dicit, ſexta. Et primum Ephorum factum eſſe ſub Euthydemo.* Steſichorus quoque tunc vita exceſſit. Anonymus ibidem. Στησίχορος ὁ λυρικὸς ἐτελεύτησε. *Steſichorus lyricus obiit.* Suidas in Στησίχορος. Ἐπὶ δὲ τῆς τριακοστῆς ἑβδόμης Ὀλυμπιάδος γεγονὼς, ἐτελεύτησεν ἐπὶ τῆς πεντηκοστῆς ἕκτης. *Trigeſima autem ſeptima Olympiade natus, obiit quinquageſima ſexta.* Euthydemum qui ſequuti ſeptem proximi ignorantur; & invenitur Erxiclides anno I. Olymp. LVIII. Anonymus illic, & Pauſanias in Phocicis. Κατεκαύθη δὲ Ἐρξικλείδου μὲν Ἀθήνησιν ἄρχοντος, πρώτου δὲ τῆς ὀγδόης Ὀλυμπιάδος ἔτει καὶ πεντηκοστῇ. *Conflagravit autem Erxiclide quidem Athenis Archonte, primo vero octavae Olympiadis anno, & quinquageſimae.* In hunc annum mors Thaletis incidit. Anonymus illic. Θαλῆς ἐτελεύτησεν, *Thales mortuus eſt.* Diogenes Laertius in eius Vita lib. I. Τελευτῆσαι δὲ (αὐτόν φησιν Ἀπολλόδωρος ἐν τοῖς Χρονικοῖς) ἐπὶ τῆς πεντηκοστῆς ὀγδόης Ὀλυμπιάδος. *Mortuum vero (ipſum dicit Apollodorus in Chronicis) quinquageſima octava Olympiade.* Cyrillus adverſus Iulianum lib. I. *Triceſima, & quinta Olympiade Thales Examii, Mileſius, primus phyſicus philoſophus fuiſſe dicitur, &*

productos annos eius dicunt usque ad quinquagesimam octavam Olympiadem. Auctor Chronici Alexandrini Olympiade antecedente LV. mortuum dicit. Θαλῆς ὁ ἐξ Α'μύου, Μιλήσι@, πρῶτ@ φυσικὸς φιλόσοφ@, ἀτέθνηκεν. *Thales ex Amya filius, Milesius, primus physicus philosophus, mortuus est*. Sed is obiter corrigendus, Θαλῆς ὁ Ε'ξαμίου, Μιλήζι@, *Thales examii filius, Milesius*. Oreſtis quoque oſſa Tegeae tunc inventa. Anonymus ibidem. Ε'ν Τεγέᾳ τὰ Ο'ρέστου ὀστᾶ κατὰ χρησμὸν ὑπὸ Λακεδαιμονίων εὑρέθη. *Tegeae Oreſtis oſſa iuxta oraculum ab Lacedaemoniis inventa*. Solinus cap. v. *Priſcorum autem molem teſtantur etiam Oreſtis ſuprema; cuius oſſa Olympiade quinquageſima, & octava Tegeae inventa a Spartanis, oraculo monitis, didicimus impleſſe longitudinem cubitorum ſeptem*. Apud Sigonium archon iſte male Eriſclides dicitur. Poſt eum quatuordecim exciderunt(a); fuitque inde Heraclides, Olymp. LXI. anno IV. ac ſub eo Romanorum rex creatus Tarquinius Superbus. Anonymus illic. Η'ρακλείδης (ἄρχων.) Ταρκύνι@ ὁ Σύπερβ@ τὴν Ρ'ωμαίων δυναστείαν κατέχει. *Heraclides (Archon.) Tarquinius Superbus Romanorum potentiam obtinet*. Emendandus in archontis huius nomine Dionyſius Halicarnaſſeus lib. IV. Μετὰ δὲ τοῦτον παραλαμβάνει Λεύκι@ Ταρκύνιος τὴν Ρ'ωμαίων δυναστείαν, οὐ κατὰ νόμους, ἀλλὰ διὰ τῶν ὅπλων κατασχών, κατὰ τὸν τέταρτον ἐνιαυτὸν τῆς ἑξηκοστῆς καὶ πρώτης Ο'λυμπιάδ@, ἣν ἐνίκα στάδιον Α'γάθαρχ@, ἄρχοντος Α'θήνησιν Η'ρακλείδου. *Poſt illum vero excipit Lucius Tarquinius Romanorum imperium, non ſecundum leges, ſed armis occupans, circa quartum annum ſexageſimae, & primae Olympiadis, qua vicit ſtadium Agatharchus, Archonte Athenis Heraclide*. Male editur, ἄρχοντ@ Α'θήνησιν Η'ρακλέους. *Archonte Athenis Hercule*. Mendoſe huius auctoris loco ſeductus Sigonius, etiam Herculem eum vocat.

DE ARCHONTIBVS ATHENIENSIVM.

LIBER SECVNDVS.

CAPVT PRIMVM.

Miltiades archon, deinde Iſagoras. Romae Conſules inſtituti. Aceſtorides archon, Iſchomachus ſtadio, Theſſalus pentathlo, & ſtadio vincit. Heraclitus Epheſius floret. Cynaethus Homeri carmina Syracuſis recitat.

Cto rurſum hic Archontes intermedii neſciuntur; quos Miltiades eſt ſequutus, Olympiad. LXIV. anno I. Anonymus eum illic memorat, & Dionyſius Halicarn. lib. VII. Ε'πὶ τῆς ἑξηκοστῆς καὶ τετάρτης Ο'λυμπιάδ@, ἄρχοντ@ Α'θήνησι Μιλτιάδου. *Sexageſima, & quarta Olympiade, Archonte Athenis Miltiade*. Poſt Miltiadem iſtum quindecim ignorantur; deinde Iſagoras(b) invenitur, Olymp. LXVIII. anno I. quo Romae Conſules inſtituti. Anonymus in eo tempore. Ι'σαγόρας (ἄρχων.) Πρῶτοι ὕπατοι ἐν Ρ'ώμῃ κατέστησαν, βασιλέων καλαυθέντων. *Iſagoras (Archon.) Primi Conſules Romae conſtituti ſunt, regibus reiectis*. Dionyſius Halicarn. lib. I. Ἀνάγκη τὸς πρώτους ἀποδεχθέντας ὑπάτους ὁμολογεῖν ἄρχοντος Α'θήνησιν Ι'σαγόρου παρειληφέναι τὴν ἀρχὴν, κατὰ τὸ πρῶτον ἔτ@ τῆς ὀγδόης καὶ ἑξηκοστῆς Ο'λυμπιάδ@. *Neceſſarium eſt primos electos conſules fateri, Archonte Athenis Iſagora, ſuſcepiſſe imperium circa primum annum octavae, & ſexageſimae Olympiadis*. Videndusque idem iterum initio libri V. Qui Iſagoram ſubſequuti tres, ignoti; dein ſucceſſit, quem Sigonius praetermittit, Aceſtorides, Olymp. LXIX. anno I. Illic eum Anonymus nominat, & Dionyſius Halicarn. lib. V. Et ſtadio tunc victor, qui praeterita Olympiade, Iſchomachus Crotoniates. Vide Atticas Lectiones noſtras lib. IV. cap. XXVI. Theſſalus quoque Corinthius ſtadio, & pentathlo.

(a) Tabulae Chronologicae poſt Petavii Rationarium Temporum. Olympiadis LIX. anno II. Alceum Archontem memorant. Epochae autem Graecorum Olympiadis LXI. anno I. quum temporis iniuria literas paſſim detritas habeant, tamen Archontem quemdam indicant, cuius nomen in ναιος deſinit, & primum huius nominis faciunt: Α'φ' οὗ Θέσπις ὁ ποιητὴς ... ... αχι .. ... ος ἐδίδαξεν Α'λ... σιν..... τέθη ὁ τράγος, ἔτη ΗΗΙΔ..... ἄρχοντος Α'θ ..... ναίου τοῦ προτέρου. *Exquo Theſpis Poeta..... Edidit Alceſtim..... proponebatur hircus, anni CCL .. .... Archonte Athenis ..... naeo primo*. Forte nomen integrum eſt Athenaeus; cur autem numerus partim deletus ita ſuppleatur, vide apud doctiſſimum *Seldenum* in *Canone Chronico*.

(b) Vix dubitaverim Archontem illum quem Epochae Graecorum Lyſagoram adpellant eſſe eumdem cum Iſagora hoc; Α'φ' οὗ χόροι πρῶτον ἐγενίσαντο ἀνδρῶν, ὧν ἐδίδαξας Υ'πο.... κος χαλκιδ..... ἐνικ..... ἔτη ΗΗΔΔΔ..., Α'ρχοντος Α'θήνησι Λυσαγόρου. *Ex quo Chorius primo certatum eſt virorum, & certamine illo Hypo.... cus Chalcidenſis vicit, anni CCXXX. ... Archonte Athenis Lyſagora*.

Digitized by Google

tathlo. Anonymus illic. Θεσσαλὸς Κορίνθιος πενταθλῷ, καὶ σταδίῳ. *Teſsalus Corinthius quinquertio, & ſtadio.* Meminit Pindari Scholiaſtes Pythionic. Od. XII. Τρισολυμπιονίκαν. πάρ' ὅσον τρεῖς νίκας αὐτοῖς συμβέβηκε γενέσθαι. τῷ μὲν παιδὶ, δύο κατὰ τὴν αὐτὴν ἡμέραν, πενταθλῳ, καὶ σταδίῳ ἀγωνισαμένῳ· τῷ δὲ πατρὶ, Θεσσαλῷ τὸνομα πρῶτον ἐν τῇ ἑξηκοστῇ ἐννάτῃ Ὀλυμπιάδι. *Trium Olympiadum victoriam. Ideo quia tres victoriae illis contigerunt; filio quidem duae eodem die, pentathlo, & ſtadio quum certaviſſet: patri autem, qui Theſſalus nomine, prius in ſexageſima nona Olympiade.* Heraclitus Epheſius, Σκοτεινὸς (a) cognominatus, tunc claruiſſe perhibetur. Anonymus ibidem. Ἡράκλειτος Ἐφέσιος, ὁ Σκοτεινὸς ἐπικαλούμενος, ἐγνωρίζετο. *Heraclitus Epheſius, Scotinus cognominatus, innotuit.* Diogenes Laertius in eius vita lib. IX. Ἤκμασε μὲν κατὰ τὴν ἐνάτην καὶ ἑξηκοστὴν Ὀλυμπιάδα. *Floruit quidem circa nonam ſexageſimam Olympiadem.* Suidas de eo. Ἦν δὲ ἐπὶ τῆς ἑξηκοστῆς ἐνάτης Ὀλυμπιάδος. *Erat autem ſexageſima nona Olympiade.* Cynaethus quoque Chius Syracuſis conſarcinata Homeri carmina recitavit. Anonymus ibidem. Κύναιθος Χῖος πρῶτος Συρακούσαις ἐῤῥαψῴδησε τὰ Ὁμήρου ἔπη. *Cynaethus Chius primus Syracuſis conſarcinata recitavit Homeri carmina.* Scholiaſtes Pindari Nemeonic. Od. II. Ὁ Κύναιθος πρῶτος ἐν Συρακούσαις ἐῤῥαψῴδησε τὰ Ὁμήρου ἔπη, κατὰ τὴν ἑξηκοστὴν (b) Ὀλυμπιάδα. *Cynaethus primus Syracuſis conſarcinata recitavit Homeri carmina circa ſexageſimam Olympiadem.* Meminit facti, verum non expreſſo tempore, Euſtathius in Iliad. α'. Τὸ δὲ ἀπαγγέλλειν τὴν Ὁμήρου ποίησιν σκεδασθεῖσαν, ἀρχὴν ἐποιήσατο Κύναιθος ὁ Χῖος. *Pronuntiandi autem Homeri poeſin diſſipatam, initium fecit Cynaethus Chius.*

CAP. II.

Myrus archon. Nicaeas, ſive Nicaeſtas, aut Micias, ſtadio victor. Apenae curſus inſtitutus, quo primus vincit Therſias Theſſalus. Eius inventor Aſandraſtus. Zeno Eleates floret. Anaxagoras naſcitur. Pratinas cum AEſchylo, & Choerilo certat. AEſchyli aetas obiter dicta; ac de ea Suidas, & Scholiaſtes emendati.

ACeſtoridem tres ſequuti, ut qui Iſagoram, ignorantur. Inde Myrus Magiſtratum eum cepit, Olymp. LXX. anno I. Meminit Anonymus illic, & Dionyſius Halicarnaſſeus lib. V. Stadioque tunc victor Nicaeas Opuntius. Dionyſius loco citato. Ἐπὶ δὲ τῆς ἑβδομηκοστῆς Ὀλυμπιάδος, ἣν ἐνίκα στάδιον Νικαίας ὁ Λοκρὸς ἐξ Ὀπῦντος, ἄρχοντος Ἀθήνησι Μύρου, παραλαμβάνουσι τὴν ὕπατον ἀρχὴν Πόστουμος Κομήνιος, καὶ Τίτος Λάρκιος. *Septuageſima autem Olympiade, qua vicit ſtadium Nicaeas Locrenſis ex Opunte, Archonte Athenis Myro, potiti ſunt conſulari imperio Poſtumus Comenius, & Titus Larcius.* Non recte is Νικαίας dicitur Euſebio Chron. I. Ἑβδομηκοστὴ (Ὀλυμπιὰς, ἣν ἐνίκα) Νικαίας Ὀπούντιος στάδιον. *Septuageſima (Olympias, qua vicit) Nicaeſtas Opuntius ſtadium.* Apud Anonymum Μικίας ſcribitur. Μικίας ὁ Λοκρὸς ἐξ Ὀπῦντος στάδιον. *Micias Locrenſis ex Opunte ſtadium.* Et apenae curſus inſtitutus, quo primus vicit Therſias Theſſalus. Anonymus ibidem. Τῆς ἀπήνης δρόμος ἐτέθη, Θερσίας ὁ Θεσσαλὸς ἀπήνῃ πρῶτος· *Carpenti curſus ſtatutus eſt. Therſias Theſſalus carpento primus.* Pauſanias Eliac. I. Τῆς δὲ ἀπήνης τὸν δρόμον, Ὀλυμπιάδι νομισθέντα ἑβδομηκοστῇ, πρῶτον Θερσίας ἀπήνῃ Θεσσαλὸς ἐνίκησε· *Carpenti autem curſum, Olympiade ſtabilitum ſeptuageſima, primum Therſiae carpentum Theſſali vicit.* Auctor autem eius primus Aſandraſtus. Anonymus infra, in Olymp. LXXIX. Ἀπήνῃ, τοῦτ' ἔστιν ἅρματι, ἐξ ἡμιόνων ζευχθέντι, ἀγωνίζεσθαι, ὑπὸ Ἀσανδράστου ἐπιτηδευθὲν, ἐν τῷδε τῷ ἔτει διελύθη. *Apena, hoc eſt, curru, cum mulorum iugo certare, ab Aſandraſto affectatum, in hoc anno abrogatum.* Scholiaſtes Pindari Olymp. Od. V. Ἀπήνη δέ ἐστιν ἅρμα, ἐξ ἡμιόνων ζευχθὲν, ἐφισμένου δὲ ἵπποις ἀγωνίζεσθαι, Ἀσάνδρας ἐπιτήδευσε καὶ ἡμιόνοις ἀγωνίζεσθαι. *Apena autem eſt currus, mulis iunctus, conſuetus autem equis certare, Aſandraſtus affectavit etiam mulis certare.* Abrogata vero Olympiade LXXXIV. Vide quae notamus infra hoc ipſo libro cap. XV. Zeno Eleates tunc florebat. Anonymus ibidem. Ζήνων Ἐλεάτης ἤκμαζεν. *Zeno Eleates florebat.* Diogenes Laertius in eius Vita lib. IX. Ἤκμαζε δὲ ἔτι κατὰ τὴν ἑβδομηκοστὴν Ὀλυμπιάδα. *Florebat vero hic circa ſeptuageſimam Olympiadem.* Suidas in eo. Ἦν γὰρ ἐπὶ τῆς οὐ Ὀλυμπιάδος. *Erat enim ſeptuageſima octava Olympiade.* Reſcribo. ἐπὶ τῆς ὁ Ὀλυμπιάδος. *Septuageſima Olympiade.* Anaxagoras Clazomenius tunc natus. Diogenes Laertius in eius Vita lib. II. Φησὶ δ' Ἀπολλόδωρος ἐν τοῖς χρονικοῖς, γεγενῆσθαι αὐτὸν τῇ ἑβδομηκοστῇ Ὀλυμπιάδι. *Inquit autem Apollodorus in chronicis, natum eum ſeptuageſima Olympiade.* Anonymus in eadem Olympiade. Ἀναξαγόρας Κλαζομένιος φιλόσοφος ἐγνωρίσθη. *Anaxagoras Clazomenius philoſophus natus eſt.* Eodem archonte Pratinas cum AEſchylo, & Choerilo certavit. Anonymus ibidem. Πρατίνας, Πυῤῥωνίδου, ἢ Ἐγκωμίου, Φλιάσιος, ποιητὴς τραγῳδίας, ἀντηγωνίζετο Αἰσχύλῳ, καὶ Χοιρίλῳ. *Pratinas, Pyrrhonidae filius, aut Encomii, Phliaſius; poeta tragicus, certavit cum AEſchylo, & Choerilo.* Suidas. Πρατίνας Πυῤῥωνίδου, ἢ Ἐγκωμίου, Φλιάσιος ποιητὴς τραγῳδίας. ἀντηγωνίζετο δὲ Αἰσχύλῳ, καὶ Χοιρίλῳ, ἐπὶ τῆς ἑβδομηκοστῆς Ὀλυμπιάδος. *Pratinas, Pyrrhonidae filius, aut Encomii, Phliaſius poeta tragicus. Certavit autem cum AEſchylo, & Choerilo, ſeptuageſima Olympiade.* Vbi obiter aetas AEſchyli obſervanda; quam & in Olympiade LXXI. commemorat Euſebius Chron. I. Quo pertinet, quod circa pugnae Marathoniae tempus Olymp. LXXI. anno I. Aulus Gellius eum collocat lib. XVII. cap. XXI. Ergo mendum eſt apud Suidam in Αἰσχύλος. Ἠγωνίζετο δὲ αὐτὸς ἐν τῇ θ' Ὀλυμπιάδι. *AEſchylus. Certavit autem hic nona Olympiade.* Omnino emenda. ἐν τῇ ὁ Ὀλυμπιάδι. *Septuageſima Olympiade.* Mendoſus quoque Scholiaſtes AEſchyli in Vita eius, Scholiis praemiſ-

(a) hoc eſt *Tenebroſus.*
(b) Vel deeſt καὶ ἐνάτην; vel auctor hic, quod *Meurſius* ait, non comprobat.

missa. Συνεχρόνισε ὴ Πινδάρῳ, κατὰ τὴν μ' Ολυμπιάδα. *Contemporaneus autem fuit Pindari, circa quadrageſimam Olympiadem.* Etiam ibi reſcribendum. Κατὰ τὴν ὸ Ολυμπιάδα. *Circa ſeptuageſimam Olympiadem.*

CAP. III.

Hipparchus Archon. Tiſicrates Crotoniates ſtadio victor. Calpes curſus inſtitutus, quo primus vincit Pataecus. Pythagoras equo ſingulari, ut & Empedocles; cuius filius Exaenetus lucta. Philippus Archon, ſub quo Sophoclis natalis. Huic ſuccedit Ariſtides, illi Themiſtocles; & ſub eo Piraeeus communiri primum coeptus.

POſt hunc Myrum rurſum tres deſiderantur, quos Hipparchus mox excepit Olymp. LXXI. anno I. Anonymus id indicium facit, & Dionyſius Halicarn. lib. VI. Ε'πὶ τῆς ἑβδομηκοστῆς καὶ πρώτης Ο'λυμπιάδ@, ἣν ἐνίκα στάδιον Τισικράτης Κροτωνιάτης, ἄρχοντ@ Α'θήνησιν Ι'ππάρχυ. *Septuageſima, & prima Olympiade, qua vicit ſtadium Tiſicrates Crotoniates, Archonte Athenis Hipparcho.* Ac ſtadio tunc vicit Tiſicrates Crotoniates. Vides in citatis Dionyſii verbis, & diſerte Anonymus dicit in illo anno. Τισικράτης Κροτωνιάτης στάδιον. *Tiſicrates Crotoniates ſtadium.* Memorat quoque Euſebius Chron. I. Calpes item tunc curſus inſtitutus; primuſque eo vicit Pataecus. Anonymus ibidem. Δρόμ@ κάλπης εἰσήχθη. Πάταικος Α'χαιὸς ἐκ Δύμης πρῶτος κάλπη. *Curſus calpes introductus eſt. Pataecus Achaeus ex Dyme primus calpe.* Refert etiam Pauſanias Eliac. I. Pythagoras equo ſingulari vicit. Anonymus ibidem. Πυθαγόρας κέλητι. *Pythagoras celete.* Eodem etiam Empedocles Agrigentinus; uti filius Exaenetus lucta, aut curſu. Diogenes Laertius in Vita Empedoclis lib. VIII. Σάτυρ@ ὴ ἐν τοῖς Βίοις φησὶν, ὅτι Ε'μπεδοκλῆς υἱὸς μὲν ἦν Ε'ξαινέτυ, κατέλιπε ὴ καὶ αὐτὸς υἱὸν Ε'ξαίνετον. Ε'πί τε τῆς αὐτῆς Ο'λυμπιάδ@ τὸν μὲν, ἵππῳ κέλητι νενικηκέναι· τὸν δὲ υἱὸν αὐτῦ, πάλῃ· ὴ, ὡς Η'ρακλείδης ἐν τῇ Ε'πιτομῇ, δρόμῳ. *Satyrus vero in Vitis inquit, quod Empedocles quidem fuerit Exaeneti filius, reliquit autem etiam ipſe filium Exaenetum. Et eadem Olympiade illum quidem, equo ſingulari viciſſe; filium vero eius, lucta; aut, ut Heraclides in Epitome, curſu.* Adnotatque idem Anonymus in illo anno. Ε'ξαίνετος, Ε'μπεδοκλέους Α'κραγαντίνυ υἱὸς, πάλῃ· αὐτὸς, κέλητι. *Exaenetus, Empedoclis Agrigentini filius lucta. Ipſe equo ſolo.* Sub eodem Athenienſes Euboeam oppugnarunt. Scholiaſtes Ariſtophanis Veſpis. Πέρυσι γὰρ, ἐπὶ ἄρχοντ@ Ι'ππάρχυ, ἐστράτευσαν (οἱ Α'θηναῖοι) ἐπ' αὐτὴν (τὴν Εὔβοιαν) ὡς Φιλόχορ@. *Anno enim praeterito, ſub Archonte Hipparcho militarunt (Athenienſes) adverſus eam (Euboeam) ut Philochorus ait.* Hunc Hipparchum ſubſequutus, quem Sigonius non commemorat, Philippus (a) Olymp. LXXI. anno II. ſub quo Sophoclis natalis memoratur. Anonymus. ΟΛ. ΟΑ. Ε'τ@ β'. Φίλιππ@ (ἄρχων.) Σοφοκλῆς ὁ τραγῳδοποιὸς, ἐγεννήθη. *Olymp. LXXI. annus ſecundus, Philippus (Archon.) Sophocles Tragicus Poeta natus.* Et Scholiaſtes in eius Vita. Γεννηθῆναι δὲ αὐτὸν φασιν ἑβδομηκοστῇ πρώτῃ Ο'λυμπιάδι, κατὰ τὸ δεύτερον ἔτ@. *Natum autem illum dicunt ſeptuageſima prima Olympiade, circa ſecundum annum.* Alii tamen volunt natum eum Olymp. LXXIII. anno III. idque ibi monet Anonymus, & confirmat iſtis verbis Suidas. Σοφοκλῆς, Σοφίλυ, Κολωνῆθεν, Α'θηναῖ@ τραγικὸς, τεχθεὶς κατὰ τὴν ἑβδομηκοστὴν τρίτην Ο'λυμπιάδα. *Sophocles, Sophili filius, ex colono, Athenienſis tragicus. Natus circa ſeptuageſimam tertiam Olympiadem.* Poſt Philippum Ariſtides forte fuerit. Vide in ſequenti capite. Ab aliis Themiſtocles dicitur. Ita Anonymus Olympiadis memoratae anno III. ut Sigonius autem IV. Eo auctore Piraeeus exſtrui coeptus. Thucydides lib. I. Ε'πῆσε ὴ καὶ τὸν Πειραιῶ; τὰ λοιπὰ ὁ Θεμιστοκλῆς ᾠκοδομεῖν. ὑπῆρκτο δ' αὐτῦ πρότερον ἐπὶ τῆς ἐκείνυ ἀρχῆς, ἧς κατ' ἐνιαυτὸν Α'θηναίοις ἦρξε. *Perſuaſit autem etiam Themiſtocles, ut Piraeei reliqua aedificarentur. Coeptum vero illud primum ſub illius magiſtratu, quem annuum Athenis geſſit.*

CAP. IV.

Diognetus Archon. Tiſicrates iterum ſtadio victor. Cleomedes Aſtypalaeenſis, occiſo adverſario, quum denegaretur praemium, mente motus. Hippocleas Theſſalus diaulo vincit, idque iterum. Marathonia pugna. Sigonii error. Phaenippus Archon, & poſt eum Ariſtides; de cuius tamen magiſtratu controverſia. Callias, Phanippi filius, equo vincit. Scholiaſtes Ariſtophanis emendatur.

OLympiadis ſequentis LXXII annus I Archontem Diognetum (b) habuit, ſtadioq; tunc ſecundum vicit Tiſicrates Crotoniates. Anonymus ita Archontem, & victorem nominat. Item Dionyſ. Halicarn. lib. VI. Ε'πὶ τ ἑβδομηκοστῆς καὶ δευτέρας Ο'λυμπιάδ@, ἣν ἐνίκα στάδιον Τισικράτης Κροτωνιάτης, ἄρχοντ@ Α'θήνησι Διογνήτυ. *Septuageſima, & ſecunda Olympiade, qua vicit ſtadium Tiſicrates Crotoniates, Archonte Athenis Diogneto.* De victore eſt Pauſaniae quoque locus Eliac. II. Τῆς δευτέρας καὶ ἑβδομηκοστῆς Ο'λυμπιάδ@, ἣν Τισικράτης, ἐνίκα Κροτωνιάτης στάδιον. *Secunda, & ſeptuageſima Olympiade, qua Tiſicrates Crotoniates vicit*

ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ ΤΟΥ
ΔΙΟΓΝΗΤΟΥ ΑΡΧΩΝ
ΚΑΘΙΕΡΩΣΕ

Heinc etiam Patris, & Avi nomina innoteſcunt.

(a) Non Philippus, ſed Pythocritus hic Archon dicitur in Epochis Graecorum: Α'φ' οὗ νε..... Ι'ππία .... ἐν Α'θήνησιν ε'τὴ ΗΗΔΔΔΙ. ἄρχοντ@ Α'θήνησι Πυθοκρίτου. *Ex quo ..... Hippias ..... Athenis anni* CCXXXI. *Archonte Athenis Pythocrito.*

(b) Inſcriptio vetus apud *Reinesium Claſſ. I. n. 206.*

ΑΣΚΛΗΠΙΩΙ ΠΑΙΗΟ
ΝΙ ΔΙΟΓΝΗΤΟΣ

Digitized by Google

vicit ſtadium. Cleomedes Aſtypalaeenſis, Iccum Epidaurium quum in pigulatu occidiſſet, eique iudices victoriae praemium denegaſſent, prae dolore in inſaniam incidit. Anonymus illic. Κλεομήδης Α'στυπαλαιεὺς Ἴκκῳ πυκτεύων, ἀνδρὶ Ἐπιδαυρίῳ, αὐτὸν ἀπέκτεινεν ἐν τῇ μάχῃ. καταγνωσθεὶς δὲ ὑπὸ τῶν Ἑλλανοδικῶν ἄδικα ἠργάσθαι, καὶ ἀφῃρημένῳ τὴν νίκην, ἔκφρων ἐγένετο ὑπὸ τῆς λύπης. *Cleomedes Aſtypalaeenſis cum Icco pugilatu certans, viro Epidaurio, illum occidit in pugna. Damnatus autem ab iudicibus iniuſte egiſſe, & ſpoliatus victoria, amens factus eſt prae dolore.* Idem habes apud Pauſaniam Eliac. II. Hippocleas quoque Theſſalus diauli curſu vicit. Anonymus ibidem. Ἱππoκλέας Θεσσαλὸς (ἐνίκα) διαυλόδρομον. *Hyppocleas Theſſalus (vicit) diauli curſum*. Eſtque in eum Ode Pyndari Pythion. X. inſcripta, Ἱππoκλέᾳ Θεσσαλῷ, διαυλοδρόμῳ. *Hippocleae Theſſalo diauli curſori*. Is ipſe eſt, qui ſequente Olympiade LXXIII. iterum vicit. Meminit illic Anonymus noſter, & Scholiaſtes Pindari ad Oden citatam. Ἐνίκησε δ' (Ἱππoκλέας) καὶ οβ' ᾗ ογ' Ὀλυμπιάδα. *Vicit autem (Hippocleas) & ſeptuageſima ſecunda, & ſeptuageſima tertia Olympiade*. Pugna denique Marathonia hoc Archonte depugnata. Anonymus illic. Ἡ ἐν Μαραθῶνι μάχη. *In Marathone pugna*. Videamus. Dionyſius Halicarn. lib. V. ſedecim annis poſt mortem primi Romanorum Conſulis, L. Iunii Bruti, eam accidiſſe tradit. Τετρεῖ δὲ καὶ τὰ Μαραθώνια καὶ τῆς Βρούτου ταφῆς, εἰ δὴ ἀπὸ τούτων πρῶτον ἤρξαντο οἱ ἔπαινοι λέγεσθαι τοῖς ἀποθνῃσκομένοις, ἑκκαίδεκα ἔτεσιν. *Poſterior autem eſt Marathonia pugna Bruti ſepultura, ſiquidem ab illis primum inceperint laudationes dici mortuis, ſedecim annis*. Bruti autem iſtius mors, ut conſulatus, incidit in Olymp. LXVIII. annum I. a quo ſi deinceps annos ſedecim putes, iuſtum ſane invenies calculum; & poſt mortem decimus ſextus, quem conſtituit Dionyſius, erit primus Olymp. LXXII. quo hic Archon Diognetus. Sulpitius adſignat annum ab urbe condita ducenteſimum, & ſexageſimum. Ecce verba Hiſt. Sacrae lib. II. *Hic (Darius) ante quadriennium quam decederet, apud Marathonem pugnavit, celeberrimo Graecis, Romaniſque Hiſtoriis proelio. Id geſtum poſt Romam conditam anno fere ducenteſimo, & ſexageſimo, Macerino, & Augurino Conſulibus*. Eodem modo A. Gellius lib. XVII. cap. XXI. *Ducenteſimo deinde, & ſexageſimo anno poſt Romam conditam, aut non longe amplius, victos eſſe ab Athenienſibus Perſas memoriae traditum eſt, pugna illa incluta Marathonia, Miltiade duce*. Conſentit etiam iſte calculus; nam a Romae urbis conditu, qui in annum primum incidit Olympiadis ſeptimae, ſi ducentos ſexaginta deinde numeres, hunc eumdem annum invenies. Ait vero Sulpitius, *anno fere ducenteſimo, & ſexageſimo*; A. Gellius; *aut non longe amplius*; quod diverſus aliorum ſenſus eſſet, qui biennio prius conditam urbem Romam adfirmabant, nempe Olympiadis VI. anno III. Itaque Sigonius errat, qui in huius Olympiadis LXXII. annum III. pugnam celeberrimam refert, & Phaenippum Archontem memorat; poſt quem magiſtratu functus Ariſtides (a). De Phaenippo quidem Archonte auctorem Plutarchum habet, qui Phanippum eum nominat in Ariſtide iſtis verbis. Μετὰ δὲ Φάνιππον, ἐφ' οὗ τὴν ἐν Μαραθῶνι μάχλῳ ἐνίκων, εὐθὺς Α'ριστείδης ἄρχων ἀναγέγραπται. *Poſt autem Phanippum, ſub quo Marathoniam pugnam vicerunt, ſtatim Ariſtides Archon inſcriptus eſt*. Sed de tempore nihil dicit. Phanippi autem meminit etiam Scholiaſtes Comici Avibus; ubi filium eius Calliam equo mox viciſſe ait Olymp. LXXIV. Ὁ πρῶτος γὰν Καλλίας Φανίππου πατρός ἐστιν, ὁ νενικηκὼς ἵππῳ τὸν τετάρτῳ, καὶ ἑβδομηκοστὴν Ὀλυμπιάδα. *Primus igitur Callias ex Phanippo patre eſt, qui vicit equo quarta, & ſeptuageſima Olympiade*. Ita emendo; nam perperam editur, τὴν τετάρτην καὶ πενηκοστὴν Ὀλυμπιάδα. *Quartam, & quinquageſimam Olympiadem*. Origo mendi e corruptione numerorum. Quamquam ſane controverſia de hoc eius magiſtratu olim mota; quum Demetrius Phalereus poſt certaminis Plataeenſis tempus referat. Plutarchus in eius Vita. Μετὰ τὴν ἐν Πλαταιαῖς μάχλῳ ἦρξεν (ὁ Α'ριστείδης) ὡς αὐτὸς ὁ Δημήτριος γέγραφε. *Poſt Plataeenſem pugnam Archon fuit (Ariſtides) ut ipſe Demetrius ſcripſit*. Et mox iterum. Καίτοι φησὶν ὁ Φαληρεὺς Δημήτριος, ἄρξαι τὸν ἄνδρα μικρὸν ἔμπροσθεν τοῦ θανάτου, μετὰ τὴν ἐν Πλαταιαῖς μάχλῳ. *Quamvis dicit Phalereus Demetrius, Archontem fuiſſe virum paulo ante mortem poſt Plataeenſem pugnam*. Atqui haec accidit Olymp. LXXV anno II. quod annorum tredecim eſt intervallum.

CAP. V.

Hybrilides Archon, & Anchiſes; ſub quo ſtadio victor Aſtylus, qui duabus etiam poſt Olympiadibus. De eo Anonymus in Deſcriptione ſua Olympiadum explicatus, & correctus. Euſebius vero, item Diodorus Siculus emendati. Chionides, & Dinolochus comicus, uterque floruere.

POſt Diognetum Hybrilides fuit, Olympiadis nominatae anno ſecundo. Male autem is Hybrilides apud Sigonium. Ita Anonymus eum nominat; & Dionyſius Halicarn. lib. VII. Ἡ μὲν εἰς Σικελίαν ἀποδοχθεῖσα πρεσβεία, κατὰ τὸν δεύτερον ἐνιαυτὸν τῆς ἑβδομηκοστῆς καὶ δευτέρας Ὀλυμπιάδος ἐξέπλευσεν, ἄρχοντος Α'θήνησιν Ὑβριλίδου. *In Siciliam quidem deſti-*

(a) Sed de Ariſtide Epochae Graecorum confirmant. Α'φ' οὗ Σιμωνίδης ὁ Σιμονίδου πάππος τοῦ ποιητοῦ ποιητὴς ὢν καὶ ..... νησι καὶ Δαρεῖος τελευτᾷ, Ξέρξης δὲ ὁ υἱὸς βασιλεύει ..... ΔΠ ἄρχοντος Α'θήνησιν Αριστείδου. *Ex quo Simonides Simonidis poetae avus, ipſe etiam poeta, & ..... & Darius obiit, Xerxes autem filius eius regnavit ..... XV. Archonte Athenis Ariſtide.* Suppleti autem numeri rationes vide apud *Seldenum*, ex quibus probabiliter exſiſtit in hunc annum Ariſtidis Magiſtratum incidere.

Digitized by Google

deſtinata legatio, circa ſecundum annum ſeptuageſimae, & ſecundae Olympiadis ſolvit, Archonte Athenis Hybrilide. Item Pauſanias Eliac. II. Γέλων ὁ, ὁ Σικελίας τυραννήσας, Συρακόσας ἔσχεν, Ὑβριλίδου μὲν Ἀθηνησιν ἄρχοντος, δευτέρῳ δὲ ἔτει τῆς δευτέρας καὶ ἑβδομηκοστῆς Ὀλυμπιάδος. *Gelon vero Siciliae tyrannus, Siracuſas tenuit, Hybrilide quidem Athenis Archonte, ſecundo autem anno ſecundae & ſeptuageſimae Olympiadis.* Poſt hunc duo ignorantur (a); inde Anchiſes memoratur ab Anonymo Olymp. LXXIII anno I. quo ſtadio victor Aſtylus Crotoniates. Dionyſius Halicarn. lib. VIII. Κατὰ τὴν ἑβδομηκοστὴν καὶ τρίτην Ὀλυμπιάδα, καθ' ἣν ἐνίκα στάδιον Ἄστυλος Κροτωνιάτης, ἄρχοντος Ἀθήνῃσιν Ἀρχίσου. *Septuageſima, & tertia Olympiade, qua vicit ſtadium Aſtylus Crotoniates, Archonte Athenis Archiſo.* Hic ille eſt, cuius meminit Plato De Leg. lib. VIII. Καὶ δὴ καὶ Κρίσωνα, καὶ Ἄστυλον, καὶ Διόπομπον, καὶ ἄλλους παμπόλλους, ὁ αὐτός του λόγος ἔχει. *Etiamque Criſſonem, & Aſtylum, & Diopompum, & alios complures eadem narratio habet.* Et Plinius lib. XXXIV. cap. VIII. *Eumdem vicit & Leontius, qui fecit ſtadiodromon Aſtylon, qui Olympiae oſtenditur.* Et Clemens Strom. III. Φασὶ δὲ καὶ ἀθλητὰς ὑπ' ὀλίγους ἀφροδισίων ἀπέχεσθαι, δι' ἄσκησιν σωματικὴν ἐγκρατευομένους, καθάπερ τὸν Κροτωνιάτην Ἄστυλον, καὶ Κρίσωνα τὸν Ἱμεραῖον. *Inquiunt autem etiam luctatores non paucos venereis non uti, ob exercitationem corporis continentes, quemadmodum Crotoniatem Aſtylum, & Criſonem Himeraeum.* Emendandus autem Euſebius Chron. I. apud quem Ἀσύαλος ſcribitur. Ἑβδομηκοστὴ τρίτη (Ὀλυμπιὰς) Ἀσύαλος Κροτωνιάτης στάδιον. *Septuageſima tertia (Olympias) Aſtyalus Crotoniates ſtadium.* Repone, Ἄστυλος Κ. Iſque duabus etiam ſequentibus Olympiadibus victor apud eumdem memoratur; qua in re diſſentiunt alii; nam in proxime ſequenti LXXIV victor quidem ab Anonymo Aſtylus dicitur, ſed Syracuſanus ille, non ut hic Crotoniates. Ecce verba eius illic. Ἄστυλος Συρακούσιος στάδιον. *Aſtylus Syracuſius ſtadium.* Et apud Dionyſium Halicarnaſſeum lib. VIII. Τῷ ἑξῆς ἐνιαυτῷ τῆς ἑβδομηκοστῆς, καὶ τετάρτης Ὀλυμπιάδος ἐνεστώσης, ἣν ἐνίκα στάδιον Ἄστυλος Συρακούσιος. *Sequenti anno ſeptuageſimae, & quartae Olympiadis labente, qua vicit ſtadium Aſtylus Syracuſius.* Iam in LXXV Olympiade Aſychus commemoratur ab Anonymo. Ἄσυχος Συρακούσιος στάδιον. *Asychus Syracuſius ſtadium.* Et apud Diodorum Siculum lib. XI. Ἤχθη ὑπ' Ἠλείοις Ὀλυμπιὰς πέμπτη πρὸς ταῖς ἑβδομήκοντα, καθ' ἣν ἐνίκα στάδιον Ἄσυχος Συρακούσιος. *Acta eſt autem apud Eleos Olympias quinta & ſeptuageſima, qua vicit ſtadium Asychus Syracuſius.* Sive ut alia exemplaria illic habent, Ἄσυλος Συρακούσιος. *Asylus Syracuſius.* Sed diſſidium hoc componam. Vere Euſebius, & ter victor Aſtylus iſte; ſed Crotoniates quum eſſet, in Hieronis regis gratiam duabus poſterioribus victoriis Syraculanum ſe pronuntiari curavit; qua re offenſi Crotoniatae, domum eius deinceps carcerem effecerunt; ſtatuamque in Iunonis Lacedaemoniae dedicatam everterunt. Narrat Pauſanias Eliac. II. Ἄσυλος ὁ Κροτωνιάτης, Πυθαγόρου μέν ἐσιν ἔργον. τρεῖς δὲ ἐφεξῆς Ὀλυμπιάδας σταδίῳ τε καὶ διαύλου νίκας ἔχει· ὅτι ὁ ἐν δύο ταῖς ὑστέραις ἐς χάριν τὴν Ἱέρωνος τοῦ Δεινομένους ἀνηγόρευσεν ἑαυτὸν Συρακούσιον, τούτων ἕνεκα οἱ Κροτωνιάται τὴν οἰκίαν αὐτοῦ δεσμωτήριον εἶναι κατέγνωσαν, καὶ τὴν εἰκόνα καθεῖλον, παρὰ τῷ Ἥρᾳ τῷ Λακεδαιμονίᾳ (b) κειμένῃ. *Aſtylus autem Crotoniates, Pythagorae quidem eſt opus. Tribus vero ſubſequentibus Olympiadibus ſtadii, & diauli victorias obtinet. Quia autem in duabus poſterioribus in gratiam Hieronis Dinomenis filii pronuntiavit ſe Siracuſium, ob haec Crotoniatae domus eius carcer ut eſſet ſtatuerunt, & ſtatuam ſuſtulerunt, ad Iunonis Lacedaemoniae ſitam.* Ergo apud Anonymum in Olymp. LXXV. & Diodorum reſcribendum Ἄσυλος pro Ἄσυχος, aut Ἄσυλος. Porro ſub Anchiſe Archonte Chionides floruiſſe fertur. Anonymus iſtic. Χιονίδης, ὁ κωμικὸς τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας ἤκμαζεν. *Chionides comicus veteris comoediae floruit.* Quibus conſentit, quod Suidas ait, floruiſſe ante Perſicum bellum annis VIII. Χιονίδης Ἀθηναῖος, κωμικὸς τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας· ὃν καί λέγουσι πρωταγωνιστὴν γενέσθαι τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας, διδάσκειν δὲ ἔτεσιν ὀκτὼ πρὸ τῶν Περσικῶν. *Chionides Athenienſis, comicus veteris comoediae. Quem etiam aiunt primarum partium fuiſſe veteris comoediae, docuiſſe autem annis octo ante Perſica.* Anno enim poſt octavo, ideſt primo Olymp. LXXV. Xerxes contra Graecos profectus eſt; uti infra in eius temporis Archonte dicam. Dinolochum quoque eodem tempore Anonymus memorat, & Suidas in Δεινόλοχος.

CAP. VI.

Lacratides Archon. Eius tempore frigus maximum. Poſtea Phaedon, ſub quo oraculum datum Athenienſibus, uti Theſei oſſa repeterent, & relata honorarent. Inde Leoſtratus, ſub quo Aſtylus iterum ſtadio; Ageſidamus, & Euthymus pugilatu victores fiunt. Inde Nicodemus Archon.

QVi Anchiſen tres ſequuntur ab Anonymo non dicuntur. Sigonius primo poſt eum loco Lacratidem ponit, coniectura tantum ductus. Fuit ille quidem Archon Darii tempore, & inſignem magiſtratum frigore habuit, tam ingenti, ut conſtringerentur omnia, & ex eo frigida omnia Λακρατίδου dicerentur; ſed quo anno illud fuerit plane incertum. Ariſtophanis verſus eſt Acharnenſibus.

Καὶ

(a) Ariſtides tamen ignorari non videtur, & ad caput praecedens innuimus.

(b) *Iac. Gronovius Praefatione Tomi IV. ſui Graecarum Antiquitatum Theſauri* haec adnotat ad hunc locum. *Vides citari*, inquit, *locum Pauſaniae, unde pateret Crotonienſibus multum iuris fuiſſe in Iunonem, quae illic cognominatur* Λακεδαιμονία; *ex quibus prius eſt optime notum in ipſa urbe habuiſſe eos aedem illius Deae; ſed poſterius de cognomine prorſus obſcurum, ut inde oporteat, liceatque dubitare, an Pauſanias non ſcripſerit* παρὰ τῇ Ἥρᾳ τῇ Λακινίᾳ, *quod tu, docte Lector, iudica &c.*

Digitized by Google

Καὶ παλαιῷ Λακρατίδῃ τὸ σκέλ@ βαρύνε῀. *Et ſenem Lacratidam crura gravantur.* Vbi Scholiaſtes. Λακρατίδης, ἀρχαῖ@ ἄρχων Α'θήνῃζιν, ὡς κ᾽ Φιλόχορ@. ἦρξε δ᾽ ἐπὶ τῶν χρόνων Δαρείου. ἐφ᾽ οὗ πλείστη χιὼν ἐγένε῀το, καὶ ἀπέπηξε πάντα, ὡς μὴ δύνασθαί τινα προϊέναι. διόπερ τὰ ψυχρὰ πάντα, Λακρατίδου ἐκάλεων. *Lacratides, vetus Archon Athenis, ut & Philochorus; Archon vero fuit temporibus Darii. Sub quo multa nix cecidit, & conſtrinxit omnia, ita ut non potuerit quis procedere. Propterea frigida omnia Lacratidae vocabant.* Quae totidem verbis etiam apud Suidam habes in Λακρατίδης. Meminitque Heſychius in eadem dictione. AEque incertum, quonam anno Phaedon fuerit; quem fuiſſe tamen certum poſt devictos apud Marathonem Medos; nempe circa hoc ipſum tempus. Ac ſub eo oraculum datum Athenienſibus, ut Theſei oſſa recuperarent. Plutarchus in Vita Theſei. Χρόνοις δ᾽ ὕſερον Α'θηναίοις ἀλλά τε παρέσχησεν ὡς ἥρωα τιμᾶν Θησέα, καὶ τῶν ἐν Μαραθῶνι πρὸς Μήδους μαχομένων ἔδοξαν οὐκ ὀλίγοι φάσμα Θησέως ἐν ὅπλοις καθορᾶν πρὸ αὐτῶν, ἐπὶ τοὺς βαρβάρους φερόμενον. Μετὰ δὲ τὰ Μηδικὰ, Φαίδων@ ἄρχοντ@, μαντευομένοις τοῖς Α'θηναίοις ἀνεῖλεν ἡ Πυθία, τὰ Θησέως ἀναλαβεῖν ὀſᾶ, καὶ θεμένους ἐντίμως παρ᾽ αὐτοῖς φυλάττειν. *Temporibus autem poſterioribus Athenienſibus alia placuerunt, nempe heroem colere Theſeum, & eorum, qui in Marathone contra Medos pugnaverant, putarunt non pauci ſpectrum Theſei in armis vidiſſe ante ſe, in barbaros ruens. Poſt vero Medica Phaedone Archonte, conſulentibus oraculum Athenienſibus reſpondit Pythia, Theſei ſuſcipere oſſa, & condita honorifice apud ipſos cuſtodiri.* Et fuit hic ipſe Phaedon iterum Archon poſt devictos apud Salaminem Perſas Olymp LXXVI anno I; item tertium, Olymp. LXXVII anno IV. ſuntque inter primum eius magiſtratum, ultimumque anni inſtar decem, & octo (a). Olympiad. LXXIV anno I Leoſtratus fuit. Nominatur ab Anonymo in illo tempore; meminitque Dionyſius Halicarn. lib. VIII. Τῷ δὲ ἑξῆς ἐνιαυτῷ τῆς ἑβδομηκοσῆς καὶ τετάρτης Ο'λυμπιάδ@ ἐνεſώσης, ἦν ἐνίκα ſάδιον Α'ſυλλ@ ὁ Συρακúσι@, Α'θήνησι δ᾽ ἄρχων ἦν Λεώſρατ@. *Sequenti anno ſeptuageſimae, & quartae Olympiadis labentis, qua vicit ſtadium Aſtyllus Syracuſius, Athenis vero Archon erat Leoſtratus.* Stadio tunc iterum victor Aſtylus fuit, de quo dictum in ſuperiori capite. Ageſidamus Locrus Epizephyrius puer pugilatu; Euthymus, Aſtyclis filius, eadem patria oriundus, virili pugilatu vicit. De utroque iſta ſunt Anonymi verba. Α'γησίδαμ@ Λοκρὸς Ε'πιζεφύρι@ παῖς πυγμῇ. Εὔθυμ@ Α'ſυκλέους Λοκρὸς Ε'πιζεφύρι@ ἀνδρῶν πυγμήν. *Ageſidamus Locrus Epizephyrius puer pugilatu. Euthymus Aſtyclus filius Locrus Epizephyrius virorum pugilatu.* De Ageſidamo eſt Pindari Olymp. Ode x. inſcripta. Α'γησιδάμῳ Λοκρῷ Ε'πιζεφυρίῳ, παιδὶ, πύκτῃ. *Ageſidamo Locro Epizephyrio, puero, pugili.* Vbi Scholiaſtes. Ἐνίκησε δὲ ὅτ@ ὁ Α'γησίδαμ@ τὴν ἑβδομηκοſὴν τετάρτην Ο'λυμπιάδα. *Vicit vero hic Ageſidamus ſeptuageſima quarta Olympiade.* De Euthymo Pauſanias Eliac. II. Τὰ δὲ ἐς Εὔθυμον τὸν πύκτην, ἃ μὲ εἰκὸς ὑπερβαίνειν ἦν τὰ ἐς τὰς νίκας αὐτῷ καὶ τὰ ἐς δόξαν ὑπάρχοντα τὴν ἄλλην. Γένο@ μὲν δὴ ἦν ὁ Εὔθυμ@ ἐκ τῶν ἐν Ἰταλίᾳ Λοκρῶν οἳ χώραν τὴν πρὸς τῷ Ζεφυρίῳ τῇ ἄκρᾳ νέμονται. πατρὸς δὲ ἐκαλεῖτο Α'ſυκλέους, ἀνελομένῳ δέ οἱ πυγμῆς ἐν Ο'λυμπίᾳ νίκην τετάρτῃ πρὸς ταῖς ἑβδομήκοντα Ο'λυμπιάδι, ἃ κατὰ τὰ αὐτὰ ἐς τὴν ἐπιοῦσαν Ο'λυμπιάδα ἔμελλε χωρήſειν. *Quae ad Euthymum pugilem, non decorum mihi tranſire ea, quae ad eius victorias, & quae ad gloriam ſuperſunt reliqua. Genere quidem erat Euthymus ex Italicis Locris, qui regionem ad Zephyrium promontorium poſſident. Patre autem vocabatur Aſtycle, auferente vero ex pugilatu Olympico victoriam Olympiade quarta, & ſeptuageſima, non eadem eventura erant inſequuta Olympiade.* Anno ſecundo inſequente magiſtratu eſt potitus Nicodemus; quem Sigonius ignoravit. Meminit eius ibi Anonymus, & Dionyſ. Halicarn. libro citato. Παραλαμβάνυσι δὲ τὴν ὑπατείαν κατὰ τὸ ἑβδομηκοſὸν καὶ διακοσιοſὸν ἔτ@ ἀπὸ τῆ συνοικισμῆ τῆς Ῥώμης, Λεύκι@ Αἰμίλι@ Μαμέρκυ υἱὸς, καὶ Καίσων Φάβι@ Καίσων@ υἱὸς, ἄρχοντ@ Α'θήνησι Νικοδήμυ. *Acceperunt conſulatum circa ſeptuageſimum, & ducenteſimum annum a condita Roma, Lucius AEmilius Mamerci filius, & Caeſo Fabius Caeſonis filius, Archonte Athenis Nicodemo.* Non hic quidem Olympiadem, aut annum nominat; verum tamen dugenteſimus ſeptuageſimus Vrbis conditae, quem commemorat in ſecundum Olympiadis ſeptuageſimae quartae incidit. Ergo certum eſt, quod dico.

CAP. VII.

Aphepſion archon; ſub quo, uti quidam volunt, Socrates natus. Diogenis Laertii locus reſtitutus. Cimon oſſa Theſei in Scyro ſolerter inventa, Athenas refert. Plutarchus emendatur. Pherecydes Lerius Hiſtoricus floret.

PRoximus Archon ignoratur; quem ſequutus Aphepſion, Olympiad. nominatae anno quarto. Neque hunc Sigonius ſcivit. Sunt qui Socratem hoc archonte natum velint. Anonymus in Deſcript. Olymp. Ο'λυμπιὰς ἑβδομηκοſὴ τετάρτη, ἔτος τέταρτον· Α'φεψίων (ἄρχων·) Σωκράτης ἐγεννήθη. *Olympias ſeptuageſima quarta, annus quartus. Aphepſion (Archon) Socrates natus eſt.* Nam alii eum natum ferunt Olymp. LXXVII. anno IV. quo ſupremum magiſtratum Phaedon tenuit, ut mox dicam, quum de eo ſum acturus. Diogenes Laertius ſe confundit in Vita Socratis

(a) Olympiadis LXXIII. anno III. Archontem Athenis fuiſſe Philocratem Epochae Graecorum dubitare non ſinunt. Α'φ᾽ οὗ Αἰσχύλος ὁ ποιητὴς τραγῳδίᾳ πρῶτον ἐνίκησε, καὶ Εὐριπίδης ὁ ποιητὴς ἐγένετο καὶ Στεſίχορος ποιητὴς τὴν Ε'λλάδα . . . ὁ ἔτη ΗΗΔΔΙΙ. ἄρχοντ@ Α'θήνησι Φιλοκράτους. *Ex quo AEſchylus Poeta tragoedia primum vicit, & Euripides Poeta natus eſt, & Stesichorus Poeta Graeciam . . . . . anni CCXXII. Archonte Athenis Philocrate.*

Digitized by Google

tis lib. 11. Ἐγχωνήθη ὅ, καθά φησιν Ἀπολλόδωρος ἐν τοῖς Χρονικοῖς, ἐπὶ Ἀφεψίωνος, ἐν τῷ τε τάρτῳ ἔτει τῆς ἑβδομηκοστῆς ἑβδόμης Ὀλυμπιάδος. *Natus autem est, prout dicit Apollodorus in Chronicis, sub Aphepsione, anno quarto septuagesimae septimae Olympiadis.* Nam ecce Aphepsionem nominat, & Olympiadis septuagesimae septimae annum quartum, quum ab illo archonte ad istum annum intervallum sit annorum duodecim. Censeo autem, mutilum esse istum locum; ac voluisse utramque de eius nativitate sententiam tradere; itaque in medio excidisse aliquot verba, ob concursum eiusdem anni in diversa Olympiade. Quam ob rem scribendum erit. ἐπὶ Ἀφεψίωνος, ἐν τῷ τετάρτῳ ἔτει τῆς ἑβδομηκοστῆς τετάρτης Ὀλυμπιάδος· ἢ, ὡς ἄλλοι, ἐπὶ Φαίδωνος, ἐν τῷ τετάρτῳ ἔτει τῆς ἑβδομηκοστῆς ἑβδόμης Ὀλυμπιάδος. *Sub Aphepsione, quarto anno septuagesimae quartae Olympiadis. Aut ut alii sub Phaedone, quarto anno septuagesimae septimae Olympiadis* (a). Porro ipso hoc archonte, Thesei ossa, in Scyro inventa, Athenas Cimon reduxit; quam ob rem honori eius celeberrimum tragoedorum iudicium constitutum est. Praeclarus est Plutarchi locus in Vita Cimonis, quem adscribere non pigebit, ut emendem etiam obiter. Πυνθανόμενος ὅ (ὁ Κίμων) τὸν παλαιὸν Θησέα, τὸν Αἰγέως, φυγόντα μὲν ἐξ Ἀθηνῶν εἰς Σκῦρον, αὐτοῦ δ' ἀποθανόντα διὰ φόβον, ὑπὸ Λυκομήδους τοῦ βασιλέως, ἐσπούδασε τὸν τάφον ἀνευρεῖν· ἦν γὰρ χρησμὸς Ἀθηναίοις, τὰ Θησέως λείψανα ἀνακομίζειν εἰς ἄστυ, καὶ τιμᾶν ὡς ἥρωα πρεπόντως· ἀλλ' ἠγνόουν ὅπου κεῖται, Σκυρίων οὐκ ὁμολογούντων, οὐδ' ἐώντων ἀναζητεῖν. τότε δὴ πολλῇ φιλοτιμίᾳ τοῦ σηκοῦ μόγις ἐξευρεθέντος, ἐνθέμενος ὁ Κίμων εἰς τὴν ἑαυτοῦ τριήρη τὰ ὀστᾶ, καὶ τἄλλα κοσμήσας μεγαλοπρεπῶς, κατήγαγεν εἰς τὴν αὑτοῦ, δι' ἐτῶν σχεδὸν ὑ. ἐφ' ᾧ καὶ μάλιστα πρὸς αὐτὸν ἡδέως ὁ δῆμος ἔσχεν· ἔθεντο δὲ εἰς μνήμην αὐτοῦ καὶ τὴν τῶν τραγῳδῶν κρίζιν, ὀνομαστὴν γιγνομένην. πρώτην γὰρ δι δασκαλίαν τοῦ Σοφοκλέους ἔτι νέου καταθέντος, Ἀφεψίων ὁ ἄρχων, φιλονεικίας οὔσης, καὶ παρατάξεως τῶν θεατῶν, κριτὰς μὲν οὐκ ἐκλήρωσε τοῦ ἀγῶνος. *Quum autem intellexisset (Cimon) veterem Theseum, filium AEgei, fugientem quidem Athenis ad Scyrum, ibi vero mortuum prae metu, de Lycomede rege, conatus est sepulcrum invenire. Etenim erat oraculum Atheniensibus, ut Thesei reliquias reportarent in urbem, & colerent ut heroem decenter. Sed ignorabant ubi situs esset, Scyriis non fatentibus, neque sinentibus inquirere. Tunc igitur multa industria conditorio aegre adinvento, imponens Cimon in suam triremem ossa, & alia adornans magnifice, deduxit in patriam suam, post annos prope quadringentos. Ob quam rem & potissimum ad eum facilem se populus gessit. Constituerunt autem in memoriam eius & tragoedorum iudicium celebre factum. Primam enim scenae doctrinam Sophocle adhuc iuvene instituente, Aphepsion Archon, quum esset contentio, & concertatio spectatorum, iudices quidem certaminis non legit sorte.* Et quae sequuntur. Vbi quod de annis quadringentis ait, certe mendum est; siquidem a morte Thesei ad archontem Aphepsionem anni sunt plures septingentis. Sine dubio octingentos Plutarchus scripsit; itaque restituendum, δι' ἐτῶν σχεδὸν ω. Et procliyis sane lapsus est in numeris υ. & ω. Denique sub Aphepsione Pherecydes etiam Lerius Historicus floruisse dicitur. Anonymus ibidem. Φερεκύδης Λέριος, ἱστορικὸς, ἤκμαζεν. *Pherecides Lericus historicus floruit.* Ac consentit Suidas, qui ait fuisse paulo ante Olympiadem LXXV. Φερεκύδης Λέριος, ἱστορικὸς, γεγονὼς πρὸ ὀλίγου τῆς ἑβδομηκοστῆς πέμπτης Ὀλυμπιάδος. *Pherecides Lerius, historicus, natus paulo ante septuagesimam quintam Olympiadem.*

CAP. VIII.

Callias, aut potius Calliades, archon. Anonymus, Diogenes Laertius, & Thomas Magister emendati. Xerxes in Atticam traiicit, eam vastat, Athenas incendit & ad Salaminem vincitur. Euripides nascitur.

Post Aphepsionem Callias memoratur ab Anonymo Olymp LXXV. anno I. Meminitque eius etiam Diogenes Laertius in Anaxagora lib. 11. Ἤρξατο ὁ φιλοσοφεῖν Ἀθήνησιν ἐπὶ Καλλίου, ἐτῶν εἴκοσιν ὤν. *Incepit autem philosophari Athenis sub Callia, annos viginti habens.* Et Thomas Magister in Vita Euripidis. Γεννηθὲς δὲ ἐν Σαλαμῖνι, τῇ πρὸ τῆς Ἀττικῆς νήσῳ, ἐπὶ Καλλίου ἄρχοντος κατὰ τὴν πέμπτην καὶ ἑβδομηκοστὴν Ὀλυμπιάδα. *Natus vero in Salamine, ante Atticam insula, sub Callia Archonte, quinta & septuagesima Olympiade.* Verum apud Anonymum istum Καλλιάδης; apud Diogenem, & Thomam Magistrum ἐπὶ Καλλιάδου, rescribendum est. Primo enim ipse Diogenes fidem facit in Vita Socratis. Ἀμφότεροι δὲ ἤκουσαν Ἀναξαγόρου, καὶ ὅτος, καὶ Εὐριπίδης· ὃς καὶ τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς ἑβδομηκοστῆς πέμπτης Ὀλυμπιάδος ἐγεννήθη, ἐπὶ Καλλιάδου. *Ambo autem audiverunt Anaxagoram, & ipse & Euripides. Qui etiam primo anno septuagesimae quintae Olympiadis natus est sub Calliade.* Dionysius, Halicarn. lib. IX. Ἐπὶ τῆς ἑβδο-

(a) At Diogenis sententiam, & incorruptam lectionem quoad Olympiadem firmant Epochae Graecorum, non tamen quoad annum: nam anno III. Aphepsionis magistratum memorant. Ἀφ' ὃ Σοφοκλῆς Σοφίλλου ἐκ Κολωνοῦ ἐνίκησε τραγῳδίᾳ, ἐτῶν ὢν ΔΔΠΙΙΙ ἔτει ΗΗΠΙ. Ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἀφεψίωνος. *Ex quo Sophocles Sophilli F. ex Colono, tragoedia vicit, natus scilicet annos* XXVIII. *anni* CCVI. *archonte Athenis Apsephione. Ioannes Seldenus* in Canone Chronico: *Sed ad amussim ferme consentiunt noster & Apollodorus apud Laertium, qui Olympiadis* LXXVII *anno* IV. *sub Apsephione, aut Apsephione, uti nostro vocatur, Archonte natum scribit. Et tam de anno natalium expresse Olympiadum ἀναγραφὴ, quam de mortis adstipulatur.* Et mox: *Neque omnino ulla Laertii loco, in Vita Socratis, de hac re medela opus est, quam tamen adtulit vir doctissimus, tam Aphepsionis & Phaedonis nominibus, apud Scriptores, annum designantibus, quam iteratis forte Aphepsionis praeturis, ni fallor ipse, deceptus: nec tamen sine exemplo. Vides is* Ἀναγραφὴν *Olympiadum Olympiad.* ΟΔ. *anno* III. *& Ioan. Meursium de Archontibus Lib.* II. *Cap* VII. *&* XII. *Nam per totum annum tres praetura, quo Socratem natum aiunt, aut Aphepsion magistratum gessit, Phaedon etiam, nescio quare, vocatus; aut suffectus est ei mortuo Phaedon, qui quod reliquum erat anni incepti implevit. Vides is Fastos Atticos, & Suidam.* Haec ille.

Digitized by Google

ἑβδομηκοστῆς καὶ πέμπτης Ὀλυμπιάδος, ἄρχοντος Ἀθήνησι Καλλιάδα. *Septuagesima, & quinta Olympiade, Archonte Athenis Calliade.* Diodorus Siculus lib. XI. Ἐπ' ἄρχοντος γὰρ Ἀθήνησι Καλλιάδου Ῥωμαῖοι κατέστησαν ὑπάτους, Σπόριον Κάσσιον, καὶ Πρόκλον Οὐεργίνιον Τρίκοστον, ἤχθη δὲ καὶ παρ' Ἠλείοις Ὀλυμπίας πέμπτη πρὸς ταῖς ἑβδομήκοντα. *Sub Archonte enim Athenis Calliade Romani constituerunt consules, Spurium Cassium, & Proclum Verginium Tricostum. Acta fuit vero apud Eleos Olympias quinta super septuaginta.* Neque aliter ab Herodoto, & Eusebio nominatur in citandis statim verbis (a). Hoc archonte in Graeciam traiecit Xerxes, Atticam vastavit, Athenas incendit, proelio inde ad Salamina superatus. Anonymus ibi. Διάβασις Ξέρξου εἰς Ἑλλάδα. Ξέρξης εἰς τὴν Ἀττικὴν ἐμβαλὼν, τὴν μὲν χώραν ἐδήωσε, τὰς δὲ Ἀθήνας κατέσκαψε, καὶ τοὺς ναοὺς ἐνέπρησεν. ἡ ἐπὶ Σαλαμῖνι ναυμαχία. *Traiectus Xerxis in Graeciam. Xerxes in Atticam irruptione facta, regionem quidem populatus fuit, Athenas vero evertit, & templa incendit. Ad Salamina navalis pugna.* Herodotus lib. VIII. Ἀπὸ δὲ τῆς διαβάσεως τοῦ Ἑλλησπόντου, ἔνθεν πορεύεσθαι ἤρξαντο οἱ βάρβαροι, ἕνα αὐτοῦ διατρίψαντες μῆνα, ἐν τῷ διέβαινον εἰς τὴν Εὐρώπην, ἐν τρισὶ ἑτέροις μησὶ ἐγένοντο ἐν τῇ Ἀττικῇ, Καλλιάδεω ἄρχοντος Ἀθηναίοισι. *A traiectu vero Hellesponti, unde procedere coeperunt barbari, postquam unum ibi trivissent mensem, ad traiiciendum in Europam, tribus aliis mensibus fuerunt in Attica, Calliade Archonte apud Athenienses.* Eusebius Chron. II. Ξέρξης εἰς Ἀθήνας ἐλθὼν, ἐνέπρησεν αὐτὰς, ἐπὶ Καλλιάδου Ἀθηναίων ἄρχοντος. *Xerxes Athenas perveniens, combussit illas, sub Calliade Archonte.* Thomas Magister in Vita Euripidis. Κατὰ τὴν πέμπτην καὶ ἑβδομηκοστὴν Ὀλυμπιάδα, ὅτε καὶ τὸ τοῦ Ξέρξου ναυτικὸν κατεναυμαχήσαν Ἀθηναῖοι. *Quinta, & septuagesima Olympiade, quando & Xerxis classem navali pugna superarunt Athenienses.* Meminit quoque Diogenes Laertius in Anaxagora lib. II. quum ait, eum tunc vicesimum aetatis annum habuisse, idque vere; quippe qui natus Olymp. LXX. anno I. ut supra dixi. Verba eius ecce ista. Λέγεται ὃ κατὰ τὴν Ξέρξου διάβασιν εἴκοσιν ἐτῶν εἶναι. *Dicitur autem circa Xerxis traiectum viginti annorum fuisse.* Et Euripidi annus hic natalis fuit. Anonymus ibidem. Εὐριπίδης ἐγεννήθη. *Euripides natus est.* Diogenes in citatis paulo ante verbis. Καὶ Εὐριπίδης, ὃς ἐγ τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς ἑβδομηκοστῆς πέμπτης Ὀλυμπιάδος ἐγεννήθη ἐπὶ Καλλιάδου. *Et Euripides, qui & primo anno septuagesimae quintae Olympiadis natus est sub Calliade.* Suidas in Εὐριπίδης. Ἐν δὲ τῇ διαβάσει Ξέρξου ἐκυοφορεῖτο ὑπὸ τῆς μητρὸς, ἐγ ἐτέχθη, καθ' ἣν ἡμέραν Ἕλληνες ἐτρέψαντο τοὺς Πέρσας. *Ipso vero traiectu Xerxis conceperat eum mater, & natus est die, quo Graeci fugarunt Persas.* Idem narrat Thomas Magister in Vita eius.

CAP. IX.

Xanthippus, aut Xanthippides archon. Pugna ad Plataeas, & Mycalen. Timosthenes archon. Vrbem Athenienses muniunt, & Pyraeeum. Megacles quadrigis vincit. Scholiastes Pindari correptus. Pythias prima quando instituta fuerit. Telesicrates Cyrenaeus cursu armato. Thrasidaeus Thebanus puer stadio; Hieron Syracusanus equo singulari vincit. Etiam Themistocles, choragum agens, docente Phrynicho. Anonymi error indicatus. Suidae locus emendatus. Adimantus archon. Piraeei munitio absoluta.

ANno proxime insequente (b) Xanthippus fuit. Ita eum Anonymus nominat, & Diodorus lib. XI. Ἐπ' ἄρχοντος τὸ δ' Ἀθήνησι Ξανθίππου, Ῥωμαῖοι μὲν καθέστησαν ὑπάτους Κόϊντον Φάβιον Σιλουανὸν, καὶ Σερούϊον Κορνήλιον Τρίκοστον. *Sub Archonte autem Athenis Xanthippo, Romani quidem constituerunt consules Quintum Fabium Silvanum, & Servium Cornelium Tricostum.* Sub hoc proelium uno, eodemque die ad Plataeas, Mycalemque est commissum. Anonymus illic. Ἡ περὶ Πλαταιὰς μάχη, ἣ ἡ περὶ Μυκάλῃ, κατὰ τὴν αὐτὴν ἡμέραν. *Ad Plateas pugna, & ad Mycalem eadem die.* Videndus quoque Diodorus loco citato. Plutarchus in Aristide, ubi de eadem pugna, Xanthippidem, non Xanthippum archontem nominat. Ἐν ᾗ ταῖς ἀναγραφαῖς, μετὰ μὲν Ξανθιππίδην, ἐφ' οὗ Μαρδόνιος ἡττήθη Πλαταιάσιν, ὀφθ' ὁμώνυμον Ἀριστείδην ἐν πάνυ πολλοῖς λυθῆναι ἔσιν. *In commentariis autem, post Xanthippidem*

annum antecedentem reiiciunt. Ἀφ' οὗ ἡ ἐν . . . . ταιαῖς μαχη ἐγένετο Ἀθηναίοις πρὸς Μαρδόνιον τὸν ξέρξου στρατηγὸν ἣν ἐνίκων Ἀθηναῖοι, καὶ Μαρδόνιος ἐτελεύτησεν ἐν τῇ μάχῃ, καὶ τὸ πῦρ ἐρευχ . . . . . ελία περὶ τὴν Αἰτνίαν ἔτη Η . . ΠΙ, Ἄρχοντος Ἀθήνησι Ξανθίππου. *Ex quo ad Plataeas pugnarunt Athenienses adversus Mardonium Xerxis ducem & victoriam reportarunt, Mardonius autem in ipsa pugna mortem obiit, & ignis erupit in Sicilia circa Aetnam anni C . . VI. Archonte Athenis Xanthippo.* Seldenus ad hunc locum in Canone Chronico: *Neque enim Marmore alius hic potuit esse numerus integer, quam* HHΠI. *qui annum hunc indicat. Transitus Xerxis praecedente hanc pugnam anno suffragiis plerorumque omnium collocatur. Itaque Pausaniae cum nostro de utroque forte convenit. Is enim in Eliacorum II. pugnam hanc Olympiadi* LXXV *tribuit, qui hic ipse annus est; ergo ut videtur Xerxis transitum praecedenti. Sed apud Eusebium metachronismus est quadriennii, pugna hac Olympiade* LXXVI. *posita.* Sic etiam in sequentibus Timosthene, & Adimanto Archontibus Epochae Graecorum anno uno aliorum calculos antevertunt, quum hi continua serie successerint.

Meursii Tom. I.

(a) Ita etiam nominatur in Epochis Graecorum, quae pariter Xerxis in Graeciam traiectum hoc Archonte commemorant, Ἀφ' οὗ ξέρξης τὴν σχεδίαν ἔζευξεν ἐν Ἑλλεσπόντῳ, καὶ . . . . . εναιν ἐν Θερμο . . . . ς μάχη ἐγένετο, ᾗ ναυμαχία Ἕλλησι πρὶ Σαλαμῖνα πρὸς τοὺς Περσας. ἣν ἐνίκων οἱ Ἕλληνες, ἔτη ΗΗΔΠΙΙ. Ἄρχοντος Ἀθήνησι Καλ . . . . δου. *Ex quo Xerxes navigia iunxit in Hellesponto, & . . . . . in Thermopylis pugna commissa est, & proelium navale a Graecis adversus Persas iuxta Salaminem quo vicerunt Graeci, anni* CCXVII. *Archonte Athenis Calliade.* Heinc tamen vides annum IV. Olympiadis LXXIIII. resultare, quo Archon Calliades fuisse dicitur, quare e re fuerit *Io. Seldenum* ita in Canone Chronico differentem audire. *Haec vulgo anno tribuuntur proximo. Alii aliter. Sed de ea re vide quae Scaliger disputat Lib. V. De Emendatione pag. 383. & in tertio Canonum pag. 231. ubi etiam de die ingeniosissime, ut solet. Sed exacte cum nostro conveniunt Petavii rationes, quas vide De doctrina temporum Lib. X. Cap. XXIV. Adde eius Caput XXII. libri I. & notas ad Themistii orationem XII.*

(b) Hunc quoque Archontem Epochae Graecorum in

Digitized by Google

dem quidem, ſub quo Mardonius victus eſt apud Plataeas, neque nominis ſimilis Ariſtides in multis accipi poteſt. Hunc Timoſthenes excepit (a); ut videre eſt ex Anonymo, & Diodoro. Et tunc urbem, ac Piraeeum communire Athenienſes incepere; proximoque anno abſolvunt. Habes apud Auctorem utrumque, quem laudavi; meminitque Plutarchus etiam in Vita eius, & Thucydides lib. II. Megacles Athenienſis quadriiugo curru vicit Pythiada XXVIII. Anonymus in hoc archonte. Μεγακλῆς Ἀθηναῖος ἡ εικοσὴν ὠγδόην Πυθιάδα ἐνίκησε τεθρίππῳ. *Megacles Athenienſis vigeſimam octavam Pythiada vicit quadriga.* Eſtque in eum Ode Pindari Pythionic. VII. inſcripta, Μεγακλεῖ Ἀθηναίῳ, τεθρίππῳ. *Megacli Athenienſi, quadriga.* Vbi corrigenda verba Scholiaſtae. Γέγραπται ἡ ᾠδὴ Μεγακλεῖ Ἀθηναίῳ, νικήσαντι τὴν εἰκοσὴν ὠγδόην Πυθιάδα τεθρίππῳ. *Scripta eſt ode Megacli Athenienſi, qui vicit vigeſimam octavam Pythiada quadriga.* Hodie editur, νικήσαντι ἡ ὠγδοηκοσὴν ὠγδόην Πυθιάδα. *Qui vicit octuageſimam octavam Pythiada.* Nam quum Olymp. XLVIII. anno III. prima demum Pythias fuerit inſtituta, certo calculo deprehenditur, in hunc annum incidiſſe vigeſimam octavam. Teleſicrates Cyrenaeus curſu armato vicit. Anonymus ibidem. Τελεζικράτης ὁ Κυρηναῖος, ὁπλίτῃ. *Teleſicrates vero Cyrenaeus curſu armato.* Et in hunc eſt Pindari Ode IX. inſcripta. Τελεσικράτει Κυρηναίῳ, ὁπλιτοδρόμῳ. *Teleſicrati Cyrenaeo, curſu armato.* Vbi Scholiaſtes. Γράφει τῷ προειρημένῳ ἡ ᾠδὴν, νικήσαντι ἡ εικοσὴν ὠγδόην Πυθιάδα. *Scripſit praedicto oden, quum viciſſet vigeſimam octavam Pythiada.* Praeterea Thraſydaeus puer viros ſtadii curſu vicit. Anonymus ibidem. Θρασύδαιος Θηβαῖος παῖς σταδίῳ ἄνδρας. *Thraſydaeus Thebanus puer ſtadio viros.* In hunc Pindari Pythionic. Ode XI. eſt. Θρασυδαίῳ Θηβαίῳ, παιδὶ, σταδιεῖ. *Thraſidaeo, Thebano, puero ſtadio.* Vbi Scholiaſtes. Γέγραπται ἡ ᾠδὴ Θρασυδαίῳ παιδὶ Θηβαίῳ σταδιεῖ, νικήσαντι τὴν κὴ Πυθιάδα. *Scripta eſt ode Thraſydaeo puero Thebano ſtadio, qui vicit vigeſimam octavam Pythiada.* Hieron AEtnaeus Syracuſanus equo ſingulari victor. Anonymus. Ἱέρων Αἰτναῖος Συρακόσιος κέλητι, *Hieron AEthnaeus Syracuſanus equo ſingulari.* Eſtque in hanc victoriam eius Pythionicarum Pindari Ode III. Denique Themiſtocles, docente Phrynicho, choragus vicit. Anonymus. Θεμιστοκλῆς ἐνίκησε χορηγῶν τραγῳδοῖς, Φρυνίχου διδάσκοντος. *Themiſtocles vicit choragorum tragoediis, Phrynicho docente.* Verum errat hic Anonymus; idque factum anno proxime ſequente, quum ſupremo magiſtratu Adimantus fungeretur. Certum ex inſcriptione tabulae, quam victoriae monumentum dedicavit ipſe Themiſtocles. Plutarchus in eius Vita. Ἐνίκησε δὲ καὶ χορηγῶν τραγῳδοῖς μεγάλην ἤδη τότε σπουδὴν καὶ φιλοτιμίαν τοῦ ἀγῶνος ἔχων. καὶ πίνακα τῆς νίκης ἀνέθηκε, τοιαύτην ἐπιγραφὴν ἔχοντα. Θεμιστοκλῆς Φρεάρριος ἐχορήγει, Φρύνιχος ἐδίδασκεν, Ἀδείμαντος ἦρχεν. *Vicit autem choragium praebens tragoediis, magnum iam tunc ſtudium, & amorem certaminis habens. Et tabulam victoriae dedicavit, hanc inſcriptionem habentem. Themiſtocles Phrearrhius choros duxit, Phrynichus docuit, Adimantus Archon fuit.* Et in Suida mendum omnino eſt, ubi de hoc Phrynicho agit. Ἐνίκα τοίνυν ἐπὶ τῆς ξζ' Ὀλυμπιάδος. *Vicit igitur ſexageſima ſeptima Olympiade.* Reſcribendum. ἐπὶ τῆς οέ. Ὀλυμπιάδος. *Septuageſima quinta Olympiade.* Poſt Timoſthenem Adimantus conſtitutus; uti liquet ex Anonymo, & Diodoro; qui hunc ipſi annum adſignant. Meminitque eius Plutarchus in citatis ſtatim verbis (b). Hoc archonte, coepta anno ſuperiore Piraeei communitio abſoluta eſt, quod Anonymus, & Diodorus clare docent.

CAP. X.

Phaedon archon. Scamander Mitylenaeus ſtadio victor. Diodori Siculi locus reſtitutus. Aſopichus quoque Orchomenius ſtadio victor; Euthymus lucta ſecundum. Inde Dromoclides archon, & Aceſtorides. Hieron curru vincit Pythiadem XXIX. Menon archon. AEſchylus, quatuor fabulis certans, praemium aufert.

OLympiade LXXVI. anno I. archon invenitur Phaedon. Anonymus illic, & Diodorus lib XI. Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησι Φαίδωνος Ὀλυμπιὰς μὲν ἤχθη ἕκτη πρὸς ἑβδομήκοντα. καθ' ἣν ἐνίκα στάδιον Σκαμάνδριος Μιτυληναῖος. *Sub Archonte autem Athenis Phaedone Olympias quidem agebatur ſexta & ſeptuageſima, qua vicit ſtadium Scamander Mitylenaeus.* Dionyſius Halicarn. lib. IX. Ἐπὶ τῆς ἑβδομηκοστῆς καὶ ἕκτης Ὀλυμπιάδος, ἣν ἐνίκα στάδιον Σκάμανδρος ὁ Μιτυληναῖος, ἄρχοντος Ἀθήνησι Φαίδωνος. *Septuageſima, & ſexta Olympiade, qua vicit ſtadium Scamander Mitylenaeus, Archonte Athenis Phaedone.* Ac ſtadio tunc victor Scamander Mitylenaeus. Anonymus loco citato. Σκάμανδρος Μιτυληναῖος στάδιον. *Scamander Mitylenaeus ſtadium.* Et totidem verbis Euſebius Chron. I. Dionyſius in citatis ſtatim verbis. Ἐπὶ τῆς ἑβδομηκοστῆς καὶ ἕκτης Ὀλυμπιάδος, ἣν ἐνίκα στάδιον Σκάμανδρος ὁ Μιλήσιος. *Septuageſima, & ſexta Olympiade, qua vicit ſtadium Scamander Mileſius.* Itaque in Diodori verbis, quae produxi, reſcribendum Σκάμανδρος, pro Σκαμάνδριος. Aſopichus quoque Orchomenius, Cleodami

(a) Epochae Graecorum; Ἀφ' ὗ.... λων ὁ δεινόμενος ἐτυράννευσεν ἔτη ΗΗΔΠ. Ἄρχοντος Ἀθήνησιν Τιμοσθένους..... *Ex quo Gelo gravem tyrannidem exercuit anni* CCXV. *archonte Athenis Timoſthene.* Non vacat inquirere an ὁ Δεινομένης legendum ſit.

(b) Epochae Graecorum ..... Σιμωνίδης ὁ Λεωπρέπους ὁ Κῆος ὁ τὸ μνημονικὸν εὑρὼν ἐνίκησεν Ἀθήνησιν διδάσκων, καὶ αἱ εἰκόνες ἐστάθησαν Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος, ἔτη ΗΗ..... Ἄρχοντος Ἀθήνησι..... μάνλιος. *Ex quo Simonides Leoprepis F. Ceus, qui memorandi artis inventor erat, Athenis ludis edendis vicit, & erectae ſunt imagines Harmodii, & Ariſtogitonis anni* CC..... *Archonte Athenis Adimanto. Seldenus* ad hunc locum: *In Lacunam deſinit numerus. Sed ex eo quod Archontis nominis reliquum eſt* ..... μανλιος, *manifeſtum eſt ſatis* Ἀδειμάνλιος, *exaratum fuiſſe. Is proximum poſt Timoſthenem annum occupat in Faſtis Atticis. Numerus igitur erat* ΗΗΔΙΙΙΙ. CCXIIII. *qui noſtros facit, aut proxime minor.*

Digitized by Google

dami filius, memoratur. Anonymus ibidem. Ἀσώπιχος Ὀρχομένιος, παῖς Κλεοδάμου, στάδιον. *Asopichus Orchomenius, filius Cleodami stadium.* Et est Pindari in hunc Ode Olymp. XIV. cum inscriptione ista. Ἀσωπίχῳ Ὀρχομενίῳ, παιδὶ Κλεοδάμᾳ, σταδιεῖ. *Asopicho Orchomenio, filio Cleodami, stadii certatori.* Vbi Scholiastes. Οὗτος ἐνίκησε τὴ ἑβδομηκοστὴν καὶ ἕκτην Ὀλυμπιάδα σταδίῳ. *Hic vicit septuagesima & sexta Olympiade stadio.* Euthymus, is, qui Olympiade etiam LXXIV. lucta vicit. Anonymus. Εὔθυμος Ἀγυκλέους Λοκρὸς Ἐπιζεφύριος πάλην τὸ δεύτερον. *Euthymus Agyclis filius Locrensis Epizephyrius luctam secunda vice.* Pausanias Eliac. II. Ἕκτῃ δὲ Ὀλυμπιάδι ἐπὶ ταῖς ἑβδομήκοντα τὸν ἐπὶ τῇ πυγμῇ στέφανον ἀνείλετο ὁ Εὔθυμος. *Sexta vero Olympiade & septuagesima coronam ob pugilatum reportavit Euthymus.* Post Phaedonem Dromoclides archon fuit. Anonymus docet, & Diodorus lib. XI. Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησι Δρομοκλείδου, Ῥωμαῖοι μὲν κατέστησαν ὑπάτους Μάρκον Φάβιον, καὶ Γναῖον Μάλλιον. *Sub Archonte autem Athenis Dromoclide, Romani quidem constituerunt consules Marcum Fabium, & Cnaeum Mallium.* Anno sequente Acestorides ab eodem illo Anonymo, & Diodoro nominatur; sub quo Hieron Pythiadem XXIX. curru vicit. Anonymus illic. Ἱέρων Αἰτναῖος Συρακοσίοις τὴν κθ' Πυθιάδα ἐνίκησεν ἅρμασι. *Hieron AEthnaeus Syracusius vigesimam nonam Pythiada vicit curru.* Exstantque in eum Odae Pindari Pythonicarum duae; prima, & secunda, cum inscriptione ista. Ἱέρωνι Αἰτναίῳ, Συρακουσίῳ, ἅρματι. *Hieroni AEthnaeo, Syracusio, curru.* Vbi Scholiastes. Ἐνίκησε δὲ Ἱέρων ἡ εἰκοστὴν ἐννάτῳ (Πυθιάδα) ἅρμασι. *Vicit autem Hieron vigesimam nonam (Pythiada) curru.* Anno IV. Olympiadis memoratae Menon fuit; uti nos Anonymus docet, & Diodorus. Ac tunc AEschylus certavit, vicitque Phineo, Persis, Glauco Potniensi, & Prometheo. Anonymus illic. Αἰσχύλος τραγῳδοῖς ἐνίκα Φινεῖ, Πέρσαις, Γλαύκῳ Ποτνιεῖ, Προμηθεῖ. *AEschylus tragoediis vicit Phineo, Persis, Glauco Potniensi, Prometheo.* Scholiastes eius in Persarum Argumento. Ἐπὶ Μένωνος Τραγῳδῶν Αἰσχύλος ἐνίκα Φινεῖ, Πέρσαις, Γλαύκῳ Ποτνιεῖ, Προμηθεῖ. *Sub Menone tragoediis AEschylus vicit Phineo, Persis, Glauco Potniensi, Prometheo.*

CAP. XI.

Chares archon. Dates, sive Dandes stadio victor. Ergoteles Cretensis, longiore curriculo; isque Himeraeus Pindaro cur dicatur. Theron Agrigentinus curru, Euthymus tertium lucta vincit. Iccus Tarentinus claret. Fabiorum trecentorum interitus; & Auctorum variorum hic dissidium. Gellii locus illustratus.

POst Menonem Chares fuit Olymp. LXXVII. anno I. Anonymus mihi illic auctor; & Dionysius lib. IX. Ἐπὶ τῆς ἑκδομηκοστῆς καὶ ἑβδόμης Ὀλυμπιάδος, ἣν ἐνίκα στάδιον Δάτης Ἀργεῖος, Ἀθήνησι δὲ ἄρχοντος Χάρητος. *Septuagesima, & septima Olympiade, qua vicit stadium Dates Argivus, Athenis Archonte Charete.* Diodorus lib. XI. Μετὰ δὲ ταῦτα Ἀθήνησι μὲν ἦρχε Χάρης, ἤχθη δὲ παρ' Ἠλείοις Ὀλυμπιὰς ἑβδομηκοστὴ, ᾗ ἑβδόμῃ, καθ' ἣν ἐνίκα στάδιον Δάνδης Ἀργεῖος. *Post autem ista Athenis quidem Archon fuit Chares, acta autem fuit apud Eleos Olympias septuagesima, & septima, qua vicit stadium Dandes Argivus* (a). Et tunc stadio victor Dates. Ecce in citatis verbis Dionysii. ἐνίκα στάδιον Δάτης Ἀργεῖος. *Vicit stadium Dates Argivus.* Sed is Dandes aliis dicitur. Diodorus in citato statim loco. Ἐνίκα στάδιον Δάνδης Ἀργεῖος. *Vicit stadium Dandes Argivus.* Eusebius Chron. I. Ἑβδομηκοστὴ ἑβδόμη (Ὀλυμπιάς.) Δάνδης Ἀργεῖος (ἐνίκα) στάδιον. *Septuagesima septima (Olympias.) Dandes Argivus (vicit) stadium.* Notat dissidium hoc Anonymus in illo anno. Δάτης ἤτοι Δάνδης, Ἀργεῖος στάδιον. *Dates, vel Dandes, Argivus, stadium.* Longiore curriculo vicit Ergoteles Cretensis, Cnossius. Anonymus ibidem. Ἐργοτέλης Κρὴς, πόλεως Κνωσσοῦ, δολιχόδρομον. *Ergoteles Cretensis, ex urbe Cnosso, longius curriculum.* Sed hunc Pindarus Himeraeum nobis tradit. Ecce enim Olymp. Od. XII. inscriptio ista est. Ἐργοτέλει Ἱμεραίῳ, δολιχοδρόμῳ. *Ergoteli Himeraeo, longiore curriculo.* Accipe causam. Quum seditio in urbe Cnosso orta esset, inde Himeram se recepit, ubi civitate donatus. Scholiastes Pindari. Ἐργοτέλης Κρὴς μὲν ἦν τῷ γένει, πόλεως Κνωσσοῦ· ὃς ἠγωνίζετο ἑβδομηκοστὴν ἑβδόμην Ὀλυμπιάδα. στασιαζομένης δὲ τῆς πόλεως, φυγὰς εἰς Ἱμέραν, πόλιν Σικελιωτίδα, ἀπῆλθε. *Ergoteles Cretensis quidem erat genere, ex urbe Cnosso, qui certavit septuagesima septima Olympiade. Commota autem seditionibus urbe, fugiens Himeram, urbem Siculam, abiit.* Pausanias Eliac. II. Ἐργοτέλης δὲ ὁ Φιλάνορος δολιχῇ δύο ἐν Ὀλυμπίᾳ νίκας· οὐχ Ἱμεραῖος εἶναι τὸ ἐξαρχῆς, καθάπερ τὸ Ἐπίγραμμα τὸ ἐπ' αὐτῷ φησι, Κρὴς δὲ εἶναι λέγεται, Κνώσσιος. Ἐκπεσὼν δὲ ὑπὸ στασιωτῶν ὑπὸ Κνωσσοῦ, καὶ εἰς Ἱμέραν ἀφικόμενος, πολιτείας τετύχηκεν. *Ergoteles autem Philanoris filius duas longiorum curriculorum in Olympia consequutus victorias, non Himeraeus esse primitus, prout Inscriptio de eo dicit, Cretensis vero esse dicitur, Cnossius. Ejectus autem ab seditiosis e Cnosso, & Himeram perveniens, civitatem obtinuit.* Theron Agrigentinus curru vicit.

(a) Epochae Graecorum: Ἀφ' ἧς Ἱέρων Συρακόσων ἐτυράννευσεν, ἔτη ΗΗΠΙΙΙ. ἄρχοντος Ἀθήνησι Χ..... η... Ἦν δὲ καὶ Ἐπίχαρμος ὁ ποιητὴς καθ' ἑαυτόν. *Ex quo Hiero Syracusis tyrannidem exercuit anni CCVIII. Archonte Athenis Charete, cuius etiam tempore fuit Epicharmus Poeta.*

Digitized by Google

Anonymus. Θήρων Ἀκραγαντῖν@ ἅρματι. *Theron Agrigentinus curru*. Eſtque in eum Pindari Ode Olymp. II. inſcripta. Θήρωνι Ἀκραγαντίνῳ, ἅρματι. *Theroni Agrigentino curru*. Vbi Scholiaſtes. Ἐγράπται Θήρωνι Ἀκραγαντίνῳ, ἅρματι νενικηκότι τὴ ἑβδομηκοσην ἑβδόμην Ὀλυμπιάδα. *Scripta Theroni Agrigentino, curru qui vicit ſeptuageſima ſeptima Olympiade*. Euthymus lucta tertium vicit. Meminit Anonymus, & Pauſanias Eliac. II. Iccus Tarentinus medicus tunc inclaruit. Anonymus. Ἴκκος ὁ Ταραντῖν@, ἰατρὸς, ἐγνωρίζετο. *Iccus Tarentinus medicus clarebat*. Stephanus in Τάρας. Καὶ Ἴκκ@ ὁ Ταραντῖν@, ἰατρὸς, ἐπὶ τῆς ἑβδομηκοσῆς ἑβδόμης Ὀλυμπιάδ@. *Et Iccus Tarentinus medicus ſeptuageſima ſeptima Olympiade*. Meminit eius Plato in Protagora, & De Leg. lib. VIII. Hoc quoque anno celebris illa Fabiorum clades accidit. Anonymus iſthic. Ῥωμαίοις πρὸς Οὐεϊεντανὺς ἐνσάντ@ πολέμῳ περὶ τὴ Κρεμέραν, Ῥωμαίων ἡττηθέντων, οἱ τριακόσιοι Φάβιοι, συγγενεῖς ἀλλήλων ὄντες, ἔπεσον. *Romani adverſus Veientes quum gererent bellum, circa Cremeram, Romanis caeſis, trecenti Fabii, conſanguinei inter ſe, ceciderunt*. Sed videamus. Conſules hoc anno fuerunt, uti Diodorus auctor lib. XI. Titus Menenius, & Horatius Pulvillus. Dionyſius lib. IX. & Euſebius Chron. I. quadriennio ante ſtatuunt; nempe 76. Olympiadis anno I. Fuitque iſtud anno quarto poſt devictos a Themiſtocle apud Salaminem Perſas. Sed A. Gellius etiam imminuit; & fere quarto poſt inſignem hanc victoriam accidiſſe nobis refert; ergo tertio. Ecce verba lib. XVII. cap. XXI. *Poſt deinde paucis annis Xerxes rex ab Athenienſibus, & pleraque Graecia, Themiſtocle duce, navali proelio, quod ad Salamina factum eſt, victus, fugatuſque eſt; atque inde anno fere quarto, Menenio Agrippa, M. Horatio Pulvillo Coſſ. bello Veiente apud fluvium Cremeram ab his ſex trecenti patricii Fabii, cum familiis ſuis univerſis ab hoſtibus circumventi, perierunt*. Nempe ille Faſtos Capitolinos ſequitur, qui diſerte Conſules iſtos anno uno ante ſeptuageſimam ſextam Olympiadem nobis ponunt, quo Athenis archon Adimantus fuit.

CAP. XII.

Praxiergus, ſive Prexurgus, archon; ſub quo Themiſtocles oſtraciſmo electus urbe. Praxiergo Demotion ſuccedit. Cimon urbes Graecas in Aſia libertati reſtituit, & Perſas ad Eurymedontem flumen ſuperat. Teleſicrates ſtadio vincit. Democritus naſcitur. Phaedon archon. Socrates naſcitur.

ANno ſequente Praxiergus eo magiſtratu functus. Diodorus lib. XI. Ἐπ' ἄρχοντ@ δ' Ἀθήνησι Πραξιέργου, Ῥωμαῖοι μὲν ὑπάτους κατέστησαν Αὖλον Οὐεργίνιον Τρίκοστον, καὶ Γάϊον Σερουίλιον Στρῦκτον. *Sub Archonte vero Athenis Praxiergo, Romani quidem conſules conſtituerunt Aulum Verginium Tricoſtum, & Caium Servilium Structum*. Aliis Prexurgus dicitur. Itaque apud Anonymum legitur in hoc anno. Πραξίεργος, ἤτοι Πρήξυργ@ (ἄρχων.) *Praxiergus, vel Prexurgus (Archon.)* Sub hoc oſtraciſmo electus Themiſtocles. Anonymus ibidem. Θεμιστοκλῆς ἐξωστρακίσθη. *Themiſtocles oſtraciſmo electus fuit*. Diodorus in eodem anno. Πρῶτον μὲν ἐν αὐτὸν ἐκ τῆς πόλεως μετέσησαν, τοῦτον τὸν ὀνομαζόμενον ὀστρακισμὸν ἐπαγαγόντες αὐτῷ. *Primum quidem igitur illum ex urbe eiecerunt, illum dictum oſtraciſmum imponentes illi*. Praxiergo (a) Demotion ſucceſſit. Anonymus eum illic nominat; & Diodorus libro citato. Atque ſub hoc Cimon urbes in Aſia, Perſico milite inſeſſas, in libertatem vindicavit; praeclaramque ad Eurymedontem flumen de Perſis victoriam retulit. Ita tradunt Anonymus, & Diodorus. Euſebius reiicit in Olymp. LXXIX. annum IV. Teleſicrates quoque Cyrenaeus triceſima Pythiade ſtadio vicit. Anonymus ibidem. Τελεσικράτης Κυρηναῖος τὴ τριακοστὴν Πυθιάδα ἐνίκησε σαδίῳ. *Teleſicrates Cyrenaeus triceſima Pythiade vicit ſtadio*. Scholiaſtes Pindari Pythionic. Od. IX. Ἐνίκησε μέν τοι (ὁ Τελεσικράτης) καὶ σάδιον (Πυθιάδι) τῇ τριακοστῇ. *Vicit quidem (Teleſicrates) etiam ſtadium (Pythiade) trigeſima*. Et Democritus tunc natus, ut Thraſyllus adſerebat. Anonymus illic. Δημόκριτ@ ἐγνώσθη, καθὰ Θράσυλλον. *Democritus natus fuit ſecundum Thraſyllum*. Apollodorus in Chronicis natalem eius in Olympiadem octogeſimam referebat. Diogenes Laertius in eius Vita lib. IX. Γεγόνοι δ' ἄν, ὡς μὲν Ἀπολλόδωρ@ ἐν Χρονικοῖς, κατὰ τὴν ὀγδοηκοστὴν Ὀλυμπιάδα· ὡς δὲ Θράσυλλ@, ἐν τῷ ἐπιγραφομένῳ Περὶ τῆς ἀναγνώσεως τῶν Δημοκρίτου βιβλίων, κατὰ τὸ τρίτον ἔτος τῆς ἑβδόμης, καὶ ἑβδομηκοστῆς Ὀλυμπιάδος. *Natus autem fuerit, ut quidem Apollodorus in Chronicis, circa octogeſimam Olympiadem; ut vero Thraſyllus in libro inſcripto De lectione Democriti librorum, circa tertium annum ſeptimae, & ſeptuageſimae Olympiadis*. Vtriuſque ſententiam complectitur Suidas. Δημόκριτ@, ὁ Ἡγησιστράτου· οἱ δὲ, Ἀνθεμοκρίτου, ἢ Δαμασίππου. γεγονὼς κατὰ τὴν ἑβδομηκοστὴν ἑβδόμην Ὀλυμπιάδα. οἱ δὲ, κατὰ τὴν ογδοηκοστὴν φασιν *Democritus, Hegeſiſtrati filius; Alii vero Anthemocriti, aut Damaſippi, natus circa ſeptuageſimam Olympiadem. Alii vero circa octogeſimam dicunt*. Anno ultimo memoratae Olympiadis Phaedon fuit. Et Anonymus eum ponit, & Diodorus. Ac ſub illo, ut quidam volunt, natus Socrates; quod nonnulli ſub Aphepſione factum arbitrantur; nempe Olymp. LXXIV. anno IV. uti ſupra a me dictum, quum de eo archonte agerem (b). In hoc anno meminit natalis eius etiam Anonymus. Σωκράτης ἐγνώσθη. *Socrates natus eſt*. Suidas quoque in Σωκράτης. Γέγονεν, ὡς τύπῳ εἰπεῖν, Ὀλυμπιάδι ἑβδομηκοστῇ ἑβδόμῃ. *Natus eſt, ut expreſſe dicam, Olympiade ſeptuageſima ſeptima*.

CAP.

(a) Epochae Graecorum anno III. Olympiadis LXXVI. Aphepſionem Archontem tribuunt. Conſule quae adnotavimus ſuperius ad Caput VII.

(b) Conſule adnotata ſuperius ad Caput VII.

Digitized by Google

CAP. XIII.

Theagenides archon. Parmenides Posidoneates stadio vincit. Hieron, rex Syracusanorum, moritur. Panyasis claret. Andocides nascitur. Anaxagoras diem obit. Diogenes Laertius emendatur.

OLymp. LXXVIII. anno I. Theagenides (a) archon fuit; stadioque victor Parmenides Posidoneates. Anonymus. Ὀλυμπιὰς ἑβδομηκοστὴ ὀγδόη, ἔτος πρῶτον. Θεαγενίδης (ἄρχων.) Παρμενίδης Ποσειδωνιάτης στάδιον. *Olympias septuagesima octava, annus primus. Theagenides (Archon) Parmenides Posidoneates stadium.* Dionysius Halicarn. lib. IX. Καὶ τὴν ἑβδομηκοστὴν, καὶ ὀγδόην Ὀλυμπιάδα, ἣν ἐνίκα στάδιον Παρμενίδης Ποσειδωνιάτης. Ἀθήνησι δὲ τὴν ἐνιαύσιον ἀρχὴν ἔχοντος Θεαγενίδου. *Circa septuagesimam, & octavam Olympiadem, qua vicit stadium Parmenides Posidoneates, Athenis vero annuum imperium habente Theagenide.* Diodorus lib. XI. Μετὰ δὲ ταῦτα Ἀθήνησι μὲν ἦν ἄρχων Θεαγενίδας· Ὀλυμπιὰς δὲ ἦγετο ἑβδομηκοστὴ καὶ ὀγδόη, καθ' ἣν ἐνίκα στάδιον Παρμενίδης Ποσειδωνιάτης. *Post autem ista Athenis quidem erat Archon Theagenidas. Olympias vero agebatur septuagesima, & octava, qua vicit stadium Parmenides Posidoneates.* Sunt qui anno isto mortuum Hieronem, Syracusanorum regem, tradunt. Anonymus ibidem. Κατά τινας Ἱέρων ὁ Συρακόσιος ἐτελεύτησε. *Secundum quosdam Hieron Syracusius mortuus est.* Alii anno insequente factum volunt. Itaque habes iterum apud eumdem Anonymum in illo anno. Ἱέρων, ὁ τῶν Συρακουσῶν βασιλεὺς, τελευτᾷ ἐν Κατάνῃ. *Hieron, Syracusarum rex, obiit Catanae.* Diodorus etiam in secundum annum refert. Pindari Scholiastes Olymp. Od. I. Olympiadem quidem hanc ipsam dicit, sed non annum tamen exprimit. Συνέβη δὲ αὐτὸν (τὸν Ἱέρωνα) νικήσαντα καὶ τὴν ἑβδομηκοστὴν ὀγδόην Ὀλυμπιάδα, ἐν ταύτῃ τελευτῆσαι. *Contigit autem, ut ille (Hieron) quum vicisset etiam septuagesima octava Olympiade, illa ipsa moreretur.* Et Panyasis poeta tunc illustris. Anonymus. Πανύασις Πολυάρχου Ἁλικαρνασσεὺς, ποιητὴς, ἐγνωρίζετο. *Panyasis Polyarchi filius Halicarnassensis, poeta, claruit* Suidas in Πανύασις. Γέγονε κατὰ τὴν ἑβδομηκοστὴν ὀγδόην Ὀλυμπιάδα. *Natus est circa septuagesimam octavam Olympiadem.* Dein natalis iste annus Andocidi Oratori fuit. Plutarchus in eius Vita lib. De X. Reth. Καὶ ἤκμασε μὲν κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον ἅμα Σωκράτει τῷ φιλοσόφῳ· ἀρχὴ δὲ αὐτῷ τῆς γενέσεως Ὀλυμπιὰς ἑβδομηκοστὴ ὀγδόη, ἄρχων δὲ Ἀθήνησι Θεαγενίδης *Et floruit quidem circa illud tempus cum Socrate philosopho. Initium autem ipsius natali dedit Olympias septuagesima octava, Archon autem Athenis Theagenides.* Contra autem, Anaxagorae mortualis. Diogenes Laertius A in eius Vita lib. II. Φησὶ δ' Ἀπολλόδωρος ἐν τοῖς Χρονικοῖς, γεγενῆσθαι αὐτὸν τῇ ἑβδομηκοστῇ Ὀλυμπιάδι, τεθνηκέναι δὲ τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς ἑβδομηκοστῆς ὀγδόης. *Inquit autem Apollodorus in Chronicis, natum illum septuagesima Olympiade, mortuum vero primo anno septuagesimae octavae.* Sed mendosum locum esse, & scribendum, τῆς ὀγδοηκοστῆς ὀγδόης, *octogesimae octavae*, docui pridem, Attic Lect. lib. III. cap. XXVII.

CAP. XIV.

Lysistratus archon. Anaxagoras delapsurum e coelo lapidem praedicit; idque quanto tempore ante. Eusebii in re ista error. Pugna ad Aegos flumen quando. Alexias archon, aut Dimylus; item Lysanias. Arcesilaus curru vincit in Pythiade XXXI. Scholiastes Pindari emendatur. Lysitheus archon.

SEcundo anno Olympiadis memoratae septuagesimae octavae Lysistratus fuit. Anonymus memorat, & Diodorus lib. XI. Sub hoc apud Aegos flumen lapidem (b) coelo delapsurum Anaxagoras praedixit. Plinius lib. II. cap. LVIII. *Celebrant Graeci Anaxagoram Clazomenium, Olympiadis septuagesimae octavae secundo anno praedixisse, coelestium literarum scientia, quibus diebus saxum casurum esset e sole; idque factum interdiu in Thraciae parte, ad Aegos flumen.* Meminit praedictionis huius etiam Diogenes Laertius in eius Vita lib. II. Φασὶ δ' αὐτὸν προειπεῖν περὶ Αἰγὸς ποταμοὺς γενομένου τοῦ λίθου πλῶσιν, ὃν εἶπεν ἐκ τοῦ ἡλίου πεσεῖσθαι. *Inquiunt autem illum praedixisse circa Caprae fluvios factum lapidis casum, quem dixit e sole casurum.* Accidisse autem refert biennio post, id est Olympiadis eiusdem LXXVIII. anno IV. Eusebius in Chronico. Ita enim ibi ait. Λίθος ἐκ τοῦ οὐρανοῦ ἔπεσεν ἐν ποταμοῖς Αἰγός. *Lapis e coelo delapsus est in fluvios Caprae.* Verum errat vehementer; nam, ut ex Plutarcho discimus in Lysandro, factum paulo ante victos a Lysandro ad Aegos flumen Athenienses; idque casum hunc portendisse existimatum est. Plutarchi verba ecce ista. Οἱ δὲ καὶ τὸ τοῦ λίθου πλῶσιν ἐπὶ τῷ πάθει τούτῳ σημεῖόν φασι γενέσθαι. κατηνέχθη γάρ, ὡς ἡ δόξα τῶν πολλῶν, ἐξ οὐρανοῦ πυρώδης λίθος ὡς Αἰγὸς ποταμοὺς, καὶ δείκνυται μέν ἔτι νῦν, σεβομένων αὐτὸν τῶν Χερρονησιτῶν. *Alii vero & lapidis casum de clade hac prodigium fuisse dicunt. Delatus fuit enim, ut opinio est multorum, e coelo ingens lapis ad Caprae fluvios, & ostenditur quidem adhuc, colentibus eum Chersonesis.* Atqui ab hac praedictione Anaxagorae usque ad pugnam illam apud Aegos flumen anni sexaginta duo numerantur; & commissa est Olymp. XCIII. anno IV. quum Alexias archon esset. Clare Xenophon Hist. Graec. lib. II. & Diodorus lib. XIII. qui

(a) Epochae Graecorum Theagenidae Magistratum in annum antecedentem, hoc est IIII Olympiadis LXXVII reiiciunt. Ἀφ' οὗ ἐν Αἰγὸς ποταμοῖς ὁ λίθος ἔπεσ . . . καὶ Σιμωνίδης ὁ ποιητὴς ἐτελεύτησεν βιούς ἔτη ΙΔΔΔΔ, ἔτη ΗΗΠ ἄρχοντος Ἀθήνησι Θεα . . . . . νίδου. *Ex quo in Aegos flumen saxum cecidit, & Simonides poeta, postquam vixerat annos XC, vitam finivit, anni CCV, Archonte Athenis Theagenide.*

(b) Varios e Coelo lapidum casus, lapideosque imbres, qui memorent, vide apud *Calmetium Dissertatione De pluvia lapidea, quae super Cananaeos cecidit.*

Digitized by Google

qui rem omnem ambo narrant, & archontem eius anni Alexiam dicunt, plane ut Anonymus illic. Igitur quid Diogene Laertio faciemus, qui in Vita Anaxagorae, quae iam ſtatim a me citata eſt, quo hic lapis anno decidit, Dimylum archontem tradit, e Sileni primo Hiſtoriarum libro? Φησὶ δὲ Σειληνὸς, ἐν τῇ πρώτῃ τῶν ἱστοριῶν, ἐπὶ ἄρχοντος Διμύλου λίθον ἐξ οὐρανοῦ πεσεῖν. *Inquit autem Silenus in primo hiſtoriarum, ſub Archonte Dimylo lapidem e coelo lapſum.* Ego vero Dimylum iſtum nuſquam invenio. Et haec mihi per digreſſionem dicta, inquirendae, & illuſtrandae antiquitati (a). Anno proximo archon Lyſanias ab Anonymo memoratur, & Diodoro lib. XI. tuncque Arceſilaus Cyrenaeus curru vicit Pythiadem XXXI. Anonymus illic. Ἀρκεσίλαος Κυρηναῖος ἅρματι τριακοστὴν πρώτην Πυθιάδα ἐνίκησε. *Arceſilaus Cyrenaeus triceſima Pythiade vicit curru.* Eſtque ad eum Pindari Pyth. Ode IV. inſcripta. Ἀρκεσιλάᾳ Κυρηναίᾳ, ἅρματι. *Arceſilao Cyrenaeo curru.* Vbi Scholiaſtes. Γέγραπται μὲν ἡ ᾠδὴ Ἀρκεσιλάᾳ, Πολυμνήστου παιδὶ, Κυρηναίῳ τὸ γένος τῆς Λυβύης, νικήσαντι τὴν τριακοστὴν πρώτην Πυθιάδα. *Scripta quidem eſt ode Arceſilao, Polymneſti filio, Cyrenaeo genus Lybiae, qui vicit triceſima prima Pythiade.* Et corrigendus idem ad Pyth. Oden V. Ἐγράφθαι καὶ αὕτη ἡ ᾠδὴ, νικήσαντι τῷ αὐτῷ Ἀρκεσιλάᾳ ἅρματι τὴν πρώτην καὶ τριακοστὴν Πυθιάδα. *Scripta eſt & haec Ode eidem Arceſilao, qui vicit curru prima, & triceſima Pythiade.* Male editur, τὴν πρώτην καὶ τριακοστὴν Ὀλυμπιάδα. *Prima, & triceſima Olympiade.* Anni quarti inſequentis quisnam archon, ab Anonymo non exprimitur; ſed ex Diodoro diſco, hunc Lyſitheum fuiſſe. Ita ille. Τῷ δὲ ἐνιαυτιαίῳ χρόνῳ διεληλυθότος, Ἀθήνησι μὲν ἦρχε Λυσίθεος. *Annuo autem tempore praeterlapſo, Athenis quidem Archon fuit Lyſitheus.*

CAP. XV.

Archedemides archon. Xenophon Corinthius ſtadio victor. Pauſaniae locus emendatus. Pherias Aegineta puer lucta vincit. Parmenides philoſophus inclareſcit. Diogenes Laertius reſtitutus. Apene quam diu duraverit, & quando ſublata. Anonymi inſignis hallucinatio, item Scholiaſtae Pindari; cuius denique etiam locus reſtituitur.

ARchedemides hunc ſequutus Olympiad. LXXIX. anno I. ſtadioque Xenophon Corinthius vicit. Anonymus illic. Ὀλυμπιὰς ἑβδομηκοστὴ ἐννάτη. Ἀρχεδημίδης (ἄρχων.) Ξενοφῶν Κορίνθιος στάδιον. *Olympias ſeptuageſima nona; Archedemides (Archon.) Xenophon Corinthius ſtadium.* Dionyſius Halicarn. lib. IX. Ἐπὶ τὸ ἐν-

(a) Hunc lapidis caſum, ut vidimus, Epochae Graecorum anno IIII Olympiadis LXXVII memorant, & de his, quae hic *Meurſius* diſſerit, hoc iudicium fert Io: *Seldenus*: *Sed non omnino huic doctiſſimo Viro adſentire queo, qui ex Lyſandri vita apud Plutarchum putat eliciendum, Anaxagoram quidem caſum, uti eſt apud Laertium praedixiſſe, ſed ſexaginta, aut circiter poſt annis ſaxum cecidiſſe; & ſcilicet quod Lyſandri in Athenienſes victoriam, quae tot annis poſtea parta eſt ad Aegos flumen, caſum hunc portendiſſe tunc coniectabant nonnulli, aut eius σημεῖον, quod ait Plutarchus, fuiſſe; ac ſi caſus, qui tot annis anteverterat, victoriae ſignum fuiſſe minime omnino coniectaſſent Arioli. At vero ex aſtrorum poſitu, ſcimus, fata, quae poſt multo plures annos eveniant, mitti a futili Aſtrologorum gente quotidie, idque ritu veteri praedici ſolere.*

νάτης, καὶ ἑβδομηκοστῆς Ὀλυμπιάδος, ἣν ἐνίκα Ξενοφῶν Κορίνθιος, ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἀρχεδημίδου. *Nona, & ſeptuageſima Olympiade, qua vicit Xenophon Corinthius, Archonte Athenis Archedemide.* Diodorus lib. XI. Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησιν Ἀρχεδημίδου Ὀλυμπιὰς ἦχθη ἑβδομηκοστὴ, καὶ ἐννάτη, καθ' ἣν ἐνίκα στάδιον Ξενοφῶν Κορίνθιος. *Sub Archonte autem Athenis Archedemide Olympias acta fuit ſeptuageſima, & nona, qua vicit ſtadium Xenophon Corinthius.* De victoria Xenophontis etiam Euſebius. Ἑβδομηκοστὴ ἐννάτη (Ὀλυμπιάς.) Ξενοφῶν Κορίνθιος στάδιον. *Septuageſima nona (Olympias.) Xenophon Corinthius ſtadium.* Et eſt Pindari in hunc Ode Pyth. XIII. inſcripta; Ξενοφῶντι Κορινθίῳ, σταδιεῖ. *Xenophonti Corinthio, ſtadii curſori.* Apud Pauſaniam in Meſſenicis corruptum Olympiadis nomen, & Archontis. Μεσσηνίων δὲ τοὺς ἐγκαταλαφθέντας ἐν τῇ γῇ, συντελέντας κατ' ἀνάγκην εἰς τοὺς εἵλωτας, ἐπέλαβεν ἀπὸ Λακεδαιμονίων ὕστερον ἀποσῆναι κατὰ τὴν ἐννάτην Ὀλυμπιάδα καὶ εἰκοστὴν, ἣν Κορίνθιος ἐνίκα Ξενοφῶν, Ἀρχεμήδους Ἀθήνησιν ἄρχοντος. *Meſſeniorum autem, qui relicti in agro, adenſi per neceſſitatem erant helotis, inceſſit poſtea a Lacedaemoniis deficere circa nonam Olympiadem, & vigeſimam, qua Corinthius vicit Xenophon, Archimede Athenis Archonte.* Reſcribendum. Καλὰ τὴν ἐννάτην Ὀλυμπιάδα καὶ ἑβδομηκοστὴν, ἣν Κορίνθιος ἐνίκα Ξενοφῶν, Ἀρχεδημίδου Ἀθήνησιν ἄρχοντος. *Circa nonam Olympiadem, & ſeptuageſimam, qua Corinthius vicit Xenophon, Archedemide Athenis Archonte.* Et erat Anonymus, qui corrupto hoc loco deceptus, Archimedem nobis archontem Olymp. XXIX. anno I. memorat, & Chionidi controverſiam de victoria ſua movet. Eodem archonte Pherias Aegineta inter pueros lucta vicit. Anonymus ibidem. Φερίας Αἰγινήτης παίδων πάλῃ. *Pherias Aegineta puerorum luctam.* Pauſanias Eliac. II. Φερίας δὲ Αἰγινήτης ὀγδόῃ μὲν πρὸς ταῖς ἑβδομήκοντα Ὀλυμπιάδι κομιδῇ τε ἐδόξεν εἶναι νέος, καὶ οὐκ ἐπιτήδειός πω νομισθεὶς παλαίειν, ἀπηλάθη τοῦ ἀγῶνος· τῇ δὲ ἑξῆς, κατεδέχθη γὰρ ἀνικαῦτα, ἐς τοὺς παῖδας, ἐνίκα παλαίων. *Pherias vero Aegineta octava quidem, & ſeptuageſima Olympiade admodum viſus eſt iuvenis, & non aptus, qui cenſeretur luctator, amotus fuit ab certamine: ſequente vero, admiſſus enim tunc fuit inter pueros, vicit luctans.* Parmenides quoque Philoſophus tunc floruit. Anonymus ibidem. Παρμενίδης ὁ φιλόσοφος ἤκμαζεν. *Parmenides Philoſophus floruit.* Ergo corruptus Diogenes Laertius in eius Vita lib. IX. Ἤκμαζε δὲ κατὰ τὴν ἐννάτην καὶ εἰκοστὴν Ὀλυμπιάδα. *Floruit autem circa nonam, & vigeſimam Olympiadem.* Reſtituendum. κατὰ τὴν ἐννάτην καὶ ἑβδομηκοστὴν Ὀλυμπιάδα. *Circa nonam, & ſeptuageſimam Olympiadem.* Idque pridem a me monitum Attic. Lect. lib. IV. cap. XXVII. Firmat emendationem meam Euſebius, qui in Olympiade

piade proxima LXXX. Ἐμπεδοκλῆς καὶ Παρμενίδης, φιλόσοφοι φυσικοὶ, ἐγνωρίζοντο. *Empedocles & Parmenides, philoſophi phyſici, innoteſcebant.* Apenes etiam tunc certamen abrogatum. Anonymus ibidem. Τὸ προίετῶν ἀπήνη, τοῦτ' ἔστιν ἅρμασι ἐξ ἡμιόνων ζευχθέντι, ἀγωνίζεσθαι, ὑπὸ Ἀσανδράστου ἐπιτηδεύθεν, ἐν τῷδε τῷ ἔτει διελύθη. *Inſtitutum ante decem annos ludicrum certandi apena, hoc eſt curru ex mulis iuncto, ab Aſandracto hoc anno diſſolutum fuit.* Sed examinandus mihi iſte locus. Nam quid, obſecro, an apene ſolos decem annos tenuit? Etiam illud Pindari Scholiaſtes dicit ad Pythion. Od. v. Ἀπήνη δέ ἐστιν ἅρμα, ἐξ ἡμιόνων ζευχθέν. εἰθισμένον ὑπ' ἵπποις ἀγωνίζεσθαι. χρόνῳ δέ τις ὁ μακρὸς, ἀλλὰ δεκαετὴς, τοῦτο διέλυσε. *Apene autem eſt currus ex mulis iunctus iugo. Conſuetum autem fuit equis certare. Tempus vero non longum, ſed decennale illud diſſolvit.* Sed corrupta ſine dubio utrobique illa verba; aut uterque inſigniter errat. Quippe a ſeptuageſima Olympiade, qua apene inſtituta, ut ſupra dixi, ad hanc ſeptuageſimam nonam anni ſunt ſex, & triginta. Deinde an hoc etiam verum, abdicatam hoc tempore apenen? Omnino nego. Ecce enim Olympiade octogeſima ſecunda Pſaumis victor dicitur; in quem Pindari Olymp. Ode quinta eſt, ad quam Scholiaſtes notat. Γέγραπται ἡ ᾠδὴ τῷ αὐτῷ Ψαύμιδι, τεθρίππῳ, καὶ ἀπήνῃ, καὶ κέλητι νενικηκότι τὴν ὀγδοηκοστὴν δευτέραν Ὀλυμπιάδα. *Scripta eſt ode ipſi Pſaumidi, quadriga, & apene, & ſolo equo victori octuageſima ſecunda Olympiade.* Et Anonymus item ipſe in eadem Olympiade. Ψαῦμις Καμαριναῖος τεθρίππῳ, ἀπήνῃ, καὶ κέλητι. *Pſaumis Caraminaeus quadriga, apene, & equo ſolo.* Ergo in ſuperiore loco graviter errat. Ac erroris quidem ſemet mox redarguit; quum oblitus ipſe ſui, apenen, & calpen ſimul abrogatas tradit Olymp. LXXXIV. Iſta verba. Κάλπης, καὶ ἀπήνης, δρόμῳ ἐν Ὀλυμπίᾳ κηρύγμασι ἀπηγορεύθη. *Calpes, & apenes, curſus in Olympia praeconio abrogatus eſt.* Et Pauſanias conſentit Eliac. I. Τῆς δὲ ἀπήνης, καὶ κάλπης, τὸν μὲν δρόμον, τὸν μὲν, Ὀλυμπιάδι νομισθέντα ἑβδομηκοστῇ· τὸν δὲ τῆς κάλπης, ἐφεξῆς ταύτης· κήρυγμα ὑπὲρ ἀμφοτέρων ἐποιήσαντο, ἐπὶ τῆς τετάρτης Ὀλυμπιάδος, καὶ ὀγδοηκοστῆς, μήτε κάλπης τῷ λοιπῷ, μήτε ἀπήνης ἔσεσθαι δρόμον. *Apenes autem, & calpes, currum, illum quidem Olympiade inſtitutum ſeptuageſima, hunc vero calpes, poſt illam. Praeconium de ambobus fecerunt, quarta Olympiade, & octogeſima, neque calpes amplius, neque apenae celebratum iri curſum.* Pindari Scholiaſtes ad citatam Olymp. Oden quintam, ubi de apene agit, diutius continuatam etiam dicit, uſque ad octogeſimam nonam Olympiadem. Διελύθη περὶ τὴν ὀγδοηκοστὴν ἐννάτην Ὀλυμπιάδα. *Diſſolutus eſt circa octogeſimam nonam Olympiadem.* Verum corrigendum puto, Περὶ τὴν ὀγδοηκοστὴν τετάρτην. *Circa octogeſimam quartam.* Ergo apene ſex, & quinquaginta annis uſitata, non poſt decimum ſublata, idque per occaſionem indicandum exiſtimavi.

CAP. XVI.

Tlepolemus archon, item Conon. Pindari mors; & de ea diſſidium Auctorum indicatum. Abion, aut Ariſton, archon. Thomae Magiſtri locus excuſſus, & correctus. Eubippus archon.

ARchedemidem in ſupremo magiſtratu Tlepolemus (a) ſequitur; illum Conon. Ita Anonymus, & Diodorus nobis tradunt. Sub Conone diem ſuum Pindarus obiit. Anonymus illic. Πίνδαρος ἐτελεύτησε. *Pindarus mortuus eſt.* Thomas Magiſter ultra producit, aitque mortuum octuagenario maiorem, archonte Abione, Olympiade LXXXVI. Τέθνηκε δὲ ὁ Πίνδαρος, ἐξ καὶ ἑξήκοντα ἐτῶν γεγονώς· ἢ, ὥς τινες, ὀγδοήκοντα, ἐπὶ Ἀβίωνος ἄρχοντος, κατὰ τὴν ἕκτην καὶ ὀγδηκοστὴν Ὀλυμπιάδα. *Mortuus autem eſt Pindarus ſex, & ſexaginta annos natus; vel, ut quidam, octuaginta. Sub Abione Archonte, ſexta, & octogeſima Olympiade.* Sed, ut verum illud fuerit, poſt exactos vitae octuaginta annos deceſſiſſe, tamen Abionem archontem, nedum in iſta Olympiade, nuſquam invenio. Alii, ut idem refert, anno ſexageſimo ſexto vita exceſſiſſe volunt; Suidas, quinquageſimo quinto. En diſſenſum. Age, tempus a natali computemus. Incidit ille in Olymp LXV. annum I. Anonymus ibi. Πίνδαρος ἐγνώσθη. *Pindarus natus eſt.* Et Suidas in Πίνδαρος. Γεγονὼς κατὰ τὴν ἑξηκοστὴν πέμπτην Ὀλυμπιάδα. *Natus ſexageſimaquinta Olympiade.* De morte eius ita ait. Καὶ συνέβη αὐτῷ τὸν βίον τελευτῆσαι κατ' εὐχάς. αἰτήσαντι γὰρ, τὸ κάλλιστον αὐτῷ δοθῆναι τῶν ἐν τῷ βίῳ, ἄθρόον αὐτὸν ἀποθανεῖν ἐν θεάτρῳ, ἀνακεκλιμένον εἰς τὰ τοῦ ἐρωμένου Θεοξένου αὐτοῦ γόνατα, ἐτῶν πεντήκοντα πέντε. *Et contigit illi vitam finire ex votis. Quum enim petiviſſet, ut pulcerrimum ipſi daretur illorum, quae in vita, ſubito ipſum mortuum in theatro, reclinatum in amaſii Theoxeni ipſius genua, annos natus quinquaginta quinque.* Itaque annus quinquageſimus eius quintus fuerit Olymp. LXXVII. anno IV. Secundum Anonymum, in hoc loco, vita exceſſerit anno aetatis LVIII. Quod ſi ſexageſimo ſexto obiiſſe eum contigit, annus fuerit III. Olymp. LXXXI. quo Ariſton archon erat; cuius nomen Thomae Magiſtro reddendum, & reſtituendus locus univerſus in hunc modum. Τέθνηκε δὲ ὁ Πίνδαρος, ἐξ καὶ ἑξήκοντα ἐτῶν γεγονὼς, ἐπὶ Ἀρίστωνος ἄρχοντος· ἢ, ὥς τινες, ὀγδοήκοντα· κατὰ τὴν ἕκτην, καὶ ὀγδοηκοστὴν Ὀλυμπιάδα. *Mortuus autem eſt Pindarus, ſex, & ſexaginta annos natus, ſub Ariſtone Archonte; vel, ut aliqui, octoginta; ſexta, & octogeſima Olympiade.* Poſt Cononem in archontum numero Euhippus (b) collocatur ab Anonymo, & Diodoro.

CAP.

(a) Epochae Graecorum hoc anno Euthippum Archontem memorant· Ἀφ' οὗ Ἀλ . . . ανδρος ἐτελεύτησεν, ὁ δὲ υἱὸς Π . . . δίκκας Μακεδόνων ἐβασίλευε, ἔτη ΗΙΔΔΔΔΠΙΙΙΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησιν Εὐθίππου. *Ex quo Alexander vitam finivit, filius autem eius Perdiccas in Macedonia regnavit, anni* CXCIX, *Archonte Athenis Euthippo.*

(b) Hunc, ut videtur, Euthippum Epochae Graecorum adpellant, & ab aliis in anno mire diſcrepant, ut ſupra adnotavimus.

Digitized by Google

CAP. XVII.

Phraſiclides hunc ſequutus, ſive Phraſicles. Torymbas, aut Toryllas ſtadio victor. Euſebius emendatus. Arceſilaus curru; Alcimedon, & Ameſinas lucta vincunt. OEbotae ſtatua collocatur. Democritus Abderita naſcitur, & Hippocrates.

PRaſiclides hunc ſequutus Olymp. LXXX. anno I. Ita Anonymus eum nominat; & emenda Diodorum lib. XI. Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησι Φρασικλείδου Ὀλυμπιὰς μὲν ἦχθη ὀγδοηκοστή. *Sub Archonte vero Athenis Phraſiclide Olympias quidem acta fuit octogeſima.* Hodie editur, Φασικλείδου. Dionyſio Halicarnaſſeo, initio libri decimi, Phraſicles dicitur. Μετὰ δὲ τοῦτους Ὀλυμπιὰς μὲν ἦν ὀγδοηκοστή, ἣν ἐνίκα στάδιον Τορύμβας Θεσσαλὸς, ἄρχοντος Ἀθήνησι Φρασικλέους. *Poſt autem illos Olympias quidem erat octogeſima, qua vicit ſtadium Torymbas Theſſalus, Archonte Athenis Phraſicle.* Etiam Plutarcho in Vita Lyſiae lib. De X. Rhet. Γενόμενος Ἀθήνησιν ἐπὶ Φιλοκλέους ἄρχοντος, τῷ μετὰ Φρασικλῆ, κατὰ τὸ δεύτερον ἔτος τῆς ὀγδοηκοστῆς Ὀλυμπιάδος. *Verſatus Athenis ſub Philocle Archonte, qui fuit poſt Phraſiclem, ſecundo anno octogeſimae Olympiadis.* Ita enim emendandum locum illum pridem monui Attic. Lect. lib. IV. cap. XIV. Ac ſtadio tunc victor fuit Torymbas Theſſalus. Dionyſius loco citato. Ἐνίκα στάδιον Τορύμβας Θεσσαλός. *Vicit ſtadium Torymbas Theſſalus.* Corrigendus eſt Euſebius in Chronicis. Ὀγδοηκοστὴ (Ὀλυμπιὰς) Τορύμβας Θεσσαλὸς στάδιον. *Octogeſima (Olympias) Torymbas Theſſalus ſtadium.* Hodie editur, Τυρύμμας. Apud Diodorum ſcribitur. Τορύλλας lib. XI. Ἐνίκα στάδιον Τορύλλας Θεσσαλός. *Vicit ſtadium Toryllas Theſſalus.* Diſſidium Anonymus indicat, quum inquit. Τορύμβας Θεσσαλὸς στάδιον. οἱ δὲ, Τορύλλας. *Torymbas Theſſalus ſtadium. Alii vero, Toryllas.* Arceſilaus curru vincit; Alcimedon, inter pueros; Ameſinas Barcaeus, inter viros lucta. Anonymus illic. Ἀρκεσίλαος Κυρηναῖος, ἅρματι· Ἀλκιμέδων παῖς, πάλῃ· Ἀμησινᾶς Βαρκαῖος, ἀνδρῶν πάλῃ. *Arceſilaus Cyrenaeus, curru. Alcimedon puer, lucta. Ameſinas Barcaeus, virorum luctam.* Et de Arceſilai quidem victoria, eſt Pindari Pyth. Ode IV, inſcripta. Ἀρκεσιλάῳ Κυρηναίῳ, ἅρματι. *Arceſilao Cyrenaeo, curru.* Vbi Scholiaſtes notat. Γέγραπται μὲν ἡ ᾠδὴ Ἀρκεσιλάῳ, Πολυμνήστου παιδὶ, Κυρηναίῳ τὸ γένος τῆς Λιβύης, νικήσαντι τὴν τριακοστὴν πρώτην Πυθιάδα, ἔνιοι καὶ τὴν ὀγδοηκοστὴν Ὀλυμπιάδα. *Scripta quidem eſt ode Arceſilao, Polymneſti filio, Cyrenaeo genere ex Lybia, qui vicit trigeſima prima Pythiade, alii vero etiam octogeſima Olympiade.* Quod Alcimedontem adtinet, eſt in eum eiuſdem Pindari Olymp. Ode VIII. inſcripta, Ἀλκιμέδοντι παλαιστῇ. *Alcimedonti luctatori.* Notatque ibi Scholiaſtes. Γέγραπται ὁ ἐπινίκιος προηγημένως τῷ Ἀλκιμέδοντι παιδὶ παλαιστῇ, νικήσαντι τὴν ὀγδοηκοστὴν Ὀλυμπιάδα. *Scripta laudatio peculiariter Alcimedonti puero luctatori, qui vicit octogeſima Olympiade.* OEbotae quoque Dymaeo, qui Olympiade ſexta ſtadio vicerat, corona tunc ab Achivis poſita, oraculi Delphici iuſſu. Anonymus illic. Οἰβώτᾳ, ἀνδρὶ Δυμαίῳ, σταδίῳ ἀνελομένῳ νίκην Ὀλυμπιάδι ἕκτῃ, εἰκὼν κατὰ μάντευμα ἐκ Δελφῶν ἀνετέθη. *OEbotae viro Dymaeo, ſtadii qui reportavit victoriam Olympiade ſexta, ſtatua iuxta vaticinium Delphis poſita fuit.* Pauſanias Eliac. II. Οἰβώτᾳ δὲ τὸν μὲν ἀνδριάντα Ἀχαιοὶ κατὰ πρόσταγμα ἀνέθεσαν τῷ ἐν Δελφοῖς Ἀπόλλωνι, ἐπὶ Ὀλυμπιάδος ὀγδοηκοστῆς. *OEbotae vero quidem ſtatuam Achaei ex iuſſu erexerunt Apollinis Delphici, Olympiade octogeſima.* Iterum in Achaicis. Οἰβώτᾳ γὰρ, ἀνδρὶ Δυμαίῳ, σταδίου μὲν ἀνελομένῳ νίκην Ὀλυμπιάδι ἕκτῃ, εἰκὼν δὲ ἐν Ὀλυμπίᾳ περὶ τὴν ὀγδοηκοστὴν Ὀλυμπιάδα κατὰ μάντευμα ἐκ Δελφῶν ἀξιωθέντι, ἐπίγραμμά ἐστιν ἐπ' αὐτῷ. *OEbotae enim, viro Dymaeo, qui ſtadii quidem reportavit victoriam Olympiade ſexta, ſtatua vero Olympiae circa octogeſimam Olympiadem ex oraculo Delphico honorato, inſcriptio eſt de eo.* Denique hoc archonte natus, ut quidam volunt, Democritus Abderites; quod alii tamen adſignabant Olymp. LXXVII. anno III. ut ſupra dixi, Anonymus. Δημόκριτος Ἀβδηρίτης ἐγνωρίθη, καθὰ Ἀπολλόδωρον ἐν τοῖς Χρονικοῖς. *Democritus Abderites natus fuit, iuxta Apollodorum in Chronicis.* Idque ſumtum e Diogene Laertio in Democrito lib. IX. Γεγόνει δ' ἄν, ὡς μὲν Ἀπολλόδωρος ἐν Χρονικοῖς, κατὰ τὴν ὀγδοηκοστὴν Ὀλυμπιάδα. *Natus autem fuerit, ut quidem Apollodorus in Chronicis, octogeſima Olympiade.* Meminitque item Suidas in Δημόκριτος. Idem annus & Hippocrati natalis. Soranus in eius Vita. Γεννηθεὶς, ὥς φησιν Ἡρόμαχος, ἐν τῷ πρώτῳ περὶ τῆς Ἱπποκράτους αἱρέσεως, κατὰ τὸ πρῶτον ἔτος τῆς ὀγδοηκοστῆς Ὀλυμπιάδος. *Natus, ut inquit Hiſtomachus in libro primo de Hippocratis ſecta, primo anno octogeſimae Olympiadis.*

CAP. XVIII.

Philocles Archon. AEſchyli victoria. Eiuſque Scholiaſtae locus emendatus. Bion Archon. Thraſidaeus Pythiade XXXIII puer viros ſtadio vincit. Lyſiae natalis. Mneſithides, ſive Mneſitheus Archon.

PHraſiclidem Philocles excepit Olympiad. LXXX anno II; ut videre eſt apud Diodorum Siculum, & Anonymum; ediditque Agamemnonem fabulam AEſchylus; ac vicit etiam Agamemnone, quam laudavi Choephoris, Eumenidibus, & Proteo Satyrico; praebente impenſam Xenocle Aphidnenſi. Anonymus illic. Ἐδιδάχθη τὸ δρᾶμα Αἰσχύλου Ἀγαμέμνων. πρῶτος Αἰσχύλος Ἀγαμέμνονι, Χοηφόροις, Εὐμενίσι, Πρωτεῖ Σατυρικῷ. ἐχορήγει Ξενοκλῆς Ἀφιδνεύς. *Docta fuit fabula AEſchyli Agamemnon. Primus AEſchylus Agamemnone, Choephoris, Eumenidibus, Proteo Satyrico. Impenſam praebuit Xenocles Aphidnenſis.* Scholiaſtes AEſchyli in Argumento Agamemnonis. Ἐδιδάχθη τὸ δρᾶμα ἐπὶ ἄρχοντος Φιλοκλέους, Ὀλυμπιάδι εἰκοστῇ ὀγδόῃ, ἔτει δευτέρῳ. πρῶτος Αἰσχύλος Ἀγαμέμνονι, Χοηφόροις, Εὐμενίσι, Πρωτεῖ Σατυρι-

τυρικῶ. ἐχορήγει Ξενοκλῆς Α'φιδνεύς. *Docta fuit fabula ſub Archonte Philocle, Olympiade vigeſima octava, anno ſecundo. Primus AEſchylus Agamemnone, Choephoris, Eumenidibus, Proteo Satyrico. Sumtus praebuit Xenocles Aphidnenſis.* Sed corrupta illic verba ſic reſtituo. Ο'λυμπιάδι ὀγδοηκοστῇ, ἔτει δευτέρῳ. Anno inſequente tertio nominatae Olympiadis Bion fuit. Indicium faciunt Diodorus, & Anonymus. Sub hoc Thraſidaeus puer viros ſtadii curſu vicit Pythiade XXXIII. qui antea etiam XXVIII. Eſtque in eum Ode Pindari Python. XI. ubi ita Scholiaſtes. Γέγραπται ἡ ᾠδὴ Θρασυδαίῳ παιδὶ Θηβαίῳ σταδιεῖ τῷ προκειμένῳ, νικήσαντι τὴ καὶ Πυθιάδα, καὶ λγ'. *Scripta eſt Ode Thraſydaeo puero Thebano ſtadii curſori, qui proponitur, vicitque vigeſima octava Pythiade, & trigeſima tertia.* Anonymus in hoc anno. Θρασύδαιος Θηβαῖος παῖς ἐνίκησε τὴ λγ' Πυθιάδα σταδίῳ ἄνδρας. *Thraſydaeus Thebanus puer vicit trigeſima tertia Pythiade ſtadio viros.* Sub hoc Archonte natum Lyſiam tradit Anonymus; quem ſub inſequente alii. Bionem ſequitur Mneſithides Olympiad. LXXX. anno IV. Diodorus lib. XI. Τῷ δ' ἐνιαυσιαίῳ χρόνῳ διεληλυθότος, Α'θήνησιν ἦρχε Μνησιθέιδης. *Anno vero tempore expleto, Athenis Archon fuit Mneſithides.* Et eumdem repraeſentat nobis Anonymus. Meminit eius Demoſthenes in Orat. de Corona. Μνησιθείδης ἄρχων, μηνὸς Α'νθεστηριῶνος ἕκτῃ ἐπὶ δεκάτῃ. *Mneſithides Archon, menſe Antheſterionis ſextadecima die.* Ariſtophanis Scholiaſtae in Acharnenſes Μνησίθεος dicitur. Ε'τελεύτησε γὰρ ἐπὶ ἄρχοντος Καλλίου, τῷ μετὰ Μνησίθεον. *Mortuus enim ſub Archonte Callia, qui ſucceſſit Mneſitheo.*

CAP. XIX.

Callias Archon. Polymnaſtus Cyrenaeus ſtadio victor. Moneta aenea Athenis percuſſa. AEſchylus moritur; idque aetatis quoto anno. Scholiaſtae eius error, item Suidae. Soſiſtratus Archon; inde Ariſton, & Eyſicrates.

MNeſithidem Callias ſequitur Olymp. LXXXI. anno I. quum ſtadio vicit Polymnaſtus Cyrenaeus. Anonymus. Ο'λυμπιὰς ὀγδοηκοστὴ πρώτη, ἔτος πρῶτον, Καλλίας (ἄρχων) Πολύμναστος Κυρηναῖος στάδιον. *Olympias octogeſima prima, annus primus, Callias (Archon) Polymnaſtus Cyrenaeus ſtadium.* Diodorus Siculus lib. XI. Ε'π' ἄρχοντος δ' Α'θήνησι Καλλίου, Ο'λυμπιὰς ἦχθη μία πρὸς ταῖς ὀγδοήκοντα, καθ' ἣν ἐνίκα στάδιον Πολύμναστος Κυρηναῖος. *Sub Archonte vero Athenis Callia, Olympias acta fuit prima, & octogeſima, qua vicit ſtadium Polymnaſtus Cyrenaeus.* Dionyſius Halicarnaſſ. lib. X. Μετὰ δὲ τούτους Ο'λυμπιὰς μὲν ἦν ὀγδοηκοστὴ καὶ πρώτη, ἣν ἐνίκα στάδιον Πολύμναστος Κυρηναῖος, Α'θήνησι δὲ ἄρχων Καλλίας. *Poſt autem illos Olympias quidem erat octogeſima, & prima, qua vicit ſtadium Polymnaſtus Cyrenaeus.* Dionyſius Halicarnaſſ. lib. X. Μετὰ δὲ τούτους Ο'λυμπιὰς μὲν ἦν ὀγδοηκοστὴ καὶ πρώτη, ἣν ἐνίκα στάδιον Πολύμναστος Κυρηναῖος, Α'θήνησι δὲ ἄρχων Καλλίας. *Poſt autem illos Olympias quidem erat octogeſima, & prima, qua vicit ſtadium Polymnaſtus Cyrenaeus, Athenis autem Archon Callias.* Ac de victore Polymnaſto etiam Euſebius. Ο'λυμπιὰς ὀγδοηκοστὴ πρώτη. Πολύμναστος Κυρηναῖος στάδιον. *Olympias octogeſima prima. Polymnaſtus Cyrenaeus ſtadium.* Callia Archonte cuſa primum aenea moneta Athenis. Suidas in Χαλκία. Ε'πὶ Καλλίου νόμισμα χαλκοῦν ἐκόπη. *Sub Callia fuit moneta aenea cuſa.* Verum an hic ille Callias, plane incertum; quippe magiſtratu etiam iſto functus alter quidam eiusdem nominis, Olymp. XCII. anno I. item XCIII. anno III. denique c. anno IV. Itaque nihil adfirmare iſthic licet. Illud licet, AEſchylum tunc deceſſiſſe; docetque id nos Scholiaſtes Ariſtophanis Acharnenſibus. Προσδοκῶν τὸ Αἰσχύλου, ἀντὶ τοῦ, Αἰσχύλῳ τραγῳδίαι. ὥσπερ καὶ ἡμεῖς ἔχοντες τὰ Αἰσχύλου, Αἰσχύλον λέγομεν ἔχειν. ὁ γὰρ ἔζη καθ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον. ἐτελεύτησε γὰρ ἐπὶ ἄρχοντος Καλλίου, τοῦ μετὰ Μνησίθεον, τούτοις πρότερον ἑαυτόν. *Exſpectans AEſchylum pro AEſchyli tragoediam. Quemadmodum & nos. habentes ſcripta AEſchyli, AEſchylum dicimus habere; non enim vixit illo tempore. Mortuus enim ſub Archonte Callia, qui poſt Mneſitheum anno ante hos.* Verum quoto aetatis anno? Suidas ait LVIII. Φυγὼν δὲ ἐπὶ Σικελίαν, διὰ τὸ πεσεῖν τὰ ἱκρία, ἐπιδειχνυμένου αὐτοῦ, χελώνης ἐπιῤῥιφείσης αὐτῷ ὑπ' ἀετοῦ φέροντος κατὰ τῆς κεφαλῆς, ἀπώλετο, ἐτῶν ἑπτὰ καὶ ἑξήκοντα. *Fugiens vero in Siciliam, quia cadebant ſublicae, quum ipſe ſpecimen daret, teſtudine deiecta in ipſum ab aquila, quae portabat, periit annos quinquaginta octo natus.* Scholiaſtes eius in Vita LXIII. Ε'βίωσε δὲ ἐξήκοντα ἓξ τρία ἔτη. *Vixit autem ſexaginta, & tres annos.* Age calculum ſubducamus. Olymp. LXX. anno I. quum contenderet cum Pratina, Choeriloque, de quo ſupra a me dictum, libri huius capite ſecundo, annos erat natus viginti quinque. Suidas dicit in Αἰσχύλος. Η'γωνίζετο δὲ αὐτὸς ἐν τῇ ὁ Ο'λυμπιάδι, ἐτῶν ὢν κε. *Certavit autem ipſe ſeptuageſima Olympiade, annos natus viginti quinque.* Inde autem ad hunc octogeſimae primae Olympiadis annum primum, ſi putemus, fuerit AEſchylus, quum deceſſit, annos natus circiter LXIX. Itaque Scholiaſtae eius, ut & Suidae manifeſtus plane error; aut corrupti illic numeri, utrobique emendandi. Atque haec per occaſionem dicta volui. Eodem Archonte Phrynis cytharoedus ludis Panathenaeis vicit. Suidas. Φρύνις κιθαρῳδὸς, Μιτυληναῖος, ὃς ἐδόκει πρῶτος κιθαρίσαι παρ' Α'θηναίοις, καὶ νικῆσαι Παναθήναια, ἐπὶ Καλλίου ἄρχοντος. *Phrynis Citharoedus Mitylenaeus, qui primus apud Athenienſes, Callia Archonte, Cithara ſonuiſſe, & Panathenaea viciſſe ferebatur.* Non recte Anonymus in Deſcriptione ſua Olympiadum refert in illius Calliae magiſtratum, qui fuit Olymp. LXXV. anno I. Quod non poteſt eſſe rectum, ſiquidem Pericles, qui certamen Muſicum primus in Panathenaeis inſtituit, ut oſtendo in Panathenaeis meis Cap. X. eo tem-

(a) Calliam primum ad Olympiadis LXXX. annum IIII. Graecorum Epochae referunt: Α'φ' οὗ Αἰσχύλος ὁ ποιητὴς βιώσας ἔτη ΓΔΠΙΙΙΙ ἐτελεύτησεν ἐν ..... ᾳ τῆς ..... κλίας, ἔτη ΗΓΔΔΔΔΙΙΙ. ἄρχοντος Α'θήνησιν Καλλίου τοῦ προτέρου. *Ex quo AEſchylus Poeta, poſtquam vixerat annos LXIX. vitam finivit in ..... Siciliae, anni CXCIII. Archonte Athenis Callia primo.*

Digitized by Google

tempore ad remp. nondum adceſſerat. Itaque eſt anticipatio annorum XXIV. Poſt hunc Calliam Soſiſtratus fuit, ut ex Diodoro patet, & Anonymo. Inde Ariſton, quem ſequutus eſt Lyſicrates. Videndi Anonymus, & Diodorus lib. XI.

CAP. XX.

Chaerephanes Archon. Lycus Theſſalus ſtadio; Pſaumis Camarinaeus, curru quadriiugo, mulari, & equo ſingulari vincit. Ion tragoedias edere incipit. Antidotus Archon. item Euthydemus, & Pedieus.

OLympiad. LXXXII. anno I. Archon fuit Chaerephanes. Praeterit eum Diodorus; ſed Anonymus tamen indicat, qui viciſſe ſtadio addit Lycum Theſſalum Lariſſaeum. Ὀλυμπιὰς ὀγδοηκοσὴ δευτέρα, ἔτος πρῶτον. Χαιρεφάνης (ἄρχων) Λύκος Θεσσαλὸς ἀπὸ Λαρίσσης στάδιον. *Olympias octogeſima ſecunda, annus primus. Chaerephanes (Archon) Lycus Theſſalus a Lariſſa ſtadium.* Et Dionyſius Halicarnaſſ. lib. X. Ἐπὶ ἧ τ ὀγδοηκοστῆς ⁊ δευτέρας Ὀλυμπιάδος, ἣν ἐνίκα στάδιον Λύκος Θεσσαλὸς ἀπὸ Λαρίσσης, ἄρχοντος Ἀθήνησι Χαιρεφάνους. *Octogeſima autem, & ſecunda Olympiade, qua vicit ſtadium Lycus Theſſalus a Lariſſa, Archonte Athenis Chaerephane.* De victore Lyco Euſebius, Ὀγδοηκοσὴ δευτέρα Ὀλυμπιάς. Λύκος Θεσσαλὸς στάδιον. *Octogeſima ſecunda Olympias. Lycus Theſſalus ſtadium.* Pſaumis Camarinaeus vincebat curru quadriiugo, mulari, & equo ſingulari. Anonymus illic. Ψαῦμις Καμαριναῖος τεθρίππῳ, ἀπήνῃ, κέλητι. *Pſaumis Camarinaeus quadriga, mulis iuncto vehiculo, & equo ſingulari.* Eſtque in has victorias Pſaumidis Ode Pindari Olympiad. V. inſcripta, Ψαύμιδι, τεθρίππῳ, ἀπήνῃ, καὶ κέλητι. *Pſaumidi, quadriga, mulis iuncto vehiculo, & equo ſingulari.* Vbi Scholiaſtes. Γέγραπται ἡ ᾠδὴ Ψαύμιδι, τεθρίππῳ, ⁊ ἀπήνῃ, καὶ κέλητι νικήσαντι τὴν ὀγδοηκοστὴν δευτέραν Ὀλυμπιάδα. *Scripta eſt Ode Pſaumidi, qui quadriga, mulis iuncto vehiculo, & equo ſingulari vicerat octogeſimam ſecundam Olympiadem.* Hoc ipſo anno Ion Chius tragoedias ſuas edere incepit. Anonymus ibidem. Ἴων Χῖος, τραγικὸς, ⁊ λυρικὸς, ⁊ φιλόσοφος, υἱὸς Ὀρθομένους, ἐπίκλησιν δ Ξάνθου, ἤρξατο τὰς τραγῳδίας διδάσκειν. *Ion Chius Tragicus, & Lyricus, & Philoſophus, filius Orthomenis, cognomine Xuthis, incepit tragoedias docere.* Suidas de eo. Ἤρξατο δὲ τὰς τραγῳδίας διδάσκειν ἐπὶ τῆς ὀγδοηκοστῆς δευτέρας Ὀλυμπιάδος. *Incepit autem tragoedias docere octogeſima ſecunda Olympiade.* Habes quoque apud Scholiaſten Ariſtophanis in Pacem. Poſt Chaerephanem Antidotus fuit, quem ſequutus Euthydemus Pedieum ſibi ſucceſſorem habuit.

CAP. XXI.

Philiſcus Archon. Criſon Himeraeus ſtadio vincit. In Ariſtophane mendum indicatum; quod Hesychii quoque Gloſſae repraeſentant. Timarchides, Callimachus, Lysimachides, Archontes; poſt quos Praxiteles; ſub quo calpe ſublata, & apene; Meliſſus, Protagoras, Empedocles florent. Lysias quindecennis Sybarim coloniam ducit.

OLymp. LXXXIII. anno I. Philiſcus fuit, ſtadioque Criſon Himeraeus vicit. Anonymus. Ὀλυμπιὰς ὀγδοηκοσὴ καὶ τρίτη, ἔτος πρῶτον. Φίλισκος (ἄρχων) Κρίσων Ἱμεραῖος στάδιον. *Olympias octogeſima, & tertia, annus primus. Philiſcus (Archon) Criſon Himeraeus ſtadium.* Dionyſius Halicarn. lib. XI. Ἐπὶ δὲ τῆς ὀγδοηκοστῆς ⁊ τρίτης Ὀλυμπιάδος, ἣν ἐνίκα στάδιον Κρίσων Ἱμεραῖος, ἄρχοντος Ἀθήνησι Φιλίσκου, καλαλύουσι Ῥωμαῖοι τὴν τῶν δέκα ἀρχήν. *Octogeſima, & tertia Olympiade, qua vicit ſtadium Criſon Himeraeus, Archonte Athenis Philiſco, abrogaverunt Romani decemviratum.* Diodorus lib. XII. Ἐπ' ἄρχοντος ἧ Ἀθήνῃζι Φιλίσκου Ἤλεῖοι ἤγαγον Ὀλυμπιάδα τρίτῳ πρὸς ταῖς ὀγδοήκοντα, καθ' ἣν ἐνίκα στάδιον Κρίσων Ἱμεραῖος. *Archonte vero Athenis Philiſco, Elei egerunt Olympiadem tertiam, & octogeſimam, qua vicit ſtadium Criſon Himeraeus.* Victoris meminit Pauſanias Eliac. I. Ἔτει τρίτῳ τ Ὀλυμπιάδος, ἣν Κρίσων Ἱμεραῖος ἐνίκα στάδιον. *Anno tertio Olympiadis, qua Criſon Himeraeus vicit ſtadium.* Item Euſebius, apud quem Κρίσσων ſcribitur. Ὀγδοηκοσὴ τρίτη (Ὀλυμπιὰς) Κρίσσων Ἱμεραῖος στάδιον. *Octogeſima tertia (Olympias) Criſon Himeraeus ſtadium.* Quemadmodum etiam apud Platonem De Leg. lib. VIII. Καὶ δὴ καὶ Κρίσσωνα, ⁊ Ἄγυλλον, ⁊ ἄλλους παμπόλλους, ὁ αὐτός πω λόγος ἔχει. *Profecto & Criſſonem, & Aſtyllum, & alios quamplures, eadem fere fama habet.* Clemens Strom. III. Φασὶ δὲ ⁊ ἀθλητὰς οὐκ ὀλίγους ἀφροδισίων ἀπέχεσθαι, δι' ἄσκησιν σωματικὴν ἐγκρατευομένους· καθάπερ τὸν Κροτωνιάτην Ἄγυλλον, ⁊ Κρίσωνα τ Ἱμεραῖον. *Dicunt autem & athletas non paucos venereis abſtinere, per exercitationem corporis continentes; quemadmodum Crotoniatem Aſtylum, & Criſonem Himeraeum.* Apud Ariſtophanem, in quadam fabula corrupte Γρίζων ſcriptum fuerat; unde eſt in Heſychii Gloſſis. Γρίσων, ὗς. Ἀριστοφάνης δὲ, ὄνομα δρομέως, νενικηκότος ἐν Ὀλυμπίᾳ στάδιον. *Griſon, ſus. Ariſtophanes autem nomen curſoris, qui vicit in Olympia ſtadium.* Philiſcum Archontem Timarchides ſequitur; hunc Callimachus, illum Lyſimachides; ſub hoc, miſſis a Pſammeticho, AEgypti rege, frumenti medimnis quadragies mille, facta eſt inquiſitio civium, de qua Plutarchus in Pericle; & Scholiaſtes Ariſtophanis ad Veſpas. Lyſimachidem ſequutus eſt, Praxiteles Olympiad. LXXXIV. anno I. (a) quo ſecundum vicit Criſon curſu ſtadii, ut Auctores ii narrant, qui de primo tradidere; quorum loca initio capitis a me rela-

(a) Epochae Graecorum ad hunc annum Diphilum Archontem memorant.

Digitized by Google

relata. Calpe etiam, & apene tunc ſublata. Anonymus illic. Κάλπης, καὶ ἀπήνης, δρόμος ἐν Ὀλυμπίᾳ κηρύγματι ἀπηγορεύθη. *Calpes, & apenes, curſus Olympiae edicto ſublatus eſt.* Pauſanias Eliac. I. Τῆς δ' ἀπήνης, ᾗ κάλπης τὸν δρόμον, τὸν μέν, Ὀλυμπιάδι νομισθέντα ἑβδομηκοστῇ, τὸν δὲ τῆς κάλπης, τῇ ἐφεξῆς ταύτης· κήρυγμα ὑπὲρ ἀμφοτέρων ἐποιήσαντο ἐπὶ τῆς τετάρτης Ὀλυμπιάδος καὶ ὀγδοηκοστῆς, κάλπης τὸ λοιπὸν, μήτε ἀπήνης ἔσεσθαι δρόμον. *Apenae autem, & calpae curſum, illum quidem Olympiade inſtitutum ſeptuageſima; hunc vero calpae ſequenti. Edictum de ambabus fecerunt quarta Olympiade, & octogeſima, ne calpae amplius, neque apenae celebraretur curſus.* Meliſſus quoque, Protagoras, & Empedocles florebant. Anonymus ibidem. Μέλισσος Σάμιος, ὁ φιλόσοφος, Πρωταγόρας, καὶ Ἐμπεδοκλῆς ἤκμαζον. *Meliſſus Samius philoſophus, Protagoras, & Empedocles floruerunt.* Ac de Meliſſo eſt Diogenis Laertii locus in eius Vita lib. IX. Φησὶ δ' Ἀπολλόδωρος, ἠκμακέναι αὐτὸν κατὰ τὴν τετάρτην, καὶ ὀγδοηκοστὴν Ὀλυμπιάδα. *Inquit autem Apollodorus, floruiſſe ipſum circa quartam, & octogeſimam Olympiadem.* De Protagora apud eumdem eſt eodem libro. Ἀπολλόδωρος δέ φησι, σοφιστεῦσαι αὐτὸν ἔτη τεσσαράκοντα, καὶ ἀκμάσαι κατὰ τὴν τετάρτην καὶ ὀγδοηκοστὴν Ὀλυμπιάδα. *Apollodorus autem dicit, docuiſſe ipſum annos quadraginta, & floruiſſe circa quartam & octogeſimam Olympiadem.* Quemadmodum item de Empedocle lib. VIII. Ἤκμαζε δὲ κατὰ τὴν τετάρτην καὶ ὀγδοηκοστὴν Ὀλυμπιάδα. *Floruit autem circa quartam, & octogeſimam Olympiadem.* Aulus Gellius ait, Empedoclem floruiſſe circa ea tempora, quibus caeſi apud Cremeram trecenti Fabii; quod accidit Olympiad. LXXVII. anno I. ut ſupra oſtendi. Verba Gellii ita habent lib. XVII. cap. XXI. *Menenio Agrippa, M. Horatio Pulvillo, COSS. bello Veiente, apud fluvium Cremeram, ab his trecenti patritii Fabii, cum familiis ſuis univerſi, ab hoſtibus circumventi perierunt. Iuxta ea tempora Empedocles Agrigentinus in naturalis Philoſophiae ſtudio floruit.* Lyſias etiam anno aetatis decimo quinto, quippe Archonte Philocle natus Olympiad. LXXX. anno II. Sybarim coloniam duxit. Vide quae notavi pridem Attic. Lect. libro IV. cap. XV.

CAP. XXII.

Lysanias Archon, poſt quem Diphilus. Obſides ex Eretria lecti. Ἐρετριακὸς κατάλογος. *Timocles Archon.*

PRaxitelem Lyſanias excepit. Ita ſtatuit Anonymus, & Diodorus lib. XII. Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησι Λυσανίου Ῥωμαῖοι πάλιν δέκα ἄνδρας νομοθέτας εἵλοντο. *Archonte autem Athenis Lysania, Romani rurſus decemviros legislatores elegerunt.* Illum Diphilus ſequutus. Et ſubiungit Diodorus libro citato. Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησι Διφίλου, Ῥωμαῖοι κατέστησαν ὑπάτους. *Archonte autem Athenis Diphilo, Romani conſtituerunt conſules.* Et Anonymus ibidem ponit. Item Dionyſius Halicarnaſſ. extremo XI. Οὗτοι παραλαμβάνουσι πρῶτοι τὴν ἀνθύπατον ἀρχὴν, κατὰ τὸν τρίτον ἐνιαυτὸν τῆς ὀγδοηκοστῆς καὶ τετάρτης Ὀλυμπιάδος, ἄρχοντος Ἀθήνησι Διφίλου. *Hi adipiſcuntur primi proconſularem magiſtratum, tertio anno octogeſimae, & quartae Olympiadis, Archonte Athenis Diphilo.* Sub hoc decretum factum fuit, uti obſides ex Eretria opulentiorum filii legerentur; idque Ἐρετριακὸς κατάλογος dicebatur. Heſychius in Ἐρετριακὸς κατάλογος. Ἐπὶ Διφίλου ψήφισμα ἐγράφη, ἐξ Ἐρετρίας καταλέξαι ὁμήρους τῶν πλουσιωτάτων υἱούς. τοῦτο οὖν τὸ ψήφισμα ἔχει ἐπιγραφήν, Ἐρετριακὸς κατάλογος. *Sub Diphilo decretum ſcriptum eſt, ut ex Eretria eligerentur obſides ditiſſimorum filii. Illud igitur decretum habet inſcriptionem, Eretriacus catalogus.* Diphilum ſequutus Timocles. Anonymus illic, & Diodorus lib. XII. Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησι Τιμοκλέους, Ῥωμαῖοι μὲν κατέστησαν ὑπάτους Λαρῖνον Ἑρμίνιον, καὶ Τῖτον Στερτίνιον Στρούκτωρα. *Archonte autem Athenis Timocle, Romani quidem conſtituerunt conſules Larinum Herminium, & Titum Stertinium Structorem.*

(a) Epochae Graecorum Diphilum anno I. Olympiad. LXXXIIII Archontem tribuunt. Ἀφ' οὗ Εὐριπίδης ἐτῶν ὢν ΔΔΔΔIII τραγῳδίᾳ πρῶτον ἐνίκησεν ἔτη ΗΓΔ ..... οντος Ἀθήνησι Διφί..... *Ex quo Euripides annos natus XLIII tragoedia primum vicit, anni CL.... Archonte Athenis Diphilo.* Ad quem locum vide *Io. Seldenum Canone Chronico.*

Digitized by Google

DE ARCHONTIBVS ATHENIENSIVM.

LIBER TERTIVS.

CAPVT PRIMVM.

Myrichides, ſive Morychides Archon. Criſon tertium ſtadio victor. Diodori Siculi locus emendatus. Decretum Athenis, ne comoediae deinceps ullae agerentur. Glaucides Archon, & Theodorus; inde Euthymenes, ſub quo prius id decretum abrogatum. Scholiaſtes Ariſtophanis reſtitutus. Ariſtophanis Ἀχαρνῆς, Cratini Χειμαζόμενοι, Eupolidis Νεμήνιαι actae. Veſtibula arcis, Mneſicle architecto, ſtrui coepta.

MYrichides Timocli ſucceſſit Olympiad. LXXXV. anno I. Quo Criſon ſtadio tertium victor. Anonymus. Ὀλυμπιὰς ὀγδοηκοστὴ πέμπτη, ἔτος πρῶτον. Μυριχίδης (ἄρχων) Κρίσων Ἱμεραῖος στάδιον τὸ τρίτον. *Olympias octogeſima quinta, annus primus. Myrichides (Archon,) Criſon Himeraeus ſtadium tertia vice.* Emendandus eſt Diodorus lib. XII. Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησι Μυριχίδου, Ἡλεῖοι ἤγαγον Ὀλυμπιάδα πέμπτην πρὸς ταῖς ὀγδοήκοντα, ἐν ᾗ ἐνίκα Κρίσων Ἱμεραῖος τὸ τρίτον. *Archonte autem Athenis Myrichide, Elei egerunt Olympiadem quintam, & octogeſimam, quam vicit Criſon Himeraeus tertium.* Perperam editur, τὸ δεύτερον. De victore, etiam Euſebius. Ὀλυμπιὰς ὀγδοηκοστὴ πέμπτη. ὁ αὐτὸς (Κρίσων) τὸ τρίτον στάδιον. *Olympias octogeſima quinta. Idem (Criſon) tertia vice ſtadium.* Quod Archontem adtinet, is Morychides dicitur Suidae in Εὐθυμένης, & Scholiaſtae Ariſtophanis Acharnenſibus. Verba utriuſque Auctoris ſtatim proferam. Ac decretum ſub hoc factum, ne comoediae deinceps ullae agerentur. Anonymus ibi. Ψήφισμα τοῦ μὴ κωμῳδεῖν ἐγράφη. *Decretum ne comoediae agerentur ſcriptum eſt.* Sed non diu id obtinuit, moxque quarto inde anno, quo Euthymenes Archon erat, abrogatum; ut ſtatim dicam. Poſt Myrichiden Glaucides fuit, quem ſequutus Theodorus ſucceſſorem Euthymenem habuit. Ita Anonymus, & Diodorus nobis tradunt. Et Euthymenis apud Ariſtophanem eſt mentio in Acharnenſibus.

Ἐπέμψαθ' ἡμᾶς ὡς βασιλέα τὸν μέγαν,
Μισθὸν φέροντας δύο δραχμὰς τῆς ἡμέρας,
Ἐπ' Εὐθυμένους ἄρχοντος. ——
Miſiſtis nos ad regem magnum,
Mercedem habentes duas drachmas in diem,
Euthymene Archonte. ——

Sub hoc decretum, de quo dixi, Myrichide Archonte factum, ne comoediae agerentur, revocatum. Anonymus in Myrichide Archonte. Ψήφισμα τοῦ μὴ κωμῳδεῖν ἐγράφη, τὸ μετὰ ταῦτα ἐπὶ Εὐθυμένους ἄρχοντος διαλυθέν. *Decretum ne comoediae agerentur, ſcriptum eſt, quod poſtea Euthymene Archonte abrogatum,* Et mox in hoc Euthymene. Τὸ ψήφισμα τοῦ μὴ κωμῳδεῖν, γραφὲν ἐπὶ Μυριχίδου, ἐλύθη. *Decretum, ne comoediae agerentur, ſcriptum ſub Myrichide, abrogatum.* Suidas. Εὐθυμένης, ὄνομα κύριον, ἄρχων Ἀθηναίοις. ἐφ' οὗ καὶ ἐλύθη τὸ ψήφισμα τοῦ μὴ κωμῳδεῖν, γραφὲν ἐπὶ Μορυχίδου. *Euthymenes, nomen proprium, Archon Athenienſis. Sub quo abrogatum eſt edictum ne comoediae agerentur, ſcriptum ſub Morychide.* Scholiaſtes Ariſtophanis ad citata ſtatim verba. Ἐπ' Εὐθυμένους ἄρχοντος. ἔτος ὁ ἄρχων, ἐφ' οὗ καὶ ἐλύθη τὸ ψήφισμα τοῦ μὴ κωμῳδεῖν, γραφὲν ἐπὶ Μορυχίδου. καὶ ἴσχυσεν ἐκεῖνόν τε τὸν ἐνιαυτὸν, καὶ δύο τοὺς ἑξῆς, Ἐπιγένη τε καὶ Θεοδώρου, μεθ' οὓς ἐπ' Εὐθυμένους κατελύθη. *Hic Archon fuit, ſub quo abrogatum eſt decretum ne comoediae agerentur, ſcriptum ſub Morychide. Et valuit eodem anno, & duobus ſequentibus, nempe Epigini, & Theodori, poſt quos ſub Euthymene abrogatum eſt,* Sed corrupta illic verba ſic emendo. καὶ δύο τοὺς ἑξῆς, ἐπὶ Γλαυκίδου τε καὶ Θεοδώρου. *Et duobus ſequentibus, ſub Glaucida, & Theodoro.* Scriptum fuerat per compendium, ἐπὶ Γλῳ· quod mox anſam corrumpendo loco dedit. Corruptus quoque ille ipſe in vita Comici. Ψηφίσματος γὰρ γενομένου χορηγοῦ ὥςε μὴ ὀνομαστὶ κωμῳδεῖν τινα, &c. Reſcribo. Ψηφίσματος γὰρ γενομένου Μυριχίδου, ὥςε μὴ ὀ. κ. τ. Fertur autem decretum illud factum fuiſſe ab Antimacho. Scholiaſtes idem alibi ad Acharnenſes. Ἐδόκει δὴ ὁ Ἀντίμαχος ἔτος ψήφισμα πεποιηκέναι, μὴ δεῖν κωμῳδεῖν ἐξ ὀνόματος. *Antimachus hic decretum feciſſe ferebatur, ne quis ex nomine ſugillaret.* Actae quoque eodem Archonte Ariſtophanis Ἀχαρνῆς, Cratini Χειμαζόμενοι, & Eupolidis Νεμήνιαι. Idem Scholiaſtes, in Argumento Acharnenſium. Ἐδιδάχθη ἐπὶ Εὐθυμένους ἄρχοντος ἐν Λιμναίοις διὰ Καλλιστράτου, ᾗ πρώτῳ ἦν. δευτέρῳ, Κρατίνῳ Χειμαζομένοις· τρίτος, Εὔπολις Νεμήνιαις. *Docta eſt Euthymene Archonte in Lenaeis,*

Digitized by Google

naeis, per Callistratum. Et primus erat. Secundus, Cratinus Hiemantibus. Tertius, Eupolis Noviluniis. Ac de Acharnensibus Comici etiam Anonymus illic. Ἀχαρνεῖς Ἀριστοφάνους ἐδιδάχθησαν ἐν Λιμναίοις. *Acharnenses Aristophanis docti sunt festo Lenaeorum.* Arcis item tunc vestibula strui coepta, architecto Mnesicle. Anonymus ibidem. Τὰ προπύλαια τῆς ἀκροπόλεως οἰκοδομεῖν ἤρξαντο οἱ Ἀθηναῖοι, Μνησικλέους ἀρχιτεκτονοῦντος. *Vestibula arcis aedificare coeperunt Athenienses, Mnesicle Architecto.* Harpocration in Προπύλαια. Περὶ δὲ τῶν προπυλαίων τῆς ἀκροπόλεως, ὡς ἐπὶ Εὐθυμένους ἄρχοντος οἰκοδομεῖν ἤρξαντο Ἀθηναῖοι, Μνησικλέους ἀρχιτεκτονοῦντος, ἄλλοτε ἱστορήκασι, καὶ Φιλόχορος ἐν τῇ τετάρτῃ. *De vestibulis autem arcis, Euthymene Archonte aedificare ea coepisse Athenienses, Mnesicle architecto, & alii scripserunt, & Philochorus in quarto.*

CAP. II.

Nausimachus, sive rectius Lysimachus, archon. Theopompus, sive Diopompus, stadio victor. Diodorus Siculus correctus. Isocrates nascitur. Diogenes Laertius emendatus. Democritus, Empedocles, Hippocrates, Gorgias, & Prodicus, florent. Plinii locus restituitur. Phrynichus comoedias edit. Antilochides archon, inde Chares, & Apseudes. Meton in Pnyce solarium ponit.

NAusimachus sequitur, Olymp. LXXXVI. anno I. quo Theopompus Thessalus stadio victor. Diodorus lib. XII. Ἐπ' ἄρχοντος δὲ Ἀθήνησι Ναυσιμάχου, Ἠλεῖοι ἤγαγον Ὀλυμπιάδα ἕκτην πρὸς ταῖς ἑβδομήκοντα. κατ' ἣν ἐνίκα στάδιον Θεόπομπος Θετταλός. *Archonte autem Athenis Nausimacho, Elei egerunt Olympiadem sextam, & octogesimam, qua vicit stadium Theopompus Thessalus.* Victorem Theopompum ibidem Anonymus quoque nominat, & Eusebius. Platoni Διόπομπος dicitur, De Leg. lib. VIII. Archon vero hic Lysimachus aliis dicitur. Id Anonymus etiam indicat, quum inquit. Ὀλυμπιὰς ὀγδοηκοστὴ ἑκτη, Ναυσίμαχος Μυρρινούσιος, οἱ δέ, Λυσιμαχος, (ἄρχων.) *Olympias octogesima sexta. Nausimachus Myrrhinusius, alii vero Lysimachus,* (*archon.*) Verum ego emendandum Diodorum omnino existimo; scribendumque, Λυσιμάχου pro Ναυσιμάχου. Nam Lysimachus apud Auctores alios omnes nuncupatur, uti statim apparebit. Natus autem tunc Isocrates. Anonymus illic. Ἰσοκρατης ῥήτωρ ἐγεννήθη. *Isocrates rhetor natus est.* Plutarchus in Vita eius lib. De x. Rhet. Γενόμενος κατὰ τὴν ὀγδοηκοστὴν ἕκτην Ὀλυμπιάδα Λυσιμάχου Μυρρινουσίου. *Natus octogesima sexta Olympiade Lysimachi Myrrhinusii.* Dionysius Halicarn. in Isocrate. Ἰσοκράτης ὁ Ἀθηναῖος ἐγεννήθη μὲν ἐπὶ τῆς ὀγδοηκοστῆς ἕκτης Ὀλυμπιάδος, ἄρχοντος Ἀθήνησι Λυσιμάχου. *Isocrates Athenienfis natus quidem est octogesima sexta Olympiade, Archonte Athenis Lysimacho.* Diogenes Laertius in Platone lib. III. Ἔστιν οὖν Ἰσωκράτους νεώτερος ἔτεσιν ϛ'. ὁ μὲν γὰρ, ἐπὶ Λυσιμάχου. Πλάτων δὲ, ἐπὶ Ἀμφίου γέγονεν. *Est igitur Socrate iunior annis sex. Ille enim quidem tempore Lysimachi; Plato autem aetate Aminiae fuit.* Sed corrupta leviter verba sic emendo. Ἰσοκράτης νεώτερος. ἔτεσιν ζ'. *Isocrate iunior annis septem.* Proclivis numerorum lapsus: quippe Isocrates septem annis Platone maior. Plutarchus in citato loco. Πρεσβύτερος ὁ Πλάτωνος (ἔτεσιν) ἑπτά. *Senior autem Platone* (*annis*) *septem.* Putemus tempus. Natus Isocrates sub Lysimacho, quem sequuti ordine archontes Antilochides, Chares, Apseudes, Pythodorus, Euthydemus, Apollodorus, Epameinon, sive, ut alii, Epaminondas, aut Ameinias; sub quo Plato natus fuit. Ergo certe emendatio. Porro natalem Isocratis annum in hanc ipsam Olympiadem etiam Suidas refert. Ἰσοκράτης Θεοδώρου αὐλοποιοῦ, Ἀθηναῖος, ῥήτωρ, γεγόμενος ἐπὶ τῆς ἕκτης καὶ ὀγδοηκοστῆς Ὀλυμπιάδος. *Isocrates, Theodori fistularum fabri filius, Athenienfis rhetor, natus sexta, & octogesima Olympiade.* Florebant etiam eo tempore Democritus Abderita, Empedocles Agrigentinus, Hippocrates Cous, Gorgias Leontinus, Prodicus Ceus. Eusebius in hoc ipso anno, Chron. II. Δημόκριτος Ἀβδηρίτης φιλόσοφος ἐγνωρίζετο, καὶ Ἐμπεδοκλῆς ὁ Ἀκραγαντῖνος, καὶ Ἱπποκράτης Κῶος ἰατρὸς, Γοργίας, καὶ Πρόδικος. *Democritus Abderita philosophus innotescebat, & Empedocles Agrigentinus, & Hippocrates Cous medicus, Gorgias, & Prodicus.* Ac de Gorgiae aetate emendandus omnino Plinius, lib. XXXIII. cap. IV. *Hominum primus & auream statuam, & solidam Gorgias Leontinus Delphis in templo sibi posuit.* LXXX. *circiter Olympiade.* Male editur, LXX. *circiter O.* Suidas in Γοργίας. Πορφύριος αὐτὸν ἐπὶ τῆς ὀγδοηκοστῆς Ὀλυμπιάδος τίθησι. *Porphyrius ipsum octogesima Olimpiade ponit.* Nihil est certius. Phrynichus quoque Comicus fabulas suas edere tunc primum incepit. Anonymus ibidem. Φρύνιχος Ἀθηναῖος, κωμικος τῶν ἐπιδεδεστέρων τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας, ἐδίδαξε τὸ πρῶτον. *Phrynichus Athenienfis comicus posteriorum veteris comoediae docuit primum.* Suidas. Φρύνιχος, Ἀθηναῖος, κωμικὸς τῶν ἐπιδεδεστέρων τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας, ἐδίδαξε τὸ πρῶτον ἐπὶ ὀγδοηκοστῆς ἕκτης Ὀλυμπιάδι. *Phrynichus Athenienfis, comicus posteriorum veteris comoediae docuit primum octogesima sexta Olympiade.* Post Lysimachum Antilochides; illum Chares, istum Apseudes est sequutus. Ita Anonymus, & Diodorus nobis tradunt. Sub Antilochide Chalcidenses ab Athenienfibus defecerunt: teste Diodoro Siculo lib. XII. At Scholiastes Aristophanis, Equitibus, sub Euclide id factum ait; qui nimirum archon fuit Olympiadis LXXXVIII. anno II. Ἀπέστησαν δὲ ἀπὸ Ἀθηναίων Χαλκιδεῖς ἐπὶ Εὐκλείδου ἄρχοντος. *Sub Euclide Archonte Chalcidenses ab Athenienfibus defecerunt.* Sub Apseude Meton solarium suum in Pnyce posuit. Anonymus in eo archonte. Μέτων, ὁ Παυσανίου, Λευκονοεὺς, ἡλιοτρόπιον ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ ἔγηκε. *Meton, Pausaniae filius, Leuconoensis, solarium in comitio posuit.* Meminitque facti Suidas in Μέτων, Scholiastes Aristophanis Avibus, & AElianus Var. Hist. lib. X. cap. VII. Quod archontem Apseudem attinet, eius mentio etiam occurrit apud Ptolemaeum,

Μεγ.

Digitized by Google

Μεγ. Συνλ. lib. III. Ἐκείνη μέν γὰρ ἀναγράφεται γεγενημένη ἐπὶ Ἀψευδοῦς ἄρχοντος Ἀθηνῆσι. *Haec enim recenſetur facta Apſeude Archonte Athenis*. Et mox iterum. Καὶ ἔστι τὰ μὲν ἀπὸ τῆς ἐπὶ τοῦ Ἀψευδοῦς ἀναγεγραμμένης θερινῆς τροπῆς, μέχρι τοῦ ὑπὸ τὴν περὶ Ἀρίσαρχον τετηρημένης, τῷ πεντηκοστῷ ἔτει τῆς πρώτης κατὰ Κάλλιππον περιόδου, καθὼς καὶ ὁ Ἵππαρχός φησιν, ἔτη ἑκατὸν πεντήκοντα δύο. *Et ſunt quidem aliqua ab illa converſione aeſtiva, quae ſub Apſeude conſcripta eſt, uſque ad illam, quae ab Ariſtarcho ſervata eſt, anno quinquageſimo primae iuxta Callippum periodi, prout etiam Hipparchus, inquit, anni centum quinquaginta duo.*

CAP. III.

Pythodorus archon. Sophron Ambraciotes ſtadio, Dorieus Rhodius pancratio vincit. Ariſtomenes Comicus claret, Euripides cum Sophocle, & Euphorione certans, Phoeniſſas edit. Minervae ſimulacrum aureum in arce ponitur. Belli Peloponneſiaci initium. Euthydemus archon, & Apollodorus; ſub quo Eupolis fabulas docet. Inde archon Epaminon, ſive Epaminondas, aut Aminias. Scholiaſtes Euripidis emendatur. Plato naſcitur. Euſebii, & Chronici Alexandrini error. Pericles moritur,

POſt Apſeudem Pythodorus memoratur Olymp. LXXXVII. anno I. quo Sophron Ambraciotes ſtadio vincebat. Diodorus lib. XII. Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνῃσι Πυθοδώρου Ἤλεῖοι ἦγαγον Ὀλυμπιάδα ἑβδόμῃ πρὸς ταῖς ὀγδοήκοντα, καθ' ἣν ἐνίκα στάδιον Σώφρων Ἀμβρακιώτης. *Archonte autem Athenis Pythodoro Elei egerunt Olympiadem ſeptimam, & octogeſimam, qua vicit ſtadium Sophron Ambraciotes*. Anonymus; Ὀλυμπιὰς ὀγδοηκοστὴ ἑβδόμη, ἔτος πρῶτον, Πυθόδωρος (ἄρχων.) Σώφρων Ἀμβρακιώτης στάδιον. *Olympias octogeſima ſeptima, annus primus, Pythodorus (archon.) Sophron Ambraciotes ſtadium*. Habes de victore Sophrone etiam apud Euſebium. Dorieus quoque Rhodius, Diagorae F. pancratio vicit. Anonymus ibidem. Δωριεὺς Διαγόρου Ῥόδιος παγκράλιον. *Dorieus Diagorae filius Rhodius pancration*. Ariſtomenes Comicus tunc florebat. Anonymus ibidem, Ἀριστομένης, κωμικὸς τῶν ἐπιδευτέρων τῆς ἀρχαίας κωμῳδίας, ἐγνωρίζετο. *Ariſtomenes comicus ex poſterioribus veteris comoediae innoteſcebat*. Idem dicit Suidas in Ἀριστομένης. Euripides quoque Phoeniſſas edidit, cum Euphorione certans, & Sophocle. Anonymus illic. Αἱ Φοινίσσαι Εὐριπίδου ἐδιδάχθησαν. πρῶτος Εὐφορίων, δεύτερος Σοφοκλῆς, τρίτος Εὐριπίδης. *Phoeniſſae Euripidis doctae ſunt. Primus Euphorion, ſecundus Sophocles, tertius Euripides*. Item Medeam. Ariſtophanes Grammaticus in Argumento eius fabulae. Ἐδιδάχθη (ἡ Μήδεια) ἐπὶ Πυθοδώρου ἄρχοντος, κατὰ τὴν ὀγδοηκοστὴν ἑβδόμην Ὀλυμπιάδα. *Acta eſt (Medea) ſub Archonte Pythodoro Olympiade* LXXXVII. Simulacrum etiam aureum Minervae, Phidiae opus, in arce poſitum, curante Pericle. Anonymus ibidem. Τὸ ἄγαλμα τὸ χρυσοῦν Ἀθηνᾶς ἐστάθη εἰς τὸν νεὼν τὸν μέγαν, ἔχον χρυσίου σταθμὸν ταλάντων μδ', Περικλέους ἐπισταθμοῦντος, Φειδίου δὲ ποιήσαντος. *Statua aurea Minervae poſita eſt in aede magna, habens auri pondus talentorum quadraginta quatuor, Pericle curante, Phidia vero artifice*. Scholiaſtes Ariſtophanis Pace. Φιλόχορος ἐπὶ Πυθοδώρου ἄρχοντος ταῦτά φησι. καὶ τὸ ἄγαλμα τὸ χρυσοῦν Ἀθηνᾶς ἐστάθη εἰς τὸν νεὼν τὸν μέγαν, ἔχον χρυσίου σταθμὸν ταλάντων μδ', Περικλέους ἐπισταθμοῦντος, Φειδίου δὲ ποιήσαντος. *Philochorus Pythodoro Archonte illa dicit. Et ſtatua aurea Minervae poſita eſt in aede magna, habens auri pondus talentorum quadraginta quatuor, Pericle curante, Phidia vero artifice*. Narrat factum etiam Plutarchus in Pericle; & Suidas in Φειδίας. Initium denique etiam belli Peloponneſiaci fuit. Thucydides, ubi de eo agit lib. II. Καὶ Πυθοδώρου ἔτι δύο μῆνας ἄρχοντος Ἀθηναίοις. *Et Pythodoro adhuc duos menſes Archonte Athenienſium*. Conſentit Dionyſius Halicarn. in Iſocrate, ubi dicit, natum eum oratorem anno quinto ante bellum iſtud Peloponneſiacum. Ἐγεννήθη ἐπὶ τῆς ὀγδοηκοστῆς, καὶ ἕκτης Ὀλυμπιάδος, ἄρχοντος Ἀθήνησι Λυσιμάχου, πέμπτῳ πρότερον ἔτει τοῦ Πελοποννησιακοῦ πολέμου. *Natus eſt octogeſima & ſexta Olympiade, Archonte Athenis Lyſimacho, quinto anno ante Pelepponeſiacum bellum*. Euſebius quoque in hoc ipſo anno. Ὁ Πελοποννησιακὸς συνέστη πόλεμος. *Pelepponneſiacum geſtum fuit bellum*. Alii ſequente anno, & archonte Euthydemo, factum tradunt. In his Anonymus, & Diodorus lib. XII. Et hic Romae conditae fuit CCCXXIII. de quo Aulus Gellius lib. XVII. cap. XXI. *Bellum deinde in terra Graecia maximum Pelopponneſiacum, quod Thucydides memoriae mandavit, coeptum eſt circa annum fere poſt conditam Romam trecenteſimum vigeſimum tertium*. Nempe, quia diſſidere Auctores viderat, dubitanter etiam tradit; *coeptum circa annum fere trecenteſimum vigeſimum tertium*. Nam, ſecundum Dionyſium, & Thucydidem, annus erat urbis conditae trecenteſimus vigeſimus ſecundus. Porro archontis huius Pythodori meminit etiam Suidas in Μέτων. Πρὸ Πυθοδώρου ὁ ἡλιοτρόπιον ἦν ἐν τῇ νῦν ὅσῃ ἐκκλησίᾳ πρὸς τῷ τείχει τῷ ἐν Πνυκί. *Ante Pythodorum autem ſolarium erat in comitio, quod nunc eſt ad murum, qui eſt in Pnyce*. Pythodorum eſt ſequutus Euthydemus. Ita Anonymus recenſet, & Diodorus; Meminitque etiam eius Athenaeus lib. V. cuius verba ſtatim mihi proferenda. Hunc Apollodorus ſequitur, uti ex iisdem clarum. Sub hoc Eupolis fabulas docuit. Anonymus ibidem. Εὔπολις τὰ αὐτοῦ δράματα ἐδίδαξε. *Eupolis ſuas fabulas docuit*. Et Scholiaſtes Ariſtophanis in Prolegomenis. Εὔπολις Ἀθηναίοις ἐδίδαξεν ἐπὶ ἄρχοντος Ἀπολλοδώρου. *Eupolis Athenienſis docuit Archonte Apollodoro*. Plato item ſub hoc natus; uti teſtis Athenaeus lib. V. Πλάτων ὃν γεγόναται ἐπὶ Ἀπολλοδώρου, τοῦ μετ' Εὐθύδημον ἄρξαντος. *Plato autem natus eſt ſub Apollodoro, poſt Euthydemum Archonte*. Et mox. Ἀπὸ δὲ Ἀπολλοδώρου, ᾧ τὰ Πλάτωνος γενέσεως, τεσσαρεσκαιδέκατός ἐστιν ἄρχων Εὔφημος. *Ab Apollodoro autem, & Platonis natali, quatuordecimus eſt Archon Euphemus*. Alii factum id ſequente anno volunt, quo archon Epaminon fuit. Anonymus ita eum nominat,

Digitized by Google

nat, annotatque; Πλάτων ἐχρωνήθη. *Plato natus est*. Diogeni Laertio Aminias dicitur in Platone lib. III. Πλάτων ὃ ἐπὶ Ἀμφίου γέγονεν. *Plato autem sub Aminia natus est*. Diodoro est Epaminondas. Certe Epaminon indigetatur etiam Athenaeo lib. v. ubi mortuum illo archonte Periclem tradit. Περικλῆς ὃ ἀποθνήσκει κατὰ τὸ τρίτον ἔτος τοῦ Πελοποννησιακοῦ πολέμου, ἄρχοντος Ἐπαμείνονος. *Pericles vero moritur tertio anno Peloponnesiaci belli, Archonte Epaminone*. Et Scholiastae Euripidis in Argumento Hippolyti. Ἡ σκηνὴ τοῦ δράματος ὑπόκειται ἐν Θήβαις, Ἐπαμείνονος ἄρχοντος, Ὀλυμπιάδι ὀγδοηκοστῇ ἑβδόμῃ, ἔτει τετάρτῳ. *Scena fabulae supponitur Thebis, Epaminone Archonte, Olympiade octogesima septima, anno quarto*. Non recte editur. ἐπὶ Ἀμένονος ἄρχοντος. *Aminone Archonte* Quod vero ad Platonis natalem attinet, errat de eo vehementer Eusebius, qui constituit Olymp. LXXXVIII. anno IV. quo archon Stratocles; item Chronicon Alexandrinum, quod Olymp. LXXXIX. anno I. quo Isarchus archon fuit. Mortuus autem etiam Pericles eo archonte, quo nimirum tertius annus belli Peloponnesiaci erat. Vidimus in citatis Athenaei verbis, & Anonymus item refert. Τρίτον ἔτος Πελοποννησιακοῦ πολέμου. Περικλῆς ἀποθνήσκει. *Tertius annus Peloponnesiaci belli. Pericles moritur*. Thucydides excessisse ait anni tertii sexto mense. Ecce verba lib. II. Ἐπεβίω ὃ (ὁ Περικλῆς) δύο ἔτη, καὶ ἐξ μῆνας *Super vixit autem* (*Pericles*) *duos annos, & sex menses*.

CAP. IV.

Diotimus archon. Symmachus Messenius Stadio vincit. Eusebius emendatur. Diagoras Rhodius pancratiasta. Thucydides illustratur. Megacles Athenienſis quadriga vincit. Scholiastes Pindari restituitur. Anonymi in Descript. Olymp. ἁμάρτημα μνημονικόν. *Anaxagoras moritur. Plato, ut quidam volunt, nascitur. Aristophanes quando primum fabulas ediderit. Anonymi in Descriptione Olympiadum, & Scholiastae Aristophanis error. Euclides, sive Euclees, archon. Lex ab Aristophonte, ut pro notho haberetur, qui non cive matre natus. Cometa visus. Aristotelis locus restitutus. Item Suidae. Babylonii Aristophanis quando acta. Euthydemus, sive Scythodorus archon. Phidias moritur. Stratocles archon.* Ἵππεῖς *Aristophanis edita.*

OLymp. LXXXVIII. anno I. archon fuit Diotimus, sub quo stadio victor Symmachus Messenius. Anonymus. Ὀλυμπιὰς ὀγδοηκοστὴ ὀγδόη, ἔτος πρῶτον, Σύμμαχος Μεσσήνιος ἀπὸ Σικελίας στάδιον. *Olympias octogesima octava, annus primus, Symmachus Messenius ab Sicilia stadium*. Diodorus lib. XII. Ἐπ' ἄρχοντος δὲ Ἀθήνησι Διοτίμου Ἦλεῖοι ἦγον Ὀλυμπιάδα ὀγδόην πρὸς ταῖς ὀγδοήκοντα, καθ' ἣν ἐνίκα στάδιον Σύμμαχος Μεσσήνιος. *Archonte autem Athenis Diotimo Elei egerunt Olympiadem octavam, & octogesimam, qua vicit stadium Symmachus Messenius*. Itaque emendandum erit apud Eusebium victoris nomen. Ὀγδοηκοστὴ ογδόη (Ὀλυμπιάς) Σύμμαχος Μεσσήνιος στάδιον. *Octogesima octava* (*Olympias*) *Symmachus Messenius Stadium*. Male editur, Σύμμαχος Μερλυνιος. *Symmachus Merlynius*. Dorieus etiam Rhodius pancratio iterum vincebat. Anonymus ibidem. Δωριεὺς Διαγόρου Ῥόδιος παγκράτιον δεύτερον. *Dorieus Diagorae filius Rhodius pancratium secunda vice*. Meminit huius victoriae illius Thucydides. Ἦν δὲ Ὀλυμπιὰς, ᾗ Δωριεὺς Ῥόδιος τὸ δεύτερον ἐνίκα. *Erat vero Olympias, qua Dorieus Rhodius secundum vicit*. Megacles Athenienſis quadriga victor. Anonymus ibidem. Μεγακλῆς Ἀθηναῖος τεθρίππῳ. *Megacles Athenienſis quadriga*. Estque in eum Ode Pindari Pythion. VII. inscripta. Μεγακλεῖ Ἀθηναίῳ τεθρίππῳ. *Megacli Athenienſi quadriga*. Vbi Scholiastes. Γέγραπται ἡ ᾠδὴ Μεγακλεῖ Ἀθηναίῳ, νικήσαντι τὴν ὀγδοηκοστὴν ὀγδόην Ὀλυμπιάδα τεθρίππῳ. *Scripta ode Megacli Athenienſi, qui vicit octogesimam octavam Olympiadem quadriga*. Ita enim emendandum; perperamque hodie editur: ὀγδοηκοστὴν ὀγδόην Πυθιάδα. *Octogesima octava Pythiade*. Quippe Olympiadis huius anno tertio celebrata Pythias quadragesima prima. Oblitus ipse sui Anonymus, qui tunc Pythiadem triceſimam primam curru vicisse memorat Arcesilaum Cyrenaeum, quae fuit Olymp. LXXVIII. anno I. ubi etiam eumdem ponit. Sub archonte hoc Anaxagoras etiam diem suum obiit. Anonymus ibidem. Ἀναξαγόρας Κλαζομένιος φιλόσοφος ἐτελεύτησε. *Anaxagoras Clazomenius philoſophus est mortuus*. Diogenes Laertius in eius Vita lib. II. Φησὶ δ' Ἀπολλόδωρος ἐν τοῖς Χρονικοῖς, γεγενῆσθαι αὐτὸν τῇ ἑβδομηκοστῇ Ὀλυμπιάδι, τεθνηκέναι δὲ τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς ὀγδοηκοστῆς ὀγδόης. *Inquit vero Apollodorus in Chronicis, natum ipsum fuisse septuagesima Olympiade, mortuum autem primo anno octogesimae octavae*. Ita enim emendandum eum locum monui nuper Attic. Lect. lib. III. cap. XXVII. Quidam item in hunc annum referunt natalem Platonis. Anonymus ibidem. Πλάτων γεννᾶται, κατά τινας. *Plato natus est, iuxta quosdam*. Sunt & qui tunc Aristophanem fabulas primum edidisse per Callistratum commemorent. Anonymus in hoc ipso Olympiadis huius anno, & archonte. Ἀριστοφάνης πρῶτον ἐδίδαξε διὰ Καλλιστράτου. *Aristophanes primum docuit per Callistratum*. Et Scholiastes Aristophanis in Prolegomenis περὶ κωμῳδίας. Ἐδίδαξε δὲ πρῶτον ἐπὶ ἄρχοντος Φιλοτίμου διὰ Καλλιστράτου. *Docuit vero primum sub archonte Philotimo per Callistratum*. Vbi obiter observa, quod Philotimum archontem, non Diotimum adpellat. Sed tunc primum fabulas suas edidisse Aristophanem anne verum? Non existimo. Nam iam Acharnenses dederat, quum Euthymenes archon esset; uti supra a me ostensum huius libri cap. I. Diotimum Euclides sequitur. Ita recenset Anonymus, & Diodorus; occurritque iterum infra Olymp. XCIV. anno II. Sub hoc utro anno incertum, legem Aristophon orator tulit, e non cive matre natus uti nothus censeretur. Athenaeus lib. XIII. Ἀριστο-

Digitized by Google

σοφῶν ὃ ῥήτωρ, ὁ τὸν νόμον εἰσενέγκων ἐπ' Εὐκλείδου ἄρχοντος, ὃς ἂν μὴ ἐξ ἀστῆς γένηται, νόθον εἶναι, αὐτὸς ἀπεδείχθη ὑπὸ Καλλιάδου τοῦ κωμικοῦ ἐκ Χλωρίδος ἑταίρας παιδοποιησάμενος. *Ariſtophon rhetor, qui legem intulit Euclide archonte, ut qui non ex Vrbana natus eſſet, nothus cenſeretur, ipſe demonſtratus fuit ab Calliade comico ex Chloride meretrice procreaviſſe.* Verum archon hic Εὐκλῆς, non Εὐκλείδης Ariſtoteli nominatur; qui dicit cometam ſub eo viſum Meteorolog. lib. I, cap. VI. Ἐπὶ δ' ἄρχοντος Ἀθήνησιν Εὐκλέους τοῦ Μόλωνος, ἐγένετο κομήτης ἀστὴρ πρὸς ἄρκτον, μηνὸς Γαμηλιῶνος, περὶ τροπὰς οὔσης τοῦ ἡλίου χειμερινάς. *Archonte autem Athenis Euclea Molonis filio, fuit cometes ſtella verſus urſam, menſe Gamelione, circa flexus ſole exiſtente hyemales.* Vbi Olympiodorus. Δέικνυσι γάρ, ὡς ἐπὶ ἄρχοντος Εὐκλέους ἐγένετο κομήτης. *Innuit enim, quod Archonte Euclea fuerit cometa.* Et Alexander Aphrodiſeus ibidem. Λέγει δὴ καὶ ἐπὶ ἄρχοντος Ἀθήνησιν Εὐκλέους τοῦ Μόλωνος, μηνὸς Γαμηλιῶνος ὀφθῆναι κομήτην. *Dicit autem etiam Archonte Athenis Euclea Molonis filio, menſe Gamelione, viſum cometam.* Sed ut obiter iſtud moneam, mutilus eſt ille Ariſtotelis locus, ſcribendumque; Ἐπὶ δ' ἄρχοντος Ἀθήνησιν Εὐκλέους τοῦ Μόλωνος, τοῦ μετὰ Διότιμον, ἐγένετο κομήτης. *Archonte Athenis Euclea Molonis filio, qui poſt Diotimum, fuit cometa.* Nam Diotimum eſt ſequutus. Et ſic in antiquis aliquot exemplaribus exſtitiſſe fidem facit Ioannes Grammaticus ſuo illic Commentario; ubi plane ad hunc modum verba illa Ariſtotelis repraeſentat. Sed omnino verum nomen eſt, Euclees, non Euclides. Suidas in Σαμίων ὁ δῆμος. Τὸν δὲ Βαβυλωνίους ἐδίδαξε διὰ Καλλιστράτου Ἀριστοφάνης ἔτεσι πρὸ τοῦ Εὐκλείδου κδ'., ἐπὶ Εὐκλέους. *Babylonios autem docuit per Calliſtratum Ariſtophanes annis ante Euclidem* XXIIII. *ſub Euclee.* Ita enim ibi ſcribendum, pro ἔτεσι πρὸ τοῦ Εὐκλείδους. Nam hinc ad Euclidem archontem, qui fuit Olymp. XCII. anno II. anni ſunt viginti quatuor. Obſerva autem, hoc archonte, Babylonios edidiſſe Ariſtophanem. Poſt Euclidem Euthydemus iterum magiſtratum eum cepit. Ita Anonymus eum vocat, & Diodorus; meminitque Athenaeus lib. V. Οἱ δ' Ἱππόνικος, ἐπὶ μὲν Εὐθυδήμου ἄρχοντος στρατηγῶν, παρατέτακται μετὰ Νικίου πρὸς Ταναγραίους. *Hipponichus autem, Euthydemo quidem Archonte, militans, conſtitutus eſt cum Nicia contra Tanagraeos.* Sed hic Scholiaſtae Comici e Philochoro Scythodorus dicitur; ubi ait, mortuum ſub eo Phidiam. Locus eſt inſignis in Commentario ad Pacem. Φιλόχορος ἐπὶ Πυθοδώρου ἄρχοντος ταῦτά φησι. καὶ τὸ ἄγαλμα τὸ χρυσοῦν τῆς Ἀθηνᾶς ἐσάγη εἰς τὸν νεὼν τὸν μέγαν, ἔχον χρυσίου σταθμὸν ταλάντων τεσσαράκοντα τεσσάρων, Περικλέους ἐπισατοῦντος, Φειδίου δὲ ποιήσαντος. καὶ Φειδίας ὁ ποιήσας, δόξας παραλογίζεσθαι τὸν ἐλέφαντα τὸν εἰς τὰς φολίδας, ἐκρίφη· καὶ φυγὼν εἰς Ἦλιν, ἐργολαβῆσαι τὸ ἄγαλμα τοῦ Διὸς τοῦ ἐν Ὀλυμπίᾳ λέγεται. τοῦτο δὲ ἐξεργασάμενος, ἀποθανεῖν ὑπὸ Ἠλείων, ἐπὶ Σκυθοδώρου, ὃς ἐστιν ἀπὸ τούτου ἕβδομος. *Philochorus Pythodoro Archonte illa dicit. Et ſtatua aurea Minervae poſita in aede magna, habens auri pondus talentorum quadraginta quatuor, Pericle curante, Phidia vero artifice. Et Phidias artifex exiſtimatus fraudaviſſe ebur, quod in ſquamis, condemnatus eſt. Et fugiens Elin, elaboraviſſe ſtatuam Iovis Olympii dicitur. Illam autem quum elaboraſſet, occiſum ab Eleis, ſub Scythodoro, qui eſt ab illo ſeptimus.* Ait ecce a Pythodoro archonte ſeptimum eſſe Scythodorum. Atqui iſte eſt, quem Anonymus, & Diodorus Euthydemum nobis dicunt. Poſt hunc Stratocles memoratur. Sub quo Ἱππεῖς Ariſtophanis edita. Anonymus illic. Ἱππεῖς Ἀριστοφάνους ἐδιδάχθησαν δι' αὐτοῦ ποιητοῦ δημοσίᾳ εἰς Λήναια. *Equites Ariſtophanis docti ſunt ab ipſo poeta publica auctoritate in Lenaeis.* Scholiaſtes Comici in eius fabulae Argumento. Ἐδιδάχθη τὸ δρᾶμα ἐπὶ Στρατοκλέους ἄρχοντος δημοσίᾳ εἰς Λήναια δι' αὐτοῦ Ἀριστοφάνους. *Docta fuit fabula Stratocle Archonte publica auctoritate in Lenaeis per ipſum Ariſtophanem.*

CAP. V.

Iſarchus archon. Symmachus Meſſenius ſtadio iterum, Dorieus Rhodius pancratio tertium, Hellanicus puer pugilatu vincit. Ariſtophanis Νεφέλαι πρῶται *actae; item Cratini* Πυτίνη, *& Amipſiae* Κόννος. *Aminias archon. Ariſtophanis* Νεφέλαι δεύτεραι *actae; ut &* Σφῆκες *ſemel, iterumque.*

STratoclem Iſarchus ſequitur Olymp. LXXXIX. anno I. victorque iterum ſtadio Symmachus Meſſenius, Dorieus Rhodius tertium pancratio, Hellanicus puer pugilatu. Anonymus. Ὀλυμπιὰς ὀγδοηκοστὴ ἐννάτη, ἔτος πρῶτον, Ἴσαρχος (ἄρχων.) Σύμμαχος Μεσσήνιος τὸ δεύτερον. Δωριεὺς Διαγόρου Ῥόδιος παγκράτιον τὸ τρίτον. Ἑλλάνικος ὁ Ἀλκαινέτου, παῖς, πυγμῇ. *Olympias octogeſima nona, annus primus, Iſarchus (Archon.) Symmachus Meſſenius ſecundum. Dorieus Diagorae Rhodius pancratium tertia vice. Hellanicus Alcaeneti filius puer pugilatu.* De archonte, & victore Symmacho, Diodorus. Τούτῳ δὲ τῷ ἔτει διελθόντος, Ἀθήνῃσι μὲν ἦν ἄρχων Ἴσαρχος, παρὰ δὲ Ἠλείοις Ὀλυμπιὰς ἤχθη ἐννάτη, καθ' ἣν ἐνίκα στάδιον Σύμμαχος τὸ δεύτερον. *Illo autem anno tranſacto, Athenis quidem erat Archon Iſarchus, apud Eleos vero Olympias acta fuit nona, & octogeſima, qua vicit ſtadium Symmachus ſecunda vice.* De victoria iſta tertia Doriei non me alibi legere memini, niſi quod continuis tribus Olympiadibus viciſſe eum pancratio dicat Pauſanias Eliac. II. Δωριεὺς δὲ ὁ νεώτατος, παγκρατίῳ νικήσας Ὀλυμπιάσιν ἑφεξῆς τρισίν. *Dorieus autem iunior, pancratio victor Olympiadibus continuis tribus.* Hellanici autem meminit idem eodem libro. Ἑλλάνικον δὲ τὸν Ἀλκαινέτου, καὶ Θέαντον, ἐπὶ πυγμῇ παίδων ἀναγορευθῆναι, τὸν μὲν ἐννάτῃ πρὸς τὸν ὀγδοηκοστὸν Ὀλυμπιάδι, τὸν δὲ τῇ ἑφεξῆς ταύτης συνέβη τὸν Θέαντον. *Hellanicum autem Alcaeneti filium, & Theantum, ob pugilatum puerorum declaratos, illum quidem nona, & octogeſima Olympiade, hunc vero inſequenti accidit Theantum.* Sub hoc ad Braſidam

Digitized by Google

sidam defeciſſe Sicioneos refert Comici Scholiaſtes e Philochoro ad Veſpas. Φιλόχορος ἐπὶ Ἰσάρχου φησὶ, πρὸ ἐνιαυτοῦ Βρασίδαν ἀποσῆναι Σικυωνίους τῶν Ἀθηναίων. *Philochorus ſub Iſarcho ait, ante annum ad Braſidam Siciones ab Athenienſibus defeciſſe.* At Diodorus Siculus ſub Aminia factum dicit anno ſequenti. Vide eum lib. XII. Ariſtophanis quoque Νεφέλαι πρῶται tunc actae, ut Cratini Πυτίνη, & Amipſiae Κόννος. Anonymus illic. Αἱ πρῶται Νεφέλαι Ἀριστοφάνους ἐδιδάχθησαν. Κρατῖνος νικᾷ Πυτίνῃ. Ἀμειψίας τὸ δρᾶμα Κόννον διδάσκει. *Primae nubes Ariſtophanis doctae ſunt. Cratinus vicit Pytine, Amipſias fabulam Connon docet.* Scholiaſtes Comici in Argumento Nubium. Αἱ πρῶται Νεφέλαι ἐδιδάχθησαν ἐν ἄστει, ἐπὶ ἄρχοντος Ἰσάρχου, ὅτε Κρατῖνος μὲν ἐνίκα Πυτίνῃ, Ἀμειψίας δὲ Κόννῳ. *Primae nubes doctae fuerunt in urbe, Archonte Iſarcho, quum Cratinus quidem vincebat Pytine, Amipſias vero Conno.* Et alibi in ipſis Scholiis. Πρὸ τούτου ἦν, Ἴσαρχος. ἐφ' οὗ αἱ Νεφέλαι ἐδιδάχθησαν. *Ante hunc vero, Iſarchus, ſub quo nubes actae ſunt.* Iſarchi porro archontis huius meminit etiam Athenaeus lib. v. Οὓς οὐκ ἐικὸς ἐν Ἀθήναις ἀσφαλῶς διατρίβειν, πρὸ τοῦ τὰς ἐνιαυσίας ἐπὶ Ἰσάρχου Ἐλαφηβολιῶνος συντελεσθῆναι σπονδάς. *Quos non decebat Athenis tuto verſari, antequam annuae ſub Iſarcho menſe Februario perfectae eſſent induciae.* Et mox. Ἀσύφιλος, πέμπτος ὢν ἀπὸ Ἰσάρχου, καθ' ὃν αἱ σπονδαὶ ἐγένοντο. Ἴσαρχος γὰρ, εἶτ' Ἀμῖνίας, μεθ' ὃν Ἀλκαῖος, εἶτ' Ἀριστίων, εἶτ' Ἀσύφιλος. *Aſtyphilus, quintus ab Iſarcho, circa quem induciae factae. Iſarchus enim, deinde Aminias, poſt quem Alcaeus, deinde Ariſtion, poſtea Aſtyphilus.* Poſt Iſarchum Aminias fuit. Vides in citatis verbis Athenaei; neque aliter apud Anonymum, aut Diodorum invenire eſt. Ac ſub eo actae etiam Ariſtophanis Νεφέλαι δευτέραι, item Σφῆκες; primum Olympiis, quae in urbe; deinde iterum Lenaeis. Anonymus ibi. Αἱ δευτέραι Νεφέλαι Ἀριστοφάνους ἐδιδάχθησαν. Ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ καὶ Σφῆκες, Ὀλυμπίων ἐν τῇ πόλει. καὶ τὸ δεύτερον, εἰς Λήναια. *Secundae nubes Ariſtophanis doctae ſunt. Eodem anno Veſpae Olympiis in urbe. Et ſecundo ad Lenaea.* Ac de nubibus ſecundis Scholiaſtes eiusdem Comici in citato Argumento. Αἱ δὲ δευτέραι Νεφέλαι (ἐδιδάχθησαν) ἐπὶ Ἀμῖνίου ἄρχοντος. *Secundae Nubes (doctae ſunt) Aminia Archonte.* De Veſpis vero idem quoque in eius fabulae Argumento. Ἐδιδάχθη ἐπὶ ἄρχοντος Ἀμεινίου διὰ Φιλωνίδου, ἐν τῇ πόλει Ὀλυμπίων, καὶ τὸ δεύτερον εἰς Λήναια. *Docta fuit Archonte Aminia per Philonidam, in urbe Olympiis, & ſecunda ad Lenaea.* Sub hoc archonte diem ſuum obiit Cleon. Scholiaſtes Ariſtophanis ad Nubes. Κλέων ἀποθνήσκει ἐπὶ Ἀμεινίου. *Cleon ſub Aminia naturae concedit.* Sed Androtion biennio poſt defunctum dicit, quum Alcaeus magiſtratu fungeretur. Idem Scholiaſtes illic. Οἱ μέντοι Ἀνδροτίων, ἐπὶ Ἀλκαίου φησὶ, τοῦ μετὰ Ἀμεινίαν, τὸν Κλέωνα δυσὶν ὕστερον ἔτεσι τεθνάναι τῶν Νεφελῶν διδασκαλίας. *Androtion quidem ſub Alcaeo ait, qui poſt Aminiam, Cleonem duobus poſt annis, quam nubes docuiſſet, diem obiiſſe.* Sed ſcribendum eſt eius nomen, per ι non α. Ecce tibi apud Ariſtophanem in Nubibus.

Τρεῖς μναῖ διφρίσκου, καὶ τροχοῖν Ἀμυνίου.
Tres minae curriculi, & duarum rotarum Amyniae.

Vbi Scholiaſtes. Τὸν ἄρχοντα Διασύρειν βουλόμενος, τῇ ἐκείνου προσηγορίᾳ ἐχρήσατο. τότε γὰρ ἦρχεν Ἀμίνιας, Προνάπου υἱός. Ἐκεῖνον οὖν ἐπισκῶψαι θελήσας, παρέτρεψε τὸ ι εἰς τὸ υ, καὶ παρεγραμμάτισε γελοίως. Ἐστὶ παρὰ τοῖς Ἀθηναίοις ὁ νόμος ἐκώλυε τὸν ἄρχοντα κωμῳδεῖν, Ἀμυνίαν ἢ αὐτὸν εἶπεν, ἀπὸ τοῦ Ἀμινίαν. *Archontem irridere volens, illius adpellatione uſus eſt. Tunc enim praeerat Aminias, Pronapi F. Illum igitur quum ſugillare vellet i in y convertit, & ridicule litteras immutavit.* (a) *Quapropter apud Athenienſes lex probibet, ne quis Archontem traducat. Amynian vero eum dixit pro Aminia.*

CAP. VI.

Iunonis Argivae templum incenditur Chryſidis ſacerdotis incuria. Eius fuga, ſive mors, ut quidam volunt. Argivi annos per Iunonis ſuae ſacerdotes computare ſoliti. Hellanici opus, Περὶ ἱερειῶν Ἥρας τῶν ἐν Ἄργει. Thucydidis locus examinatus. Quoto Chryſidis anno templum conflagraverit. Chryſis quando ſacerdotium ſuum inierit. Euſebii error.

SVb eodem memorabile illud incendium accidit templi Iunonis Argivae, Chryſidis ſacerdotis incuria; dum ea ſomno correpta, corollae a propinquo lychno accenduntur. Libet de re univerſa accuratius paullo dicere. Ac Anonymi primum verba in archonte hoc proponemus, quae ſic habent. Ὁ νεὼς τῆς Ἥρας ἐν Ἄργει κατεκαύθη, Χρυσίδος τῆς ἱερείας λύχνον θείσης ἡμμένον πρὸς τὰ στέμματα· ἕκτον δὲ πεντηκοστὸν ἔτος αὐτῆς Χρυσίδος ἱερωμένης. *Templum Iunonis in Argo combuſtum, quum Chryſis ſacerdos lychnum poſuiſſet ardentem prope infulas, ſexto, & quinquageſimo anno ipſius Chryſidis ſacerdotii.* Narrat etiam Thucydides extremo IV. Καὶ ὁ νεὼς τῆς Ἥρας τῆς αὐτῆς θέρους ἐν Ἄργει κατεκαύθη, Χρυσίδος τῆς ἱερείας λύχνον τινὰ θείσης ἡμμένον πρὸς τὰ στέμματα, καὶ ἐπικαταδαρθούσης. ὥστε ἔλαθεν ἀφθέντα πάντα, καὶ καταφλεχθέντα. καὶ ἡ Χρυσὶς μὲν εὐθὺς τῆς νυκτὸς δείσασα τοὺς Ἀργείους, ἐς Φλιοῦντα φεύγει. *Et templum Iunonis eadem aetate in Argo combuſtum, quum Chryſis ſacerdos lychnum quemdam poſuiſſet ardentem prope infulas, & mox ſomno correpta eſſet: ita ut ignara ipſa omnia conceperint flammam, & conflagraverint. Et Chryſis quidem ſtatim noctu, metuens Argivos, Phliuntem fugit.* Vbi obſerva, effugiſſe Chryſidem Phliunta. Pauſanias effugiſſe etiam ipſe dicit, verum Tegeam. Verba ſunt in Corinthiacis. Ἔστι δὲ ὑπὲρ τὸν ναὸν τοῦτον τοῦ προτέρου ναοῦ θεμέλιά τε καὶ ἐπ

(a) Vertendum videtur *Quoniam*: nam hic Scholiaſtes rationem adfert, cur Comicus ι in υ converterit. Transferrem igitur: *Quoniam apud Athenienſes lex probibebat, &c.*

Digitized by Google

κὴ εἰ ὁή τι ἄλλο ὑπελείπετο ἡ φλόξ, κατεκαύθη ὄ, τε ἱερὰν τ῀ Ἥρας Χρυσίδα ὕπνῳ καταλαβόντ@, ὅτε ὁ λύχν@ πρὸ τῶν στεφανωμάτων ἥπτετο. καὶ Χρυσὶς μὲν, ἀπελθοῦσα ἐς Τεγέαν, τ῀ Ἀθηνᾶν τὴν Ἀλέαν ἱκέτευεν. *Sunt autem super templum hoc prioris templi fundamenta, & si quid aliud reliquit flamma. Conflagravit autem, sacerdotem Iunonis Chrysida somno corripiente, quum lucerna ante vittas accensa est. Et Chrysis quidem, digressa Tegeam, Minervae Aleae supplicavit.* At Clemens in Protreptico una cum templo combustam sacerdotem tradit. Τοῦτο τὸ πῦρ κὴ τὸν ἐν Ἄργ῀ νεὼν σὺν καὶ τ῀ ἱερείᾳ κατέφλεξεν. *Ille ignis & in Argo templum cum sacerdote quoque combussit.* Et ex eo ut multa Arnobius lib. VI. *Vbi Iuno regina, quum inclutum eius fanum, sacerdotemque Chrysidem, eadem vis flammae Argiva in civitate deleret?* Illud porro in citato Anonymi loco observandum, quod tam anxie annos sacerdotii Chrysidis repraesentet istis verbis. Ἕκτον, καὶ πεντηκοστὸν ἔτ@ αὐτῆς Χρυσίδ@ ἱερωμένης. *Sextus, & quinquagesimus annus ipsius Chrysidis sacerdotii.* Quippe Argivis usitatum, tempora sua per Iunonis sacerdotes, ut per ephoros Spartanis, per archontes Athenienſibus, computare. Sic Thucydides in initio libri secundi bellum Peloponnesiacum coeptum scribit. Ἐπὶ Χρυσίδ@ ἐν Ἄργ῀ τότε πεντήκοντα δυοῖν δέοντα ἔτη ἱερωμένης, κὴ Αἰνησίᾳ ἐφόρῳ ἐν Σπάρτῃ, καὶ Πυθοδόρῳ ἔτι δύο μῆνας ἄρχοντ@ Ἀθηναίοις. *Sub Chryside in Argo tunc quinquaginta minus duobus annos sacerdotio usa, & AEnesia ephoro Spartae, & Pythodoro adhuc duos menses Athenis Archonte.* Itaque Hellanici opus fuit, Περὶ ἱερέων Ἥρας τῶν ἐν Ἄργ῀; quod sine Auctore suo nominat Dionysius Halicarn. lib. I. Οὓ ὃ τὰς ἱερείας τὰς ἐν Ἄργ῀, κὴ τὰ καθ' ἑκάστ@ πραχθέντα, συναγαγὼν, Αἰνείαν φησὶν, ἐκ Μολοττῶν εἰς Ἰταλίαν ἐλθόντα μετ' Ὀδυσσέως, οἰκιστὴν γενέσθαι τῆς πόλεως. *Qui autem sacerdotes, quae in Argo fuerunt, & quae sub unaquaque acciderunt, collegit, AEneam inquit, ex Molottis in Italiam profectum cum Vlysse, conditorem fuisse urbis.* Constantinus Porphyrogenneta Auctorem praeponit lib. II. Them. II. Ἄλλοι δ' ἀπὸ Μακεδόν@ τοῦ Αἰόλου, ὡς Ἑλλάνικ@ Ἱερέων πρώτῃ τ῀ ἐν Ἄργ῀. *Alii vero ab Macedone AEoli filio, ut Hellanicus libro primo sacerdotum Argivarum.* Et mox eodem libro Them. VI. Εἶτα Σικελία ἐκλήθη, ὡς φησιν Ἑλλάνικος Ἱερέων τῆς Ἥρας δευτέρᾳ. *Postea Sicilia vocata est, ut inquit Hellanicus libro secundo sacerdotum Iunonis.* Citatque passim Stephanus in Νισαία, Σίπυλος, Φαίαξ, Φρίκιον, Χαιρώνεια, Χαλκὶς, Χαονία. Sed Thucydidis ille locus, quem citabam, obiter examinandus; neque enim exactus calculus, siquidem sacerdos facta Chrysis ista Olymp. LXXV. anno I. a quo ad Pythodorum archontem anni tantum quadraginta septem intersunt. Verum, quando anni istius Pythodori duo menses solum restabant, pro completo eum censuisse videtur. Inde autem, quum incenderetur templum, anni iam elapsi octo cum dimidio. Indicat Thucydides ipse extremo quarto, quem citavi.

Ἔτη ὃ Χρυσὶς τῷ πολέμῳ τῷδε ἐπέλαβεν ὀκτὼ, κὴ ἔννατον ἐκ μέσου. *Annum autem in Chrysis a bello hoc contigit octavum, & nonum medium.* Qui si ceteris adiungantur, erunt sex, & quinquaginta, quos Anonymus ei tribuit in citatis statim verbis; inciduntque in Olymp. LXXXIX. annum II. Ergo errat valde Eusebius, qui id refert Olymp. LXXXII. anno III.

CAP. VII.

Alcaeus Archon. Eupolidis Κόλακες *acta. Aristion archon. Diodorus emendatus. Eupolidis* Αὐτόλυκ@, *& Pherecratis* Ἄγριοι *actae. Anonymi locus restitutus.*

POst Aminiam archon Alcaeus, uti clarum ex Anonymo, & Diodoro. Sub hoc acta Eupolidis Κόλακες. Anonymus ibi. Εὔπολις τὺς Κόλακας ἐδίδαξε. *Eupolis Colaces docuit.* Athenaeus lib. V. Τέθνηκε ὃ πρὸ τῆς ἐπ' Ἀλκαίου διδασκαλίας τῶν Εὐπόλιδ@ Κολάκων. *Mortuus est autem ante Alcaei editionem Eupolidis Colacum.* Meminitque archontis eius iterum paullo post. Ἀμεινίας, μεθ' ὃν Ἀλκαῖος, εἶτ' Ἀριστίων, εἶτ' Ἀστύφιλ@. *Aminias, post quem Alcaeus, deinde Aristion, postea Astyphilus.* Item Thucydides lib. V. Ἄρχ῀ δὲ σπονδῶν ἔφορ@ Πλειστόλας, Ἀρτεμισίου μηνὸς τετάρτῃ φθίνοντ@· ἐν ᾗ Ἀθήνας, ἄρχων Ἀλκαῖος, Ἐλαφηβολιῶν@ μηνὸς ἕκτῃ φθίνοντ@. *Incipiebat autem inducias ephorus Pleistolas, Artemisii mensis quarto die exeuntis. Athenis vero, Archon Alcaeus, Elaphebolionis mensis sexto die exeuntis.* Et mox eodem libro. Ἐπὶ Πλειστόλα μὲν ἐν Λακεδαίμονι ἔφορος, Ἀλκαίου δὲ ἄρχοντ@ Ἀθήνησι. *Sub Pleistola quidem Lacedaemonis ephoro, Alcaeo autem Archonte Athenis.* Sub hoc mortuum Cleonem ex Androtione refert Scholiastes Aristophanis. Vide quae notata mihi paulo ante, sub finem capitis quinti huius libri. Hunc sequutus Aristion. Vides in citatis verbis Athaenaei. Μεθ' ὃν Ἀλκαῖ@, εἶτ' Ἀριστίων. *Post quem Alcaeus, dein Aristion.* Neque aliter habes apud Anonymum. Male scribitur apud Diodorum lib. XII. Ἐπ' ἄρχοντ@ δ' Ἀθήνησιν Ἀρίσων@. *Archonte autem Athenis Aristone.* Restitue Ἀριστίων@. Sub hoc acta Eupolidis Αὐτόλυκ@, & Pherecratis Ἀργεῖοι. Anonymus ibi. Εὔπολις τὸν Αὐτόλυκον ἐδίδαξε. Φερεκράτης τὺς Ἀργείους ἐδίδαξε. *Eupolis Autolycum docuit. Pherecrates Argivos docuit.* De Eupolidis autem Autolyco est & Athenaei locus lib. V. Ἐγὼ ὃ ἔτ@ ὁ καιρὸς, καθ' ὃν Ἀριστίων ἄρχων ἦν. ἐπὶ τούτου γὰρ Εὔπολις, τ῀ Αὐτόλυκον διδάξας διὰ Δημοστράτου, χλευάζ῀ τ῀ νίκῃ τῇ Αὐτολύκου. *Est autem hoc tempus, circa quod Aristion Archon erat. Sub hoc enim Eupolis, Autolycum quum docuisset per Demostratum, subsannat victoriam Autolyci.* De Pherecrate mendum est in loco Anonymi, legendumque. Φερεκράτης τὺς Ἀγρίους ἐδίδαξε. *Pherecrate Agrestes docuit.* Athenaeus archontem, & sub eo actam fabulam sic commemorat lib. V. Λέγ῀ γοῦν, ἐ γὰρ εἶεν ἄνθρωποι

Ἄγριοι

Ἄγριοι, οἵους πέρυσι Φερεκράτης ὁ ποιητὴς ἐδίδαξεν ἐπὶ Λήναια. Ἐδιδάχθησαν ὃ οἱ Ἄγριοι ἐπ' Ἀριστίωνος ἄρχοντος. *Dicit igitur, si enim sint homines Agreſtes, quales praeterito anno Pherecrates Poeta edidit in Lenaeis. Docti enim sunt Agreſtes Ariſtione Archonte.* Certe Ἄγριοι titulus fuit, non Ἀργεῖοι; ut in Bibliotheca Attica, ubi de Comici eius fabulis, fuſe oſtendo.

CAP. VIII.

Aſtyphilus, ſive Ariſtophylus Archon. Hyperbius Syracuſanus ſtadio, Theantus pugilatu, Androſthenes ſtadio vincit. Archias Archon, inde Antiphon, inde Euphemus. Agathon tragicus victor Lenaeis.

ARiſtionem Aſtyphilus ſequitur Olymp. xc. anno 1. Ita Anonymus eum nominat, & Athenaeus lib. v. Ἐδιδάχθησαν δὲ οἱ Ἄγριοι ἐπ' Ἀριστίωνος ἄρχοντος, ἀφ' οὗ ἐστιν ἄρχων Ἀστύφιλος, πέμπτος ὢν ἀπὸ Ἰσάρχου, καθ' ὃν αἱ σπονδαὶ ἐγένοντο. Ἴσαρχος γὰρ, εἶτ' Ἀμεινίας, μεθ' ὃν Ἀλκαῖος, εἶτ' Ἀριστίων, εἶτ' Ἀστύφιλος. *Docti ſunt autem Agreſtes Ariſtione Archonte, poſt quem eſt Archon Aſtyphilus, quintus ab Iſarcho, ſub quo induciae ſunt factae. Iſarchus enim, deinde Aminias, poſt quem Alcaeus, deinde Ariſtion, poſtea Aſtyphilus.* Diodoro Ariſtophylus dicitur lib. xii. Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησιν Ἀριστοφύλου Ἠλεῖοι ἦγαγον Ὀλυμπιάδα ἐνενηκοστήν. *Archonte autem Athenis Ariſtophylo Elei agebant Olympiadem nonageſimam* (a). Ac ſtadio tunc victor Hyperbius Syracuſanus. Diodorus ibidem. Ἐνίκα στάδιον Ὑπέρβιος Συρακόσιος. *Vicit ſtadium Hyperbius Syracuſius.* Anonymus. Ὑπέρβιος Συρακόσιος στάδιον. *Hyperbius Syracuſius ſtadium.* Neque aliter Euſebius. Theantus puer pugilatu. Androſthenes pancratio vincebat. De Theanto Anonymus ibidem. Θέαντος παῖς πυγμῇ. Ἀνδροσθένης Ἀρκὰς παγκράτιον τὸ πρῶτον. *Theantus puer pugilatu. Androſthenes Arcas pancratium prima vice.* De Theanto etiam Pauſanias Eliac. 11. Ἑλλάνικον δὲ τὸν Ἀλκαινέτου, καὶ Θέαντον, ἐπὶ πυγμῇ παίδων ἀναγορευθῆναι, τὸν μὲν ἐννάτῃ πρὸς ἢ ὀγδοηκοστὴ Ὀλυμπιάδι, τὸν δὲ τῇ ἐφεξῆς ταύτης συνέβη τὸν Θέαντον. *Hellanicum autem Alcaeneti filium, & Theantum, pugilatu puerorum renunciatos fuiſſe, hunc quidem nona, & octogeſima Olympiade, illum vero inſequenti evenit Theantum.* De Androſthene eſt Thucydidis iſte locus lib. v. Ὀλύμπια δ' ἐγένετο τοῦ θέρους τότε, οἷς Ἀνδροσθένης Ἀρκὰς παγκράτιον τὸ πρῶτον ἐνίκα. *Olympia autem fuere aeſtate illa, quibus Androſthenes Arcas pancratium prima vice vicit.* Item Pauſaniae Eliac. 11. Νικοδάμου δὲ ἔργον τὸ Μαιναλίου παγκρατιαστοῦ ἐστιν ἐκ Μαινάλου, δύο νίκας ἐν ἀνδράσιν ἀνελόμενος, Ἀνδροσθένους Λοχαίου. *Nicodami autem opus Maenalii eſt pancratiaſtes ex Maenalo, qui duas victorias in viris reportavit, Androſthenes Lochaei filius.* Ariſtophylum, ſive Aſtyphilum Archias ſequitur; illum Antiphon; hunc Euphemus. Ita Diodorus nobis, & Anonymus repraeſentant. Ac Euphemi meminit etiam Athenaeus lib. v. Ἀριστίων, ἐφ' οὗ τὸ συμπόσιον ὑπόκειται συνηγμένον, πρὸ τεσσάρων ἐτῶν Εὐφήμου πρότερος ἦρξεν. *Ariſtion, ſub quo convivium fingitur congregatum, quatuor annos Euphemus prior Archon fuit.* Sub eo Agathon tragicus Lenaeis vincebat. Anonymus ibi. Ἀγάθων ὁ τραγῳδοποιὸς στεφανοῦται Λιωναίοις. *Agathon tragicus coronatur Lenaeis.* Athenaeus libro citato. Ὅτε Ἀγάθων ἐνίκα, Πλάτων ἦν δεκαπεσσάρων ἐτῶν. ὁ μὲν γὰρ ἐπὶ ἄρχοντος Εὐφήμου στεφανοῦται Λιωναίοις. *Quum Agathon vicit, Plato habebat quatuordecim annos. Hic enim quidem Archonte Euphemo coronatur Lenaeis.*

CAP. IX.

Ariſtomneſtus Archon. Iſaeus emendatus, & Scholiaſtes Ariſtophanis. Exaenetus ſtadio victor. Euſebius reſtitutus. Archippus Comicus unica fabula vincit. Xenocrates naſcitur, Speuſippi ſcholam ſuſcipit, eamque Polemoni inde tradit, moriturque. De aetatis eius annis Diogenis Laertii, Luciani, & Anonymi error oſtenſus. Xenoclis, & Euripidis certamen. Chabrias Archon. Ariſtophanis Ὄρνιθες, & Ἀμφιάραος, Amipſiae Κωμασταί, Phrynichi Μονότροπος, quando actae. Piſander Archon; inde Cleocritus, ſeu Clearchus.

OLympiad. xci. anno 1. Archon fuit Ariſtomneſtus. Diodorus lib. xii. Τῷ δὲ ἑκκαιδεκάτῳ παρ' Ἀθηναίοις μὲν ἦν ἄρχων Ἀριστόμνηστος. ἐπὶ δὲ τούτων παρὰ μὲν Ἠλείοις ἤχθη Ὀλυμπιὰς πρώτη πρὸς ἑ ἐνενηκοστήν. *Sextodecimo vero apud Athenienſes quidem erat Archon Ariſtomneſtus. Sub his autem apud Eleos acta eſt Olympias prima, & nonageſima.* Conſentit Anonymus; meminitque eius Iſaeus in Orat. περὶ τοῦ Φιλοκτήμονος κλήρου, ſed corrupto ibi nomine, ut oſtendi Attic. Lect. lib. iv. cap. xxxi. Emendandus vero etiam Scholiaſtes Ariſtophanis in Argumento Avium. Λάθοι δ' ἄν τις τοὺς χρόνους, ἐκ τῶν πέρυσι γλυφομένων, ἐπὶ Ἀριστομνήστου, τοῦ πρὸ Χαβρίου. *Colligat vero quis tempora ab illis, quae praeterito anno facta ſunt, ſub Ariſtomneſto, qui ante Chabriam fuit.* Perperam quoque illic editur, ἐπὶ Ἀριμνήστου. Nempe mendum e compendio ſcriptionis natum fuit. Itidem eſt apud Heſychium. Ἑρμοκοπίδαι, οἱ περικόψαντες τὰς Ἑρμᾶς Ἀθηναίων, ἐπὶ Ἀριμνήστου ἄρχοντος, τοῦ Πελοποννησιακοῦ ἐνεστῶτος πολέμου. *Hermocopidae, qui Hermas Athenis truncarunt, ſub Arimneſto Archonte, quum bellum Peloponneſiacum gereretur.* Etiam illic reſcribendum, Ἐπὶ Ἀριστομνήστου ἄρχοντος. Stadio autem ſub Archonte iſto vicit Exaenetus Agrigentinus. Diodorus lib. xii. Ἐνίκα στάδιον Ἐξαίνετος ὁ Ἀκραγαντῖνος. *Vicit ſtadium Exaenetus Agrigentinus.* Anonymus ibidem. Ἐξαίνετος Ἀκραγαντῖνος στάδιον. *Exaenetus Agrigentinus ſtadium.* Corrigendus eſt Euſebius, apud quem male Ἐξάγεντος legitur, pro Ἐξαί-

(a) Epochae quoque Graecorum Aſtyphilum adpellant. Ἀφ' οὗ Ἀρχέλαος Μακεδόνων ἐβασίλευσε Περδίκκου τελευτήσαντος ἔτη Η..... οντος Ἀθήνησιν Ἀστυφίλου. *Ex quo Archelaus Macedonia regnavit, poſt mortem Perdiccae, anni C.... Archonte Athenis Aſtyphilo.*

Ἐξαίνετο. Corruptus etiam est de eo AElianus Var. Hist. Lib. II. cap. VIII. quem iam pridem emendandum esse monui, Attic. Lect. lib. III. cap. XXVIII. Archippus Comicus unica tunc fabula vicit. Anonymus illic, Ἄρχιππος Ἀθηναῖος κωμικὸς ἀρχαῖος ἐνίκησεν ἅπαξ. *Archippus Atheniensis comicus vetus vicit semel.* Suidas in Ἄρχιππος. Ἐνίκησεν ἅπαξ, ἐπὶ τῆ ἐνενηκοστῆς πρώτης Ὀλυμπιάδος. *Vicit semel nonagesima prima Olympiade.* Natus tunc Philosophus Xenocrates. Anonymus illic. Ξενοκράτης ὁ φιλόσοφος ἐγνωρίζη, *Xenocrates Philosophus natus est*, Vixitque inde annis LXXXII. Diogenes Laertius in eius Vita lib. IV. Ἐτελεύτα δ', νυκτὸς λεκάνη προσπταίσας, ἔτος ἤδη γεγονὼς δεύτερον καὶ ὀγδοηκοστόν. *Mortuus autem, nocte in pelvim quum offendisset, annum iam natus secundum, & octogesimum.* Lucianus in Longaevis annos tribuit LXXXIV. Ξενοκράτης δὲ, Πλάτωνος μαθητὴς γνώμων, τέσσαρα καὶ ὀγδοήκοντα. *Xenocrates autem, Platonis discipulus, natus quatuor, & octoginta.* Sed haec vereor, ut sint falsa. Ecce enim, suscepit Speusippi scholam sub Lysimacho Archonte, sive Lysimachides est, Olymp. CX. anno II. Tenuitque annos deinde XXV. Diogenes clare. Διεδέξατο δὲ Σπεύσιππον, καὶ ἀφηγήσατο τῆς σχολῆς πένλε καὶ εἴκοσι ἔτη. ἐπὶ Λυσιμάχου ἀρξάμενος, κατὰ τὸ δεύτερον ἔτος τῆς δεκάτης, καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος. *Excepit autem Speusippum, & praefuit scholae quinque & viginti annos, sub Lysimacho incipiens, circa secundum annum decimae, & centesimae Olympiadis.* Et Anonymus illic. Σπεύσιππον τὸν φιλόσοφον τελευτήσαντα διεδέξατο Ξενοκράτης ἐπ' ἔτη κέ. *Speusippum Philosophum mortuum excepit Xenocrates per annos viginti quinque.* Is vigesimus quintus annus est secundus Olympiadis centesimae decimae sextae, quo Polemon eum, tunc defunctum, excepit. Refert Diogenes in Polemone libro citato. Καὶ ποτὲ συνθέμενος τοῖς νέοις, καὶ ἐσεφανωμένος, μεθύων εἰς τὴν Ξενοκράτους ἦξε σχολήν. ὁ δ', οὐδὲν διατραπεὶς, ἦρε τὸν λόγον ὁμοίως, ἦν δὲ περὶ σωφροσύνης, ἀκοῦον δὲ τὸ μέτριον, καὶ ὀλίγον ἐθηράθη· καὶ ὅτως ἐγένετο φιλόπονος, ὡς ὑπερβάλλεσθαι τοὺς ἄλλους, καὶ αὐτὸν διαδέξασθαι τὴν σχολὴν, ἀρξάμενον ἀπὸ τῆς ἕκτης καὶ δεκάτης καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος. *Et aliquando constituens cum iuvenibus, & coronatus, ebrius in Xenocratis venit scholam. Ille vero, nihil perculsus, tulit sermonem simili modo, erat autem de temperantia. Audiens autem adolescens, paululum captabatur. Et ita factus est laboris studiosus, ut superaverit alios, & exceperit scholam, incipiens a sextadecima, & centesima Olympiade.* Anonymus in Olymp. CXVI. anno I. Πολέμων τὴν Ξενοκράτους σχολὴν διαδέχεται. *Polemo Xenocratis scholam excipit.* Verum antevertit annum; nam, ut dixi, si XXV. annos scholae praefuit Xenocrates, mortuum oportet esse anno huius Olympiadis centesimae decimae sextae secundo; isque aetatis eius fuerit non uti Diogenes tradit, octogesimus secundus; neque, uti Lucianus, quartus, sed centesimus secundus. Atque hoc ἐν παρόδῳ dictum hoc loco volui. Porro sub Aristomnesto contendere inter se Xenocles, & Euripides, quatuor fabulis; ille: Oedipode, Lycaone, Bacchis, & Athamante Satyrico; iste, Alexandro, Palamede, Troibus, & Sisypho Satyrico. Anonymus ibidem. Ἀντηγωνίσαντο ἀλλήλοις Ξενοκλῆς καὶ Εὐριπίδης. καὶ πρῶτος γε ἦν Ξενοκλῆς Οἰδίποδι, καὶ Λυκάονι, καὶ Βάκχαις, καὶ Ἀθάμαντι Σατυρικῷ, τούτῳ δεύτερος Εὐριπίδης ἦν Ἀλεξάνδρῳ, καὶ Παλαμήδει, καὶ Τρωσὶ, καὶ Σισύφῳ Σατυρικῷ. *Contenderunt invicem Xenocles, & Euripides. Et primus erat Xenocles Oedipode, & Lycaone, & Bacchis, & Athamante Satyrico. Huic secundus Euripides erat Alexandro, & Palamede, & Troibus, & Sisypho Satyrico.* Memorat etiam AElianus Var. Hist. lib. II. cap. VIII. Aristomnestum vero Archontem Chabrias sequitur, uti ex Diodoro discimus, & Anonymo. Innuitque Aristophanis Scholiastes in citatis statim verbis, quae sic a me emendata. Λάβοι δ' ἄν τις τὺς χρόνους, ἐκ τῶν πέρυσι γνωμένων, ἐπὶ Ἀριστομνήστου ἄρχοντος, τοῦ πρὸ Χαβρίου. *Colligat autem quis tempora ab illis, quae praeterito anno facta sunt, Aristomnesto Archonte, qui ante Chabriam.* Et tunc actae Ὄρνιθες Comici. Anonymus ibi. Ὄρνιθες Ἀριστοφάνους ἐδιδάχθησαν ἐν ἄστει· *Aves Aristophanis doctae sunt in urbe.* Imo etiam Ἀμφιάραος, Scholiastes in citato Avium eius Argumento. Ἐπὶ Χαβρίου τὸ δρᾶμα καθῆκεν εἰς ἄστυ διὰ Καλλιστράτου· εἰς δὲ Λήναια, τὸ Ἀμφιάραον ἐδίδαξε ἀπὸ Φιλωνίδου. *Sub Chabria fabula pervenit in urbem per Callistratum; ad Lenaea autem Amphiaraum docuit a Philonide.* Amipsiae etiam Κωμασταὶ tunc editae, & Phrynichi Μονότροπος. Observo apud eumdem Scholiasten in altero Argumento eiusdem fabulae. Τὸ δρᾶμα τοῦτο, τῶν ἄγαν δυνατῶς πεποιημένων, ἐδιδάχθη ἐπὶ Χαβρίου ἄρχοντος εἰς ἄστυ διὰ Καλλιστράτου, ὃς ἦν δεύτερος τοῖς Ὄρνισι, πρῶτος Ἀμψίας Κωμασταῖς, τρίτος Φρύνιχος Μονοτρόπῳ. *Fabula haec, earum una, quae validissime conscriptae sunt, docta fuit sub Chabria Archonte in urbe per Callistratum, qui erat secundus Avibus, primus Amipsias Comessatoribus, tertius Phrynichus Solitario.* Sub hoc statuae Mercuriales sunt truncatae; ut est videre apud Diodorum Siculum libro XIII. Qui crimini huic obnoxii erant, Ἑρμοκοπίδαι adpellati, morti addicti, & proscripti, proposito in singulorum capita talento. Scholiastes Aristophanis Avibus. Εἴη δ' ἄν τι συμπεπραχὼς τοῖς Ἑρμοκοπίδαις ὁ Πισίου, οἵ τινες, ὡς Φιλόχορος φησὶν ἐπὶ Χαβρίου θανάτῳ τε κατεγνώσθησαν, καὶ τὰ ὀνόματα αὐτῶν ἐσηλίευθησαν, καὶ τῷ κτείναντι κατ' ἄνδρα ἐκηρύχθη τάλαντον. *Et Pisiae filius aliquid una cum Hermocopidis patraverat. Qui, ut Philochorus ait, sub Chabria morte damnati sunt, & eorum nomina columnis inscripta, & ei, qui occidisset, in singulos talentum indictum.* Hesychius vero, ut ostendi, sub Aristomnesto Archonte, qui hunc Chabriam praecessit, factum memorat. Vide eum in Ἑρμοκοπίδαι; & pro Ἀριμνήστου scribe Ἀριστομνήστου; ut iam monui. Chabriam vero insequutus est Pisander, hunc Cleocritus. Vide Diodorum lib. XIII. Plutarcho in Lysia Clearchus dicitur. Κτησάμενος τε οἰκίαν, καὶ κλήρῳ λαχὼν, ἐπολιτεύσατο, ἕως Κλεάρχου, τοῦ Ἀθήνησιν ἄρχοντος, ἔτη ἑξήκοντα τρία.

Possi-

Poſſidenſque domum, ac hereditate ſortitus, fuit civis uſque ad Clearchum, Athenis Archontem, annos ſexaginta tres. Diſſidium notat Anonymus in illo anno. Κλεόκριτος, οἱ δὲ Κλέαρχος, ἄρχων. *Cleocritus, alii vero Clearchus, Archon.* Vide quae notata mihi Attic. Lect. lib. IV. cap. XIV.

CAP. X.

Callias Archon. Exaenetus iterum ſtadio victor. Theopompus Archon; dein Glaucippus. Inſtitutum de iudicibus, ut per literas ſortirentur, eorumque in rem iſtam iuramentum. Sophoclis Φιλοκτήτης *acta. Diocles Archon. Euripidis* Ὀρέστης *acta.*

INde Callias magiſtratum iſtum tenuit, Olymp. XCII. anno I. Videmus apud Anonymum, & Diodorum lib. XIII. Ac tunc ſtadio victor iterum Exaenetus, ut iidem nobis tradunt. Lyſias quoque a Thuriis tunc Athenas rediit anno aetatis XLVII. Anonymus ibi. Λυσίας ὁ ῥήτωρ, ὢν ἐτῶν τεσσαράκοντα ἑπτὰ, ὑπὸ τῶν Θουρίων καταστασιασθεὶς ὡς Ἀττικίζων, παραγίνεται αὖθις εἰς τὰς Ἀθήνας. *Lyſias rethor, natus annos quadraginta ſeptem, a Thuriis ſeditione oppreſſus tamquam Atticorum fautor, rediit Athenas.* Dionyſius Halicarn. in Lyſia. Καὶ παραγγόμενος αὖθις εἰς Ἀθήνας κατὰ ἄρχοντα Καλλίαν, ἔβδομον καὶ τεσσαρακοστὸν ἔτος ἔχων, ὡς ἄν τις εἰκάσειεν, ἐξ ἐκείνου τοῦ χρόνου διετέλεσε διατριβὰς ποιούμενος Ἀθήνησι. *Et reverſus Athenas Archonte Callia, ſeptimum, & quadrageſimum annum habens, prout quis coniecerit, ab illo tempore permanſit, diſputationes habens Athenis.* Plutarchus in Vita Lyſiae. Τῷ δ' ἑξῆς Καλλίᾳ Ὀλυμπιάδι ἐνενηκοστῇ δευτέρᾳ, αἰτιαθεὶς Ἀττικίζειν, ἐξέπεσε μετ' ἄλλων τριακοσίων· (ita enim legendum eſſe monui Attic. Lect. lib. IV. cap. XV.) παραγγόμενος δ' Ἀθήνησιν ἐπὶ Καλλίου τοῦ μετὰ Κλεόκριτον ἄρχοντος, ἤδη τῶν τετρακοσίων καθεχόντων τὴν πόλιν, διέτριβεν αὐτόθι. *Sequenti autem ſub Callia Olympiade nonageſima ſecunda, accuſatus Atticorum fautor, eiectus eſt cum aliis trecentis. Quum autem veniſſet Athenas ſub Callia poſt Cleocritum Archonte, adhuc quadringentis obtinentibus urbem, commoratus eſt ibi.* Calliam ſequitur Theopompus (a). Vide Anonymum, & Diodorum. Meminitque Lyſias in Oratione, quae inſcripta eſt, Ἀπολογία δωροδοκίας. Ἐγὼ γὰρ ἐδοκιμάσθην μὲν ἐπὶ Θεοπόμπου ἄρχοντος, καθεσθεὶς δὲ χορηγὸς τραγῳδοῖς, ἀνήλωσα τριάκοντα μνᾶς. *Ego enim adprobatus ſum Theopompo quidem Archonte, conſtitutus vero choragus tragicis, conſumſi triginta minas.* Et Plutarchus in Vita Antiphontis rhetoris. Καὶ εἷλεν αὐτὸν ἐξ ἐρήμου ψήφισμα ἐπὶ Θεοπόμπου ἄρχοντος, ἐφ' οὗ οἱ τετρακόσιοι καθελύθησαν· *Et ſuſtulit illum vadimonii deſerti decretum Theopompo Archonte, ſub quo quadringenti abrogati ſunt.* Dein Glaucippus eſt ſequutus. Laudat eum Diodorus, & Anonymus. Occurrit etiam apud Lyſiam in citata Oratione. Ἐπὶ δὲ Γλαυκίππου ἄρχοντος, εἰς πυρρίχισας Παναθηναίοις τοῖς μεγάλοις (ἀνήλωται δραχμὰς) ὀκτακοσίας. *Glaucippo autem Archonte, ad pyrrichiſtas Panathenaeis magnis (inſumſi drachmas) octingentas.* Dionyſius Halicarnaſſeus in Lyſia. Μέλλων ἐκπλεῖν εἰς τὴν Ἀσίαν ἐπὶ Γλαυκίππου ἄρχοντος, ἔχων νήπια παιδία, διαθήκας ἐποιήσατο. *Enavigaturus in Aſiam Glaucippo Archonte, habens infantes liberos, teſtamentum fecit.* Sub hoc ipſo inſtitutum, uti iudices, ductis literis, locum ſuum, quo ſederent ſortirentur; iurare etiam ex eo ſoliti, ſe ſecundum literam ſuam conſeſſuros. Verum mos hic per occaſionem iſtam illuſtrandus. Legebantur iudices decem, nempe e quaque tribu ſinguli; cuique α obtigiſſet, primus iudicandi locus; cui β, huic ſecundus; ceteriſque ſic deinceps ordinatis, ultimus erat, cui κ obveniſſet. Docet Scholiaſtes Comici Pluto, e Philochoro. Φησὶ γὰρ Φιλόχορος, ἐπὶ Γλαυκίππου. Καὶ ἡ βουλὴ κατὰ τὸ γράμμα τότε πρῶτον ἐκαθέζετο, καὶ ἔτι νῦν ὄμνυσιν ἀπ' ἐκείνου καθεζομένους ἐν τῷ γράμματι ᾧ ἂν λάχωσι. τοῦτο δὲ ἀφ' ἑτέρου ἐστὶν ἐρμηνεῦσαι. Ἀθηναῖοι γὰρ ἀπὸ τῶν φυλῶν ἐποίουν τοὺς δικαστὰς κατὰ τὰ γράμματα. οἷον ἡ πρώτη, τὸ α ἔσχε σημεῖον· ἡ δευτέρα, τὸ β· καὶ αἱ ἄλλαι ὁμοίως, ἕως τοῦ κ. δέκα γὰρ ἐσῶν φυλῶν, δέκα ἐγράφοντο δικασταί. ὁ οὖν λάχων τὸ α, πρῶτος ἐδίκαζε· καὶ ἄλλαι ὁμοίως. *Inquit enim Philochorus ſub Glaucippo. Et Senatus ſecundum literam tunc primum conſedit, & quoque nunc iurant ex eo, conſeſſuros iuxta literam, quam ſortiuntur. Illud autem ab alio poteſt explicari. Athenienſes enim ex tribubus faciebant iudices ſecundum literas. Nempe prima, a. habuit ſignum. Secunda b. & aliae ſimiliter, uſque ad k. Decem enim quum eſſent tribus, decem ſcribebantur iudices. Qui igitur ſortitus eſt a, primus iudicabat. Et aliae ſimiliter.* Edita quoque hoc Archonte Philoctetes Sophoclis. Anonymus illic. Ἐδιδάχθη τὸ Σοφοκλέους δρᾶμα Φιλοκτήτης. *Docta fuit Sophoclis fabula Philoctetes.* Scholiaſtes Poetae in Argumento eius Tragoediae. Ἐδιδάχθη ἐπὶ Γλαυκίππου. *Docta fuit ſub Glaucippo.* Poſt Glaucippum Diocles fuit, ut Anonymus nos docet, & Diodorus (b). Meminit Lyſias in citata paulo ante Oratione. Καὶ ἐπὶ Διοκλέους Παναθηναίοις τοῖς μικροῖς κυκλικῷ χορῷ τριακοσίας. *Et ſub Diocle Panathenaeis parvis cyclico choro trecentas.* Sub eo acta Euripidis Ὀρέστης. Anonymus illic. Εὐριπίδης τὸν Ὀρέστην ἐδίδαξε. *Euripides Oreſten docuit.*

(a) Epochae Graecorum anno II. Olympiadis XCII. Euctemonem Archontem adſerunt. Ἀφ' οὗ Διονύσιος Συρακούσων ἐτυράννευσεν ἔτη ΗΔΔΔΔΠΙΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησιν Εὐκτήμονος. *Ex quo Dionyſius Syracuſius exercuit Tyrannidem anni CXLVII, Archonte Athenis Euctemone.*

(b) Epochae tamen Graecorum anno IIII. Olympiadis XCII. Antigenem Archontem fuiſſe nos docent. Ἀφ' οὗ Εὐριπίδης ρ..... λεύτησεν, ἔτη ΗΔΔΔΔΠ, ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἀντιγένους. *Ex quo Euripides ..... vitam finivit, anni CXLV, Archonte Athenis Antigene.* At de hac Epocharum ab aliis Auctoribus diſcrepantia conſule *Io. Seldenum Canone Chronico* ad hunc locum. Certe *Meurſius* noſter inſerius Cap. XII. Euctemonis ſucceſſorem Antigenem oſtendit.

CAP.

CAP. XI.

Euctemon Archon. Eubatus, sive Eubotas, Cyrenaeus stadio vincit. Eusebius emendatur. Polydamas pancratio vincit, & Evagoras Eleus bigarum cursu, qui tunc primum institutus. Theopompus Historicus, & Antiphanes Comicus clari habentur.

DIoclem Euctemon sequitur, Olympiad. XCIII. anno I. quo stadio victor Eubatus Cyrenaeus. Diodorus lib. XII. Τῷ δ' ἔτει διελθόντ@, Ἀθηναῖοι μὲν Εὐκτήμονι παρέδωκαν τὴν ἀρχήν, Ὀλυμπιὰς δ' ἐγένετο τρίτη πρὸς τ̄ ἐνενήκοντα, καθ' ἣν ἐνίκα στάδιον Εὔβατ@ Κυρηναῖ@. *Hoc autem anno transacto, Athenienses quidem Euctemoni obtulerunt magistratum, Olympias autem erat tertia, & nonagesima, qua stadium vicit Eubatus Cyrenaeus.* Anonymus. Ὀλυμπιὰς ἐνενηκοστὴ τρίτη, ἔτ@ πρῶτον. Εὐκτήμων (ἄρχων.) Εὔβατ@ Κυρηναῖ@ στάδιον. *Olympias nonagesima tertia, annus primus. Euctemon (Archon.) Eubatus Cyrenaeus stadium.* Xenophonti Eubotas dicitur Hist. Graec. lib. I. Τῷ δ' ἄλλῳ ἔτει, ᾧ ἦν Ὀλυμπιὰς τρίτη καὶ ἐνενηκοστή, ἧ προεθέσα ξυνωρὶς ἐνίκα Εὐαγόρᾳ Ἠλείῳ, τὸ δὲ στάδιον Εὐβώτας Κυρηναῖ@, ἐπὶ ἐφόρου μὲν ὄντος ἐν Σπάρτῃ Εὐαρχίππου, ἄρχοντ@ δ' ἐν Ἀθήναις Εὐκτήμον@, Ἀθηναῖοι μὲν Θορικὸν ἐτείχισαν. *Alio autem anno, quo erat Olympias tertia, & nonagesima, qua adiuncta biga vicit Evagorae Elei, stadium vero Eubotas Cirenaeus, Ephoro quidem Spartae Evarchippo, Archonte autem Athenis Euctemone, Athenienses quidem Thoricum muro circumdederunt.* Nec Pausanias aliter nominat Eliac. II. Εὐβώτας δὲ ὁ Κυρηναῖος, ἅτε τὴν ἐσομένην οἱ δρόμου νίκην ἐν Ὀλυμπίᾳ παρὰ τοῦ μαντείου τοῦ ἐν Λιβύῃ προπεπυσμένος, τήν τε εἰκόνα ἐποιήσατο πρότερον, καὶ ἐπὶ ἡμέρας τ̄ αὐτῆς ἀνηγορεύθη τε νικήσας, καὶ ἀνέθηκε τὴν εἰκόνα. *Eubotas autem Cyrenaeus, quippe qui futuram ipsi cursus victoriam in Olympia ab oraculo Lybico praescivisset, statuam fecit prius, & eodem die simul pronunciatus fuit victor, & dedicavit statuam.* Emendandus est Eusebius in Chron. Ἐνενηκοστὴ τρίτη Ὀλυμπιὰς. Εὔβατ@ Κυρηναῖ@ στάδιον. *Nonagesima tertia Olympias. Eubotas Cyrenaeus stadium.* Non recte editur, Εὔκατ@ Κ. Pancratio vincebat Polydamas Scotussaeus. Anonymus ibidem. Παγκράλιον δ' (ἐνίκα) Πολυδάμας ὁ Σκοτουσσαῖ@. *Pancratium autem (vicit) Polydamas Scotussaeus.* Totidem verbis Eusebius. Ac bigarum cursus tunc institutus, quo primus vicit Evagoras Eleus. Xenophon in citatis verbis. Ἦν Ὀλυμπιὰς τρίτη καὶ ἐνενηκοστὴ ᾗ προεθέσα ξυνωρὶς ἐνίκα Εὐαγόρᾳ Ἠλείῳ. *Erat Olympias tertia, & nonagesima, qua adiuncta biga vicit Evagorae Elei.* Pausanias Eliac. I. Δρόμ@ δὲ δύο ἵππων τελείων, συνωρὶς κληθεῖσα, τρίτῃ μὲν Ὀλυμπιάδι ἐτέθη πρὸς τ̄ ἐνενήκοντα. Εὐαγόρας δὲ ἐνίκησεν Ἠλεῖ@. *Cursus vero duorum equorum integrae aetatis, biga adpellata, tertia quidem Olympiade institutus, & nonagesima. Evagoras autem vicit Eleus.* Anonymus illic totidem verbis. Eusebius. Προσετέθη συνωρὶς, καὶ ἐνίκα Εὐαγόρας Ἠλεῖ@. *Adposita fuit biga, & vicit Evagoras Eleus.* Theopompus Chius historicus tunc inclaruit. Anonymus ibidem, Θεόπομπος Χῖος συγγραφεὺς ἐγνωρίζετο. *Theopompus Chius historicus inclaruit.* Suidas. Θεόπομπ@ Χῖ@, ῥήτωρ, υἱὸς Δαμασιστράτου, γεγονὼς κατὰ τοὺς χρόνους τῆς ἀναρχίας Ἀθηναίων, ἐπὶ τῆς ἐνενηκοστῆς τρίτης Ὀλυμπιάδ@. *Theopompus Chius rhetor, filius Damasistrati, natus circa tempora desituti Archontibus Athenienſium imperii, nonagesima tertia Olympiade.* Item Antiphanes Comicus. Anonymus ibidem. Ἀντιφάνης, Δημοφάνους· οἱ δὲ, Στεφάνου· καὶ μητρὸς Οἰνόης, Κιανός. ὡς δέ τινες, Σμυρναῖ@· κατὰ δὲ Διονύσιον, Ῥόδι@· Κωμικὸς τὴν μέσης κωμῳδίας, ἐγνωρίζετο. *Antiphanes, Demophanis filius; alii vero, Stephani; Et matris Oenoae, Cianus; ut autem quidam, Smyrnaeus. Iuxta autem Dionysium, Rhodius. Comicus mediae comoediae innotuit.* Suidas in Ἀντιφάνης. Γέγονε δὲ κατὰ τὴν τρίτην καὶ ἐνενηκοστὴν Ὀλυμπιάδα. *Natus autem est circa tertiam, & nonagesimam Olympiadem.*

CAP. XII.

Antigenes Archon, inde Callias. Sophocles, & Euripides diem obeunt. Minervae vetus templum incensum. Aristophanis Βάτραχοι, Phrynichi Μοῦσαι, & Platonis Κλεοφῶν editae. Alexias Archon. Antimachus poeta floret. Callias Athenienſis cinnabareos conficiendi rationem primus invenit, annis nonaginta circiter ante Archontem Praxibulum. Plinii locus restitutus.

EVctemoni Antigenes succedit (a); uti nos Anonymus docet, & Diodorus. Meminitque eius Dionysius Halicarnass. lib. VII. Κατέσχε τὴν τυραννίδα κατὰ τὸν τρίτον ἐνιαυτὸν τ̄ ἐνενηκοστῆς καὶ τρίτης Ὀλυμπιάδος, ἄρχοντος Ἀθήνησι Καλλίου μετ' Ἀντιγένην. *Obtinuit tyrannidem tertio anno nonagesimae, & tertiae Olympiadis, Archonte Athenis Callia post Antigenem.* Eodem modo Scholiastes Aristophanis in Argumento Ranarum, qui & corrigendus, eiusdem fabulae Act. I. sc. I. ad ista verba. Τί γὰρ ἐγὼ οὐκ ἐναυμάχουν; πρὸς τοὺς χρόνους. ὅτε τῷ προτέρῳ ἔτει, ἐπὶ Ἀντιγένους. *Cur non navali proelio interfui? ad ea tempora; quando primo anno, sub Antigene.* Male editur, ἐπὶ Ἀντίνου. Meminitque eius iterum Act. II. sc. VI. Xenophon Hist. Graec. libro I. Πανταικλέους μὲν ἐφορεύοντ@, ἄρχοντ@ δ' Ἀντιγένους. *Pantacle Ephoro, Antigene vero Archonte.* Hunc Callias sequitur (b). Vides in citatis illis Dionysii verbis; & Anonymus repraesentat. Sophocles Poeta post quam annos .... XXXXI vixerat, vitam finivit, & Cyrus ..... Archonte Athenis Callia primo. Ratio autem cur numerus ita suppleatur, videri potest apud laudatum *Seldenum*, qui recte observat hunc Calliam primum dici, ut indicetur eumdem esse, qui multo ante, primus huius nominis, magistratu functus est.

(a) Vide quae superius ad Cap. X. adnotavimus.
(b) Callias hic, si recte numerum supplet *Seldenus*, non ad hunc annum, sed ad praecedentem, iuxta Epochas Graecorum, pertinet ..... Σο..... λης ὁ ποιητὴς βιώσας ἔτη ..... ΔΔΔΔΙ ἐτελεύτησεν, καὶ Κύρ@ ἀνερ....,.... οντ@ Ἀθήνησιν Καλλίου πρότερον. *Ex quo Sophocles Poeta post quam an-*

Digitized by Google

repraesentat, ac Diodorus. Sub hoc Sophocles, & Euripides moriuntur. Anonymus illic. Σοφοκλῆς, καὶ Εὐριπίδης, οἱ τραγωδοποιοὶ ἐτελεύτησαν. *Sophocles, & Euripides, Tragici Poetae, mortui sunt.* Idem in hoc ipso anno commemorat Diodorus lib. XIII. Περὶ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον ἐτελεύτησε Σοφοκλῆς Σοφίλου, ποιητὴς τραγῳδιῶν. *Circa autem tempus illud mortuus est Sophocles Sophili filius, Poeta tragoediarum.* Et mox. Ἀπολλόδωρος δὲ, τὴν χρονικὴν σύνταξιν πραγματευσάμενος, φησὶ, καὶ τὸν Εὐριπίδην κατὰ τὸ αὐτὸν ἐνιαυτὸν τελευτῆσαι. *Apollodorus autem, Chronicum opus qui composuit, inquit, etiam Euripidem eodem anno esse mortuum.* Eusebius horum mortem refert Olympiadis huius anno primo. Chronicon Alexandrinum Olympiad. insequentis XCIV. anno III. Suidas dicit supervixisse Sophoclem per sex annos in Σοφοκλῆς. Τελευτᾷ δὲ μετὰ Εὐριπίδην ἐτῶν ς'. *Moritur autem post Euripidem annos sex.* Et superstitem eum Apuleius dicit. *Sophocles Poeta, Euripidi aemulus, & superstes.* Quin dissidium etiam Diodorus notat libro citato. Tunc Minervae quoque vetus fanum conflagravit. Xenophon Histor. Graec. lib. I. Τῷ δ' ἐπιόντι ἔτει, ἥ τε σελήνη ἐξέλιπεν ἑσπέρας, καὶ ὁ παλαιὸς τῆς Ἀθηνᾶς νεὼς ἐν Ἀθήναις ἐνεπρήσθη Πιτίᾳ μὲν ἐφορεύοντος, ἄρχοντος δὲ Καλλίου Ἀθήνησιν. *Sequenti autem anno, tum luna defecit vesperi, tum vetus Minervae templum Athenis succensum est, Pitio quidem Ephoro, Archonte autem Callia Athenis.* Eodem Archonte Aristophanis Βάτραχοι editae. Anonymus ibidem. Βάτραχοι Ἀριστοφάνους ἐδιδάχθησαν. *Ranae Aristophanis doctae sunt.* Simul etiam Phrynichi Μοῦσαι, & Platonis Κλεοφῶν. Scholiastes Comici in fabulae dictae Argumento. Τὸ δὲ δρᾶμα, τῶν εὖ καὶ φιλοπόνως πάνυ πεποιημένων, ἐδιδάχθη ἐπὶ Καλλίου ἄρχοντος, τῷ μεθ' Ἀντιγένην, ἐπὶ Λιναίῳ. Φιλωνίδης ἐπεγράφη, καὶ ἐνίκα. Φρύνιχος δεύτερος, Μούσαις· Πλάτων τρίτος, Κλεοφῶντι. *Fabula autem, una earum, quae bene, & laborioſe admodum elaboratae sunt, docta fuit sub Callia Archonte, qui fuit post Antigenem in festo Bacchi. Philonides adscriptus est, & vicit. Phrinichus secundus, Musis. Plato tertius, Cleophonte.* Sub eodem nummus aeneus cudi coeptus. Scholiastes Aristophanis Ranis Act. II. sc. VI. Δύναται ἂν καὶ τὸ χαλκῶν λέγειν. ἐπὶ γὰρ Καλλίου, χαλκῶν νόμισμα ἐκόπη. *Potest vero etiam aeneum dicere. Sub Callia enim aeneus nummus cusus est.* Meminit Archontis huius Athenaeus lib. V. Ἐγένετο δὲ ἡ ναυμαχία ἐπὶ ἄρχοντος Καλλίου, τῆς Περικλέους τελευτῆς ὕστερον ἔτεσιν εἴκοσι καὶ τέσσαρσιν. *Contigit autem navalis pugna Archonte Callia, Periclis morte posterior annis vigintiquatuor.* Excepit autem eum Alexias; uti Diodorus tradit, & Anonymus. Meminitque eius Xenophon Hist. Graec. lib. II. Τῷ δ' ἐπιόντι ἔτει, ἐπὶ Ἀρχύτου μὲν ἐφορεύοντος, ἄρχοντος δ' ἐν Ἀθήναις Ἀλεξίου, Λύσανδρος, ἀφικόμενος εἰς Ἔφεσον, μετεπέμψατο Ἐτεόνικον ἐκ Χίου ξὺν τῇ ναυσί. *Sequenti autem anno, Archyta quidem Ephoro, Archonte vero Athenis Alexia, Lysander, perveniens Ephesum, arcessivit Eteonicum ex Chio cum navibus.* Lysias in Oratoine, quae inscribitur, Ἀπολογία δωροδοκίας. Ἐπράδη δὲ κατέπλευσα, ἐπὶ Ἀλεξίου ἄρχοντος, εὐθὺς ἐγυμνασιάρχουν εἰς Προμήθια, καὶ ἐνίκων, ἀναλώσας δώδεκα μνᾶς. *Posteaquam autem appuli, Alexia Archonte, statim gymnasiarches fui ad Promethei festum, & vici, insumtis duodecim minis,* Sub hoc Antimachus poeta fuit. Anonymus illic. Ἀντίμαχος ὁ ποιητὴς ἤκμαζεν. *Antimachus poeta floruit.* Et Callias Athenienſis cinnabareos conficiendi rationem invenit. Anonymus ibidem. Κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον Καλλίας τις Ἀθηναῖος τὴν τῆς κιννα βάρεως ἐργασίαν πρῶτος εὗρε. *Circa illud tempus Callias, qui Athenienſis cinnabareos confectionem primus invenit.* Theophrastus lib. Περὶ λίθων. Γίνεται δὲ τὸ μὲν ὑφισάμενον κάτω, κιννάβαρι· τὸ δ' ἐπ' ἄνω, μὴ πλέον, πλύσμα. καλοῦσι δέ φασι. μὴ εὑρεῖν, τὴν ἐργασίαν Καλλίαν τινὰ Ἀθηναῖον ἐκ τῶν ἀργυρείων. *Fit autem subsidens infra, cinnabari. Quod vero supra est, & plus, Cotura. Monstrasse autem dicunt, & invenisse conficiendi opificium Calliam quemdam Athenienſem ex argenti fodinis.* Moxque id factum ait annis circiter nonaginta ante Archontem Praxibulum. Οὐ παλαιὸν δ' ἐστὶν, ἀλλὰ περὶ ἔτη μάλις' ἐνενήκοντα εἰς ἄρχοντα Πραξίβουλον Ἀθήνησιν. *Non autem vetustum est, sed circa annos potissimum nonaginta ad Archontem Praxibulum Athenis.* Fuit autem ille Archon, uti infra ostendemus Olymp. CXVI. anno II. suntque ad eum ab hoc Alexia anni XCII. Itaque recte Theophrastus, Περὶ ἔτη μάλιστ' ἐνενήκοντα. *Circa annos potissimum nonaginta,* dixit. Plinius ex hoc ipso loco lib. XXXIII. cap. VII. *Theophrastus* XC. *annis ante Praxibulum, Athenienſium magistratum, quod tempus exit in urbis nostrae* CCXLIX. *annum, tradit inventum minium a Callia Athenienſe.* Sed corruptus iste locus, exciditque in annis Vrbis centenarius numerus unus. Restituo, *in urbis nostrae* CCCXLIX. *annum.* Quippe quartus ille annus Olymp. XCIII. incidit in Romae conditae CCCXLIX. Res est nota e Fastis Capitolinis. Quod ad Calliam, & inventum quoque eius, meminit item Eustathius ad Iliad. β'. Ἐν ῥητορικῷ λεξικῷ εὕρηται μίλτῳ συμμιγνύμενον τὸ κιννάβαρι. φησὶ γὰρ. τιγγάβαρι, τὸ κιννάβαρι Ἀττικοί. Διοκλῆς. ἡ μίλτος, οἶμαι, καὶ τὸ τιγγάβαρι. καὶ πάλιν. τιγγάβαρι, ἡ μίλτος ἀναμεμιγμένη. ᾧ τὴν ἐργασίαν φασὶ πρῶτον εὑρεῖν, Καλλίαν Ἀθηναῖον. *In rhetorico lexico invenitur minio commixtum cinnabari, inquit enim, tingabari, cinnabari Attici. Diocles. Minium, existimo, etiam tingabari. Et rursus. Tingabari, & minium commixta, cuius conficiendi rationem dicunt primum inveniſſe Calliam Athenienſem.*

CAP

Digitized by Google

CAP. XIII.

Anarchia. Pythodorus tamen archon. Crocinas Theſſalus ſtadio victor. Laſthenes curſu equum ſuperat. Anonymi error. Democritus Abderita moritur; quoto aetatis ſuae anno. Diogenes Laertius reſtitutus. Mendum etiam in Diodoro Siculo oſtenſum. Hippocrates diem ſuum obiit.

OLymp. xciv. annus 1. ſine archonte ſuo fuit, & ἀναρχία memoratur ab Anonymo, & Diodoro lib. xiv. meminitque eius Plutarchus in Lyſia. Γράψαντος αὐτῷ Θρασυβούλου πολιτείαν μετὰ τὴν κάθοδον, ἐπὶ ἀναρχίας τῆς πρὸ Εὐκλείδου. *Decernente illi Thraſybulo rempublicam poſt reditum, ſub Archontis vacatione ante Euclidem.* Meminit etiam AElian. Var. Hiſt. lib. v. cap. xiii. & Suidas in Θεόπομπος. Nihilominus eo anno Pythodorus archon fuit; verum, quia ſub paucorum dominatu electus, non Athenienſes eum pro archonte cenſuere; & hunc annum ἀναρχίαν vocavere. Xenophon teſtis luculentus Hiſt. Graec. lib. ii. Τῷ δ' ἐπιόντι ἔτει, ἐν ᾧ ἦν Ὀλυμπιὰς, ἧι τὸ στάδιον ἐνίκα Κροκίνας Θετταλὸς, Εὐδίου ἐν Σπάρτῃ ἐφορεύοντος, Πυθοδώρου δ' ἐν Ἀθήναις ἄρχοντος, ὃν Ἀθηναῖοι, ὅτι ἐν ὀλιγαρχίᾳ ἠρέθη, οὐκ ὀνομάζουσιν· ἀλλ' ἀναρχίαν τὸν ἐνιαυτὸν καλοῦσιν. *Sequenti autem anno, in quo erat Olympias, qua ſtadium vicit Crocinas Theſſalus, Eudio Spartae Ephoro, Pythodoro vero Athenis Archonte, quem Athenienſes, quia ſub imperio paucorum electus fuit, non nominant. Sed Archontis vacationem illum annum vocant.* Meminitque eius Lyſias in Orat. ὑπὲρ τοῦ σηκοῦ. Ἐπιδὴ δ' ἐγὼ παρέλαβον τὸ χωρίον, πρὶν ἡμέρας πέντε γενέσθαι, ἀπεμίσθωσα Καλλιστράτῳ, ἐπὶ Πυθοδώρου ἄρχοντος. *Poſtquam autem ego accepi agrum, antequam dies quinque lapſi erant, mercede locavi Calliſtrato, Pythodoro Archonte.* Athenaeus lib. vi. Ἐν δὲ Παλλαδίῳ τοῖς ἀναθήμασιν ἐπιγέγραπται τάδε. Ἄρχοντες καὶ παράζιτοι ἀνέθεσαν, οἱ ἐπὶ Πυθοδώρου ἄρχοντος στεφανωθέντες χρυσῷ στεφάνῳ. *In Pallenide vero donariis inſcripta ſunt iſta. Archontes, & paraſiti poſuerunt, qui Pythodoro Archonte coronati aurea corona.* Niſi de illo accipere velis; incertum enim, qui hunc magiſtratum geſſit Olymp. lxxxvii. anno 1. aut cxi. item 1. Ac ſtadio tunc victor Crocinas Theſſalus. Habes in citatis verbis Xenophontis. Τὸ στάδιον ἐνίκα Κροκίνας Θετταλός. *Stadium vicit Crocinas Theſſalus.* Vide quae notavi pridem Actic. Lect. lib. iv. cap. xxix. Laſthenes quoque Thebanus vicit, curſu cum equo contendens; Coronea Thebas uſque. Diodorus lib. xiv. Λαοθένην τε τὸν Θηβαῖον, τὸν νενικηκότα ταύτην τὴν Ὀλυμπιάδα, λέγεται πρὸς ἵππον ἀθλητὴν δραμόντα νικῆσαι· τὸν δὲ δρόμον, ἀπὸ τῆς Κορωνείας μέχρι τῶν Θηβαίων πόλεως γενέσθαι. *Laſthenem Thebanum, qui vicit illam Olympiadem, dicitur athletam contra equum currentem viciſſe. Curſus autem ab Coronea uſque Thebas urbem fuiſſe.* Errat Anonymus, qui ceu ſtadio victorem memorat. Κροκίνας Λαρισσαῖος στάδιον, ὡς δὲ ἄλλοι, Λαοθένης ὁ Θηβαῖος. *Crocinas Lariſſaeus ſtadium; Vt vero alii, Laſthenes Thebanus.* Democritus tunc defunctus fertur; centum, aut centum & quatuor, annorum. Anonymus illic. Δημόκριτος ἐτελεύτησε. ζήσας ἔτη ἑκατόν· ὡς δ' ἄλλοι, ἑκατὸν καὶ τέσσαρα. *Democritus mortuus eſt, qui vixit annos centum. Vt autem alii, centum & quatuor.* Euſebius mortem eius refert in Olympiadis huius annum quartum. Sed quod ſenectutem attinet, ſane centum quatuor annorum fuiſſe teſtatur etiam Lucianus in Longaevis. Δημόκριτος μὲν ὁ Ἀβδηρίτης, ἐτῶν γεγονὼς ρδ', ἀποσχόμενος τροφῆς, ἐτελεύτα. *Democritus quidem Abderites annos natus centum, & quatuor, abſtinens alimento, mortuus eſt.* Phlegon. in eiusdem tituli libro. Δημόκριτος Ἀβδηρίτης, ἔτη ρδ'. ἐτελεύτησεν ὢν, τροφῆς ἀποσχόμενος. *Democritus Abderites, annos habuit centum, & quatuor, mortuus autem eſt alimento abſtinens.* Itaque mendum erit in numeris apud Diogenem Laertium in eius Vita lib. ix. Ἀλυπότατα δὲ βίον προήκατο, ὥς φησιν Ἵππαρχος, ρθ' ἔτη βιούς. *Doloris expertem vitam finivit, ut inquit Hipparchus, centeſimo nono anno vitae.* Reſcribo, ρδ' ἔτη β. Facile corrumpitur δ' in θ'. Sed ut hoc nunc moneamus, ſi Democritus natus fuit Olympiad. lxxvii. anno 1. ut ſupra a me commemoratum; vixitque ad annum aetatis ſuae centeſimum quartum; quomodo nunc mori potuit? quum ab illo ad hoc tempus anni interſint tantum ſexaginta novem. Si natalem collocamus in eiuſdem Olympiadis anno tertio, anni tantum ſexaginta ſeptem erunt, ſi in primo octogeſimae, nam, ut ſupra a me dictum, valde hic Auctores variant; ſex & quinquaginta. Certe annus aetatis eius centeſimus quartus incidit in Olymp. c. annum 11. Diodorus Siculus mortuum etiam iſto ipſo anno dicit, ſed annorum nonaginta tantum fuiſſe. Verba eius ecce iſta, lib. xiv. Περὶ δὲ τὸν αὐτὸν χρόνον καὶ Δημοκρίτος ὁ φιλόσοφος ἐτελεύτησε, βιώσας ἔτη ἐνενήκοντα. *Circa autem idem tempus & Democritus philoſophus mortuus eſt, quum vixiſſet annos nonaginta.* Sed corruptus ſine dubio item numerus. Chronicon Alexandrinum refert in Olymp. cv. annum 11. Qui Democritum autem annus, is Hippocratem etiam abſtulit. Soranus in eius Vita. Ἐτελεύτα δὲ (ὁ Ἱπποκράτης) παρὰ Λαρισσαίοις, ὅτε καὶ Δημόκριτος φέρεται τελευτήσας. *Mortuus eſt autem (Hippocrates) apud Lariſſeos, quando etiam Democritus fertur mortuus.* In aetatis eius annis, plane, item ut in Democriti, variatur. Soranus ibidem. Καὶ οἱ μὲν, ἐνενήκοντα ἐτῶν· οἱ δὲ, πέ φασιν. ἄλλοι, ρδ'· τινὲς, ρβ'. *Et alii quidem nonaginta annos; alii vero octuaginta quinque dicunt; alii centum & quatuor; quidam centum & novem.* Quae ſi vera, neque hoc anno deceſſiſſe Hippocrates poteſt, quippe, ut ſupra dixi, natus Olymp. lxxx. anno 1.

CAP.

Digitized by Google

CAP. XIV.

Euclides archon, ſub quo latae leges plurimae. Andocidis locus reſtitutus.

POſt hunc anarchiae annum, ſive Pythodorum mavis, Euclides fuit (a). Anonymus dicit, & Diodorus lib. XIV. Τῶν ἢ κατὰ τοῦτον ἢ ἐνιαυτὸν πράξεων τέλος ἐχουσῶν, Ἀθήνησι μὲν ἦν ἄρχων Εὐκλείδης. *Circa eumdem autem annum geſtis finem habentibus, Athenis quidem erat Archon Euclides.* Et Plutarchus indicat in Lyſiae Vita lib. De x. Rhet. Γράψαντος αὐτῷ Θρασυβούλῳ πολιτείαν μετὰ τὴν κάθοδον, ἐπὶ ἀναρχίας τῆς πρὸ Εὐκλείδου. *Vocante illum in controverſiam civitatis Thraſybulo poſt reditum, ſub magiſtratus vacatione, quae fuit ante Euclidem.* Meminitque eius Lyſias in Orat. quae inſcribitur. Ἀπολογία δωροδοκίας. Ἐπὶ δὲ Εὐκλείδου ἄρχοντος κωμῳδοῖς χορηγῶν Κηφισοδότῳ, ἐνίκων, καὶ ἀνήλωτα σὺν τῇ τῆς σκευῆς ἀναθέσει ἑκκαίδεκα μνᾶς. *Euclide autem Archonte comicis ludis choragium praebens Cephiſodoto, vici, & inſumſi cum apparatus dedicatione ſexdecim minas.* Iſaeus. Περὶ τοῦ Κίρωνος κλήρου. Ἐὰν γὰρ ἐξαπατηθῆτε ὑμεῖς, πεισθέντες ὡς ἡ μήτηρ ἡμῶν οὐκ ἦν πολῖτις, οὐδ' ἡμεῖς ἐσμέν· μετ' Εὐκλείδου γὰρ ἄρχοντα γεγόναμεν. *Si vero decepti fueritis vos, credentes quemadmodum noſtra mater non erat civis, neque nos eſſe. Poſt Euclidem enim Archontem nati ſumus.* AEſchines in Timarchum. Καὶ ἔστω ταῦτα ἄκυρα, ὥσπερ τὰ ἐπὶ τῶν τριάκοντα, ἢ τὰ πρὸ Εὐκλείδου. *Et ſint iſta irrita, quemadmodum quae ſub triginta, aut quae ante Euclidem.* Demoſthenes in Timocratem. Ἀλλὰ μετ' Εὐκλείδου ἄρχοντα, ὦ ἄνδρες δικασταί, πρῶτον μὲν Θρασύβουλον τὸν Κολυττέα ἅπαντες μέμνησθε δὶς δεθέντα. *Sed poſt Euclidem Archontem o viri iudices, primum quidem, Thraſybulum Colytienſem omnes meminiſtis bis vinctum.* Sub hoc latae leges variae; in quibus iſta, ne pro cive haberetur, niſi qui parente utroque cive natus; quum antea ſufficeret, ſaltem alterutrum civem eſſe. Indicat Demoſthenes Orat. in Eubulidem. Τοῖς χρόνοις τοίνυν οὕτω φαίνεται γεγονὼς, ὥστε εἰ καὶ κατὰ θάτερα ἀσὸς ἦν, εἶναι πολίτην προσήκειν αὐτόν. γέγονε γὰρ πρὸ Εὐκλείδου. *Temporibus igitur ſic apparet natus, ut etiamſi iuxta alteram partem civis fuerit, eſſe civem conveniat ipſum. Natus enim fuit ante Euclidem.* Alia quoque; ne nothus, nothave ſacris appropinquarent. Iſaeus. Περὶ τοῦ Φιλοκτήμονος κλήρου. Τὐναντίον τοίνυν συμβέβηκεν ἢ ὡς ὁ νόμος γέγραπται. ἐκεῖ μὲν γάρ ἐστι, νόθῳ, μηδὲ νόθῃ, εἶναι ἀγχιστείαν μήτ' ἱερῶν, μήτ' ὁσίων, ἀπὸ Εὐκλείδου. *Contrarium igitur evenit quam ut lex ſcripta eſt. Illic enim quidem eſt, notho, neque nothae, competere acceſſum, neque ſacrorum, neque ſanctorum ab Euclide* Item illa; ne quis populi imperium aut evertere conaretur; aut everſo, magiſtratum ullum caperet; qui delinqueret, eum occidere impune eſſet; bonaque etiam interfecti is haberet, qui occideret. Andocides. Περὶ

(a) Epochae Graecorum huic anno Miconem Archontem adſignant. Ἀφ' οὗ ...ελέσης ελ.... νίκησεν Ἀθήνησιν, ἔτη ΗΔΔΔΠΙΙΙΙ. Ἄρχοντος Ἀθήνησι Μίχωνος. *Ex quo Teleſtes..... vicit Athenis annis* CXXXIX. *Archonte Athenis Micone.*

μυστηρίων. Μέλιτον τοίνυν τοῖς παισὶ τοῖς τοῦ Λέοντος οὐκ ἔστι φόνου διώκειν, ὅτι τοῖς νόμοις δεῖ χρῆσθαι ἀπὸ Εὐκλείδου ἄρχοντος. *Melitum igitur liberis Leontis non licet caedis accuſare, quia legibus decet uti ab Euclide Archonte.* Mox ſubiungit. Ὃ δὴ νόμος τί κελεύει, ὃς ἐν τῇ στήλῃ ἔμπροσθέν ἐστι τοῦ βουλευτηρίου, Ὃς ἂν ἄρξῃ ἐν τῇ πόλει, τῆς δημοκρατίας καταλυθείσης, νηποινὶ τεθνάναι καὶ τὸν ἀποκτείναντα ὅσιον εἶναι, καὶ τὰ χρήματα ἔχειν τοῦ ἀποθανόντος. *Lex vero quid iubet, quae in columna eſt ante tribunal? Si quis Archon fuerit in urbe, populari imperio diſſoluto, impune moriatur, & occiſor ſacer ſit, & bona habeat mortui.* Verum mutilus iſte locus; & omiſſum illic membrum legis prius, de imperio populari evertendo: itaque ſic reſcribendum. Ὃς ἂν δημοκρατίαν καταλύῃ τὴν Ἀθήνησι, ἢ ἄρξῃ ἐν τῇ πόλει, τῆς δημοκρατίας κ. *Si quis populare imperium diſſolvat Athenis, aut Archon ſit in urbe, popolari imperio, &c.* Nam ipſa legis verba ſic habebant. Ἐάν τις δημοκρατίαν καταλύῃ τὴν Ἀθήνησι, ἢ ἀρχὴν ἢ ἵνα ἄρχῃ, καταλελυμένης τῆς δημοκρατίας, πολέμιος ἔστω Ἀθηναίων, καὶ νηποινὶ τεθνάτω· καὶ τὰ χρήματα αὐτοῦ δημόσια ἔστω. *Si quis populare imperium diſſolvat Athenis, aut magiſtratu quodam fungatur, diſſoluto popolari imperio, inimicus erit Athenienſium, & impune moriatur, & bona eius publica ſint.* Et quae ſequebantur. Habes plene paulo poſt apud eumdem Andocidem in illa ipſa Oratione. Quin & aliae plures latae, eo archonte. Meminit ſimpliciter Demoſthenes Orat. in Timocratem. Διοκλῆς εἶπε τοὺς νόμους, τοὺς πρὸ Εὐκλείδου τεθέντας ἐν δημοκρατίᾳ, καὶ ὅσοι ἐπ' Εὐκλείδου ἐτέθησαν, καί εἰσιν ἀναγεγραμμένοι. κυρίους εἶναι· τοὺς δὲ μετ' Εὐκλείδου τεθέντας, καὶ τὸ λοιπὸν τιθεμένους, κυρίους εἶναι ἀπὸ τῆς ἡμέρας ἧς ἕκαστος ἐτέθη. *Diocles inquit, leges, ante Euclidem ſtatutas in popolari imperio, & quotquot ſub Euclide latae, & ſunt conſcriptae, ratas eſſe; quae vero poſt Euclidem poſitae, & reliquo tempore conſtitutae, ratas eſſe ab die, quo quaeque poſita eſt.* Ad quem locum Vlpianus. Εὐκλείδης ἄρχων ἐγένετο παρ' Ἀθηναίοις μετ' ὀλίγον χρόνον τῶν τριάκοντα. ἄξιον δὲ ἐστι ζητῆσαι, διὰ τί εἶπε τοὺς πρὸ Εὐκλείδου νόμους, καὶ τοὺς μετ' αὐτὸν ἄρχειν, δεῖν κυρίους εἶναι; λέγομεν, ἐπιδήπερ, ὡς εἴπαμεν, μετ' ὀλίγον χρόνον τῶν τριάκοντα οὕτω ἐγένετο. μεταξὺ δὲ αὐτοῦ, καὶ τῶν τριάκοντα, ἐν ἐκείνῳ τῷ ὀλίγῳ χρόνῳ δημοκρατία ἦν παρὰ Ἀθηναίοις, καὶ μετ' αὐτὸν πάλιν διόλου, διὰ τοῦτο εἶπε τοὺς πρὸ αὐτοῦ, καὶ μετ' αὐτόν. *Euclides Archon fuit apud Athenienſes poſt breve tempus triginta tyrannorum. Dignum autem eſt inquirere, quare dicat ante Euclidem leges, & quae poſt eius imperium oportere ratas eſſe? Dicimus quoniam, ut diximus, poſt breve tempus illorum triginta hic fuerit: inter vero ipſum, & triginta, in illo brevi tempore populare imperium erat apud Athenienſes, poſt ipſum rurſus perpetuo. Hinc dicit quae ante illum, & poſt illum.* Et apud Andocidem in citata Oratione pluries commemorantur οἱ ἀπ' Εὐκλείδου νόμοι. *Leges ab Euclide.*

CAP. XV.

Micion archon; inde Epaenetus, ſive Exaenetus, aut Xenaenetus. Triginta tyranni ſublati, & decemviri conſtituti. Ἀμνηςία ſancita, a qua illi tamen exemti. Xenophon, Andocides, & Aelianus emendati.

POſt Euclidem Micio fuit; quem Epaenetus ſequutus, ſive tu Xenaenetum mavis, aut Exaenetum. Vide Atticas Lectiones lib. v. cap. XXVII. Sub hoc reddita pax Athenis, amotis primum Triginta tyrannis, inde Decemviris, qui his ſubſtituti fuerant, quum tyrannidem etiam ipſi adfectarent. De Triginta tyrannorum amotione, & Decem aliorum ſubſtitutione, Diodorus nobis refert lib. XIV. in hoc archonte. Οἱ δ' ἐν ταῖς Ἀθήναις, τὸς μὲν τριάκονλα τῆς ἀρχῆς παύσανλες, ἐκ τῆς πόλεως ἐξέπεμψαν, δέκα δ' ἄνδρας κατέςησαν αὐτοκράτορας, εἰ δύναιντο μάλιςα φιλικῶς διαλύεθαι τὸν πόλεμον. *Qui vero Athenis, triginta quidem imperio privantes, ex urbe emiſerunt, decem autem viros conſtituerunt ſummae poteſtatis, ſi poſſint maxime amice finire bellum.* Xenophon. Hiſt. Graec. lib. II. Καὶ τοῖς τριάκονλα ὐκ ἔφασαν χρῆναι πάθεθαι, ὐδ' ἐπιτρέπειν ἀπολλύναι τ' πόλιν. κ) τὸ τελευταῖον ἐψηφίσανλο, ἐκείνες μὲν καλαπαῦσαι, ἄλλες δὲ ἑλέθαι. καὶ εἵλοντο δέκα, ἕνα ἀπὸ φυλῆς *Et triginta viris negabant parendum eſſe, neque concedere, ut periret urbs. Et denique decreverunt, illos quidem deponere, alios autem eligere. Et elegerunt decem, unum ex tribu.* Iuſtinus lib. v. *His vocibus tantum promotum eſt, ut reverſus in Vrbem exercitus, Triginta tyrannos emigrare Eleuſina iuberet, ſubſtitutis Decem, qui remp. regerent.* Iſocrates in Orat. adverſus Callimachum. Ἦρχον μὲν γὰρ οἱ δέκα οἱ μετὰ τὲς τριάκονλα καταςάντες. *Regnarunt enim quidem decem, qui poſt triginta conſtituti ſunt.* Mox ſancita rerum praeteritarum oblivio. Xenophon loco citato. Καὶ ὀμόσανλες ὅρκες, ἦ μὴν μνησικακήσειν, ἔτι δ νῦν ὁμῶ γε πολιτεύονλ, *Et quum iureiurando adfirmaſſent omnino non futuros iniuriae memores, adhuc etiam nunc ſimul rempublicam adminiſtrant.* Excepti tamen Triginta, & Decemviri; tam qui cum Triginta impoſiti Piraeeo, quam qui, iis mox amotis, ſubſtituti. Xenophon ibidem. Οἱ δὲ διήλλαξαν, ἐφ' ᾧ τε εἰρήνην μὲν ὡς πρὸς ἀλλήλες, ἀπιέναι δὲ ἐπὶ τὰ ἑαυτῶν ἑκάςες, πλὴν τῶν τριάκονλα, καὶ τῶν ἕνδεκα, καὶ τῶν ἐν τῷ Πειραιεῖ ἀρξάντων δέκα. *Illi autem convenerunt, ut pax quidem eſſet inter ſe mutuo, abirent vero ad ſua ſinguli, exceptis triginta, & undecim, & qui in Piraeeo regnaverant decem.* Sed corruptum illic verbum ſic reſtituo. πλὴν τῶν τριάκονλα, καὶ τῶν δέκα. *Exceptis triginta, & decem.* Idem mendum eſt apud Andocidem, ubi de hoc iuramento, quo ſanxere oblivionem in Orat. Περὶ τῶν μυςηρίων. Φέρε δὲ τοίνυν, οἱ ὅρκοι ὑμῖν πῶς ἔχυσιν; ὁ μὲν, κοινός τῇ πόλει, ὃν ὀμωμόκατε πάντες μετὰ τὰς διαλλαγάς. *Profer autem nunc, formulae veſtrae iurisiurandi quomodo ſe habent; hoc quidem, commune urbi, quod iuraſtis omnes poſt reconciliationes.* Inde ipſa iuramenti verba ponit. Καὶ ὐ μνησικακήσω τῶν πολιτῶν ὐδενὶ, πλὴν τῶν τριάκονλα, καὶ τῶν ἕνδεκα. ὐδὲ τύτων, ὃς ἂν ἐθέλοι εὐθύνας διδόναι τῆς ἀρχῆς ἧς ἦρξεν. *Et non memor ero iniuriarum erga civem ullum, exceptis triginta, & undecim. Neque in illos, ſi quis velit repetundas dare imperii, quod adminiſtravit.* Etiam ibi reſcribendum. πλὴν τῶν τριάκονλα, κ) τῶν δέκα. *Exceptis triginta, & decem.* Sed quod in citatis verbis Xenophontis legitur, κ) τῶν ἐν τῷ Πειραιεῖ ἀρξάντων δέκα. *Et in Piraeeo qui regnarunt decem.* Id ne turbet, per occaſionem iſtam explicabo. Lyſander quum Triginta viros Vrbi captae impoſuiſſet, Decem alios etiam Piraeeo impoſuit. Diodorus, Xenophon, alii non commemorant; ſed diſerte unus Plutarchus in Vita Lyſandri. Εὐθὺς δὲ κ) τὰ περὶ τὴν πολιτείαν ἐκίνησε, τριάκονλα μὲν ἐν ἄςει, δέκα δὲ ἐν Πειραιεῖ καλαςήσας ἄρχοντας. *Statim autem etiam quae ad rempublicam commovit, triginta in urbe, decem vero in Piraeeo conſtituens Archontes.* Xenophon vero, etſi non commemoret illos ſuo loco, ubi de mutata a Lyſandro rep. agit, mox eorum meminit tamen eodem libro. Ἀπέθανον δ' ἐνταῦθα, τῶν μὲν τριάκονλα, Κριτίας τε καὶ Ἱππόλοχ@. τῶν δ' ἐν Πειραιεῖ δέκα ἀρχόντων, Χαρμίδης ὁ Γλαύκων@. *Occubuerunt autem illic ex triginta quidem Critias, & Hippolochus, ex decem vero in Piraeeo Archontibus, Charmides Glauconis filius.* Sed Decemvirorum mentio in memoriam mihi revocat Aeliani inſignem locum de mutatione quaque in Rep. Athenienſium. Exſtat ille Var. Hiſt. lib. v. cap. XIII. Ἦσαν δὲ ἄρα Ἀθηναῖοι δεινῶς εἰς τὰς πολιτείας εὐτράπελοι, κ) ἐπιτήδειοι πρὸς τὰς μεθαβολὰς παντὸς μᾶλλον. βασιλείαν μὲν γὰρ ἤνεγκαν σωφρόνως ἐπὶ Κέκροπ@, & Θησέως, κ) τῶν Κοδριδῶν κάτω. τυραννίδ@ ἐπράθησαν ἐπὶ τῶν Πεισιςρατιδῶν. ἀριςοκραλίᾳ δ' ἐχρήσαντο μέχρι τῶν τετρακοσίων. εἶτα ὕςερον δέκα τῶν πολιτῶν καθ' ἕκασον ἔτ@ ἦρχον τῆς πόλεως. τελευταῖον ἐγίνετο ἀναρχία περὶ τὴν τῶν τριάκονλα καλάςασιν. *Erant autem omnino Athenienſes valde in reipublicae regimine verſuti, & idonei ad mutationes plus quam ullus. Nam regnum quidem tulerunt moderate ſub Cecrope, & Theſeo, & Codridis poſtea. Tyrannidem experti ſunt ſub Piſiſtratidis. Optimorum imperio uſi ſunt uſque ad quadringentos. Dein tandem decem e civibus ſingulis annis rexerunt urbem. Poſtremo fuit magiſtratus vacatio circa triginta virorum conſtitutionem.* Tranſpoſita eſſe iſthic verba Hiſtoria indicat, quae ſic habet. Initio Athenienſes reges ſuos habuere; inde archontes accepere; ſub quibus tyrannidem exercuit Piſiſtratus, poſterique eius aliquot, qui electi Olymp. LXV. anno IV. Deinde vero ariſtocratia uſi uſque ad Olymp. XCII. annum I. quum electi Quadringenti, qui ſequente ſtatim abrogati, poſtea a Lyſandro victi, Triginta tyrannos habuere Olymp. XCIV. anno I. qui cum Decem commutati, Olympiadis eiuſdem anno quarto, eos quoque ipſos ſtatim in primordio excuſſere. In citatis Aeliani iſtis verbis Decem

Digitized by Google

cem illi ante Triginta collocantur; quod eſt plane contra Hiſtoriam; quam ob rem reſtituendum. Ἀριστοκρατίᾳ ᾧ ἐχρήσαντο μέχρι τῶν τετρακοσίων. εἶτα ὕστερον ἐγίνετο ἀναρχία, περὶ τὴν τῶν τριάκοντα κατάστασιν. τελευταῖον δέκα τῶν πολιτῶν καθ' ἕκαστον ἔτος ἦρχον τῆς πόλεως. *Optimorum autem uſi ſunt imperio uſque ad quadringentos. Dein tandem fuit magiſtratus vacatio circa triginta virorum conſtitutionem. Poſtremo decem e civibus uno quoque anno rexerunt urbem.* Nunc luxata hactenus membra eius loci collocavi; verum neque ita recte omnia habent; nam decemviri ſtatim in principio ſuo abrogati, quomodo ergo reip. ſingulis annis praefuerunt? Non luxata tantum verba, ſed & mendum occupavit. Ita corrigo. Τελευταῖον ᾗ κ' ἓ πολιτῶν καθ' ἕκαστον ἔτος ἦρχον τῆς πόλεως. *Poſtremo autem & e civibus unoquoque anno rexerunt urbem.* Hoc vult dicere Aelianus. Varias mutationes experti Athenienſes, poſtquam denique anarchiam paterentur, quum Triginta imperarent; tandem rurſum e civibus ſuis conſtitutos, qui annos ſingulos, more priſtino, principatum Vrbis tenerent. Haec eſt vera conſtitutio, & explicatio huius loci; quem non temere magnus Scaliger in Euſebianis ſuis ſe non capere profitetur.

CAP. XVI.

Laches archon. Minos ſtadio victor. Ariſtides emendatur. Socratis mors. Euſebii error, & Alexandrini Chronici. Ariſtocrates archon. Aſtydamas Tragicus fabulas edere incipit. Ithycles archon. Cteſias Hiſtoriam ſuam Perſicam finit. Philoxenus, Timotheus, Teleſtes, & Polyidus florent. Diodorus Siculus, & Stephanus emendantur. Lyſiades archon. Lyſiae locus reſtitutus. Sophocles, Sophoclis F. tragoedias ſuas edere incipit.

POſt Epaenetum Laches fuit, tenuitque magiſtratum Olymp. xcv. anno 1. (a) ſtadioque Minos Athenienſis victor. Diodorus lib. XIV. Τῷ δ' ἔτει τούτῳ διελθόντος. Ἀθήνησι μὲν ἦρχε Λάχης. ἐχρώντο δὲ κατὰ Ὀλυμπιὰς πέμπτη πρὸς ταῖς ἐνενήκοντα, καθ' ἣν ἐνίκα στάδιον Μίνως Ἀθηναῖος. *Anno autem illo praetergreſſo, Athenis quidem Archon fuit Laches. Fuit autem etiam Olympias quinta, & nonageſima, qua vicit ſtadium Minos Athenienſis.* Anonymus. Ὀλυμπιὰς ἐνενηκοστὴ πέμπτη, ἔτος πρῶτον. Λάχης (ἄρχων.) Μίνως Ἀθηναῖος στάδιον. *Olympias nonageſima quinta, annus primus. Laches (Archon.) Minos Athenienſis ſtadium.* Quod victorem illum adtinet, Menon dicitur apud Euſebium. Archontis huius meminit Ariſtides Platonica II. Ἀπὸ δὲ Λάχητος εἰς Εὐθυλίδου, ἕβδομος ἄρχων Εὐθυλίδης αὐτός. *Ab Lachete vero uſque ad Eubulidem, septimus Archon Eubulides ipſe.* Ac mox. Ὁμοῦ τε γὰρ ἑκκαίδεκα οἱ σύμπαντες ἄρχοντες εἰς τὴν εἰρήνην ἀπὸ Λάχητος ἄρχοντος. *Una enim ſexdecim in univerſum Archontes uſque ad pacem ab Lachete Archonte.* Sed corruptus ille locus, & per hanc occaſionem emendandus. Ita autem eſt ſcribendum. Ὁμοῦ τε γὰρ τεσσαρεσκαίδεκα οἱ σύμπαντες. *Una enim quatuordecim in univerſum.* Origo mendi ex confuſione numerorum ιδ', & ις'. Nam Theodotus a Lachete archon tantum decimus quartus. Ecce ſeriem. Laches, Ariſtocrates, Ithycles, Lyſiades, Phormio, Diophantus, Eubulides, Demoſtratus, Philocles, Nicoteles, Demoſtratus, Antipater, Pyrrhio, ſive Pyrgio, Theodotus. Sub Lachete porro iſto Socrates, cicuta hauſta, diem obiit. Anonymus illic. Σωκράτης, πιὼν κώνειον, ἐτελεύτησε. *Socrates, cicutam bibens, mortuus eſt.* Diodorus loco citato. Ἀθήνησι δὲ Σωκράτης ὁ φιλόσοφος, ὑπ' Ἀνύτου καὶ Μελίτου κατηγορηθεὶς ἐπ' ἀσεβείᾳ, καὶ φθορᾷ τῶν νέων, θανάτῳ κατεδικάσθη, καὶ πιὼν κώνειον ἐτελεύτησε. *Athenis vero Socrates philoſophus, ab Anyto, & Melito accuſatus impietatis, & corruptelae iuvenum, morti addictus eſt, & bibens cicutam mortuus eſt.* Diogenes Laertius in eius Vita lib. II. Ἐτελεύτησε δὲ τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς ἐνενηκοστῆς πέμπτης Ὀλυμπιάδος. *Mortuus autem eſt primo anno nonageſimae quintae Olympiadis.* Et in Vita Xenophontis eodem libro. Ἤκμαζε δὲ κατὰ τὸ τέταρτον ἔτος τῆς τετάρτης καὶ ἐνενηκοστῆς Ὀλυμπιάδος. καὶ ἀνεβέβηκε σὺν Κύρῳ, ἐπὶ ἄρχοντος Ξεναινέτου, ἐνὶ πρότερον ἔτει τοῦ Σωκράτους τελευτῆς. *Floruit autem circa quartum annum quartae, & nonageſimae Olympiadis. Et adſcendit cum Cyro, Archonte Xenaeneto, uno anno ante Socratis mortem.* Ariſtides in citata Oratione. Καίτοι ἐτελεύτησε μὲν Σωκράτης ἐπὶ Λάχητος ἄρχοντος. *Etiam mortuus quidem eſt Socrates Lachete Archonte.* Euſebius in annum proxime ſequentem refert, minus recte. Magis errat Chronicon Alexandrinum, quod commemorat Olymp. CIV. anno 1. Lachetem excepit Ariſtocrates. Diodorus. Τῷ δ' ἐνιαυσίου χρόνῳ διελθόντος, Ἀθήνησι μὲν τὴν ἀρχὴν Ἀριστοκράτης παρέλαβεν. *Annuo autem tempore dilapſo, Athenis quidem magiſtratum ſummum Ariſtocrates accepit.* Eſtque ita apud Anonymum (b). Et Aſtydamas Tragicus fabulas tunc edere incepit; idque habes apud Anonymum, & Diodorum. Ariſtocratis ſucceſſor Ithycles fuit. Anonymus illic, & Diodorus. Τούτου δ' ἔτους διελθόντος, Ἀθήνησι μὲν ἦρξεν Ἰθυκλῆς. *Ille autem anno dilapſo, Athenis quidem Archon fuit Ithycles.* In eo anno Cteſias Hiſtoriam Perſicam finit; habitique tunc illuſtres Philoxenus, Timotheus, Teleſtes, & Polyidus. Diodorus ibidem. Κτησίας δ' ὁ συγγραφεὺς τὴν τῶν Περσικῶν ἱστορίαν εἰς τοῦτον τὸν ἐνιαυτὸν κατέστρεφεν, ἀρξάμενος ἀπὸ Νίνου καὶ Σεμιράμεως. ἣν-

(a) Ad annum antecedentem referunt Epochae Graecorum: Ἀφ' οὗ ..... Κύρου ἀναβάντες καὶ Σωκράτης φιλόσοφ ..... ελεύτ ..... ΓΔΔ ἔτη ΗΔΔΔΠΙΙ. Ἄρχοντος Ἀθήνησι Λάχη ..... *Ex quo ..... & Socrates philoſophus mortuus eſt .... annos natus* LXX, *anni* CXXXVII *Archonte Athenis Lachete.*

(b) Epochae Graecorum inter Lachetis, & Ariſtocratis Magiſtratus annum medium interponunt: ..... Ἀθήνησιν ἔτη ΗΔΔΔΠ ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἀριστοκράτους ..... *Athenis anni* CXXXV, *Archonte Athenis Ariſtocrate.* Conſulendus ad hunc locum *Io: Seldenus* in *Canone Chronico.*

Digitized by Google

μασαν δὲ κατὰ τοῦτον τὸν ἐνιαυτὸν οἱ ἐπισημότατοι διθυραμβοποιοὶ, Φιλόξενος Κυθήριος, Τιμόθεος Φιλησίου, Τελέστης Σελινούντιος, Πολύιδος. *Cteſias vero hiſtoricus Perſicarum rerum hiſtoriam uſque ad illum annum perduxit, incipiens a Nino, & Semiramide. Floruerunt autem circa illum annum illuſtriſſimi dithyrambici poetae, Philoxenus Cytherius, Timotheus Phileſius, Teleſtes Selinuntius, Polyidus.* Quae totidem verbis Anonymus refert. Sed exiguum illic mendum mirum quomodo hactenus locum illum inſedit; nam ſcribendum, Τιμόθεος Μιλήσιος. *Timotheus Mileſius.* Mileſius enim Timotheus fuit. Stephanus in Μίλητος. Καὶ Θαλῆς Ἐξαμίου πατρὸς Μιλήσιος ἐχρημάτιζε, καὶ Φωκυλίδης, καὶ Τιμόθεος ὁ κιθαρῳδός. ὃς ἐποίησε Νόμων κιθαρῳδικῶν βίβλους ὀκτωκαίδεκα, εἰς ἐπῶν ὀκτάκις χιλίων τὸν ἀριθμὸν, καὶ τρονόμια ἄλλων χίλια. *Et Thales Examio patre Mileſius dictus eſt, & Phocylides, & Timotheus citharoedus; qui compoſuit cantuum citharoedicorum libr. octodecim, in odarum octo millium numerum, & pronomia aliorum mille.* Vbi obiter etiam corrige. καὶ τρονόμια αὐλῶν χίλια. *Et pronomia tibiarum mille.* Suidas. Τιμόθεος, Θερσάνδρου, ἢ Νεομύσου, ἢ Φιλοπόλιδος, Μιλήσιος, λυρικός. *Thimotheus Therſandri, aut Neomyſi, aut Philopolidis filius, Mileſius, lyricus.* Habes obviam apud Auctores. Poſt Ithyclem Lyſiades fuit. Diodorus ibidem. Τῷ δ' ἐνιαυσίῳ χρόνῳ διελημφθότος, Ἀθήνησι μὲν τὴν ἀρχὴν παρέλαβε Λυσιάδης. *Annuo autem tempore elapſo, Athenis quidem magiſtratum ſummum accepit Lyſiades.* Huic Anonymus conſentit. Reſtituendum eius nomen apud Lyſiam in Orat. ὑπὲρ τοῦ σηκοῦ. Φησὶ δὲ ὁ κατήγορος, ἐπὶ Λυσιάδου ἄρχοντος σηκὸν ὑπ' ἐμοῦ ἐκκεκόφθαι. *Inquit autem accuſator, Lyſiada Archonte olivae ſacrae truncum ab me ſucciſum.* Perperam editur, ἐπὶ Σουνιάδου ἄρχοντος. *Suniada Archonte.* Neque recte nuper volui, Lect. Attic. lib. IV. cap. VII. Et nunc retracto. Ac ſub eo Sophocles filius fabulas ſuas edere incepit. Anonymus. Ἐν τῇ Ἀθήναις Σοφοκλῆς ὁ Σοφοκλέους τραγῳδίαν διδάσκειν ἤρξατο. *Athenis Sophocles Sophoclis filius tragoediam docere incepit.* Totidem verbis Diodorus, a quo accepit.

CAP. XVII.

Phormio archon. Eupolis, ſive Eupolemus ſtadio vincit. Tubicen, & praeco Olympiis additi; primuſque ibi Crates victor, & Timaeus. Diophantus archon. Hic conſtituit, ut artifices, opera publica facientes, quodam modo publici eſſent; & ſub eo drachma pro ſpectandis in theatro ludis conſtituta. Eubulides archon. Lyſiae locus emendatus. Pugna navalis Cononis iuxta Cnidum. Diodori Siculi error, & Anonymi indicatur. Demoſtratus archon. Athenienſes literis XXIV. *uti incipiunt.* Grammatica poſt Euclidem, *quaenam dicta.*

OLymp. XCVI anno I. archon Phormio; ſtadioque victor Eupolis. Diodorus in eo anno. Τῷ δ' ἐνιαυσίῳ χρόνῳ διελημφθότος, Ἀθήνησι μὲν ἔλαβε τὴν ἀρχὴν Φορμίων, Ὀλυμπιὰς δὲ ἤχθη ἐνενηκοστὴ καὶ ἕκτη, ἣν ἐνίκα Εὔπολις Ἠλεῖος. *Annuo autem tempore elapſo, Athenis quidem accepit magiſtratum ſummum Phormio, Olympias vero acta eſt nonageſima, & ſexta, qua vicit Eupolis Eleus.* Euſebio victor Eupolemus dicitur. Ἐνενηκοστὴ ἕκτη (Ὀλυμπιὰς) Εὐπόλεμος Ἠλεῖος στάδιον. *Nonageſima ſexta (Olympias) Eupolemus Eleus ſtadium.* Pauſanias in Arcadicis. Τῆς ἕκτης καὶ ἐνενηκοστῆς Ὀλυμπιάδος, ἣν Εὐπόλεμος Ἠλεῖος ἐνίκα στάδιον. *Sexta, & nonageſima Olympiade, qua Eupolemus Eleus vicit ſtadium.* Et Eliac. II. Εὐπολέμου δὲ Ἠλείου τὴν μὲν εἰκόνα Σικυώνιος εἴργασαι Δαίδαλος. τὸ δὲ ἐπίγραμμα τὸ ἐπ' αὐτῷ μιμούμενον σταδίου μὲν ἀνδρῶν Ὀλυμπιάσι νίκην ἀνελέσθαι Εὐπόλεμον. *Eupolemi vero Elei ſtatuam quidem Sicyonius elaboravit Daedalus. Inſcriptio autem in ea indicat ſtadii virorum Olympiae victoriam reportaviſſe Eupolemum.* Vtrumque nomen ab Anonymo exhibetur. Ὀλυμπιὰς ἐνενηκοστὴ ἕκτη, ἔτος πρῶτον. Φορμίων (ἄρχων.) Εὐπόλεμος Ἠλεῖος στάδιον· οἱ δὲ, Εὔπολις. *Olympias nonageſima ſexta, annus primus. Phormion (Archon.) Eupolemus Eleus ſtadium. Alii autem, Eupolis.* Praeco quoque, & tubicen ad Olympicos ludos additi; & tubicen primus vicit Timaeus, praeco Crates; uterque Eleus. Euſebius in illa Olympiade. Προσετέθη σαλπιγκτὴς, καὶ ἐνίκα Τίμαιος Ἠλεῖος. προσετέθη καὶ κῆρυξ, καὶ ἐνίκα Κράτης Ἠλεῖος. *Additus tubicen, & vicit Timaeus Eleus. Additus fuit & praeco, vicitque Crates Eleus.* Quae totidem quoque verbis Anonymus. Phormioni mox ſucceſſit Diophantus. Ita Anonymus, & Diodorus. Meminit eius Pauſanias Arcadicis. Ἐκεῖνο μὲν δὴ πῦρ ἠφάνιζεν ἐπινεμηθὲν ἐξαίφνης, Διοφάντου παρ' Ἀθηναίοις ἄρχοντος, ὑστέρῳ δὲ ἔτει τῆς ἕκτης καὶ ἐνενηκοστῆς Ὀλυμπιάδος. *Illud quidem ignis conſumſit depaſtum ſubito, Diophanto apud Athenienſes Archonte, poſteriori autem anno ſextae, & nonageſimae Olympiadis.* Hic conſtituit, ut publica opera facientes artifices, publici eſſent quodammodo. Ariſtoteles Politic. lib. II. cap. V. Ἀλλ' εἴπερ δεῖ δημοσίους εἶναι τοὺς τὰ κοινὰ ἐργαζομένους (τεχνίτας) δεῖ, καθάπερ ἐν Ἐτιδάμνῳ τε, καὶ ὡς Διόφαντός ποτε κατεσκεύαζεν Ἀθήνησι, τοῦτον ἔχειν τὸν τρόπον. *Sed ſiquidem oportet publicos eſſe, qui communia adminiſtrant (artifices) oportet, quemadmodum & Epidamni, & prout Diophantus quondam conſtituit Athenis, illo modo eſſe.* Sub hoc pecunia, quae pro ludis aſpectandis ſolvebatur, quum initio duo tantum oboli eſſent, drachma conſtituta fuit. Heſychius in Δραχμὴ χαλαζῶσα. Ἐπὶ Διοφάντου τὸ θεωρικὸν ἐγένετο δραχμή. *Sub Diophanto pro ſpectaculis fuit drachma.* Vide Suidam ibidem, & Zenobium Cent. III. Proverb. XXVII. Poſt Diophantum, eſt Eubulides. Diodorus. Ἐπεὶ δὲ ὁ ἐνιαυσιαῖος χρόνος διελήλυθε, Ἀθήνησι μὲν Εὐβουλίδης ἦρξεν. *Poſtquam autem annuum tempus eſſet elapſum, Athenis quidem Eubulides Archon fuit.* Ita Anonymus quoque nominat. Emendandus erit Lyſias. Ὑπὲρ τῆς Ἀριſοφάνους χρημάτων. Ἀλλ' ἐκεῖνο ἐνθυμεῖσθε, ὅτι πρὶν Νικοφήμου, ἢ καὶ Ἀριſοφάνους, πρὶν τὴν ναυμαχίαν νικῆσαι, γῆ μὲν οὐκ ἦν, ἀλλ' ἢ χωρίδιον μικρὸν

Ραμνουσίων

Ῥαμνῦσι. ἐγένετο δὲ ἡ ναυμαχία ἐπ' Εὐβουλίδου ἄρχοντος. *Sed illud cogitate, quod ante Nicophemo, aut etiam Ariſtophani, ante navalem victoriam, ager quidem non fuerit, niſi agellus exiguus Rhamnunte. Facta autem navalis pugna Eubulide Archonte.* Male editur, ἐπ' Εὐβούλου, *ſub Eubulo.* Nam Eubulus magiſtratum iſtum geſſit anno demum IV Olymp. CVIII. amplius triginta annis poſt exceſſum Oratoris. Obiter autem eo loco obſervandum, pugnam navalem Cononis prope Cnidum accidiſſe ſub Eubulide; optimuſque in hac re nobis teſtis Lyſias, qui aetate ea vixit; quare Diodorus errat neceſſario, qui in anno praecedente ſub archonte Diophanto, illam refert; quem Anonymus temere ſequitur. Meminit archontis huius Ariſtides Platonica II. Τῆς δὲ ἐν Κορίνθῳ μάχης, καὶ τῆς ἐν Λεχαίῳ, μέσος ἄρχων Εὐβουλίδης· ἀπὸ δὲ Λάχητος εἰς Εὐβουλίδου, ἕβδομος ἄρχων ὁ Εὐβουλίδης αὐτός· ἀπὸ δὲ Εὐβουλίδου πάλιν, ἄρχων ὄγδοος Θεόδοτος· ἐφ' ᾧ ἡ εἰρήνη ἐγένετο. *Inter proelium autem, quod Corinthi, & quod in Lechaeo, medius Archon Eubulides. Ab Lachete vero uſque Eubulidem ſeptimus Archon Eubulides ipſe. Ab Eubulide vero rurſus Archon octavus Theodotus; ſub quo pax fuit.* Olympiadis nominatae anno quarto archon traditur Demoſtratus. Ita Anonymus, & Diodorus lib. XIV. Τῷ δὲ ἔτους τούτου διελήλυθότος. Ἀθήνησι μὲν παρέλαβε τὴν ἀρχὴν Δημόστρατος. *Illo autem anno elapſo, Athenis quidem adſumſit ſummum magiſtratum Demoſtratus.* Sub hoc demum literis XXIV uti Athenienſes coepere; quum ſedecim hactenus habuiſſent. Chronicon Alexandrinum in hoc anno. Ἀθηναῖοι ἤρξαντο στοιχείοις κδ' χρῆσθαι, πρότερον ις' χρώμενοι. *Athenienſes inceperunt literis viginti quatuor uti, antea ſedecim uſi.* Euſebius octennio ante refert, Olymp. XCIV anno IV. Conſentit Cedrenus, qui memorat circa Socratis mortem, quae accidit Olymp. XCV anno I. ſeptennio nempe ante hoc tempus. Κατὰ τούτους τοὺς χρόνους καὶ οἱ Ἀθηναῖοι τοῖς κδ' Ἑλληνικοῖς γράμμασιν ἐχρήσαντο, μόνα ις' ὄντα πρότερον / καὶ Σωκράτης, ἐξ ἀνοίας τῶν Ἀθηναίων κώνειον πιὼν, ἐτελεύτα. *Circa illa tempora etiam Athenienſes viginti quatuor Graecis literis uſi ſunt, quum tantum ſedecim fuerint prius. Et Socrates ob dementiam Athenienſium; cicutam bibens, mortuus eſt.* Ego cum Euſebio cenſeo, Olymp. XCIV anno IV iſtud factum. Huc pertinet, quod Euclidis magiſtratu, quem biennio ante geſſit, nondum repertas fuiſſe longas, adſeverat Scholiaſtes Euripidis in Phoeniſſas. Ecce tibi eius verba. Γέγονε δὲ περὶ τὴν ἀρχὴν ἁμάρτημα. Ἐπ' ἄρχοντος γὰρ Ἀθήνησιν Εὐκλείδου, μήπω τῶν μακρῶν εὑρημένων, τοῖς βραχέσι καὶ μακροὺς ἐχρῶντο· τῷ ε, ἀντὶ τοῦ η, καὶ τῷ ο ἀντὶ τοῦ ω. ἔγραφον οὖν τῷ δήμῳ μετὰ τοῦ ι, δήμοι. *Fuit autem in principio error. Sub Archonte enim Athenis Euclide, nondum longis repertis, brevibus pro longis utebantur; litera ε pro η, & ο pro ω, ſcribebant igitur vocem δήμῳ populo cum ι, δήμοι* (a). Itaque *Grammatica poſt Euclidem* adpellari coepit, quae has quoque literas, noviter tunc repertas, traderet. Meminit eius Plutarchus in Ariſtide. Ἐλέγχει τὰ γράμματα τῆς μετ' Εὐκλείδου οὔσα γραμματικῆς. *Arguit litteras quae ſunt illius poſt Euclidem grammaticae.* Vbi ſine dubio, γράμματα ἢ μετ' Εὐκλείδου γραμματικῆς. *Litteras poſt Euclidem grammaticae*, illas literas vocat. quae poſt Euclidem demum inventae, nova etiam tunc Grammatica inſtituta, tradebantur (b). Erat obſcuriſſimus ille Plutarchi locus per occaſionem iſtam illuſtrandus; neque enim aliunde explicatio abducenda.

CAP. XVIII.

Philocles archon. Terires, ſive Terines, aut Terinaeus ſtadio vincit. Diodorus Siculus correctus. Phormio pugilatu victor. Anonymi error. Nicoteles archon, hinc Demoſtratus, inde Antipater. Ariſtophanis Πλοῦτος, *Ariſtomenis* Ἄδμητος, *Nicocharis* Λάκωνες, *Nicophontis* Ἄδωνις, *& Alcaei* Πασιφάη, *editae. Pyrrhion, ſive Pyrgion archon. Soſippus ſtadio, Ariſtodemus lucta vincit. Theodotus, Myſtichides, & Dexitheus ordine archontes.*

OLymp. XCVII anno I. Philocles fuit. Diodorus. Ἐπὶ δὲ ὁ ἐνιαύσιος διελήλυθε χρόνος, Ἀθήνησι μὲν ἦρχε Φιλοκλῆς. ἤχθη δὲ καὶ Ὀλυμπιὰς κατὰ τοῦτον τὸν ἐνιαυτὸν ἑβδόμη πρὸς ταῖς ἐνενήκοντα, ἣν ἐνίκα Τερίρης. *Poſtquam vero annuum elapſum eſt tempus, Athenis quidem Archon fuit Philocles; Acta fuit autem Olympias illo anno ſeptima, & nonageſima, qua vicit Terires.* Ac Terires ſtadio vicit. Vides in citatis verbis Diodori. Euſebio Tetinaeus dicitur. Ἐνενηκοστὴ (Ὀλυμπιὰς) Τεριναῖος Ἠλεῖος στάδιον. *Nonageſima ſeptima (Olympias) Terinaeus Eleus ſtadium.* In Diodoro reſcribendum eſſe exiſtimo, Τερίνης. Vt ſit idem, qui Terinaeus. Meminit Terinaei etiam Plutarchus in Demoſthene. Praeterea pugilatu vicit Phormio Halicarnaſſeus. Pauſanias Eliac. I. Πρῶτοι δὲ, ἀριθμὸν ἓξ, ἐπὶ τῆς ὀγδόης

(a) Quantum Scholiaſtae Euripidis, aliiſque in hoc deferendum ſit, me fateor ignorare. Plato enim, qui Olympiade hac XCIV. natu iam grandis erat, utpote anno I. Olympiadis LXXXVIII. iuxta Apollodorum in lucem editus, certe omnino aliud inſinuare videtur in Cratylo, ubi ait Athenienſes antiquitus brevibus ε & ο, pro longis η & ω uſos fuiſſe. Si vera enim narraret Euripidis Scholiaſtes, non antiquitus Plato dixiſſet, ſed heri, & nudiuſtertius, ut mihi quidem videtur. Ecce Platonis verba: Οὐ γὰρ ἡ ἐχρώμεθα, ἀλλὰ ε τὸ παλαιόν. *Non η antiquitus, ſed ε utebamur*, cuius exemplum antea adtulerat: οἱ μὲν ἀρχαιότατοι ἡμέραν τὴν ἡμέραν ἐλάλουν, οἱ δὲ ἐμέραν. *Antiquiſſimorum alii non ἡμέραν, ut nunc, dixere, ſed ἐμέραν; alii vero ἐμέραν.* Iterumque: Ἔρως ἀπὸ τοῦ ἐσρεῖν ἔσρος, τόγε παλαιὸν ἐκαλεῖτο. τῷ γάρ ὁ ἀντὶ τοῦ ω ἐχρώμεθα. νῦν δὲ ἔρως κέκληται διὰ τὴν τοῦ ω ἀντὶ τοῦ ο μεταλλαγήν. Ἔρως *antiquitus vocabatur* ἔσρος ἀπὸ τοῦ ἐσρεῖν, ὁ *enim loco ω in uſu fuit: at ob o immutatum* ἔρως *nunc vocatur.* Ferunt inſuper Simonidem Melicum has ζ. η. ψ. ω. literas quatuor primum invexiſſe, ut apud *Plinium* etiam *Lib. VII. Cap. LVI.* videre eſt; Simonidem autem Olympiadi LXI. *Euſebius* adſcribit, Epochae vero Graecorum, vel LXXII anno IIII. ſi de Avo agitur, vel LXXVI anno III ſi de Nepote Leoprepis F. Quomodo igitur haec conciliari poſſint alii viderint. Num Grammatica haec ſub Euclide magis invaluit, quum antea eius uſus minus frequens eſſet?

(b) Conſule *Cap. VIII. De Fortuna Attica.*

Digitized by Google

ὀγδόης ἔσησαν καὶ ἐνενηκοστῆς Ὀλυμπιάδος. Εὔπωλος γὰρ Θεσσαλὸς χρήμασι διέφθειρε τοὺς ἐλθόντας τῶν πυκλῶν, Ἀγήτορα Ἀρκάδα, καὶ Πρύτανιν Κυζικηνὸν, σὺν ᾧ αὐτοῖς καὶ Φορμίωνα, Ἁλικαρνασσέα μὲν γένος, Ὀλυμπιάδι δὲ τῇ πρὸ ταύτης κρατήσαντα. *Primi autem numero sex, octava erecti sunt, & nonagesima Olympiade. Eupolus enim Thessalus pecunia corrupit advenientes pugiles, Agetorem Arcadem, & Prytanin Cyzicenum, cum illis vero etiam Phormionem, Halicarnassensem quidem genere, Olympiade autem hanc praecedente victorem.* Errat vehementer Anonymus, qui ceu stadio victorem nobis memorat. Ὀλυμπιὰς ἐνενηκοστὴ ἑβδόμη, ἔτος πρῶτον. Φιλοκλῆς (ἄρχων.) Τεριναῖος Ἠλεῖος, ὡς δὲ ἄλλοι, Φορμίων Ἁλικαρνασσεύς. *Olympias nonagesima septima, annus primus. Philocle (Archon.) Terinaeus Eleus, ut vero alii, Phormio Halicarnassensis.* Philoclem Nicoteles sequitur; illum Demostratus, hunc Antipater. Diodorus ita narrat, & Anonymus. Sub Antipatro, edita Plutus Aristophanis. Anonymus illic. Πλοῦτος Ἀριστοφάνους ἐδιδάχθη. *Plutus Aristophanis doctus.* Etiam Aristomenis Ἄδμητος, Nicophontis Ἄδωνις, Nicocharis Λάκωνες, Alcaei Πασιφάη. Scholiastes Comici in eius fabulae Argumento. Ἐδιδάχθη ἐπὶ ἄρχοντος Ἀνλιπάτρου, ἀνλαγωνιζομένου αὐτῷ Νικοχάρους μὲν, Λάκωσιν· Ἀριστομένους δὲ, Ἀδμήτῳ· Νικοφῶντος δὲ, Ἀδώνιδι· Ἀλκαίου δὲ, Πασιφάῃ. *Docta fuit Archonte Antipatro, antagonistis eius Nicochare quidem per Lacones; Aristomene vero per Admetum; Nicophonte autem per Adonin; Alcaeo autem per Pasiphaen.* Post Antipatrum, Pyrrhio fuit, Olymp. xcviii. anno 1. quo Sosippus Athenienses stadio victor. Diodorus lib. xiv. Τῷ δὲ ἔτει τούτῳ διεληλυθότος, Ἀθήνησι μὲν ἦρχε Πυῤῥίων, Ὀλυμπιὰς δ' ἤχθη ὀγδόη πρὸς ταῖς ἐνενήκοντα, καθ' ἣν ἐνίκα Σώσιππος Ἀθηναῖος. *Illo autem anno elapso, Athenis quidem Archon fuit Pyrro, Olympias vero acta fuit octava, & nonagesima, qua vicit Sosippus Athenienses.* Sed archontis nomen variat, & Pyrgion aliis dicitur. Inde Anonymus. Ὀλυμπιὰς ἐνενηκοστὴ ὀγδόη, ἔτος πρῶτον. Πυργίων, οἱ δὲ Πυῤῥίων (ἄρχων.) Σώσιππος Ἀθηναῖος στάδιον. *Olympias nonagesima octava, annus primus. Pyrgion, alii vero Pyrrho (Archon.) Sosippus Athenienses stadium.* Sane Pirgion Dionysio est, Antiquit. Rom. lib. 1. Ἡ Κελτῶν ἔφοδος, καθ' ἣν ἡ Ῥωμαίων πόλις ἑάλω, συμφωνεῖται σχεδὸν ὑπὸ πάντων, ἄρχοντος Ἀθήνησι Πυργίωνος, γνώσθαι, κατὰ τὸ πρῶτον ἔτος τῆς ὀγδόης καὶ ἐνενηκοστῆς Ὀλυμπιάδος. *Celtarum expeditio, qua Romanorum urbs capta est, consensu statuitur fere ab omnibus, Archonte Athenis Pyrgione, facta esse, circa primum annum octavae, & nonagesimae Olympiadis.* Victor stadio, est Sosippus quidem Eusebio, vero Delphus, non Atheniensis Ὀγδοηκοστὴ ὀγδόη (Ὀλυμπιάς.) Σώσιππος ὁ Δελφὸς στάδιον. *Octogesima octava (Olympias.) Sosippus Delphus stadium.* Lucta quoque tunc vincebat Aristodemus Eleus. Eusebius ibidem. Ἀριστόδημος Ἠλεῖος πάλλιον. ἧ μέσα ὐδεὶς ἔλαβεν. *Aristodemus Eleus luctam. Cuius medias palmas nemo accepit.* Meminit eius Pausanias Eliac. 11. Hunc sequutus est Theodorus; ut indicium nobis facit Diodorus, & Anonymus ex eo. Mentionem eius habet Aristides, Platonica 11. Ἀπὸ ᾧ Εὐβουλίδου πάλιν ἄρχων ὄγδοος Θεόδοτος, ἐφ' ᾧ ἡ εἰρήνη ἐγένετο. *Ab Eubulide vero rursus Archon octavus Theodotus, sub quo pax acta est.* Huic Mystichides successit, isti Dexitheus. Ita memorat Diodorus, & Anonymus. Ac Dexithei meminit etiam Plutarchus in Demosthene lib. De X. Rhet. Ἐπὶ δὲ καὶ τριακοστὰ ἔτη γεγονὼς, λογιζομένοις ἀπὸ Δεξιθέου εἰς Καλλίμαχον, ἐφ' ᾧ παρ' Ὀλυνθίων ἦκε πρεσβεία περὶ τῆς βοηθείας, ἐπεὶ ἐπιέζοντο ὑπὸ Φιλίππου τοῦ πολέμου, ἔπεισε ἐκπεμψαι τὴν βοήθειαν. *Septem, & triginta annos natus, si supputetur ab Dexitheo usque ad Callimachum, sub quo ab Olynthiis venit legatio ob auxilium, quoniam premebantur ab Philippo bello, persuasit ut mitterent auxilium.*

CAP. XIX.

Diotrephes archon. Dion stadio vincit. Certamen iunctis ad currum pullis institutum; primusque eo victor Sybariades, an Eurybatas Lacedaemonius. Sotades Cretensis curriculo longiore vincit. Aristoteles nascitur. Phanostratus archon. Gemina eclipsis lunae. Evander archon. Diodori Siculi locus emendatur. Tertia eclipsis lunae. Demophilus archon. Demosthenes nascitur.

DExitheo successit Diotrephes Olymp. xcix. anno 1. quum stadio vicit Dicon Syracusanus. Anonymus. Ὀλυμπιὰς ἐνενηκοστὴ ἐννάτη, ἔτος πρῶτον. Διοτρεφὴς (ἄρχων.) Δίκων Συρακούσιος στάδιον. *Olympias nonagesima nona, annus primus. Diotrephes (Archon.) Dicon Syracusanus stadium.* Diodorus lib. xv. Τῷ ᾗ ἐνιαυσιαίῳ χρόνῳ διεληλυθότος, Ἀθήνησι μὲν ἦρχε Διοτρεφὴς, παρὰ δὲ Ἠλείοις Ὀλυμπιὰς ἤχθη ἐνενηκοστὴ ἐννάτη καθ' ἣν ἐνίκα στάδιον Δίκων Συρακούσιος. *Annuo autem tempore elapso, Athenis quidem Archon fuit Diotrephes, apud Eleos vero Olympias acta est nonagesima nona, qua vicit stadium Dicon Syracusanus.* Eusebius. Ἐνενηκοστὴ ἐννάτη (Ὀλυμπιάς.) Δίκων Συρακούσιος στάδιον. *Nonagesima nona (Olympias.) Dicon Syracusanus stadium.* Meminitque eius etiam Pausanias Eliac. 11. Tunc incoeptum iunctis ad currum pullis certari; primusque in certamine illo victor fuit Sybariades Lacedaemonius. Anonymus illic. Πώλων ἅρμα προσετέθη. Λακεδαιμονίου ᾗ Συβαριάδης πρῶτος τὸ στέφανον τῶν πώλων ἔσχε τοῦ ἅρματος. *Pullorum currus adiectus est. Lacedaemonius autem Sybariades primus coronam pullorum vehiculi obtinuit.* Pausanias Eliac. 1. Ἐννάτῃ ᾗ ἤρεσεν Ὀλυμπιάδι καὶ ἐνενηκοστῇ καὶ πώλων ἅρμασιν ἀγωνίζεσθαι· Λακεδαιμονίου ᾗ Συβαριάδης τὸν στέφανον τῶν πώλων ἔσχε τοῦ ἅρματος. *Nona autem placuit Olympiade, & nonagesima etiam pullorum curribus certare. Lacedaemonius vero Sybariades coronam pullorum currus accepit.* Eusebio Eurybatas dicitur. Προσετέθη τέθριππον πωλικὸν, καὶ ἐνίκα Εὐρυβάτας Λάκων. *Adiecta est quadriga ex pullis, vicitque Eurybatas Lacon.* Porro Sotades Cretensis longiore

Digitized by Google

giore curriculo vincebat. Pauſanias Eliac. II. Σωτάδης ὃ ἐπὶ δολιχῷ νίκαις Ὀλυμπιάδι μὲν ἐνενήκοστῇ κ̀ ἐνενηκοστῇ Κρὴς, καθάπερ γε κ̀ ἦν, ἀνερρήθη. *Sotades autem poſt longioris curriculi victorias Olympiade quidem nona, & nonageſima Cretenſis, prout etiam erat, renunciatus eſt.* Anonymus ibidem. Σωτάδης Κρὴς δολιχόν. *Sotades Cretenſis longius curriculum.* Ariſtoteles hoc anno natus traditur. Dionyſius Halicarn. in Epiſtola ad Ammaeum. Ἐγενήθη ὃ (ὁ Ἀριστοτέλης) κατὰ τὴν ἐνενηκοστὴν καὶ ἐννάτην Ὀλυμπιάδα, Διοτρεφοῦς Ἀθήνησιν ἄρχοντος. *Natus autem fuit (Ariſtoteles) nonageſima, & nona Olympiade, Diotrephe Athenis Archonte.* Diogenes Laertius in eius Vita lib. v. Φησὶ δ' Ἀπολλόδωρος ἐν Χρονικοῖς, γενηθῆναι μὲν αὐτὸν τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς ἐνενηκοστῆς Ὀλυμπιάδος. *Inquit autem Apollodorus in Chronicis, natum quidem ipſum primo anno nonageſimae Olympiadis.* Suidas in Ἀριστοτέλης. Ἐγενήθη δὲ ἐν τῇ ἐνενηκοστῇ ἐννάτῃ Ὀλυμπιάδι. *Natus autem eſt nonageſima nona Olympiade.* Poſt Diotrephem archontem eſt Phanoſtratus. Memoratur a Diodoro, & Anonymo. Eclipſis tunc lunae gemina fuiſſe, una menſe Poſideone, altera Scirrhophorione adnotatur ab Anonymo in illo archonte. Ἔκλειψις σελήνης Ποσειδεῶνος, καὶ πάλιν Σκιῤῥοφοριῶνος. *Defectus lunae menſe Poſideone, & rurſus Scirrhophorione.* De priore Ptolemaeus (a) Μεγ. Συνταξ. lib. IV. Γεγονέναι ὃ τὴν πρώτην (ἔκλειψιν) ἄρχοντος Ἀθήνησι Φανοστράτου, μηνὸς Ποσειδεῶνος, καὶ ἐκλελοιπέναι σελήνην βραχὺ μέρος τῆ κύκλου, ἀπὸ θερινῆς ἀνατολῆς τ̀ νυκτὸς λοιπῶ ὄντος ἡμιωρίου. *Factum autem primum (defectum) Archonte Athenis Phanoſtrato, menſe Poſideone. Et defeciſſe lunam exigua parte orbis, ab aeſtivo ortu, noctis reliqua exſiſtente ſemihora.* De altera vero mox ibidem. Πάλιν τὴν ἑξῆς ἔκλειψίν φησι γεγονέναι, ἄρχοντος Ἀθήνησι Φανοστράτου, Σκιῤῥοφοριῶνος μηνός. *Rurſum ſequentem defectum inquit factum, Archonte Athenis Phanoſtrato Scirrhophorione menſe.* Phanoſtrato Menander ſucceſſit. Ita eſt apud Diodorum. Diodorus lib. XV. in hoc anno. Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησι Μενάνδρου, Ῥωμαῖοι κατέστησαν ἀντὶ τ̀ ὑπάτων χιλιάρχους ἕξ. *Archonte autem Athenis Menandro, Romani conſtituerunt loco conſulum tribunos ſex.* Sed corruptum locum cenſeo, ſcribendumque: ἄρχοντος δ' Ἀθήνησιν Εὐάνδρου. *Archonte autem Athenis Evandro.* Nam Evander, non Menander verum nomen. Anonymus iſto Diodori loco adductus heret dubius, & utrumque nomen ponit; aliam quoque Archonte illo eclipſin narrans. Ὀλυμπιὰς ἐνενηκοστὴ ἐννάτη, ἔτος τρίτον. Μένανδρος (ἄρχων·) οἱ ὃ, Εὔανδρος. Ἔκλειψις σελήνης Ποσειδεῶνος. *Olympias nonageſima nona, annus tertius, Menander (archon.) Alii vero, Evander. Defectus lunae menſe Poſideone.* Et Evander Ptolemaeo quoque dicitur, qui eclipſin etiam iſtam nobis refert libro citato. Τὴν ὃ τρίτῳ (ἔκλειψίν) φησι γεγονέναι, ἄρχοντος Ἀθήνησιν Εὐάνδρου, μηνὸς Ποσειδεῶνος. *Tertium vero (defectum) inquit contigiſſe, Archonte Athenis Evandro, menſe Poſideone.* Sane Evandri etiam nomen Demoſthenes adſerit Orat. in Timocratem. Εὔδημον τ̀ Κυδαθηναίεα, νόμον δόξαντα θεῖναι οὐκ ἐπιτήδειον, ὃ πάλαι, ἀλλ' ἐπ' Εὐάνδρου ἄρχοντος, ἀπεκτόνατε. *Eudemum Cydathenienſem, legem viſum poſuiſſe non utilem, non olim, ſed Evandro Archonte, occiditis.* Quartus huius Olympiadis fuit Demophilus. Ita Anonymus, & Diodorus. Sub hoc natus eſt Demoſthenes. Anonymus illic. Δημοσθένης ὁ ῥήτωρ ἐγενήθη, τρίτῳ ἔτει μετὰ Ἀριστοτέλη. *Demoſthenes rhetor natus eſt tertio anno poſt Ariſtotelem.* Dionyſius Halicarn. in Epiſtola ad Ammaeum. Ἐγενήθη μὲν (ὁ Δημοσθένης) ἐνιαυτῷ πρότερον τῆς ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος. *Natus eſt quidem (Demoſthenes) anno ante centeſimam Olympiadem.*

DE

(a) Μεγίση Σύνταξις, *Maxima Conſtructio* haud inconcinne quidem vertatur. Ex priore voce Graeca Μεγίση, addito Arabico articulo *Al*, vocabulum Barbarum conflatum eſt, *Almageſtum*, quo nos illuſtre illud Aſtronomi clariſſimi opus indigitamus. Ridicule plane ille, qui σκοτεινὸν Poetam quemdam Etruſcum labore infelici illuſtrare adgreſſus eſt, adfirmat vocem hanc eſſe Arabicam, & *Almageſtbi*, ſeu *Almagiſtbi* pronunciari; quum ex iis ipſis, quae deinde ſubdit, facile animadvertere potuerit, vocem huiuſmodi Graeco fonte cadere: apud Graecos enim Μεγίσην Σύνταξιν adpellari recte obſervat.

Digitized by Google

DE ARCHONTIBVS ATHENIENSIVM.

LIBER QVARTVS.

CAPVT PRIMVM.

Pytheas archon. Dionyſodorus Tarentinus ſtadio vincit. Sotades Cretenſis, longiore curriculo iterum victor, quum, pecunia corruptus, ſe Epheſium renuntiari permiſiſſet, a Cretenſibus exilio mulctatur. Carcinus Athenienſis, an Agrigentinus floret. Nicon archon. Lyſias moritur, & Mauſolus. Plinii locus emendatur. Nauſinicus archon; inde Callias, qui Sigonio male Chabrias.

POſt Demophilum Pytheas fuit Olymp. c. anno 1. ſtadioque victor erat Dionyſodorus Tarentinus. Diodorus Siculus lib. xv. Τῷ δ' ἐνιαυσίῳ χρόνῳ διελη-λυθότ⊙, Ἀθήνησι μὲν ἦν ἄρχων Πυθέας· παρὰ δὲ Ἠλείοις Ὀλυμπιὰς ἤχθη ἑκατο-στή, καθ' ἣν ἐνίκα στάδιον Διονυσόδωρ⊙ Ταραντῖ-ν⊙. *Annuo autem tempore elapſo, Athenis quidem erat Archon Pytheas, apud Eleos vero Olympias acta eſt centeſima, qua vicit ſtadium Dionyſodorus Tarentinus.* Idem Euſebius, & Anonymus. Sotades Cretenſis longiore curriculo iterum vicit; ſed pecunia corruptus ab Epheſiis, quum Epheſium ſe renuntiari per praeconem permiſiſſet, a Cretenſibus exilio mulctatus fuit. Pauſanias Eliac 11. Σωτάδης δὲ ἐπὶ δολιχῷ νίκαις Ὀλυμπιά-δι μὲν ἐννάτῃ καὶ ἐνενηκοστῇ Κρὴς, καθάπερ γε ἦν, ἀνερρήθη· τῇ ἐπὶ ταύτῃ δὲ, λαβὼν χρήματα παρὰ τῶν Ἐφεσίων κοινῶν, Ἐφεσίοις ἐστεποίησεν αὐ-τόν, καὶ αὐτὸν ἐπὶ τῷ ἔργῳ φυγῇ ζημιῶσιν οἱ Κρῆτες. *Sotades autem in longioris curriculi victoriis Olympiade quidem nona, & nonageſima Cretenſis, quemadmodum etiam erat, pronunciatus eſt; inſequenti vero, accipiens pecuniam ab Epheſiorum communi, Epheſiis inſeruit ſe. Et illum ob iſtud facinus exilio mulctant Cretenſes.* Carcinus Athenienſis Tragicus hoc tempore florebat. Suidas. Καρκῖν⊙, Θεοδέκτου, ἢ Ξενοκλέους, Ἀθηναῖ⊙, τραγικὸς· δράματα ἐδίδαξεν ρξ'. Ἐνίκησε δὲ ά. Ἤκμαζε κατὰ τὴν ἑκατοστὴν Ὀλυμπιάδα, πρὸ τῆς Φιλίππου βα-σιλείας τῶν Μακεδόν⊙. *Carcinus, Theodectae, vel Xenoclis filius, Athenienſis tragicus. Fabulas docuit centum ſexaginta. Vicit autem unam. Floruit centeſima Olympiade ante Philippi Macedonis regnum.* Anonymus de Carcino Agrigentino tradit. Καρκῖν⊙ Ἀκραγαν-τῖν⊙ τραγικὸς ἐγνωρίζετο. *Carcinus Agrigentinus tragicus innotuit.* Ita Diodorus tradit, & Anonymus. Sub hoc Lyſias deceſſit (a); vel ut alii ſub archonte inſequente Nauſinico.

Dionyſius Halicarn. in Lyſia. Εἰ γὰρ ὀγδοη-κονταετῆ χρόμυον θήσει τις τελευτῆσαι Λυσίαν, ἐπὶ Νίκων⊙, ἢ ἐπὶ Ναυσινίκου ἄρχοντ⊙, ἐπὶ δὲ ἑτέροις ἄλοις ἂν εἴη προτερήσασα τῆς γραφῆς τὸ ψη-φίσματ⊙ ἡ τελευτὴ τοῦ ῥήτορ⊙. *Si enim octoginta annos natum ponat quis mortuum fuiſſe Lyſiam, Nicone, aut Nauſinico Archonte, ſeptem annis integris erit antegreſſa ſcriptum edictum mors rhetoris.* Idem annus e mortualis etiam Mauſolo fuit. Plinius lib. xxxvi. cap. v. *Sepulcrum hoc eſt ab uxore Artemiſia factum Mauſolo, Cariae regulo, qui obiit Olympiadis centeſimae anno ſecundo.* Et mox iterum eiusdem libri cap. vi. *Antiquiſſima, quod equidem inveniam Halicarnaſſi Mauſoli domus Proconneſio marmore exculta eſt, lateritiis parietibus. Is obiit Olympiadis* c *anno* 11. *Vrbis Romae* cccii. Sed corruptos illic numeros ita corrige. *Vrbis Romae* ccclxxiv. Nam Olympiadis centeſimae annus ſecundus erat urbis Romae trecenteſimus ſeptuageſimus quartus. Anno poſt Nauſinicus fuit. Diodorus ita refert, & Anonymus. Meminitque eius Demoſthenes Orat. in Androtionem. Ὑμῖν δὲ παρὰ τὰς εἰσφορὰς τὰς ἀπὸ Ναυ-σινίκου παρίσως τάλαντα τριακόσια, ἢ μικρῷ πλέω, ἐλλείματα τέτταρα καὶ δέκα ἐστὶ τάλαντα. *Nobis autem praeter tributa quae a Nauſinico aequaliter talenta trecenta, aut paulo plura, reſidua ſunt quatuor, & decem talenta.* Vbi Scholiaſtes. Εἰσφορὰς τὰς ἀπὸ Ναυσινίκου, ὡς ἂν εἰ ἔλεγεν, ἐπὶ ταῖς εἰσφοραῖς ταῖς γρομέναις ἐπὶ Ναυσινίκου ἄρχοντ⊙. *Tributa, quae a Nauſinico. Ac ſi diceret, in tributa, quae contigerunt Nauſinico Archonte.* Iterum Orat. in Neaeram. Καὶ λαβὼν ἐγγυητὰς τούτων, Ἀριστόμα-χόν τε τὸν θεσμοτετήσαντα, καὶ Ναυσίφιλον τὸν Ναυσινίκου τοῦ ἄρξαντ⊙ υἱὸν, ἀφῆσιν. *Et accipiens vades illorum, Ariſtomachum legislatorem, & Nauſiphilum Nauſinici Archontis filium remittit.* Occurrit quoque eius mentio in citatis ſtatim verbis Dionyſii. Ἐπὶ Νίκων⊙, ἢ ἐπὶ Ναυσινίκου, ἄρχοντ⊙, *Nicone, vel Nauſinico*

(a) Et Philoxenus poeta dithyrambicus, iam ſexagenarius. Epochae Graecorum. Ἀφ' οὗ Φιλόξεν⊙ δι-θυραμβοποιὸς τελευτᾷ βιὺς ἔτη ΓΔ, ἔτη ΗΔΠΙ, ἄρχοντ⊙ Ἀθήνησι Πυθέου. *Ex quo Philoxenus Poeta Dithyrambicus mortem, obiit, poſtquam annos* LX. *vixerat, anni* CXVI. *Archonte Athenis Pythea.*

Digitized by Google

co Archonte. Sub hoc in classes distributi Athenienses. Harpocration in Συμμορία. Διηρέθησαν ὑπὸ Ἀθηναίοις κατὰ Συμμορίας ἐπὶ Ναυσινίκου ἄρχοντος, ὡς φησι Φιλόχορος, ἐν τῇ πέμπτῃ Ἀτθίδος. *Distributi autem fuerunt Athenienses per consortia sub Nausinico Archonte, ut ait Philochorus quinto rerum Atticarum libro*. Totidem verbis etiam Suidas in eadem dictione; item Auctor Etymologici. Olympiadis huius ultimus Callias fuit. Sic is apud Diodorum, & Anonymum nominatur. Non recte Chabrias (a) apud Sigonium.

CAP. II.

Chariander archon. Damon Thurius stadio vincit. Anaxandrides floret, & Eubulus. Hippodamus archon; inde Socratides. Philochori opus, Περὶ τῶν Ἀθήνησιν ἀρξάντων, ἀπὸ Σωκρατίδου, ἕως μέχρι Ἀπολλοδώρου. *Chabrias Aexonensis Pythia vincit curru quadriiugo. Asteus, an Aristaeus archon.*

OLymp. CI. anno II. archon Chariander erat; stadioque Damon Thurius vincebat. Diodorus lib. XV. Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησι μὲν Χαριάνδρου Ἠλεῖοι ἦγαγον Ὀλυμπιάδα πρώτην πρὸς ταῖς ἑκατόν, καθ' ἣν ἐνίκα στάδιον Δάμων Θούριος. *Archonte autem Athenis quidem Chariandro, Elei agebant Olympiadem primam, & centesimam, qua vicit stadium Damon Thurius*. Pausanias in Achaicis. Ἐγένετο δὲ τῆς Ἑλίκης ἀπώλεια Ἀστέως μὲν Ἀθήνησιν ἔτι ἄρχοντος, τετάρτῳ δὲ ἔτει τῆς πρώτης Ὀλυμπιάδος ἐπὶ ταῖς ἑκατὸν, ἣν Δάμων Θούριος ἐνίκα τὸ πρῶτον. *Contigit autem Helices deletio Asteo quidem Athenis adhuc Archonte, quarto vero anno primae Olympiadis, & centesimae, qua Damon Thurius vicit primum*. Nec aliter Eusebius, & Anonymus. Tunc florebat Anaxandrides. Suidas. Ἀναξανδρίδης Ἀναξάνδρου, Ῥόδιος, ἐκ Καμείρου, γεγονὼς ἐν τοῖς ἀγῶσι φιλίππου τοῦ Μακεδόνος, Ὀλυμπιάδι ἑκατοστῇ πρώτῃ. κατὰ δέ τινας, Κολοφώνιος. *Anaxandrides Anaxandri filius, Rhodius, e Camiro, natus in ludis Philippi Macedonis, Olympiade centesima prima; secundum quosdam vero, Colophonius*. Anonymus illic. Ἀναξανδρίδης Ἀναξάνδρου, Ῥόδιος, ἐκ Καμείρου, κατὰ δέ τινας Κολοφώνιος, κωμικὸς, ἐγνωρίζετο. *Anaxandrides Anaxandri filius, Rhodius, e Camiro, secundum quosdam vero Colophonius, comicus innotuit*. Item Eubulus. Suidas. Εὔβουλος, Κήττιος, Ἀθηναῖος, υἱὸς Εὐφράνορος, κωμικός. ἐδίδαξε δράματα κδ'. ἦν δὲ κατὰ ἑκατοστὴν πρώτην Ὀλυμπιάδα. *Eubulus, Cettius, Athenienſis, filius Euphranoris, Comicus. Docuit fabulas viginti quatuor. Fuit autem circa centesimam primam Olympiadem*. Quae totidem paene verbis Anonymus. Chariandrum archontem Hippodamus sequitur. Ita observare est in Diodoro, & Anonymo. Hunc Socratides excepit, quem iidem repraesentant. Chabrias AExonensis Pythia tunc vincebat

(a) Sic Epochae Graecorum Calleam nominant. Ἀφ' οὗ Ἀναξανδρίδης ὁ κωμ ..... Ἀθήνησι Καλλέου. *Ex quo Anaxandrides Comicus ..... Athenis Callea.*

A curru quadriiugo. Demosthenes Orat. in Neaeram. Καὶ ὡς ἄλλους τε πολλοὺς ἐπὶ κῶμον ἔχων ἦλθεν αὐτὴν, καὶ ὡς Χαβρίαν τὴν Αἰξωνέα, ὅτε ἐνίκα ἐπὶ Σωκρατίδου ἄρχοντος τὰ Πυθία τῷ τεθρίππῳ. *Et ad alios multos comessatum duxit eam, & ad Chabriam AExonensem, quando vicit Socratide Archonte Pythia quadriga*. Et in altera in Timotheum. Ἐπὶ Σωκρατίδου γὰρ ἄρχοντος Μουνιχιῶνος μέλλων ἐκπλεῖν τὸν ὕστερον ἔκπλουν Τιμόθεος οὑτοσὶ, περὶ ἀναγωγὴν ἤδη ὢν ἐν τῷ Πειραιεῖ, προσδεηθεὶς ἀργυρίου, προσελθὼν τῷ πατρὶ τῷ ἐμῷ ἐν τῷ Λιμένι, ἐκέλευσεν αὐτὸν χρῆσαι χιλίας τριακοσίας πεντήκοντα μίαν, δύ' ὀβολώ. *Socratide enim Archonte Martio mense profecturus altera navigatione Timotheus hicce, soluturus iam in Piraeeo, egens pecuniae, accedens ad patrem meum in portu, iussit mutuare mille trecentas, & quinquaginta unam, duos obolos*. Ac paulo post. Ἃς πρώτας ἐδανείσαλο τοῦ Μουνιχιῶνος μηνὸς μέλλων ἐκπλεῖν, ἐπὶ Σωκρατίδου ἄρχοντος. *Quas primas foenori accepit Martio mense navigaturus, Socratide archonte*. Ab hoc Philochorus insequentes ordine archontes, usque ad Apollodorum, Opere singulari scripsit. Suidas in Φιλόχορος, ubi eius scripta refert. Περὶ τῶν Ἀθήνησιν ἀρξάντων, ἀπὸ Σωκρατίδου, καὶ μέχρι Ἀπολλοδώρου. *De illis, qui Athenis Archontes fuerunt, ab Socratide, & usque ad Apollodorum*. Anonymus illic. Φιλόχορος Κύκνου, Ἀθηναῖος, πραγματείαν συνεστήσατο, Περὶ τῶν Ἀθήνησιν ἀρξάντων ἀπὸ Σωκρατίδου, καὶ μέχρι Ἀπολλοδώρου. *Philochorus Cycni Athenienſis opus composuit, De illis, qui Athenis Archontes fuerunt, ab Socratide, & usque ad Apollodorum*. Post Socratidem est Asteus, ut ex Diodoro discimus, & Anonymo (b). Meminit eius Demosthenes in Neaeram. Ἦν δὲ χρόνος οὗτος, ᾧ Ἀστεῖος μὲν ἄρχων ἦν Ἀθήνησιν. *Erat autem tempus hoc, quo Asteus quidem Archon erat Athenis*. Et mox iterum. Διατρίψασα δ' ἐν τοῖς Μεγάροις δύο ἔτη, τόν τ' ἐπ' Ἀστείου ἄρχοντος, καὶ Ἀλκισθένους ἐνιαυτόν. *Commorata autem Megaris duos annos, nempe & quo anno Asteus, & quo Alcisthenes fuerunt Archontes*. Et in Timotheum. Ἀφικομένου Ἀλκέτου, καὶ Ἰάσονος, ὡς τοῦτον, ἐν τῷ Μαιμακτηριῶνι μηνὶ, ἐπ' Ἀστείου ἄρχοντος. *Veniente Alceta, & Iasone ad ipsum, Maemacterione mense, Asteo Archonte*. Ac deinde iterum. Καὶ οὗτοι οἱ χρόνοι ἦσαν περὶ Θαργηλιῶνα μῆνα, ἐπ' Ἀστείου ἄρχοντος. *Et haec erant tempore circa Thargelionem mensem, Asteo Archonte*. Et occurrit illic pluries. Pausanias in Achaicis. Ἀστείου μὲν Ἀθήνησιν ἔτι ἄρχοντος, τετάρτῳ δὲ ἔτει τῆς πρώτης Ὀλυμπιάδος ἐπὶ ταῖς ἑκατόν. *Asteo quidem Athenis adhuc Archonte, quarto autem anno primae Olympiadis, & centesimae*. Iterum in Boeoticis. Ἐγένετο δὴ ἡ ἅλωσις Πλαταιᾶς ἡ δευτέρα, μάχης μὲν τρίτῳ τῆς ἐν Λεύκτροις ἔτει πρότερον, Ἀστείου δ' Ἀθήνησιν ἄρχοντος. *Contigit autem expugnatio Plataeae secunda, ante pugnam quidem Leuctricam tertio anno, Asteo vero Athenis Archonte*. An is ipse est, an priorum temporum aliquis,

(b) Concinunt Epochae Graecorum: Ἀφ' οὗ Ἀστυδάμας Ἀθήνησιν ἐνίκησεν ἔτει ΗΠΙΙΙ. ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἀστεί. υ. *Ex quo Astydamas Athenis vicit anni CIX. Archonte Athenis Asteio.*

Digitized by Google

quem nos ignorare cogimur ob defectum hic Hiſtoriae, Ariſtoteli Ariſtaeus nuncupatus? verba eius ecce iſta Meteorolog. lib. I. cap. VI. Καὶ ὁ μέγας ἀστὴρ, ὃν πρότερον ἐμνήσθημεν, ἐφάνη μὲν χειμῶνος ἐν πάγοις καὶ αἰθρίαις ἀφ' ἑσπέρας, ἐπὶ Ἀρισταίου ἄρχοντος, *Et magna ſtella, cuius ante meminimus, apparuit quidem hyeme in collibus, & aetheri exſpoſitis locis ab veſpera, Ariſtaeo Archonte*. An ſcribendum? ἐπὶ Ἀστείου ἄρχοντος. *Aſteo Archonte*.

CAP. III.

Alciſthenes archon. Damon Thurius iterum vincit. Phraſiclides archon; inde Dyſcinetus. Ira capta a Lacedaemoniis. Pauſanias emendatus; item Anonymus, & Demoſthenes. Lyſiſtratus archon; & in eius forte nomine Athenaeus reſtitutus.

INſequentis Olymp. CII. anno I. Alciſthenes archon memoratur; ſtadioque victor iterum Damon Thurius. Diodorus lib. XV. Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησιν Ἀλκισθένους, παρὰ Ἠλείοις Ὀλυμπιὰς ἤχθη δευτέρα πρὸς ἑκατόν, καθ' ἣν ἐνίκα στάδιον Δάμων Θούριος. *Archonte autem Athenis Alciſthene, apud Eleos facta fuit Olympias ſecunda, & centeſima, qua vicit ſtadium Damon Thurius*. Ita etiam Anonymus. De Damone iterum victore Pauſanias in Meſſen. Τῆς δευτέρας καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος, ἣν Δάμων Θούριος τὸ δεύτερον ἐνίκα. *Secunda, & centeſima Olympiade, qua Damon Thurius ſecundum vicit*. Iterum Eliac. II. Δευτέρᾳ Ὀλυμπιάδι ἐπὶ ταῖς ἑκατόν, ἣν Δάμων Θούριος ἐνίκα τὸ δεύτερον. *Secunda Olympiade, & centeſima, qua Damon Thurius vicit ſecundum*. Et in Arcadicis. Τῆς ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος, καὶ δευτέρας, ἣν Δάμων Θούριος ἐνίκα στάδιον. *Centeſimae Olympiadis, & ſecundae, qua Damon Thurius vicit ſtadium*. Habes quoque apud Euſebium. Archontis mentio fit Demoſtheni Orat. in Neaeram. Διατρίψασα ἐν τοῖς Μεγάροις δύο ἔτη, τόν τ' ἐπ' Ἀστείου ἄρχοντος, καὶ Ἀλκισθένους, ἐνιαυτόν. *Commorata Megaris duos annos, & quo anno Aſteus, & quo Alciſthenes Archontes fuerunt*. Iterum in Timotheum. Καὶ ἔτος ὁ χρόνος ἦν Ἀλκισθένους ἄρχοντος, ὁ ὕστερος ἐνιαυτὸς ἢ ἔτος ἀνήγετο εἰς βασιλέα. *Et hoc tempus erat Alciſthene Archonte, poſterior annus, quando hic fuit evectus ad regem*. Et occurrit illic pluries. Dionyſius Halicarn. in Lyſia. Μετὰ γὰρ Ἀλκισθένην ἄρχοντα, ἐφ' οὗ τὴν εἰρήνην Ἀθηναῖοί τε καὶ Λακεδαιμόνιοι καὶ βασιλεὺς ὤμοσαν, ἀποδὺς τὰ στρατεύματα Ἰφικράτης, ἰδιώτης γίνεται. *Poſt enim Alciſthenem Archontem, quo pacem Athenienſes, & Lacedaemonii, & rex iuraverunt, tradens exercitum Iphicrates, privatus fit*. Poſt Alciſthenem Phraſiclides archon fuit; uti Auctores Diodorus, & Anonymus (a). Meminit eius & Demoſthenes in citata Oratione in Neaeram. Γίγνεται ἡ εἰρήνη ἐπὶ Φρασικλέους ἄρχοντος, καὶ ἡ μάχη ἡ ἐν Λεύκτροις Θηβαίων καὶ Λακεδαιμονίων. *Contigit pax Phraſiclide Archonte, & pugna Leuctrica Thebanorum, ac Lacedaemoniorum*. Pauſanias Eliac. II. Αὕτη Σκυτίαις ἡ συμφορὰ, Φρασικλείδου μὲν ἐγένετο Ἀθήνησιν ἄρχοντος, δευτέρᾳ δὲ Ὀλυμπιάδι ἐπὶ ταῖς ἑκατόν, ἔτει δευτέρῳ. *Haec Scotuſſaeis calamitas Phraſiclide quidem evenit Athenis Archonte, ſecunda vero Olympiade ſupra centum anno ſecundo*. Et in Arcadicis. Συνῳκίσθη δὲ ἡ Μεγάλη πόλις ἐνιαυτῷ τε τῷ αὐτῷ, καὶ μησί τε ὀλίγοις ὕστερον, ἢ τὸ πλαῖσμα ἐγένετο Λακεδαιμονίων τὸ ἐν Λεύκτροις, Φρασικλείδου μὲν Ἀθήνησιν ἄρχοντος, δευτέρῳ δὲ ἔτει τῆς ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος, καὶ δευτέρας. *Colonia facta autem Megalopolis anno eodem illo, & menſes poſt paucos, quam clades contigit Lacedaemoniorum Leuctrica, Phraſiclide quidem Athenis Archonte, ſecundo vero anno centeſimae Olympiadis, & ſecundae*. Huic Dyſcinetus ſucceſſit; uti Diodorus memorat, & Anonymus. Meminitque Pauſanias in Meſſenicis. Κατῆλθον δὲ εἰς Πελοπόννησον οἱ Μεσσήνιοι, καὶ ἀνεσώσαντο τὴν αὑτῶν, ἑπτὰ καὶ ὀγδοήκοντα, καὶ διακοσίοις ἔτεσιν ὕστερον μετὰ Εἴρας ἅλωσιν· Δυσκινήτου μὲν Ἀθήνησιν ἄρχοντος, τρίτῳ δὲ ἔτει τῆς δευτέρας, καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος. *Deſcenderunt autem in Peloponneſum Meſſenii, & conſervarunt regionem ſuam, ſeptem octoginta, & ducentos annos poſt Irae expugnationem; Dyſcineto quidem Athenis Archonte, tertio vero anno ſecundae, & centeſimae Olympiadis*. Sed in illis verbis mendum obiter mihi corrigendum. Capta Ira Olymp. XXVIII. anno I. archonte Autoſthene. Anonymus ibi. Εἶρα Μεσσηνίων ὑπὸ Λακεδαιμονίων ἑάλω. *Ira Meſſeniorum ab Lacedaemoniis capta eſt*. Pauſanias ipſe in Meſſenicis. Ἑάλω δὲ ἡ Εἶρα, καὶ ὁ πόλεμος ὁ δεύτερος Λακεδαιμονίων καὶ Μεσσηνίων τέλος ἔσχεν, Ἀθηναίοις ἄρχοντος Αὐτοσθένους, ἔτει πρώτῳ τῆς ὀγδόης καὶ τε εἰκοστῆς Ὀλυμπιάδος. *Capta autem eſt Ira, & bellum ſecundum Lacedaemoniorum, Meſſeniorumque finem habuit, Athenis Archonte Autoſthene anno primo octavae, & centeſimae Olympiadis*. Atqui ab Olympiadis iſtius XXVIII. anno I. ad CII. huius annum III. quo ſupremum magiſtratum Dyſcinetus obtinebat, anni ſunt ducenti, & nonaginta octo. Itaque omnino reſcribendum in Pauſaniae illis verbis, ἑπτὰ καὶ ἐνενήκοντα καὶ διακοσίοις ἔτεσιν. *Septem nonaginta, & ducentis annis*. Idem mendum eſt apud Anonymum, qui tranſcripſit. In archontis vero nomine emendandus etiam Demoſthenes Orat. in Stephanum II. Ὃ δὲ πατὴρ ἐτελεύτησεν ἐπὶ Δυσκινήτου ἄρχοντος. *Pater vero mortuus eſt Dyſcineto Archonte*. Non recte editur, ἐπὶ Δυσνικήτου. Hunc ſequutus eſt Lyſiſtratus; ut videre eſt apud Anonymum, & Diodorum. Meminitque item eius Plutarchus in Iſocrate lib. De X. Rhet. Ἀρξάμενος δὲ ἀπὸ Λυσιστράτου διδάσκειν, ἄχρι Σωσιγένους, ἐν ἔτεσιν εἰκοσιοκτὼ διδασκαλίας ἀστικὰς καταλέλοιπεν ἔξ. *Incipiens autem ab Lyſiſtrato docere, uſque ad Soſigenem annos viginti octo, doctrinas urbanas reliquit ſex*. Corruptum eſt eius nomen apud Athenaeum lib. VI. Ἐπὶ δὲ Φυλῆς παράσιτοι ἐπὶ

(a) Quibus Marmora Oxonienſia adſtipulantur: ..... γέγνετο Θηβαίων καὶ Λακεδαιμονίων ἣν ἐνίκων Θηβαῖοι ἔτη ΗΠΙΙ. ἄρχοντος Ἀθήνησιν Φρασικλέους. ..... *commiſſa eſt Thebanorum, & Lacedaemoniorum, qua vicerunt Thebani anni* CVII. *Archonte Athenis Phraſiclide*.

Digitized by Google

ϖὶ Λυκοϛράτυ Γαργηττίυ Περικλῆς Περικλέιτυ Πιθεὺς, Χαρῖν⊙ Δημοχάρυς Γαργήττι⊙. *In tribu autem parasiti sub Lycostrato Gargettio, Pericles Pericliti filius Pitheus, Charinus Democharis filius Gargettius.* Reſcribe. Ε'ϖὶ Λυσιϛράτυ. *Sub Lysistrato.* Aut oportet alius fuerit, quem nunc ignorare cogimur quando magiſtratum geſſerit.

CAP. IV.

Nauſigenes archon. Pythoſtratus Athenienſis, aut Epheſius ſtadio vincit. Eudoxus Cnidius floret. Theopompus, Naucrates, Iſocrates, & Theodectes in Mauſoli funere certant; vincente ibi Theodecte; vel, ut alii, Theopompo. Demoſthenes duobus locis emendatus. Polyzelus archon, ac dein Cephiſodorus. Quando Athenas Ariſtoteles, & aetatis quoto anno ſe contulerit. Anonymi error. Decretum, uti ſenatores feſto Apaturiorum dies quinque feriatos agitarent. Cephiſodori monumentum, Chion archon,

MOx Nauſigenes ſucceſſit, Olymp. CIII. anno I. (a) ſtadioque victor tunc Pythoſtratus Athenienſis. Diodorus lib. XV. Ε'ϖ' ἄρχοντ⊙ δ' Ἀθήνησι Ναυσιγένυς Ὀλυμπιὰς ἤχθη τρίτη ϖρὸς τ̃ ἑκατὸν, καθ' ἣν ἐνίκα ϛάδιον Πυθόϛρατ⊙ Ἀθλωαῖ⊙. *Archonte autem Athenis Nauſigene Olympias acta fuit tertia, & centeſima, qua vicit ſtadium Pythoſtratus Athenienſis.* Eodem plane modo Anonymus. Apud Euſebium Pythoſtratus iſte non Athenienſis dicitur, ſed Epheſius. Eudoxus Cnidius tunc florebat. Anonymus. Εὔδοξ⊙ Κνίδι⊙ ἤκμαζε. *Eudoxus Cnidius floruit.* Diogenes Laertius in eius Vita lib. VIII. Ὁ δ' αὐτὸς (Ἀπολλόδωρός) φησι, τ̀ Κνίδιον Εὔδοξον ἀκμάσαι κατὰ τὴν τρίτην καὶ ἑκατοϛὴν Ὀλυμπιάδα. *Ipſe autem (Apollodorus) inquit, Cnidium Eudoxum floruiſſe circa tertiam, & centeſimam Olympiadem.* Theodectes, Naucrates, Iſocrates, & Theopompus, oratione funebri tunc concertarunt in Mauſoli funere; victorque exſtitit Theodectes. Anonymus ibi. Θεοδέκτης Ἀριϛάνδρυ Φαϛηλίτης ἐκ Λυκίας, ῥήτωρ ἅμα καὶ τραγῳδοποιὸς, καὶ Ναυκράτης Ἐρυθραῖ⊙, καὶ Ἰσοκράτης ὁ ῥήτωρ, καὶ Θεόπομπος, εἶτον ἐπιτάφιον ἐπὶ Μαυσώλῳ, Ἀρτεμισίας τ̃ γυναικὸς αὐτ̃ ϖροτρεψαμένης. καὶ ἐνίκησεν ὁ Θεοδέκτης. *Theodectes Ariſtandri filius Phaſelites e Lycia, rhetor ſimul, & tragicus poeta, & Naucrates Erythraeus, & Iſocrates rhetor, & Theopompus dixerunt orationem funebrem in Mauſolum, Artemiſia uxore eius adhortante; & vicit Theodectes.* Alii ambiguam palmam faciunt, & viciſſe Theopompum ſunt auctores. Suidas in Θεοδέκτης. Οὗτ⊙, ϗ ὁ Ἐρυθραῖ⊙ Ναυκράτης, καὶ Ἰσοκράτης ὁ ῥήτωρ, ὁ Ἀπολλωνιάτης, καὶ Θεόπομπ⊙, ἐϖὶ τ̃ ἑκατοϛ̃ῆς καὶ τρίτης Ὀλυμπιάδος εἶϖον ἐϖιτάφιον ἐπὶ Μαυσώλῳ, Ἀρτεμισίας τ̃ῆς γυναικὸς αὐτ̃ ϖροτρεψαμένης. καὶ ἐνίκησε, μάλιϛα εὐδοκιμοϖήσας ἐν τ̃ῇ εἶϖε τραγῳδία. ἄλλοι δέ φασι, Θεόϖομϖον ἔχειν τὰ ϖρωτεῖα.

Meurſii T. I.

(a) Concinunt Graecorum Epochae. Ἀφ' οὗ Διονύσιος Σικελιώτης ἐτελεύτησεν, ὁ δὲ υἱὸς Διονύσιος ἐτυράννευσεν, ϗ Ἀλε..... ν..... λεύει, ἔτη HIIII. ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ναυσιγένους. *Ex quo Dionyſius Siculus mortem obiit, & filius Dionyſius tyrannidem excepit, & Ale..... Anni CIIII. Archonte Athenis Nauſigene.*

A *Hic, & Erythraeus Naucrates, & Iſocrates rhetor, Apolloniates, & Theopompus, centeſima, & tertia Olympiade dixerunt orationem funebrem in Mauſolum, Artemiſia uxore eius adhortante; & vicit maxime felix in illa quam dixit tragoedia. Alii vero dicunt, Theopompum habuiſſe primas.* Sane victoriam Theopompo etiam adſcribit Aul. Gellius lib. X. cap. XVIII. ubi de hac ipſa re. *Eo certamine viciſſe Theopompum iudicatum eſt.* Sub hoc ait Anonymus veniſſe Athenas Ariſtotelem B ad Platonem decimo octavo aetatis anno; & perſeveraſſe in eo audiendo per viginti deinde annos. Ἀριϛοτέλης, ὀκτωκαιδέκατον ἔτ⊙ ἄγων, ἦλθεν εἰς Ἀθήνας, ϗ συταθὴς Πλάτωνι, χρόνον εἰκοσαετ̃ῆ διέτριψε σὺν αὐτ̃ῷ. *Ariſtoteles octavum decimum annum agens venit Athenas, & commendatus Platoni, tempus viginti annorum verſatus eſt cum ipſo.* Verum errat; nam id factum anno demum inſequente, ſub archonte Polyzelo. Dionyſius Halicarn. in Epiſtola ad Ammaeum. Ἐϖὶ δὲ Πολυζήλυ ἄρχοντ⊙, τελευτήσαντ⊙ τ̃ῷ ϖατρὸς, ὀκτωκαιδέκατον ἔτος C ἔχων (Ἀριϛοτέλης) εἰς Ἀθήνας ἦλθε, καὶ συταθὴς Πλάτωνι, χρόνον εἰκοσαετ̃ῆ διέτριψε σὺν αὐτ̃ῷ. *Polyzelo autem Archonte, mortuo patre octodecim annos habens (Ariſtoteles) Athenas venit, & commendatus Platoni, tempus viginti annorum degit cum ipſo.* Atque id rectum eſt; nam ſi annum eo tempore decimum octavum egerit Ariſtoteles, quum Athenas ſe conferret, id neceſſe eſt accidiſſe ſub archonte Polyzelo; quippe ille a Diotrephe, ſub quo D natus decimus octavus fuit. Ita Anonymus ipſe nobis repraeſentat; & quem ille Auctorem habet, Diodorus. Meminit Polyzeli archontis Demoſthenes Orat. in Onetorem I. Δύο μὲν γὰρ ἦν ἔτη τὰ μεταξὺ τ̃οῦ συνοικ̃ῆσαί τε τὴν γυναῖκα, καὶ φ̃ῆσαι τούτυς ϖεϖοιη̃σθαι τὴν ἀϖβλ̃ψιν. ἐγήματο μὲν γὰρ ἐϖὶ Πολυζήλυ ἄρχοντος, Σκιροφοριῶνος μηνός· ἡ δ' ἀϖόλ̃ψις ἐγράφη Ποσιδεῶνος μηνὸς ἐϖὶ Τιμοκράτυς. *Nam duo quidem erant anni inter tempus, quo cohabitarit uxor; & quo dixit eos feciſſe divortium. Nupſit enim quidem Polyzelo Archonte Maio menſe: Divortium vero ſcriptum eſt Decembri menſe ſub Timocrate.* Sed corruptus ille locus, ſcribendumque. Τρία μὲν γὰρ ἔτη. *Tres enim quidem anni.* Nam inter Polyzeli, & Timocratis magiſtratum anni intercedunt duo, ſuntque a Scirophorione menſe iſtius, ad Poſideonem huius anni tres, & menſes ſeptem. Annis duobus intermediis magiſtratum tenuere Cephiſodorus, & Chion; uti clarum e Diodoro, &, qui illum Auctorem ſequitur, Anonymo. Itaque corrigendus alter Demoſthenis locus in eadem Oratione, qui mox ſequitur. Μετὰ τοίνυν τοῦτον τὸν ἄρχοντα (τ̀ Πολύζηλον,) Κηφισόδωρος, καὶ Χίων. *Poſt illum igitur Archontem (Polyzelum) Cephiſodorus, & Chion.* Hodie non recte editur. Κηφισόδωρ⊙ Χίων. *Cephiſodorus Chion.* Ac minus recte vir inſignis, Hieronymus Wolfius, tentabat, Κηφισόδωρ⊙ ἄρχων, *Cephiſodorus Archon.* Ergo Polyze-

lyzelum sequitur Cephisodorus. Sic indicium Diodorus nobis facit, & Anonymus (a). Meminitque eius Isaeus in fragmento Orationis Ὑπὲρ Εὐμαθοῦς, quod exstat apud Dionysium Halicarn. in Isaeo. Τριηραρχοῦντός γάρ μου ἐπὶ Κηφισοδώρου ἄρχοντος, καὶ λόγου ἀπαγγελθέντος πρὸς τοὺς ἰδίους, ὡς ἄρα τετελευτηκὼς εἴην ἐν τῇ ναυμαχίᾳ, ὕστερος μοι παρακαταθήκης παρ' Εὐμαθοῦς τούτου, μεταπεμψάμενος τοὺς οἰκείους τε καὶ φίλους τοὺς ἐμοὺς Εὐμαθῆς, ἐνεφάνισε τὰ χρήματα, ἃ ἦν μοι παρ' αὐτῷ, καὶ ἀπέδωκε πάντα ὀρθῶς, καὶ δικαίως. *Triremium enim praefecto me Cephisodoro Archonte, & fama annunciata amicis, me mortuum in pugna navali, quum esset mihi pignus apud Eumathem illum, arcessens domesticos, & amicos meos Eumathes, indicavit opes, quae erant mihi apud eum, & reddidit omnia recte, & iuste.* Sub hoc, aut cognomine altero, qui obtinuit magistratum Olymp. CXIV. anno II. publico decreto edictum, ut senatus, quomodo curiae aliae omnes, festo Apaturiorum, quod dumtaxat triduanum, quinque dies feriarentur. Athenaeus lib. IV. Εὑρίσκω δὲ καὶ ψήφισμα ἐπὶ Κηφισοδώρου ἄρχοντος Ἀθηναίοις ἀναφερόμενον, ἐν ᾧ ὥσπερ τι σύσσημα οἱ Προτέναι εἰσὶ, καθάπερ καὶ οἱ παράσιτοι ὀνομαζόμενοι, ἔχον οὕτως. Φῶκος εἶπεν, ὅπως ἂν ἡ βουλὴ ἄγῃ τὰ Ἀπατούρια μετὰ τῶν ἄλλων Ἀθηναίων, κατὰ τὰ πάτρια, ἐψηφίσθαι τῇ βουλῇ, ἀφεῖσθαι τοὺς βουλευτὰς τὰς ἡμέρας, ὥσπερ καὶ αἱ ἄλλαι βουλαὶ διαφέρονται, ἀπὸ τῆς ἡμέρας, ἧς οἱ Προτέναι ἄγουσι, πέντε ἡμέρας. *Invenio etiam decretum Cephisodoro Archonte Athenis factum, in quo velut aliquod collegium Protenthae sunt, quemadmodum & parasiti dicti, ita habens: Phocus dixit, ut senatus celebret Apaturia cum aliis Athenien-sibus, iuxta patrios ritus, decretum fuisse senatui, senatores dimittere dies, sicut etiam aliae curiae dimittuntur, a die, quo Protenthae celebrant, quinque dies.* Huius autem Cephisodori monumentum id putandum est, quod Pausanias prope Scirum exstitisse nobis memorat. Verba ecce ista in Atticis. Πλησίον δὲ (Σκίρου) πεποίηται Κηφισιδώρου μνῆμα, δήμου προστάντος, καὶ Φιλίππῳ, τῷ Δημητρίου, Μακεδόσι βασιλεύοντι, ἐς τὰ μάλιστα ἐναντιωθέντος. *Prope autem (Scirum) factum est Cephisidori monumentum, qui populum defendit, & Philippo, Demetrii filio, Macedonas regenti, quam maxime adversarius fuit* (b). Post Cephisodorum istum archon Chion memoratur a Diodoro, & Anonymo.

CAP. V.

Timocrates archon. Phocides Athenienses, & Eubotas Cyrenaeus, varie victores dicti. Chariclides archon; inde Molon, quem sequutus Nicophemus. Demosthenis locus restitutus.

OLymp. CIV. quae Eleis anolympias, anno I. Timocrates magistratum gessit, stadioque victor Phocides. Diodorus lib. XV. Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησι Τιμοκράτους Ὀλυμπιὰς ὑπὸ Πισατῶν καὶ Ἀρκάδων ἤχθη τετάρτη πρὸς ταῖς ἑκατόν, καθ' ἣν ἐνίκα στάδιον Φωκίδης Ἀθηναῖος. *Archonte autem Athenis Timocrate Olymp. ab Pisatis, & Arcadibus acta fuit quarta, & centesima, qua vicit stadium Phocides Athenien-sis.* Pausanias Eubotam tradit Cyrenaeum, Eliac. II. Εὐβώτας δὲ ὁ Κυρηναῖος, ἅτε τὴν ἐσομένην οἱ δρόμου νίκην ἐν Ὀλυμπίᾳ παρὰ τῷ μαντείῳ τῷ ἐν Λιβύῃ προπεπυσμένος τήν τε εἰκόνα ἐπεποίητο πρότερον, ἢ ἐπὶ ἡμέρας τῆς αὐτῆς ἀνηγορεύθη τε νικήσας, καὶ ἀνέθηκε τὴν εἰκόνα. λέγεται δὲ καὶ ὡς κρατήσαι καὶ ἅρματι, ἐπὶ Ὀλυμπιάδος ταύτης (τῆς ἑκατοστῆς καὶ τετάρτης) ἢ λόγῳ τῷ Ἠλείων ἐστὶ κίβδηλος. τῶν ἀγωνοθετησάντων Ἀρκάδων ἕνεκα. *Eubotas autem Cyrenaeus, quum futuram ei cursus victoriam in Olympia ab oraculo, quod in Lybia praescivisset, imaginem fecit prius, & illo ipso die pronunciatus est simul victor, simul dedicavit statuam: Dicitur autem quod etiam vicerit cursu, Olympiade ista (centesima quarta) quae sermone Eleorum est fucata, propter ludis praesidentes Arcadas.* Eusebius Phocidem quidem victorem nobis memorat, sed lucta, non stadio. Ἑκατοστὴ τετάρτη (Ὀλυμπιάς.) Φωκίδης Ἀθηναῖος πάλῃ. *Centesima quarta (Olympias.) Phocides Athenien-sis lucta.* Anonymus illic utrumque nominat. Ὀλυμπιὰς ἑκατοστὴ τετάρτη, ἀνολυμπιάς. Ὀλυμπιὰς ὑπὸ Πισαίων καὶ Ἀρκάδων ἤχθη· καθ' ἣν ἐνίκα στάδιον Εὐβώτας Κυρηναῖος, ἢ Φωκίδης Ἀθηναῖος. *Olympias centesima quarta, anolympias. Olympias ab Pisatis, & Arcadibus est acta; qua vicit stadium Eubotas Cyrenaeus, aut Phocides Athenien-sis.* Archontis huius meminit etiam Demosthenes Orat. in Onetorem I. Ἡ δ' ἀπόλειψις ἐγράφη Ποσιδεῶνος μηνός, ἐπὶ Τιμοκράτους. *Divortium scriptum est Posideone mense sub Timocrate.* Et mox. Ἔλαχον ὑπὲρ τὴν δίκην ἐπὶ Τιμοκράτους. *Sortiti sunt autem iudicium sub Timocrate.* Dionysius in Epistola ad Amnaeum, ubi de Demosthene agit. Ἄρχοντος δὲ Τιμοκράτους εἰς ἔτος ἦν ἐμβεβηκὼς ἑπτακαιδέκατον. *Archonte vero Timocrate ad annum erat provectus septimum decimum.* Et Plutarchus in Demosthene lib. De X. Rhet. Τελειωθεὶς δὲ, ἐλάττω παρὰ τὰ ἐπιτρόπων παραλαβών, ἔκρινεν αὐτὸς ἐπιτροπῆς ἐπὶ Τιμοκράτους ἄρχοντος. *Virilem aetatem autem adeptus, minus ab tutoribus accipiens accusavit illos tutelae, Timocrate Archonte.* Post Timocratem Chariclides nominatur Diodoro lib. XV. Τοῦ δ' ἔτους τούτου διελαυθέντος, Ἀθήνησι μὲν ἦρχε Χαρικλείδης. *Hoc vero anno expleto, Athenis quidem Archon fuit Chariclides.* Consentit Anonymus. Meminit huius Demosthenes Orat. in Midiam. Ἦν δὲ ἔτος ὁ τοῦ βελτίστου πατὴρ Χαρικλείδου, τοῦ ἄρξαντος. *Erat autem hic optimi pater Chariclidis, qui fuerat Archon.* Chariclidem Molon sequitur apud Diodorum Siculum, & Anonymum; meminitque eius etiam Dionysius in Dinarcho. Ἀλ-

(a) Huius Archontis etiam Epochae Graecorum meminerunt, licet annorum numeri, marmore vetustate detrito, evanuerint: Ἀφ' οὗ Φωκεῖς τὸ ἐν Δέλφοις ..... νησι Κηφισοδώρου. *Ex quo Phocenses Delphis ..... Archonte Athenis Cephisodoro.*

(b) Inscriptio, quae Athenis exstat, & a *Sponio* in *Itinerario* producitur:

ΛΥΣΙΚΛΗΣ ΒΙΟΤΤΟΥ ΟΗ
ΘΕΝ ΕΧΟΡΗΓΕΙ ΟΙΝΗΙΣ
ΦΥΛΗ ΠΑΙΔΩΝ ΕΝΙΚΑ

ΠΑΜΦΙΛΟΣ ΑΓΝΟΥΣΙΟΣ
ΕΔΙΔΑΣΚΕΝ ΚΗΦΙΣΟΔΩ
ΡΟΣ ΗΡΧΕΝ

Digitized by Google

Ἀλλ' ὁ μὲν λέγων, ὡς ἐπὶ Μόλωνος ἄρχοντος γεγραμμένου τοῦ ἀδικήματος ποιεῖται τὸν λόγον. *Sed hic quidem dicens, Molone Archonte facta iniuria facere orationem.* Et Demosthenes Orat. in Polyclem. Ἐβδόμῃ γὰρ φθίνοντος Μεταγειτνιῶνος μηνὸς, ἐπὶ Μόλωνος ἄρχοντος, ἐκκλησίας γιγνομένης, καὶ ἀπαγγελθόντων ὑμῖν πολλῶν καὶ μεγάλων πραγμάτων, ἐψηφίσασθε τὰς ναῦς καθέλκειν τοὺς τριηράρχους. *Septimo enim finientis Metageitnionis mensis, Molone Archonte, concio quum esset, & annunciarentur vobis multae, & magnae res, decrevistis naves deducere trierarchos.* Hunc excepit Nicophemus; uti Diodorus statuit, & Anonymus. Mentio eius occurrit apud AEschinem Orat. in Timarchum. Οὗτος, ὦ Ἀθηναῖοι, βουλευτὴς ἐγένετο, ἐπὶ ἄρχοντος Νικοφήμου. *Hic, o Athenienses, senator factus est, Archonte Nicophemo.* Et apud Dionysium Halicarn. in Dinarcho. Ἕκτος δὲ καὶ εἰκοστός ἐστιν ἀπὸ Νικοφήμου Πυθόδημος. *Sextus autem, & vigesimus est ab Nicophemo Pythodemus.* Paulo ante. Εἴη ἂν κατὰ Νικόφημον ἄρχοντα γεγονώς. *Fuerit sane Nichophemo Archonte natus.* Rursum. Φησὶ δὲ τῷ ὑστέρῳ ἐπιστέλλειν τὸν Ἀγάθωνα, ἐπὶ Νικοφήμου ἄρχοντος. *Inquit autem postero introivisse Agathonem, Nicophemo Archonte.* Corruptum est eius nomen apud Demosthenem Orat. in Stephanum II. Ὁ δὲ Φορμίων Ἀθηναῖος ἐγένετο ἐπὶ Νικοδήμου ἄρχοντος, *Phormion autem Athenienſis natus est Nicodemo Archonte*, Rescribendum, ἐπὶ Νικοφήμου. *Sub Nicophemo.* Idque pridem etiam monui Attic. Lect. lib. III. cap. XXV.

CAP. VI.

Callimedes Archon, sive ille Callidemides. Porus Cyrenaeus stadio vincit. Eusebius emendatur; item Diogenes Laertius, & Anonymus. Xenophontis mors. Eucharistus Archon, inde Cephisodotus, & Agathocles.

OLymp. CV. anno I. Archon Callimedes fuit; stadioque porus Cyrenaeus vicit. Diodorus lib. XVI. Ἐπ' ἄρχοντος γὰρ Ἀθήνησι Καλλιμήδους, Ὀλυμπιὰς μὲν ἤχθη πέμπτη πρὸς τὴν ἑκατὸν, καθ' ἣν ἐνίκα στάδιον Πῶρος Κυρηναῖος. *Archonte enim Athenis Callimede, Olympias quidem acta est quinta, & centesima, qua vicit stadium Porus Cyrenaeus.* De victore consentit Anonymus; & Pausanias in Phocicis. Τετάρτῳ δὲ ἔτει πέμπτης Ὀλυμπιάδος ἐπὶ τὴν ἑκατὸν, ἣν Πῶρος ἐνίκα Κυρηναῖος στάδιον. *Quarto autem anno quintae Olympiadis, & centesimae, qua Porus vicit Cyrenaeus stadium.* Minus recte Παῦρος ab Eusebio nuncupatur Ἑκατοστῇ πέμπτῃ (Ὀλυμπιὰς.) Παῦρος στάδιον. *Centesima quinta (Olympias.) Paurus stadium.* Archon ipse Callimedes etiam Dionysio dicitur in Dinarcho. Corrupte Callidemides dicitur apud Diogenem Laertium in Xenophonte lib. II. ubi refert, diem suum tunc obiisse Xenophontem. Κατέσχεν ὁ, καθά φησι Στησικλείδης ὁ Ἀθηναῖος, ἐν τῇ τῶν ἀρχόντων καὶ Ὀλυμπιονικῶν ἀναγραφῇ, ἔτει πρώτῳ τῆς πρώτης καὶ ἑκατοστῆς (b) Ὀλυμπιάδος, ἐπὶ ἄρχοντος Καλλιδημίδου. *Obiit autem, prout inquit Stesiclides Athenienſis in Archontum, & Olympionicarum catalogo, anno primo primae, & centesimae Olympiadis Archonte Callidemide.* Rescribendum, Ἐπὶ ἄρχοντος Καλλιμήδους. *Archonte Callimede.* Transcripsit mendum etiam Anonymus. Post hunc Eucharistus fuit; ut cognoscimus e Diodoro, & Anonymo. Neque aliter Dionysio nominatur in Dinarcho. Hunc Cephisodotus sequitur, illum Agathocles (a). Sic utrumque repraesentant Diodorus, Dionysius, & Eusebius. Sed Cephisodotus iste Athenaeo dicitur Cephisodorus lib. IV. Εὑρίσκω δὲ καὶ ψήφισμα ἐπὶ Κηφισοδώρου ἄρχοντος Ἀθήνησι γενόμενον. *Invenio etiam decretum sub Cephisodoro Archonte Athenis factum.* Et Agathoclis meminit etiam Pausanias in Phocicis. Τὴν δὲ τῶν Δελφῶν καταλῆψιν ἐποιήσαντο οἱ Φωκεῖς, Ἡρακλείδου μὲν πρυτανεύοντος ἐν Δελφοῖς, καὶ Ἀγαθοκλέους Ἀθήνησιν ἄρχοντος, τετάρτῳ δὲ ἔτει πέμπτης Ὀλυμπιάδος ἐπὶ τὴν ἑκατόν. *Delphorum autem expugnationem fecerunt Phocenses, Heraclide quidem principatum gerente Delphis, & Agathocle Athenis Archonte, quarto vero anno quintae Olympiadis, & centesimae.* Longe posterior ille est, cuius meminit Iosephus Antiquit. Iud. lib. XIV. c. XVI. Ἐπεδόθη τοῖς στρατηγοῖς ψήφισμα Ἀθηναίων, ἐπὶ Ἀγαθοκλέους ἄρχοντος. *Datum fuit Imperatoribus decretum Athenienſium, Agathocle Archonte.*

(a) Agathoclis Archontis meminerunt etiam Epochae Graecorum ..... κεδόνων βασιλεύει, καὶ Ἀρτοξέρξης ἐτελεύτησεν ..... ὁ δὲ υἱὸς β .... ἐνίκησεν, ἔτη ΓΔΔΔΔΔΙΙΙ, ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἀγαθοκλέ.,... ..... *Macedonibus imperavit, & Artoxerxes vitam finivit ..... filius vero ..... vicit, anni XCIII. Archonte Athenis Agathocle.*

(b) Non igitur de anno ei cum aliis convenit.

CAP. VII.

Elpines Archon, an Elpinices. Porus Malienſis stadio vincit. Demosthenis locus restitutus. Alexander Magnus nascitur. Callistratus Archon, & Diotimus, inde Eudemus. Dionysius Halicarnasseus semel, iterumque emendatus, & Anonymi hallucinatio indicata.

POst Agathoclem Elpines memoratur, Olymp. CVI. anno I. victore stadio Poro altero Malienſi. Diodorus lib. XVI. Ἐπ' ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἐλπίνου Ὀλυμπιὰς ἤχθη ἕκτη πρὸς τὴν ἑκατὸν, καθ' ἣν ἐνίκα στάδιον Πῶρος Μαλιεύς. *Archonte Athenis Elpine Olympias acta est sexta, & centesima, qua vicit stadium Porus Malienſis.* Eodem plane modo Anonymus; nisi quod Archon male illi Ἐλπίνους dicitur. Certe Ἐλπίνης etiam apud Dionysium legitur in Dinarcho. Sed eidem Ἐλπινίκης nominatur rursum in Lysia. Οὗτος ὁ πόλεμος πέμπτῃ κατὰ Ἀγαθοκλέα καὶ Ἐλπινίκου ἄρχοντας. *Hoc vero bellum incidit circa Agathoclem, & Elpinicen Archontes.* Et videtur sic restituendum esse apud Demosthenem Orat. De Corona. Αὗται ἀπεδόθησαν αἱ μαρτυρίαι ἐπὶ Ἐλπινίκου,

νίκα, Ἑκατομβαιῶνος τρίτῃ ἱσταμένου. *Haec tradita ſunt teſtimonia ſub Elpinico, Hecatombaeonis tertio die.* Hodie editur, ἐπὶ Νικίου. Hoc anno natus, ut quidam volunt, Alexander Magnus. Anonymus illic. Ἀλέξανδρος ὁ μέγας κατά τινας ἐγχρονίσθη. *Alexander magnus iuxta quosdam natus eſt.* Vno, alterove anno abit Solinus cap. XLIII. & A. Gellius lib. XVII. cap. XXI. Poſt Elpinem eſt Calliſtratus Diodoro lib. XVI. Dionyſio in Dinarcho, & Anonymo (a). Meminitque Dionyſius idem iterum in Dinarcho eodem alibi. Τιμόθεος μὲν τὰς εὐθύνας ὑπέσχηκεν ἐπὶ Διοτίμου τοῦ μετὰ Καλλίστρατον. *Timotheus autem repetundas ſuſtinuit ſub Diotimo, qui poſt Calliſtratum.* Et in Epiſtola ad Ammaeum. Δημοσίους τε λόγους ἤρξατο γράφειν ἐπὶ Καλλιστράτου ἄρχοντος. *Publicaſque orationes incepit ſcribere Calliſtrato Archonte.* Ac mox. Ἐπὶ δὲ Διοτίμου, τοῦ μετὰ Καλλίστρατον, ἐν Ἀθηναίοις πρώτῳ εἶπε δημηγορίαν. *Sub Diotimo vero, qui poſt Calliſtratum inter Athenienſes primam dixit orationem ad populum.* Calliſtratum Diotimus ſequitur apud Diodorum, Dionyſium, & Anonymum. Huic Eudemus ſuccedit apud Diodorum Siculum, & Dionyſium in Dinarcho, qui omnino corrigendus in Epiſtola ad Ammaeum. Ἐπὶ δὲ Εὐδήμου, τοῦ μετὰ Διότιμον ἄρξαντος, τόντε κατὰ Τιμοκράτους λόγον ἔγραψε Διοδώρῳ, τῷ κρίνοντι παρανόμων Τιμοκράτει, καὶ τὸν περὶ τῶν Μεγαλοπολιτῶν βοηθείας δημηγορικὸν, ὃν αὐτὸς ἀπήγγειλε. μετὰ δὲ Εὔδημον, ἦν Ἀριστόδημος ἄρχων· ἐφ' οὗ τὰ κατὰ Φιλίππου δημηγοριῶν ἤρξατο. *Sub Eudemo autem, qui poſt Diotimum Archon fuit, & contra Timocratem orationem ſcripſit Diodoro, accuſanti iuris violati Timocratem, & alteram de Megalopolitarum auxilio popularem, quam ipſe pronunciavit. Poſt autem Eudemum erat Ariſtodemus Archon, ſub quo orationes adverſus Philippum incepit.* Hodie editur, ἐπὶ δὲ Θεοδήμου· &, μετὰ δὲ Θεόδημον. *Sub Theodemo autem. Poſt autem Theodemum.* Male apud Anonymum ſcribitur huius Archontis nomen. Θεόδημος. οἱ δὲ, Εὐθύδημος. *Theodemus. Alii vero Euthydemus.* Prius eſt a non deprenſo in Dionyſii locis mendo; alterum autem e vero nomine depravatum.

CAP. VIII.

Ariſtodemus Archon. Smicrinas, ſive Micrinas ſtadio victor. Theſſalus Archon. Dionyſius Halicarnaſſeus tribus locis emendatur. Anonymus hallucinatur. Deinde Apollodorus Archon, & Callimachus.

POſt Eudemum Ariſtodemus memoratur, Olymp. CVII. anno I. quo Smicrinas ſtadio victor. Diodorus lib. XVI. Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησιν Ἀριστοδήμου Ὀλυμπιὰς ἤχθη ἑβδόμη πρὸς τῇ ἑκατόν, καθ' ἣν ἐνίκα στάδιον Σμικρίνας Ταραντῖνος. *Archonte autem Athenis Ariſtodemo Olymp. acta fuit ſeptima, & centeſima, qua vicit ſtadium Smicrinas Tarentinus.* In ora libri adnotatum eſt, Μικρίνας, quomodo & Euſebio dicitur. Apud Anonymum eſt Σμικρίνας. Archontis meminit Dionyſius in Dinarcho, in Catalogo Archontum, & mox. Οὗτος ὁ λόγος εἴρηται ἐπὶ Ἀριστοδήμου ἄρχοντος. *Haec oratio dicta eſt Ariſtodemo Archonte.* Iterum in Epiſtola ad Ammaeum. Μετὰ δὲ Θεόδημον ἦν Ἀριστόδημος ἄρχων, ἐφ' οὗ τὰ κατὰ Φιλίππου δημηγοριῶν ἤρξε. *Poſt autem Theodemum erat Ariſtodemus Archon, ſub quo orationes adverſus Philippum incepit.* Deinde. Ἐπὶ δὲ Θεέλλου, τοῦ μετ' Ἀριστόδημον, τὴν περὶ Ῥοδίων ἀπήγγελε δημηγορίαν. *Sub Theello, qui poſt Ariſtodemum de Rhodiis pronunciavit orationem.* Illum Theſſalus excepit. Diodorus lib. XVI. Ἐπ' ἄρχοντος Ἀθήνῃζι Θεσσαλοῦ, Ῥωμαῖοι κατέστησαν ὑπάτους, Μάρκον Φάβιον, καὶ Τίτον Κόϊντιον. *Archonte Athenis Theſſalo, Romani conſtituerunt conſules, Marcum Fabium, & Titum Quintium.* Neque aliter Dionyſio adpellatur in Dinarcho, in Catalogo Archontum; item poſtea, ubi de eius Orationibus falſe inſcriptis. Οἱ μὲν γὰρ Δημοσθένους περὶ τοῦ ὀνόματος ὃν διεδηλώκαμεν λόγον, ἐν ᾧ τούτων μέμνηται, κατὰ Θεσσαλόν, ἢ Ἀπολλόδωρον, ἄρχοντα τετέλεσται. *Nam Demoſthenis quidem de nomine, quam indicavimus oratio, in qua illorum meminit Theſſalo, aut Apollodoro Archonte perfecta eſt.* Sed mox tamen in Epiſtola ad Ammaeum, a ſe diſſentiens, Theellum nominat in citatis ſtatim verbis. Ἐπὶ δὲ Θεέλλου, τοῦ μετ' Ἀριστόδημον. *Sub Theello autem, qui poſt Ariſtodemum.* Et mox. Ἐπὶ δὲ Καλλιμάχου, τοῦ τρίτου μετὰ Θέελλον ἄρχοντος, τρεῖς διέθετο δημηγορικάς. *Sub Callimacho, qui tertius poſt Theellum Archon, tres conſtituit conciones.* Alibi autem Θέλλος ſcribitur in Dinarchi Orationum publicarum falſo inſcriptarum indice. Εἴρηται γὰρ ἐπὶ Θεοφίλου, ἢ Θεμιστοκλέους, ἄρχοντος μετὰ Θέλλον ἀνιόντα ἐνιαυτῷ τρίτῳ. *Dicta enim eſt Theophilo, aut Themiſtocle, Archonte poſt Theellum dimiſſum anno tertio.* Diſſidium adnotat Anonymus in hoc anno. Θεσσαλὸς, ἢ Θέελλος. *Theſſalus, aut Theellus.* Sed hallucinatur ille; & in iſtis Dionyſii mendum omnino eſt, e compendio ſcriptionis illic natum. Hunc Apollodorus ſequitur, quem Callimachus, ut cognoſcere eſt ex Anonymo, Diodoro, & Dionyſio, qui ſaepiſſime etiam eius meminit in Epiſtola ad Ammaeum. Plutarchus quoque in Demoſthene lib. De X. Rhet. Ἑπτὰ δὲ καὶ τριάκοντα ἔτη γεγονὼς, λογιζομένοις ἀπὸ Δεξιθέου εἰς Καλλίμαχον, ἐφ' οὗ παρ' Ὀλυνθίων ἦκε πρεσβεία περὶ τῆς βοηθείας, ἐπεὶ ἐπιέζοντο ὑπὸ Φιλίππου τοῦ πολέμου, ἔπεισε ἐκπέμψαι τὴν βοήθειαν. *Septem vero, & triginta annos natus, ſupputantibus a Dexitheo uſque ad Callimachum, ſub quo ab Olynthiis venit legatio de auxilio, quoniam premebantur a Philippo bello, ſuaſit, ut mitterentur ſuppetiae.* Et Athenaeus lib. V. Δύο δὲ καὶ ὀγδοήκοντα βιώσας ἔτη, μετήλλαξεν ἐπὶ Θεοφίλου, τοῦ μετὰ Καλλίμαχον. *Duos vero, & octoginta quum vixiſſet annos, mortuus eſt ſub Theophilo, qui poſt Callimachum.*

(a) Et Graecorum Epochis ..... νετο, ἔτη ΓΔΔΔΔΔΙ ἄρχοντος Ἀθήνησι Καλλισ..... ..... *anni XCI. Archonte Athenis Calliſtrato.*

CAP.

Digitized by Google

CAP. IX.

Theophilus Archon, qui Theomneſtus, ac Thumedus aliis dicitur. Polycles Cyrenaeus ſtadio victor. Plato moritur, cui Speuſippus ſuccedit. Auctor τῶν θεολογυμένων τῆς ἀριθμητικῆς emendatur. Themiſtocles Archon; poſt quem Archias, & Eubulus.

OLympiadis CVIII. anno I. Theophilus erat; ſtadioque victor Polycles Cyrenaeus. Diodorus lib. XVI. Τῷ δ' ἔτει τούτου διελθόντος, Ἀθήνησι μὲν ἦρχε Θεόφιλος, Ὀλυμπιὰς δ' ἦγεν ὀγδόην πρὸς τῇ ἑκατόν, καθ' ἣν ἐνίκα στάδιον Πολυκλῆς Κυρηναῖος. *Hoc autem anno elapſo, Athenis quidem Archon fuit Theophilus; Olymp. autem acta eſt octava, & centeſima, qua vicit ſtadium Polycles Cyrenaeus.* Pauſanias in Phocicis. Δεκάτῳ δὲ ὕστερον ἔτει μετὰ τὴν τοῦ ἱεροῦ κατάληψιν, ἐπέθηκεν ὁ Φίλιππος πέρας τῷ πολέμῳ, Φωκικῷ τε καὶ ἱερῷ καληθέντι αὐτῷ, Θεοφίλου μὲν Ἀθήνησιν ἄρχοντος. ὀγδόης δὲ Ὀλυμπιάδος καὶ ἑκατοστῆς ἔτει πρώτῳ, ἣν Πολυκλῆς ἐνίκα στάδιον Κυρηναῖος. *Decimo autem deinde anno poſt templi expugnationem impoſuit Philippus finem bello, Phocenſi, & ſacro dicto, Theophilo quidem Athenis Archonte, octavae vero Olympiadis, & centeſimae anno primo, qua Polycles vicit ſtadium Cyrenaeus.* Eodem modo eſt apud Anonymum. Apud Dionyſium in Dinarcho, in Catalogo Archontum, Theomneſtus pro Theophilo nuncupatur; Thumedus vero ibidem in Orationum eius privatarum falſo inſcriptarum Indice. Ἡ δ' ἐς Ἀθηναίων ἔξοδος ἐπὶ Θυμήδου ἄρχοντος ἐγένετο, τρισκαιδέκατον ἔτος ἀρχὴν ἔχοντος. *In Athenienſium terram exſcenſio Thumedo Archonte contigit, decimum tertium annum Dinarcho agente.* Tamen Theophilus legitur etiam in Orationum eius publicarum falſo inſcriptarum Indice. Εἴρηται γὰρ ἐπὶ Θεοφίλου, ἢ Θεμιστοκλέους, ἄρχοντος. *Dicta enim eſt Theophilo, aut Themiſtocle Archonte.* Et in Epiſtola ad Ammaeum. Ἀποθανόντος δὲ Πλάτωνος, ἐπὶ Θεοφίλου ἄρχοντος, ἀπῆρεν πρὸς Ἑρμείαν, τὸν Ἀταρνέως τύραννον. *Mortuo autem Platone, Theophilo Archonte, abiit ad Hermiam, Atarnei tyrannum.* Et mox diſertiſſime. Μετὰ γὰρ ἄρχοντα Καλλίμαχον, ἐφ' οὗ τὰς εἰς Ὄλυνθον βοηθείας ἀπέστελλαν Ἀθηναῖοι, πεισθέντες ὑπὸ Δημοσθένους, Θεόφιλός ἐστιν ἄρχων. *Poſt Archontem enim Callimachum, ſub quo Olynthum ſuppetias miſerunt Athenienſes, perſuaſi a Demoſthene, Theophilus eſt Archon.* Demoſthenes Or. in Pantaenetum. Πραχθέντων δὲ τούτων Ἐλαφηβολιῶνος μηνὸς, ἐπὶ Θεοφίλου ἄρχοντος, ἐγὼ μὲν ἐκπλέων εἰς τὸν Πόντον εὐθὺς ᾠχόμην. *Actis autem his Elaphebolione menſe, Theophilo Archonte, ego quidem navigans in Pontum ſtatim diſceſſi.* Athenaeus lib. V. Μετήλλαξεν ἐπὶ Θεοφίλου, τῷ μετὰ Καλλίμαχον. *Mortuus eſt ſub Theophilo, qui poſt Callimachum.* Meminit Diogenes Laertius in Ariſtotele lib. V. cuius verba ſtatim proferam. Incidit autem in hunc annum, & Archontem mors Platonis. Diogenes Laertius in eius vita lib. III. Τελευτᾷ δὲ (ὁ Πλάτων), ὥς φησιν Ἕρμιππος, ἐν γάμοις δείπνων, τῷ πρώτῳ ἔτει τῆς ὀγδόης καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος. *Moritur autem (Plato) prout inquit Hermippus, in nuptiis coenans, primo anno octavae, & centeſimae Olympiad.* Et in Ariſtotele lib. V. Εἰς τε Μιτυλήνην ἐλθεῖν ἐπὶ ἄρχοντος Εὐβούλου, τῷ τετάρτῳ ἔτει τῆς ὀγδόης καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος. Πλάτωνος δὲ τελευτήσαντος τῷ πρώτῳ ἔτει, ἐπὶ Θεοφίλου, πρὸς Ἑρμείαν ἀπᾶραι. *Mitylenemque veniſſe Archonte Eubulo, quarto anno octavae, & centeſimae Olymp. Platone vero mortuo primo anno, ſub Theophilo, ad Hermiam profectum.* Athenaeus lib. V. Πλάτων δὲ γεγένηται ἐπὶ Ἀπολλοδώρου, τοῦ μεθ' Εὐθύδημον ἄρξαντος. δύο δὲ καὶ ὀγδοήκοντα βιώσας ἔτη, μετήλλαξεν ἐπὶ Θεοφίλου, τοῦ μετὰ Καλλίμαχον, ὅς ἐστιν ὀγδοηκοστὸς καὶ δεύτερος. *Plato autem naſcitur ſub Apollodoro, poſt Euthydemum Archonte. Duos vero, & octoginta quum vixiſſet annos, mortuus eſt ſub Theophilo, qui poſt Callimachum, qui eſt octogeſimus ſecundus.* Plutarchus in Demoſthene lib. de X. Rhet. Ἑπτὰ καὶ τριάκοντα ἔτη γεγονὼς, λογιζομένοις ἀπὸ Δεξιθέου εἰς Καλλίμαχον, ἐφ' οὗ παρ' Ὀλυνθίων ἦλθε πρεσβεία περὶ τῆς βοηθείας, ἐπεὶ ὑπὸ Φιλίππου ἐπιέζοντο τῷ πολέμῳ, ἔπεισε πέμψαι τὴν βοήθειαν. τῷ δὲ ἑξῆς, ἐφ' οὗ Πλάτων ἐτελεύτησεν, Φίλιππος Ὀλυνθίους κατεσκέψατο. *Septem, & triginta annos natus, facta ſupputatione a Dexitheo ad Callimachum, ſub quo ab Olynthis venit legatio de auxilio, quoniam a Philippo premebantur bello, ſuaſit mitti ſuppetias. Sequenti vero, ſub quo Plato eſt mortuus, Philippus Olynthios evertit.* Obiit autem ipſo ſuo natali die, quum annum impleviſſet LXXXI. Seneca Epiſt. LVIII. *Hoc ſcis, puto, Platoni diligentiae ſuae beneficio contigiſſe, quod natali ſuo deceſſit, & annum unum, atque octogeſimum implevit.* Cenſorinus De die natali cap. XV. *Non prius vita exceſſiſſe, quam ad annum illum octogeſimum, & unum pervenerit; in quo Plato finem vitae, & legitimum eſſe exiſtimavit, & habuit legitimum.* Athenaeus loco citato de octoginta duobus ait; Neanthes de octoginta quatuor tradidit. Diogenes Laertius in Platone. Νεάνθης δέ φησιν αὐτὸν τετλάρων καὶ ὀγδοήκοντα τελευτῆσαι ἐτῶν. *Neanthes autem inquit illum quatuor, & octoginta mortuum eſſe annorum.* Ac ſucceſſit ei in Academia Speuſippus, e Potone ſorore nepos. Anonymus in hoc Archonte. Πλάτωνος μετὰ δύο καὶ ὀγδοήκοντα ἡλικίας ἔτη τελευτήσαντος, Σπεύσιππος τὴν σχολὴν διαδέχεται. *Platone poſt ſecundum, & octogeſimum aetatis annum mortuo, Speuſippus ſcholam excepit.* Diogenes Laertius in eius Vita lib. I. Διεδέξατο δ' αὐτὸν (τὸν Πλάτωνα) Σπεύσιππος Εὐρυμέδοντος, Ἀθηναῖος, τῷ δήμῳ Μυρρινούσιος, υἱὸς δὲ τῆς ἀδελφῆς αὐτοῦ Ποτώνης, καὶ ἐσχολάρχησεν ἔτη ὀκτὼ, ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς ὀγδόης καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος. *Excepit autem illum (Platonem) Speuſippus Eurymedontis filius, Athenienſis, populo Myrrhinuſius, filius autem ſororis eius Potones. Et ſcholae praefuit annos octo, incipiens ab octava, & centeſima Olympiade.* Suidas. Σπεύσιππος, Εὐρυμέδοντος, ἀδελφιδοῦς Πλάτωνος τοῦ φιλοσόφου, ἀπὸ Ποτώνης, τῆς αὐτοῦ ἀδελφῆς, ἀκουσὴς αὐτοῦ Πλάτωνος, καὶ διάδοχος γνησίως τῆς ὀγδόης καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος. *Speuſippus, Eurymedontis filius, ſororis filius*

lius

lius Platonis philoſophi, a Potone eius ſorore. Auditor ipſius Platonis, ſucceſſor factus octava, & centeſima Olympiade. Inſigniter corruptus hac de re locus apud Auctorem τῶν ϑεολογημένων τῆς ἀριθμητικῆς, capite περὶ δεκάδ&. Καὶ Σπεύσιππ&, Ἱποτάνης μὲν υἱὸς, τῆς τῦ Πλάτων& ἀδελφῆς, δυάδ& ἧ Ἀκαδημίας. *Et Speuſippus, Hypotanes quidem filius, Platonis ſororis, binarii autem Academiae.* Reſtituo. Καὶ Σπεύζιππ&, ὁ Ποτώνης μὲν υἱὸς, τῆς τ. Π. ἀ. διάδοχ& ἧ Ἀ. *Et Speuſippus Potones quidem filius, Platonis ſororis, ſucceſſor autem Acad.* Poſt Theophilum Archontem Themiſtocles ſequitur apud Diodorum Siculum, Dionyſium, & Anonymum. Meminitque ſeorſim eius Dionyſius in Dinarchi Orationum publicarum falſo inſcriptarum Indice. Εἴρηται γὰρ ἐπὶ Θεοφίλυ, ἢ Θεμιστοκλέυς, ἄρχοντ&. *Dicta enim fuit Theophilo, aut Themiſtocle Archonte.* Item in Epiſtola ad Ammaeum. Μετὰ γὰρ ἄρχοντα Καλλίμαχον, Θεόφιλός ἐστιν ἄρχων. Ἔπειτα Θεμιστοκλῆς. *Poſt enim Archontem Callimachum Theophilus eſt Archon. Poſtea Themiſtocles.* Et mox. Μετὰ τὴν Ὀλυνθίων ἅλωσιν, ἄρχοντ& Θεμιστοκλέυς, συνῆκαι Φιλίππῳ πρὸς Ἀθηναίυς ἐγένοντο περὶ καὶ συμμαχίας. *Poſt Olynthiorum expugnationem, Archonte Themiſtocle, pactiones Philippo cum Athenienſ. factae ſunt de ſocietate.* Item AEſchines Orat. in Cteſiphontem. Μετὰ ταῦτα ἐπῆλ ὁ χρόν&, Θεμιστοκλῆς ἄρχων· ἐνταῦϑα εἰσέρχεται βυλευτὴς εἰς τὸ βυλευτήριον Δημοσθένης, ὅτε ἐπιλαχών. *Poſt haec ſubibat tempus, quo Themiſtocles Archon. Tunc ingreditur Senator in Senatum Demoſthenes, neque ſortito.* Huic Archias ſuccedit. Dionyſius in citata ſtatim Epiſtola. Μετὰ δὲ Θεμιστοκλέα, Ἀρχίας· μετὰ ὃν Ἀρχίαν, ἐστὶν Εὔβυλ&. *Poſt vero Themiſtoclem, Archias. Poſt autem Archiam eſt Eubulus.* Et in Dinarcho in Indice Orationum publicarum falſo inſcriptarum. Ὃ μὲν γὰρ λόγ&, περί τιν& ἀποψηφισϑέντ&, γέγονεν ἐπ' Ἀρχίυ, τῦ μετὰ Θεμιστοκλέα. *Nam oratio quidem, de quodam per ſuffragia reiecto, facta fuit ſub Archia, qui poſt Themiſtoclem.* Male ibidem eſt Ἀρχίδας in Catalogo Archontum. Certe Ἀρχίας etiam dicitur Diodoro, & Anonymo. Archiam Eubulus ſequitur apud Anonymum, & Diodorum. Male apud Dionyſium in Dinarcho, in Catalogo Archontum Eudorus dicitur. Sed Eubulus eſt eidem in Orationum eius publicarum falſo inſcriptarum Indice. Ἐπὶ Νικομάχυ ἄρχοντ& εἴρηται ὁ λόγ& ἔτος. φησὶ γὰρ ὁ λέγων, ἐπ' Εὐβύλυ μὲν μισθώσασθαι τὸ μέταλλον τρία δὲ ἔτη ἐργασάμεν&, ἐκβαλλόμεν& ὑπὸ τῦ πλησίον ἔχοντ& μέταλλα, λαχεῖν αὐτῷ τὴν δίκλιν κατὰ Νικόμαχον ἄρχοντα. *Nicomacho Archonte dicta eſt oratio haec. Inquit enim dicens: ſub Eubulo quidem conduxiſſe mercede metallum. Tres vero annos quum laboraſſet, eiectus a plura habente metalla, ſortiebatur ius iuxta Nicomachum Archontem.* Et in Epiſtola toties citata ad Ammaeum. Καὶ τριετῆ χρόνον παρ' αὐτῷ τρίψας, ἐπ' Εὐβύλυ ἄρχοντ& εἰς Μιτυλήνλν ἐχωρίσϑη. *Et trium annorum tempus apud ipſum quum triviſſet, Eubulo Archonte Mytilenem profectus eſt.* Et mox. Μεῖ' Ἀρχίαν ἐστὶν Εὔβυλ&. *Poſt Archiam eſt Eubulus.* Ipſe Dinarchus Orat. in Demoſthenem. Ποῖαι γὰρ τριήρεις εἰσὶ κατασκευασμέναι διὰ τούτου, ὥσπερ ἐπ' Εὐβύλυ, τῇ πόλει. *Quales enim triremes ſunt extructae per iſtum, ſicut ſub Eubulo.* Diogenes Laertius in Ariſtotele lib. v. Καὶ εἴς τε Μιτυλήνλν ἐλϑεῖν ἐπὶ ἄρχοντ& Εὐβούλυ, τῷ τεϊάρτῳ ἔτει τῆς ὀγδόης καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδ&. *Et Mytilenem veniſſe Archonte Eubulo, quarto anno octavae, & centeſimae Olympiadis.*

CAP. X.

Lyciſcus Archon. Ariſtolochus ſtadio vincit. Pythodotus Archon, cui Soſigenes ſuccedit. Epicurus naſcitur, & Menander. Nicomachus Archon. Cometa ſpectatur. Plinii locus reſtitutus.

OLymp. CIX. anno I. Lyciſcus Archon memoratur, ſtadioque Ariſtolochus Athenienſis victor erat. Diodorus lib. XVI. Ἐπ' ἄρχοντ& γὰρ Ἀθήνησι Λυκίσκυ, Ὀλυμπιὰς ἤχϑη ἑκατοστὴ, ἐν ἐννάτῃ, καϑ' ἣν ἐνίκα στάδιον Ἀριστόλοχ& Ἀϑλωαῖ&. *Archonte enim Athenis Lyciſco, Olympias acta fuit centeſima, & nona, qua vicit ſtadium Ariſtolochus Athenienſis.* Eodem plane modo Anonymus. De victore eadem Euſebius. Ἑκατοστὴ ἐννάτη (Ὀλυμπιάς.) Ἀριστόλοχ& Ἀϑλωαῖ& στάδιον. *Centeſima nona (Olympias.) Ariſtolochus Athenienſis ſtadium.* Archontem autem etiam in Catalogo ſuo Dionyſius in Dinarcho nobis refert; meminitque in Orationum eius publicarum falſo inſcriptarum Indice. Οὕτ& ὁ ἀγὼν εἴρηται ἐπ' ἄρχοντ& Εὐβούλου, ἢ Λυκίσκυ, τῦ μεῖ' Εὔβουλον. *Hoc certamen dicitur Archonte Eubulo, aut Lyciſco, qui poſt Eubulum.* Et in Epiſtola ad Ammaeum. Μετὰ Ἀρχίαν ἐστὶν Εὔβυλ&· εἶτα Λυκίσκ&. *Poſt Archiam eſt Eubulus. Dein Lyciſcus.* Deinde. Μετὰ Λυκίσκον ἐστὶν ἄρχων Πυϑόδοτ&. *Poſt Lyciſcum eſt Archon Pythodotus.* Demoſthenes Orat. in Theocrinem. Πάντες γὰρ ἴστε, τῦς ἐπὶ Λυκίσκυ ἄρχοντ& ϑεσμοϑέτας ἀποχειροτονηϑέντας ἐν τῷ δήμῳ διὰ τῦτον. *Omnes enim ſcitis, Lyciſco Archonte legum poſitores ſuffragiis improbatos in populo per iſtum.* Alius eſt, & plane incertum cuius anni, qui memoratur in Inſcriptione iſta:

ΓΑΙΟΣ ΓΑΙΟΥ
ΑΧΑΡΝΕΥΣ ΙΕ
ΡΕΥΣ ΓΕΝΟΜΕ
ΝΟΣ ΘΕΩΝ ΜΕ
ΓΑΛΩΝ ΔΙΟΣ
ΚΟΡΩΝ ΚΑΒΕΙΡΩΝ
ΕΝ ΤΩΙ ΕΠΙ ΔΙΟ
ΝΥΣΙΟΥ ΤΟΥ ΜΕ
ΤΑ ΛΥΚΙΣΚΟΝ ΑΡ
ΧΟΝΤΟΣ ΕΝΙΑΥ
ΤΩΙ ΙΔΡΥΣΑΤΟ.

Caius Caii filius Acharnenſis ſacerdos factus Deorum magnorum Dioſcurorum Cabirorum in anno, quo Dionyſius poſt Lyciſcum Archon fuit, poſuit. Hunc Pythodotus excepit. Vides in citatis ſtatim Dionyſii verbis. Μετὰ δὲ Λυκίσκον ἐστὶν ἄρχων Πυϑόδοτ&. *Poſt autem Lyciſcum eſt Archon Pythodotus.* Ita etiam eſt

Digitized by Google

est apud eumdem in Dinarcho; & Diodorum, atque Anonymum; meminitque eius iterum in citata illa Epistola. Ἐκεῖθεν ἦ πρὸς Φίλιππον ἤρχετο, κατὰ Πυθόδοτον ἄρχοντα· *Illinc autem ad Philippum venit, Pythodoto Archonte.* Rursus in Dinarchi Orationum publicarum falso inscriptarum Indice. Ἔστι ἦ ὁ χρόνος κατὰ Πυθόδοτον ἄρχοντα, ὡς δηλοῖ Φιλόχορος σὺν τοῖς ἄλλοις, ἐπὶ τούτου τοῦ ἄρχοντος. *Est autem tempus Pythodoto Archonte, ut indicat Philochorus cum aliis, tempore illius Archontis.* Diogenes Laertius in Aristotele lib. v. Ἐπὶ Πυθοδότου δ' ἐλθεῖν πρὸς Φίλιππον, τῷ δευτέρῳ ἔτει τῆς ἐννάτης, καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος. *Sub Pythodoto autem venisse ad Philippum secundo anno nonae, & centesimae Olympiadis.* Post Pythodotum est Sosigenes apud Anonymum, Diodorum, & Dionysium pluribus locis. Meminitque eius Plutarchus in Isocrate libro De X. Rhet. Ἀρξάμενος δὲ ἀπὸ Λυσιστράτου ἄχρι Σωσιγένους, ἐν ἔτεσιν εἰκοσιοκτὼ διδασκαλίας ἀσκὰς καθῆκεν ἕξ. *Incipiens vero a Lysistrato usque ad Sosigenem, intra annos viginti octo fabulas urbicas dimisit sex.* Ac sub isto natus Epicurus fertur. Anonymus illic. Ἐπίκουρος ἐγεννήθη, Γαμηλιῶνος εἰκάδι. *Epicurus natus est, Gamelionis vigesimo.* Diogenes Laertius in eius Vita lib. x. Ἐγεννήθη ἦ, καθά φησιν Ἀπολλόδωρος ἐν Χρονικοῖς, κατὰ τὸ τρίτον ἔτος τῆς ἐννάτης, καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος, ἐπὶ Σωσιγένους ἄρχοντος. *Natus vero est, prout inquit Apollodorus in Chronicis, tertio anno nonae, & centesimae Olympiadis, Sosigene Archonte.* Menander quoque sub hoc natus. Anonymus ibidem. Μένανδρος Διοπείθους Κηφισιεὺς ἐγεννήθη. *Menander Diopithis filius Cephisiensis natus est.* Inscriptio vetus:

ΜΕΝΑΝΔΡΟΣ ΔΙΟΠΕΙΘΟΥΣ
ΚΗΦΙΣΙΕΥΣ ΕΓΕΝΝΗΘΗ ΕΠΙ
ΑΡΧΟΝΤΟΣ ΣΩΣΙΓΕΝΟΥΣ.

Menander Diopithis filius Cephisiensis natus est Archonte Sosigene. Sosigeni successor traditur Nicomachus apud Anonymum, Diodorum, & Dionysium. Sub hoc spectatus cometa. Aristoteles Meteorolog. lib. I. c. VII. Ἔτι δὲ ἐπ' ἄρχοντος ἐγένετο Νικομάχου Ἀθήνησι ὀλίγας ἡμέρας κομήτης, περὶ τὸν ἰσημερινὸν κύκλον, ἀπ' ἀφ' ἑσπέρας ποιησάμενος τὴν ἀνατολήν. *Adhuc autem Archonte fuit Nicomacho Athenis paucos per dies cometa, circa aequinoctialem circulum, non a vespera faciens ortum.* Hic ipse erit, de quo Plinius, ubi de cometis agit lib. II. cap. XXV. *Semel adhuc iubae effigies mutata in hastam est, Olympiade* CVIII. *urbis anno* CCCXCVIII. Quo in loco geminum mendum est; corruptique cum in Olympiade numeri, tum in Vrbis etiam anno. Itaque restituo. *Olympiade* CVIIII. *urbis anno* CCCCXIII. Ac proclivis sane lapsus. Nam Nicomachus, sub quo hic Cometa adparuit, magistratum suum gessit Olympiade centesima nona, non octava; cuius denique quartus annus est ab Vrbe Roma condita quadringentesimus decimus tertius.

CAP. XI.

Theophrastus archon. Anticles Athenienſis stadio vincit. Anaxarchus floret. Lysimachides archon. Speusippus moritur, cui succedit Xenocrates. Chaerondas archon. Anonymus, Dionysius Halicarnassaeus, Plutarchus, emendantur. Isocrates moritur. Diodori Siculi locus restituitur. Phrynichus archon.

THeophrastus post Nicomachum archon fuit Olympiad. CX. anno I. stadioque Anticles Athenienſis victor dictus. Diodorus lib. XVI. Ἐπ' ἄρχοντος Ἀθήνησι Θεοφράστου Ὀλυμπιὰς ἦχθη δεκάτη πρὸς τ' ἑκατὸν, καθ' ἣν ἐνίκα στάδιον Ἀντικλῆς ὁ Ἀθλωμαῖος. *Sub Archonte Athenis Theophrasto Olympias acta decima, & centesima, circa quam vicit stadium Anticles Athenienſis.* De Archonte, & victore, eadem Anonymus. Archontem autem etiam refert Dionysius in Dinarcho; & mox in Epistola item ad Ammaeum. Μετὰ Σωσιγένους ἄρχων ἐστὶ Νικόμαχος, ἐπὶ Νικομάχου Θεόφραστος. *Post Sosigenem Archon est Nicomachus, sub Nicomacho Theophrastus.* Deinde. Ἐπὶ ἦ Θεοφράστου, τοῦ μετὰ Νικόμαχον ἄρξαντος, ἐλύθησαν. *Sub Theophrasto vero, post Nicomachum Archontem, soluti sunt.* Eschines Orat. in Ctesiphontem. Ἐπὶ ἦ Θεοφράστου ἄρχοντος, ἱερομνήμονος ὄντος Διογνήτου Ἀναφλυσίου, πυλαγόρους ὑμεῖς εἵλεσθε, Μιδίαν τε ἐκεῖνον τὸν Ἀναγυράσιον, ὃν ἐβουλόμην ἂν πολλῶν ἕνεκα ζῆν, καὶ Θρασυκλέα τὸν Λέσβιον, καὶ τρίτον δὲ μετὰ τούτων ἐμέ. *Sub Theophrasto Archonte, quum praefectus sacrorum esset Diognetus Anaphlystius, pylagoros vos cepistis, Midiam illum Anagyrasium, quem voluimus multorum causa vivere, & Thrasyclem Lesbium, & tertium vero cum istis me.* Philochorus in fragmento Ἀτθίδος lib. VI. quod exstat, apud Dionysium, in citata hac Epistola, Θεόφραστος Ἀλαιεύς. ἐπὶ τούτου Φίλιππος, τὸ μὲν πρῶτον ἀναπλεύσας, Περίνθῳ προσέβαλεν. *Theophrastus Alaensis. Sub illo Philippus, primum quidem quum solvisset, Perinthum appulit.* Ita enim ibi scribendum; non Ἀλαιεὺς, monui in libro De populis Atticae, in Ἀλαί. Circa hoc tempus florebat Anaxarchus philosophus. Anonymus illic. Ἀνάξαρχος Ἀβδηρίτης ὁ φιλόσοφος ἐγνωρίζετο. *Anaxarchus Abderites Philosophus innotuit.* Diogenes Laertius in eius Vita lib. IX. Ἤκμαζε κατὰ τὴν δεκάτην, καὶ ἑκατοστὴν Ὀλυμπιάδα. *Floruit circa decimam, & centesimam Olympiadem.* Theophrasto Lysimachides successit. Ita Dionysius tradit in Dinarcho; Diodorus lib. XVII. & Anonymus. Meminitque eius pluries Dionysius idem iterum, in Epistola ad Ammaeum. Sub hoc, defuncto Speusippo, scholae eius praefectus est Xenocrates. Diogenes Laertius in eius Vita lib. IV. Διεδέξατο δὲ Σπεύσιππον, καὶ ἀφηγήσατο τῆς σχολῆς πέντε καὶ εἴκοσι ἔτη, ἐπὶ Λυσιμαχίδου ἀρξάμενος, κατὰ τὸ δεύτερον ἔτος τῆς δεκάτης, καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος. *Excepit autem Speusippum, & praefuit scholae quinque, & viginti annos, sub Lysimachide incipiens, circa secundum annum decimae, & centesimae Olympiadis.* Anonymus illic. Σπεύσιππον τὸν φιλό-

Digitized by Google

φιλόσοφον τελευτήσαντα διεδέξατο Ξενοκράτης ἐπ' ἔτη κέ. *Speusippum philosophum mortuum excepit Xenocrates ad annos viginti quinque.* Lysimachidem mox Chaerondas excepit. Apud Anonymum, & Dionysium in Dinarcho, Χαιρωνίδας nuncupatur minus recte. Rescribendum est, Χαιρώνδας. Apud eumdem Dionysium in Isocrate. Ε'τελεύτα τ' βίον ἐπὶ Χαιρωνίδυ ἄρχοντ@. *Finivit vitam Chaeronida Archonte.* Etiam illic reponendum, Χαιρώνδυ. AEschines Orat. in Ctesiphontem. Ε'πὶ γὰρ Χαιρώνδυ ἄρχοντ@, Θαργηλιῶν@ μηνὸς δευτέρᾳ φθίνοντ@, ἐκκλησίας ὔσης, ἔγραψε ψήφισμα Δημοσθένης. *Nam Chaeronda Archonte, Thargelionis mensis vigesimo secundo concio quum esset, scripsit decretum Demosthenes.* Demosthenes Orat. De Corona. Ε'πὶ Χαιρώνδυ ἄρχοντος, Ε'λαφηβολιῶν@ ἕκτῃ ἱσαμένυ, Αἰσχίνης Α'τρομήτυ Κωθωκίδης, ἀπήνεγκε πρὸς τ' ἄρχοντα παρανόμων γραφήν. *Chaeronda Archonte, Elaphebolionis die sexto, AEschines Atrometi filius Cothocides, detulit ad Archontem iuris violati accusationem.* Plutarchus in Demosthene. Εἰσήχθη δὲ τότε καὶ ἡ περὶ τῦ στεφάνυ γραφὴ κατὰ Κτησιφῶντ@, γραφεῖσα μὲν ἐπὶ Χαιρώνδυ ἄρχοντ@, μικρὸν ἐπάνω τ' Χαιρωνικῶν. *Inducta autem fuit tunc etiam de corona accusatio contra Ctesiphontem, scripta quidem Chaeronda Archonte, paululum ulterius Chaeronicis.* Emendandus est ille ipse in Lycurgo lib. De x. Rhet. Ε''σχε δέ τρεῖς παῖδας ἐκ Καλλιστῦς, τῆς Α''βρων@ μὲν θυγατρὸς, Καλαΐυ δὲ τῦ Α''βρωνος Βατῆθεν ἀδελφῆς. τῦ ταμιεύσαντ@ στρατιωτικῶν ἐπὶ Χαιρώνδυ ἄρχοντ@. *Habuit autem tres liberos ex Callisto, Abronis quidem filia, Calaei vero Abronis filii ex Bate sorore, quaestor qui fuit rerum militarium.* Male editur. ἐπὶ Χαιρώνδυ. *Sub Chaeronda.* Sub hoc mortuus Isocrates. Dionysius loco citato. Ε'τελεύτα τ' βίον ἐπὶ Χαιρώνδυ. (ita enim iam scribendum esse admonui) ἄρχοντος, ὀλίγαις ἡμέραις ὕστερον τῆς ἐν Χαιρωνείᾳ μάχης. *Finivit vitam Chaeronda Archonte, paucis diebus post pugnam in Chaeronea.* Plutarchus quoque in Isocrate. Ε'τελεύτα δὲ ἐπὶ Χαιρώνδυ ἄρχοντ@, ἀπαγγελθέντων τ' περὶ Χαιρώνειαν ἐν τῇ Ἱππoκράτες παλαίστρᾳ πυθόμεν@. *Mortuus vero est Chaeronda Archonte quum annunciata essent gesta circa Chaeroneam in Hippocratis palaestra percipiens.* Ita enim etiam ibi rescribendum pro vulgato Καιρωνίδυ. Denique corruptum etiam archontis nomen apud Diodorum Siculum lib. xvi. Ε'π' ἄρχοντ@ δ' Α'θήνησι Χαρώνδυ. *Archonte autem Athenis Charonda.* Restitui debet eodem modo. Καιρώνδυ. Vltimus huius Olympiadis archon Phrynichus. Observare est apud Anonymum, Diodorum, & Dionysium.

CAP. XII.

Pythodemus archon, sive Pythodorus. Cleomantis stadio victor. Phanias floret. Exaenetus archon. Xenocrates quando mortuus. Diogenes Laertius, & Lucianus emendantur. Etesicles archon. Lysiae locus expensus. Nicocrates archon. Arrianus restitutus.

HVnc sequutus Pythodemus Olymp. cxi. anno 1. Meminit eius Dionysius in Dinarcho. Ε''κτος δὲ καὶ εἰκοστός ἐστιν ἀπὸ Νικοφήμυ Πυθόδημος. *Sextus, & vigesimus est ab Nicophemo Pythodemus.* Et mox in Catalogo archontum ita nominat. Sub hoc occisus a Pausania rex Philippus, Alexandri Magni pater. Arrianus De Exped. Alex. lib. 1. Λέγεται δὲ Φίλιππ@ μὲν τελευτῆσαι ἐπὶ ἄρχοντ@ Πυθοδήμυ Α'θήνησι. *Dicitur autem Philippus quidem mortuus Archonte Pythodemo Athenis.* Eumdem annum, & archontem, caedi eius adsignat Anonymus, & Diodorus lib. xvi. Verum apud Diodorum Pythodorus archon dicitur. Ε'π' ἄρχοντ@ Α'θήνησι Πυθοδώρυ Ο'λυμπιὰς ἤχθη πρώτη πρὸς τ' ἑκατὸν καὶ δέκα. *Archonte Athenis Pythodoro Olympias acta fuit centesima undecima.* Eodem modo apud Demosthenem Orat. in Olympiodorum. Ψηφισαμένων δὲ ταῦτῶν δικαστῶν, διέγραψεν ὁ ἄρχων Πυθόδωρ@ κατὰ τ' νόμον τυτὶ τῦ Ο'λυμπιοδώρυ τῶν ἐμφισβήτησιν. *Decernentibus autem ista iudicibus, conscripsit Archon Pythodorus iuxta legem huius ipsius Olympiodori contentionem.* Anonymus dissidium istud repraesentat, quum ab eo istius anni archon ita memoratur. Πυθόδημ@. οἱ δὲ, Πυθόδωρ@. *Pythodemus. Alii vero, Pythodorus.* Atque stadio tunc victor Cleomantis Clitorius. Diodorus loco citato. Ε'νίκα στάδιον Κλεόμαντις Κλειτόριος. *Vicit stadium Cleomantis Clitorius.* Idem quoque est apud Eusebium, & Anonymum. Hoc tempore florebat Phanias Eresius, philosophus peripateticus, Aristotelis discipulus. Suidas. Φανίας, ἢ Φαινίας, Ε'ρέσιος, Φιλόσοφος περιπατητικὸς, Α'ριστοτέλυς μαθητής. ἦν δὲ ἐπὶ τῆς ἑνδεκάτης καὶ ἑκατοστῆς Ο'λυμπιάδ@. *Phanias, aut Phaenias, Eresius, Philosophus Peripateticus, Aristotelis discipulus. Erat autem undecima, & centesima Olympiade.* Pythodemum, sive Pythodorum malis, Evaenetus sequitur. Consentiunt Anonymus, Diodorus lib. xvii. & Dionysius in Dinarcho. Meminitque eius iterum in Epistola ad Ammaeum. Μετὰ δὲ τὴν Φιλίππυ τελεύτην, ἐπ' Εὐαινέτυ ἄρχοντ@, ἀφικόμεν@ εἰς Α'θήνας, ἐσχόλασεν ἐν Λυκείῳ χρόνον ἐτῶν δώδεκα. *Post autem Philippi mortem, Evaeneto Archonte, perveniens Athenas, vacavit Scholae in Lyceo per tempus annorum duodecim.* Clemens Strom. 1. Α'πὸ τύτυ ἐπ' Εὐαίνετον ἄρχοντα, ἐφ' ὃ φασιν Α'λέξανδρον εἰς τὴν Α'σίαν διαβῆναι, ὡς μὲν Φανίας, ἔτη ἑπτακόσια δεκαπέντε. *Ab isto usque Evaenetum Archontem, cuius tempore dicunt Alexandrum in Asiam transisse, ut quidem Phanias, anni septingenti quindecim.* Sub hoc moritur Xenocrates philosophus. Inde coniecturam est facere, quod natus Olymp. xci. anno 1. ut supra docui, vixit annos lxxxii. Clare dicit

Digitized by Google

cit Diogenes Laertius in eius vita lib. IV. Ἐτελεύτα δὲ νυκτὸς λεκάνῃ προσπταίσας, ἔτ@ ἤδη γεγονὼς δεύτερον καὶ ὀγδοηκοστόν. *Mortuus autem est nocte quum in pelvim offendisset, annum iam habens secundum, & octogesimum.* Nam id tempus in hunc annum incidit. Lucianus in Longaevis ait vixisse annos LXXXIV. Ξενοκράτης δὲ, Πλάτωνος μαθητὴς γνώμῳ@, (ἐβίωσεν ἔτη) τέσσαρα, καὶ ὀγδοήκοντα. *Xenocrates vero Platonis discipulus factus (vixit annos) quatuor, & octoginta.* Id ergo erit sub Nicocrate, huius Olympiadis anno quarto. Verum neutrum sane rectum esse potest. Ecce enim, post Speusippum scholae praefecturam cepit, ut ostendi paulo ante, sub archonte Lysimachide; tenuitque deinde annos XXV. Atqui hic est annus tantum post acceptam scholae praefecturam quartus. Vicesimus quintus incidit in Olymp. CXVI. annum III. cuius archon Nicodorus. Certe ad illam Olympiadem produxisse eum vitam, innuit quoque ipse Diogenes, quum Polemonem tunc ipsi successisse nobis tradit istis verbis. Καί ποτε συνθέμνῳ@ (ὁ Πολέμων) τοῖς νέοις, κὴ ἐσεφανωμένῳ@, μεθύων εἰς τὴν Ξενοκράτους ἦξε σχολήν. ὁ δὲ, οὐδὲν διατραπεὶς, ἦρε τὸν λόγον ὁμοίως. ἦν δὲ περὶ σωφροσύνης. ἀκῦον δὲ τὸ μέθυσιον, κατ' ὀλίγον ἐθηράθη. καὶ ὅτως ἐγένετο φιλόπον@, ὡς ὑπερβάλλεσθαι τοὺς ἄλλους, καὶ αὐτὸν διαδέξασθαι τὴν σχολὴν, ἀρξάμενον ἀπὸ τῆς ἕκτης, καὶ δεκάτης, καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδ@. *Et aliquando constituens (Polemo) iuvenibus, & coronatus, ebrius in Xenocratis venit scholam. Hic vero, nihil perculsus, extulit sermonem eodem modo. Erat autem de temperantia. Audiens vero adolescens, paululum tactus fuit. Et ita factus est industrius, ut praecelluerit aliis, & ipse exceperit scholam, incipiens a sexta decima, & centesima Olympiade.* Fueritque tunc Xenocrates, quum decederet annos natus tres & centum. Ergo numeri in Diogene, & Luciano ad hanc faciem corrigendi. Post Evaenetum Ctesicles commemoratur ab Anonymo, Diodoro, & Dionysio; meminitque eius Plutarchus in Lycurgo Rhetore. Ἐψηφίσατο δὲ κὴ Διοτίμῳ Διοπείθους Εὐωνυμεῖ τιμὰς ἐπὶ Κτησικλέους ἄρχοντ@. *Decrevit autem etiam Diotimo Diopithis filio Evonimense honores Ctesicle Archonte.* Est mentio Cteslicli cuiusdam archontis apud Lysiam in Orat. Ὑπὲρ τῦ στρατιώτου. Οἱ δὲ μετὰ Κτησικλέους τοῦ ἄρχοντ@, ἀπαγγείλαντός τιν@. ὡς ἐγὼ λοιδορούμι, τῷ νόμῳ ἀπαγορεύοντ@, ἐάν τις ἀρχὴν ἐν συνεδρίῳ λοιδορῇ παρὰ τὸν νόμον, ζημιῦσαι ἠξίωσαν. *Qui vero cum Ctesicle Archonte, annunciante quodam, ac si ego convitia facerem, lege prohibente, ne quis magistratum in concione convitio adficiat illegittima causa, mulctare voluerunt.* Sed non potest iste esse, siquidem Lysias annos tunc fuisset natus centum, & viginti quinque; quum, qui plurimum ei tribuunt, octoginta tres vixisse tantum dicant. Sine dubio aliquis fuerit, qui aetate ipsius Lysiae eo magistratu functus alio nomine apud Diodorum Siculum nuncupatur. Ctesicli Nicocrates successor datus. Est videre apud Anonymum, Diodorum, & Dionysium. Corruptum eius nomen est apud Arrianum De Exped. Alex. lib. II. ubi de pugna ad Issum commissa hoc ipso anno. Τῦτο τέλ@ τῇ μάχῃ ἐκείνῃ ἐγένετο, ἐπὶ ἄρχοντ@ Ἀθηναίοις Νικοστράτου, μηνὸς Μαιμακτηριῶν@. *Haec finis pugnae illi fuit, Archonte Athenis Nicostrato, mense Maemacterione.* Rescribe. Ἐπὶ ἄρχοντ@ Ἀθηναίοις Νικοκράτους. *Archonte Athenis Nicocrate.*

CAP. XIII.

Nicetes archon. Diodorus, & Arrianus emendantur. Anonymi error indicatur. Gryllus, an Grylus, an Gryalus, an Euryalas stadio vincit. Aristophanes archon; inde Aristophon. Dionysii Halicarnassei locus, & Plutarchi item alter restituitur. Cephisophon archon; male Cesiphon Dionysio.

QVi sequutus Olymp. CXII. anno I. Nicetes dicitur apud Dionysium Halicarn. in Dinarcho, in Catalogo archontum. Apud Diodorum est Niceratus lib. XVII. Ἐπ' ἄρχοντ@ δ' Ἀθήνησι Νικηράτου Ὀλυμπιὰς ἤχθη δευτέρα πρὸς ταῖς ἑκατὸν κὴ δέκα. *Archonte autem Athenis Nicerato Olympias acta est centesima, & duodecima.* Sed scribendum erit, Νικήτου, pro Νικηράτου. Mendum quoque est apud Arrianum De Exped. Alex. lib. II. Τύρ@ μὲν δὴ οὕτως ἑάλω, ἐπὶ ἄρχοντος Ἀνικήτου Ἀθήνησι, μηνὸς Ἑκατομβαιῶνος. *Tyrus quidem ita capta est, Archonte Aniceto Athenis, mense Hecatombaeone.* Rescribe itidem, ἐπὶ ἄρχοντος Νικήτου. *Sub Archonte Niceta.* Vtroque illo Diodori, & Arriani loco inductus Anonymus scribit. Νικήραλος· οἱ δὲ, Ἀνίκητος. *Niceratus. Alii vero Anicetus.* Stadio tunc vincebat Gryllus Chalcidensis. Anonymus illic. Γρύλλος Χαλκιδεὺς στάδιον. *Gryllus Chalcidensis stadium.* Diodoro Grylus dicitur. Ἐνίκα Γρύλος Χαλκιδεύς. *Vicit Grylus Chalcidensis.* Ad oram libri adnotatum, Γρύαλος. Apud Eusebium est Euryalas. Ἑκατοστὴ δωδεκάτη (Ὀλυμπιάς.) Εὐρυάλας Χαλκιδεὺς στάδιον. *Centesima duodecima (Olympias.) Euryalas Chalcidensis stadium.* Post Niceten Aristophanes memoratur ab Anonymo, Diodoro, & Dionysio; meminitque etiam eius Arrianus De Exped. Alex. lib. III. Τῦτο τέλος τῇ μάχῃ ταύτῃ ἐγένετο, ἐπὶ ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἀριστοφάνους, μηνὸς Πυανεψιῶνος. *Hic finis pugnae illi fuit, Archonte Athenis Aristophane, mense Pyanepsione.* Huic Aristophon succedit. Ita Anonymus, Diodorus, & Dionysius in Dinarcho; cuius locus de eodem in Epistola ad Ammaeum graviter corruptus legitur. Οὗτος γὰρ μόνος εἰς δικαστήριον εἰσελήλυθεν μετὰ τὸν πόλεμον, ἐπ' Ἀριστοφῶντος ἄρχοντος μὲν ἐνιαυτὸν μετὰ τὴν ἐν Χαιρωνείᾳ μάχην, ὀκτὼ δὲ μετὰ τὴν Φιλίππου τελευτὴν, καθ' ὃν χρόνον Ἀλέξανδρ@ τὴν ἐν Ἀρβήλοις ἐνίκα μάχην. *Haec enim sola in iudicium pervenit post bellum, Aristophonte Archonte anno quidem post Chaeronensem pugnam, octo vero post Philippi obitum, quo tempore Alexander ad Arbelam vicit proelium.* Nam quo pacto? an Aristophontis huius magistratus proximo post Chaeronensem pugnam anno, post Philippi mortem octavo? Hoc negabit ipsa Historia. Nam a cla-

de Chaeronensi ad Aristophontem archontem anni octo; a Philippi autem morte sex interfunt. Quam ob causam sic restituo. Ἐπ' Ἀριστοφῶντος ἄρχοντος, ὄγδοον μὲν ἐνιαυτὸν μετὰ τὴν ἐν Χαιρονείᾳ μάχην· ἕκτον δέ, μετὰ τὴν Φιλίππου τελευτήν. *Aristophonte Archonte, octavo quidem anno post Chaeronensem pugnam; sexto vero post Philippi mortem.* Mendum quoque est apud Plutarchum in Demosthene. Εἰσήχθη δ' τότε καὶ ἡ περὶ τοῦ στεφάνου γραφὴ κατὰ Κτησιφῶντος. γραφεῖσα μὲν ἐπὶ Χαιρώνδου ἄρχοντος, μικρὸν ἐπάνω τῶν χαιρωνικῶν· κριθεῖσα δ' ὕστερον ἔτεσι δέκα, ἐπ' Ἀριστοφῶντος. *Inducta autem fuit tunc etiam de corona accusatio contra Ctesiphontem, scripta quidem Chaeronda Archonte paululum ultra Chaeronensia; iudicata vero post annos decem sub Aristophonte.* Vt iam dixi, anni sunt a pugna illa Chaeronensi ad hunc archontem tantum octo; itaque omnino rescribendum, κριθεῖσα δ' ὕστερον ἔτεσιν ὀκτὼ, ἐπ' Ἀριστοφῶντος. *Iudicata vero post annos octo sub Aristophonte.* Origo mendi e confusione numerorum η, & ι. Meminit praeterea archontis huius etiam Arrianus De Exped. Alex. lib. III. Τοῦτο τὸ τέλος Δαρείῳ ἐγένετο, ἐπὶ ἄρχοντος Ἀθηναίοις Ἀριστοφῶντος, μηνὸς Ἑκατομβαιῶνος. *Hic finis Dario contigit, Archonte Athenis Aristophonte, mense Hecatombaeone.* Et Theophrastus in Eth. Charact. cap. περὶ λαλιᾶς. Προσδιηγήσασθαι δ' καὶ τὸ ἐπ' Ἀριστοφῶντος ποτὲ γενομένῳ τοῦ ῥήτορος μάχῃ, καὶ τὸ τῶν Λακεδαιμονίων ἐπὶ Λυσάνδρου. *Praeterea vero explanare & quod tempore Aristophontis quondam contigit rhetoris praelium, & Lacedaemoniorum sub Lysandro.* Vltimus huius Olympiadis est Cephisophon. Ita Diodoro dicitur, & Anonymo. Male apud Dionysium in Dinarcho, in Catalogo archontum Cephison legitur; quod Sylburgio, viro insigni, etiam visum.

CAP. XIV.

Euthycritus, sive Euthycrates archon. Clito Macedo stadio victor. Crates philosophus floret. Hegemon archon, sive Cremes; inde Chremes, sive Anticles; deinde Anticles, sive Sosicles. Tum Hegesias; sub quo mortui eodem die Alexander, & Diogenes. Hunc Cephisodorus sequitur; illum Philocles, sive Diocles, sive Polycles. Aristoteles, & Demosthenes moriuntur. Menander primam fabulam edit. Apollodorus archon, sive Archippus.

OLymp. CXIII. anno 1. Euthycritus erat; ut commemorant Diodorus, & Dionysius. Anonymus dissidium indicat, & bifariam nomen dicit. Εὐθύκριτος· οἱ δὲ, Εὐθυκράτης. *Euthycritus. Alii vero Euthycrates.* Stadio tunc victor fertur Clito Macedo. Anonymus illic. Κλίτων Μακεδὼν στάδιον. *Clito Macedo stadium.* Eusebius. Ἑκατοστὴ τρισκαιδεκάτη (Ὀλυμπιάς.) Κλίτων Μακεδὼν στάδιον. *Centesima tertiadecima (Olympias) Clito Macedo stadium.* Diodorus, qui Olympionicas omnes hactenus diligenter satis indicavit, de hoc tacet. Crates Thebanus tunc florebat. Anonymus illic. Κράτης Θηβαῖος ὁ φιλόσοφος ἤκμαζε. *Crates Thebanus philosophus floruit.* Diogenes Laertius in eius Vita lib. VI. Ἤκμασε δὲ κατὰ τὴν τριτὴν καὶ ἑκατοστὴν Ὀλυμπιάδα. *Floruit autem tertiodecima, & centesima Olympiade* (a). Post Euthycratem est Hegemon apud Anonymum, & Dionysium in Dinarcho. Diodoro Chremes dicitur; qui Anonymo, & Dionysio, tertio anno Olympiadis magistratum istum tenuit. Certe Hegemonis meminit etiam Arrianus De Exped. Alex. lib. V. Τοῦτο τὸ τέλος τῇ μάχῃ τῇ πρὸς Πῶρόν τε καὶ τοὺς ἐπέκεινα τοῦ Ὑδάσπου ποταμοῦ Ἰνδοὺς Ἀλεξάνδρῳ ἐγένετο, ἐπ' ἄρχοντος Ἀθηναίοις Ἡγήμονος, μηνὸς Μουνυχιῶνος. *Ille finis proelio fuit, quod contra Porum, & alios ultra Hydaspen flumen Indos Alexandro contigit, Archonte Athenis Hegemone, mense Munychione.* Olympiadis memoratae anno tertio archon Chremes ab Anonymo, & Dionysio nuncupatur; pro quo Anticles apud Diodorum legitur, qui quum quarto collocetur ab Anonymo, & Dionysio, eius loco a Diodoro Sosicles commemoratur. Olymp. CXIV. anno 1. Hegesias ponitur ab Anonymo, & Diodoro; qui omittitur Dionysio. Meminitque eius item Arrianus De Exped. Alex. lib. VII. Ἐτελεύτα μὲν δὴ Ἀλέξανδρος τῇ τετάρτῃ καὶ δεκάτῃ καὶ ἑκατοστῇ Ὀλυμπιάδι, ἐπὶ Ἡγησίου ἄρχοντος Ἀθήνησιν. *Mortuus quidem fuit Alexander quartadecima, & centesima Olympiade, Hegesia Archonte Athenis.* Stadio tunc victor erat Micinas Rhodius; teste Anonymo, Diodoro, & Eusebio. Alexandrum Magnum tunc mortuum esse Arriani iam citata verba docent; & Diodorus in fine libri XVII. Iosephus quoque Contra Appionem lib. I. Ἀλέξανδρον δὲ τεθνάναι πάντες ὁμολογοῦσιν ἐπὶ τῆς ἑκατοστῆς τεσσαρεσκαιδεκάτης Ὀλυμπιάδος. *Alexandrum vero mortuum omnes fatentur centesima quartadecima Olympiade.* Eodem anno, imo die Diogenes Cynicus. Anonymus ibi. Ἀλέξανδρος ἐν Βαβυλῶνι ἐτελεύτησε, βασιλεύσας ἔτη ιβ', καὶ μῆνας ζ'. Διογένης ὁ κύων τῇ αὐτῇ ἡμέρᾳ ἐτελεύτησε. *Alexander Babylone mortuus est, quum regnasset annos duodecim, & menses septem. Diogenes canis ille eodem die mortuus est.* Plutarchus Sympos. lib. VIII. Probl. 1. Ἐμνήσθησαν δὲ καὶ τοῦ Ἀλεξάνδρου τοῦ βασιλέως τελευτῆς, καὶ τοῦ Διογένους τοῦ κυνὸς, ἡμέρᾳ μιᾷ γενομένης. *Mentionem autem fecerunt de morte, & Alexandri regis & Diogenis Canis illius, die uno quae contigit.* Corrupta hac de re Suidae verba, & Diogenis Laertii; quae emendo Attic. Lect. lib. II. cap. XXII. Post Hegesiam Cephisodo-

(a) Inscriptio vetus, quae Athenis exstat, apud *Sponium Tom. III. Itinerarii.*

ΑΙΓΗΙΣ ΑΝΔΡΩΝ ΕΝΙΚΑ
ΕΤΑΓΙΔΗΣ ΚΤΗΣΙΟΥ ΦΙΛΑΙ
ΔΗΣ ΕΧΟΡΗΓΕΙ

ΛΥΣΙΜΑΧΙΔΗΣ ΕΠΙΔΑΜΝΙΟΣ
ΗΥΛΕΙ
ΧΑΡΙΛΑΟΣ ΛΟΚΡΟΣ ΕΔΙΔΑΣΚΕ
ΕΥΘΥΚΡΙΤΟΣ ΗΡΧΕΝ

Digitized by Google

sodorus collocatur a Diodoro, & Anonymo; meminitque eius item Dionysius in Dinarcho, & Epistola ad Ammaeum. Huic Philocles succedit, teste Diodoro Siculo, & Dionysio. Dioclem vocat Plutarchus in Decreto quodam, quod repraesentat in fine libri De x. Rhet. Καὶ ὡς κατῆλθεν ἐπὶ Διοκλέους ἄρχοντος. *Et quod pervenerit Diocle Archonte.* Etiam Scholiastes Comici in Prolegomenis Περὶ κωμῳδίας. Ἐδίδαξε δὲ πρῶτον, ἔφηβος ὤν, ἐπὶ Διοκλέους ἄρχοντος. *Docuit autem primum, ephebus quum esset, Diocle Archonte.* Itaque bifariam commemoratur ab Anonymo. Φιλοκλῆς, οἱ δὲ, Διοκλῆς. *Philocles, alii vero Diocles.* Demostheni Orat. De Corona Polycles dicitur. Ἐπὶ ἄρχοντος Πολυκλέους, μηνὸς βοηδρομιῶνος, ἕκτῃ ἐπὶ δέκα, φυλῆς πρυτανευούσης Ἱπποθοωντίδος, Δημοσθένης Δημοσθένους Παιανιεὺς εἰσήνεγκε νόμον εἰς τὸ τριηραρχικὸν ἀντὶ τοῦ πρότερου. *Archonte Polycle, mense Boedromione, sextodecimo die, tribu moderante Hippothoontide, Demosthenes Demosthenis filius Paeanienſis intulit legem circa triremis praefecturam loco prioris.* Aristoteles tunc mortuus, & Demosthenes. Diogenes Laertius in Aristotele lib. v. Εἶτα ἀπᾶραι εἰς Χαλκίδα τῷ τρίτῳ ἔτει τῆς δεκάτης, καὶ τετάρτης, καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος, καὶ τελευτῆσαι ἐτῶν που τριῶν καὶ ἑξήκοντα, νόσῳ· ὅτε καὶ Δημοσθένην καλασρέψαι ἐν Καλαβρίᾳ, ἐπὶ Φιλοκλέους. *Dein abiisse Chalcidem tertio anno decimaequartae, & centesimae Olympiadis, & mortuum esse annorum trium, & sexaginta morbo. Quando etiam Demosthenes decessit in Calabria sub Philocle.* Menander Comicus primam etiam fabulam docuit. Anonymus ibi. Μένανδρος, ἔφηβος ὤν, πρῶτον δρᾶμα ἐδίδαξε. *Menander, quum esset Ephebus, primam fabulam docuit.* Scholiastes Aristophanis in Prolegomenis de Comoedia. Μένανδρος ὁ Διοπείθους υἱὸς, Ἀθηναῖος, λαμπρὸς καὶ βίῳ, καὶ γένει· συνδιατρίψας δὲ τὰ πολλὰ Ἀλέξιδι, ὑπὸ τούτου δοκεῖ παιδευθῆναι. Ἐδίδαξε δὲ πρῶτον, ἔφηβος ὤν, ἐπὶ Διοκλέους. *Menander autem Diopethis filius, Athenienſis, ſplendidus & vita, & genere. Converſatus vero multum cum Alexide, ab illo videtur inſtitutus. Docuit autem primum, quum eſſet ephebus ſub Diocle.* Erat autem ea fabula, Ὀργή. Eusebius in huius Olympiadis anno quarto id refert, & nomen exprimit istis verbis. Μένανδρος, ὁ κωμικὸς ποιητὴς, πρῶτον δρᾶμα διδάξας Ὀργὴν, ἐνίκησε. *Menander, comicus poeta, primam fabulam quam docuiſſet Iracundiam, vicit.* Philoclen autem, sive Dioclen sequitur Apollodorus. Ita Diodorus tradit, & Anonymus; sed Archippus Dionysio nominatur.

(a) Inscriptio vetus, quae Athenis exstat, apud *Spon.* Tom. III. *Itinerar.*

ΘΡΑΣΥΛΛΟΣ ΘΡΑΣΥΛΛΟΥ ΔΕ
ΚΕΛΕΥΣ ΑΝΕΘΗΚΕΝ
ΧΟΡΗΓΩΝ ΝΙΚΗΣΑΣ ΑΝΔΡΑ
ΣΙΝ ΙΠΠΟΘΟΩΝΤΙΔΙ ΦΙΛΗΙ

CAP. XV.

Neaechmus archon. Damasias stadio victor. Apollodorus archon; inde Phocion, cui amoto statim Archippus substitutus, sub quo Phocion sublatus. Hinc Demogenes archon factus; tum Democlides, sub quo stadio vincebat Dinomenes, sive Demosthenes. Hunc sequutus Praxibulus, illum Nicodorus, cui successit Theophrastus. Inde Polemon, sub quo stadio victor Parmenion, sive Parmenides. Post Polemonem Simonides. Cyrenae quonam tempore conditae. Plinii locus restitutus. Hieromnemon deinde archon, & Demetrius Phalereus.

OLymp. cxv. anno I. archon Neaechmus memoratur a Dionysio in Dinarcho, & Anonymo (a); pro quo Archippum Diodorus nobis tradit. Stadioque victor tunc Damasias Amphipolites, uti constat ex Eusebio, & Anonymo. Diodorus eum omittit. Post Neaechmum Apollodorus magistratum istum gessit; quem Archippus mox excepit. Ita nobis Dionysius repraesentat, & Anonymus; sed neutrius Diodorus mentionem ullam facit. Sane Archippi meminit etiam Theophrastus Hist. Plant. lib. IV. cap. XVII. Ἐγένετο δὲ πρότερόν γε πολλάκις ἤδη, καὶ ἐπ' Ἀρχίππου. *Contigit autem & antea iam saepe; & sub Archippo.* Ac sub illo Phocion cicutam bibit. Anonymus illic. Ἀθήνησι Φωκίων, καὶ οἱ μετ' αὐτοῦ καταδικασθέντες, κώνειον πιόντες, τὸν βίον κατέλυσαν. *Athenis Phocion, & qui cum ipso condemnati fuerunt, cicutam bibentes, vitam solverunt.* Quin hic ipse ante Archippum archon fuit, nisi me coniectura fallit. Certe extremo vitae tempore, sub calamitatem istam, archontem fuisse Plutarchus tradit in eius Vita. Ὁ δὲ εἰς πατρίδος ἀποκινδυνεύων σωτηρίαν, καὶ ταῦτα στρατηγὸς, καὶ ἄρχων, οὐκ οἶδα μὴ μεῖζόν τι παραβαίνῃ, καὶ πρεσβύτερον τὸ πρὸς τοὺς πολίτας δίκαιον. *Qui vero ad patriae periclitatur ſalutem, idque dux, & archon, haud ſcio an non maius quid transgrediatur, & antiquius erga cives ius.* Et AEmilius Probus item in illius Vita. *Concidit autem maxime hoc uno crimine; quia quum apud eum ſummum eſſet imperium populi, & Nicanorem, Caſſandri praefectum, inſidiari Piraeeo Athenienſium a Dercyllo moneretur, idemque poſtularet, ut provideret, ne commeatibus civitas privaretur, hinc, audiente populo, Phocio negavit eſſe periculum.* Sed non diu magistratum illum tenuit, ut Plutarchus clare narrat; itaque amotus, ut videtur, hunc Archippum sibi substitutum habuit; cuius nomen etiam relatum in Fastos. Quartus huius Olympiadis est Demogenes apud Anonymum, Diodorum, & Dionysium. Illum

ΕΥΙΟΣ ΚΑΛΚΙΔΕΥΣ ΗΥΛΕΙ ΝΕ
ΑΙΧΜΟΣ ΗΡΧΕΝ
ΚΑΡΚΙΔΑΜΟΣ ΣΩΤΙΟΣ ΕΔΙ
ΔΑΣΚΕΝ

Digitized by Google

lum Democlides ſequitur Olymp. CXVI. anno I. teſte Anonymo, Diodoro, & Dionyſio. Stadioque victor tunc Dinomenes Lacon. Diodorus lib. XIX. Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησι Δημοκλείδου Ὀλυμπιὰς ὑπῆρχεν ἕκτη πρὸς τ ἑκατὸν καὶ δέκα, καθ' ἣν ἐνίκα στάδιον Δινομένης Λάκων. *Archonte vero Athenis Democlide Olympias incepit ſexta decima, & centeſima, qua vicit ſtadium Dinomenes Lacon.* Euſebio, & Anonymo Demoſthenes dicitur. Hunc ſequutus Praxibulus; quem conſenſu ita tradunt Diodorus, Dionyſius, & Anonymus. Meminitque eius item Theophraſtus De Lapidibus. Οὐ παλαιὸν δ' ἐστὶν, ἀλλὰ περὶ ἔτη μάλιστα ἐνενήκοντα, ἐπὶ ἄρχοντος Πραξιβούλου. *Non vetus autem eſt, ſed circa annos potiſſimum nonaginta, ad Archontem Praxibulum.* Et ex eo Plinius lib. XXXIII. cap. VII. *Theophraſtus nonaginta annis ante Praxibulum, Athenienſium magiſtratum, tradit inventum.* Praxibulum Nicodorus, illum Theophraſtus ſequitur; ut conſenſu nobis referunt Diodorus, Dionyſius, & Anonymus. Nicodori autem mentio eſt apud Plinium lib. III. cap. V. *Theophraſtus, qui primus exterorum aliqua de Romanis diligentius ſcripſit, pluſquam & fama, Circeiorum inſulae menſuram poſuit ſtadia octoginta in eo volumine, quod ſcripſit Nicodoro Athenienſium magiſtratui.* Olymp. CXVII. anno I. Polemon fuit; ſub quo ſtadio vincebat Parmenion Mitylenaeus. Diodorus lib. XIX. Τῷ ἔτους τούτου διελθόντος, Ἀθήνησι μὲν ἦρχε Πολέμων· ἤχθη δὲ καὶ Ὀλυμπιὰς κατὰ ταὐτὸν τ ἐνιαυτὸν ἑβδόμη πρὸς ταῖς ἑκατὸν καὶ δέκα· καθ' ἣν ἐνίκα στάδιον Παρμενίων Μιτυληναῖος. *Annoque hoc elapſo, Athenis quidem Archon erat Polemon. Acta vero fuit etiam Olympias illo anno ſeptima decima, & centeſima; qua vicit ſtadium Parmenio Mitylenaeus.* In archonte Dionyſius conſentit, & Anonymus; de victore variant alii; & Anonymo quidem Parmenon, Euſebio Parmenides dicitur. Hunc Simonides excepit; ut Anonymus, Diodorus, Dionyſiuſque referunt. Mentioque eius exſtat apud Theophraſtum Hiſt. Plant. lib. VI. cap. III. Φασὶ δὲ οἱ Κυρηναῖοι φανῆναι τὸ σίλφιον ἔτεσι πρότερον ἢ αὐτοὶ τ πόλιν ᾠκησαν ἐπτά, οἰκοῦσι δὲ μάλιστα περὶ τριακόσια, εἰς Σιμωνίδην ἄρχοντα Ἀθήνησιν. *Inquiunt autem Cyrenaici proveniſſe ſilphium annis antequam ipſi urbem habitaverunt ſeptem. Habitant vero maxime circa trecentos annos, uſque Simonidem Archontem Athenis.* Vbi obiter obſervandum, quod Simonidis magiſtratu habitatas iam Cyrenas circiter trecentos annos nobis tradat; idque verum eſt; nam a conditu earum ad Simonidem anni ſunt ſex, & trecenti; quippe conditae Olymp. XLI. anno I. Anonymus illic. Βάττος Λακεδαιμόνιος ἐν Λιβύῃ Κυρήνην κτίζει. *Battus Lacedaemonius in Libya Cyrenas condit.* Solinus conſentit cap. XXX. *Maior Syrtis oſtentat oppidum, Cyrenas vocant; quod Battus Lacedaemonius Olympiade prima, & quadrageſima condidit.* Plinius ait conditas eſſe anno vrbis centeſimo quadrageſimo tertio. Ecce verba lib. XIX. cap. III. *Apud auctores Graeciae evidentiſſimos invenimus, natum (laſerpitium) imbre piceo repente made-*

facta tellure, circa Heſperidum hortos, Syrtinque maiorem, ſeptem annis ante oppidum Cyrenarum, quod conditum eſt urbis noſtrae anno CXXXXIII. Sed in numeris illic mendum eſt, ſcribendumque; *urbis noſtrae anno* CXXXVII. Nam Olympiadis quadrageſimae primae annus primus erat centeſimus triceſimus ſeptimus conditae Romae. Loci iſtius Pliniani emendandi occaſionem non putavi negligendam. Poſt Simonidem Hieromnemon memoratur; quem Demetrius Phalereus eſt ſequutus. Ac Demetrii praeter Diodorum Siculum, Dionyſium, & Anonymum, meminit etiam Athenaeus lib. XII. Ἐν ᾗ τῇ πομπῇ τ Διονυσίων; ἣν ἔπεμπεν ἄρχων χορόμβου (Δημήτριος ὁ Φαληρεὺς) ᾖδεν χορὸς εἰς αὐτὸν ποιήματα. *In pompa autem Bacchaliorum, quam duxit Archon factus (Demetrius Phalereus) cecinit chorus in ipſum verſus.*

CAP. XVI.

Charinus archon. Dionyſius Halicarnaſſeus emendatur. Apollonides Tegeates, ſive Andromenes Corinthius ſtadio vincit. Anaxicrates archon. Dinarchus Athenis abit; Epicurus Athenas redit. Inde, archontibus abrogatis, conſtituti ſacerdotes Servatorum; e quibus Coroebus primus, ſive Corybus; quem ſequutus Euxenippus, ſeu Xenippus, ſive Xenias nuncupandus.

OLymp. CXVIII. anno I. archon Charinus apud Diodorum fertur, & Anonymum; qui mendoſe Caerimus dicitur apud Dionyſium. Diodori de eo iſta verba lib. XX. Ἐπ' ἄρχοντος δ' Ἀθήνησι Χαρίνου παρὰ τοῖς Ἠλείοις Ὀλυμπιὰς ἤχθη ὀγδόη πρὸς ταῖς ἑκατὸν καὶ δέκα. *Archonte autem Athenis Charino apud Eleos Olympias acta eſt decima octava, & centeſima.* Stadio victor Apollonides Tegeates. Diodorus ibidem. Καθ' ἣν ἐνίκα στάδιον Ἀπολλωνίδης Τεγεάτης. *Qua vicit ſtadium Apollonides Tegeates.* Euſebio Andromenes Corinthius dicitur. Ἑκατοστὴ ἑκτωκαιδεκάτη Ὀλυμπιάς. Ἀνδρομένης Κορίνθιος στάδιον. *Centeſima decima octava Olympias. Andromenes Corinthius ſtadium.* Diſſidium Anonymus indicat. Ἀνδρομένης Κορίνθιος· ὡς ἤ ἄλλοι, Ἀπολλωνίδης Τεγεάτης, στάδιον. *Andromenes Corinthius. Vt autem alii, Apollonides Tegeates ſtadium.* Meminit Charini huius etiam Seneca Epiſt. XVIII. *Hoc certe (Epicurus) in his epiſtolis ait, quas ſcripſit, Charino magiſtratu ad Polyaenum.* Poſt Charinum Anaxicrates conſtituitur ab Anonymo, Diodoro, & Dionyſio. Sub eo Dinarchus, Athenis excedens, Chalcidem petiit. Anonymus illic. Δείναρχος ὁ ῥήτωρ, ἐξελθὼν Ἀθήνηθεν, εἰς Χαλκίδα τ Εὐβοίας παραγίνεται. *Dinarchus rhetor, egreſſus Athenis, Chalcidem Euboeae pervenit.* Plutarchus in eius Vita lib. De X. Rhet. Ἐπ' Ἀναξικράτους ἄρχοντος, ἐξαργυρισάμενος τὰ πλεῖστα τ οὐσίας, ἔφυγε εἰς Χαλκίδα. *Anaxicrate Archonte, quum in argentum redegiſſet plurima bonorum, fugit Chalcidem.* Idem narrat in eius Vita ſemel, iterumque. Et ſub eo Athenas rediit Epicurus. Dioge-

Digitized by Google

genes Laertius in eius Vita lib. x. Χρόνον δέ τινα διατρίψαντα αὐτόθι, καὶ μαθητὰς ἀθροίσαντα, (φησὶν Ἡρακλείδης ἐν τῇ Σωτίωνος ἐπιτομῇ,) πάλιν ἐπανελθεῖν εἰς Ἀθήνας, ἐπὶ Ἀναξικράτους. *Tempus vero aliquod quum verſatus eſſet illic, & diſcipulos congregaſſet (inquit Heraclides in Sotionis epitome) rurſus rediiſſe Athenas ſub Anaxicrate.* Meminit porro Anaxicratis archontis etiam Plutarchus in Lycurgo rhetore. Ἀνάκειται δὲ αὐτοῦ χαλκῆ εἰκὼν ἐν Κεραμεικῷ κατὰ ψήφισμα, ἐπὶ Ἀναξικράτους ἄρχοντος. *Poſita eſt autem eius aenea ſtatua in Ceramico iuxta decretum, Anaxicrate Archonte.* Poſt hunc inſtituti οἱ ἱερεῖς τῶν Σωτήρων, *Sacerdotes Servatorum*, ut dixi ſupra lib. I. cap. IX. continuati ad Olymp. CXXIII. annum I. quo archontes reſtituti. Itaque qui deinceps his commemorantur, ſacerdotes Servatorum, non archontes ſunt putandi; etſi eos Diodorus, Dionyſius, & Anonymus ſine ulla ſacerdotii inſtituti mentione, ceu archontes ſemper referunt. Anaxicratem Coroebus ſequitur apud Anonymum, & Dionyſium; ſed is Corybus apud Diodorum ſcribitur. Illum Euxenippus excipit. Ita dicitur Dionyſio in Dinarcho, in Catalogo archontum. Apud Diodorum eſt Xenippus. Τῷ δ' ἐνιαυσίῳ χρόνῳ διελήλυθότος, Ἀθήνησι μὲν ἦρχε Ξένιππος. *Annuo autem tempore expleto, Athenis quidem Archon fuit Xenippus.* Sed in ora adnotatum, Εὐξένιππος. Apud Anonymum eſt Ξένιππος· οἱ δὲ, Ξενίας. *Xenippus. Alii vero, Xenias.* Certe Xenias etiam Plutarcho dicitur in Hyperide lib. De X. Rhet. Γραψάμενος δὲ καὶ τὴν Φωκίωνος δωρεὰν, ἣν εἶπε Μιδίας Μιδίου Ἀναγυράσιος, ἐπὶ Ξενίου ἄρχοντος, Γαμηλιῶνος ἑβδόμῃ φθίνοντος, ἡτλήθη. *Quum autem ſcripſiſſet quoque orationem de Phocionis dono, quam dixit Midias Midiae filius Anagyraſius, Xenia Archonte, Gamelionis die vigeſimoquarto, ſuccubuit.*

CAP. XVII.

Pherecles archon, aut ſacerdos Servatorum. Andromenes Corinthius ſtadio victor. Pherecli ſuccedit Leoſtratus, huic Nicocles, iſti vero Calliarchus. Deinde Hegemachus, ſub quo ſtadio vincebat Pythagoras Magneſius. Hinc Euctemon, quem ſequutus Mneſidemus, quem Antiphates, illum Nicias excepit, ſub quo ſtadio iterum Pythagoras victor. Hunc Nicoſtratus ſequutus, illum autem Olympiodorus; iſtum Philippus, ſive Diphilus, ſub quo archontes reſtituti, abrogatis ſacerdotibus Servatorum, & Demetrii dominatu abdicato.

OLymp. CXIX. anno I. archon, aut ſacerdos Servatorum Pherecles. Diodorus lib. XX. Τῷ δ' ἐνιαυτίῳ χρόνῳ διελήλυθότος, Ἀθήνησι μὲν ἦρχε Φερεκλῆς· Ὀλυμπιὰς δ' ἤχθη παρὰ τοῖς Ἠλείοις ἐννάτη πρὸς ταῖς ἑκατὸν δέκα. *Annuo autem tempore expleto, Athenis quidem Archon fuit Pherecles; Olympias vero acta apud Eleos decima nona, & centeſima.* Neque aliter Dionyſio nuncupatur, aut Anonymo. Stadio tunc iterum victor Andro-

A menes Corinthius; ut iidem auctores tradunt. Huic Leoſtratus ſuccedit; illi Nicocles, iſti autem Calliarchus. Ita iidem nobis memorant. Nicoclem archontem laudat Demoſthenes in Orat. De Corona. Ἐπὶ Νικοκλέους ἄρχοντος, βοηδρομιῶνος ἔνη καὶ νέᾳ, βουλῆς γνώμη, πρυτάνεις, καὶ στρατηγοὶ, ἐχρεμάτισαν. *Nicocle Archonte, boedromionis die trigeſimo ſenatus ſententia, prytanes, & duces adpellati ſunt.* Sed non poteſt iſte eſſe; quippe obitus Oratoris magiſtratum illum Nicoclis
B annis quinque, & viginti antevertit. Olymp. CXX. anno I. Hegemachus fuit. Stadioque tunc vincebat Pythagoras Magneſius. Anonymus. Ὀλυμπιὰς ἑκατοστὴ καὶ εἰκοστή, ἔτος πρῶτον. Ἡγέμαχος ἄρχων. Πυθαγόρας Μάγνης στάδιον. *Olympias centeſima vigeſima, annus primus; Hegemachus Archon. Pythagoras Magneſius ſtadium.* Ac victorem Euſebius eumdem dicit. Floruit vero ſub hoc tempus Arceſilaus philoſophus. Anonymus illic. Ἀρκεσίλαος ὁ φιλόσοφος ἤκμαζε. *Arceſilaus philoſophus floruit.*
C Diogenes Laertius in eius Vita lib. IV. Ὁ δὲ προφρημένος φιλόσοφος, καθά φησιν Ἀπολλόδωρος ἐν Χρονικοῖς, ἤκμαζε περὶ τὴν ἑκοστὴν καὶ ἑκατοστὴν Ὀλυμπιάδα. *Ille autem, quem ante dixi, philoſophus, prout inquit Apollodorus in Chronicis, floruit circa vigeſimam, & centeſimam Olympiadem.* Poſt Hegemachum Euctemon fuit; quem ſequutus Mneſidemus, ſucceſſorem Antiphaten habuit. Illum Nicias excepit Olymp. CXXI. anno I. quo
D Pythagoras Magneſius iterum ſtadio vincebat. Huic Nicoſtratus ſucceſſit, illi autem Olympiodorus, iſti denique Philippus. Sic recenſent Dionyſius, & Anonymus. Ac Philippi meminit etiam Dionyſius in Dinarcho, extra archontum Catalogum. Ἐξελθὼν τῆς πόλεως, καὶ ἐλθὼν εἰς Χαλκίδα, τὴν ἐν Εὐβοίᾳ, ἐπ' ἀπ' Ἀναξικράτους χρόνον ἕως Φιλίππου, πεντεκαιδεκαέτη χρώμενον, ἐκεῖ διέτριψεν. *Egreſſus vero ex urbe, & perveniens Chalcidem, quae in Euboea, ab Anaxicrate tempus uſque ad Philippum, quindecim annorum, ibi degit.* Et mox
E iterum. Ἔτι δὲ καὶ τὰς ἀπ' Ἀναξικράτους ἕως Φιλίππου τετελεσμένους ἀγῶνας, ὁμοίως ἐν τοῖς ψευδέσιν ἀναγράφοιμεν ἄν. *Praeterea autem & ab Anaxicrate uſque ad Philippum acta certamina, eodem modo in fictitiis conſcribamus.* Sed hic Diphilus a Plutarcho nominatur; ac ſub eo, abrogatis ſacerdotibus Servatorum, priſtinum archontum nomen reſtituere Athenienſes, excuſſo Demetrii dominatu. Plutarchi verba ecce iſta in Demetrio. Ἐπὶ δὲ
F ἅπαξ ὥσπερ εἰς ὁδὸν βασιλικὴν τὴν ἐλπίδα κατέσχη, καὶ συνίσατο πάλιν σῶμα καὶ σχῆμα περὶ αὐτὸν ἀρχῆς, Θηβαίοις μὲν ἀπέδωκε τὴν πολιτείαν, Ἀθηναίοις δὲ ἀπέστησαν αὐτοῦ. καὶ τότε Δίφιλον, ὃς ἦν ἱερεὺς τῶν Σωτήρων ἀναγεγραμμένος, ἐκ τῶν ἐπωνύμων ἀνέλον, ἄρχοντας αἱρεῖσθαι πάλιν, ὥσπερ ἦν πάτριον, ψηφισάμενοι. *Poſtquam vero ſemel quaſi ad viam regiam ſpem conſtituit, & rurſus circumſtetit corpus, & ſpecies circa ipſum imperii; Thebanis quidem reddidit civitatem, & imperium, Athenienſes autem defecerunt ab eo, & tum Diphilum, qui erat ſacerdos ſervatorum conſcriptus, ex numero eorum, qui annis nomina debebant, ſuſtulerunt, Archontes*

crea-

Digitized by Google

creari denuo, prout erat consuetum, decernentes.

CAP. XVIII.

Philippus Archon. Menander moritur. Mendum in Inscriptione quadam antiqua indicatum. Anonymi error. Gorgias archon. Demosthenis statua in foro posita, decretusque in prytaneo etiam victus consanguineis. Anaxicrates archon, & Democles, ac Pytharatus. Epicurus diem obit. Callimachus floret.

OLymp. CXXII. archontes omnes (a), & CXXIII. primus etiam, ignorantur. Secundo autem eius anno Philippus fuit; ut Anonymus nobis dicit. Mortuusque tunc Menander. Anonymus illic. Μένανδρος Διοπείθους Κηφισιεὺς κωμῳδοποιὸς ἐτελεύτησεν ἐτῶν ν'. *Menander Diopeithae filius Cephisiensis comoediarum poeta mortuus est anno quinquagesimo.* In Inscriptione vetere, quae Romae exstat, vulgata a V. CL. Iano Grutero, pag. CIↃXXVII. num. 2. anni aetatis duo addunt.

ΜΕΝΑΝΔΡΟΣ ΔΙΟΠΕΙΘΟΥΣ
ΚΗΦΙΣΙΕΥΣ ΕΓΕΝΝΗΘΗ ΕΠΙ
ΑΡΧΟΝΤΟΣ ΣΩΣΙΓΕΝΟΥΣ
ΕΤΕΛΕΥΤΗΣΕΝ ΕΤΩΝ Ν'
ΚΑΙ Β'. ΕΠΙ ΑΡΧΟΝΤΟΣ
ΦΙΛΙΠΠΟΥ.

Menander Diopeithae filius Cephisiensis natus est Archonte Sosigene, mortuus est annorum quinquaginta, & duorum, Archonte Philippo. Corruptum archontis huius nomen in Inscriptione altera, quae exstat pag. IↃↃↃↃCXVIII. num. 12.

ΜΕΝΑΝΔΡΟΣ. ΔΙΟΠΕΙΘΟΥΣ
ΚΗΦΙΣΙΕΥΣ. ΕΓΕΝΝΗΘΗ. ΕΠΙ
ΑΡΧΟΝΤΟΣ. ΣΩΣΙΓΕΝΟΥΣ
ΕΤΕΛΕΥΤΗΣΕΝ. ΕΤΩΝ Ν'
ΚΑΙ. Β'. ΕΠΙ ΑΡΧΟΝΤΟΣ
ΦΡΑΙΠΑΟΥ.

Menander Diopeithae filius Cephisiensis natus est Archonte Sosigene, mortuus annorum quinquaginta, & duorum, Archonte Phraepao. Sed aut numeri de aetate sunt corrupti, aut Philippi magistratus male in hoc anno ponitur ab Anonymo; referendus Olympiadis praecedentis CXXII. anno III. Quippe annus quinquagesimus secundus a Sosigene, sub quo natus ille Comicus, iste omnino est. Et confirmat Inscriptio illa iam citata; in qua additur, decessisse Ptolemaei Servatoris anno XXXII. Ita enim ibi expressum.

ΚΑΤΑ ΤΟ Β'
ΚΑΙ Λ' ΕΤΟΣ ΤΗΣ ΠΤΟΛΕΜΑΙ
ΟΥ ΤΟΥ ΣΩΤΗΡΟΣ ΒΑΣΙΛΕΙΑΣ.

Circa secundum, & trigesimum annum Ptolemaei Soteris regni. Atqui annus Ptolemaei Servatoris tricesimus secundus in hunc ipsum incidit, qui est tertius Olymp. CXXII. siquidem ille regnum accepit sub Apollodoro archonte, Olymp. CXIV. anno IV. Ergo error est Anonymi, qui archontem hunc Philippum loco alieno ponit. Certe obitum Menandri etiam Eusebius in CXXII. Olympiade nobis tradit; verum anno eius primo, non tertio; in quo item ab eo erratur. Post Philippum proxime insequuti archontes usque ad Olymp. CXXV. annum I. ignorantur. Ac tunc magistratum illum tenuit Gorgias, ut Anonymus nobis tradit. Sub hoc statua in foro posita est Demosthenis, decretusque consanguineis eius victus in prytaneo. Plutarchus in eius Vita lib. De X. Reth. Χρόνῳ δὲ ὕστερον Ἀθηναῖοι σίτησίν τε ἐν πρυτανείῳ τοῖς συγγενέσι τοῦ Δημοσθένους ἔδοσαν, καὶ αὐτῷ τετελευτηκότι τὴν εἰκόνα ἀνέστησαν ἐν ἀγορᾷ, ἐπὶ Γοργίου ἄρχοντος. *Tempore autem posteriore Athenienses victum in prytaneo consanguineis Demosthenis dederunt, & illi mortuo statuam reposuerunt in foro, Gorgia Archonte.* Hunc excepit Anaxicrates, illum Democles. Ita Anonymus repraesentat; qui accepit a Pausania, cuius ista verba in Phocicis. Ἐγένετο δὴ τῶν Κελτῶν στρατεία τε ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα καὶ ἡ ἀπώλεια, Ἀναξικράτους Ἀθήνησιν ἄρχοντος, δευτέρῳ ἔτει τῆς πέμπτης Ὀλυμπιάδος ἐπὶ εἴκοσι καὶ ἑκατόν, ἣν Λάδας Αἰγιεὺς ἐνίκα στάδιον. Τῷ δὲ ἔτει τῷ ἑξῆς, Δημοκλέους Ἀθήνησιν ἄρχοντος, οἱ δὲ αὖθις ἐς τὴν Ἀσίαν διαβαίνουσιν οἱ Κελτοί. *Contigit autem Celtarum irruptio in Graeciam, & vastatio, Anaxicrate Athenis Archonte, secundo anno vigesimae quintae Olympiadis, & centesimae, qua Ladas Aegiensis vicit stadium. Anno autem sequenti, Democle Athenis Archonte, illi postea in Asiam transiverunt Celtae.* Ab hoc Democle sex sequentes nesciuntur. Inde Pytharatus fuit Olymp. CXXVII. anno II. Indicat Anonymus illic. Sub hoc mortuus Epicurus, annos natus LXXII. Anonymus ibidem. Ἐπίκουρος ἐτελεύτησε, γεγονὼς ἔτη οβ'. *Epicurus mortuus est, natus annos septuaginta duos.* Cicero De Fato. *Morietur Epicurus, quum duo, & septuaginta annos vixerit, Archonte Pytharato; neque tamen erant causae fatales, cur ita accideret.* Diogenes Laertius in eius Vita lib. X. Ἔπεσθ' ὕστως εἰς Ἀθήνας μετελθεῖν, καὶ τελευτῆσαι κατὰ τὸ δεύτερον ἔτος τῆς ἑβδόμης καὶ ἑκατοστῆς Ὀλυμπιάδος, ἐπὶ Πυθαράτου, ἔτη βιώσαντα δύο πρὸς τοῖς ἑβδομήκοντα. *Postea ita Athenas transisse, & mortuum esse secundo anno vigesimae septimae, & centesimae Olympiadis, sub Pytharato quum annos vixisset duos, & septuaginta.* Ita recte locum istum emendavit V. CL. Isaacus Casaubonus. Sub hoc ipso florebat Callimachus. Anonymus ibidem. Καλλίμαχος Βάττου, καὶ Μεσάτμας, ἤκμαζεν. *Callimachus Batti filius, & Mesatmae floruit.* Suidas in Καλλίμαχος. Καὶ παρέτεινε μέχρι τοῦ Εὐεργέτου κληθέντος Πτολεμαίου. Ὀλυμπιάς ἦν ἑκατοστὴ καὶ εἰκοστὴ ἕβδόμη, ἧς κατὰ τὸ δεύτερον ἔτος ὁ Εὐεργέτης Πτολεμαῖος ἤρξαλο

(a) In Catalogo Archontum post Petavii temporum Rationarium, Olympiadis huius anno III. Philippus adscribitur adlatis Inscriptionibus congruenter, quod & *Meursius* adprobat.

ἤρξαλο τῆς βασιλείας. *Et eſtendit uſque ad Evergeten dictum Ptolemaeum. Olympias autem erat centeſima, & vigeſima ſeptima, cuius ſecundo anno Evergetes Ptolemaeus incepit regnum.* A. Gellius floruiſſe eum dicit non multo poſt annum urbis conditae cccexc. qui erat Olymp. cxxix. annus i. Verba Gellii ita habent lib. xvii. cap. xxi. *Anno deinde poſt Romam conditam quadringenteſimo ferme nonageſimo, conſulibus Appio Claudio, cui cognomentum Caudex fuit, Appii illius Coeci fratre, & M. Fulvio Flacco, bellum adverſum Poenos primum coeptum eſt; neque diu poſt Callimachus poeta Cyrenenſis Alexandriae apud Ptolemaeum regem celebratus eſt.* Meminit archontis huius etiam Plutarchus in Demoſthene lib. De X. Rhet. Ω᾽ κ᾽ αὐτῷ πάλιν ὁ υἱὸς Λάχης Δημοχάρους Λευκονοιεὺς ᾐτήσατο δωρεὰς, ἐπὶ Πυθαράτου ἄρχοντος, δεκάτῳ ὕστερον εἰς τὴν τῆς εἰκόνος στᾶσιν ἐν ἀγορᾷ. *Cui & ipſi rurſum filius Laches Democharis Leuconoeenſis poſtulavit dona, Pytharato Archonte, decennio poſt ad ſtatuae erectionem in foro.* Et in Decreto, quod ad finem libri adiunctum. Ἄρχων Πυθάρατος. Λάχης Δημοχάρους, Λευκονοιεὺς, αἰτεῖ δωρεὰν τὴν βουλήν, κ᾽ τὸ δῆμον τὸν Ἀθηναίων Δημοχάρει Λάχητος Λευκονοιεῖ, εἰκόνα χαλκῆν ἐν ἀγορᾷ, κ᾽ σίτησιν ἐν πρυτανείῳ. *Archon Pytharatus. Laches Democharis fil., Leuconoeenſis, poſtulat donum a ſenatu, & populo Athenienſi, Demochari Lachetis filio Leuconoeenſi, nempe ſtatuam aeneam in foro, & victum in Prytaneo* (a).

CAP. XIX.

Archontes aliquot ſparſim dicti. Antitheus, Heraclitus, Herodes, Antipater, Dinophilus, Dionyſodorus, Conon, Thraſyllus, Demoſtratus, Hadrianus, Macrinus, Iaſon, Philinus, Gallienus.

HInc Archontum centum, & triginta nomina excidere; neque invenitur quiſquam ante Olympiadis clx. annum i. Tunc Antitheus magiſtratum iſtum geſſit, ſtadioque victor erat Diodorus Sicyonius. Ita Anonymus illic refert; & Pauſanias ante eum in Achaicis. Ο᾽ δὲ πόλεμος ἔσχεν ἔτος τέλος, Ἀντιθέου μὲν Ἀθήνησιν ἄρχοντος, Ὀλυμπιάδι ᾗ ἑξηκοστῇ πρὸς τῇ ἑκατὸν, ἣν ἐνίκα Διόδωρος Σικυώνιος. *Bellum autem hoc habuit finem, Antitheo quidem Athenis Archonte, Olympiade vero ſexageſima, & centeſima, qua vicit Diodorus Sicyonius.* Ad victorem quod adtinet, is Anodocus Cyzicenus Euſebio dicitur. Ἑκατοστὴ ἑξηκοστὴ (Ὀλυμπιάς.) Ἀνώδοκος Κυζικηνὸς στάδιον. *Centeſima ſexageſima (Olympias.) Anodocus Cyzicenus ſtadium.* Anonymus diſſidium

(a) Inſcriptio vetus, quae Athenis exſtat, & a *Sponio* exhibetur *Tom.* iii. *Itiner.*

Ο ΔΗΜΟΣ ΕΧΟΡΗΓΕΙ ΠΥΘΑ
ΡΑΤΟΣ ΗΡΧΕΝ
ΑΓΩΝΟΘΕΤΗΣ ΘΡΑΣΥΚΛΗΣ
ΘΡΑΣΥΛΛΟΥ ΔΕΚΕΛΕΥΣ
ΙΠΠΟΘΩΝΤΙΣ ΠΑΙΔΩΝ
ΕΝΙΚΑ
ΘΕΩΝ ΘΗΒΑΙΟΣ ΗΥΛΕΙ
ΠΡΟΝΟΜΟΣ ΘΗΒΑΙΟΣ ΕΔΙ
ΔΑΣΚΕΝ

indicat in illo anno. Διόδωρος Σικυώνιος· ὡς δὲ ἄλλοι, Ἀνώδοκος. *Diodorus Sicyonius. Vt vero alii, Anodocus.* Poſt Antitheum ſeptuaginta novem omiſſi, uſque ad Olymp. clxxx. annum i. Ego tamen intermedium animadverto Heraclitum, qui ſervorum in metallis ſeditionem diſſipavit. Indicium facit Paulus Diaconus Hiſt. Miſc. lib. iv. Vbi inter acta anni ab urbe condita Iocxxi. qui eſt i. Olymp. clxii. ita narrat. *In metallis quoque Athenienſium item tumultus ſervilis ab Heraclito praetore diſcuſſus eſt.* Quae totidem verbis Phreculphus Tom. i. lib. vi. cap. vi. niſi quod mendoſe illic hactenus editur, *a Periclito Praetore*, corrige, *ab Heraclito Praetore*. Iam centeſimae octogeſimae Olympiadis anno primo Herodes ſcribitur apud Anonymum; iſque a Diodoro accepit, qui ſic Bibliothecae ſuae lib. i. Τούτου δ᾽ αἱ πρῶται πράξεις ἀπετελέσθησαν Ὀλυμπιάδος τῆς ἑκατοστῆς κ᾽ ὀγδοηκοστῆς κατὰ τὸ πρῶτον ἔτος, ἐπ᾽ ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἡρώδου. *Illius autem prima facta abſoluta ſunt Olympiade centeſima, & octogeſima primo anno, Archonte Athenis Herode.* Ab hoc iterum centum, & tres ignorantur, uſque ad ducenteſimae ſextae Olympiadis annum primum, quo Antipater memoratur ab Anonymo. Meminitque eius Phlegon Mirab. cap. vi. Καὶ ἐν Ἀντιοχείᾳ ᾗ, τῇ πρὸς Μαιάνδρῳ ποταμῷ, ἐγένετο ἀνδρόγυνος, ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἀντιπάτρου. *Et Antiochiae vero, quae ad Maeandrum fluvium, fuit vir femina, Archonte Athenis Antipatro.* Inde, tribus intermediis ignoratis, Olympiad. ccvii. anno i. Dinophilus traditur ab Anonymo; mentioque eius exſtat itidem apud Phlegontem Mirab. cap. xxii. Ἐγένετο σημεῖον παράδοξον ἐπὶ Ῥώμης, ἄρχοντος Ἀθήνησι Δινοφίλου. *Contigit ſignum admirandum Romae, Archonte Athenis Dinophilo.* Deinde, iterum tribus mediis praetermiſſis ab Anonymo Dionyſodorus dicitur, Olymp. ccviii. anno i. Cuius item Phlegon meminit Mirab. cap. vii. Ἐγένετο κ᾽ ἐν Μηανίᾳ, πόλει τῆς Ἰταλίας, ἐν Ἀγριππίνης τῆς σεβαστῆς ἐπαύλει, ἀνδρόγυνος, ἐπ᾽ ἄρχοντος Ἀθήνησι Διονυσοδώρου. *Natus eſt etiam Mevaniae urbe Italiae, in Agrippinae Auguſtae villa, vir femina, Archonte Athenis Dionyſodoro.* Inde duo rurſum ignoti; & eiusdem Olympiadis anno quarto Conon Archon ab Anonymo memoratur. Meminitque eius Phlegon Mirab. cap. xxvii. Ἐν Γερμανίᾳ, ἐν τῷ στρατῷ τῶν Ῥωμαίων, ὃς ἦν ὑπὸ Τίτῳ Κυρτιλίῳ Μαγκίᾳ, τὸ αὐτὸ τοῦτο ἐγένετο. δοῦλος γὰρ στρατιώτου ἔτεκεν, ἄρχοντος Ἀθήνησιν Κόνωνος. *In Germania, in exercitu Romanorum, qui ducebatur a Tito Cartilio Mancia, idem illud contigit. Servus enim*

Alia ibidem:

Ο ΔΗΜΟΣ ΕΧΟΡΗΓΕΙ ΠΥΘΑ
ΡΑΤΟΣ ΗΡΧΕΝ
ΑΓΩΝΟΘΕΤΗΣ ΘΡΑΣΥΚΛΗΣ
ΘΡΑΣΥΛΛΟΥ ΔΕΚΕΛΕΥΣ
ΠΑΝΔΙΟΝΙΣ ΑΝΔΡΩΝ ΕΝΙΚΑ
ΝΙΚΟΚΛΗΣ ΑΜΒΡΑΚΙΩΤΗΣ
ΗΥΛΕΙ
ΛΥΣΙΠΠΟΣ ΛΡΚΑΣ ΕΔΙΔΑΣ
ΚΕΝ.

Digitized by Google

militis peperit, Archonte Athenis Conone. Post hunc quatuor ignorantur, traditurque ab Anonymo Thrasyllus Olymp. ccx. anno 1. Et invenio a Phlegonte mentionem eius fieri Mirab. cap. xx. Παιδίον πρὸς Νέρωνα ἐκομίσθη ἰερακέφαλον, ἀνάλογα ἔχον καὶ τὰ ἄλλα μέλη, ἄρχοντος Ἀθήνησι Θρασύλλου. *Puerulus ad Neronem vectus est tribus cum capitibus, convenientia habens etiam cetera membra, Archonte Athenis Thrasyllo.* Rursum hic desiderantur tres sequentes, & Demostratus magistratum illum gessit Olymp. ccxi. anno 1. Id Anonymus testatur, & occurrit eius mentio apud Phlegontem Mirab. cap. xxiii. Κορνηλίου Γαλλικανοῦ ἡ γυνὴ παιδίον ἔτεκεν, κεφαλὴν ἔχον Ἀνουβίδος, ἐπὶ Ῥώμης, ἄρχοντος Ἀθήνησιν Δημοστράτου. *Cornelii Gallicani uxor puerulum peperit, caput habentem Anubidis, Romae, Archonte Athenis Demostrato.* Post hunc deinde sex, & quadraginta proximi ignorantur, usque ad Olymp. ccxxiii, annum iv. Eo Archon Hadrianus, postea Imperator factus, ab Anonymo constituitur. Meminitque eius Phlegon Mirab. cap. xxv. Ἐν Ῥώμῃ δικέφαλόν τις ἀπεκύησεν ἔμβρυον, ὃ ὑποθήκαις τῶν θυοσκόπων εἰς τὸν Τίβεριν ποταμὸν ἐνεβλήθη, ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἀδριανοῦ, τοῦ αὐτοκράτορος γενομένου. *Romae gemino capite quaedam enixa est foetum, qui monitis augurum in Tiberim fluvium proiectus est, Archonte Athenis Hadriano Imperatore.* Spartianus in eius Vita. *Per Latina oppida dictator, & aedilis, & duumvir fuit; apud Neapolim Demarchus, in patria sua quinquennalis; & item Hadriae quinquennalis, quasi in alia patria, & Athenis Archon fuit.* Xiphilinus in eius item Vita, Ἀδριανὸς ἦ τό, τε Ὀλύμπιον τὸ ἐν Ἀθήναις, ἐν ᾧ καὶ αὐτὸς ἵδρυτο, ἐξεποίησε(a)· καὶ δράκοντα ἐς αὐτὸ, ἀπὸ Ἰνδίας κομισθέντα, ἀνέθηκε. τά τε Διονύσια, τὴν μεγίστην παρ' αὐτοῖς ἀρχὴν ἄρξας, ἐν τῇ ἑστίᾳ τῇ ἐπιχωρίῳ λαμπρῶς ἐπετέλεσε. *Hadrianus autem, Olympium quod Athenis, in quo etiam ipse collocatus est, exstruxit; & draconem in illud, ab India arcessitum dedicavit. Et bacchanalia, maximum apud illos magistratum gerens, veste indigena splendide celebravit.* In quibus verbis certe fallitur vir magnus De Emend. Temp. lib. v. quum Xiphilinum imperitiae adcusat, quod hic dicat, Διονύσια τὴν μεγίστην παρ' αὐτοῖς ἀρχὴν ἄρξας. *Bacchanalia maximum apud ipsos magistratum gerens.* Et intellexisse Dionem, Διονύσια τὴν μεγίστην παρ' αὐτοῖς ἑορτὴν μυηθείς. *Bacchanalia maximum apud illos festum edoctus.* Certe Xiphilini mens est, & Dionis, quem redegit in compendium, Hadrianum, magistratu hoc, qui Athenis summus, functum, Dionysia celebrasse. Iam Archontem Dionysia celebranda curavisse, supra ostendi lib. i. cap. ix. Post hunc nemo ab Anonymo memoratur. Tenuit tamen magistratum hunc Macrinus, quando Romae Consules erant L. AEmilius AElianus, & L. Antistius Verus; idest anno Vrbis conditae Ioccclxix. Olympiad. ccxxiii. anno iv. Verba Phlegontis ita habent Mirab. cap. ix. Καὶ ἐς Λαοδίκειαν δὲ τῆς Συρίας γυνὴ, ὀνόματι Αἰτητὴ, συνοικοῦσα τῷ ἀνδρὶ ἔτι, μετέβαλε τὴν μορφὴν, καὶ μετωνομάσθη Αἰτητὸς, ἀνὴρ γενόμενος, ἄρχοντος Ἀθήνησι Μακρίνου, ὑπατευόντων ἐν Ῥώμῃ Λευκίου Αἰμιλίου Αἰλιανοῦ, καὶ Οὐέτερος. *Et vero Laodiceae Syriae, mulier, nomine AEtete, cohabitans cum viro adhuc, mutavit formam, & nomen aliud accepit AEtetus, vir factus, Archonte Athenis Macrino, consulibus Romae Lucio AEmilio AEliano, & Vero.* Ita enim emendandum locum illum nuper monui in Notis meis ad istum Auctorem. Deinde Iason apud eumdem Phlegontem nominatur, quum Romae Consules, M. Plautius Silvanus, & Sentius Augurinus. Verba eius ista ecce Mirab. cap. x. Ἐγκυήσῃ καὶ ἐπὶ Ῥώμης ἀνδρόγυνος, ἄρχοντος Ἀθήνησιν Ἰάσονος, ὑπατευόντων ἐν Ῥώμῃ, Μάρκου Πλαυτίου, καὶ Σεντίου Αὐγουρίνου. *Natus etiam Romae vir femina, Archonte Athenis Iasone, Consulibus Romae, Marco Plautio, & Sentio Augurino.* Horum autem consulatus incidit in urbis conditae annum dcccclx. idest Olymp. ccxxxiii. annum iv. Philinus quoque Archon traditur Olymp. ccl. anno i. Consulibus Romae Grato Sabiniano, & Seleuco. Africanus in Fragmento apud Eusebium Chron. i. Μετὰ τούτους (τοὺς βασιλεῖς) ἄρχοντες Ἀθήνησιν ἀρχὴν κατεστάθη. ἡ δὲ τῶν ἐνιαυσίων ἤρχθη, Κρέοντος πρώτου ἄρχοντος ἡγησαμένου ἐπὶ τῆς ἐνιάτης, καὶ δεκάτης Ὀλυμπιάδος· οἱ δὲ, ἐπὶ ἑκκαιδεκάτης πέμπτης. ἀφ' ὃ ἐπὶ τὴν διακοσιοστὴν πεντηκοστὴν Ὀλυμπιάδα ἄρχοντες ἐννακόσιοι καὶ τρεῖς, μέχρι Φιλίνου· καθ' ὃν ὑπάτευον Ῥωμαίων Γράτος Σαβινιανὸς, καὶ Σέλευκος. Post

(a) Hinc Olympius in vetustis Inscriptionibus Hadrianus adpellatur. Athenis in angulo Ecclesiae Sancti Nicolai.

IMP. CAESAR . DIVI . TRAIANI PARTHIC. FIL. DIVI NERVAE NEPOTI TRAIANO HADRIANO AVG. TRIB. POT. XVI. COS. III. PP. OLYMPIO.
. . . . . A IVLIA AVGVSTA
. . . . PER LEGATVM
. . . . . V . . . . IVM LYCVM
ΔΙΕCΤΩΝ

Constantinopoli apud Galliae Oratorem:

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ
ΤΡΑΙΑΝΟΝ ΑΔΡΙΑΝΟΝ
ΟΛΥΜΠΙΟΝ
ΚΑΙΣΑΡΑ ΣΕΒΑΣΤΟΝ
ΑΒΥΔΙΝΟΙ
ΤΟΝ ΑΥΤΩΝ ΣΩΤΗΡΑ
ΚΑΙ ΚΤΙΣΤΗΝ
ΔΙΑ ΠΡΕΣΒΕΥΤΟΥ
ΜΑΡΚΕΛΛΟΥ ΜΑΙΟΡΟΣ

Athenis ad Aram Ecclesiae Panagiae.

ΑΔΡΙΑΝΟΝ ΣΕΒΑΣΤΟΝ
ΟΛΥΜΠΙΟΝ
Η ΒΟΥΛΗ ΚΑΙ Ο ΔΗΜΟΣ
ΑΜΦΙΠΟΛΕΙΤΩΝ

Ibidem in Ecclesia Hagii Ioannis

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΑ
ΑΔΡΙΑΝΟΝ ΣΕΒΑΣΤΟΝ
ΟΛΥΜΠΙΟΝ
ΘΑΣΙΟΙ
ΔΙΑ ΠΡΕΣΒΕΥΤΟΥ ΚΑΙ
ΤΕΧΝΕΥΤΟΥ ΞΕΝΟΦΑΝ
ΤΟΥ ΤΟΥ ΧΑΡΗΤΟΣ
ΕΠΙ ΙΕΡΕΩΣ ΚΛ ΑΥΤΙΚΟΥ

Smyrnae:

ΑΥΤΟΚΡΑΤΟΡΙ
ΑΔΡΙΑΝΩΙ
ΟΛΥΜΠΙΩΙ ΣΩΤΗΡΙ
ΚΑΙ ΚΤΙΣΤΗΙ

Digitized by Google

Post illos (reges) Archontes Athenis magistratus constitutus. Ille autem inter annos incepit, Creonte primo Archonte electio nona decima Olympiade; alii vero vigesima quinta. A quo usque ad ducentesimam quinquagesimam Olympiadem Archontes nongenti, & tres, usque ad Philinum. Circa quem consules fuerunt Romanorum Gratus Sabinianus, & Seleucus. Vltimus omnium, quem invenio Gallienus; is enim, quum Imperator a militibus crearetur, magistratu hoc fungebatur. Narrat Trebellius in Gallienis. *Quum tamen sibi milites dignum principem quaererent, Gallienus apud Athenas Archon erat.* Idque factum, ut ex Fastis Capitolinis, Siculisque observare est Olymp. CCLX. anno I. Vltra nemo, aut perpauci, & Στρατηγοὶ invasere; ut supra dixi lib. I. cap. IX.

CAP. XX.

Archontes aliquot, quorum tempora nesciuntur, Apollonius, Demonicus, Aristaechmus, Agyrrhius, Nicias, Euthycles, Procles, Areus, Mnesiphilus, Scamandrius, Alcibiades, Cl. Attalus, Heropythes, Lyciscus, Dionysius, Pisistratus, Mnesithides, Cebris, Nausicles, Arrhenides, Neocles, Tisander, Epicrates, Suniades, Theagenes, Poycharmus, Myronides.

HAbes ecce universim a Creonte ad Gallienum Archontes DCCCCXLIII. Ex his a me recensentur tantum CCXLIV. Ergo adhuc ignorantur DCXCIX. Vides magnum in hac parte Historiae Atticae detrimentum. Observati vero alii etiam aliquot, quorum tempus est incertum. APOLLONIVS. Philostratus in Apollonio Athenienſi Sophist. lib. II. Διαπρέπης δὲ καὶ τὰ πολιτικὰ γνώμῃ, ἔν τε πρεσβείαις ὑπὲρ τῶν μεγίστων ἐπρέσβευσεν, ἔν τε λῃτουργίαις, ἃς μεγίστας Ἀθηναῖοι νομίζουσι. τὴν δ' ἐπάνυμον, καὶ τὴν τῶν ὅπλων, ἐπετράπη. *Illustris vero, & per reipubl. administrationem factus, & in legationibus de maximis legatus fuit, & in ministeriis, quae maxima Athenienses putant. Inter Archontes autem, qui annum nominant, & praefectos armis administravit.* DEMONICVS. Demosthenes in Orat. De Corona. Ἄρχων Δημόνικος φλυεὺς, Βοηδρομιῶνος ἕκτῃ μετ' εἰκάδα, γνώμῃ φυλῆς, καὶ δήμου, Καλλίας Φρεαρρίου εἶπεν. *Archon Demonicus Phlyensis, Boedromionis sexto, & vigesimo, ex sententia tribus, & populi, Callias Phrearrhius dixit.* ARISTAECHMVS. Inscriptio vetus.

ΕΠΙ ΑΡΙΣΤΑΙΧΜΟΥ ΑΡΧΟΝΤΟΣ
ΓΑΜΗΛΙΩΝΟΣ ΔΕΚΑΤΗ ΙΣΤΑΜΕΝΟΥ
ΕΚΚΛΗΣΙΑ ΚΥΡΙΑ ΕΝ ΤΩΙ ΕΚ-
ΚΛΗΣΙΑΣΤΗΡΙΩΙ ΜΕΝΑΝΔΡΟΣ
ΜΕΝΑΝΔΡΟΥ ΜΕΛΙΤΕΥΣ ΕΙΠΕΝ.

Sub Aristaechmo Archonte Gamelionis decimo concio auctoritatis summae in concionali loco Menander Menandri filius Melitensis dixit.

AGYRRHIVS. Andocides in Orat. περὶ μυστηρίων. Ἀγύρριος γὰρ ἦτοι, ὁ καλὸς κἀγαθὸς ἄρχων, εἰς ἐγένετο τῆς πεντηκοστῆς τρίτον ἔτος. *Agyrrhius enim hic, pulcer, bonusque Archon, unus fuit quinquagesimae tertio anno.* Ita enim scribendum ibi illud nomen docui pridem Attic. Lect. lib. VI. cap. IV. NICIAS. Plutarchus in eius Vita. Ἦρχων μὲν, ἐν τῷ στρατηγίῳ διετέλει μέχρι νυκτός. *Archon quidem in praetorio degebat usque ad noctem.* EVTHYCLES. Demosthenes in Orat. De Corona. Ἐπ' ἄρχοντος Εὐθυκλέους, Πυανεψιῶνος ἐννάτῃ ἀπιόντος, φυλῆς πρυτανευούσης Οἰνῆΐδος, Κτησιφῶν Λεοσθένους Ἀναφλύστιος εἶπεν. *Archonte Euthycle, Pyanepsionis nono die ante finem, tribu moderante Oeneide, Ctesiphon Leosthenis filius Anaphlystius dixit.* PROCLES. Clemens in Protreptico. Καὶ τὸ τῆς Σαμίας Ἥρας, ὥς φησιν Ἀθηναῖος, πρότερον μὲν ἦν σανίς· ὕστερον δ', ἐπὶ Πρόκλεους ἄρχοντος, ἀνδριαντοειδὲς ἐγένετο. *Et Samiae Iunonis imago, ut inquit AEthlius, antea quidem erat tabula. Dein vero Procle Archonte, in formam statuae redacta est.* AREVS. In Inscriptione ista.

ΕΠΙ ΑΡΧΟΝΤΟΣ ΑΡΗΟΣ ΤΟΥ
ΜΩΡΙΩΝΟΣ ΠΑΙΑΝΙΕΩΣ.

Archonte Areo Morionis filio Paeanienſis.

MNESIPHILVS. Demosthenes Orat. De Corona. Ἐπὶ ἄρχοντος Μνησιφίλου, ἑκατομβαιῶνος ἔνη καὶ νέᾳ, φυλῆς πρυτανευούσης Πανδιονίδος, Δημοσθένης Δημοσθένους Παιανιεὺς εἶπε. *Mnesiphilo Archonte, becatombaeonis die trigesimo, tribu moderante Pandionide, Demosthenes Demosthenis filius Paeanienſis dixit.* Iterum ibidem. Ἐπὶ Μνησιφίλου ἄρχοντος, συγκλήτου ἐκκλησίας ὑπὸ στρατηγῶν χρωμένης· καὶ βουλῆς γνώμη, Μαιμακτηριῶνος δεκάτῃ ἀπιόντος, Καλλισθένης Ἐτεονίκου Φαληρεὺς εἶπε. *Mnesiphilo Archonte, convocata concio a ducibus quum esset, & e senatus sententia, Maemacterionis decimo ante finem, Callisthenes Eteonici filius Phalerensis dixit.* SCAMANDRIVS (a). Andocides in Or. Περὶ μυστηρίων. Ἀναστὰς δὲ Πέισανδρος ἶφη, χρῆναι λύειν τὸ ἐπὶ Σκαμανδρίου ψήφισμα, καὶ ἀναβιβάζειν ἐπὶ τὸν τροχὸν τὰς ἀπογραφέντας. *Exsurgens autem Pisander dixit, utile esse solvere factum sub Scamandro decretum, & allevare in rotam descriptos.* ALCIBIADES. Pollux lib. X. cap. XXVIII. Καὶ σταθμία δὲ χαλκᾶ, ἐν τῇ ἐπ' Ἀλκιβιάδου ἄρχοντος ἀναγραφῇ τῇ ἐν ἀκροπόλει ἀναθημάτων ἀναγέγραπται. *Et ponderа autem aenea in Alcibiadis Archontis recensione donariorum, quae in arce, censentur.* CLAVDIVS ATTALVS. Inscriptio vetus.

ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ
ΕΠΙ ΚΛ. ΑΤΤΑΛΟΥ ΑΡ
ΧΟΝΤΟΣ.

Bona fortuna Claudio Attalo Archonte.

HEROPYTHES Demosth. De Corona. Ἐπὶ ἄρχοντος Ἡροπύθους, μηνὸς Ἐλαφηβολιῶνος ἕκτῃ φθίνοντος, φυλῆς πρυτανευούσης Ἐρεχθηίδος, βουλῆς καὶ στρατηγῶν γνώμῃ. *Archonte Heropythe mensis Elaphebolionis vigesimoquinto, tribu moderante Erechteide, e senatus, & ducum sententia.* Et mox iterum. Ἐπὶ ἄρχοντος Ἡροπύθους, μηνὸς Μουνυχιῶνος ἔνη καὶ νέᾳ, πολεμάρχου γνώμῃ. *Archonte Heropythe, mensis Munychionis trigesimo, supremi belli praefecti sententia.* LYCISCVS, & DIONYSIVS. Inscriptio Vetus.

(a) Hic idem Scamandrius Andocide laudato iterum memoratur inferius, quum *Meursium*, dum additamenta scriberet, latuerit, huius iam heic meminisse.

Digitized by Google

ΓΑΙΟΣ ΓΑΙΟΥ ΑΧΑΡΝΕΥΣ ΙΕΡΕΥΣ
ΓΕΝΟΜΕΝΟΣ ΘΕΩΝ ΜΕΓΑΛΩΝ
ΔΙΟΣΚΟΡΩΝ ΚΑΒΕΙΡΩΝ
ΕΝ ΤΩΙ ΕΠΙ ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΤΟΥ ΜΕΤΑ
ΛΥΚΙΣΚΟΝ ΑΡΧΟΝΤΟΣ ΕΝΙΑΥΤΩΙ
ΙΔΡΥΣΑΤΟ

Gaius Gaii filius Acharnenſis, ſacerdos factus Deorum magnorum Dioſcororum Cabirorum, anno Dionyſii, qui poſt Lyciſcum fuit, Archontis poſuit.

PISISTRATVS. Piſiſtrati ex Hippia filio nepos. Thucydides lib. VI. Καὶ ἄλλοι τε αὐτῶν ἦρξαν τὴν ἐνιαύσιον Ἀθηναίοις ἀρχήν, καὶ Πεισίστρατος υἱὸς, τῷ πάππῳ ἔχων τὄνομα. *Et alii eorum habuerunt annuum Athenis magiſtratum, & Piſiſtratus filius avi habens nomen.* THEON. Inſcriptio Vetus.

ΕΠΙ ΘΕΩΝΟΣ ΑΡΧΟΝΤΟΣ
ΚΟΣΜΗΤΟΥ ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ
ΜΑΡΚΟΣ ΑΝΑΦΛΥΣΤΙΟΣ
ΓΕΙΜΝΑΣΑΡΧΗΣΑΣ

Theone Archonte, Coſmeta Dionyſio. Marcus Anaphlyſtius Gymnaſiarcha fuit.

MNESITHIDES. Demoſthenes in Orat. De Corona. Ἄρχων Μνησιθείδης. μηνὸς Ἀνθεστηριῶνος ἕκτῃ ἐπὶ δεκάτῃ. *Archon Mneſithides, menſis Antheſterionis ſexto decimo.* CEBRIS. Sub hoc Mercurius, ὁ Ἀγοραῖος cognomento, dedicatus. Heſychius, Ἀγοραῖος. Ἑρμῆς ὕτως ἐλέγετο ὄντως, ἢ ἀφιδρύτο Κεβρίδος ἄρξαντος, ὡς μαρτυρᾶ Φιλόχορος ἐν τρίτῳ. *Forenſis. Mercurius ita dictus eſt vere, & collocatus eſt Cebride Archonte, ut teſtatur Philochorus in tertio.* NAVSICLES. Demoſth. in citata Oratione. Ἐπὶ ἄρχοντος Ναυσικλέους, φυλῆς πρυτανευούσης Αἰαντίδος, Σκιροφοριῶνος ἕκτῃ, ἐπὶ δέκα, Δημοσθένης Δημοσθένους Παιανιεὺς εἶπεν. *Archonte Nauſicle, tribu moderante AEantide, Sciropharionis ſexta decima, Demoſthenes Demoſthenis filius Paeanienſis dixit.* ARRHENIDES. Diogenes Laert. in Vita Zenonis Cittien-

A

B

C

D

E

ſis lib. VII. Ἐπ' Ἀρρενίδου ἄρχοντος, ἐπὶ τῇ Ἀμαντίδος πέμπτης πρυτανείας, Μαιμακτηριῶνος δεκάτῃ ὑστέρᾳ, τρίτῃ καὶ εἰκοστῇ τῆς πρυτανείας, ἐκκλησία κυρία τῶν προέδρων ἐψήφισεν. *Arrheneide Archonte, Amantidis quinto imperio, Maemacterionis decima poſtrema, tertia, & vigeſima imperii, concio auctoritate libera praeſidentium decrevit.* NEOCLES. Demoſthenes in Orat. De Corona. Ἐπὶ ἄρχοντος Νεοκλέους, μηνὸς Βοηδρομιῶνος, ἐκκλησίας συγκλήτου ὑπὸ τῶν στρατηγῶν συναχθείσης, Εὔβουλος Κύπριος εἶπεν. *Archonte Neocle, menſe Boedromione, concio univerſorum ab ducibus quum congregata eſſet, Eubulus Cyprius dixit.* TISANDER. Marcellinus in Vita Thucydidis. Τοῦ δὲ, Τίσανδρος· ἐφ' οὗ ἄρχοντος ἐν Ἀθήναις. *Illius vero, Tiſander; quo Archonte Athenis.* EPICRATES. Cicero filius, in Epiſtola ad Tironem: *Multum etiam mecum eſt Epicrates, princeps Athenienſium.* Dicitur illi, *princeps*, qui Ἄρχων Athenienſibus. SVNIADES. Lyſias, in Oratione Areopagitica de ſacro olivae trunco. Φησὶ γὰρ ὁ κατήγορος, ἐπὶ Συνιάδου ἄρχοντος σηκὸν ὑπ' ἐμοῦ ἐκκεκόφθαι. *Ait vero accuſator, ſub Archonte Suniade oleam ſacram a me caeſam fuiſſe.* THEAGENES. Suidas. Θεαγένης, Ἀθηναῖος, ἄρχων, φιλότιμος ἀνὴρ, καὶ μεγαλοφυής. *Theagenes Athenienſis, Archon, ſplendidus vir, & magnanimus.* POLYCHARMVS. Cicero ad Atticum lib. v. epiſt. XI. *Quum Patron mecum egiſſet, ut peterem a veſtro Areopago, ὑπομνηματισμὸν tollerent, quem Polycharmo praetore fecerunt.* SCAMANDRIVS. Andocides in Orat. Περὶ μυστηρίων. Ἀναστὰς γὰρ Πείσανδρος, ἔφη, Χρῆναι λύειν τὸ ἐπὶ Σκαμανδρίου Ψήφισμα, καὶ ἀναβιβάζειν ἔτι τὸν τροχὸν τὰς ἀπογραφέντας. *Quum ſurrexiſſet vero Piſander, ait, oportere ſolvere decretum, quod ſub Scamandrio factum eſt, & deſcriptos in rotam adtollere.* MYRONIDES. Ariſtophanes, Concion.

——— ἀλλ' οὐχὶ, Μυρωνίδης.
Ὅτ' ἦρχεν ὁ γενναῖος, οὐδεὶς ἂν ἐτόλμα
Τὰ τῆς πόλεως διοικεῖν, ἀργύριον φέρων.
——— *Sed non, Myronides*
Quum praefuit ille generoſus, ullus utique audebat
Rempublicam procurare, argentum ferens. (a)

(a) Quum a Viro alioquin diligentiſſimo, & eruditiſſimo *Meurſio* noſtro, Archontes quidam incertae aetatis praetermiſſi fuerint; ſive quod eius induſtriam fugerint, ſive quod eorum notitia, eius potius aetati, quam indagini, & diligentiae defuerit; operae pretium me facturum exiſtimavi, ſi Spicilegium contexens παραλειπόμενα quaedam adnecterem, in quibus reliquorum Archontum, quos inter antiquitatis rudera venari datum eſt, nomina tumultuario ſaltem opere recenſeantur. Sed in primis heic praetereundum non eſſe cenſui antiquum Epigramma, quod a *Sponio* in ſuo *Itinerario* exhibetur, & quod Evaeneti Magiſtratum mirifice illuſtrat; verum ad *Caput XII. lib. IIII. De Archontibus*, ubi de Evaeneto agitur, proferre non potui, quum tempeſtive memoriae non occurrerit. Illud itaque ita habet.

ΛΥΣΙΚΡΑΤΗΣ ΛΥΣΙΘΕΙΔΟΥ ΚΥ
ΚΥΝΝΕΥΣ ΕΧΟΡΗΓΕΙ
ΑΚΑΜΑΝΤΙΞ ΠΑΙΔΩΝ ΕΝΙΚΑ
ΘΕΩΝ ΗΥΛΕΙ
ΛΥΣΙΑΔΗΣ ΑΘΗΝΑΙΟΣ ΕΔΙ
ΔΑΣΚΕ ΕΥ ΑΙΝΕΤΟΣ ΗΡΧΕ

F

Sed ut praetermiſſos Archontes recenſere adgrediamur, ab iis, quorum circiter aetas non omnino ignota eſt, exordium ſumemus. Vetus igitur inſcriptio apud *Sponium*, *Tom. III. Itinerarii* RHOEMETALCEM Archontem nobis ſiſtit, quem Thracum Regem Auguſti temporibus vixiſſe exploratae fidei eſt; ea autem Athenis exſtat atque ita habet:

ΟΙ ΕΦΗΒΕΥΣΑΝΤΕΣ ΕΝ ΡΩΕ.....
ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΡΟΙΜΗΤΑΛΚΑ....
ΑΡΧΟΝΤΟΣ ΕΝΙΑΥΤΩΙ... ΠΑΙ
ΔΟΤΡΙΒΟΥΝΤΩΝ ΙΡΗΝΑΙΟΥ...
ΜΗΩΝ ΤΠΟΠΑΙΔΟΤΡΙΒΟΥΝ
ΤΟΣ
ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ ΤΟΥ ΜΥ
ΡΩΝΟΣ
ΚΥΔΑΘΗΝΑΙΕΩΣ
ΑΥΛΟΣ ΒΑΣΣΟΥ ΠΑΛΛΗ
ΝΕΥΣ
ΛΕΟΝΤΙΣΚΟΣ ΔΙΟΝΤΣΙΟΥ
ΣΟΥΝΙΕΥΣ
ΒΑΣΣΟΣ ΓΑ.... ΤΙΟΣ
ΛΗΝΑΙΟΣ ΕΞ ΟΙΟΥ

ΑΘΗ-

Digitized by Google

ΑΘΗΝΑΙΟΣ
ΦΙΛΗΜΩΝ ΤΕ ΜΥΡΙΝΟΥΝΤΙΟΣ
ΧΑΒΡΕΑΣ ΤΙΜΟΚΡΑΤΟΥΣ ΠΕΙ
ΡΑΙΕΥΣ
ΑΡΙΣΤΟΤΕΛΗΣ ΤΙΜΟΚΡΑΤΟΥΣ
ΕΥΜΗΔΗΣ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ
ΝΑΥΚΥΔΗΣ ΙΣΙΔΟΤΟΥ
ΑΦΡΟΔΙΣΙΟΣ ΦΙΛΗΜΩΝ.

Ruſi Feſti quoque aetatem haud omnino ignoramus, ſed quo Archonte inſcriptio, quae a Grutero refertur, poſita ſit haud proclive fuerit definire, quum nomen Archontis haud facile legere ſit; vel enim ΑΛΟΥ legitur, vel Α.ΙΟΥ. vel potius ΑΤΛΟΥ. ut in ora libri adnotatur, ſed quid ſibi velit non intelligo.

ΤΟΝ ΛΑΜΠΡΟΤΑΤΟΝ
ΑΝΘΥΠΑΤΟΝ ΤΗC ΕΛΛΑΔΟC
ΡΟΥΦΙΟΝ ΦΗCΤΟΝ. ΚΑΙ ΑΡΕ
ΟΠΑΓΕΙΤΗΝ. Η. ΕΞ ΑΡΕΟΠΑΓΟΥ
ΒΟΥΛΗ. ΚΑΙ. Η. ΒΟΥΛΗ
ΤΩΝ ΤΡΙΑΚΟCΙωΝ. ΚΑΙ Ο
ΔΗΜΟC. Ο. ΑΘΗΝΑΙωΝ. ΕΥΝΟ
ΙΑC. ΕΝΕΚΑ. ΚΑΙ. ΕΥΕΡΓΕ
CΙΑΣ. ΤΗC ΠΕΡΙ ΤΗΝ ΠΟΛΙΝ
ΑΝΕCΥΗCΕΝ. ΠΡΟΝΟΥΝΤΟΣ
ΦΛΑΒΙΟΥ ΠΡΥΛΑΔΟΥ
ΑΛΟΥ ΔΙΑΣΕΜΝΟΤΑΤΟΥ
ΑΡΧΟΝΤΟΣ

DRVSVS quoque Archon legitur Conſulque ſimul, ſed in quem eius conſulatum Athenienſis magiſtratus inciderit, difficile eſt determinare; quod eum bis Conſulem in Faſtis inveniam, anno Chriſti ſcilicet xv. & anno xxi.

Inſcriptio vetus Conſtantinopoli, Athenis advecta.

ΑΡΧΟΝΤΟΣ
ΚΑΙ ΙΕΡΕΩΣ ΔΡΟΥΣΟΥ ΥΠΑΤΟΥ
ΞΕΝΩΝ ΜΕΝΝΕΟΥ ΦΛΥΕΥΣ
ΗΡΑΚΛΕΙΤΟΣ ΑΡΙΣΤΟΚΛΕΟΥΣ
ΣΦΗΤΤΙΟΣ ΠΟΛΕΜΑΡΧΟΣ
....ΕΤΗΣΑ ΑΛΚΕΤΟΥ ΠΕΡΙΘΟΙ
ΔΗΣ ΘΕΣΜΟΘΕΤΟΥ
ΛΕΥΚΙΟΣ ΣΕΠΠΙΟΣ ΚΕΦΕΙΣΙΕΥΣ
ΦΙΛΩΤΑΣ ΘΕΟΔΩΡΟΥ ΕΓ ΜΥ
ΡΙΝΟΥΝΤΙ
ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ ΚΥΝΕΟΥ ΚΥΔΑΘΗ
ΝΑΙΕΥΣ
ΣΕΞΣΤΙΟΣ ΛΕΥΚΙΟΥ ΔΙΡΑΔΙΩ
ΤΗΣ
ΑΘΗΝΟΔΩΡΟΣ ΕΥΓΙΤΟΝΟΣ
ΦΡΕΑΡΡΙΟΣ
ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ
ΘΡΙΑΣΙΟΣ
ΚΗΡΥΞ ΤΗΣ ΕΞ ΑΡΕΙΟΠΑΓΟΥ
ΒΟΥΛΗΣ
ΛΕΩΝΙΔΗΣ ΛΕΟΝΙΔΟΥ ΜΕΛΙΤΕΥΣ
ΚΗΡΥΞ ΑΡΧΟΝΤΙ
ΔΙΟΔΩΡΟΣ ΕΡΜΕΙΟΣ ΑΤΛΗΤΗΣ
ΙΣΙΦΙΛΟΣ ΑΣΚΛΗΠΙΑΔΟΥ ΑΘΜΟ
ΝΕΥΣ
ΕΣΤΙΑΙΟΣ ΔΙΟΝΤΣΙΟΥ ΜΙΛΗΣΙΟΣ

Sub Tiberio Claudio pariter Archon fuit METRODORVS, ut Inſcriptio quae olim Athenis, nunc in Britannia exſtat, luculente ſignificat.

ΤΙΒΕΡΙΟΥ ΚΛΑΥΔΙΟΥ ΚΑΙΣ.
ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ ΕΠΙ ΜΗΤΡΟ
ΔΩΡΟΥ ΑΡΧΟΝΤΟΣ ΚΟΣ
Μητρου
ΔΙΟΝΥΣΟΔΩΡΟΥ ΦΛΥΕΩΣ Η
ΓΕΜΟΝΟΣ ΦΙΛΟΣΤΡΑΤΟΥ

A
ΑΦΙΔΝΑΙΟΥ ΠΑΙΔΟΤΡΙΒΟΥΝ
ΤΟΣ ΕΥΦΡΟΣΥΝΟΥ ΦΑΛΗ
ΡΕΩΣ ΟΠΑ...
ΤΟΥ ΑΝΤΙΓΟΝΟΥ ΠΑΛΛΗ
ΝΕΩΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ ΑΖΗ
ΝΙΕΥΣ ΦΙΛΟ...
ΚΑΙ ΣΥΝΕΦΗΒΟΥΣ

ΑΙΟΛΙΩΝΑ	ΗΡΑΚΛΙΩΝ
ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ	ΗΡΑΚΛ....
ΦΛΥΕΑ	ΜΑΡΑΘ...

B

ΘΕΟΓΕΝΗΝ	ΧΑΡΟΠΕΙΝΟ..
ΚΗΦΙΣΙΕΑ	ΤΡΥΦΩΝΑ
	ΕΥΔΗΜΩΝ
	ΛΗΝΑΙΟΣ

ΔΙΟΝΥΣΟΔΩΡΟΝ ΣΚΑΜΑΝ
ΔΡΟΝ ΣΥΜΦΕ....

ΣΩΤΑΝ	ΑΠΟΛΛΟΔΩ
ΑΡΙΣΤΩΝΑ	ΡΟΝ ΑΘΗΝ.
ΑΙΣΙΔΩΡΑΝ	ΣΥΜΜΑΧΟΝ
ΖΩΙΛΟΝ	Θ....
C ΜΕΝΑΝΔΡΟΝ	ΣΤΕΦΑΝ...
ΑΝΤΙΓΟΝΟΝ	ΔΙΟΝΥ.....

Ceterum, quum haud pote aliorum proximam ſaltem aetatem invenire, iam ad alios ſpatioſo campo vagantes deſcendamus. Eos ſaltem Athenis Principatu functos eſſe dubitare non poſſumus, & nomina ex antiquis monumentis ſcrutantes eruimus. Primus itaque ſe CL. ATTALVS offert, cuius quidem *Meurſius* meminit, ſed integram de eo inſcriptionem, quae apud Gruterum legitur, exhibere ſupersedet, adeoque eam hic, ut Archontum hiſtoriam illuſtrantem adducimus.

D
ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ
ΕΠΙ ΚΛ. ΑΤΤΑΛΟΥ ΑΡ
ΧΟΝΤΟΣ ΚΟΣΜΗΤΗΣ
ΕΦΗΒΩΝ ΙΕΡΕΥΣ ΘΕΟΥ
ΚΑΙ ΘΕΑΣ ΕΙΡΗΝΑΙ
ΟΣ ΠΑΙΑΝΙΕΥΣ
ΕΦΗΒΕΥΕΝ ΑΥΤΟΥ
ΤΙΟΣ ΔΙΟΝΤΣΙΟΣ
ΕΙΡΗΝΑΙΟΥ ΠΑΙΑΝΙ
ΕΥΣ ΕΥΥΜΝΑΣΙΑΡ
ΧΗΣΕΝ ΤΟΥ ΕΝΙΑΥ
ΤΟΥ ΤΟΥΣ ΕΦΗΒΟΥΣ
E ΦΛ. ΣΡΑΤΟΛΑΟΣ
ΦΥΛΑΣΙΟΣ ΕΓΕΝΟΝ
ΤΟ ΕΦΗΒΟΙ ΔΙΑΚΟ
ΣΙΟΙ ΚΑΙ ΔΥΟ.

M. vero AVRELIVM LITHOPHORVM PROSDECTVM Pithocratis F. e Cephale ſub Commodo Imperatore vixiſſe, & Archontem Athenis fuiſſe Baſis ſtatuae, quae Eleuſine exſtat, manifeſte indicat.

ΔΗΜΗΤΡΙ ΚΑΙ ΚΟΡΗΙ
ΗΙΕΡΑ ΓΕΡΟΥΣΙΑ Μ. ΑΥ
ΡΕΛΙΟΝ ΛΙΘΟΦΟΡΟΝ ΠΡΟ
F ΣΔΕΚΤΟΝ ΠΙΣΤΟΚΡΑ
ΤΟΥΣ ΚΕΦΑΛΗΘΕΝ ΠΡΕΣ
ΒΕΥΣΑΝΤΑ ΠΡΟΙΚΑ ΤΙΜΗ
ΘΕΝΤΑ ΔΕ ΥΠΟ ΘΕΟΥ
ΚΟΜΜΟΔΟΥ ΤΗΙ ΡΩΜΑ
ΙΩΝ ΠΟΛΕΙΤΕΙΑ ΑΡΞΑΝ
ΤΑ ΤΟΥ ΚΗΡΥΚΩΝ ΓΕ
ΝΟΥΣ ΑΡΞΑΝΤΑ ΤΗΣ ΙΕ
ΡΑΣ ΓΕΡΟΥΣΙΑΣ ΕΥΣΕΒΕ
ΙΑΣ ΕΝΕΚΑ
ΑΤΤΙΚΟΣ ΕΥΔΟΞΟΥ ΣΦΗΤ
ΤΙΟΣ ΕΠΟΙΗΣΕ

Tiberii

TIB. quoque CL. SOSPIDIS Archontis meminit Inscriptio, quae Eleusine exstat, & a *Sponio* adfertur.

ΑΡΞΑΝΤΟΣ ΤΗΝ ΕΠΩ.....
ΤΙΒ. ΚΛ. ΣΩΣΠΙΔΟΣ ΔΑΔΟΥ
ΧΟΥ
ΤΙΒ. ΚΛ. ΛΥΣΙΛΛΟΥ ΔΑΔΟΥ
ΧΟΥ
ΣΥΓΚΛΗΤΙΚΩΝ ΑΝΕΘ.....
ΕΝΝΕΑ ΚΑΙ ΔΕΚΑΤΟ.....
ΔΙΑ ΒΙΟΥ ΔΙΠΛΩ ΤΩ.....
ΛΟΓΙΣΤΗΝ ΚΑΤΑΠΕ.....
ΕΠΙΔΑΥΡΙΟΙΣ ΧΑΙΡΩ.....
ΚΟΡΩΝΕΥΣΙ ΘΗΒΑ.....
ΤΗΣ ΔΕ ΑΛΛΗΣ ΑΡΕΤΗΣ

Eodem Magistratu Athenis functus est P. HERENNIVS DEXIPPVS Ptolemaei F. Hermeus Orator, & Historicus, ut sequens inscriptio declarat:

ΚΑΤΑ ΤΟ ΕΠΕΡΟΤΗΜΑ ΤΗΣ
ΕΞ ΑΡΕΟΥΠΑΓΟΥ ΒΟΥΛΗΣ
ΚΑΙ ΤΗΣ ΒΟΥΛΗΣ.....
ΤΟΥ ΔΗΜΟΥ ΤΩΝ ΑΘΗΝΑΙ
ΩΝ ΤΟΝ ΑΡΞΑΝΤΑ ΤΗΝ ΤΟΥ
ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΕΝ ΘΕΣΜΟΘΕΤΑΙΣ
ΑΡΧΗΝ ΚΑΙ ΑΡΞΑΝΤΑ ΤΗΝ
ΕΠΩΝΥΜΟΝ ΑΡΧΗΝ ΚΑΙ ΠΑ
ΝΗΓΥΡΙΑΡΧΗΣΑΝΤΑ ΚΑΙ ΑΓΩ
ΝΟΘΕΤΗΣΑΝΤΑ ΤΩΝ ΜΕΓΑ
ΛΩΝ ΠΑΝΑΘΕΝΑΙΩΝ ΟΙΚΟ
ΘΕΝ ΙΕΡΕΑ ΠΑΝΑΓΗ. Π. ΕΡΕΝ.
ΔΕΞΙΠΠΟΝ ΠΤΟΛΕΜΑΙΟΥ ΕΡ
ΜΕΙΟΝ ΤΟΝ ΡΗΤΟΡΑ ΚΑΙ
ΣΥΝΓΡΑΦΕΑ ΑΡΕΤΗΣ ΕΝΕΚΑ
ΟΙ ΠΑΙΔΕΣ

Principatum quoque Athenis obtinuit PHILOTIMVS Arcesidemi F. Eleusinius, ut sequens inscriptio declarat. Et licet Scholiastes Aristophanis Philotimum Archontem Olympiadi LXXXVIII. adscribat, ut *Meursius* noster *Lib. III. De Arch. Cap.* IV. observat, tamen hunc eundem non esse ex ipsa inscriptione non adeo antiqua satis elucet.

Ο ΚΟΣΜΗΤΗΣ ΤΩΝ ΕΦΗΒΩΝ
ΜΑΡΚΟΣ ΙΟΥΛΙΟΣ ΞΗΝΩ
ΜΑΡΑΘΩΝΙΟΣ ΚΑΙ Ο ΑΝΤΙ
ΚΟΣΜΗΤΗΣ ΟΦΙΛΛΙΟΣ ΑΡΙΣ
ΤΩΝ ΚΟΛΛΥΤΕΥΣ ΤΟΥΣ ΤΕ
ΣΥΝΑΡΧΟΝΤΑΣ ΚΑΙ ΤΟΥΣ
ΕΦΗΒΕΥΣΑΝΤΑΣ ΕΠΙ ΑΡΧΟΝ
ΤΟΣ ΦΙΛΟΤΕΙΜΟΥ ΤΟΥ ΑΡ
ΚΕΣΙΔΗΜΟΥ ΕΛΕΥΣΙΝΙΟΥ ΑΝΕ
ΓΡΑΨΑΝ ΠΑΙΔΟΤΡΙΒΟΥΝΤΟΣ
ΔΙΑ ΒΙΟΥ ΕΠΙΚΤΗΤΟΥ ΤΟΥ
ΦΙΛΕΡΩΤΟΣ ΣΦΗΤΤΙΟΥ ΕΤΟΣ
Ι ΓΡΑΜΜΑΤΕΥΟΝΤΟΣ ΔΙΑ
ΒΙΟΥ ΣΤΡΑΤΩΝΟΣ ΤΟΥ ΚΙ
ΘΑΙΡΩΝΟΣ ΑΧΑΡΝΕΩΣ

ΣΩΦΡΟΝΙΣΤΑΙ
ΑΡΙΣΤΟΒΟΥΛΟΣ ΣΙΜΜΑΧΟΥ
ΜΑΡ.
ΠΑΙ. ΕΠΙΓΟΝΟΣ ΧΟΛΑΡ.
ΑΡΙΣΤΟΒΟΥΛΟΣ ΑΠΟΛΛΩ
ΝΙΟΥ ΠΕΙ.
ΣΥΜΦΕΡΩΝ ΕΞ ΟΙΟΥ
ΑΓΑΘΗΜΕΡΟΣ ΠΡΩΤΟΥ
ΠΑΛΛΗ.
ΕΛΕΥΣΕΙΝΙΟΣ ΜΗΝΟΔΩΡΟΥ
ΔΕΙΡ.

ΙΠΟΣΩΦΡΟΝΙΣΤΑΙ
ΣΕΡΑΠΙΩΝ ΙΣΙΦΙΛΟΥ ΓΑΡ
ΙΗΤΙ.
.....
.....

ΓΥΜΝΑΣΙΑΡΧΑΙ
ΒΟΗΔΡΟΜΙΩΝΑ ΙΟΥΛΙΟΣ ΕΥ
ΦΡΑΝΩΡ ΜΑΡΑΘΩΝΙΟΣ ΣΤΡΑ
ΤΗΓΟΣ
ΠΤΑΝΟΨΙΩΝΑ ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ
ΜΑΡΚΟΥ ΒΗΣΑΙΕ.
ΜΑΙΜΑΚΤΗΡΙΩΝΑ ΣΥΜΜΑ
ΧΟΣ
ΑΡΙΣΤΟΒΟΥΛΟΣ ΜΑΡΑΘΩ
ΝΙΟΣ
ΠΟΣΕΙΔΕΩΝΑ ΑΡΤΕΜΩΝ
ΜΗΝΟΔΩΡΟΥ
.... ΤΙΟΣ

Archon pariter Athenienſibus praefuit CL. HERACLIDES Melitenſis; & ex vetuſta inſcriptione apud *Sponium* cognoſcimus:

ΕΠΙ ΑΡΧΟΝΤΟΣ ΚΛ. ΗΡΑΚΛΕΙ
ΔΟΥ ΜΕΛΙΤΕΩΣ ΚΟΣΜΗΤΕΥ
ΟΝΤΟΣ ΛΥΤΙΚΟΥ ΤΟΥ.....
ΤΟΣ ΓΑΡΓΗΤΤΙΟΣ
ΚΑΙ ΣΥΣΤΑΤΑΙ ΑΥΤΟΙΣ ΑΝΕ
ΓΡΑΨΑΝ
Τ. ΑΙΛΙΟΣ ΛΕΥΚΟΣ ΠΑΛΛΗ..
ΦΙΛΟΙΤΙΟΣ ΓΑΜΟΥ ΜΕΛΙΤ.
ΟΝΗΣΙΜΟΣ ΜΕΝΕΚΡΑΤΟΥΣ
ΖΩΣΙΜΟΣ ΙΣΙΓΕΝΟΥΣ ΙΗ...
ΤΕΛΕΣΦΟΡΟΣ ΜΕΝΕΚΡ.....

ΤΕ....IVS PONTICVS Archon memoratur *in inscriptione* antiqua apud *Sponium*, & in eadem THEOPOMPVS quidam ἐπώνυμος dicitur anno *post* Archontem Te....ium Ponticum; qui *quidem* Theopompus si Archon ἐπώνυμος *intelligendus* est, esse idem non potest cum eo, qui Magistratum gessit anno II. Olymp. XCII. & de quo *Meursius* noster *Lib. III. Cap. X.* illum enim Callias praecessit. Ecce inscriptionem, quam *Sponius* exhibet:

ΑΓΑΘΗΙ
ΤΥΧΗΙ
ΕΠΙ ΤΟΥ ΜΕΤΑ ΤΕ.....ΙΟΝ
ΠΟΝΤΙΚΟΝ ΑΡΧΟΝΤΑ ΕΝΙ
ΑΥΤΟΥ Η ΠΡΥΤΑΝΕΙΑΣ ΟΙ
ΠΡΥΤΑΝΕΙΣ ΤΗΣ ΠΑΝΔΕΙΟ
ΝΙΔΟΣ ΦΥΛΗΣ ΤΕΙΜΗΣΑΝ
ΤΕΣ ΑΥΤΟΥΣ ΑΙΣΕΙΤΟΥΣ Α
ΝΕΓΡΑΨΑΝ ΕΠΩΝΥΜΟΥΣ ΘΕΟ
ΠΟΜΠΟΣ ΘΑΛΑΜΟΥ ΠΑΙΑ. &c.

ZENONEM etiam invenio Athenis Archontem praefediſſe: nam vetus inſcriptio apud REINESIVM eruditiſſimum ita habet:

ΑΘΗΝΑΙΩΝ ΚΑ.....ΜΙΩΝ ΟΙ
ΚΑΤΟΙΚΟΥΝΤΕΣ ΕΝ ΔΗ ΛΩΙ
ΚΑΙ ΟΙ ΕΜΠΟΡΟΙ ΚΑΙ ΝΑΥΚΛΗΡΟΙ
ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΝ ΠΟΛΥΚΛΕΙΤΟΥ ΧΑΡΙΤΕ
ΑΡΕΤΗΣ ΕΝΕΚΕΝ ΚΑΙ ΔΙΚΑΙΟΣΥΝΗΣ
.....
.....
ΕΠΙΜΗΛΗΤΗΝ ΔΗΜΟΥ ΓΕΝΟΜΕΝΟΝ
ΕΝ ΤΩΙ ΕΠΙ ΖΗΝΩΝΟΣ ΑΡΧΟΝΤΟΣ ΕΝΙΑ
ΥΤΩΙ
ΑΠΟΛΛΩΝΙ.

Sed

Digitized by Google

Sed & NAVSIAS Archon occurrit in alia Inſcriptione apud laudatum *Reineſium*.

ΓΑΙΟΣ ΓΑΙΟΥ ΑΧΑΡΝΕΥΣ ΙΕΡΕΥΣ ΓΕΝΟΜΕΝΟΣ
ΕΝ ΤΩ ΕΠΙ ΝΑΥΣΙΟΥ ΑΡΧΟΝΤΟΣ ΕΝΙΑΥΤΩ
ΚΑΙ ΟΙ ΜΕΛΑΝΗΦΟΡΟΙ ΚΑΙ ΟΙ ΘΕΡΑΠΕΥΤΑΙ
ΥΠΕΡ
ΤΟΥ ΔΗΜΟΥ ΤΩΝ ΑΘΗΝΑΙΩΝ ΚΑΙ ΤΟΥ ΔΗ
ΜΟΥ
ΤΩΝ ΡΩΜΑΙΩΝ ΙΣΙΔΙ ΔΙΚΑΙΟΣ ΥΝΗΙΔΡΥ
ΣΑΝΤΟ

A

Tandem *Lucium* quemdam, qui Caeſarum temporibus Archon fuit Athenis, invenio; eumque mihi exhibet vetus inſcriptio, quam Clariſſimus *Gorius* ex viri pererruditi Ioannis Baptiſtae Donii chirographo inter alias Donianas inſcriptiones publici iuris fecit; ſed eiuſmodi, ut medicam manum, queis foedatur, vulneribus expoſcat. Qualem igitur vir ille eruditione praefignis, & mihi amiciſſimus edidit, heic ipſe quoque proferam; edidit enim, opinor, ut a Donio exſcriptam invenit: deinde animadverſiones meas, & coniecturas, Latinamque interpretationem ſubdam, praeter meum morem tamen: video enim quaedam graviſſimum virum, & doctiſſimum hominem fugiſſe, & ei, dum properat litterariam Remp. elucubratis doctis, & laborioſis voluminibus adiutum ire, diligentius rem, & penſiculatius examinare non vacaſſe.

B

ΚΑΙΣΑΡΟΣ ΝΕΙΚΗΣ

ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ

ΕΠΙ ΛΟΥΚΙΟΥ ΤΟΥ ΒΟΥΛΑΙΟΥ ΙΠΠΑΡΧΟΥ
ΑΡΧΟΝΤΟΣ ΚΟΣΜΗΤΕΥΟΝΤΟΣ ΕΥΚΡΑΤΟΥ
ΤΟΥ ΕΡΜΙΟΥ ΦΥΛΑΣΙ ΠΑΙΔΟΤΡΙΒΟΥΝΤΟΣ
ΑΡΕΤΩΝΟΣ ΤΟΥ ΑΦΡΟΔΕΙΣΙΟΥ ΡΑΜΝΟΥΣΙΟΣ
ΔΙΑ ΒΙΟΥ ΕΠΙΓΟΝΟΣ ΦΙΛΗΜΟΝΟΣ .....
..... ΤΟΥΣ ΣΥΝΕΦΗΒΟΥΣ ΚΑΙ ΣΥΝΤΡΙ
ΚΛΕΙΝΟΥΣ ΚΑΙ ΦΙΛΟΥΣ ΓΡΑΨΑΣ ΑΝΕΘΗΚΕΝ.
ΕΥΟΔΟΣ ΑΦΡΟΔΕΙΣΙΟΥ ΝΕΙΚΗΤΗΣ ΛΡΙΣΤΟ
ΚΛΕΟΥΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ ΓΛΥΚΩΝΟΣ ΑΤΤΙ
ΚΙΩΝ ΕΡΑΣΤΟΥ .....
ΕΛΕΥΣΙΝΙΟΥ ΖΩΣΙΜΩΥ ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ. ΑΥ
ΤΙΚΙΩΝ ΔΗΜΥΛΑΣ ΗΡΑΣ. ΖΩΣΙΜΑΣ
ΕΙΡΗΝΑΙΣ. ΠΑΡΑΜΟΝΟΣ. ΝΥΝΦΑΣ ΣΜΑ
ΡΑΓΔΟΣ ΕΠΙΚΤΗΤΑΣ. ΦΙΛΟΚΡΑΤΗΣ ΚΑΙ
ΦΙΛΟΙ ΧΡΥΣΙΠΠΟΣ ΔΑΜΑΣΙΟΥ ΕΥΚΡΑΤΗΣ
ΠΡΙΜΟΣ ΕΥΚΡΑΤΟΥ ΛΕΥΚΙΟΣ ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ
ΔΗΜΥΛΑΣ ΦΙΛΟΤΕΙΜΟΣ ΑΣΚΛΗΠΑΣ. ΝΕΙΚΟΣ
ΤΡΑΤΟΣ ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΣ ΣΕΙΛΩΝΟΣ ΕΠΙΚΤΗΤΟΣ
ΕΥΚΑΡΠΟΥ ΘΡΑΣΥΒΟΥΛΟΣ ΜΥΡΩΝΙΔΗΣ
ΕΥΡΑΣ ΕΞΠΕΔΙΤΟΣ. ΚΕΣΤΟΦΥΛΑΞ
ΠΥΘΙΚΟΣ ΜΟΣΧΟΣ ΕΠΙΓΟΝΟΣ ....
.....

Pro ΛΟΥΚΙΟΥ, forte legendum ΛΕΥΚΙΟΥ, ut inferius, quamquam & ΛΟΥΚΙΟΣ in Inſcriptionibus vetuſtis occurrit; & pro ΕΥΚΡΑΤΟΥ, ΕΥΚΡΑΤΟΥΣ; ſed in Marmoribus ſaepe Σ omittitur in huiuſmodi genitivis caſibus. ΤΟΥ ΕΡΜΙΟΥ, legendum ΕΡΜΕΙΟΥ. ΦΥΛΑΣΙ, hoc eſt ΦΥΛΑΣΙΟΥ; ibi enim Pagus Atticus, unde ille oriundus, ſignificatur: quemadmodum, ubi PAMNOΥΣΙΟΣ legitur, & quod emendare opus eſt, PAMNOΥΣΙΟΥ reponendo, ut cum ΑΡΕΤΩΝΟΣ caſu congruat. Perperam ibi eſt ΓΡΑΨΛΣ pro ΓΡΑΨΑΣ, & ΑΡΙΣΤΟΚΛΕΟΥΣ pro ΑΡΙΣΤΟΚΛΕΟΥΣ, Typothetarum incuria, ut arbitror. ΕΥΟΔΟΣ non legerem, ſed ΕΥΟΔΙΟΣ, niſi pedem referre cogeret antiqua Inſcriptio apud *Marau. Gudium*.

EVHODVS . EVPLAE . hVEMTAλPI.
CoNGvE . ATHENESIS . DE . SVO . FECIT.
D. S. M.

ΕΛΕΥΣΙΝΙΟΣ, fortaſſe, ſicut in ſuperius prolata inſcriptione, nomen proprium eſt, & recto caſu legendum. ΖΟΣΙΜΩΥ mendum eſt, & ΖΟΣΙΜΟΥ ſcribendum fuerat, quemadmodum ΑΤΤΙΚΙΩΝ, & non ΑΥΤΙΚΙΩΝ, ut paulo ſuperius. ΔΗΜΥΛΑΣ, forte ΔΙΜΥΛΑΣ, ſeu ΔΙΜΥΛΟΣ: ſic apud *Laertium* in *Vita Anaxagorae*, e Sileno: ΕΠΙ ΑΡΧΟΝΤΟΣ ΔΙΜΥΛΟΥ. ſed & inferius eſt ΔΗΜΥΛΑΣ nomen viri: ΔΑΜΥΛΟΣ apud *Lucianum* occurrit. Ceterum in ΑΣ deſinit, ut ΠΕΛΑΣ apud *Gruterum*, ΣΙΛΑΣ apud *Lucam* in Actis. Sed magna eſt Sculptorum vel licentia, vel oſcitantia. ΖΩΣΙΜΟΣ, & non ΖΩΣΙΜΑΣ, etſi hoc modo etiam virile nomen definere poſſit, ut ΑΡΤΕΜΑΣ apud *Gruterum*; ΔΗΜΑΣ, apud *Paulum*, niſi contractum eſt; ΚΟΣΜΑΣ. ΕΙΡΗΝΑΙΟΣ, & non ΕΙΡΗΝΑΙΣ. ΝΥΝΦΑΣ vero, cur ΝΥΜΦΑΣ non legerim potius? Nomen virile eſt etiam in Sacris litteris. Pro ΖΜΑΡΑΓΔΟΣ, ΣΜΑΡΑΓΔΟΣ; quamquam ΖΜΥΡΝΑΙΩΝ in Graeca Inſcriptione Praefationis in Inſcriptiones Gudianas. Pro ΕΠΙΚΤΗΤΑΣ, ΕΠΙΚΤΗΤΟΣ lubentius perlegam: pro ΦΙΛΟΚΡΑΤΕΣ, ΦΙΛΟΚΡΑΤΗΣ ſcribendum eſt; pro ΦΙΛΟΤΕΙΜΟΣ, ΦΙΛΟΤΙΜΟΥ; ſed in Marmoribus paſſim uſuvenit, ut pro ſimplice I, diphtongus EI ponatur, ut ſuperius ΝΕΙΚΗΣ, ΑΦΡΟΔΕΙΣΙΟΥ, ΣΥΝΤΡΙΚΛΕΙΝΟΥΣ, ΝΕΙΚΗΤΗΣ, & mox ΝΕΙΚΟΣΤΡΑΤΟΣ, ubi tamen ΝΙΚΟΣΤΡΑΤΟΥ legendum eſſe omnia evincunt; ibi enim cuilibet nomen parentis ſubditur: ΣΕΙΛΩΝΟΣ. Hiſce omnibus ita caſtigatis Inſcriptionem hanc Latine recte vertere proclivius fuerit. Interpretor igitur.

F

Caeſaris Victoriae.
Quod Felix Fauſtumque Sit.
Lucio Bulaei Hipparchi F.
Archonte. Coſmeta Eucrate
Hermiae F. Phylaſio. Paedotriba
Aretone Aphrodiſii F. Rhamnuſio
perpetuum. Epigonus Philemonis .....
..... Sinephebos, & Syntriclinos, & amicos quum ſcripſiſſet, dedicavit.
Evhodus Aphrodiſii F. Nicetes Ariſtoclis F. Alexander Glyconis F. Atticion Eraſti F. .....

Eleu-

Digitized by Google

Eleusinius Zosimi F. Dionysius. Atticion. Demylas. Heras. Zosimas. Irenaeus. Paramonus. Nymphas. Smaragdus. Epictetus. Philocrates. Et Amici. Chrysippus Damasii F. Eucrates Primus Eucratis F. Lucius Dionysii F. Demylas Philotimi F. Asclepas Nicostrati F. Apollonius Silonis F. Epictetus Eucarpi F. Thrasibulus. Myronides. Euras. Expeditus. Cestophylax. Pythicus. Moschus. Epigonus .....
.....

Ratio, cur a Viro doctissimo in interpretatione discrepem, est, quod articulus τοῦ post Λουκίου manifeste indicat ibi de parente ipsius Archontis agi, ut paulo inferius in Εὐκράτου τοῦ Ἑρμίου, de Hermia agitur Eucratis patre. Deinde quaedam in interpretatione omissa fuerunt: typographica menda non pauca eam foedabant: syntaxis inde confusa. Offendebat quoque illud *Atticion Demylae Iunonis Vitalis*, ex Graeco expressum: ΑΤΤΙΚΙΟΝ ΔΗΜΥΛΑΣ ΗΡΑΣ ΖΩΣΙΜΑΣ. Etenim ΔΗΜΥΛΑΣ nomen proprium viri esse iam luculenter ostendimus, & recto quidem casu. Femineum enim ΔΗΜΥΛΗ est, & secundo casu ΔΗΜΥΛΗΣ. Cur enim Doricam dialectum in Attica Inscriptione quaeramus? Quid autem hic Synephebis Syntriclinisque, & Iunoni? ΗΡΑΣ virile nomen crediderim, nisi ΕΥΡΑΣ, ut inferius, legendum est; quamquam ΗΡΕΑΣ apud *Gruterum* reperio. ΕΥΡΑΣ vero forte ab Ἔυρος deductum existimaverim, non vero ab Ἑυρεῖν, ut ΕΥΡΗΣΙΣ; quod nomen proprium femineum occurrit in Gudiana inscriptione ita habente.

A. CAECINA
ZOSIMVS
SIBI ET
LICINIAE HEVRESI
CONIVGI.

Et in alia apud *Antonium Mariam Lupum Florentinum*, qui in Iesu Cohorte stipendia meret, & cuius in re antiquaria eruditio plurimi facienda est, ut satis comprobat Commentarius ille litteris plenus ab eo nuper editus in Severae Martyris Epitaphium. Inscriptio est quae sequitur.

D. M.
CELADIANI
HEVRESI ET
PROCOPENI
FILIABVS, ET
AELIO CAELADO
COIVGI. B. M.
FECIT AELIA
HEVRESIS.

Eo minus autem ΖΩΣΙΜΑΣ Iunonis Epitethon dicendum est: femineum enim nomen secundo casu esse non potest, misi Δωρικῶς: Sed vel ΖΩΣΙΜΟΣ scribendum fuerat, ut quidem censeo: nam Quadratarius mox simili modo errasse videtur in ΕΠΙΚΤΗΤΟΣ: vel ΖΩΣΙΜΑΣ nomen viri proprium est, ut adstruximus. Ceterum ΖΩΣΙΜΗ Ἰηλυκῶς enunciatur. Inscriptio inter Gudianas, quas mihi heri laudatus *Gorius*, harum antiquitatis elegantiarum peritissimus, ut eius lucubrationes ostendunt, lubenter, quae est viri humanitas, commodavit:

D. M. S.
ZOSIME. APOLLINIDI. FILIO.
DVLCISSIMO. ET. SIBI. ET
STEPHANAE. CONIVGI.
VIVA. FECIT.

At quum nulla heic femina locum habere verosimiliter possit; recte, ut arbitror, pro ΕΙΡΗΝΑΙΣ, ΕΙΡΗΝΑΙΟΣ reposuimus. ΕΙΡΗΝΑΙΣ enim nomen femineum, ut ΑΘΗΝΑΙΣ, quod quidem in Gudiana Inscriptione legitur.

D. M.
FLAVIAE
ATHENAIDI &c.

Eodemque nomine, Eudocia Augusta olim adpellabatur. Ceterum magnam coniecturis aream relinquit illa, quam questi sumus, Quadratariorum, seu aliorum quorumcumque licentia, vel ignorantia, vel incuria, quam in plerisque omnibus antiquis inscriptionibus facile deprehendere est, & in iis praecipue, quas LVPVS ille doctissimus exhibet. Eo loci igitur nomina pura ac puta eorum, qui Synephebi, vel Syntriclini, aut amici erant, recensentur.

FINIS.

Digitized by Google

ARCHONTVM
QVI IN HOC OPERE RECENSENTVR
INDEX.

Nomina Archontum, quae aſteriſco notantur, eorum ſunt, qui in Scholiis additi fuerunt.

ABion. II. 16.
Acaſtus. I. 1.
Aceſtorides. II. 1. 10.
Adimantus. II. 9.
AEſchylus. I. 1.
AEſimedes. I. 15.
Agameſtor. I. 1.
Agathocles. IV. 6.
Agyrrhius. IV. 20.
Alcaeus. III. 7.
Alcibiades. IV. 20.
Alciſthenes. IV. 3.
Alcmaeon. I. 1. 3.
Alexias. II. 14. III. 12.
*Alus. IV. 20.
Aminias. III. 3. 5.
Anaxicrates. IV. 16. 18.
Anchiſes. II. 5.
Anicetus. IV. 12.
Anticles. IV. 14.
Antidotus. II. 20.
Antigenes. III. 12.
Antilochides. III. 2.
Antipater. III. 18. IV. 19.
Antiphates. IV. 17.
Antiphon. III. 8.
Antitheus. IV. 19.
Aphepſion. II. 7.
Apollodorus. III. 3. IV. 14. 15.
Apollonius. IV. 20.
Apſander. I. 8.
Apſeudes. III. 2.
Archedemides. II. 15.
Archeſtratides. I. 14.
Archias. III. 8. IV. 9.
Archimedes. I. 10.
Archippus. I. 1. IV. 15.
Areus. IV. 20.
Ariphron. I. 1.
Ariſtaechmus. IV. 20.
Ariſtaeus. IV. 2.
Ariſtides. II. 3. 4.
Ariſtion. III. 7.
*Ariſtocles I. 12.
Ariſtocrates. III. 16.
Ariſtodemus. IV. 8.
Ariſtomenes. I. 14.
Ariſtomneſtus. III. 9.
Ariſton. II. 19.
Ariſtophanes. IV. 13.
Ariſtophon. IV. 12.
Ariſtophylus. III. 8.
*Athenaeus II. 1.
Aſteus. IV. 2.
Aſtyphilus. III. 8.
Attalus IV. 20.
Autoſthenes. I. 10.
Bion. II. 18.
Caerimus. IV. 16.
Calliades. II. 8.
Calliarchus. IV. 17.
Callias. II. 8. 19. III. 10. IV. 1.
Callidemides. IV. 6.
Callimachus. II. 11. IV. 8.
Callimedes. IV. 6.
Calliſtratus. IV. 7.
Cebris. IV. 20.
Cephiſodorus. IV. 4. 14.
Cephiſodotus. IV. 6.
Cephiſophon. IV. 13.
Chaerephanes II. 20.
Chabrias. III. 9.
Chaerondas. IV. 11.
Chares. II. 11. III. 2.
Chariander. IV. 2.
Chariclides. IV. 5.
Charinus. IV. 16.
Charops I. 4.
Chion. IV. 4.
Chremes. IV. 14.
Clearchus. III. 9.
Cleocritus. III. 9.
Clidicus. I. 5.
Comias. I. 14.
Conon. II. 16. IV. 19.
Coroebus. IV. 16.
Corybus. IV. 16.
Creon. I. 9.
*Critias. I. 12.
Cteſicles. IV. 12.
Damaſias. I. 1. 11.
*Damaſias. I. 10. 14.
Demetrius. IV. 15.
Democles IV. 18.
Democlides. IV. 15.
Demogenes. IV. 15.
Demonicus. IV. 20.
Demophilus. III. 19.
Demoſtratus. III. 17. 18. IV. 19.
Demotion. II. 12.
Dexitheus. III. 18.
Dimylus. IV. 14.
Dinophilus. IV. 19.
Diocles. III. 10. IV. 14.
Diognetus. I. 1. II. 4.
Dionyſius. IV. 20.
Dionyſodorus. IV. 19.
Diophantus. III. 17.
Diotimus. III. 4. IV. 7.
Diotrephes. III. 19.
Diphilus. II. 22.
Diſcinetus. IV. 3.
Draco. I. 12.
*Dropilus I. 1.
Dromoclides. II. 10.
Dropides. I. 13.
*Druſus. IV. 20.
Elpines. IV. 7.
Elpinices. IV. 7.
Epaenetus. III. 15.
Epaminondas. III. 3.
Epicrates. IV. 20.
Eryxias. I. 8.
Erxyclides. I. 15.
Evaenetus IV. 12.
Evander. III. 19.
Eubulides. III. 17.
Eubulus. IV. 9.
Euchariſtus. IV. 6.
Euclees. III. 4.
Euclides. III. 4. 14.
Eucrates. I. 13.
Euctemon. III. 11. IV. 17.
Eudemus. IV. 7.
Euhippus. II. 1. 5. 16.
Euphemus. III. 8.
*Euthippus. II. 16.
Euthycles. IV. 20.
Euthycrates. IV. 14.
Euthycritus. IV. 14.
Euthydemus. I. 15. II. 20. III. 3. 4.
Euthymenes. III. 1.
Euxenippus. IV. 16.
Exaenetus. III. 15.
Gallienus Imp. IV. 19.
Glaucides. III. 1.
Glaucippus. III. 10.
Gorgias. IV. 18.
Hadrianus Imp. IV. 19.
Hegemachus. IV. 17.
Hegemon. IV. 14.
Hegeſias. IV. 14.
Hegeſtratus. I. 14.
Heniochides. I. 12.
Heraclides. I. 15.
*Heraclides. IV. 20.
Heraclitus. IV. 19.
Herodes. IV. 19.
Heropithes. IV. 20.
Hieromnemon. IV. 15.
Hipparchus. II. 3.
Hippoclides I. 15.
Hippodamus. IV. 2.
Hippomenes I. 6.
Hybilides. I. 5.
Iaſon. IV. 19.
Iſagoras. II. 1.

Digitized by Google

Iſarchus. III. 5.
Ithycles. III. 16.
Laches. III. 16.
Lacretides. II. 6.
Leocrates. I. 7.
Leoſtratus I. 10. II. 6. IV. 17.
*Lucius. IV. 20.
Lyciſcus. IV. 10. 20.
Lycoſtratus. IV. 3.
Lyſanias. II. 14. 22.
Lyſiades, III. 16.
Lyſicrates II. 19.
Lyſimachides. II. 21. IV. 11.
Lyſimachus. III. 2.
Lyſiſtratus. II. 14. IV. 3.
Lyſitheus. II. 14.
*M. Aurelius. IV. 20.
Megacles. I. 12.
Menander III. 19.
Menon. II. 10.
*Metrodorus. IV. 20.
Micion. III. 15.
Miltiades. I. 10. 11.
Mneſidemus. IV. 7.
Mneſiphilus. IV. 20.
Mneſithides. II. 18. IV. 20.
Molon. IV. 5.
Myrichides. III. 1.
Myronides IV. 20.
Myrus. II. 2.
Myſtichides. III. 18.
*Nausias IV. 20.
Nauſicles. IV. 20.
Nauſigenes. IV. 4.
Nauſimachus. III. 2.
Nauſinicus. IV. 1.
Neaechmus. IV. 15.
Neocles. IV. 20.
Niceratus. IV. 12.
Nicetes. IV. 13.
Nicias. IV. 17. 20.
Nicocles. IV. 17.
Nicocrates. IV. 12.
Nicodemus. II. 6.
Nicodorus. IV. 15.
Nicomachus. IV. 10.
Nicon. IV. 1.
Nicophemus. IV. 15.
Nicoſtratus. IV. 17.
Nicoteles. III. 18.
Olympiodorus. IV. 17.
Pedieus. II. 20.
Phaedon. II. 6. 10. 12.
Phaenippus. I. 13.
Phanippus. II. 4.
Phanoſtratus. III. 19.
Pherecles. I. 1. IV. 17.
*P. Herennius Dexippus. IV. 20.
Philinus. IV. 19.
Philippus. I. 13. II. 3. IV. 4. 17. 18.
Philiſcus. II. 21.
Philocles. II. 18. III. 18. IV. 14.
*Philocrates. II. 6.
Philombrotus. I. 12.
Philotimus III. 4.
*Philotimus. IV. 20.
Phocion. IV. 15.
Phorbas. I. 1.
Phormio. III. 17.
Phraſiclides. II. 17. IV. 3.
Phrynichus. IV. 11.
Piſander. III. 9.
Piſiſtratus. I. 10. IV. 20.
Polemon. IV. 15.
Polycles. IV. 14.
Polycharmus. IV. 20.
Polyzelus. IV. 4.
Praxibulus. IV. 15.
Praxiergus. II. 12.
Praxiteles. II. 21.
Prexurgus. II. 12.
Procles. IV. 20.
Pyrgion. III. 18.
Pyrrhion. III. 18.
Pytharatus. IV. 18.
Pytheas. IV. 1.
*Pythocritus. II. 3.
Pythodemus. IV. 12.
Pythodorus. III. 3. 13. IV. 12.

Pythodotus. IV. 10.
*Rhoemetalces. IV. 20.
Scamandrius. IV. 20.
Scythodorus. III. 4.
Simonides. I. 11. IV. 15.
*Simon. I. 10. 13. 14.
Socratides. IV. 2.
Solon. I. 12.
Soſicles. IV. 14.
Soſigenes. IV. 10.
Soſiſtratus. II. 19.
Stratocles. III. 4.
*Te....ius Ponticus. IV. 20.
Theagenes. IV. 20.
Theagenides. II. 13.
Theellus. IV. 8.
Themiſtocles. II. 3. IV. 9.
Theodemus. IV. 7.
Theodorus. III. 1.
Theodotus. III. 11.
Theomneſtus. IV. 9.
Theon. IV. 20.
Theophilus. IV. 9.
Theophraſtus. IV. 11. 15.
*Theopompus. IV. 20.
Theopompus. III. 10. 11.
Therſippus. I. 1.
Theſpieus. I. 1.
Theſſalus. IV. 8.
Thraſyllus. IV. 19.
Thumedus. IV. 9.
*Tib. Cl. Soſpides. IV. 20.
Timarchides. II. 21.
Timocles II. 22.
Timocrates. IV. 5.
Timoſthenes. II. 9.
Tiſander. IV. 20.
Tlepolemus. II. 15. 16.
Tleſias. I. 8.
Xanthippides. II. 9.
Xanthippus. II. 9.
Xenaenetus. III. 15.
Xenias. IV. 16.
Xenippus. IV. 16.
*Zeno. IV. 20.

FINIS.

Digitized by Google

THESEVS

SIVE

DE EIVS VITA

REBVSQVE PRAECLARISSIME GESTIS

LIBER SINGVLARIS.

Digitized by Google

ILLVSTRISSIMO, ET EXCELLENTISSIMO VIRO

CAROLO SANCTA-MAVRO
DVCI MONTAVSERIO

PARI FRANCIAE, ORDINVM REGIORVM EQVITI TORQVATO,
NORMANNIAE, ENGOLISMORVM, SANCTONIAE,
ALSATIAE SVPERIORIS, ET INFERIORIS
PROREGI, GALLIARVM DELPHINI
NVPER GVBERNATORI

S. P. D.

IOANNES GEORGIVS GRAEVIVS.

Etiamsi nulla Tua in me merita essent, quae tamen tanta sunt, ut nullo studio, nulla pietate, nulla vi verborum, si vel maxime fortuna, ingeniumve meae voluntati responderent, possint declarari, quanta sunt, splendor tamen tuae dignitatis, divina virtute, singularique pacis, & belli artium prudentia partae, me devinxisset ad Te colendum. Nam quum in tanto virorum excellentium proventu, quo vestrae florent Galliae, Te praecipue Rex Maximus delegerit, cuius fidei & curae spem suam & tot gentium crederet, nemo non intelligit, & quantum Sibi praesidii in Tua sapientia sanctitateque constituerit; & quam Tu sis delibatus flos totius populi. Iam dudum, antequam haec Tibi mandabatur provincia, omnium animos in se converterat fama Tuarum virtutum, quas ingenia clarissima praeconiis immortalibus celebrarant, iudicii autem Regii praerogativa, non modo supra laudem omnem, sed supra invidiam Te collocavit. Tu vero in hoc munere procurando mirificam & omnibus saeculis praedicandam rationem inisti, quam non solum Serenissimus Delphinus ad omne decus regium informaretur, sed eadem opera omnis Nobilitas inflammaretur ad excolendas illas artes, quibus qui sunt imbuti non possunt non ad magnae cuiusvis fortunae cultum esse parati, si eos natura non neglexit. Nam quum Tibi esset exploratissimum, nullam aliam ad veram doctrinam, & sapientiam viam patere, quam eam, quam Theodosius Imperator filio Honorio monstravit apud Claudianum:

----- Musis, animus dum mollior, insta,
Et quae mox imitere legas, nec desinat umquam
Tecum Graia loqui, tecum Romana vetustas;

Quumque illa hoc tempore, nescio quo fatali rerum optimarum fastidio, teretur a paucis, Tu eam quasi reparasti, & de integro muniisti, & ad eam calcandam luventutem omnem excitasti. Quum enim optimos quosque vetustiores scriptores in usum Principis luventutis iussisti edi, & illustrari, viderunt omnes, quodnam studiorum iter sibi sequendum sit, si ad sapientiam, & quam illa promittit, gloriam velint emergere, & tam praetexta, quam padulamento inclarescere Tuo Tuique alumni exemplo. Quo consilio non solum de Gallia Tua, sed de genere humano meritus es praeclarissime, quod, exstincta literarum luce, in sacris profanisque perpetuo hallucinans ubique offendet, & foedis monstris vexabitur, quod saeculorum superiorum tristitia, quum omnia bar-

barie

barie ſqualerent, neminem ignorare ſinit. Sicut autem alii populi ſe fere ad gentis veſtrae cultiſſimae mores ſolent componere, ſic ad veram ſtudiorum rationem, quam Tu Sereniſſimo Delphino praeſcripſiſti, aemulandam incendentur. Omnes vero, quibus doctrinarum ſalus, & dignitas cordi eſt, ſempiterno Tibi obſtrinxiſti beneficio. Ego ſane, qui inter illos nomen profiteor, qui pulcerrimarum artium amore flagrant, exiſtimavi hanc vitam Herois Attici, ab inſigni illo Graecarum antiquitatum doctore, Ioanne Meurſio, quem Tu ſemper plurimi feciſti, concinnatam, non alii inſcribendam eſſe quam Tibi, qui Theſeum virtutibus aut aequas, aut ſuperas, & tam auſpicato Galliam imminentis barbariei peſte, quam ille ſuam Graeciam multis monſtris purgavit. Tuum nomen in peplo Gallicorum Heroum non minus ad omnem poſteritatis memoriam proditum fulgebit, quam Theſei ſplendebat in peplo Minervae. Publico politiorum doctrinarum, quae tantum Tibi debent, nomine hoc gratae voluntatis, & perpetuae meae in Te obſervantiae monumentum Tibi pono. Privatas ſi vellem adtexere cauſſas, quibus Tibi ſum a plurimis annis obligatus mirum in modum, quum ab illo tempore, quo primum Heſiodus meus in Tuam gratiam me poſuit, nullum liberalitatis genus, quod quidem a ſumma proficiſcatur humanitate, poſſit optari, quod mihi non tribueris; quum in maximo ſtrepitu armorum meis Muſis otium feciſti, meque paterno, ſi mihi ſic loqui permittis, quodam amore ſemper foviſti, finem non inveniret haec epiſtola. Erit ſpero tempus, quum ex mea potero arca promere, quod Tibi probet devotiſſimum meum animum, cui dies noctesque Tuorum beneficiorum obverſatur imago. Nunc, qua es incredibili bonitate, non indignaberis, me ab alio ſolvere interea, Theſeumque ad Te allegari interpretem, & obſidem meae fidei, ſtudii, & religionis, quam in Te colendo mihi praeſtandam decrevi. Vale Dux Illuſtriſſime. Traiecti ad Rhenum Prid. Kal. April. CIↃ IↃ C XXCIV.

LECTORIS.

IOANNIS MEVRSII doctrina ſingularis, & inexhauſtum ſtudium, quod in Graecis praecipue rebus publicis, hiſtoriis, & antiquis ritibus illuſtrandis poſuit, quum omnibus ſint teſtata, quos divinior mens, & interioris doctrinae cultus evexit ſupra vulgus, non magis commendationis egent, quam Falernum hederae. Ingenii eius egregia monumenta doctis ab hominibus expetuntur cupide. Plurima quidem quum in vivis eſſet edidit, ſed non pauca reliquit edenda, quae in Potentiſſimi Suecorum Regis bibliotheca ſervantur; ex qua non ita pridem Cretam, Cyprum, & Rhodum produximus in publicum, propediem vero plura producentur ſpero. Hunc libellum *de Vita Theſei*, quae diatribae *de Pagis Atticis* (ſic enim δήμοι vertendum eſſe, non *Populi*, ut Meurſius alique vertunt, dudum viri eruditi docuerunt) adnectenda poſt obſervavit, debes, aeque ut *Ceramicum geminum*, & *Miſcellanea Laconica*, liberalitati viri virtute & doctrina praecellentis Samuelis Puffendorfii, Regis Suecorum Hiſtoriographi celeberrimi, cuius *Suecicarum rerum Commentarios* avide deſideramus.

THE-

Digitized by Google

THESEVS
SIVE
DE EIVS VITA
REBVSQVE PRAECLARISSIME GESTIS
LIBER SINGVLARIS.

CAPVT PRIMVM.

Theseus patre natus AEgeo, vel Neptuno; alius etiam ab eo Thessalus, qui Smyrnam condidit; item Hippasi filius, & Alcestidis. Quidam etiam Historicus, isto nomine. Noster hic a patre tria vota accepit. Ea quae fuerint. Pittheus id in vulgus sparsit; atque illud qua de caussa. Neptunus a Troezeniis maximopere cultus; eorumque urbis Deus tutelaris; tum antiquus etiam nummus, tridentis nota insignitus.

HESEI pater in incerto; mater AEthra; cum qua AEgeus, & Neptunus una, eademque nocte pariter concubuisse memorantur. Apollodorus lib. III. Τὸν χρησμὸν (ὁ Πιτθεὺς) συνὲις, μεθύσας αὐτὸν (τὸ Αἰγέα) τῇ θυγατρὶ συγκατέκλινεν Αἴθρᾳ. τῇ δ' αὐτῇ νυκτὶ καὶ Ποσειδῶν ἐπλησίαζεν αὐτῇ. *Oraculo (Pittheus) intellecto, ipsum (AEgea) inebriatum filiae suae AEthrae collocat; & eadem illa nocte rem cum ea etiam Neptunus habuit.* Hyginus Fab. XXXVII. *Neptunus, & AEgeus Pandionis filius in fano Minervae cum AEthra, Pittbei filia, una nocte concubuerunt.* Itaque Neptunum illi patrem tribuunt non Poetae tantum, verum etiam Oratores, & Historici. Diodorus Siculus lib. IV. Θησεὺς τοίνυν, γεγονὼς Αἴθρας τ᾽ Πιτθέως, καὶ Ποσειδῶνος. *Theseus igitur natus ex Pittbei filia AEthra, & Neptuno.* Isocrates in Encomio Helenae. Καὶ πρῶτον μὲν Θησεὺς, ὁ λεγόμενος μὲν Αἰγέως, νομιζόμενος δ' ἐκ Ποσειδῶνος. *Ac primum Theseus, AEgei quidem filius dictus, verum ex Neptuno natus.* Et mox de eo, atque Hercule: Ἐξ ἀδελφῶν δὲ γεγονότες, ὁ μὲν, ἐκ Διός· ὁ δὲ, ἐκ Ποσειδῶνος, ἀδελφὰς καὶ τὰς ἐπιθυμίας ἔσχον. *Ex fratribus nati, alter Iove, alter Neptuno, fraternas etiam cupiditates habuerunt.* Cicero de Nat. Deorum lib. III. *Quid? Aristaeus, qui olivae dicitur inventor, Apollinis filius; Theseus, qui Neptuni.* Aristides Orat. in Asclepiadas. Μίνως δὲ, καὶ Ῥαδάμανθος, Διὸς παῖδες· καὶ Θησεὺς, Ποσειδῶνος. *Minos vero, & Rhadamanthus, Iovis filii; ac Theseus, Neptuni.* Alius est, ne confundas, Theseus Thessalus, Smyrnae conditor, de quo Herodotus in Vita Homeri. Κλιζομένοισι δὲ τὴν πόλιν Σμύρναν ἔθετο τὸ ὄνομα Θησεύς. ὁ δὲ ἦν τὸ τὴν Κύμὴν κλισάντων ἐν τοῖς πρώτοις Θεσσαλῶν. *Civitati, quam condebant, nomen Smyrnam imposuit Theseus; qui erat e primariis Thessalorum, Cumae conditorum.* Tacitus Annal. IV. *Smyrnaei, repetita vetustate, seu Tantalus, Iove ortus, sive Theseus, divina & ipse stirpe, sive una Amazonum condidisset, transcendere ad ea, queis maxime fidebant.* Meminitque Aristides in Monodia, Palinodia, Gratulatione, & Oratione de Smyrna. Alius quoque filius Hippasi, & Alcestidis; cuius meminit Scholiastes Aristophanis Vespis. Φυγὰς ἐκ Φερῶν Ἄδμητος, ἦλθε πρὸς Θησέα, τὸ Ἀλκήστιδος καὶ Ἱππάσου νεώτατον παῖδα· καὶ καλῶς ἐδέξατο παρ' αὐτῷ, ἐν τῇ αὐτοῦ χώρᾳ. *Exulans Pheris Admetus, venit ad Theseum, iuniorem Alcestidis, & Hippasi filium; habitavitque apud ipsum in ipsius regione.* Fuit & Historicus quidam eo nomine; de quo Suidas. Θησεὺς ἱστορικὸς (ἔγραψε) Βίους ἐνδόξων ἐν βιβλίοις ε'. Κορινθιακῶν, ἐν βιβλίοις γ'· ἐν ᾧ δηλοῖ τὸ καθάσασιν τοῦ Ἰσθμικοῦ ἀγῶνος. *Theseus, Historicus, (scripsit) Vitas virorum illustrium libris quinque. Corinthiacorum, libris tribus; in quibus ostendit Isthmicorum ludorum institutionem.* In opere de Viris illustribus, sine dubio etiam Thesei huius nostri Vitam scripserit; fuerintque hinc petita, quae Isaacius Tzetzes profert Commentario ad Lycophronem. Θησεύς φησι, τὸ Αἰγέα Φημίου εἶναι παῖδα. Αἰγέως δὲ, Θησέα. *Theseus ait, AEgeum esse Phemii filium; AEgei vero, Theseum.* Corinthiacorum vero librum tertium citat Etymologici Auctor in Ἄρνη. Οὕτω Θησεὺς, ἐν Κορινθιακῶν Τρίτῳ. *Ita Theseus libro tertio Corinthiacorum.* Duo eius fragmenta exhibet Stobaeus Serm. VII. Ad nostrum hunc pertinet, quod tria vota accepisse a Neptuno, velut patre referatur. Cicero loco citato. *Quum Theseus Hippolytum perdidit, quum ter optandi a Neptuno patre habuisset potestatem.* Et de Offic. lib. I. *Si, ut in fabulis est, Neptunus, quod*

Digitized by Google

NVMMI ex Thesauri Britannici Par. I. pag. 182. et 185

Vincenzio Franceschini Sch.

Digitized by Google

Digitized by Google

quod Theſeo promiſerat, non feciſſet, Theſeus filio Hippolyto non eſſet orbatus. Ex tribus enim optatis, ut ſcribitur, hoc erat tertium, quod de Hippolyti interitu iratus optavit. Euripides Hippolyto.

Ἄναξ Ποσειδῶν ὤπασεν Θησεῖ γέρας,
Μηδὲν μάταιον ἐς τρὶς εὐξασθ' θεῷ.
Rex Neptunus dedit Theſeo munus,
Vt nihil fruſtra ter optaret a Deo.

Et mox ipſe Theſeus:

Ἀλλ' ὦ πάτηρ Πόσειδον, ἄς ἐμοί ποτε
Ἀρὰς ὑπέσχου τρεῖς, μιᾷ κατέργασαι
Τούτων ἐμὸν παῖδ'. ——
Sed, o pater Neptune, quas mihi aliquando
Tres imprecationes promiſiſti, una confice
Harum meum filium. ——

Ac deinde Diana ad ipſum extrema fabula.

Ἆρ' οἶσθα πατρὸς ἦρεῖς ἀρὰς σαφῶς ἔχων.
Ὧν ἢ μίαν παρῆλες, ὦ κάκιστε σὺ,
Εἰς παῖδα ἢ σὸν, ἐξὸν εἰς ἐχθρόν τινα.
Sciſne tres te imprecationes ratas a patre habuiſſe?
Quarum unam, tu peſſime, tranſtuliſti
In filium tuum, quum in inimicum aliquem poſſet.

Et apud Senecam in Hippolyto, ipſe etiam ita loquitur:

—— *Genitor aequoreus dedit,*
Vt vota prono trina concipiam Deo;
Et invocata munus hoc ſanxit Styge.

Et haec tria eius vota memorantur: redire ex inferis, expediri e labyrintho, ac filium ſuum interire. Scholiaſtes Euripidis ad citatum ſtatim Hippolytum. Εἰσὶ δὲ αἱ εὐχαὶ Θησέως πρὸς Ποσειδῶνα τρεῖς. πρῶτον, ἀνελθεῖν ἐξ ᾅδου· δεύτερον, ἐκ λαβυρίνθου· τρίτον, Ἱππολύτου θάνατον *Sunt vero tria, quae a Neptuno optavit Theſeus; primum quidem, ut ex inferis reäiret; alterum, ut e labyrintho; tertium, ut filius Hippolytus moreretur.* Quamquam ſane de reditu ab inferis ipſe negat apud Senecam loco citato.

Inter profunda Tartara, & Ditem horridum,
Et imminentes regis inferni minas,
Voto peperci. Redde nunc pactam fidem,
Genitor. ——

Ait Plutarchus in Theſeo, famam hanc a Pittheo ſparſam; quod Troezenii Neptunum colerent maiorem in modum; adeo ut urbis Deum tutelarem eſſe crederent, ac primitias illi frugum conſecrarent, & tridentem nummo imprimerent. Ἡ δὲ λόγος ὑπὸ τοῦ Πιτθέως διαδοθεὶς, ὡς ἐκ Ποσειδῶνος (ὁ Θησεὺς) τεκνοθείη. Ποσειδῶνα γὰρ Τροιζήνιοι σέβουσι διαφερόντως, καὶ θεὸς ἔτός ἐστιν αὐτοῖς πολιοῦχος· ᾧ καὶ καρπῶν ἀπάρχονται, καὶ τρίαιναν ἐπίσημον ἔχουσι τοῦ νομίσματος. *Rumor autem fuit per Pittheа vulgatus, quod ex Neptuno (Theſeus) prognatus eſſet. Etenim Troezenii eximie Neptunum colunt; eſtque illis Deus urbis tutelaris, cui & primitias frugum libant, & tridentem nummi ſui notam habent.* Atque de tridente quidem, nummi nota, refert etiam Pauſanias in Corinthiacis, ubi illud quoque habet, cultum ibi & Neptunum, cognomento Βασιλέα. Καὶ Ποσειδῶνα (σέβεσιν οἱ Τροιζήνιοι) Βασιλέα ἐπίκλησιν. καὶ δὴ καὶ νόμισμα αὐτοῖς τὸ ἀρχαῖον, ἐπίσημα ἔχον τρίαιναν. *Et Neptunum (colunt Troezenii) Regem cognomento. Ac ſane antiquus eorum nummus tridenti inſignitus eſt* (*a*).

CAPII.

Vbi natus. Loco nomen Γενέθλιον *datum. Quare Theſeus dictus fuerit. Vbi item educatus. Ac praeceptor datus Connidas; cui arietem, in profeſto Theſei, immolare Athenienſes conſuevere. Ab hoc ceteras artes didicit, uti etiam lyra canere; quae in eius honorem inter ſigna coeleſtia relata a nonnullis memoratur. A Phorbante palaeſtricen docetur; qui auriga quoque eius perhibetur. Etiam Chironis diſcipulus. Vix ſeptennis, animum intrepidum oſtendit, coenante apud Pittheum Hercule. Comam, Apollini dedicatam, Delphos mittit; aut, ut alii, in Delum. Locus* Θησέα, *tonſura* Θησηΐς. *Quare dedicatio facta.*

NAtus autem Theſeus fertur iuxta vicum Celenderin dictum, in via ſitum, qua ad portum Troezenis ibatur; eo in loco, quem Γενέθλιον poſtea ex hac re dixerunt. Pauſanias in Corinthiacis. Καταβαίνουσι δ' ἐπὶ τὸ πρὸς τῇ Κελενδέρει καλουμένῃ λιμένα, χωρίον ἔστιν, ὃ Γενέθλιον ὀνομάζουσι, τεχθῆναι Θησέα ἐνταῦθα λέγοντες. *Qua ad portum deſcenditur, qui eſt ad Celenderin ſitus, locus exſtat, qui Genethlium adpellatur, quod huic Theſea natum dicant.* Nomenque Theſei accepit ex depoſitis ſub ſaxo indiciis; idque ſimul ac natus eſſet; vel, ut alii, poſtea demum, quum ab AEgeo adoptatus. Plutarchus. Τεκούσης δ' τὸν Αἴθρας υἱὸν, οἱ μὲν, εὐθὺς ὀνομαθῆναι Θησέα λέγουσι, διὰ τὴν τῶν γνωρισμάτων θέσιν· οἱ δὲ, ὕστερον Ἀθήνησι, παῖδα γεμένα τῷ Αἰγέως αὐτόν. *Poſtquam AEthra filium enixa eſſet, alii ſtatim Theſea nominatum ferunt ex depoſitis indiciis; alii autem, poſtea Athenis, quum ipſum AEgeus adoptaſſet.* Quae tranſcripſit Etymologici Auctor in Θησεύς. Educatus autem fuit Marathone, ut nonnulli tradiderunt. Lutatius ad Theb. v. *Marathon civitas, in qua Theſeus nutritus eſt.* Datuſque illi a Pittheo avo materno, rector pueritiae Connidas; cui etiam Athenienſes in memoriam eius rei, die Theſei profeſto, uſque ad Plutarchi aetatem, arietem immolabant. Ecce haec ipſius verba. Τρεφόμενον δ' ὑπὸ τοῦ Πιτθέως, ἐπιστάτην ἔχειν καὶ παιδαγωγὸν ὄνομα Κοννίδαν· ᾧ μέχρι νῦν Ἀθηναῖοι μιᾷ πρότερον ἡμέρα τῶν Θησείων κριὸν ἐναγίζουσι, μεμνημένοι, καὶ τιμῶντες. *Educatum vero a Pittheo, praefectum habuiſſe, ac pueritiae rectorem nomine Connidam; cui nunc quoque Athenienſes pridie Theſeorum arietem immolant, in memoriam, & honorem.*

Ab

(*a*) Troezeniorum nummum habes apud *Goltzium* triderte inſignem cum Epigraphe ΤΡΟΙΖΗΝΙΩΝ; in altera vero facie caput Minervae eſt galeatum, qua in galea iubata Pegaſus conſpicitur: Inſcriptio autem habet ΠΟΛΙΑΣ. Polias vero Minerva eſt vocata, ut *Burnutus* ait, quod civitatibus, & familiis, omnique vitae generi praeſidem Sapientiam Poetae fecerint: haec autem per Minervam ſignificatur.

Digitized by Google

Ab hoc cum ceteris artibus fere universis est imbutus, tum & lyra canere didicit; quae relata inter signa coelestia in honorem eius fertur. Hyginus in Poetico Astronomico. *Nonnulli lyram, quae proxima ei signo est collocata, Thesei esse dixerunt; quod, ut eruditus omni genere artium, lyra quoque didicisse videbatur.* Huc pertinet, quod Olympiae, in ara quadam a Cypselidis dedicata, expressus etiam Theseus fuerit, lyram tenens. Pausanias in eius arae descriptione Eliac. lib. 1. Θησεὺς δ', ἔχων λύραν, καὶ παρ' αὐτὸν, Ἀριάδνη κατέχουσά ἐστι στέφανον. *Theseus vero lyram tenens; & Ariadna cum corona.* Item hoc Anacreontis:

Ἄγχι δὰ τεῦ Θησέος ἐστὶ λύρη.

In propinquo est Thesei lyra.

Quidam tradunt, eum palaestricen edoctum a Phorbante; quem nonnulli aurigam eius fuisse volunt, & Amazonem cum hoc ipso rapuisse. Scholiastes Pindari Nemeis ode v. Ἐν Ἀθήναις φασὶν εὑρῆσθαι τὴν παλαιστρικὴν ὑπὸ Φόρβαντος, τοῦ παιδοτρίβου Θησέως. Φερεκύδης δὲ ἡνίοχον τοῦ Φόρβαντά φησι Θησέως· σὺν ᾧ καὶ τὴν Ἀμαζόνα ἁρπάζαι. *Athenis aiunt palaestricen inventam a Phorbante, praeceptore Thesei. Pherecides vero aurigam Thesei refert Phorbantem; cum quo & Amazonem rapuerit.* Xenophon Chironem etiam illi praeceptorem tribuit lib. de Venat. Anno septimo aetatis magnum animi intrepidi indicium dedit; quod Pausanias commemorat in Atticis. Τῶν δὲ ἐν Τροιζῆνι λόγων, ὃς ἐς Θησέα λέγεται, ἐστι· ὡς Ἡρακλῆς ἐς Τροιζῆνα ἐλθὼν παρὰ Πιτθέα, κατάθοιτο ἐπὶ τῷ δείπνῳ τοῦ λέοντος τὸ δέρμα· ἐσέλθοιεν δὲ παρ' αὐτὸν ἄλλοι τε Τροιζηνίων παῖδες, καὶ Θησεὺς ἕβδομον μάλιστα γεγονὼς ἔτος. Τοὺς μὲν δὴ λοιποὺς παῖδας, ὡς τὸ δέρμα εἶδον, φεύγοντάς φασιν οἴχεσθαι· Θησέα δὲ ὑπεξελθόντα ὀκ ἄγαν σὺν φόβῳ, παρὰ τὸ διακόνων ἁρπάσαι πέλεκυν, καὶ αὐτίκα ἐπιέναι στοιβῇ, λέοντα εἶναι τὸ δέρμα ἡγούμενον. *Inter ea, quae Troezene de Theseo referunt, est istud; Herculem venisse Troezenem ad Pittheum; quumque accumbere vellet, leonis pellem deposuisse; accessisse & alios Troezeniorum pueros, & Theseum, annos maxime septem natum. Ceteros conspecta pelle aufugisse; Theseum, nil magnopere metuentem, paulisper egressum esse; abreptaque de servorum manibus securi, quod leonem esse pellem existimaret, confestim invasisse.* Quum e pueris excederet, recepto per id tempus more, Delphos abiit, atque comam illic suam Apollini dedicavit, tonsa parte capitis anteriore. Qua ex re locus Θησεία, tonsura Θησηὶς nuncupata. Plutarchus. Ἔθος δ' ὄντος ἔτι τότε, τοὺς μεταβαίνοντας ἐκ παίδων, ἐλθόντας εἰς Δελφοὺς, ἀπάρχεσθαι τῷ θεῷ τῆς κόμης, ἦλθε μὲν εἰς Δελφοὺς ὁ Θησεύς· καὶ τόπον ἀπ' αὐτοῦ τὴν Θησείαν ἔτι νῦν ὀνομάζεσθαι λέγουσιν. ἐκείρατο δὲ τὰ κεφαλῆς τὰ πρόσθεν μόνον, ὥσπερ Ὅμηρος ἔφη τοὺς Ἄβαντας· καὶ τοῦτο τὸ κουρᾶς τὸ γένος Θησηὶς ὠνομάσθη δι' ἐκεῖνον. *Quumque etiam tunc usitatum esset, ut ex pueris, qui excedebant, Delphos euntes comae primitias Deo sacrarent, Theseus Delphos est profectus; atque locum etiamnum*

A *Theseam ab ipso adpellatum esse dicunt; ac detonsa illi quidem tantum coma anterior fuit, ut Homerus de Abantibus refert. Estque hoc tonsurae genus propter ipsum Theseis adpellatum.* Eustathius tradit primum Theseum comam suam dedicasse; non ab aliis morem eum accepisse; tum & illam in Delum insulam, non Delphos Apollini misisse. Ecce verba in Iliad. β', Λέγεται δὲ τῆς τομῆς τοῦ θρεπτηρίου πλοκάμου κατάρξαι Θησεύς. κειράμενος δέ, φασι, τὴν ἐμπροσθίαν κόμην, εἰς Δῆλον ἀνέθετο
B τῷ Ἀπόλλωνι. *Fertur autem primus Theseus comae, quam aluerat, sectionem incepisse; detonsam enim, uti aiunt, partem eius anteriorem, in Delum missam, Apollini consecravit.* De tonsura, quae *Theseis* adpellata, etiam Polyaenus; sed in proeliis ineundis usurpatam illi scribit lib. 1. Θησεὺς ἐν ταῖς μάχαις τὰ πρόσθια τῆς κεφαλῆς ἀπεκείραντο, ἵνα ἰσχῶν ἡ ἀντίληψιν ἀφαιρώμεθα· μετὰ Θησέα, ὅσοι Ἕλληνες οὕτως ἐκείροντο. ἡ κουρὰ Θησηὶς ἐκαλείτο. *Theseus in proeliis anteriorem capitis partem tondebat, ut hac*
C *ratione caveret, ne quis crines apprehenderet. Post Theseum quotquot Graeci eo modo tondebantur. Haec tonsura Theseis vocabatur.* Dedicabant autem comam pro felici ceteri corporis valetudine. Censorinus de Die Nat. cap. 1. *Quidam etiam pro cetera bona corporis valetudine, crinem Deo pascebant* (a).

CAP. III.

D *Quum adolevisset, a matre ad saxum adductus, tollit ensem, calceosque a patre relictos. Quot annorum id temporis fuerit. Eius fortitudo, & forma; tum statura item magna. Saxum Thesei adpellatum; antea Ara Iovis Sthenii.* Κολυμβᾶν. *Callimachi locus contra mentem Isaacii Tzetzae explicatus.*

POstquam vero adolevisset, iamque matri iustum robur, cum prudentia coniunctum, consequutus videretur, adduxit eum
E illa ad saxum, sub quo pater monumenta, ensem, & calceos occultaverat; atque ille, hoc amoto, ista abduxit. Plutarchus. Ἐπεὶ δὲ, μειράκιον ὤν, ἅμα τῇ τοῦ σώματος ῥώμῃ, διέφαινεν ἀλκὴν, καὶ φρόνημα μετὰ νοῦ καὶ συνέσεως βέβαιον, ὅτως αὐτὸν ἡ Αἴθρα πρὸς τὴ πέτραν προσαγαγοῦσα, καὶ φράσασα περὶ τῆς γενέσεως τἀληθῆ, ἐκέλευσεν ὑφελεῖν τὰ πατρῶα σύμβολα, καὶ πολεῖν εἰς Ἀθήνας· ὁ δὲ τὴν μὲν πέτραν ὑπέδυ, καὶ ῥᾳδίως ἀνέωτε. *Postquam vero adolevit, & praeter corporis robur eluxit in eo fortitudo, animusque solidus, cum prudentia, & sapientia coniunctus, AEthra ad saxum abductum, ac de*
F *ortu suo vera edoctum, paterna insignia inde tollere, & Athenas ire iussit. Atque ille saxum subiit, & facile removit.* Apollodorus lib. III. Θησεὺς δὲ, γνωσθεὶς ἐξ Αἰθρας Αἰγέως παῖς, ὡς ἐγνώσθη τέλειος, ἀπωσάμενος τὴν πέτραν, τὰ πέδιλα καὶ τὴν μάχαιραν ἀναιρεῖται. *Theseus vero, AEgeo ex AEthra natus, iam grandis factus, saxo amoto, calceos, & ensem aufert.* Erat tum annorum sedecim, ut Pausanias nobis

(a) Theseum detonsis in anteriore capitis parte comis, in posteriore vero promissis exhibet *Gemma* II. *Tabul.* XXXII. *Tom.* I. *Musei Florentini*, ut censet eruditissimus *Gorius*, & acute quidem ac sapienter.

Digitized by Google

nobis auctor in Atticis. Κρηπῖδας Αἰγέα (λόγος ἐστὶν) ὑπὸ πέτρᾳ καὶ ξίφος θεῖναι, γνωρίσματα εἶναι τῷ παιδί. Καὶ τὸν μὲν ἐς Ἀθήνας ἀποπλεῖν· Θησέα δὲ, ὡς ἕκτον καὶ δέκατον ἔτος ἐγεγόνει, ἡ πέτραν ἀνώξαντα οἴχεσθαι, καὶ τὴν παρακαλαθήκην τὴν Αἰγέως φέροντα. *Crepidas AEgeum (fama est) & ensem sub saxo deposuisse, quo ea sibi signa forent ad agnoscendum filium. Atque illum quidem Athenas abnavigasse; Theseum vero, quum iam annum aetatis decimum sextum adtigisset, amoto saxo, depositum AEgei sustulisse* (a). Erat autem ut insigni fortitudine, ita forma. Servius ad AEneid. lib. VI. *Tertio anni AEgei Theseus missus est, potens tam virtute, quam forma.* Quae totidem verbis transcripsit Lutatius ad Statii Achill. extremum lib. I. Eustathius in Dionysium. Ἐκ Τροιζῆνος (ὁ Θησεὺς) χρόνιος ἐλθὼν, μετὰ τοῦ ξίφους καὶ τῶν πεδίλων τῶν πατρικῶν, ἐνεφανίσθη μὲν ἀγνοοῦντι τῷ πατρὶ Αἰγεῖ, παῖς καλὸς, καὶ πρέπων εἰς βασιλείαν. *Troezene (Theseus) tempestivus adveniens, cum gladio, & calceis paternis adparuit patri AEgeo, ipsum non noscenti, formosus puer, ac regno decorus.* Phaedra apud Senecam in Hippolyto:

——— *Thesei vultus amo*
Illos priores, quos tulit quondam puer;
Quum prima puras barba signaret genas,
Monstrique coecam Gnossii vidit domum,
Et longa curva fila collegit via,
Et ora flavus tenera pingebat rubor.
Inerant lacertis mollibus fortes tori;
Tuaeve Phoebes vultus, aut Phoebi mei;
Tuusque potius; talis, en, talis fuit,
Quum placuit hosti. Sic tulit celsum caput.

Statura quoque excelsa fuit; idque ex Plutarcho liquet; qui quum ossa eius in Scyro a Cimone reperta tradit, ita scribit. Εὑρέθη δὲ σῆκος τε τοῦ μεγάλου σώματος. *Repertus est loculus magni corporis.* Certe, quod ad formam adtinet, etiam inter formosissimos memoratur ad Hygino Mythol. cap. CCLXX. Postquam vero, uti dixi, adultam aetatem adtigisset, monumenta patris sustulit, saxo amoto; quod deinde Thesei dictum, quum ad istud usque tempus nomen illi Iovis Sthenii ara fuisset. Pausanias in Corinthiacis. Καὶ πέτρα, Θησέως ὀνομαζομένη· μεταβαλοῦσα καὶ αὐτὴ τὸ ὄνομα, ἀνελομένου Θησέως ὑπ' αὐτῆς κρηπῖδας τὰς Αἰγέως καὶ ξίφος· πρότερον δὲ, βωμὸς ἐκαλεῖτο Σθενίου Διός. *Et saxum Thesei adpellatum; quod ipsum nomen etiam suum mutavit, postquam Theseus AEgei repositas sub eo crepidas, gladiumque substulit; antea vero ara Iovis Sthenii adpellabatur.* Ac mox rursum. Ἔστι δὲ ὁδὸς ἐς Ἑρμιόνην ἐκ Τροιζῆνος κατὰ τὴν πέτραν, ἣ πρότερον μὲν ἐκαλεῖτο Σθενίου Διὸς βωμὸς, μετὰ δὲ Θησέα ἀνελόμενον τὰ γνωρίσματα, ὀνομάζουσιν οἱ νῦν Θησέως αὐτήν. *Troezene vero Hermionem itur iuxta saxum, quod antea quidem ara Sthenii Iovis dictum, postquam vero monumenta Theseus sustulit, Thesei in praesens vocant.* Dictum etiam *Coluraeum* tradit Isaacius Tzetzes ex Callimacho. Τὴν περὶ Θησέως τοῦ ξίφους, καὶ τῶν ὑποδημάτων, τὰ ὑπὸ τὴν Κολυραίαν πέτραν, πάλιν διαλαμβάνει· Κολυραίαν γὰρ αὐτὴν ὁ Καλλίμαχος καλεῖ:

Ἔργα δέ μ' ἐν Τροιζῆνι Κολυραίῃ ὑπὸ πέτρῃ
Θῆκε σὺν ἀσπίδεσσιν. ———

Historiam de Thesei gladio, calceisque sub Coluraeo saxo absconditis, rursum comprehendit. Nam Coluraeum id Callimachus adpellat:

Opera vero mihi Troezene Coluraeo sub saxo
Posuit cum calceis. ———

Quamquam sane malim Κολυραίαν πέτραν explicare adpellative, ut Grammatici loquuntur, *cavum saxum*, aut *incurvum*, ut interpretatur Suidas; qui Callimachi istum locum sine dubio respexit, quum inquit. Κολυραία πέτρα, κοίλη, κεκαμμένη, ἢ στρογγύλη, παρὰ Καλλιμάχῳ. *Coluraeum saxum, cavum, incurvum, rotundum apud Callimachum.*

CAP. IV.

Herculis fama incensus, eius quoque virtutes aemulabatur. Ideo Athenas iturus, cum paternis monumentis, mari iter facere noluit; quamquam avo, atque matre dissuadentibus. Terra autem totam viam, qua Troezene Athenas ibant, latrociniis perpurgavit. Qua de causa navem etiam theoridem, quum Athenienses eam Delphos mitterent, quidam qui secures gererent anteibant, tamquam viam purgaturi.

AD virtutem animo pronus, quum tunc valde magna esset Herculis fama, ac gestarum rerum gloria, illum sibi imitandum ob oculos posuit. Plutarchus. Τὸν δὲ πάλαι μὲν, ὡς ἔοικε, λεληθότως διέκαιεν ἡ δόξα τοῦ Ἡρακλέους ἀρετῆς, καὶ πλεῖον ἐκείνου λόγον εἶχε, καὶ προθυμότατος ἀκροατὴς ἐγένετο τῶν διηγουμένων ἐκεῖνον, οἷος εἴη, μάλιστα δ' ὑπ' αὐτὸν ἑωρακότων, καὶ παρατιθεὶς, καὶ λέγοντι, προσευχηκότων. *At hunc iampridem gloria virtutis Herculis clam incenderat, eumque faciebat plurimi, & promtissime memorantibus, qualis esset, aurem dabat; maxime autem, qui eum viderant, quique sive dictis, sive factis interfuerant.* Isocrates in Enc. Hel. Κάλλιστον μὲν οὖν περὶ Θησέως τοῦτ' ἐπεῖν ἔχω, ὅτι, κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον Ἡρακλεῖ γυόμενος, ἐφάμιλλον τὴν ἑαυτοῦ δόξαν παρὸς ἐκείνου κατέσησεν. οὐ γὰρ μόνον τοῖς ὅπλοις ἐκοσμήσαντο παραπλησίως (b), ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐπιτηδεύμασι ἐχρήσαντο τοῖς αὐτοῖς, πρέποντα τῇ συγγενείᾳ ποιοῦντες. *Ac pulcerrimum de Theseo dicere illud habeo, quod Herculis temporibus natus, ita se gessit, ut parem cum illo gloriam consequeretur. Neque enim simili armorum genere se dumtaxat exornabant, verum studia quoque eadem coluerunt, ut cognationi ipsorum conveniebat.* Diodorus Siculus lib. IV. Ἐπεὶ δὲ περὶ Ἡρακλέους, καὶ τῶν ἀπογόνων αὐτοῦ, ἐμνήσθημεν, οἰκεῖον ἂν εἴη περὶ Θησέως εἰπεῖν, διὰ τὸ τοῦτον ζηλωτὴν γενέσθαι τῶν Ἡρακλέους ἄθλων. *Postquam de Hercule, eiusque item posteritate memoravimus, consequens fuerit, ut de Theseo dicam, siquidem ille Herculis certamina est aemulatus.* Et paulo post. Διεξιὼν δὲ, ὥς φασι, τὴν πα-

(a) Vide *Cecropiam Cap.* XXIIII.
(b) Gemma I. *Tabul.* XXXIX. *Tom.* II. *Musei Florentini* Theseum habet, qui inermis Centaurum prosternit: pro pedibus autem clava Herculeae similis humus iacet. Haec autem clava fuerat Periphetis, ut inferius Capite insequenti demonstratur.

ϗ παραθαλάσσιον, ϗ ζηλωτὴς ὢν τ᾽ Ἡρακλέους ἀρετῆς, ἐπεθάλετο ἰελεῖν ἄθλους περιέχοντας ἀποδοχήν τε ϵ̓ δόξαν. *Dum vero per maritimam oram iter facit, uti ferunt, Herculisque virtutem aemulatur, animum induxit perficere certamina, quae favorem, gloriamque continerent.* Clemens Strom. I. Θησεὺς δὲ, ὁ Ἡρακλέους ζηλωτὴς ὢν, πρεσβύτερός ἐστι τ᾽ Τρωϊκῶν μιᾷ γϵνεᾷ. *Theseus, qui Herculis aemulator erat, Troianis rebus una generatione est antiquior.* Itaque exemplo Herculis, gloriam ingentem adfectans, quum paterna monumenta accepisset, Athenas contendit via terrestri, atque hac periculosa, & latronibus infesta; quamquam admodum dissuadente matre AEthra, & avo Pittheo. Plutarchus. Ὁ δὲ λῆν μὲν πέτραν ὑπέδυ, ϗ ῥᾳδίως ἀνέωσε, πλεῖν δ᾽ ἀπέγνω, καίπερ ὄσης ἀσφαλείας, ϗ δεομένων τοῦ τε πάππου, ϗ τ᾽ μητρός. *Ille vero saxum quidem subiit, ac facile removit; verum navigio iter facere recusavit, quamvis tutum istud esset, ac praeterea avus quoque, ut & mater id rogarent.* Itaque, sublatis Graeciae cunctis hostibus, & amplificata patria, nomen immortale sibi peperit. Xenophon lib. De Venat. Θησεὺς δ᾽, τοὺς μὲν τ᾽ Ἑλλάδϵ ἐχθροὺς πάσης μόνϵ ἀπώλεσε, τ᾽ δὲ αὐτοῦ πατρίδα πολλῷ μείζω ποιήσας, ἔτι ϗ νῦν θαυμάζεται. *Theseus autem, Graeciae totius hostes solus delevit, patriaque multo ampliore reddita, etiam nunc in admiratione exsistit,* Primo igitur viam eam, qua Troezene Athenas ibant, latrociniis liberandam sibi duxit. Pausanias in Corinthiacis. Ἐκάθηρε Θησεὺς τ᾽ κακούργων τ᾽ ὁδὸν τ᾽ ἐς Ἀθήνας ἐκ Τροιζῆνϵ. *Purgabat Theseus a maleficis viam, quae Troezene Athenas ducebat.* Lucianus in Iove Tragoedo. Εἰ γοῦν μὴ ὁ Θησεὺς, ἐκ Τροιζῆνϵ, εἰς Ἀθήνας ἰὼν, ὁδοῦ πάρεργον ἐξέκοψε τοὺς κακούργους. ὅσων ἐπί σοι, ϗ τῇ σῇ προνοίᾳ, οὐδὲν ἂν ἐκώλυε ζῆν ἐντρυφῶντας ταῖς τ᾽ ὁδῶν βαδιζόντων σφαγαῖς, τὸν Σκείρωνα, ϗ τ᾽ Πιτυοκάμπτην, καὶ Κερκύονα, καὶ τοὺς ἄλλους. *Itaque nisi Theseus, Troezene Athenas profectus in itinere excidisset malefícos, sane, quantum ad te, & tuam providentiam adtinet, nihil obstaret, quominus viverent & Sciron, & Pityocamptes, & Cercyon, aliique.* Hac de causa, quum solennem theororum pompam Delphos mitterent Athenienses, quidam, qui secures gererent, tamquam viam purgaturi, praecedebant. Scholiastes AEschyli ad Eumenides. Θησεὺς τὴν ὁδὸν ἐκάθηρε τ᾽ λῃστῶν· ϗ, ὅταν πέμπωσιν εἰς Δελφοὺς θεωρίδα, προέρχονται ἔχοντες πελέκεις, ὡς διημερώσοντες τὴν γῆν. *Theseus viam purgavit a latronibus; quumque navem, qua theori vehebantur, mittebant, quidam cum securibus praeibant, tamquam viam purgaturi.* Et respexit isthuc AEschylus illis versibus.

Πέμπουσι δ᾽ αὐτὸν, ϗ σεβάζουσι μέγα,
Κελευθοποιοὶ παῖδες Ἡφαίστου, χθόνα
Ἀνήμερον τιθέντες ἡμερωμένην.
Deducunt vero ipsum, & colunt valde,
Viam facientes filii Vulcani, terram
Ferocem reddentes mansuetam.

(a) De his Theoris vide *Lib. De Pop. Att.* in Λυκαβηττός.

CAP. V.

Interficit Peripheten, cognomento Coryneten, Vulcani, & Anticliae filium; etiam Sinin, Pityocampten adpellatum, Polypemonis, sive Pemonis, & Syleae. Error Scholiastae Euripidis, Pinderique indicatus.

ATque ut Herculis certamina, ita eius varia commemorantur; incepitque a Periphete, quem a clava, quam gestabat, quae Κορύνη Graecis dicitur, Κορυνήτην cognomento adpellabant. Plutarchus. Καὶ πρῶτον μὲν ἐν τῇ Ἐπιδαυρίᾳ Περιφήτην, ὅπλῳ χρώμενον κορύνῃ, ϗ διὰ τοῦτο Κορυνήτην ἐπικαλούμενον, ἀπέκτεινε, καὶ κωλύοντα προάγϵν, συμβαλὼν ἀπέκτανεν. ἡσθεὶς δὲ τῇ κορύνῃ, λαβὼν, ὅπλον ἐποιήσατο· καὶ διετέλεϵ χρώμενος, ὥσπερ ὁ Ἡρακλῆς, τῷ δέρματι τοῦ λέοντος. *Ac primum in agro Epidaurio Peripheten, clava vice armorum utentem, ideoque Coryneten cognominatum, quum adgrederetur ipsum, progredique prohiberet, manum conserens cum eo interfecit; oblectatus autem clava, eam acceptam inter arma sua habuit; ac perpetuo deinceps illa usus fuit, ut leonis pelle Hercules.* Diodorus Siculus lib. IV. Πρῶτον μὲν οὖν ἀνεῖλε τὸν ὀνομαζόμενον Κορυνήτην, χρώμενον τῇ προσαγορευομένῃ κορύνῃ, ἥτις ἦν αὐτῷ ὅπλον ἀμυντήριον, καὶ τοὺς παριόντας ἀποκτείναντα. *Primum igitur Coryneten adpellatum, clava, quam vocabant, loco armorum utentem, ac praetereuntes occidentem, e medio sustulit.* Erat autem hic Vulcani filius ex Anticlia. Apollodorus lib. III. Πρῶτον μὲν Περιφήτην, τ᾽ Ἡφαίστου ϗ Ἀνικλείας, ὃς ἀπὸ τῆς κορύνης, ἣν ἐφόρϵ, Κορυνήτης ἐπεκαλεῖτο, ἔκτϵινεν ἐν Ἐπιδαύρῳ. πόδας δὲ ἀσθενεῖς ἔχων ἔτϵ, ἐφόρϵ κορύνην σιδηρᾶν, δι᾽ ἧς τοὺς παριόντας ἔκτϵνε· ταύτην ἀνελόμενος Θησεὺς ἐφόρϵ. *Primum quidem Peripheten, Vulcani, & Anticliae filium, qui a clava, quam gestabat, Corynetes dicebatur, occidit in agro Epidaurio. Hic quum pedes infirmos haberet, ferream gestabat clavam, qua praetereuntes interficiebat; eamque adreptam Theseus deinceps gestabat.* Breviter Ovidius, Athenienses eum celebrantes inducens, postquam Athenas ad patrem AEgeum pervenisset, Metamorph. lib. VII.

——— *Tellus Epidauria per te*
Clavigeram vidit Vulcani occumbere prolem.

Hyginus Thesei labores narrans Fab. XXXVIII. *Corynetem Neptuni filium armis occidit.* Inde Sinin, sive Sinnin, vel, ut alii scribunt Scinin, Pityocampten nuncupatum, interfecit. Plutarchus. Ἐν δ᾽ Ἰσθμῷ, Σίνιν τ᾽ Πιτυοκάμπτην, ᾧ τρόπῳ πολλοὺς ἀνῄρϵ, τούτῳ διέφθϵρεν αὐτός. *In Isthmo vero, Sinnin Pythiocamptem, quo modo multos ille peremerat, eodem ipsum quoque sustulit.* Quo autem Sinis ille modo, quem Plutarchus innuit tantum non exponit, homines e medio tollere solitus fuerit, tum cognomen Pityocamptae unde acceperit, explicat Apollodorus; & adiungit filium fuisse Polypemonis, & Syleae. Δεύτερον ὃ κλείνϵ Σίνιν, τ᾽ Πολυπήμονϵ ϗ Συλέας τῆς Κορίνθου· ὅτϵ Πιτυοκάμπτης ἐκαλεῖτο· οἰκῶν γὰρ τ᾽ Κορινθίων Ἰσθμὸν, ἠνάγκαζε τοὺς παριόντας πίτυς κάμ-

κάμπτοντας ἀνέχεσθαι. οἱ δὲ, διὰ τὴν ἀσθένειαν ἐκ τῆς δύναντο κάμπτειν· καὶ ὑπὸ τῶν δένδρων ἀναρριπτούμενοι, πανολέτρως ἀπώλοντο· τούτῳ τῷ τρόπῳ Θησεὺς Σίνιν ἀπέκτεινεν. *Secundum vero occidit Sinin filium Polypemonis, & Sileue Corinthi filiae. Hic Pityocamptes dicebatur; quippe in Isthmo habitans Corinthiorum, pinus flectere praetereuntes compellebat; illi vero, postquam illud virium imbecillitate minime possent, ab arboribus in sublime electi, penitus interibant. Et hoc ipso modo Theseus Sinin occidit.* Scholiastes Euripidis ad Hippolytum, Pemonem, non Polypemonem patrem dicit. Ἦν δὲ ὅτος ὁ Σίνις υἱὸς Πήμονος, περὶ τὸν Ἰσθμὸν ξενοκτονῶν· ὁ καὶ Πιτυοκάμπτης. *Erat vero Sinis hic filius Pemonis, qui in Isthmo hospites occidebat; etiam Pityocamptes dictus.* Diodorus clarius dicit, adligasse eum homines ramis primum. Δεύτερον δὲ, τὸν ἐν Ἰσθμῷ κατοικοῦντα Σίνιν (ἀνεῖλεν·) ὅτος γὰρ, δύο πίτυς κάμπτων, καὶ πρὸς ἑκατέραν τὸν ἕνα βραχίονα προσδεσμεύων, ἄφνω τὰς πίτυς ἠφίει· διόπερ τῶν σωμάτων διὰ τὴν βίαν ἀποστωμένων, συνέβαινε τοὺς ἀτυχοῦντας μετὰ μεγάλης τιμωρίας τελευτᾶν. *Secundum (occidit) Sinin in Isthmo degentem. Is, duabus inflexis pinibus, utrique brachium unum adligans, has subito dimittebat; eapropter corporibus per vim distractis fiebat, ut miseri cum magno cruciatu interirent.* Adligatos pinubus homines, tradit etiam Pausanias; nec praetereuntes quosvis, uti alii, sed pugnando quos vicisset. Ecce verba in Corinthiacis. Ἔστι δὲ ἐπὶ τῷ Ἰσθμῷ τῆς ἀρχῆς ἔνθα ὁ λῃστὴς Σίνις λαμβανόμενος πιτύων, ἦγεν ἐς τὸ κάτω σφᾶς· ὁπόσων δὲ μάχῃ κρατήσειεν, ἀπ' αὐτῶν δήσας, ἀφῆκεν ἂν τὰ δένδρα ἄνω φέρεσθαι· ἐνταῦθα ἑκατέρα τῶν πιτύων τὸν δεθέντα ἐπ' αὐτῇ εἶλκε, καὶ τῷ δεσμῷ μηδ' ἑλέρωσε εἰκονος, ἀλλ' ἀμφοτέρωθεν ἐπίσης βιαζομένου, διεστᾶτο ὁ δεδεμένος. τοιούτῳ διεφθάρη τρόπῳ καὶ αὐτὸς ὑπὸ Θησέως ὁ Σίνις. *In principio Isthmi locus est, ubi Sinis latro diversarum pinuum ramis ad terram curvatis, ad eos, quos pugnando vicisset, arctis utrimque vinculis adligabat, ut, dimissis sursum arboribus, neutra parte quicquam omnino concedente, sed utrinque vi aequali illata, is, qui adligatus erat, distraheretur. Eodemque modo ipse Sinis a Theseo est interfectus.* Adeoque sua aetate, imperante Hadriano, visam adhuc pinum refert. Τῆς δὲ Κορινθίας ἐστὶ γῆς καὶ ὁ καλούμενος Κρωμύων, ἀπὸ τοῦ Κρώμου τοῦ Ποσειδῶνος. Ἐνταῦθα γραφῆναι λέγουσι καὶ τὸν λεγόμενον Θησέως Πιτυοκάμπτην, καὶ κατ' αὐτὸν τὸν τόπον ἐστὶν ἔργον· προῖσι γὰρ ἡ πίτυς ἄχρι τε ἐμοῦ ἐπεφύκει παρὰ τὸν Αἰγιαλόν. *Est in agro Corinthiaco etiam Cromyon dictus, a Neptuni filio Cromo. Isthic educatum ferunt Pityocampten Thesei; estque iuxta ipsum locum monumentum pinus, quae in littore etiam aetate mea se progredientibus ostendit.* Breviter Ovidius loco antea citato.

Occidit ille Scinis, magnis male viribus usus;
Qui poterat curvare trabes, & agebat ab alto
Ad terram late sparsuras corpora pinus.

Et Seneca Hippolyto:

——— *Membra quis saevus Scinis,*

Aut qui Procrustes sparsit? ———

Videndi quoque Schol. Pindari in Argumento Isthmonic. & Hyginus Fab. xxxviii. Saevitiam eius, etsi non a Theseo poenam, commemorat etiam Seneca De Clem. lib. ii. *Quidam non exigunt poenas, crudeles tamen sunt: tamquam qui ignotos homines, & obvios, non in compendium, sed occidendi causa occidunt, nec interficere contenti, saeviunt; ut Sinis ille.* Meminerunt item Statius Theb. xii. Strabo lib. ix. Euripides Hippolyto, Eustathius ad Iliad. ά. & λ'. aliique. Quidam Sinin cum Procruste, de quo statim sum dicturus, eumdem faciunt, sed non recte. Scholiastes Euripidis ad Hippolytum. Ἰσθμοῖ Σίνις ἐγένετο, ὅσις εἶχε κράβδατον ἀνὰ μέσον τὴν ὁδὸν, καὶ κρατῶν τοὺς παριόντας, προσεμέτρει τῷ κραβδάτῳ· καὶ, εἰ μὲν ἦν μακρὸς, ἀπέκοπτεν ἐκ τῶν ποδῶν αὐτοῦ, ἵνα ἐξισωθῇ κραβδάτῳ. τοῦτον ἐφόνευσεν ὁ Θησεὺς μόνος. *In Isthmo Sinis erat, qui in media via lectum habebat, & redactos in potestatem praetereuntes, ad mensuram eius aptabat; ac si quispiam longior esset, illum pedibus amputatis, lecto adaequabat. Hunc occidit Theseus solus.* Nam de lecto quae commemorat, & truncatis viatoribus, ea omnes alii Procrustae tribuunt, cui & Damastae nomen, ut mox dicam. Etiam Pindari Scholiastes hos confundit in Argumento Isthmionicarum. Τὸν τῶν Ἰσθμίων ἀγῶνα, οἱ μὲν ἐπὶ Σινίδι τῷ Προκρούστῃ διαθεῖναί φασι τὸν Θησέα, ἀνελόντα αὐτόν. *Isthmiorum certamen in memoriam Sinidis, qui & Procrustes, instituisse fertur Theseus, postquam ipsum occidisset.*

CAP. VI.

Sus Crommyonia, vel, ut alii, Cremmyonia Phaea dicta interfecta. Etiam Scyron; quamquam id Scriptores veteres Megarenses negaverint; tum id factum contendentes, quum caperet Eleusinem principe Diocle expulso. Ob hanc caedem, ut & Sinidis, postea in ius vocatus, in Delphinio tribunali causam dixit.

TErtio suem Crommyoniam e medio sustulit. Diodorus Siculus. Τρίτον δὲ τὴν ἐν Κρομμυῶνι ὑπάρχουσαν ὗν ἀγρίαν, διαφέρουσαν ἀλκῇ τε καὶ μεγέθει, καὶ πολλοὺς ἀνθρώπους ἀναιροῦσαν, ἀπέκτεινεν. *Tertiam vero suem Cremmyone agrestem, ferocia, ac magnitudine praecellentem, & multos homines occidentem interfecit.* Et haec Phaea dicebatur. Plutarchus. Ἡ δὲ Κρομμυωνία σῦς, ἣν Φαῖαν προσωνόμαζον, οὐ φαῦλον ἦν θηρίον, ἀλλὰ μάχιμον, καὶ χαλεπὸν κρατηθῆναι. ταύτην, ὁδοῦ πάρεργον, ὡς μὴ δοκοίη πάντα πρὸς ἀνάγκην ποιεῖν, ὑποσὰς ἀνεῖλε. *Crommyonia autem sus, quam cognominabant Phaeam, fera erat non contemnenda, verum pugnax, ac difficilis superatu. Hanc obiter, & ne omnia ex necessitate facere videretur, exceptam sustulit.* Stephanus. Κρεμμύων, κώμη Κορίνθου· ἐν ᾗ μυθεύουσι τὰ περὶ τὴν Κρεμμυωνίαν ὗν, καὶ τὴν Θησέως ἄθλων. τὸ κύριον ὄνομα αὐτῆς ἐκαλεῖτο Φαῖα. *Cremmyon, vicus Corinthi, in quo fabulantur evenisse, quae de sue Cremmyonia memorantur, Theseique certaminibus; proprium vero illi*

illi nomen Phaea erat. Vbi obſerva per ε ſcribi, *Cremmyon*, & *Cremmyonia*. Sic apud Ovidium Metamorph. lib. VII.

——— *Te, maxime Theſeu,*
Mirata eſt Marathon, Cretaei ſanguine tauri;
Quodque ſuam ſecurus arat Cremyona colonus,
Munus, opuſque, tuum eſt. ———

Nam ſic eſſe in manuſcriptis exemplaribus teſtantur viri docti. Et apud Hyginum Fab. XXXVIII. *Aprum, qui fuit Cremyone, interfecit*. Nec aliter eſt apud Plinium lib. IV. cap. VII. Sed priorem lectionem tuentur Pauſanias in Corinthiacis, Thucydides lib. IV. & Strabo lib. VIII. ubi ſuis quoque huius, & a Theſeo caeſae meminit. Sunt qui Phaeam hanc fuiſſe feminam dicant, atque ſuem propter mores adpellatam. Plutarchus. Ἔνιοι δ' φασι, τὴν Φαίαν λῃςρίδα γενέσθαι γυναῖκα, φονικὴν, καὶ ἀκόλαςον, αὐτόθι καλουμένην ἐν Κρομμυῶνι· Σῦν δ' ἐπονομασθεῖσαν, διὰ τὸ ἦθος, καὶ τὸν βίον. *Sunt qui dicant Phaeam fuiſſe mulierem latronem homicidia exercentem, ac laſcivam, ibi loci Crommyone habitantem; Suem vero cognomento nuncupatam propter mores, & vivendi rationem* (a). Quarta illi cum Scirone pugna fuit; de crudelitate cuius, & exitio, ita narrat Diodorus. Ἐκόλασε δὲ καὶ Σκίρωνα, τοὺς οἰκοῦντα τὴν Μεγαρίδα τὰς καλουμένας Σκιρωνίδας πέτρας. ἔτος δ' ἐώθει τοὺς παριόντας ἀναγκάζειν ἀπονίπτειν ἑαυτὸν ἐπί τινος ἀποκρήμνου τόπου· λακτίσματι δὲ ἄφνω τύπτων, περιεκύλιε καὶ ἐκ κρημνῶν ἐς θάλασσαν, καλεῖται δ' ὑπὸ τῶν Μεγαρέων Χελώνη. *Supplicio quoque adfecit Sironem Megaridis rupes, quae Sironides dicebantur, incolentem. Hic ſolebat cogere praetereuntes ad lavandum ipſi pedes in praerupto quodam loco; poſteaque improviſo impulſos calcibus in mare praecipitare ad Chelonem quam vocabant*. Plutarchus. Σκίρωνα δὲ πρὸ τῆς Μεγαρικῆς ἀνεῖλε, βίψας κατὰ τῶν πέτρων, ὡς μὲν ὁ πολὺς λόγος, λῃζόμενα τοὺς παριόντας· ὡς δ' ἔνιοι λέγουσιν, ὕβρει, καὶ τρυφῇ, προτείνοντα τῷ πόδε τοῖς ξένοις, καὶ κελεύοντα νίπτειν εἶτα λακτίζοντα καὶ ἀπωθοῦντα νίπτοντας εἰς τὴν θάλασσαν. *Scironem vero ante Megarici agri fines interfecit de rupe deiectum, uti quidem vulgo fertur, latrociniis viatores infeſtantem; aut, ut alii ſunt auctores, e protervia, atque luxu pedes dantem peregrinis abluendos; inde calcibus in ſubiectum illic mare deturbantem*. Ovidius.

Tutus ad Alcathoen Lelegeia moenia limes,
Compoſito Scirone, patet; ſparſiſque latronis
Terra negat ſedem, ſedem negat oſſibus unda;
Quae iactata diu fertur duraſſe vetuſtas
In ſcopulos, ſcopulis nomen Sironis inhaeret.

Videndus quoque Strabo initio lib. IX. Pauſanias extremis Atticis, Euripides Hippolyto, & ibi Scholiaſtes, Hyginus Fab. XXXVIII. ac Poetae meminerunt locis pluribus. Eratque huius Theſei facti ſimulacrum e terra cocta Athenis in tecto porticus regiae. Pauſanias de ea agens in Atticis. Ταύτης ἔπεσι τῷ κεράμῳ τῆς ςοᾶς ἀγάλματα ὀπῆς γῆς, ἀφιεὶς Θησεὺς εἰς θάλασσαν Σκίρωνα, καὶ φέρουσα Ἠμέρα Κέφαλον. *In huius porticus tecto ſimulacra ſunt e terra cocta; Theſeus Sironem in mare deiiciens, & Aurora Cephalum ferens*. Alii tamen Scriptores Megarenſes Sironem negabant latronem fuiſſe, aut a Theſeo interfectum, quum Athenas primum tenderet; ſed, quum Eleuſinem caperet, quae a Megarenſibus tunc tenebatur. Plutarchus. Οἱ δὲ Μεγαρόθεν συγγραφεῖς, ὁμόσε τῇ Φήμῃ βαδίζοντες, καὶ τῷ πολλῷ χρόνῳ, κατὰ Σιμωνίδην, πολεμοῦντες, ὅτε λῃςὴν, ὅτε ὑβριςὴν, γεγονέναι τὸν Σκίρωνά φασιν, ἀλλὰ λῃςῶν μὲν κολαςὴν, ἀγαθῶν δὲ καὶ δικαίων οἰκεῖον ἀνδρῶν καὶ φίλον, &c. Ἀλλὰ Θησέα, οὐχ ὅτε τὸ πρῶτον ἐβάδιζεν εἰς Ἀθήνας, ἀλλ' ὕςερον Ἐλευσῖνά τε λαβεῖν, Μεγαρέων ἐχόντων, παρακρουσάμενον Διοκλέα τὸν ἄρχοντα, καὶ Σκίρωνα ἀποκτεῖναι. *Scriptores vero Megarenſes cum fama pedem conferentes, ac cum diuturnitate, ut Simonidis dictum habet, pugnantes, nec latronem fuiſſe Sironem, nec flagitioſum aiunt, verum vindicem latronum, tum & viris item iuſtis, atque bonis familiarem, & amicum*, &c. *Sed Theſeum illum, non tunc, quum Athenas primum iter caperet, occidiſſe, ſed quum urbem Eleuſinem, quam tenebant per id tempus Megarenſes, principe Diocle expulſo, expugnaſſet*. Certe poſtea ob Sironem, item Sinin in ius vocatus cauſam dicere in Delphinio tribunali eſt coactus. Ac de Sini, & Scirone Auctor Etymologici refert. Ἐπὶ Δελφινίῳ. Δικαςήριον Ἀθήνησιν, ἐπὶ τῶν ὁμολογούντων φόνους δεδρακέναι. οἱ δέ φασιν, ὅτι, Κρητῶν χειμαζομένων, εἰκαθεὶς Δελφῖνι ὁ Ἀπόλλων ἔσωσεν αὐτοὺς, εἰς τὴν Ἀτλικὴν κομίσας. ἀνθ' ὧν Ἀπόλλωνι Δελφινίῳ ἱδρύθη ἱερόν· ὕςερον δὲ, δικαςήριον χρεόθη τῶν φονικῶν· ἐν ᾧ καὶ Θησέα κεκρίθη, ὑπὲρ τῶν φόνων τῶν περὶ Σκίρωνα, καὶ Σίνιν. *Ad Delphinium. Tribunal Athenis, ubi iudicati ii, qui caedem commiſiſſe ſeſe faterentur. Quidam aiunt, quum Cretenſes tempeſtate laborarent, mutatum in Delphinem Apollinem hos ſervaſſe; & in Atticam eduxiſſe; qua de cauſsa Apollini Delphinio ſtructum fanum; quod tribunal poſtea factum, in quo caedes iudicarentur; Theſeumque illic etiam iudicatum; quia Sinin, & Sironem occidiſſet*. Pollux ſimpliciter illic ob latrones interfectos iudicatum eſſe dicit lib. VIII. cap. X. Τὸ ἐπὶ Δελφινίῳ, ἱδρύθη μὲν ὑπὸ τοῦ Αἰγέως, λέγεται δ' Ἀπόλλωνι Δελφινίῳ, καὶ Ἀρτέ-

(a) Moris ſaepe fuit apud pleroſque vitam moreſque hominum notantes, diverſa ferarum, quas illi vitae ratione imitarentur, indere nomina. Heinc forte illa a Platonicis aliiſve conficta animarum in ferina corpora migratio, de qua *Plato* X. περὶ πολιτείας, & *AEneas Gazaeus* in *Theophraſto*. *Claudianus* II. in *Rufinum* de Rhadamantho agens;

Exaequat damnum meritis, & muta ferarum
Cogit vincla pati, truculentos ingerit urſis,
Praedoneſque lupis, fallaces vulpibus addit.
At qui deſidia ſemper vinoque gravatus
Indulgens Veneri, voluit torpeſcere luxu,
Hunc ſuis immundi pingues detrudit in artus.

Sic in ſacris litteris Vulpes Herodes dicitur. Lupa apud Romanos meretrix eſt. Dipſas apud Ovidium lena eſt auri ſitiens. Ceterum non a moribus ſemper id tractum: aliae etiam cauſae fuerunt cur homines ferinis nominibus adpellarentur. Exemplo ſint Scrofa & Aſina Romana cognomenta, de quibus *Macrobius Lib.* I. *Saturnal. Cap.* VI. Sed & multae Chriſtianae feminae ferinis nominibus nuncupatae, ut Tigris, Lea, Vrſula, Aſella, Porcella, Vrſa, quae in vetuſtis inſcriptionibus occurrunt, ut apud *Fabrettum*, & *Lupum* videre eſt.

Digitized by Google

τέμιδι Δελφινίᾳ. Ἐκρίθη ὃ ἐν αὐτῷ πρῶτ@ Θησεὺς, ἀφοσιούμεν@ τὸ ἄγος τῶν ὑπ' αὐτοῦ ἀνῃρημένων λῃστῶν· ὃς ὡμολόγει μὲν ἀποκτεῖναι, δικαίως δ' ἔφη τοῦτο δεδρακέναι. *Forum ad Delphinium ab AEgeo quidem constitutum est, sed dicatum Apollini Delphinio, & Dianae Delphiniae. Primusque ibi iudicatus Theseus, postquam exspiasset scelus interfectorum latronum; quos quidem se occidisse fatebatur, sed id iure abs se factum contendebat.*

CAP. VII.

Cercyonem Vulcani filium e medio tollit. Eius in lucta inventum, Γ'γνύων ἀφαίρεσις. *Locus etiam Pausaniae tempore,* Κερκύον@ παλαίστρα *dictus. Veterum lucta qualis fuerit? Theseus primus artem scivit, a Minerva illam edoctus; & ab eius inde aevo ludi quoque instituti; ubi deinceps ceteri discerent. Inde Procrusten occidit, Hermione habitantem, vel Corydalli; sive ad Cephissum flumen. Qua saevitia usus fuerit? Nomen eius Polypemon, aut Damastes. Theseus post haec a Phytalidis lustratur; quos deinde sacris AEgei patris praeficit.*

QVinta illi pugna fuit cum Cercyone Vulcani filio. Hyginus. *Cercyonem, Vulcani filium, armis occidit.* Is degebat Eleusine, atque lucta superatos viatores occidebat. Diodorus. Ἀνεῖλε δὲ καὶ περὶ τὴν Ἐλευσῖνα Κερκύονα, τὸν διαπαλαίοντα τοῖς παριοῦσι, καὶ τὸν ἡτ[illegible]θέντα διαφθείροντα. *Ad Eleusinem vero etiam Cercyonem occidit, qui lucta cum praetereuntibus certans, victos interficiebat.* Plutarchus. Ἐν δὲ Ἐλευσῖνι Κερκύονα τὸν ἐξ Ἀρκαδίας καταπαλαίσας ἀνεῖλε. *Eleusine autem Cercyonem Arcadem lucta victum sustulit.* Ovidius.

Cercyonis letum vidit Cerealis Eleusis.

Statius tangit:

Non trucibus monstris Sinin, infandumque dedisti
Cercyona. ——

Invenerat vero artem Cercyon, ut poplitem subrueret; quod dicebatur, Γ'γνύων ἀφαίρεσις, *Poplitum ablatio.* Eustathius ad Iliad. ψ'. Πρῶτ@ δέ, φασι, Κερκύων εὗρε τὴν ἰδιαίτατην παλαιστικὴν μηχανήν· καὶ καλεῖται, Γ'γνύων ἀφαίρεσις. *Primus vero, ut aiunt, Cercyon talem luctandi artem invenit, eaque vocatur, Poplitum ablatio.* Et hanc eius artem respexit Plato De Leg. lib. VII. Καὶ δὴ τά γε καλὰ πάλαι, ἃ μὲν Ἀνταῖ@, ἢ Κερκύων, ἐν τέχναις ἑαυτῶν κατεσήσαντο, φιλονεικίας ἀχρήστου χάριν, οὐδὲν χρήσιμα ἐπὶ πολέμου κοινωνίαν ὄντα, οὐκ ἄξια λόγῳ κομίζειν. *Lucta autem illius, quam Antaeus, & Cercyon in artificium quoddam deduxerunt, inutilis contentionis gratia, quum nihil ad proelium conferant, minime digna sunt, quorum fiat mentio.* Paulaniae aevo etiam locus, in quo res haec gesta fuit, Κερκύωνος παλαίστρα, *Cercyonis palaestra* vocabatur. Verba eius ecce ista in Atticis. Εἶναι δὲ ὁ Κερκύων λέγεται καὶ τἆλλα ἄδικ@ εἰς τοὺς ξένους, καὶ παλαίειν ὑ βουλομένους. καὶ ὁ τόπ@ ὅτ@ παλαίστρα, καὶ εἰς ἐμὲ ἐκαλεῖτο Κερκύον@, ὀλίγον τοῦ τάφου τ' Ἀλόπης ἀπέχων· λέγεται δὲ ὁ Κερκύων τοὺς καταστάντας ἐς πάλην διαφθεῖραι, πλὴν Θησέως. Θησεὺς δὲ κατεπάλαισεν αὐτὸν σοφίᾳ τοῦ πλέον. *Cercyonem ipsum traditum est in omnes hospites immanem fuisse, & luctari recusantes. Ac aetate quidem mea locus quidam, qui non longe Alopes tumulo abest, Cercyonis palaestra dicitur. Ferturque Cercyon omnes, qui lucta secum certassent occidisse, praeter Theseum, a quo luctandi in primis arte est superatus.* Ac palaestricen primus Theseus inveniisse memoratur, quum antiquitus tantum robore, corporisque magnitudine concertarent. Paulanias ibidem. Παλαιστικὴν γὰρ εὗρε τέχνην Θησεὺς πρῶτ@, καὶ πάλης κατέστη ὕστερον ἀπ' ἐκείνου διδασκαλεία· πρότερον δὲ ἐχρῶντο μεγέθει μόνον, καὶ ῥώμῃ, πρὸς τὰς πάλας. *Artem enim palaestricam primus invenit Theseus; ab eoque ludi deinceps instituti, in quibus luctam docerentur; siquidem antea sola corporis magnitudine, atque robore in luctando decertarent.* Didicerat autem a Minerva, ut ex Istro tradit Scholiastes Pindari Nemeonicis ode v. Ὅ'τι ὃ Θησεὺς παρ' Ἀθηνᾶς ἔμαθε τὴν πάλην, Γ'ερ@ ἱερεῖ. *Theseum a Minerva luctam edoctum auctor est Ister.* Post Cercyonem mox occisus est Procrustes Neptuni filius, qui mensuram hospitum ad lectum aptabat; amputatis, si qui longiores essent, & extusis brevioribus. Hyginus. *Procrusten Neptuni filium ad hunc hospes quum venisset, si longior erat, minori lecto proposito, reliquam corporis partem praecidebat; sin autem brevior statura erat, lecto longiori dato, incudibus suppositis extundebat eum, usque dum lecti longitudinem aequaret, hunc interfecit* (*Theseus.*) Atque ex hac re Προκρούσης dicebatur; & in Atticae quodam populo Corydallo (a) habitabat. Diodorus id testatur. Μετὰ δὲ ταῦτα, τὸν ὀνομαζόμενον Προκρούστην ἀπέκτανε, τὸν οἰκοῦντα ἐν τῷ λεγομένῳ Κορυδάλλῳ τῆς Ἀττικῆς· ὅτ@ δὲ τοὺς παριόντας ὁδοιπόρους ἠνάγκαζεν ἐπί τιν@ κλίνης ἀναπίπτειν, καὶ τῶν μὲν μακροτέρων τὰ προέχοντα μέρη τοῦ σώματ@ ἀπέκοπτε, τῶν δ' ἐλαττόνων τοὺς πόδας προέκρουεν· ἀφ' ὅπερ Προκρούστης ὠνομάσθη. *Post haec alium, Procrusten nomine, e medio sustulit, Corydallo Atticae, ut vocabant, commorantem. Hic iter illac facientes in lecto quodam decumbere iubebat; ac, si longiores essent, prominentes corporis partes amputabat, brevioribus ita pedes extundebat. Vnde & Procrustes dictus, tamquam qui tundendo longiores faceret.* Plutarchus locum habitationis non commemorat Corydallum, sed Hermionem, & Damasten vero nomine adpellatum. Καὶ, μικρὸν προελθὼν, Δαμάστου ἐν Ἑρμιόνῃ, τὸν προκρούστου (ἀνεῖλεν.) ἀναγκάσας αὐτὸν ἀπισοῦν τοῖς κλιντῆρσιν ὥσπερ τοὺς ξένους ἐκεῖν@. *Et paulum progressus Hermionae Damasten, Procrusten dictum (interfecit) compellens eum, ut se lectis exaequaret, sicut ille hospitibus fecerat.* Pausanias dicit ad Cephissum habitasse; & vocatum Polypemona, non Damasten. Habe eius verba in Atticis. Πρὸς τούτῳ τῷ Κηφισσῷ λῃστὴν, Πολυπήμονα ὄνομα, Προκρούστου δὲ ἐπίκλησιν, Θησεὺς ἀπέκτανεν. *Ad hunc Cephissum occidit Theseus latronem, Polypemonem adpellatum, Procrusten* ve-

(a) Vide *Lib. De Popul. Attic.* in Κορυδαλλός.

vero cognomento. Ac de Cephisso consentit. Ovidius Met. lib. VII.

Vidit & immitem Cephissias ora Procrusten.

Ad Procrustae caedem respexit Aristophanes Concionantibus.

Οἴμοι, Προκρόστης τήμερον χρήσομαι.

Hei mihi! Procrustes hodie futurus sum.

Saevitiam tangit Seneca Philosophus De Clem. lib. II. *Nec interficere contenti saeviunt, ut Sinis ille, & Procrustes.* Item Tragicus in Hippolyto.

——— *Membra quis saevus Scinis,*
Aut quis Procrustes sparsit? ———

Post haec, quum Cephissum flumen transiisset a Phytalidis exceptus, cupiensque a tot caedibus expiari, id ab illis consequutus memoratur. Lustratusque in ara Iovis, quem Μειλίχιον Graeci dicunt, id est, Placidum. Pausanias in Atticis. Διαβᾶσι δὲ τὸν Κηφισσὸν, βωμός ἐστιν ἀρχαῖος Μειλιχίου Διός· ἐπὶ τούτῳ Θησεὺς ὑπὸ τῶν ἀπογόνων τῶν Φυτάλου καθαρσίων ἔτυχε, λῃστὰς καὶ ἄλλους ἀποκτείνας, καὶ Σίνιν, τὰ πρὸς Πιτθέως συγχωρῶν. *Trans Cephissum, Placidi Iovis vetus ara est, ad quam Theseus a Phytali posteris de caede purgatus dicitur, quum & alios latrones, & propinquum a Pittheo Sinin occidisset.* Plutarchus. Προιόντι δὲ αὐτῷ, καὶ γενομένῳ κατὰ τὸν Κηφισσὸν, ἄνδρες ἐκ τῶν Φυταλιδῶν γένους ἀπαντήσαντες ἠσπάσαντο πρῶτον· καὶ, δεομένου καθαρθῆναι, τοῖς νενομιζμένοις ἁγνίσαντες, καὶ μειλίχια θύσαντες, ἑστίασαν οἴκοι, μηδενὸς πρότερον αὐτῷ φιλανθρώπου ἐντυχόντος. *Quum progressus Cephissum adtigisset, quidam e familia Phytalidarum occurrentes, primi eum salutarunt, ac volentem expiari, ritu solemni lustrarunt; sacrificiisque peractis ad placandos Deos solitis, domi suae exceperunt, quum benignum tota via neminem expertus esset.* Et idcirco ille postea institutis in honorem patris sacris, hos praefecit. Idem Plutarchus alibi in eiusdem Vita. Ἐξηρέθη δὲ καὶ τέμενος αὐτῷ (τῷ Αἰγεῖ) καὶ τοὺς ἀπὸ τῆς παρασχόντων τὸν δαῖμον οἴκων ἔταξεν εἰς θυσίαν αὐτῷ τελεῖν ἀποφοράς· καὶ τὰ θύσια ἐπεμελοῦντο Φυταλίδαι, Θησέως ἀποδόντος αὐτοῖς ἀμοιβὴν τῆς φιλοξενίας. *Delubrum etiam ei (AEgeo) est erectum, & illis familiis, quae tributum pependerant imposuit, ut ad sacra facienda sumtus darent; sacrificio vero praeerant Phytalidae, hoc reddente ipsis Theseo propter hospitalitatem.*

(a) Vide *Lib.* II. *Athen. Attic. Cap.* I.

CAP. VIII.

Hinc Athenas Theseus venit die octavo mensis Hecatombaeonis; qui tunc Cronius dicebatur. Venit autem habitu dissimulato, tamquam virgo, roborisque specimen praebet apud eos, qui Apollinis Delphinii templum exstruebant. Offendit autem res privatas, publicasque perturbatas; ac, Medea dolum struente, & venenum praeparante, tandem ab AEgeo patre agnoscitur; qui maiorem in modum laetus, cives convocat, filiumque illis indicat; sacra quoque Diis facit, epuloque instituto, festum celebrat.

His in modum istum gestis, tandem Athenas Theseus venit. Diodorus. Κατορθώσας ἃ τὰ προειρημένα, κατήντησεν εἰς Ἀθήνας· ᾗ τὸν Αἰγέα, διὰ τῶν συμβόλων, ἀνεγνώρισε. *His, quae dixi, praeclare gestis, Athenas intravit; AEgeoque per indicia se noscendum praebuit.* Idque factum die octavo mensis Hecatombaeonis, quem tunc Cronium vocabant. Plutarchus. Ἡμέρᾳ μὲν ἓν ὀγδόῃ λέγεται Κρονίου μηνὸς, ὃν νῦν Ἑκατομβαιῶνα καλοῦσι, κατελθεῖν. *Itaque octavo die mensis Cronii, quem nunc Hecatombaeonem adpellamus, venisse dicitur.* Venit autem plane ignotus, veste talari, plexa coma, veluti si virgo esset; quumque ad Apollinis Delphinii templum, quod tunc primum struebatur, accessisset, ab his, qui fastigium templi erigebant per ludibrium rogatus, cur sic sola virgo nubilis oberraret, nil respondit; sed disiunctis plaustri bubus, quod tunc illo in loco erat, abreptam laquearis trabem altius, quam culmen erat, quod statuerant, proiecit (a). Pausanias in Atticis. Ἔστι δὲ καὶ ἄλλο ἱερὸν Ἀπόλλωνος, ἐπίκλησιν Δελφινίου· λέγουσι δὲ, ὡς, ἐξεργαζμένου τοῦ ναοῦ, πλὴν τῆς ὀροφῆς, ἀγνῶς ἔτι τοῖς πᾶσιν ἀφίκοιτο Θησεὺς ἐς τὴν πόλιν. οἷα δὲ χιτῶνα ἔχοντος αὐτοῦ ποδήρη, καὶ πεπλεγμένης εὐτρεπῶς οἱ τῆς κόμης, ὡς ἐγένετο καὶ τῆς τοῦ Δελφινίου ναὸν, οἱ τῆς στέγης οἰκοδομοῦντες ἤροντο σὺν χλευασίᾳ, ὅτε δὴ παρθένος ἐν ὥρᾳ γάμου πλανᾶται μόνη; Θησεὺς δὲ, ἄλλο μὲν αὐτοῖς ἐδήλωσεν οὐδέν· ἀπολύσας δὲ, ὡς λέγεται, τῆς ἁμάξης τοὺς βοῦς, ἣ σφίσι παρῆν, τῆς ὄροφον ἀνέῤῥιψεν ἐς ὑψηλότερον, ἢ τῷ ναῷ τὴν στέγην ἐποιοῦντο. *Est etiam aliud templum Apollinis, cognomento Delphinii. Aiunt vero quum exstructum illud esset, praeter tectum, ignotum adhuc omnibus Theseum urbem intrasse. Quum autem veste talari indutus, & decenter plexa coma ad Delphinii usque templum pervenisset, qui aedificabant tectum, percunctatos per illusionem, quid aetate nubili virgo ita sola oberraret? ipsum vero nihil aliud respondisse; sed, solutis plaustri bubus, quod tunc aderat, trabem abreptam laquearis multo altius proiecisse, quam illi templi tectum facerent.* Eo tempore urbs in factiones scissa, & domesticae res turbatae; quum Medea, Corintho profuga, orbo AEgeo sua arte liberos pollicita, in domum eius, atque lectum recepta esset. Plutarchus. Κατελθὼν δὲ εἰς τὴν πόλιν, εὗρε τά τε κοινὰ ταραχῆς μεστὰ καὶ δικοφροσύνης· περὶ τὰ περὶ τὸν Αἰγέα, καὶ τὸν οἶ-

εἶκον, ἰδίᾳ νοσοῦντα. Μήδεια γὰρ, ἐκ Κορίνθου φυγοῦσα, φαρμάκοις ὑποσχομένη τῆς ἀτεκνίας ἀπαλλάξειν Αἰγέα, συνῆν αὐτῷ· *Vrbem ingressus rempublicam offendit tumultu, & dissidiis plenam, ac privatim domi AEgei rem non bene constitutam. Nam Medea, Corintho profuga, pollicita se medicamentis AEgeum orbitate sua liberaturam, in contubernio eius degebat.* Ac Medea, Theseum adveniſſe gnara, quum nil plane AEgeus sciret, homini confecto aetate, omniaque ob tumultum metuenti facile suadet, uti advenam ad convivium invitatum veneno tolleret. Theseus autem quum ad prandium accessisset, neque patri aperire sese vellet, tandem agnitus, summa ab eo cum laetitia excipitur. Plutarchus. Προαισθομένη δὲ περὶ τοῦ Θησέως αὕτη (ἡ Μήδεια) τοῦ μὲν Αἰγέως ἀγνοοῦντος, ὄντος δὲ πρεσβυτέρου, καὶ φοβουμένου πάντα διὰ τὴν στάσιν, ἔπεισεν αὐτὸν, ὡς ξένον ἐξιῶντα, φαρμάκοις ἀνελεῖν. ἐλθὼν οὖν ὁ Θησεὺς ἐπὶ τὸ ἄριστον, οὐκ ἐδοκίμαζε φράζειν αὐτὸν, ὅστις εἴη, πρότερος· ἐκείνῳ δὲ βαλόμενος ἀρχὴν ἀναδρέσεως παρασχεῖν, κρεῶν παρακειμένων, σπασάμενος τὴν μάχαιραν, ὡς ταῦτα τέμνων, ἐδείκνυεν ἐκείνῳ· ταχὺ δὲ καταμαθὼν ὁ Αἰγεὺς, τὴ μὲν κύλικα τοῦ φαρμάκου κατέβαλε, τὸ δὲ υἱὸν ἀνακρίνας, ἠσπάζετο· καὶ, συναγαγὼν τοὺς πολίτας, ἐγνώριζεν, ἡδέως αὐτὸν δεχομένους, διὰ τὴν ἀνδραγαθίαν. *Haec vero (Medea) quum de Theseo praesensisset, ignarum AEgeum, aetate gravem, omniaque propter seditionem timentem perpulit, ut illum, velut hospitem, convivio exciperet, & veneno interficeret. Itaque Theseus quum ad prandium accessisset, non putavit faciendum, ut, qui esset, prior sese declararet; verum cupiens illi initium sui cognoscendi dare, quum adpositae carnes essent, stricto cultro, velut illas dissecturus, ei ostendit. Ocyus vero animadverso id hoc AEgeus, veneni calicem proiecit; filiumque scisitatus benigne excepit. Civibusque convocatis, notum fecit; hique eum ob fortitudinem, perlibentes receperunt.* Ovidius Metamorph. lib. VII.

Iamque aderat Theseus, proles ignota parenti,
Qui virtute sua bimarem pacaverat Isthmum;
Huius in exitium miscet Medea, quod olim
Adtulerat secum Scythicis aconiton ab oris.
Ipse parens AEgeus nato porrexit, ut hosti.
Sumserat ignara Theseus data pocula dextra;
Quum pater in capulo gladii cognovit eburno
Signa sui generis, facinusque excussit ab ore.

Veneni Theseo a Medea praeparati meminit etiam Dionysius Alexandrinus in Descript. Orbis, ubi de Media illi sermo; quam nonnulli a Medea, Athenis profuga, quod veneno tollere Theseum voluisset, nomen accepisse tradunt:

Πρὸς δὲ νότον ναίουσιν ἀγαυῶν ἔθνεα Μήδων,
Κείνης τοι γλυκερῆς ἐριηρέτῳ ἐκγεγαῶτες
Λίηται φυγάτρος, ἀμύμονος ἡρωίνης.
Εὖθε γὰρ Ἀκταίοιο παρὰ ῥόον Ἰλισσοῖο
Φάρμακ' ἐμήσατο λυγρὰ γόνῳ Πανδιονίδαο,
Αἰδοῖ μὲν χῶρον κεῖνον λίπεν, ἐς δὲ βαθῆαν,
Πλαγιένη κατὰ Φῶτας, ἐμώνυμον ἵκετο γαῖαν.
Ad austrum autem habitant illustrium gentes Medorum,
Ex illa scilicet stirpe illustri prognati
AEetae filiae, inculpatae heroinae.
Quum enim Attici iuxta fluentum Ilissi
Venena molita esset exitiosa filio Pandionidae, (AEgei scilicet)
Pudore quidem locum illum reliquit, & in vastam,
Oberrans per homines, cognominem venit terram.

Ad quem locum vide Eustathium. AEgeus vero, postquam filium agnovisset, cives convocat, hisque Theseum ostendit, qui benigne eum omnes accepere; tum, peractis rite sacris, gratiisque Diis actis, epulum insigne instituit, atque festos dies agit. Breviter Plutarchus in citatis statim verbis. Καὶ συναγαγὼν (ὁ Αἰγεὺς) τοὺς πολίτας (ἡ Θησέα) ἐγνώριζεν, ἡδέως αὐτὸν δεχομένους, διὰ τὴν ἀνδραγαθίαν. *Civibusque (AEgeus) convocatis, notum illis (Theseum) fecit; hique eum ob fortitudinem perlibentes receperunt.* Fusius Ovidius Metamorph. lib. VII.

At genitor, quamquam laetatur in hospite nato,
Attonitus tamen est, leti discrimine parvo
Committi potuisse nefas. Fovet ignibus aras,
Muneribusque Deos implet; feriuntque secures
Colla torosa boum, vinctorum cornua vittis.
Nullus Erechthidis fertur celebratior illo
Illuxisse dies. Agitant convivia patres,
Et medium vulgus; nec non & carmine, vino
Ingenium faciente, canunt. ——

CAP. IX.

Pallantidae res novas molientes caesi; insidias prodente Leo. Theseus caedem purgaturus Troezenem abit; & Athenis, reus actus, in Delphinio causam dicit. Ob proditionem Lei, nulla deinde matrimonia cum Agnusiis Pallenenses contraxere; insuperque constitutum, ne Agnusiis concionem indicens praeco, verbis solitis uteretur; neve, Ἀκούετε Λεώς, *diceret*

LAEta urbe propter Theſei adventum, soli Pallantidae patrueles aegro animo publicum istud gaudium ferre, quum dolerent, se ab AEgeo regno pridem deturbatos, nunc & spe recuperandi excidisse. Itaque, quum inter sese conspirassent, bellum ei intulere. Sed detectis per praeconem Leum insidiis, profligati periere. Fuse rem Plutarchus narrat in hunc modum. Οἱ δὲ Παλλαντίδαι, πρότερον μὲν ἤλπιζον αὐτοὶ τὴν βασιλείαν καθέξειν, Αἰγέως ἀτέκνου τελευτήσαντος· ἐπεὶ δὲ Θησεὺς ἀπεδείχθη διάδοχος, χαλεπῶς φέροντες, οἱ βασιλεύς μὲν Αἰγεὺς, ἐτὸς γνώμονος Πανδίονι, καὶ μηδὲν Ἐρεχθείδαις προσήκων, βασιλεύσας δ' ὁ Θησεὺς πάλιν, ἔπηλυς ὢν, καὶ ξένος, εἰς πόλεμον καθίσαντο. καὶ, διελόντες ἑαυτούς, οἱ μὲν, ἐμφανῶς Σφηττόθεν ἐχώρουν ἐπὶ τὸ ἄστυ μετὰ τοῦ πατρός. οἱ δὲ, Γαργηττοῖ κρύψαντες ἑαυτούς, ἐνήδρευον, ὡς διὰ κόθεν ἐπιθησόμενοι τοῖς ἐναντίοις. ἦν δὲ κήρυξ μετ' αὐτῶν, ἀνὴρ Ἀγνούσιος, ὄνομα Λεώς. ὅτε ἐξήγγελε τῷ Θησεῖ τὰ βεβουλευμένα τοῖς Παλλαντίδαις.

ὁ δὲ

ὁ δὲ, ἐξαίφνης ἐπιπεσὼν τοῖς ἐνεδρεύουσι, πάντας διέφθειρεν. οἱ δὲ μετὰ τοῦ Πάλλαντος, πυθόμενοι, διεσπάρησαν. *Pallantidae vero prius quidem ſpem conceperant ſe in regno mortuo ſine liberis AEgeo ſucceſſuros; verum, Theſeo ſucceſſore declarato, iniquo animo ferentes, regnare AEgeum a Pandione adoptatum, neque genere Erechthidas contingentem, ac mox regnaturum Theſea, hominem advenam, & externum, bellum moverunt; atque ſeſe diſpertiti, pars aperte Sphetto in urbem cum Pallante patre ſuo contendebant; pars Gargetti occultati in inſidiis conſidebant; uti e duobus impetum in hoſtem facerent. Sed inſidias illas Theſeo praeco ipſorum, vir Agnuſius, nomine Leus, indicavit; iſque, improviſo adgreſſus, eas opprimit, diſſipatque.* Et Philochori fragmentum eſt inſigne apud Euripidis Scholiaſten in Hippolytum, hiſtoriam eamdem continens. Πάλλαντος ἐπιθέσθαι ταῖς Ἀθήναις διανοουμένου, καὶ τὴν Σφηττίαν ὁδὸν προφανῶς διαπορευομένου ἐπὶ τὰ ἄστυ, μετὰ τῆς δυνάμεως αὐτοῦ, οἱ τούτου παῖδες, κατὰ βούλησιν τοῦ πατρὸς, Γαργηττοῖ ἐγκαθίζουσι, μετὰ τῶν ἡλικιωτῶν· ἵν', ὅταν ἐπεξέλθωσι τοῖς Ἀθηναίοις, καὶ ὁ Πάλλας συμβάλῃ, ἐξ ἐφόδου προσπεσόντες, λάβωσι τὴν πόλιν. ἀνὴρ δέ τις, ὃς ἐκηρύκευσε τῷ Πάλλαντι, ἀπαγγέλλει τῷ Θησεῖ τὸ γινόμενον· ὁ δὲ, προσπεσὼν μετὰ τῶν ἡλικιωτῶν, αὐτοὺς ἀναιρεῖ. *Quum Pallas adoriri Athenas animum induxiſſet, & via Sphettia aperte in urbem copias duceret; filii eius, ita cupiente patre, ſe Gargetti cum aequalibus in inſidiis collocant; ut, quum in Athenienſes Pallas tenderet, atque acie decertaret, impetu facto irruentes, urbem caperent. Sed vir quidam, qui Pallantis praeco erat, Theſeo rem omnem nuntiat; iſque invadens cum aequalibus, eos caedit.* Meminit ſtrictim & Euſtathius ad Iliad. β'. Ac Pallantidis hunc in modum profligatis, petiit Troezenem Theſeus, ubi caedem exſpiaret. Pauſanias in Atticis. Χρόνῳ δὲ ὕστερον Πάλλας, καὶ οἱ τούτου παῖδες, ἐπανέστησαν Θησεῖ. τούτους κτείνας, εἰς Τροιζῆνα ἔρχεται, καθαρσίων ἕνεκα. *Poſt id vero tempus Pallas, eiuſque filii novas res adverſus Theſeum ſunt moliti. Quos quum ille occidiſſet, mox Troezenem proficiſcitur, ut de caede purgaretur.* De re eadem ſunt Euripidis iſti verſus in Hippolyto.

——— Θησεὺς Κεκροπίαν λίπε χθόνα,
Μίασμα φεύγων αἵματος Παλλαντίδων,
Καὶ τήνδε σὺν δάμαρτι ναυστολεῖ χθόνα,
Ἐνιαυσίαν ἔκδημον αἰνέσας φυγήν.

——— *Theſeus Cecropiam liquit terram,*
Piaculum fugiens caedis Pallantidarum,
Et in hanc terram cum uxore navigio venit,
Annuum peregre tranſigendum exilium ſubiens.

Nec hoc tantum, ſed & caedis in Delphinio cauſam dixit. Pollux ubi de Delphinio foro agit lib. VIII. cap. X. Ἐκρίθη δὲ ἐν αὐτῷ πρῶτος Θησεὺς, ἀφοσιούμενος τὸ ἄγος τῶν ὑπ' αὐτοῦ ἀνῃρημένων Παλλαντιδῶν, ὃς ὡμολόγει μὲν ἀποκτεῖναι, δικαίως δὲ ἔφη τοῦτο δεδρακέναι. *Primus autem in eo iudicatus eſt Theſeus, de Pallantidarum caede purgans ſeſe; quos interfeciſſe quidem fatebatur, ſed id iure abs ſe factum contendebat.* Pauſanias in citatis Atticis. Ἐπὶ Δελφινίῳ δὲ κρίσις καθέστηκεν, ἐργάσασθαι φόνον σὺν τῷ δικαίῳ φαμένοις. ὁποῖόν τι καὶ Θησεὺς παρεχόμενος, ἀπέφυγε, ὅτε Πάλλαντα ἐπανασάντα, καὶ τοὺς παῖδας, ἔκτανε. *In Delphinio cauſam dicunt, qui ſe iure occidiſſe contendunt; quo iudicio & Theſeus, quum Pallantem, eiuſque filios res novas molientes interemiſſet, abſolutus eſt.* Porro etiam, quod Pallantem Leus praeco prodidiſſet, conſtitutum, ut deinceps nulla Agnuſiis cum Palleniis matrimonia intercederent; neque, in populo convocando, apud Agnuſios praeco verbis uſitatis uteretur, Ἀκούετε Λεώς: quae vox, adpellative ſumta, ut Grammatici loquuntur, populum ſignificat. Plutarchus. Ἐκ τούτου φασὶ, τῷ Παλλαντιδῶν δήμῳ πρὸς τοὺς Ἀγνουσίους ἐπιγαμίαν μὴ εἶναι· μηδὲ κηρύττεσθαι τὸν προχώριον παρ' αὐτοῖς, Ἀκούετε Λεώς. μισοῦσι γὰρ τὸ ὄνομα, διὰ τὴν προδοσίαν τοῦ ἀνδρός. *Inde dicunt, Pallenaeorum cum Agnuſiis nulla matrimonia eſſe; neque item hoc ſolemne per praeconem apud ipſos pronuntiari, Audite Leus,* id eſt, *populo. Nam hoc nomen odio habent ob proditionem viri.*

CAP. X.

Taurum Marathonium ſuperat, & Apollini Delphinio immolat; vel, ut alii, Minervae. Tempus ab Ovidio confuſum eſſe indicatur. Minotaurum quoque caedit, & tributo urbem liberat. Ab Hercule convivio excipitur, ubi Sonchum edit, & Tlepolemo piſcem eripit. Ipſe Hecalae ſacrum inſtituit, Ἑκαλήσιον *adpellatum; idque Iovi, qui* Ἑκάλῃ *dicebatur, dedicat. Plutarchi locus reſtitutus. Hecalen vocat Hecalenen. Etymologici Auctor correptus. Callimachi in hanc Poema* Ἑκάλη *inſcriptum; ac de eo Olympiodorus, Pindarique Scholiaſtes, & Etymologici Auctor emendati.*

INde taurum Marathonium adgreſſus eum cepit, & in urbem vivum adductum, populoque oſtentatum, Apollini Delphinio immolavit. Plutarchus. Ὁ δὲ Θησεὺς, ἐνεργὸς εἶναι βουλόμενος, ἅμα δὲ καὶ δημαγωγῶν, ἐξῆλθεν ἐπὶ τὸν Μαραθώνιον ταῦρον, ὃν ὀλίγα πράγματα τοῖς οἰκοῦσι τὴν Τετράπολιν παρέχοντα, καὶ χειρωσάμενος ἐπεδείξατο ζῶντα, διὰ τοῦ ἄστεος ἐλάσας, εἶτα τῷ Ἀπόλλωνι τῷ Δελφινίῳ κατέθυσεν. *Theſeus vero opere aliquo occupare ſeſe cupiens, ſimul gratiam populi captans, egreſſus eſt adverſus taurum Marathonium, qui negotii non parum habitantibus Tetrapolin exhibebat; eumque victum vivum oſtendit, ac per urbem circumegit; inde Apollini Delphinio immolavit.* Pauſanias in Atticis, in arcem adductum, Minervae immolaſſe refert. Τὸν δὲ ἐν τῷ Μαραθῶνι ταῦρον, ὕστερον Θησεὺς ἐς τὴν ἀκρόπολιν ἐλάσαι καὶ θύσαι λέγεται τῇ θεῷ. *Taurum vero Marathonium poſt Theſeus fertur in arcem egiſſe, ac Minervae ſacrificaſſe.* Diodorus de Apolline Delphinio conſentit; ſed ab AEgeo, & non Theſeo, immolatum taurum dicit. Μετὰ δὲ ταῦτα τὸν ἐν Μαραθῶνι ταῦρον, ὃν Ἡρακλῆς, τελῶν ἆθλον, ἐκ Κρήτης ἀπήγαγεν εἰς Πελοπόννησον, συμπλακεὶς, καὶ κρατήσας τοῦ ζώου, καὶ ἀγα-

ἦγεν εἰς τὰς Ἀθήνας. τοῦτον δ' Αἰγεὺς παραλαβὼν, ἔθυσεν Ἀπόλλωνι. *Post haec autem, taurum Marathonium, quem Hercules (a), certamine peracto, ex Creta in Peloponnesum traduxerat, adgressus, redactam in potestatem feram Athenas perduxit; AEgeusque quum accepisset, Apollini immolavit.* Isocrates de eodem in Helenae Encomio. Καὶ τόν τε ταῦρον, τὸν ἀνεθέντα μὲν ὑπὸ Ποσειδῶνος, τὴν δὲ χώραν λυμαινόμενον, ὃν πάντες οὐκ ἐτόλμων ὑπομένειν, μόνος χειρωσάμενος, μεγάλῃ φόβῳ, καὶ μεγάλῃ ἀπορίᾳ, ἅπαντας τοὺς οἰκοῦντας τὴν πόλιν ἀπήλλαξε· *Et taurum, a Neptuno immissum, ac vastantem regionem, cum quo congredi universi non audebant, postquam solus domuisset, magno metu, atque trepidatione omnes urbem habitantes liberavit.* Ovidius confundit tempus; &, ceu ante id factum esset, quam in urbem adveniisset, decantatum a populo tradit in eo carmine, quod tunc advenae adcinebant, in convivio illo publico, quod in gratiam ipsius pater AEgeus instituerat. Ita enim inter cetera adcinentes illis cives gratabundos introducat:

——— *Te, maxime Theseu,*
Mirata est Marathon, Cretaei sanguine tauri.

Respexit Statius Theb. v.

Heic & ab adserto nuper Marathone superbum
Theseа. ———

Vbi vide & Lutatium. Crinagoras in Epigrammate Anthol. lib. I. cap. LXVII.

Καὶ Θησεῖ Μαραθὼν τοὺς ἐπέθηκε πόνους.
Et Theseo Marathon quos imposuit labores.

Videndus quoque Hyginus Mythol. cap.

(a) Huius Tauri mentio passim apud eos occurrit, qui de Herculis certaminibus, & laboribus agunt. In primis autem Anonymus ille, qui laudes Herculis Latino carmine celebravit, Tauri huius Cretensis meminit, ita canens:

Tandem fama celer Dictaea ad littora magnum
Duxerat Alciden, quum Taurum dira minantem
Excipit, & saevum cornu, flammasque vomentem
Corripit, atque artus constringens fortibus ulnis
Ignifluos flatus, animamque in pectore clausit.

E Creta vero abactum fuisse confirmat illustre Epi-

A xxxviii. Meminit huius etiam tauri Lucretius lib. v. aliique item Auctores (b). Antequam ad pugnam iret ab Hecale, anu pauperrima, convivio exceptus est, quae & sacra se facturam Iovi vovit, si incolumis rediret; unde & ille ante reditum suum mortuae, ut ostenderet gratitudinem, sacrum instituit, Ἑκαλήσιον adpellatum, eius nomine Iovi Ἑκαλέῳ dicto faciendum; atque ipsam Hecalenem diminutive, quia ita eum perblandiendo adpellaverat, nominandam deinceps statuit. Plutarchus. Ἡ δὲ Ἑκάλη, καὶ τὸ περὶ αὐτὴν μυθολόγημα τοῦ ξενισμοῦ, καὶ τὴν ὑποδοχῆς, ἔοικε μὴ πάσης ἀμοιρεῖν ἀληθείας. ἔθυον γὰρ Ἑκαλήσιον οἱ περιξ δῆμοι συνιόντες Ἑκάλῳ Διΐ, καὶ τὴν Ἑκάλην ἐτίμων, Ἑκαλήνην ὑπεχοριζόμενοι, διὰ τὸ κἀκείνην νέον ὄντα κομιδῇ τὸν Θησέα ξενίζεσαν, ἀσπασασθαι πρεσβυτικῶς, καὶ φιλοφρονεῖσθαι τοιούτοις ὑποκορισμοῖς. Ἐπεὶ δὲ ηὔξατο μὲν ὑπὲρ αὐτοῦ τῷ Διΐ, βαδίζοντος ἐπὶ τὴν μάχην, ἃ σῶς παραγένοιτο, θύσειν, ἀπέθανε δὲ πρὶν ἐκεῖνον ἐπανελθεῖν· ἔσχε τὰς εἰρημένας ἀμοιβὰς τῆς φιλοξενίας, τοῦ Θησέως κελεύσαντος. *Hecale vero, & quae de hospitio eius, ac convivio fabulose memorantur, non omnino veritatis esse expertia videntur. Sacrum enim Hecalesion populi circumiacentes concilio indicto faciebant Iovi Hecalo; ac colebant etiam Hecalen, Hecalenen diminutive per blanditiam adpellantes, quod & ipsa Theseum, adhuc valde iuvenem, hospitio a se exceptum, ita uti vetulae solent, compellasset, & eiusmodi diminutionibus blandita esset. Quia vero eius causa, si incolumis rediret a certamine, Iovi se facturam sacra voverat, atque diem suum obierat ante reditum illius, hospitalitatis suae gratiam,*

gramma, quod in Tabulae marmoreae, quae Herculis expiationem, & gesta refert, exergo legere est. Eam quidem e Museo Farnesio erutam cum *Reinesius*, & *Sponius*, tum *Blanchinius* & *Gorius* publici iuris fecerunt; sed temporis iniuria mancae sunt, & crebris lacunis hiantes inscriptiones, & quas haud proclive est in integrum restituere. Memorati Epigrammatis partem heic exhibere fert animus, supplere item, siquis coniecturis locus est, & mendis sublatis castigare. Est igitur, quod sequitur:

ΤΟΙΣ ΠΟΤ ΥΠ ΕΥΡΥΣΤΕΙΟΣ ΑΝΑΓΚΑΣΤΕΙΣ ἐτέλεσσε.
ΠΡΩΤΑ ΜΕΝ ΕΝ ΝΕΜΕΑ ΒΡΙΑΡΟΝ ΚΑΤΕΠΕΦΝΕ ΛΕΟΝΤΑ.
ΔΕΥΤΕΡΟΝ ΥΔΡΑΝ ΛΕΡΝΑΙΑΝ ΕΚΤΕΙΝΕ. ΤΡΙΤΟΝ ΔΕ
ΚΑΠΡΟΝ ΕΝ ΑΡΚΑΔΙΑ. ΣΤΙΚΤΗΝ ΕΛΑΦΟΝ ΔΕ ΤΕΤΑΡΤΟΝ.
ΠΕΜΠΤΟΝ ΔΕ ΣΤΡΟΥΘΟΥΣ ΣΤΥΜΦΑΛΙΔΟΣ ΗΛΑΣΕ ΛΙΜΝΗΣ.
ΕΚΤΟΝ Δ ΑΥΓΕΙΑΟ ΕΦΟΡΕΙ ΚΟΠΡΟΝ. ΕΒΔΟΜΟΝ ΕΛΘΩΝ
ΕΚ ΚΡΗΤΗΣ ΤΑΥΡΟΝ ΜΕΓΑΝ ΗΓΑΓΕΝ. ΟΓΔΟΟΝ ΙΠΠΟΥΣ
ΘΡΗΚΗΣ ΕΞΕΛΑΣΕΝ ΔΙΟΜΗΔΕΟΣ ΙΠΠΟΛΥΤΗΣ ΤΕ
ζωΣΤΗΡΑ ΕΞΕΚΟΜΙΣΕΝ ΑΜΑΖΟΝΙΔΟΣ. ΔΕΚΑΤΟΝ ΔΕ
γηρυόνΗΝ ΕΚΤΕΙΝΕν ἀπΗΓΑΓΕ ΒΟΥΣ ΑΓΕΛΑΙΑΣ.
ΕΝΔΕΚΑΤΟΝ Δ ΕΞ ΑΔΟΥ ΑΝΗΓΑΓΕ. δωδέκατον δὲ
ΕΣΠΕΡΙΔΩΝ ΗΝΕΓΚΕ ΜΟΛΩΝ.....
ΧΡΥΣΕΑ ΜΗΛΑ ΔΡΑΚΟΝΤΑ ΛΑΘων.....
ΔΩΔΕΚΑ κ.τ.λ.

ΤΟΙΣ, scilicet Ἄθλους. ΕΥΡΥΣΤΕΙΟΣ, forte Εὐρυσθῆος, Ἰονικῶς. Ἐτέλεσσε, sic *Diodorus* de Hercule: Ἄθλον τελῶν. ΑΝΗΓΑΓΕ, οὐδετέρως accipimus, non sine exemplo. Ceterum Hercules Cretensem taurum asportans occurrit in Gemmis VII. VIII. & VIIII. *Tabul.* XXXVII. *Tom.* I. *Musei Florent.*

(b) Hanc insignem Thesei de tauro Marathonio victoriam nummi etiam Athenienſium, qui apud *Goltzium*, & *Haymum* occurrunt, testatam, perspectamque faciunt. In iis enim, vel coronatum bovis caput, mactati scilicet, vel Theseus ipse taurum agens conspicitur. Gemma II. *Tabul.* LXXVI. *Tom.* II. *Musei Florentini*, de qua penitus tacuit *Gorius*, Theseum Marathonium taurum sacrificantem referre posse videtur. Nos eiusmodi monumenta in Tabula nostra proferimus.

Digitized by Google

quam dixi, habuit iussu Thesei. Vbi quod Iovem Ἑκαλον ab ea dictum esse tradit, puto verbum leviter corruptum, scribendumque, Ἑκαλέῳ Διΐ. Nam ab Ἑκάλη analogia dici iubet Ἑκάλειος. Et sic est apud Hesychium; Ἑκάλειος Ζεὺς, ὃν Ἑκάλη ἱδρύσατο. *Hecaleus Iuppiter, quem Hecale dedicavit.* Adpellatam Ἑκαλήνιον, atque sacra ei facta, quia Theseum excepisset, Auctor Etymologici item nobis tradit. Ἑκάλη, ἡρωΐς· εἰς ἣν καὶ ποίημα ἔγραψε Καλλίμαχος· ἡ πρὸς ἑαυτὴν πάντας καλοῦσα. ταύτην Ἑκαλήνιον ἔλεγον οἱ παλαιοὶ ὑποκοριζόμενοι. ἔθυον δὲ αὐτῇ, διὰ τὸ ξενίσαι Θησέα. *Hecale herois; in quam poema scripsit Callimachus; ea quae ad se omnes vocet. Hanc Hecalenem Veteres diminutive nominabant, ac sacra ei faciebant, quia Theseum hospitio excepisset.* Ita enim ibi emendo ex Plutarcho, quum corrupte nunc edatur: ταύτην Ἑκάλην ἔλεγον οἱ παλαιοὶ ὑποχοριζόμενοι. *Hanc Hecalen Veteres diminutive nominabant.* Quod ad sacrum ei proprium, Ἑκαλήσιον adpellatum, innuit Petronius quoque illud ipsum istis verbis;

Qualis in Actaea quondam fuit hospita terra
Digna sacris Hecale. ——

Fuit autem ea anus admodum pauper; unde Ovidius De Remed. Amor. lib. II.

Cur nemo est, Hecalen; nulla est, quae reperit Irum?
Nempe quod alter egens, altera pauper erat.

Et huc pertinet, quod lena apud Plautum, Gymnasio meretrici promittens, prospecturam ne umquam ad inopiam redigatur, ita inquit Cistell. Act. I. Sc. I.

Nam, si ita eris, ut volo, numquam Hecale fies.

Thesei apud eam hospitium refert quoque Iulianus in quadam Epistola ad Iamblichum. Πάνλως οὐδὲ τ῀ Ἑκάλης ὁ Θησεὺς τῷ δείπνῳ τὸ λιτὸν ἀπῃξίωσεν, ἀλλ' ἤδη καὶ μικροῖς εἰς τὸ ἀναγκαῖον ἀρκεῖσθαι. *Theseus quidem certe mensam Hecales non est dedignatus; sed necessitati obsequens, exiguo contentus esse scivit.* Et Apuleius Mil. I. *Maiorem domum dignatione tua feceris; & tibi specimen gloriosum arrogaris, si, contentus lare parvulo, Thesei illius, cognominis patris tui, virtutes aemulaveris, qui non est aspernatus Hecales anus hospitium tenue.* Vxor Capanei ita Theseum adloqui introducitur a Statio Theb. lib. XII.

Si patriam Marathona metu, si tecta levasti
Cressia, nec fudit vanos anus hospita fletus.

In hoc convivio sonchum ei praebuisse memoratur. Plinius lib. XXII. cap. XXII. *Estur & sonchus; ut quem Theseo apud Callimachum adponat Hecale.* Et fortassis etiam isthic piscem galeum eripuit Tlepolemo Theseus; quod ex Lyncei Samii Epistola ad Diagoram refert Athenaeus lib. VII. sed corruptis admodum verbis. Καὶ γὰρ τ῀ Θησέα φησὶ γεγονότα καλὸν ὑπολαμβάνω τῷ Τληπολέμῳ τ῀ ἰχθὺν τοῦτον (de galeo loquitur) αὐτῷ παρασχόντες παρεσχηκέναι. Vbi vide, quae conetur vir eximius, Isaacus Casaubonus. Descripsit autem rem hanc omnem proprio poemate Callimachus, quod in eam composuit. Etymologici auctor in citatis statim verbis, Ἑκάλη, ἡρωΐς εἰς ἣν καὶ ποίημα ἔγραψε Καλλίμαχος. *Hecale herois, in quam poema scripsit Callimachus.* Et ab eius ita nomine inscripsit, Ἑκάλη. Athenaeus lib. XV. Καλλίμαχος δὲ, ἐν τῇ Ἑκάλῃ γένη ἐλαιῶν καταλέγει, γεργερίμον, πίτυρίν τε. *Callimachus vero, in Hecale, duo olivarum genera recenset, gergerimum, & pityrim.* Meminere etiam Stephanus in Αἰδηψός, Γαπὶς, Λύρκιον, Τρινεμεῖς, Scholiastes Apollonii lib. I. & Aristophanis ad Acharnenses, Suidas in Κωμῆται, Μύωψ, Στάδιον. Emendandus Olympiodorus in Meteora cap. VI. Ὅτι γὰρ αὐτός ἐστι καὶ ἑῶος καὶ ἑσπέριος, δηλοῖ κ῀ Καλλίμαχος, λέγων ἐν Ἑκάλῃ. *Quod autem idem sit matutinus, & vespertinus, ostendit etiam Callimachus, dicens in Hecale.* Ita emendo; nam perperam editur, Ἐν Αἰκάλλῃ, *in AEcalle.* Idem mendum est apud Scholiasten Pindari Nemeonic. ode I. Male quoque apud Auctorem Etymologici in Ἀλῶα. Ὥσπερ Καλλίμαχος, ἐν τῇ Ἑκάβῃ. *Vt Callimachus in Hecuba.* Rescribe, Ἐν τῇ Ἑκάλῃ, *in Hecale.* In eo opere egerat de excepto hospitio ab illa Theseo. Crinagoras in Epigrammate de Callimacho Anthologiae lib. I. cap. LXVII.

Ἀείδῃ δ' Ἑκάλης τε φιλοξείνοιο καλιήν,
Canit Hecales hospitalis tugurium.

Petronius;

Qualis in Actaea quondam fuit hospita terra
Digna sacris Hecale, quam Musa loquentibus annis
Battiadae veteris mirando tradidit aevo.

Et ex eo fine dubio sunt, quae Plinius commemorat in citatis ante verbis. *Estur & sonchus, ut quem Theseo apud Callimachum adponat Hecale.*

CAP. XI.

Minotaurum quoque caedit, & tributo urbem liberat; eiusque pugnae simulacrum in arce repraesentatum.

POst devictum taurum illum Marathonium, res cum Minotauro fuit; pueri Athenienses utriusque sexus septem devorandi mittebantur. Rem, & causam explicavi in rebus AEgei lib. II. De Regibus Atticae cap. XVI. Ea res quum admodum doleret Theseo, ut calumnia, & invidia patrem AEgeum urbem malo liberaret, ultro sese in societatem poenae civibus obtulit, debellare monstrum certus. Plutarchus. Ἐπεὶ δ' ἦν καθῆκεν ὁ χρόνος τῇ τρίτῃ δασμῷ, κ῀ παρέχειν ἔδει τὰς πατέρας ἐπὶ τὸν κλῆρον, οἷς ἦσαν ἡίθεοι παῖδες, αὖθις ἀνεφύοντο τῷ Αἰγεῖ διαβολαὶ πρὸς τὰς πολίτας, ὀδυρομένους, κ῀ ἀγανακτοῦντας, ὅτι, πάντων αἴτιος ὢν ἐκεῖνος, οὐδὲν μέρος μετέχοι τῆς κολάσεως μόνος· ἀλλ' ἐπὶ νόθῳ καὶ ξένῳ παιδὶ τὴν ἀρχὴν πεποιημένος, αὐτὰς περιορᾷ γνησίων ἐρήμους, κ῀ ἄπαιδας ἀπολειπομένους· ταῦτ' ἤνία τὸν Θησέα, κ῀ δικαίων μὴ ἀνελεῖν, ἀλλὰ κοινωνεῖν τ῀ τύχης τοῖς πολίταις, ἐπέδωκεν ἑαυτὸν ἄνευ κλήρου προσελθών. *Vt ergo tempus tertii tributi adfuit, & exhibere in sortem oportebat patres, quibus liberi essent impuberes, rursum calumniae in AEgeum sunt exortae inter cives, quiritan-*

ritantes pariter, & indignantes, quod, qui omnium causa esset, poenae tamen solus expers haberetur; atque regnum in filium nothum, & peregrinum transtuliisset; neque pensi quicquam faceret, liberis legitimis ipsos spoliari, atque orbos plane fieri. Quibus quum angeretur Theseus, eximi se iniustum putans, ipse etiam fortunam civium participare animum induxit, & in sortem ultro accessit. Catullus in Epitalamio Pelei, & Thetidis:

Illa tempestate ferox, & tempore Theseus,
Egressus curvis e littoribus Piraei,
Adtigit iniusti regis Gortynia tecta.
Nam perhibent olim, crudeli peste coactam
Androgeoneae poenas exsolvere caedis,
Electos iuvenes, simul & decus innuptarum,
Cecropiam solitam esse dapem dare Minotauro.
Queis angusta malis quum moenia vexarentur,
Ipse suum Theseus pro caris corpus Athenis
Proiicere optavit potius, quam talia Cretam
Funera Cecropiae ne funera portarentur.

Insignis etiam in hanc rem Isocratis locus quidam exstat in Encomio Helenae. Περὶ ὃ τὲς αὐτὲς χρόνες, τὸ τέρας, τραφὲν μὲν ἐν Κρήτῃ, γεγόμενον δ' ἐκ Πασιφάης, τῆς Ἡλίε θυγατρός· ᾧ κατὰ μαντείαν δασμὸν, τῆς πόλεως δὶς ἑπτὰ παῖδας ἀποστελλόσης· ἰδὼν αὐτὲς ἀγομένες, καὶ πανδημεὶ προπεμπομένες ἐπὶ θάνατον ἄνομον καὶ πρόπλον, καὶ πενθεμένες ἔτι ζῶντας, ὕτως ἠγανάκτησεν, ὥσθ' ἡγήσατο κρεῖττον εἶναι τεθνάναι μᾶλλον, ἢ ζῆν αἰσχρῶς, ἄρχων τῆς πόλεως, τῆς οὕτως οἰκτρὸν τοῖς ἐχθροῖς φόρον ὑποτελεῖν ἀναγκαζομένης, σύμπλεως δὲ γενομένῳ, καὶ κρατήσας φύσεως, ἐξ ἀνδρὸς μὲν καὶ ταύρε μεμιγμένης, τὴν δὲ ἰσχὺν ἐχούσης, οἵαν προσήκε, τὴν ἐκ σωμάτων τοιούτων συγκειμένην, τὲς μὲν παῖδας διασώσας, τοῖς γονεῦσιν ἀπέδωκεν, τὴν δὲ πόλιν οὕτως ἀνόμε καὶ δυσπαλλάκτε προσάγματος ἠλευθέρωσεν. *Circa eadem tempora, quum monstrum illud educatum quidem in Creta, verum natum ex Pasiphae Solis filia exstitisset; cui urbs tributi nomine ex oraculi praecepto pueros bis septem mitteret; quum videret eos duci toto populo comitante ad necem indignam, atque certam, & lugeri adhuc vivos, adeo est indignatus, ut existimaret potius mortem oppetere, quam quum probro superesse, & imperare civitati, quae tam miserabile tributum hosti exhibere cogeretur. Itaque navigio cum his conscenso, & redacta in potestatem ea natura, quae viro, atque tauro mixta esset, tum & robur id haberet, quod constanti ex corporibus istiusmodi conveniret, pueros quidem servavit, ac parentibus restituit; urbem vero tam iniusto, atque gravi & vix evitabili mandato liberavit.* Videndus quoque Diodorus lib. IV. Servius ad AEneid. III. ac VI. Hyginus Fab. XL. XLI. XLII. Gotfridus Viterbiensis Chronic. Parte VI. Marianus Scotus lib. I. Rem hanc totam, quae de Minotauro fertur, Palaephatus, seu fictam explodit; aliterque plane refert in hunc modum. Κατ' ἐκεῖνον δὲ τὸ τῆς θεραπείας καιρὸν, ἠκολέθη τῷ Μίνωι νεανίας εὐειδὴς, ὀνόματι Ταῦρ@. ὃ Πασιφάη ἔρωτι ἁλῶσα, μίγνυται αὐτῷ, καὶ γλυνᾷ παῖδα. Μίνως δ', ἐπιλογισάμεν@ τὸ χρόνον τῆς ἀλγηδόν@ τὸ αἰδοίων, καὶ γνὺς, ὡς οὐκ ἔστιν ἐξ αὐτῦ ὁ παῖς, διὰ τὸ μὴ συγκοιμᾶσθαι αὐτὸν τῇ Πασιφάῃ, ἔγνω, ὡς ἐκ τῦ Ταύρε ἐστὶ τὸ κυηθέν· ἀποκτεῖναι μὲν οὐκ ἠθελε τὸ παῖδα, διὰ τὸ δοκεῖν ἀδελφὸν εἶναι τὸ ἑαυτῦ παίδων· ἀποπέμπει δ' αὐτὸν εἰς ὄρ@, ὡς ἐν θεράποντ@ μοίρᾳ ὑπάρχειν τοῖς ποιμέσιν. ὁ δὲ οὐκ ὑπετάσσετο τοῖς βυκόλοις. πυθόμεν@ δ' ὁ Μίνως τὰ κατ' αὐτὸν, ἐκέλευσεν αὐτὸν παρὰ πολιτῶν κρατηθῆναι. κὴ, εἰ μὲν ἕποιτο, λελυμένον ἐλθεῖν· εἰ δὲ μὴ, δέσμιον· αἰσθόμεν@ δὲ ὁ νεανίας, ἀφίσαται εἰς τὰ ὄρη, κὴ ἁρπάζων βοσκήματα, οὕτως διέζη. πέμψαντ@ δὲ Μίνω@ κὴ ἕτερον ὄχλον πλείονα, διὰ τὸ συλλαβεῖν αὐτὸν, ὁ νεανίας, ὄρυγμα ποιήσας βαθὺ, καθεῖρξεν ἑαυτὸν εἰς ἐκεῖνο. ἔνθα ὄντ@ τῦ Ταύρε, εἴ πο῀ε παρὰ τῦ Μίνω@ ἐκρατήθη τις ἀδικῶν, παρὰ τὸν Ταῦρον ἐπέμπετο, ὡς ὁ Ταῦρ@ αὐτὸν τιμωρήσαιτο. καὶ λαβὼν ἦν ποτε Μίνως τὸ Θησέα πολέμιον, ἐπὶ τὸν Ταῦρον ἀπέστειλεν, ὡς ἀποθανέμενον. *Per illud autem curationis tempus, iuvenis formosus quidam, Taurus nomine, Minoem sequebatur. Cuius quum Pasiphae amore capta esset, habita cum eo consuetudine, filium ex eo parit. Minos vero, tempus computans, quo dolore pudendorum laborasset, agnoscensque, quod hic puer natus ex se esse haud posset, quia cum Pasiphae rem plane nullam habuisset, Tauri eum filium esse intellexit. Neque tamen ob id eum interficere cupiebat, tamquam fratrem ceterorum liberorum, sed in montem relegabat, ut pastoribus inserviret. Illo vero detrectante, quum intellexisset Minos, quonam sese modo gereret, civibus mandatum dedit, uti ipsum comprehenderent; &, si sponte sequeretur, solutum ad se accedere sinerent; si id nollet, vinctum adducerent. Quod quum ille accepisset, in montes discessit, ubi pecora diripiens, ita vitam transigebat. Verum quum Minos aliam quoque, ac maiorem multitudinem ablegasset, iuvenis ille fossam sibi altam faciens, intra eam se inclusit. Vbi dum sic agit Taurus, si iniuste agens quisquam a Minoe prehensus esset, is ad Taurum mittebatur, ut nimirum poenas daret. Itaque quum Theseum quandoque Minos prehendisset, ipsum ad Taurum, interficiendum ab illo, ablegavit.* Videndus quoque Ioannes Tzetzes Chil. I. cap. XIX. Et haec ipsa Thesei cum Minotauro pugna in arce spectabatur. Pausanias in Atticis in descriptione eius. Τέτων τέραν, ὧν εἴρηται, ἔστιν ἡ λεγομένη Θησέως μάχη πρὸς τὸ ταῦρον, τὸ Μίνω καλέμενον. *Praeter ista, quae recensui, Thesei, quae fertur, pugna est contra Minotaurum dictum.* Illud vero minime hic praetereundum. Hanc de Minotauro historiam longe aliter a Cedreno, quam veteribus Auctoribus, memorari. Ecce enim ita habet. Μετὰ Μίνωα, Μινώταυρ@, ὁ Πασιφάης κὴ Ταύρε, βασιλεύσ. ὕβριν δὲ οἱ συγκλητικοὶ τὸ ὑπὸ μοιχογλυνητῦ βασιλεύεσθαι ἡγέμενοι, Θησέα προτρέπονται, τὸ υἱὸν Αἰγέως, βασιλέως Θεσσαλίας, εἰς πόλεμον κατ' αὐτῦ διαπερᾶν. ὑπισχνῆνται δὲ αὐτῷ, αὐτόν τε προδῶναι Μινώταυρον, κὴ Ἀριάδνην, τὴν Μίνω@ κὴ Πασιφάης, κὴ πᾶσαν Κρήτην. Διαπερᾷ γᾶν εἰς τὸ Κρήτην ἐξαίφνης ὁ Θησεύς. ὁ γᾶν στρατηγὸς, κὴ πάντες, τὸ Μινώταυρον ἐν Γορτύνῃ ἀφέντες, σχῆμα φυγῆς ἐποιήσαντο. γνὺς δὲ

δὲ αὐτὸς ϗ πρεσδοσίαν, φεύγϙ εἰς τὴν Λαβυρίνθε χώραν, κ̀ ἐν σπηλαίῳ λανθάνϙ κρυβεὶς, ἕως ὑπό τινος τῷ Θησεῖ μηνυθεὶς ἐσφάγη. ὁ δὲ Θησεὺς, εἰς Γορτύνιον εἰσελθὼν, ἐθριάμβευσεν. *Post Minoem Minotaurus Pasiphaes, & Tauri filius, regnum adiit. At Senatores probro sibi ducentes, si ex adulterio natum regem haberent, Theseum, AEgei regis Thessaliae filium, adhortantur ad bellum ei inferendum; promittentes se & Minotaurum ipsi prodituros, Minois quoque filiam Ariadnam, adeoque Cretam omnem tradituros. Itaque Theseus sine mora in Cretam traiicit; duxque exercitus, item reliqui, fuga omnes simulata, Minotaurum Gortynae deserentes relinquit. Qui proditionem sentiens in locum quemdam, quem vocabant Labyrinthum, fugam capit; ibique in spelunca abditus delituit, donec indicio cuiusdam Theseus eum ibi inventum occidit, ac Gortynen ingressus, triumphavit.*

CAP. XII.

De eventu consulenti Apollinem Delphicum, quid responsum. Sacra in littore facienti capra transmutata in hircum; unde Venus Ἐπιτραγία *cognomento adpellata. Eius Deae hirco insidentis signum apud Eleos. Vota nuncupat Apollini Delphinio pro salute puerorum; inde mox conscendit navem die Munychionis sexto; unde postea puellae eodem die ad eiusdem Dei aedem, ut propitium illum redderent, mitti solitae. Nomina quae puerorum horum fuerint. Servii locus emendatus. Vnde Theseus navem solverit; tum quis eius gubernator. Nausithei, & Phaeacis heroa in Phalero, ad Scironis aedem, condit; & instituit festum quoddam,* Κυβερνήσια *nuncupatum. In itinere tempestate in Delum actus, votum nuncupat Apollini.*

ANtequam conscenderet navem, consulto de eventu Oraculo, responsum accepisse fertur, uti Venerem ducem caperet, sociamque itineris sui advocaret; ac sacrificanti in littore, capram subito hircum factam, & ex hac re Deam Epitragiam dictam. Plutarchus. Λέγεται δὲ αὐτῷ ϗ μὲν ἐν Δελφοῖς ἀνελεῖν θεὸν, Ἀφροδίτῃ καθηγεμόνα ποιεῖσθαι, καὶ παρακαλεῖν συνέμπορον. θύοντι δὲ πρὸς θαλάσσῃ, τὴν αἶγα θήλειαν ὖσαν, αὐτομάτως τράγον γενέσθαι. διὸ καὶ καλεῖσθαι τὴν θεὸν Ἐπιτραγίαν. *Aiunt vero Delphis ipsi respondisse Deum, ut adscisceret ducem Venerem, & profectionis comitem advocaret. Sacra vero facienti iuxta mare, capram sponte hircum factam; ideoque etiam Deam Epitragiam nuncupari.* Ac fortassis huc Elei respexerunt; qui finxere Veneris, quam *Popularem* cognomento adpellabant, signum hirco insidentis. Meminit Pausanias Eliac. lib. 11. Ἄγαλμα Ἀφροδίτης χαλκῆν ἐπὶ τράγῳ κάθηται χαλκῷ· Σκόπα τοῦτο ἔργον, Ἀφροδίτῃ δὲ Πάνδημον ὀνομαζουσι. *Signum Veneris aeneum hirco insidet aeneo; Scopae opus est, Veneremque Popularem nominant.* Vota quoque Apollini Delphinio pro pueris istis sorte ductis nuncupavit, posito in aede eius ramo sacrae oleae, lana alba coronato, navem conscendit, sexto die Munychionis, quo deinceps etiam Plutarchi aetate virgines in aedem eamdem ad placandum Deum mitti consuevere; ita enim ille refert. Γενομένου δὲ τοῦ κλήρου, παραλαβὼν τοὺς λαχόντας ὁ Θησεὺς ἐκ τοῦ Πρυτανείου, καὶ παρελθὼν εἰς Δελφίνιον, ἔθηκεν ὑπὲρ αὐτῶν τῷ Ἀπόλλωνι τὴν ἱκετηρίαν· ἦν δὲ κλάδος ἀπὸ τῆς ἱερᾶς ἐλαίας, ἐρίῳ λευκῷ κατεστεμμένος. εὐξάμενος ϗ καταβαινεν ἐπὶ θάλασσαν, ἔκτῃ μηνὸς ἱσταμένου Μουνιχιῶνος. ἧ κ̀ νῦν ἔτι τοὺς κόρους πέμπουσιν ἱλασομένους εἰς Δελφίνιον. *Sorte ducta, acceptis iis ex Prytaneo, quos sors tetigerat, abiens in Apollinis Delphinii templum, supplicationem heic pro ipsis posuit Apollini; ramum nempe sacrae oleae, lana alba coronatum. Nuncupato autem voto ad mare descendit, mensis Munychionis die sexto; quo etiamnum virgines mittunt in Apollinis Delphinii templum, ut propitium Deum faciant.* Nomina eorum autem apud Servium, quamquam admodum corrupte, memorantur ad AEneid. lib. VI. *Quidam septem pueros, & septem puellas accipi volunt, quos liberavit secum Theseus; quorum haec nomina feruntur; Hippophorbas, & Libi, id est, Arcadis, Antimachus Evandri, Mnestheus Sumiani, Phidocus Rhamnutis, Demolion Cydani, Pyriesion Celei; puellae, Haecperiboea Alcatini, Medippe Pyrii, Iesione Celei, Andromache Eurymedontis, seu Pymeduſa Polyxeni, Europe Laodicis, Milita Triaconi.* Ex his Mnestheus, qui occurrit inter pueros a Plutarcho, Sciri ex filia nepos dicitur. Καὶ γὰρ εἶναι ϗ ἡϊθέων ἕνα Μενέσθεα, Σκίρου θυγατριδῆν. *Etenim ex impuberibus esse unum Menesthen, Sciri ex filia nepotem.* Inter puellas, primae nomen depravatum, ut & patris, sic restituo. *Puellae, hae; Periboea Alcathoi.* Neque enim *Haecperiboea* illa dicta, sed *Periboea*; neque pater *Alcathinus*, sed *Alcathous*; uti constat ex Pausania, cuius verba mox producam. Solvit autem e Phalero. Pausanias in Atticis. Φαληρὸν δὲ ταύτῃ γὰρ ἐλάχιστα ϗ πόλεως ἀπέχει θάλασσα, τοῦτο σφίσιν ἐπίνειον ἦν· κ̀ Μενεσθέα φησὶν αὐτόθεν ταῖς ναυσὶν εἰς Τροίαν ἀναχθῆναι· κ̀ τοῦτο πρῶτον Θησέα, δάσυλλα Μίνῳ δίκας ϗ Ἀνδρόγεω τελευτῆς. *Phalerum vero, nam heic minimum ab urbe mare abest, navale erat. Ac Menestheum aiunt hinc cum classe in Troiam solvisse; atque ante illum Theseum, Minoi poenas daturum ob Androgei mortem.* Gubernator navis erat Phereclus; verum alii sunt auctores, gubernatorem e Salamine sibi Theseum adsciviſse, Nausitheum nomine, & Phaeacem qui curaret, quae ad proram; eiusque rei testimonium perhibere monumenta utriusque, quae exstruxerit ipsis Theseus ad Scironis fanum; tum & festum, quod vocabant Κυβερνήσια, in honorem eorumdem celebratum. Plutarchus, Ἐκυβέρνα δ̀ ϗ ναῦν Ἀμαρσυάδας Φέρεκλος, ὥς φησι Σιμονίδης· Φιλόχορος δὲ, παρὰ Σκίρου φησὶν ἐκ Σαλαμῖνος τὸν Θησέα λαβεῖν κυβερνήτην μὲν, Ναυσίθεον, πρῳρέα δ̀, Φαίακα, μηδέπω τότε ϗ Ἀθηναίων προσεχόντων τῇ θαλάσσῃ· κ̀ γὰρ εἶναι ϗ ἡϊθέων ἕνα Μενέσθεα, Σκίρου θυγατριδῆν. μαρτυρεῖ δ̀ τούτοις ἡρῶα Ναυσιθόῃ, καὶ

καὶ Φαίακος, ἐσαμένε Θησέως Φαληροῖ, πρὸς τῷ ἱερῷ Σκίρωνος· καὶ ἑορτὴν τὰ Κυβερνήσια φησιν ἐκείνοις τελεῖσθαι. *Navem autem gubernabat Amarsyadas Phereclus, usi teſtis eſt Simonides; Philochorus vero refert a Sciro ex Salamine Theſeum accepiſſe gubernatorem quidem, Nauſithoum, proretam autem Phaeacem, quum nondum tum Athenienſes rem maritimam curarent. Etenim ex iuvenibus eſſe unum Menesthen, Sciri ex filia nepotem. Ac teſtari id heroa, cum Nauſithoi, tum Phaeacis, quae in Phalero, proxime Scironis fanum, Theſeus struxit; quin & feſtum* Κυβερνήσια, ceu *Gubernatoria* dicas, *celebrari illis tradit.* In itinere in Delum tempeſtate actus, votum nuncupat Apollini, ſi occideret Minotaurum, ſe coronaturum ipſi oleae ramos, & ſacra facturum. Scholiaſtes Ariſtophanis Equitibus. Τινὲς δέ φασι τὸν Θησέα, καθ' ὃν καιρὸν εἰς Κρήτην ἔπλει, προσχόντα Δήλῳ διὰ χειμῶνα, εὔξασθαι τῷ Ἀπόλλωνι, κατασκέψεσθαι κλάδους ἐλαίας, ὅταν σωθῇ, τὸν Μινώταυρον ἀποκτείνας, καὶ θυσιάσειν. *Quidam vero aiunt Theſeum, quo tempore in Cretam navigabat, in Delum tempeſtate adpulſum vovisſe Apollini, ſi occiſo Minotauro, domum incolumis rediret, ramos illi oleae coronaturum, & ſacra facturum eſſe.* Quae totidem verbis Euſtathius ad Iliad. χ'. Plato dicit, votum id fuiſſe iſthoc; ut religionis ergo, & teſtandae ſuae in ipſum pietatis, annis ſingulis ablegarent, qui publico Athenarum nomine ad ipſius templum viſerent; quod & poſtea praeſtitum fuit; & legatio, ex re iſta, Θεωρία adpellata. Eſt egregius eius locus in Phaedone infra nobis proferendus extremo capite xv. illic vide.

CAP. XIII.

Poſtquam in Cretam perveniſſet, Minoi, vim inferre Periboeae cupienti ſe opponit, prohibetque; & in mare ſe proiiciens, annulum eius inde refert, & coronam, dono ab Amphitrite datam. Hygini locus emendatus. Poſt haec Minotaurum occidit, quem Aſterionem etiam adpellabant; & accepti ab Ariadne, cui Daedalus id dederat fili ductu, ſoſpes Labyrintho exivit. Hygini in hac re diſſidium.

QVum in Cretam adpuliſſet, & amore Periboeae captus Minos, vim inferre illi vellet, ſe oppoſuit, ac Minoe exaſperato, & negante filium Neptuni eſſe, niſi annulum ſignatorium, quem in mare proiecisſet, inde ocyus referret; ipſum vero, & eum ſtatim retuliſſe, & coronam item auream, quam donaverat Amphitrite. Pauſanias in Atticis. Μίνως, ἡνίκα Θησέα, καὶ ἄλλον σόλον τῶν παίδων, ἦγεν ἐς Κρήτην, ἐραθεὶς Περιβοίας· ὡς οἱ Θησεὺς μάλιστα ἠναντιοῦτο, καὶ ἄλλα ὑπὸ ὀργῆς ἀπέῤῥιψεν ἐς αὐτὸν, καὶ παῖδα οὐκ ἔφη Ποσειδῶνος εἶναι· ἐπεὶ δὲ δύναιτο τὴν σφραγῖδα, ἣν αὐτὸς φέρων ἔτυχεν, ἀφέντι ἐς θάλασσαν ἀνασῶσαι οἱ. Μίνως μὲν λέγει, ταῦτα εἰπὼν, ἀφεῖναι τὴν σφραγῖδα· Θησέα δὲ, σφραγῖδά τε ἐκείνην ἔχοντα, καὶ στέφανον χρυσοῦν, Ἀμφιτρίτης δῶρον, ἀνελθεῖν λέγουσιν ἐκ τῆς θαλάσσης. *Minos quum Theſeum, ceteroſque pueros, qui miſſi erant in Cretam abduxiſſet, amore Periboeae captus eſt; cui quum Theſeus potiſſimum adverſaretur, & alia in illum ira incenſus maledicta iecit, & Neptuni quoque filium eſſe negavit; ſiquidem annulum ſignatorium, quem geſtabat, in mare abiectum reducere haud poſſet. Ac Minos quidem poſt haec dicta abieciſſe annulum fertur; Theſeus vero, & cum illo, & corona quoque aurea, quam donaverat Amphitrite, mox e mari rediiſſe.* Hyginus Poetici Aſtronomici lib. II. *Dicitur, quum Theſeus Cretam ad Minoa, cum ſeptem virginibus, & ſex pueris veniſſet, Minoa de virginibus Periboeam* (male *Eriboeam* editur) *quamdam nomine, candore corporis inductum, comprimere voluiſſe; quod quum Theſeus ſe paſſurum negaret, ut qui Neptuni filius eſſet, & valeret contra tyrannum pro virginis incolumitate decertare. Itaque quum iam non de puella, ſed de genere Theſei, controverſia eſſet facta, utrum is Neptuni filius eſſet, nec ne; dicitur Minos aureum annulum de digito ſibi detraxiſſe, & in mare proieciſſe; quem referre iubet Theſeum, ſi vellet ſe credi Neptuni filium eſſe; ſe enim ex Iove procreatum, facile poſſe declarare. Itaque comprecatus patrem, petiit aliquid ſigni, ut ſatisfaceret ſe eo natum; ſtatimque tonitru, & fulgure coeli indicium ſignificationis feciſſe. Simili de cauſa Theſeus ſine ulla precatione, aut religione parentis ſe in mare proiecit; quem confeſtim delphinum magna multitudo, mari provoluta, leniſſimis fluctibus ad Nereidas perduxit; a quibus annulum Minois, & a Thetide coronam, quam nuptiis a Venere muneri acceperat, retulit, compluribus lucentem gemmis. Alii autem a Neptuni uxore accepiſſe dicunt.* Poſtquam vero eum Minos incluſum in Labyrintho, ac cum ipſo reliquos pueros Minotauro obieciſſet, hunc occidit, & tributo Athenienſes liberavit; ut Plutarchus fuſe refert, varieque; nempe ex Auctoribus priſcis, qui heic variant. Atque Minotaurum quidem ſuperavit, ope filiae Ariadnae; quae amore eius capta, quum inermem ipſum pater incluſiſſet, gladium ſuppeditarat; &, ut exitum inveniret, qui difficilis admodum e Labyrintho, filum dedit, quo veſtigia repeteret. Ac de gladio Auctor nobis eſt Palaephatus. Καὶ λαβὼν ἔν ποτὲ Μίνως τὴν Θησέα πολέμιον, ἐπὶ τὸν Ταῦρον ἀπέστειλεν, ὡς ἀποθανούμενον· γνοῦσα δὲ τοῦτο ἡ Ἀριάδνη, προεισπέμπει ξίφος εἰς τὴν εἰρκτὴν, δι' οὗ ὁ Θησεὺς ἀναιρεῖ τὸν Μινώταυρον. *Quum itaque aliquando Minos hoſtem Theſeum cepiſſet, eum ad Taurum miſit, tamquam occidendum. Sed re cognita Ariadne, gladium in carcerem praemiſit, quo Minotaurum interfecit.* De filo ſunt Plutarchi verba. Ἐπεὶ δὲ κατέπλευσεν εἰς Κρήτην, ὡς μὲν οἱ πολλοὶ γράφουσι, καὶ ᾄδουσι, παρὰ τῆς Ἀριάδνης, ἐραθείσης, τὸ λίνον λαβὼν, καὶ διδαχθεὶς, ὡς ἔστι τοῦ Λαβυρίνθου τὰς ἑλιγμοὺς διεξελθεῖν, ἀπέκτανε τὸν Μινώταυρον. *Poſtquam in Cretam adpulit, ut multi tradunt, canuntque, ab Ariadna, eius amore capta, filo accepto, & edoctus, quomodo exire poſſet ex ambagibus Labyrinthi, Minotaurum interfecit.* Lutatius dicit eam a Daedalo accepiſſe ad Thebaidos

lib.

Digitized by Google

lib. XII. *Ariadnen dicit Cretenſem; quae quum Theſeum amaret, & vereretur, ne, quamvis Minotauro occiſo, multiplex, & perplexum Labyrinthi iter explicare non poſſet, quae domus erat Minotauri, Daedalum fabricatorem operis exoravit, a quo globum fili accepit; cuius ſummitatem tenens ipſa Theſeo intranti dedit, poſt ſe ſolvendum; quem ille, occiſo Minotauro relegens, victor regreſſus eſt.* Idem tradit Euſtathius ad Odyſſ. λ', Catullus in Epithalamio Pelei:

Inde pedem victor multa cum laude reflexit,
Errabunda regens tenui veſtigia filo;
Ne Labyrintheis a flexibus egredientem
Tecti fruſtaretur inobſervabilis error.

Ovidius Metamorph. lib. VIII.

Vtque ope virginea nullis iterata priorum
Ianua difficilis filo eſt inventa relicto.

Ariadna ipſa in querela ſua de Theſeo deſertore apud Nonnum Dionyſ. lib. XLVII.

Αὐτὰ δέ μοι κατέλεξεν ἐμὸν μίτον εἰσέτι πάλλων,
Αὐτὰ δέ μοι κατέλεξε παρ' ἡμετέρῳ Λαβυρίνθῳ.

Ipſa mihi memoravit meum filum adhuc vibrans,
Ipſa memoravit apud noſtrum Labyrinthum.

Huc reſpexit Theophylactus Simocatta in Dialogo, quem praefixit Hiſtoriae Mauritianae. Οἷα μίτῳ τινὶ τῇ σαφηνείᾳ ὑ μυθικὸν περαιουμένη Λαβύρινθον, *Tamquam filo quodam dilucida explanatione per Labyrinthum non fabuloſum me dirigens.* Ac meminit Statius Theb. XII. Lucianus in Hermotimo, ſicut item plures alii. Hyginus refert, non per fili Ariadnae beneficium, ſed coronae Labyrinthum evaſiſſe. Ecce verba Poet. Aſtronom. lib. II. ubi de corona agit. *Dicitur etiam a Vulcano facta, auro, & Indicis gemmis; per quas Theſeus exiſtimatur de tenebris Labyrinthi ad lucem veniſſe; quod aurum, & gemmae in obſcuro fulgorem luminis efficiebant.* Quamquam de filo quoque tradat Mythologici cap. XLII. Et Germanici Interpres de eadem corona. *Talis fulgoris fuit, ut Theſea ex Labyrintho liberaret.* Sciendum vero Minotauro etiam Aſterioni nomen inditum fuiſſe. Apollodorus lib. III. Η' ὃ (Πασιφάη) Ἀστερίωνα ἐγέννησε, τὸν κληθέντα Μινώταυρον. ἔστε εἶχε ταύρου πρόσωπον, τὰ δὲ λοιπὰ ἀνδρός. Μίνως δέ, ἐν τῷ Λαβυρίνθῳ κατά τινας χρησμὸς κατακλείσας, αὐτὸν ἐφύλαττεν. *Haec vero (Paſiphae) Aſterionem peperit, quem dixere Minotaurum. Is habebat tauri faciem, cetera viri; Minoſque eum, oraculis quibusdam monitus, concluſum in Labyrintho, cuſtodiebat.* Et Pauſaniae iſto nomine memoratur in Corinthiacis. Θησέα δὲ λέγεται ἱδρύσασθαι, καὶ ὀνομάσαι Σώτειραν, νίκα, Ἀστερίωνα τὸν Μίνω καταγωνισάμενον, ἀνέστρεψεν ἐκ τῆς Κρήτης. *Dedicaſſe autem ferunt Theſeum, Soſpitamque nominaſſe, quum devicto Minois Aſterione ex Creta reverſus eſſet* (a).

(a) Labyrinthi formam, & Minotaurum habes in Gemma I. *Tab.* XXXIX. *Tom.* II. *Muſei Florentini.* Ceterum alia forma Minotaurum repraeſentant nummi Geiae, & Tauromenitanorum, ut apud *Paruta* videre eſt.

CAP. XIV.

Caeſo autem Minotauro abducit pueros, atque una Ariadnen, quam in Naxo mox relinquit; ubi illa laqueo ſibi vitam finit; vel, ut alii, Bacchum amatorem accipit; eaque res in aede Bacchi Athenis picta. Is coronam eius refert inter ſidera, quae Theſeo ex flore plexa, pſalacantha circumpoſita. Nymphae obiter Pſalacanthae transformatio indicata; eiuſque opera, Baccho navata, ut potiretur Ariadna. Glaucus Ariadnae amator. Theſeo ex ea filii, Staphylus, & Oenopion; quos nonnulli Baccho tribuunt, ut & alia. De relicta Ariadna, diſſidium Auctorum; aliis eam Theſeo ereptam a Baccho referentibus; Ariadnae ſepulcrum apud Amathuſios, & Argivos; item feſtum.

INterfecto, uti dixi, Minotauro, Ariadnen pueroſque ſecum abducit. Plutarchus. Ἀπέκτεινε τὸν Μινώταυρον, καὶ ἀπέπλευσε· τὴν Ἀριάδνην ἀναλαβών, καὶ τοὺς ἡβήδας. *Interfecit Minotaurum, ac mox navem inde ſolvit; Ariadnen ſecum abducens, pueroſque.* Addit deinde carinas navium excidiſſe, ne ſi vellet, perſequi eum Minos poſſet. Φερεκύδης δὲ καὶ τὰ ἐδάφη τῶν Κρητικῶν νεῶν φησιν ἐκκόψαι τὸν Θησέα, τὴν δίωξιν ἀφαιρούμενον. *Ait vero Pherecydes etiam carinas navium Creticarum excidiſſe Theſeum, atque ſic prohibuiſſe, ne perſequeretur quiſquam.* Tum & alia quaedam refert ex Clidemo; quae qui volet, illic obvia inſpiciat. Sed Ariadnen, admodum in eam ingratus, mox deſeruit, novo amore AEgles captus; unde illa, nimio dolore animi ſe ſuſpendit; vel ut alii commemorant in Naxum inſulam deportata, Bacchi ſacerdoti Onaro nupta fuit. Plutarchus. Πολλοὶ δὲ λόγοι καὶ περὶ τούτων ἔτι λέγονται καὶ περὶ τῆς Ἀριάδνης, οὐδὲν ὁμολογούμενον ἔχοντες. οἱ μὲν γὰρ, ἀπάγξασθαί φασιν αὐτὴν, ὑπολειφθεῖσαν ὑπὸ τοῦ Θησέως· οἱ δὲ, εἰς Νάξον ὑπὸ ναυτῶν κομισθεῖσαν, Ὠνάρῳ, τῷ ἱερεῖ τοῦ Διονύσου, συνοικεῖν, ἀπολειφθῆναι ὑ τοῦ Θησέως ἐρῶντος ἑτέρας·

Δεινὸς γάρ μιν ἔτειρεν ἔρως Πανοπηίδος Αἴγλης.

Iam vero multa praeterea de his & de Ariadna narrantur, quae nihil certi habent. Alii enim a Theſeo deſertam, laqueo periiſſe dicunt; alii, in Naxum a nautis deportatam, Onaro Bacchi ſacerdoti nuptam fuiſſe. Relictam autem a Theſeo aliam amante:

Gravis enim eum vexabat amor Panopeidos AEgles.

In Naxo inſula, quae & Dia, relictam eſſe, & illic Bacchum amatorem accepiſſe, tradunt Apollonius Argonaut. lib. IV. Lactantius lib. I. cap. X. Alciphron in Epiſtola Glycerae ad Menandrum, Nonnus Dionyſ. lib. XLVII. XLVIII. Catullus in Epithalamio Pelei, Hyginus Mythol. cap. XLIII. Ovidius Metamorph. VIII. adluditque Ariſtaenetus lib. II. epiſt. XIII. Et Athenis in Bacchi fano ea res depicta erat. Pauſanias in Atticis de illo agens. Γραφαὶ δὲ αὐτόθι, Ἀριάδνη τε καθεύδουσα, καὶ Θησεὺς ἀναγόμενος, καὶ Διόνυσος ἥκων ἐς τὴν Ἀριάδνης ἁρπαγήν. *Picturae autem illic, Ariadna dormiens, Theſeus di-*

Digitized by Google

discedens, & Bacchus ad Ariadnae raptum accedens. Ac is etiam coronam eius capiti demtam inter astra retulisse memoratur. Ovidius lib. VIII. Metamorph.

Protinus AEgides, rapta Minoide, Diam
Vela dedit; comitemque suam crudelis in illo
Littore destituit. Desertae, & multa querenti,
Amplexusque, & opem Liber tulit; utque perenni
Sidere clara foret, sumtam de fronte coronam
Immisit coelo. Tenues volat illa per auras;
Dumque volat, gemmae nitidos vertuntur in ignes;
Consistuntque loco, specie remanente coronae,
Qui medius nixique genu est, anguemque tenentis.

Hyginus Poet. Astronom. lib. II. *Coronam Ariadnae Theseus dono dicitur dedisse, quum ei propter virtutem, & animi magnitudinem, uxor esset concessa; hunc autem, post Ariadnes mortem, Liberum inter sidera collocasse.* Ovidius Fast. III.

Protinus adspicies venienti nocte Coronam
Gnossida; Theseo crimine facta Dea est.

Manilius lib. I.

At parte ex alia claro volat orbe Corona,
Luce micans varia. Nam stella vincitur una
Circulus, in media radians, quae proxima fronte
Candidaque ardenti distinguit lumina flamma;
Gnossia desertae fulgent monimenta puellae.

Et mox iterum lib. V.

—— Tollentur ab undis
Clara Ariadneae quondam monumenta Coronae.

Aratus:

Αὐτῇ κἀκείνῳ στέφανον, τὸν ἀγαυὸν ἔθηκε
Σῆμ' ἔμμεναι Διόνυσον ἀποιχομένης Ἀριάδνης,
Νώτῳ ὑποτρέφεται κεκμηκότος εἰδώλοιο,
Illic & illa corona, quam lucidum posuit
Signum ut esset Bacchus morientis Ariadnae,
Humero subvolvitur fatigati idoli.

Vbi videas Theonem. Apollonius Argonaut.

—— Μέσῳ δὲ οἱ αἰθέρι τέκμαρ
Ἀρρήτοις στέφανον, τόν τε κλείουσ' Ἀριάδνης,
Πάννυχον ὠρανίοισιν ἐλίσσεται εἰδώλοισιν.
—— Medio enim ei coelo signum
Stellata corona, quam vocant Ariadnes,
Pernox coelestibus vertitur simulacris.

Videndus etiam Nonnus Monachus Collect. Hist. lib. II. cap. I. Iustinus Martyr Apologia pro Christ. II. Avienus Germanicus in Arateis, Prudentius contra Symm. lib. I. Quidam fuisse coronam eam sunt auctores ex flore, quem Theseum Veteres adpellabant. Athenaeus lib. XV. Τιμαχίδας δ', ἐν τετάρτῳ Δείπνου, καὶ Θήσειόν τι ἀναγράφει καλούμενον ἄνθος.

Θήσειον δ' ἄπαλον μήλῳ ἐναλίγκιον ἄνθος,
Λευκοΐδες ἱερόν, περικαλλὲς, ὅπερ ῥα μάλιστα
Φίλατο. ——

Ἀπὸ τούτου δέ φασι τοῦ ἄνθους καὶ ἡ τῆς Ἀριάδνης καλούμενον στέφανον πεπλέχθαι. *Timachidas, libro quarto Coenae, etiam Theseum quemdam florem describit:*

Theseum mollem florem, malo similem,
Leucotheae sacrum, pulcrum, quo maxime
Gaudebat. ——

Et coronam, quam adpellant Ariadnae, ex hoc flore textam ferunt. Alii tamen, Theseum non florem dicunt, verum plantam. Hesychius. Θησεῖον, νεὼς Θησέως, ἐφ' ὃν οἱ ἀποδιδράσκοντες κατέφευγον. δηλοῖ δὲ καὶ φυτόν τι ποιόν. *Theseum, fanum Thesei, in quod aufugientes confugiebant. Significat vero etiam plantam aliquam.* Ac videndus est de eo Theophrastus Hist. Plant. lib. VII. cap. XI. Pliniusque lib. XXI. cap. XVII. & lib. XXII. cap. XXII. Ac fuisse circumplexam psalacantham, in quam Nympha eius nominis a Baccho commutata esset, refert Photius in Bibliotheca in Excerptis Ptolemaei Hephaestionis. Ἡ δὲ ψαλάκανθα, βοτάνη ἐστὶν Αἰγυπτία, ἥτις, ἵπποις περιαπλωμένη, νίκην παρέχει, καὶ εὐδαιμονίαν, φασὶ δὲ, ὡς ἡ Ψαλάκανθα Νύμφη ἐγένετο, ἐν Ἰκαρίᾳ τῇ νήσῳ, ἥτις, ἐρασθεῖσα Διονύσου, συνέπραξεν αὐτῷ ἡ πρὸς Ἀριάδνην ὁμιλίαν. ἐφ' ᾧ δὲ αὐτῇ συγγένοιτο· καὶ, ὡς Διόνυσος μὲν οὐκ ἐβουλήθη, Ψαλάκανθα μὲν ἐπηβούλευσεν Ἀριάδνῃ· ὁ δὲ ὀργισθεὶς, μετεμόρφωσεν αὐτὴν εἰς ἣ πόαν· μεταγνοὺς δὲ, ἐπὶ τῇ τιμῇ τοῦ φυτοῦ, τῷ Ἀριάδνης αὐτὸ περιέθηκε στεφάνῳ, τῷ κατηστερισμένῳ ἐν οὐρανῷ. *Psalacantha autem, herba est AEgyptia, quae equis circumligata victoriam praebet, & felicitatem. Aiunt vero, Psalacantham fuisse Nymphan in insula Icaria; quae amore Bacchi capta operam ei navaverat, ut Ariadna potiretur, illa lege, ut cum ipsa postea quoque rem haberet. Atque Baccho id deinde recusanti, quum insidiata esset Ariadnae; ille eam mox in herbam commutavit. Verum ductus poenitentia, in honorem plantae, hanc coronae Ariadnae, quae in coelum inter sidera relata, circumposuit.* Alii tradunt, ex auro factam, ac gemmis Indicis interstinctam. Tertullianus De Cor. Mil. *Ariadnae sertum ex auro, & Indicis gemmis.* Hyginus Poet. Astron. lib. II. ubi de hac ipsa agit. *Dicitur etiam a Vulcano facta ex auro, & Indicis gemmis.* Tradunt etiam nonnulli, Glaucum, Deum marinum, cum ea rem habuisse, postquam a Theseo relicta esset. Athenaeus lib. VII. Εὐάνθης δ' ὁ ἐποποιὸς, ἐν τῷ εἰς τὸν Γλαῦκον ὕμνῳ, Ποσειδῶνος αὐτόν (φησιν) υἱὸν εἶναι καὶ Ναΐδος Νύμφης, μιγῆναί τε Ἀριάδνῃ ἐν Δίᾳ τῇ νήσῳ, ἐραθέντα, ὅτε ὑπὸ Θησέως κατελέφθη. *Evanthes vero poeta epicus in suo in Glaucum hymno, Neptuni filium, & Naidis Nymphae fuisse ille tradit; & amantem Ariadnen, a Theseo in Dia insula derelictam, rem cum ea habuisse.* Quod desertam porro in Dia a Theseo Ariadnen adtinet, huc respexit & Propertius lib. I. eleg. III.

Qualis Thesea iacuit cedente carina,
Languida desertis Gnossia littoribus.

Et Tibullus lib. III. eleg. VII.

Gnossia, Theseae quondam periuria linguae
Flevisti, ignoto sola relicta mari (a).

Alii

(a) Flentem, desertamque Ariadnam exhibet Gemma II. *Tab.* XXXXI. *Tom.* II. *Musei Florentini*, ut quidem censet *Gorius* pereruditus.

Alii volunt, non tam cito derelictam; sed cohabitasse ei aliquamdiu, filiosque peperisse Staphylum, & Oenopionem. Plutarchus· Ε"νιοι δ', κ τεκεῖν (λέγουσιν) ἐκ Θησέως Ἀριάδνην Οἰνοπίονα, καὶ Στάφυλον· ὧν κ ὁ Χῖος Ἴων ἐστὶ, περὶ τ ἑαυτῦ πατρίδος λέγων·

Τήν ποτε Θησείδης ἔκλισεν Οἰνοπίων.

Quidam vero etiam peperisse (*dicunt*) *Ariadnen ex Theseo Oenopionem, & Staphylum; interque eos Ion Chius, de patria sua verba faciens:*

Quam olim Thesides condidit Oenopion.

Quamquam alios invenio, qui hos Bacchi ex Ariadna filios faciant; uti etiam Thoantem, Latramyn, Evanthem, & Tauropolim. Scholiastes Apollonii Argonaut. III. Καταλέλειπται γὰρ (ἡ Ἀριάδνη) ὑπὸ Θησέως ἐν Νάξῳ· πεπαρθένευται δ' ὑπὸ Διονύσου κατά τινας, ἐξ ἧς παιδοποιεῖ Οἰνοπίονα, Θόαντα, Στάφυλον, Λάτραμυν, Εὐάνθη, Ταυρόπολιν. *Deserta enim Ariadne*) *est a Theseo in Naxo; virginitasque ei imminuta est a Baccho; qui ex illa sustulit Oenopionem, Thoantem, Staphylum, Latramyn, Evanthen, Tauropolim.* Et Oenopionem Bacchi quoque, non Thesei filium, refert Theon Commentario in Aratum. Οἰνοπίων, ὁ Διονύσου καὶ Ἀριάδνης παῖς, ἐν Χίῳ τῇ νήσῳ ᾤκει, ταύτης βασιλεύων. *Oenopion Bacchi, & Ariadnae filius, in Chio insula habitabat, in ea regnum tenens.* Idem tradit & Eustathius ad Odyss. I. quemadmodum de Staphylo quoque Auctor Etymologici in Στα-φυλὴ, & Theophilus ad Autolycum lib. II. Diodorus non desertam esse a Theseo Ariadnen, sed a Baccho ereptam tradit lib. IV. Καταπλευσάντων δ' αὐτῶν (τ Ἀθηναίων) εἰς Κρήτην, Ἀριάδνη μὲν, ἡ θυγάτηρ τῦ Μίνωος, ἠράσθη τῦ Θησέως, εὐπρεπείᾳ διαφέροντος· Θησεὺς δ', εἰς λόγους ἐλθὼν αὐτῇ, κ ταύτην συνεργὸν λαβὼν, τόν τε Μινώταυρον ἀπέκτεινε, κ, τὴν ἔξοδον ἣ τῦ Λαβυρίνθυ παρ' αὐτῆς μαθὼν, διεσώθη. ἀνακομιζόμενος δ' εἰς τ πατρίδα, κ κλέψας τ Ἀριάδνην, ἔλαθεν ἐκπλεύσας νυκτός· κ κατῆρεν εἰς νῆσον τ ποτὲ μὲν Δίαν, νῦν δὲ Νάξον προσαγορευομένην. καθ' ὃν δὴ χρόνον μυθολογῦσι Διόνυσον ἐπιφανέντα, κ, διὰ τὸ κάλλος τ Ἀριάδνης, ἁρπάσαντα τῦ Θησέως τ παρθένον, ἔχειν αὐτὴν ὡς γυναῖκα γαμετὴν, ἀγαπωμένην διαφερόντως. *Quum in Cretam* (*Athenienses*) *traiecissent, Ariadnen, Minois filiam, eximia Thesei pulcritudo in amorem eius pellexit; quum qua habito colloquio Theseus, consilio & ope virginis adiutus, & Minotaurum interemit, & de Labyrinthi egressu edoctus, incolumis inde se explicuit. Et clam reditu in patriam adornato, Ariadnen furtim abducens, noctu ex insula discessit, & in Diam tunc vocatam, quam nunc Naxum dicunt, adpulit. Quo tempore fabulantur, conspectum tunc Bacchum, Ariadnes forma captum, eam Thesco eripuisse, ac dilectam vehementer, loco uxoris habuisse* (*a*). Quin in somnis visum ipsi Bacchum refert graviterque comminatum, nisi desereret Ariadnen lib. V. Ἐπὶ δὲ τύτυ, Θησεὺς, ἐκ Κρήτης ἀποπλέων μετὰ τ Ἀριάδνης, ἐπεξενώθη τοῖς ἐν τῇ νήσῳ (τῇ Νάξῳ·) κ, κατὰ τ ὕπνον ἰδὼν τ Διόνυσον, ἀπειλοῦντα αὐτῷ, εἰ μὴ ἀπολείψει τ Ἀριάδνην αὐτῦ, φοβηθεὶς, κατέλιπε, καὶ ἐξέπλευσε. *Huius tempore Theseus cum Ariadna digressus e Creta in insulam* (*Naxum*) *divertit; & conspecto in somnis Baccho interminante, nisi relinqueret Ariadnem suam, timore perculsus deseruit, ac discesset.* Ereptam a Baccho, refert etiam Pausanias in Boeoticis, & Phocicis. Aliam rursum causam narrat Suidas in Αἰγαῖον πέλαγος, qui videndus eo loco. Paeon Amathusius tradit gravidam, & ex iactatione aegram, in Cypro expositam, nondum edito partu mortuam, & divino honore adfectam; & alia quae Plutarchus narrat copiose istis verbis. Ἴδιον δέ τινα περὶ τύτων λόγον ἐκδέδωκε Παίων ὁ Ἀμαθύσιος, τ γὰρ Θησέα φασὶν, ὑπὸ χειμῶνος εἰς Κύπρον ἐξενεχθέντα, κ τ Ἀριάδνην ἔγκυον ἔχοντα, φαύλως δὲ διακειμένην ὑπὸ τῦ σάλυ, κ δυσφορῦσαν, ἐκβιβάσαι μόνην· αὐτὸν δὲ, τῷ πλοίῳ βοηθῦντα, πάλιν εἰς τὸ πέλαγος ἀπὸ τ γῆς φέρεσθαι· τὰς ὖν ἐγχωρίους γυναῖκας τ Ἀριάδνην ἀναλαβεῖν, κ περιέπειν ἀθυμῦσαν ἐπὶ τῇ μονώσει, καὶ γράμματα πλασὰ προσφέρειν, ὡς τῦ Θησέως γράφοντος αὐτῇ, καὶ περὶ τὴν ὠδῖνα συμπονεῖν, κ βοηθεῖν· ἀποθανῦσαν δὲ θάψαι, μὴ τεκῦσαν. ἐπελθόντα δὲ τ Θησέα, κ περίλυπον γεγόμενον, τοῖς μὲν ἐγχωρίοις ἀπολιπεῖν χρήματα, συντάξαντα θύειν τῇ Ἀριάδνῃ· δύο δὲ μικρὰς ἀνδριαντίσκους, ἱδρύσασθαι, τ μὲν ἀργυρᾶν, τ δὲ χαλκῆν. ἐν δὲ τῇ θυσίᾳ τῦ Γορπιαίυ μηνὸς ἑσαμένυ δευτέρᾳ, κατακλινόμενόν τινα τ νεανίσκων φθέγγεσθαι, κ ποιεῖν ἅπερ ὠδίνυσαι γυναῖκες· καλεῖν δὲ τὸ ἄλσος Ἀμαθυσίους, ἐν ᾧ τὸν τάφον δεικνύουσιν, Ἀριάδνης Ἀφροδίτης. καὶ Ναξίων δέ τινες, ἰδίως ἱστορῦσι δύο Μίνωας γενέσθαι, & δύο Ἀριάδνας· ὧν τὴν μὲν Διονύσῳ γαμηθῆναί φασιν ἐν Νάξῳ, κ τὸν περὶ Στάφυλον τεκεῖν· τὴν δὲ νεωτέραν, ἁρπασθεῖσαν ὑπὸ τῦ Θησέως, κ ἀπολειφθεῖσαν, εἰς Νάξον ἐλθεῖν· κ τροφὸν μετ' αὐτῆς, ὄνομα Κορκύνην, ἧς δείκνυσθαι τάφον. ἀποθανεῖν δ' καὶ τὴν Ἀριάδνην αὐτόθι, κ τιμὰς ἔχειν οὐχ ὁμοίας τῇ πρεσβυτέρᾳ. τῇ μὲν γὰρ, ἡδομένους, κ παίζοντας, ἑορτάζειν. τὰς δὲ ταύτῃ δρωμένας θυσίας, εἶναι πένθει τινὶ, κ συγγνότητι, μεμιγμένας. *Edidit vero proprium quemdam de his librum Paeon Amathusius. Ait autem, Theseum tempestate in Cyprum iectum, quum gravidam secum haberet Ariadnen, ac male ex iactatione adfectam, & languentem, solam exposuisset, ut navigio subveniret, rursus e terra in mare ablatum; feminas autem indigenas excepisse Ariadnen, maestamque, quod sola relicta esset fovisse, confictas ad eam litteras, veluti a Theseo scriptas, protulisse; & in partu operam illi suam navantes adiuvisse; mortuamque ante partum funeravisse. Ac supervenientem Theseum, & magnopere dolentem, dedisse indigenis pecunias, & ut sacra Ariadnae facerent instituisse; tum & duas parvas statuas, unam argenteam, alteram aeneam dedicasse. In sacris vero, secundo die mensis Gorpiaei, quemdam ex adolescentibus decumbentem eiulari, & facere quaecumque parturientes solent; lucum vero Amathusios, in quo tumulum ostendunt, Veneris Ariadnes dicere. Quidam vero Naxiorum, aliter atque alii, tradunt duos fuisse Minoas, item duas Ariadnas; & earum unam quidem Baccho in Na-*

(*a*) Bacchum raptam Ariadnen curru in coelum subducentem habes in gemma apud *Phil. Bonarotam Commentar. in nummos quosdam maximi moduli*. Et nos in Tabula nostra eam exhibemus.

xo

xo nuptam esse, Staphylumque peperisse; iuniorem a Theseo raptam, ac desertam, in Naxum venisse; ac nutricem cum ea, Corcynen dictam, cuius quoque monumentum ostendatur. Mortuam item ibi loci Ariadnen, & honores obtinere, non eosdem cum priore. Quippe illi hilares, & ludibundos festos dies celebrari; at quae huic sacra fiant, ea luctu, & moestitia mixta esse. Sed quod ad sepulcrum Ariadnes adtinet, quod in Cypro exstitisse apud Amathusios refert, id apud Argivos a Pausania commemoratur in Bacchi Cretensis fano. Verba eius ecce ista in Corinthiacis. Ἄλλα δέ ἐστιν Ἀργείοις θέας ἄξια· κατάγαιον οἰκοδόμημα, ἐφ' αὐτὸ δὲ ἦν ὁ χαλκοῦς θάλαμος, ὃν Ἀκρίσιος ποτὲ φρυρὰν τῆς θυγατρὸς ἐποίησεν· Περίλαος δὲ κατῆλεν αὐτὸν τυραννήσας. τοῦτό τε οὖν τὸ οἰκοδόμημά ἐστι, καὶ Κροτώπου μνῆμα, καὶ Διονύσου ναὸς Κησίου. Περσεῖ γὰρ πολεμήσαντα αὐτὸν, καὶ αὖθις ἐλθόντα ἐς λύσιν τοῦ ἔχθους, τά τε ἄλλα τιμηθῆναι μεγάλως λέγουσιν ὑπὸ Ἀργείων, καὶ τέμενος οἱ δοθῆναι τοῦτο ἐξαίρετον. Κησίου δὲ ὕστερον ὠνομάσθη, διότι Ἀριάδνῃ ἀποθανοῦσαν ἔθαψεν ἐνταῦθα. Λυκέας δὲ λέγει, κατασκευαζομένου δεύτερον τοῦ ναοῦ, κεραμέαν εὑρεθῆναι σορὸν, εἶναι δὲ Ἀριάδνης αὐτὴν, καὶ αὐτός τε, καὶ ἄλλοι Ἀργείων, ἰδεῖν ἔφη τὴν σόρον. *Habent Argivi alia multa spectatu digna; inter ea subterraneum aedificium, in quo fuit thalamus aeneus, quem ad filiae custodiam Acrisius fecisse dicitur. Verum eum evertit Perilaus, quum urbem tyrannide oppressam teneret. Nunc Crotopi est in eo monumentum, & Bacchi Cretensis fanum. Baccho enim, quum extincto bello, quod cum Perseo gerebat, inimicitias posuisset, cum alios magnos honores apud Argivos obtinuisse ferunt, tum in primis hoc delubrum ei datum. Cretensem vero nuncupatum, quod defunctam Ariadnen sepulturae huic mandasset. Tradit Lyceas, quum templum restitueretur, fictilem inventam urnam, in qua Ariadne condita fuisset; eamque se, & Argivorum item multos spectasse.* Festi in honorem eius instituti meminit etiam Auctor certaminis Homeri, & Hesiodi. Τοῦ δὲ νεκροῦ τριταῖος πρὸς τὴν γῆν ὑπὸ δελφίνων (a) προσενεχθέντος, ἑορτῆς τινος ἐπιχωρίου παρ' αὐτοῖς οὔσης Ἀριαδνείας, πάντες ἐπὶ τὴν αἰγιαλὸν ἔδραμον. *Ac cadavere post tertium diem a delphinibus in terram eiecto, quum indigenae festum diem Ariadnae celebrarent, cuncti ad littus adcurrerunt.*

Meursii Tom. I.

(a) Nil mirum quidem si a Delphinibus humanum cadaver ad littus delatum est; erga homines enim eos amore adfici memoriae proditum est. Nil de vulgata Arionis fabella dixerim, quam Graecus *Herodotus*, & Latinus *Agellius* litteris mandaverunt. At si vera *Aristoteles*, & *Theophrastus*, & *Apion*, & *Plinius*, Gelliusque laudatus posterorum memoriae in suis voluminibus transmisere, Delphini pueros forma liberali conspectos muris & humanis modis arserunt. Hinc non mirum si in vetustis gemmis Amor passim occurrit Delphinis inequitans, amasii enim, & venerii inprimis sunt, & haec lucem foenerare posse videntur Gemmis pluribus, quae Tabb. LXXVII. & LXXVIII. *Tom.* I. *Musei Florentini* habentur.

CAP. XV.

In Italiam delatus Brundusium venit; quod sequuti eum Cretenses inhabitarunt. Etiam in Delum insulam, ubi sacra Delio Apollini facit; Veneris que simulacrum illi dedicat, tum saltationem instituit, cui nomen datum Γέρανος. Simulacrum id quale fuerit; qualia item omnia vetera. Daedalus ea primus facere cum pedibus distinctis coepit; unde vivere, & ambulare illa dicta. Venus lignea, infuso argento vivo, sese movens; Ariadnae donata a Daedalo, qui hanc fecerat. Callimachi Scholiastae error. Certamen etiam instituit; in quo victor, palmae ramum praemium accipiebat.

DVm e Creta Athenas petit in Italiam delatus, tempestate impellente, ut videtur, Brundusium venit; quod Cretenses, qui cum eo, insederunt. Accipio ex Strabone lib. VI. Βρεντήσιον δ' ἐποικῆσαι μὲν λέγονται Κρῆτες, οἱ μετὰ Θησέως ἐπελθόντες ἐκ Κνωσσοῦ. *Brundusium inhabitasse quidem feruntur Cretenses, qui cum Theseo e Gnosso huc venerunt.* Lucanus lib. II.

——— *Profugusque per Appula rura,*
Brundusii tutas concedit Magnus in arces.
Vrbs est, Dictaeis olim possessa colonis,
Quos Creta profugos vexere per aequora puppes
Cecropiae, victum mentitis Thesea velis.

Ex eadem quoque causa, *Minoia tecta Brundusii* dicit lib. V.

——— *Curvique tenens Minoia tecta*
Brundusii, clausas ventis brumalibus undas
Invenit. ———

In Delum quoque venit, atque ibi factis Apollini Delio sacris, Veneris illi simulacrum, quod ab Ariadna acceperat, dedicavit; & saltationem instituit, quae a Deliis Γέρανος adpellabatur. Plutarchus. Ἐκ δὲ τῆς Κρήτης ἀποπλέων, εἰς Δῆλον κατέσχε· καὶ τῷ θεῷ θύσας, καὶ ἀναθεὶς τὸ Ἀφροδίσιον, ὃ παρὰ τῆς Ἀριάδνης ἔλαβεν, ἐχόρευσε μετὰ τῶν ἠϊθέων χορείαν, ἣν ἔτι νῦν ἐπιτελεῖν Δηλίους λέγουσι, μίμημα τῶν τῷ Λαβυρίνθῳ περιόδων, καὶ διεξόδων, ἔν τινι ῥυθμῷ παραλλάξεις καὶ ἀνελίξεις ἔχοντι γιγνομένῳ· καλεῖται δὲ τὸ γένος τοῦτο τῆς χορείας ὑπὸ Δηλίων Γέρανος, ὡς ἱστορεῖ Δικαίαρχος. *Solvens autem ex Creta in Delum adpulit, ac peractis Deo sacris, atque Veneris simulacro, quod ab Ariadna acceperat, dedicato, saltationem instituit cum impuberibus, quam nunc quoque Delios celebrare ferunt, habentem modo quodam commutationes, & revolutiones ad imitationem anfractuum, & egressuum Labyrinthi. Vocaturque id saltationis genus apud Delios Grus, ut narrat Dicaearchus.* Ac quod simulacri dedicationem adtinet, refert idem & Pausanias in Boeoticis. Καὶ Δηλίοις Ἀφροδίτης ἐστὶν ἕδος μέγα ξόανον, λελυμασμένον τὴν δεξιὰν χεῖρα ὑπὸ τοῦ χρόνου. κάτοψει δὲ ἀντὶ ποδῶν εἰς τετράγωνον σχῆμα. Πείθομαι τοῦτο Ἀριάδνῃ λαβεῖν παρὰ Δαιδάλου· καὶ, ἡνίκα ἠκολούθησε τῷ Θησεῖ, τὸ ἄγαλμα ἐπεκομίζετο οἴκοθεν. ἀφαιρεθέντα δὲ αὐτῆς τὰ Θησέα, οὕτω φασὶν οἱ Δήλιοι τὸ ξόανον τῆς θεοῦ ἀναθεῖ-

αθῆναι τῷ Ἀπόλλωνι τῷ Δηλίῳ· ἵνα μὴ, οἵκαδε ἐπαγόμενος, ἐς ἀνάμνησίν τε Ἀριάδνης ἔφελκηῖ, καὶ ἀεὶ νέας ἐπὶ τῷ ἔρωτι εὑρίσκηῖ τὰς συμφοράς. *Est & apud Delios Veneris non magnum signum, exesa vetustate manu dextera; pedum autem loco, in quadrangulam figuram desinit. Crediderim a Daedalo illud Ariadnen accepisse; ac quum Theseum sequeretur, domo secum adsportasse; atque Theseum, quum erepta ipsi illa esset, Delio Apollini id dedicasse memorant; ne, quum domum reversus foret, in Ariadnae recordationem eo traheretur, & calamitates novas usquequaque ex amore inveniret.* Vbi obiter observa, in quadratam inferius formam desiisse, neque pedes habuisse; nam ad illud usque tempus ita omnia simulacra formabantur; primus vero iis pedes Daedalus tunc dare coepit. Suidas in Δαιδάλου ποιήματα· Οἱ παλαιοὶ δημιουργοὶ συμμεμυκότας τὰς ὀφθαλμὰς ἐποίουν· ὁ δὲ Δαίδαλος ἀνεπέτασεν αὐτὰς, καὶ τοὺς πόδας διέστησε. *Antiqui opifices faciebant clausos oculos; Daedalus vero eos aperuit, & pedes disiunxit.* Vnde etiam viva facere, & ambulantia dicebatur. Palaephatus. Λέγεται περὶ Δαιδάλου ὡς ἀγάλματα κατεσκεύαζε πορευόμενα. τὸ δὲ ἀνδριάντα δι' αὐτοῦ βαδίζειν, ἀδύνατον εἶναι δοκεῖ ἐμοί γε, τὸ δὲ ἀληθὲς τοιοῦτον· οἱ τότε ἀνδριαντοποιοὶ, καὶ ἀγαλματοποιοὶ, κατεσκεύαζον ἀνδριάντας, συμπεφυκότας ἔχοντας τὰς πόδας· ὁ δὲ Δαίδαλος ἐποίησε διαβεβηκότας τε ἕνα πόδα· οἱ δὲ ἄνθρωποι ἔλεγον, ὁδοιπορεῖν τοῦτο τὸ ἄγαλμα, ὃ ἐργάσατο Δαίδαλος (a). *De Daedalo tradunt, quod statuas, ac simulacra ambulantia faceret. Incedere vero per se statuam mihi quidem impossibile videtur. Veritas autem ita habet. Qui tunc temporis statuas, aut simulacra faciebant, iunctis illa pedibus repraesentabant; Daedalus autem eo modo effingebat, ut procedere altero pede viderentur; itaque dicebant homines factum a Daedalo simulacrum ambulare.* Themistius Orat. xv. Πρὸ μὲν Δαιδάλου, τετράγωνος, ἦν δὲ μόνον ἡ τῶν Ἑρμῶν ἐργασία, ἀλλὰ καὶ ἡ τῶν λοιπῶν ἀνδριάντων· Δαίδαλος ἦ, ἐπιδὴ πρῶτος διήγαγε τὼ πόδε τῶν ἀγαλμάτων, ἔμπνοα δημιουργεῖν ἐνομίσθη. *Ante Daedalum non Mercurii tantum signa, verum aliae quoque statuae, quadratae (b) effingebantur; Daedalus vero, postquam pedem simulacrorum distinxit, viva ea fabricare est putatus.* Meminitque Plato in Menone, & Hippia maiore, item Aristoteles Politic. lib. 1. cap. 111. Immo ligneam Venerem fecisse dicitur, quae, quod vivum illi argentum infudisset, moveretur. Ille ipse Aristoteles de Anima lib. 1. cap. 111. Φησὶ τὸν Δαίδαλον κινεμένῳ ποιῆσαι τὸ ξυλίνῳ Ἀφροδίτῃ, ἐγχέαντα ἄργυρον χυτόν. *Ait Daedalum Venerem fecisse ligneam, quae moveretur, vivo argento infuso.* Ad quem locum Ioannes Philoponus. Εἶλεγε, τὸν Δαίδαλον ποιῆσαι ξυλίνῳ Ἀφροδίτῃ κινεμένῃ. κοιλώματα γάρ τινα παιήσας ἐν τῷ ξοάνῳ ὁ Δαίδαλος, ἐνέχεεν ὑδράργυρον· ἵνα κινέμενος ὁ ὑδράργυρος, (εὐκίνητος γὰρ, καὶ συνεχῶς μετακυλιόμενος.) καὶ τῇ ἑαυτοῦ ὥσῃ κινῶν τὸ ξόανον, φαίνεσθαι ποιῇ ἐξ αὐτοῦ κινούμενον τὸ τῆς Ἀφροδίτης ξόανον. *Dicebat, Daedalum fecisse ligneam Venerem, quae moveretur. Etenim Daedalus, postquam cavitates quasdam in simulacro fecisset, argentum vivum infudit; ut id sese movens (sicut facile movetur, ac semper volvitur) & impulsione sui etiam simulacrum movens, videri faceret illud Veneris simulacrum sponte sua commoveri.* Et videtur ipsum illud simulacrum hoc fuisse, Daedalumque Ariadnae, per quam Theseus est adeptus, donavisse; quod Pausanias in citatis statim verbis etiam se existimare non iniuria pronuntiat. Porro simulacri huius dedicati, ac saltationis item institutae meminit Callimachus quoque, Hymno in Delum extremo:

Δὴ τότε κῆ σεφάνοισι βαρύνεται ἱρὸν ἄγαλμα
Κύπριδος ἀρχαίης, ἀριήκοον· ἦν ποτε Θησεὺς
Εἴσατο, σὺν παίδεσσιν ὅτε Κρήτηθεν ἀνέπλη·
Οἳ χαλεπὸν μύκημα καὶ ἄγριον υἷα φυγόντες
Πασιφάης, καὶ γναμπτὸν ἐδος σκολιῆς Λαβυρίνθου,
Πότνια, σὸν περὶ βωμὸν ἐγχορεύσαντες ἀοιδῇ,
Κύκλιον ὠρχήσαντο· χορῆα δ' ἡγήσατο Θησεύς.
Equidem tunc & sertis oneratur sacrum simulacrum
Veneris antiquae, adstante audiens. Quam olim Theseus
Dedicavit, cum pueris postquam e Creta solvisset;
Qui ubi horrendum mugitum, & ferocem filium effugissent
Pasiphaes, & inflexum viam tortuosi Labyrinthi,
Diva, tuam circa aram excitato citharae sonitu,
In orbem tripudiarunt; chorum vero duxit Theseus.

Non recte Scholiastes dicit, Theseum aedificasse Veneri fanum, quod tam facile Ariadnen in amorem ipse sui pertraxisset, vicissetque Minotaurum. Ἀφροδίτης ἱερὸν ἐν Δήλῳ· ὅπερ Θησεὺς ἔκτισε, διὰ τὸ εὐχερῶς τὴν Ἀριάδνην ὀλισθῆσαι εἰς πόθον τοῦ Θησέως, καὶ χειρώσασθαι τὸν Μινώταυρον. *Veneris fanum in Delo, quod Theseus struxit, quia facile Ariadnes amore potitus esset, ac Minotaurum profligasset.* Saltationis, quam Plutarchus *Gruem* adpellatam tradit, atque ducis eius Thesei, Pollux quoque mentionem facit lib. IV. cap. XIV. Τὴν δὲ Γέρανον, κατὰ πλῆθος ἀρχοῦντο, ἕκας ἐφ' ἑκάστῳ κατὰ στίχον, τὰ ἄκρα ἑκατέρωθεν τῶν ἡγεμόνων ἐχόντων· τὸν περὶ Θησέα πρῶτον περὶ τὸν Δήλιον βωμὸν ἀπομιμησαμένων τὴν ἀπὸ τοῦ Λαβυρίνθου ἔξοδον. *Quam vero Gruem vocant, plures saltabant, singuli singulos ordine consequentes, extrema utrinque habentibus iis, qui ducunt; Theseo primum circum Apollinis Delii aram exitum e Labyrintho exprimente.* Videndus quoque est Eustathius ad finem Iliad.

(a) Et profecto eo deinde excellentia artis evasit, ut spirantia signa, vivique vultus, e marmore, aut aere, viderentur. Florentiae in externa facie parietis Ecclesiae, quae Sancti Michaelis in horto adpellatur, marmoreum est D. Georgii, ut vocant, simulacrum, incedenti adsimile, & quod vere progredi credas, Donatelli opus celeberrimum.

(b) Non solum ante Daedalum, verum etiam postea huiusmodi simulacra efficta sunt, ut videre est in statuis virorum doctrina praestantium, quae a *Fulvio Vrsino* exhibentur, & quarum nonnullae in Museo Mediceo adservantur. Gemma *Tab.* xxxx. *Tom.* 1. *Musei Florentini* Herculem eiusmodi forma repraesentat, eademque apud *Augustinium* etiam occurrit.

Digitized by Google

Iliad. σ'. Et in hac saltatione aram circumcursitantes, sese mutuos verberabant. Observare est apud Hesychium. Δήλια κακὸς βωμός. τὸ περιτρέχειν κύκλῳ τὴν ἐν Δήλῳ βωμὸν, καὶ τύπτεσθαι. ἤρξατο τούτου Θησεὺς, εὐχαριστήρια τῆς ἀπὸ Λαβυρίνθου φυγῆς. *Deli mala ara. Circa aram in Delo currere, ac verberari. Primus id incepit Theseus gratias agens, quod Labyrinthum evasisset.* Videtur autem saltasse armatus. Meminit Dion Chrysostomus Orat. xxxvii. Certamen quoque hic instituit, quo victorem ramo palmae munerabat. Plutarchus. Ποιῆσαι δὲ καὶ ἀγῶνά φασιν αὐτὸν ἐν Δήλῳ, καὶ τοῖς νικῶσι τότε πρῶτον ὑπ' ἐκείνου φοίνικα δοθῆναι. *Aiunt & certamen ipsum Delo instituisse, ac victores tum primum palmae ramum accepisse.* Pausanias in Arcadicis. Θησέα, ἀναχωμιζόμενον ἐκ Κρήτης, φασὶν ἐν Δήλῳ ἀγῶνα ποιήσασθαι τῷ Ἀπόλλωνι, στεφανοῦν δὲ αὐτὸν τοὺς νικῶντας φοίνικι. *Theseum, e Creta redeuntem, aiunt in Delo certamen instituisse Apollini, ac victores palma coronasse.*

CAP. XVI.

Quum Athenis rediens appropinquaret, patris praeceptorum oblitus, mortis eius causa fuit; post quam regnum vacuum adit; praeter quod & Cretam tenuit, & Thessaliam. Vrbem ingressus in auspiciis ipsis regni, funus AEgei patris curat, & Apollini votum solvit, quo se antea, quum in Cretam navigaret, Deo obstrinxerat. Quando id factum, & origo festi Pyanepsiorum. Fanum etiam illi condit, & familiis, quarum liberos liberasset, sumtum ad sacra illi facienda imperat, ac Phytalidas his praeponit. Troezene quoque Sospitae Dianae templum condit, & instituit Ὀσχοφόρια. Bacchus ei, & Minerva in Dia adparuerunt. Plutarchi locus emendatus. Navis, qua in Cretam ipse vectus fuerat, post quotannis missa in Delum ad Apollinem cum legatis, qui religionis ergo Deum viserent; quae legatio ex re illa Θεωρία, *uti & Θεωρὶς navis adpellata. Eius vero puppis coronata erat; nec licebat, antequam haec rediisset, supplicio damnatum adficere. Adservata, & quo modo, usque ad Demetrii Phalerei tempora.*

E Delo solvens, quum iam prope Athenas esset, oblitus velum album expandere, patri AEgeo, qui sic iusserat, sua illi negligentia mortem accivit. Plutarchus. Τῇ δὲ Ἀττικῇ προσφερομένων, (ἱστορεῖ Δικαίαρχος) ἐκλαθέσθαι μὲν αὐτὸν, ἐκλαθέσθαι δὲ τὸν κυβερνήτην ὑπὸ χαρᾶς, ἐπάραισθαι τὸ ἱστίον, ᾧ τὴν ζωτηρίαν αὐτῶν ἔδει γνώριμον τῷ Αἰγεῖ γενέσθαι· τὸν δὲ, ἀπογνόντα, ῥίψαι κατὰ τῆς πέτρας ἑαυτὸν, καὶ διαφθαρῆναι. *Quum Athenis appropinquarent (refert Dicaearchus) oblitum & ipsum, & gubernatorem, prae gaudio, expandere velum, quo salutem suam AEgeo indicare oportebat; ipsum vero animum desponentem se de saxo praecipitem dedisse, ac periisse.* Pluribus hoc pertractavi in rebus AEgei De Regibus Atticae lib. II. cap. XVIII. Itaque non heic nunc repetam; illic, si est tanti, vide. Postquam autem in Phalerum, urbis per id tempus portum, adpulisset, factis, quae vovisset, sacris, nuntium in urbem mittit, qui adventum indicaret; isque offendit lamentantes propter AEgei interitum; aliosque rursum laetos, quod incolumem tandem Theseum rediisse intelligerent. Plutarchus. Καταπλεύσας δὲ ὁ Θησεὺς, ἔθυε μὲν αὐτὸς, ἃς ἐκπλέων θυσίας ἠύξατο τοῖς θεοῖς Φαληροῖ· κήρυκα δὲ ἀπέστειλε τῆς ζωτηρίας ἄγγελον εἰς ἄστυ. ἔτυχεν ἐνέτυχεν ὀδυρομένοις τε πολλοῖς τὴν τοῦ βασιλέως τελευτὴν, καὶ χαίρουσιν, ὡς εἰκὸς, ἑτέρους, καὶ φιλοφρονεῖσθαι, καὶ στεφανοῦν αὐτὸν, ἐπὶ τῇ σωτηρίᾳ προθύμους ὄντιν. *Quum adnavigasset autem Theseus, sacra Diis in Phalero fecit, quae quum solveret nuncuparat; ac praeconem in urbem misit, incolumitatis nuntium. Hic in multos incidit, regis morti illacrimantes; aliosque, ut probabile, rursum laetos, & excipere eum promtos, atque etiam coronare, incolumitate eius exsultantes.* Vrbem ingressus, vacuum parentis morte regnum Athenarum adiit. Alii plura regna tribuunt. Guntherus Ligurini lib. v.

Sic quondam, duri post multa pericula belli,
Thermodontiaco referentem signa triumpho,
Adiecisse suis gaudentem plurima regnis,
Thesea Cecropiae reducem vidistis Athenae.

Et ante eum Dion Chrysostomus Orat. xi. Οὐ γὰρ ἐπὶ Θησέα μὲν ἦλθον εὐθὺς, ἄνδρα Ἕλληνα, καὶ τῶν ἄλλων ἄριστον, αὐτόν τε πολλῶν ἄρχοντα, καὶ Ἡρακλέους ἑταῖρον, καὶ Πειρίθῳ, καὶ Θετταλοῖς καὶ Βοιωτοῖς ἔχοντα συμμάχους. *Nonne statim Theseum adgressi sunt, virum Graecum, aliis praestantem, atque multorum principem, tum sodalem Herculis, ac Pirithoi, Thessalosque habentem socios, & Boeotos?* Certe praeter Athenas Cretam quoque tenuisse auctor est Suidas. Θησεὺς, ὁ Αἰγέως υἱὸς, ὁ βασιλεὺς Κρητῶν. *Theseus AEgei filius, rex Cretensium.* Nempe postquam Minotaurum profligasset. Ita refert alibi in Αἰγαῖον πέλαγος, istis verbis. Θησεὺς, ὁ Αἰγέως υἱὸς, βασιλέως τῆς Ἀττικῆς, βασιλεύοντος Κρητῶν, καὶ διώκοντος τὸν Μινώταυρον ἐκ τῆς Λαβυρίνθου χώρας, καὶ κρυπτόμενον αὐτὸν ἐν σπηλαίῳ ἀνεῖλε. καὶ λαμβάνει τὴν Ἀριάδνην γυναῖκα, τὴν ἀπὸ τοῦ Μίνωος τεχθεῖσαν τῇ Πασιφάῃ, καὶ οὕτω κρατεῖ τῆς Κρήτης. *Theseus filius AEgei regis Atticae, Cretensium regno est potitus, & eiecit Minotaurum regione Labyrinthi, eumque in spelunca latentem interfecit; tum uxorem item duxit Ariadnen ex Pasiphae filiam, atque ita Cretae regnum est adeptus.* Cedrenus etiam Thessaliam tribuit. Ὁ δὲ Θησεὺς, τὴν Κρήτην ἐάσας, καταφρονήσας τῆς Ἀριάδνης, τῆς Θεσσαλίας βασιλεύσας, ἠγάγετο γυναῖκα Φαῖδραν. *Ceterum Theseus relicta Creta, ac contemta Ariadna, Thessaliae regnum adeptus, Phaedram uxorem duxit.* Dion in citatis verbis multorum quidem principem dicit, verum Thessalos nominat socios, non subiectos; scilicet propter Pirithoum eorum regem, adeo amicum ipsi. Alius erat ille Thessalorum princeps, a quo Smyrnam conditam ferunt, de quo supra mihi dictum cap. I. Itaque errorem puto ex confusione nominis; quamquam sane,

ut ibidem indicavi, illum quoque Theſeum hunc noſtrum eſſe quidam putent. Simul vero Athenas ingreſſus eſſet, nihil ſibi prius duxit patris funere; itaque, elato eo, votum Apollini perſolvit, menſis Pyanepſionis die ſeptimo; quo in urbem ſoſpes venit. Plutarchus. Θάψας δὲ τὸ πατέρα, τῷ Ἀπόλλωνι τὴν εὐχὴν ἀπεδίδω τῇ ἑβδόμῃ τοῦ Πυανεψιῶνος μηνὸς ἑξαμένου. ταύτῃ γὰρ ἀνέβησαν εἰς ἄστυ ζωθέντες. *Elato patre, Apollini votum ſolvit die ſeptimo menſis Pyanepſionis; eo enim incolumes urbem ſunt ingreſſi.* Etymologici Auctor in Εἰρεσιώνη. Προετίθετο δὲ ἱκεσία ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ, ᾗ οἱ περὶ Θησέα σωθῆναι δοκοῦσι. *Proponebatur haec ſupplicatio eo die, quo Theſeus incolumis rediiſſe credebatur.* Intelligit autem illud votum, quod priuſquam in Cretam pervenire poſſet, tempeſtate in Delum adpulſus nuncupaverat; de quo ſupra a me dictum extremo capite xi. Atque hinc origo feſti Pyanepſiorum; ut oſtendo Graeciae Feriatae meae lib. v. in Πυανέψια. Fanum quoque ei ſtruxit, & familiis, quarum liberos, ſorte Minotauro datos, ſecum abductos liberaſſet, ſumtum ad ſacra ibi facienda impoſuit, & Phytalidas, quod ab his hoſpitio exceptus eſſet, ſacrificiis praefecit. Plutarchus. Ἐξηρέθη δὲ καὶ τέμενος αὐτῷ (τῷ Αἰγεῖ) καὶ τοὺς ἀπὸ τῶν παρασχόντων τὸν δασμὸν οἴκους ἔταξεν θυσίαν αὐτῷ τελεῖν ἀποφοράς, καὶ τῆς θυσίας ἐπεμελοῦντο Φυταλίδαι, Θησέως ἀποδόντος ἀμοιβὴν τῆς φιλοξενίας. *Fanum etiam ei (AEgeo) erectum eſt; & illis familiis, quae tributum pependerant, impoſuit, ut ad ſacra facienda ſumtus darent; ſacrificio vero praecerant Phytalidae, hoc reddente ipſis Theſeo propter hoſpitalitatem.* Troezene quoque, quam natalem urbem habebat, Soſpitae Dianae templum aedificavit, idque in foro. Pauſanias in Corinthiacis. Ἐν τῇ ἀγορᾷ Τροιζηνίων ναὸς καὶ ἀγάλματα Ἀρτέμιδός ἐστι Σωτείρας. Θησέα δὲ ἐλέγετο ἱδρύσασθαι, καὶ ὀνομάσαι Σώτειραν, ἡνίκα Ἀσερίωνα τὸν Μίνω καταγωνισάμενος ἀνέστρεψεν ἐκ τῆς Κρήτης. *In Troezeniorum foro templum eſt, & ſigna Dianae Soſpitae. Aiunt vero Theſeum dedicaſſe, Soſpitaeque adpellaſſe, quum e Creta, ſuperato Minois Aſterione, reverteretur.* Inſtituit & feſtum alterum, Ὀσχοφόρια adpellatum. Rem, & cauſam ſic Plutarchus nobis refert. Ἄγουσι δὲ καὶ τὴν τῶν Ὀσχοφορίων ἑορτὴν, Θησέως καταστήσαντος. ὃ γὰρ ἁπάσας αὐτὸν ἐξαγαγεῖν τὰς λαχούσας τότε παρθένους, ἀλλὰ τῶν συνήθων νεανίσκων δύο, θηλυφανεῖς μὲν ὀφθῆναι, καὶ νεαρὰς, ἀνδρώδεις δὲ ταῖς ψυχαῖς, καὶ προθύμους, λυτροῖς τε θερμοῖς, καὶ σκιατροφίαις. καὶ ταῖς περὶ τὴν κόμην, καὶ λειότητα, καὶ χροιὰν, ἀλοιφαῖς, καὶ κοσμήσεσιν, ὡς ἔστιν ἐξαλλάξαντα κομιδῇ, καὶ διδάξαντα φωνὴν, καὶ σχῆμα, καὶ βάδισιν, ὡς ἔνι μάλιστα παρθένοις ὁμοιοῦσθαι, καὶ μηδὲν φαίνεσθαι προφέροντας. ἐμβαλεῖν εἰς τὸ τῶν παρθένων ἀριθμὸν, καὶ διαλαθεῖν ἅπαντας. ἐπεὶ δὲ ἐπανῆλθον, αὐτόν τε πομπεῦσαι καὶ τοὺς νεανίσκους, οὕτως ἀμπεχομένους, ὡς νῦν ἀμπέχονται τοὺς ὄσχους φέροντες· φέρουσι δὲ, Διονύσῳ καὶ Ἀριάδνῃ χαριζόμενοι, διὰ τὸ μῦθον. *Celebrant vero etiam feſtum Oſchophoriorum, quum id Theſeus primus ſic inſtituiſſet. Neque enim omnes eum ſorte lectas virgines eduxiſſe ferunt, verum adoleſcentes duos familiares, qui aſpectu quidem foeminae viderentur, iuvenculos, & animo fortes, atque promtos, balneiſque, & educatione umbratili, coma, laevore, ac colore, unctione, atque comtu, quantum poſſet immutaſſe; tum & vocem, habitum, inceſſum inſtruxiſſe, ut virginibus quam ſimillimi, nec differre ab iis quidquam viderentur, in earum numerum inſeruiſſe, idque omnes latuiſſe. Poſtquam vero rediiſſent, ipſum, & hos adoleſcentes pompam duxiſſe eo habitu, quo nunc palmites ferentes conſpiciuntur. Ferunt autem in Bacchi & Ariadnae gratiam propter fabulam.* In quibus verbis habitus, quo incedebant, quem intelligit, ille muliebris erat. Fabulam de Baccho, & Ariadna innuit, quae in Dia Theſeo adparuiſſe ferebatur. Proclus in Excerptis Chreſtomathiae Grammaticae. Ὀσχοφορικὰ δὲ μέλη παρὰ Ἀθηναίοις ᾄδετο· τῷ χορῷ δὲ δύο νεανίαι, κατὰ γυναῖκας ἐσταλισμένοι, κλήμα ἀμπέλου κομίζοντες, μεστὸν εὐθαλῶν βοτρύων, (ἐκάλουν δὲ αὐτὸ Ὄσχον· ἀφ' οὗ καὶ τοῖς μέλεσιν ἡ ἐπωνυμία) τῆς ἑορτῆς καθηγοῦντο· ἄρξαι δὲ Θησέα φασὶ πρῶτον τοῦ ἔργου. ἐπεὶ γὰρ, ἐκόντος ὑποσχὰς τὸ εἰς Κρήτην πλοῦν, ἀπήλλαξε τὴν πατρίδα τῆς κατὰ τὸ δασμὸν συμφορᾶς, χαριστήρια ἀποδιδοὺς Ἀθηνᾷ, καὶ Διονύσῳ, οἳ αὐτῷ κατὰ τὴν νῆσον τὴν Δίαν ἐπεφάνησαν, ἔπραττε τοῦτο, δυσὶ νεανίαις ἐσκιατραφημένοις χρησάμενος πρὸς τὴν ἱερουργίαν ὑπηρέταις. *Oſchophorica vero carmina ab Athenienſibus canebantur. Chorum vero ducebant duo iuvenes, veſte muliebri induti, vitis palmitem geſtantes, uvis maturis refertum; quem quum ipſi Ὄσχον vocent, inde nomen datum eſt carminibus iſtis; primus vero inceperiſſe ferunt Theſeum. Poſtquam vero, ultronea in Cretam navigatione inſtituta, patriam tributi calamitate liberavit, gratiam Minervae referens, & Baccho, qui ipſi in Dia inſula adparuerant, faciebat hoc, duobus adoleſcentibus in umbra educatis ad ſacra peragenda miniſtris utens.* Vnde adparet in Plutarcho legendum eſſe, Διονύσῳ καὶ Ἀθηνᾷ χαριζόμενοι, διὰ τὸ μῦθον. *In Bacchi, & Minervae gratiam propter fabulam.* Nam Ariadna, quum in inſulam Diam ipſe abduxiſſet, non adparuiſſe illi dici poteſt; tum & adparitiones iſtiuſmodi, Veteres Diis non hominibus tribuebant. Ac de feſto hoc ſi quis ſcire plura volet, videat Graeciam Feriatam noſtram in Ὀσχοφόρια lib. v. (a) Porro neque iſtud mihi hoc in loco omittendum; navem illam, qua tunc Theſeus, & juventus illa cetera vehebatur, poſtea in Delum miſſam, ſingulis annis ex voto Theſei cum legatis, qui publico urbis nomine, ceu religionis ergo, ac teſtandae pietatis in Delum ad Apollinis illic templum inviſendum proficiſcerentur; unde & legatio iſta Θεωρία, velut *Dei viſitatio*, ac Θεωρὶς quoque navis, ceu quae *Deum viſitaret* dicebatur; interimque, dum hoc fieret, & luſtrare urbem ſolebant, & a poenis capitalibus exigendis abſtinere; ipſa navis, poſtquam ſolutura eſſet puppim, coronata erat ab Apollinis ſacerdote. Eſt in hanc rem elegans Platonis locus in Phaedone. Τοῦτό ἐστι τὸ πλοῖον, ὥς φασιν Ἀθηναῖοι, ἐν ᾧ Θησεύς ποτε εἰς Κρήτην τοὺς δὶς ἑπτὰ ἐκείνους ἤγαγε ἄγων, καὶ ἔσω-

(a) Et *Lib. De Popul. Attic.* in Σκίρον.

Digitized by Google

ἔσωσέ τε, καὶ αὐτὸς ἐσώθη. τῷ ὖν Ἀπόλλωνι εὔξαντο, ὡς λέγεται, τότε, εἰ σωθεῖεν, ἑκάστυ ἔτυς θεωρίαν ἀπάξειν εἰς Δῆλον· ἣν δὴ ἐξ ἀεὶ καὶ νῦν ἔτι ἐξ ἐκείνυ κατ' ἐνιαυτὸν τῷ θεῷ πέμπυσιν. ἐπειδὰν ὖν ἄρξονται τῆς θεωρίας, νόμος ἐςὶν αὐτοῖς ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ καθαρεύειν τὴν πόλιν, καὶ δημοσίᾳ μηδένα ἀποκτιννύναι, πρὶν ἂν εἰς Δῆλον ἀφίκηται τὸ πλοῖον, καὶ πάλιν δεῦρο. ἀρχὴ δ' ἐςὶ τῆς θεωρίας, ἐπειδὰν ὁ ἱερεὺς τοῦ Ἀπόλλωνος στέψῃ τὴν πρύμναν τοῦ πλοίυ. *Haec est illa navis, ut Athenienses aiunt, qua Theseus olim Cretam illos bis septem deduxit, servavitque, ac se quoque. Itaque Apollini, ut fama est, fecere votum, si incolumes redirent, ut quotannis mitterent in Delum insulam, qui religionis ergo Deum inviserent. Qua de causa etiam deinceps semper usque in hodiernum diem ad Deum quotannis mittunt. Quod dum faciunt, urbem lustrant; nec supplicium publice de quoquam sumunt, antequam in Delum navis iter suum instituerit, ac redierit. Initium vero missionis intelligitur, postquam Apollinis sacerdos puppim navis coronaverit* (a). Breviter Suidas. Θεωρὶς, πλοῖον Ἀθήνησιν, ἣ κατ' ἔτος εἰς Δῆλον ἐπέμπετο. ἦν, εὐξαμένυ Θησέως, ὅτε εἰς Κρήτην ἀπῆρε, καθ' ἕκαστον ἔτος Ἀθηναῖοι ἔπεμπον· καὶ ἐν ἐξῆν ἀχθείσης, πρὶν ἐπανελθεῖν, ἀναιρεῖσθαί τινα κατάδικον. *Theoris, navis Athenis, quae in Delum mittebatur; idque quotannis propter votum a Theseo factum, quum in Cretam proficisceretur. Ac postquam ea solvisset, non licebat quemquam iudicio damnatum capitis supplicio adficere, antequam reverteretur.* Coronatam autem navis puppim fuisse, discimus quoque ex Libanio Declam. XXIX. Τὸ ὃ καὶ ἡ πρύμναν ἐςέφθαι τοῦ πλοίυ, τοῦ τὸν χορὸν εἰς τὴν Δῆλον ἄγοντος, ὃ φαίνεται δηλοῦν, ὡς ἐμποδὼν ὁ θεὸς ἵσαται τῇ τελευτῇ, καὶ τὴν σώζυσαν φέρει. *Quod vero coronata sit puppis navis, quae chorum in Delum ducebat, an non videtur declarare, Deum impedire mortem, ac sententiam servantem ferre?* Et supplicium capitale sumi interea non solitum, etiam ostendit Xenophon Memorab. lib. IV. Ἀνάγκη μὲν γὰρ ἐγένετο αὐτῷ, μετὰ τὴν κρίσιν τριάκοντα ἡμέρας βιῶσαι, διὰ τὸ Δήλια μὲν ἐκείνυ τοῦ μὴ ὁσίυς εἶναι, τὸ δὲ νόμον μηδένα ἐᾶν δημοσίᾳ ἀποθνήσκειν, ἕως ἂν ἡ θεωρία ἐκ Δήλου ἐπανέλθῃ. *Nam necesse ipsi erat triginta dies post condemnationem vivere; quia Delia eo mense celebrarentur; neque lex permitteret quemquam publica sententia damnatum occidi, antequam qui ad visendum Deum missi in Delum essent, rediissent.* Mittendae vero navis morem etiam Callimachus tangit Hymno in Delum:

——— Ἀειζώοντα θεωρίδος, ἱερὰ Φοίβῳ,
Κεκροπίδαι πέμπυσι τοπῆια νηὸς ἐκείνης.
——— *Sempiterna theoridis, sacra Phoebo,*
Cecropidae mittunt armamenta navis illius.

Et Athenienses quoque, reparatione assidua, navem illam studiose adservarunt usque ad Demetrii Phalerei tempora, id est, annis plus nongentis. Plutarchus. Τὸ δὲ πλοῖον, ἐν ᾧ μετὰ τῶν ἠιθέων ἔπλευσε, καὶ πάλιν ἐσώθη, ἄχρι τῦ Δημητρίυ τοῦ Φαληρέως χρόνων διεφύλαττον οἱ Ἀθηναῖοι, τὰ μὲν παλαιὰ τῶν ξύλων ὑφαιρῦντες, ἄλλα δὲ ἐμβάλλοντες ἰσχυρὰ, καὶ συμπηγνύντες. *Navem vero, qua cum impuberibus vectus fuit, ac domum sospes reversus, usque ad Demetrii Phalerei tempora adservarunt Athenienses, ligna vetera eximentes, aliaque integra sufficientes, ac compingentes.* Atque ex hac etiam causa Callimachus in citatis versibus dicit, ἀειζώοντα τοπῆια νηός. *Sempiterna armamenta navis.*

CAP. XVII.

Vniversum Atticae populum Athenas transfert; & duodecim urbes in unam compingit, quam Ἄστυ vocat; tum instituit quoque festa Παναθήναια, *&* Μετοίκια, *sive* Συνοίκια, *aut* Ξυνοίκια. *Stephani locus restitutus. Veneris Vulgaris etiam, idem Suadae signa dedicat.*

INde animo ad remp. capessendam applicato, populum Atticae universum unam in urbem coegit. Plutarchus. Μετὰ ὃ τὴ Αἰγέως τελευτὴν, μέγα καὶ θαυμασὸν ἔργον εἰς νῦν βαλλόμενος, συνῴκισε τοὺς τῆ Ἀττικὴν συνοικοῦντας εἰς ἓν ἄστυ, καὶ μιᾶς πόλεως ἕνα δῆμον ἀπέφηνε, τέως σποράδας ὄντας, δυσανακλήτυς πρὸς τὸ κοινὸν πάντων συμφέρον. *Post AEgei excessum, grande, & admirandum opus animo agitans, Atticae inhabitatores in unam urbem coegit, ad id tempus sparsos, neque faciles convocari ad consilium de rep. conferendum.* Diodorus Siculus lib. IV. Μετὰ ὃ τὴν Αἰγέως τελευτὴν Θησεὺς, μεταδεξάμενος τὴν βασιλείαν, ἦρξε τοῦ πλήθυς νομίμως, καὶ πολλὰ πρὸς αὔξησιν τῆ πατρίδος ἔπραξεν. ἐπιφανέςατον ὃ συνετελέσθη τὸ, τὺς δήμυς, ὄντας μικρὺς μὲν τοῖς μεγέθεσι, πολλὺς δὲ τῷ ἀριθμὸν, μεταγαγεῖν εἰς τὰς Ἀθήνας. *Post AEgei mortem Theseus in regno succedens iuxta legum normam civibus, praefuit, multaque ad incrementa patriae fecit. Maxime vero illustre est, quod populos, antea in magnitudine sua parvos, numero multos, Athenas traduxerit.* Isocrates in Helenae Encomio. Τὴν πόλιν (ὁ Θησεὺς) σποράδην, καὶ κατὰ κώμας, οἰκοῦσαν, εἰς ταὐτὸν συναγαγὼν, τηλικαύτην ἐποίησεν, ὥς ἔτι καὶ νῦν ἀπ' ἐκείνυ τοῦ χρόνυ μεγίςην τῶν Ἑλλήνων εἶναι. *Vrbem (Theseus) sparsim prius, & vicatim habitantem, unum in locum congregatam, tantam effecit, ut etiamnum ex eo tempore Graecarum urbium sit amplissima.* Maxime vero in hanc rem insignis locus est Thucydidis lib. II. Ἐπὶ Κέκροπος, καὶ τῶν πρώτων βασιλέων, ἡ Ἀττικὴ ἐς Θησέα ἀεὶ κατὰ πόλεις ᾠκεῖτο, πρυτανεῖά τε ἔχυσα, καὶ ἄρχοντας. καὶ ὁπότε μή τι δέισθαν, ὑ ξυνήεσαν βυλευσόμενοι, ὡς τῆ βασιλέα, ἀλλ' αὐτοὶ ἕκαστοι ἐπολιτεύοντο, καὶ ἐβυλεύοντο. καί τινες καὶ ἐπολέμησάν ποτε αὐτῶν, ὥσπερ καὶ Ἐλευσίνιοι μετ' Εὐμόλπυ πρὸς Ἐρεχθέα. ἐπεὶ δὲ Θησεὺς ἐβασίλευσε, χυόμενος μετὰ τοῦ ξυνετοῦ, καὶ δυνατὸς, τάτε ἄλλα διεκόσμησε τὴν χώραν, καὶ, καταλύσας τῶν ἄλλων πό-

(a) Falsus igitur fui quum *Lib. De Pop. Attic.* in *Marathon* eam navim, qua de agit *Plato* in *Phaedone*, non eamdem esse, atque illam, de qua Auctores a *Meursio* ibi producti loquuntur, opinatus sum. Quum enim ibi dicatur eam navim Philippus captam abduxisse: qui eadem usque ad Demetrii Phalerei tempora conservata videretur?

Digitized by Google

πόλεων τά τε βυλευτήρια, καὶ τὰς ἀρχὰς, ἐς τὴν νῦν πόλιν ὖσαν, ἓν βυλευτήριον ἀποδείξας, καὶ πρυτανεῖον, ξυνώκισε πάντας· καὶ νεμομένους τὰ αὐτῶν ἑκάστους, ἅπερ καὶ πρότερ, ἠνάγκασε μιᾷ πόλει ταύτῃ χρῆσθαι, ἣ, ἁπάντων ἤδη ξυντελούντων ἐς αὐτὴν, μεγάλη γιγνομένη, παρεδόθη ὑπὸ Θησέως τοῖς ἐπιγόνοις. καὶ ξυνοίκια ἐξ ἐκείνου Α'θηναῖοι ἔτι καὶ νῦν τῇ θεῷ ἑορτὴν δημοτελῆ ποιοῦσι. *Sub Cecrope, ac primis regibus Attica ad Theſeum uſque oppidatim habitabatur, prytanea habens, & magiſtratus; neque homines, ſiquidem timerent nihil, conſilia cum rege communicaturi conveniebant, ſed remp. ipſi ſuam ſinguli adminiſtrabant, & conſilia capiebant. Quin & aliqui eorum bellum quandoque gerebant; ſicuti & Eleuſinii cum Eumolpo adverſum Erechtheum. Theſeus vero regnum nactus, vir ut ſolers, ita potens, cum in aliis regionem hanc excoluit, tum abolitis ceterorum oppidorum curiis, & magiſtratibus, conſtituta in ea, quae nunc eſt, urbe una curia, ac prytaneo, cohabitare omnes iuſsit; coegitque univerſos, ſua quemque, ſicut pridem poſsidentes, una iſta urbe uti; eamque, ingentem iam effectam, cunctis illic ordinatis, ſucceſſoribus ſuis tradidit. Et ex illo Athenienſes feſtum publicum, quod Synoecia* (ceu *Contubernalia* dicas) *adpellabant, celebrarunt.* Meminere praeterea Demoſthenes Orat. in Neaeram, Cicero de Leg. lib. II. Dion Chryſoſtomus Orat. XLVI. Valerius Maximus lib. v. cap. III. Pauſanias in Atticis. Coegit vero in unas Athenas urbes duodecim. Strabo lib. IX. Φησὶ Φιλόχορος, Κέκροπα πρῶτον εἰς δυοκαίδεκα πόλεις συνοικίσαι τὸ πλῆθος· ὧν ὀνόματα, Κεκροπία, Τετράπολις, Ε'πακρία, Δεκέλεια, Ε'λευσὶς, Α''φιδνα, Θορικὸς, Βραύρων, Κύθηρος, Σφῆττος, Κηφισία, Φάληρος. πάλιν δ' ὕστερον εἰς μίαν πόλιν συναγαγεῖν λέγεται τὴν νῦν τὰς δώδεκα Θησεύς. *Cecropem ait Philocborus primum multitudinem in urbes duodecim coegiſſe; quarum nomina, Cecropia, Tetrapolis, Epacria, Decelea, Eleuſis, Aphidna, Thoricus, Brauron, Cytherus, Sphettus, Cephiſia, Phalerus. Ac duodecim quidem illas rurſum deinde in banc unam, quae nunc exſtat, coegiſſe Theſeus dicitur.* Ac Συνοίκια ideo feſtum, ceu Contubernalia dicas, etiam inſtituit. Stephanus in Α'θῆναι· Ὁ Θησεὺς τὰς ἕνδεκα πόλεις, τὰς ἐν τῇ Α'τθικῇ, συνοικίσας εἰς Α'θήνας, Συνοίκια ἑορτὴν κατεστήσατο. *Theſeus, undecim Atticae urbibus in Athenas coactis, Contubernalia feſtum inſtituit.* Sed ſcribendum eo loco, τὰς δώδεκα, *duodecim*; nam non undecim, ſed duodecim Atticae fuiſſe urbes etiam fidem Auctor Etymologici facit in Ε'πακρία χώρα. Quod Συνοίκια feſtum adtinet, id commemorat & Thucydides, Attice Ξυνοίκια dicens in citatis ante verbis lib. II. Καὶ Ξυνοίκια ἐξ ἐκείνου Α'θηναῖοι ἔτι καὶ νῦν τῇ θεῷ ἑορτὴν δημοτελῆ ποιοῦσι. *Et ex illo Athenienſes feſtum publicum, quod Contubernalia dicunt, celebrarunt.* Plutarchus Μετοίκια vocat; tum & Παναθήναια, commune Athenienſibus ſacrum inſtituiſſe; & Athenas a ſe hunc in modum auctas Α''ſυ adpellaſſe ſcribit. Τὸ ἄστυ τήν τε πόλιν Αθήνας προσηγόρευσε, καὶ Παναθήναια θυσίαν ἐποίησε κοινήν. ἔθυσε δὲ καὶ Μετοίκια τῇ ἕκτῃ ἐπὶ δέκα τοῦ Ε'κατομβαιῶνος, ἣν ἔτι νῦν θύ-

σι. *Et urbem Athenas Aſtu adpellavit, & Panathenaea commune ſacrum fecit, & ſacra quoque fecit, Metoecia dicta* (ſeu tu *Migratoria* dicas) *menſis Hecatombaeonis die decimo, & ſexto; quo nunc quoque etiam ſacra faciunt.* Quod Panathenaea adtinet vide librum de his noſtrum cap. III. De Aſtu exſtant verba item Ciceronis De Leg. lib. II. *Vt veſtri Attici, priuſquam Theſeus eosdem migrare ex agris, & in Aſtu, quod adpellatur, omnes ſe conferre iuſsit.* Atque ita eſt apud Terentium Eunucho Act. v. Sc. v.

Hem quid? amat? an ſcit iam ille, quid meretrix ſiet?
An in Aſtu venit? ——

Vbi Donatus. *In Aſtu. In urbem de Piraeeo. Sic Athenienſes vocabant urbem ſuam.* Stephanus in Α'λεξάνδρεια. Ε'λέγετο ἡ κατ' ἐξοχὴν πόλις, καὶ πολῖται, ἐξ αὐτῆς· ὡς Α''ſυ, αἱ Α'θῆναι, καὶ ἀſτοὶ, καὶ ἀſτικοὶ, οἱ Α'θηναῖοι· ὡς ἐπὶ Ρ'ώμης λέγεται Οὔρψ. Poſtquam vero hoc feciſſet, Veneris Vulgaris, & Suadae ſimulacra dedicavit. Pauſanias in Atticis. Α'φροδίτην δὲ ἡ Πάνδημον, ἐπιδὲ Αθηναίους Θησεὺς ἐς μίαν ἄγαγεν ἀπὸ τῶν δήμων πόλιν, αὐτήν τε σέβεσθαι, καὶ τὴ Πειθὼ, κατέſτησε. τὰ μὲν δὴ παλαιὰ ἀγάλματα οὐκ ἦν ἐπ' ἐμοῦ. τὰ δ' ἐπ' ἐμοῦ, τεχνιτῶν ἦν οὐ τῶν ἀφανεſτάτων. *Venerem Vulgarem, item Suadam, Theſeus coli inſtituit; quum Athenienſes quoſque a populis ſuis unam in urbem abduxiſſet. Et vetera ſigna mea aetate non exſtabant; quae vero exſtabant, artificum erant non ex obſcuriſſimis.*

CAP. XVIII.

Regnum ordinat, remp. inſtituit, cives in tres ordines diſtinguit; qui Εὐπατρίδαι, Γεωμόροι, *&* Δημιουργοὶ *dicebantur. Eius pictura in porticu quadam pone regiam, huius rei monumentum.*

INde, abdicato regno, ad remp. ordinandam ſe convertit, initio a Diis facto. Plutarchus. Καὶ τὴ βασιλείαν ἀφεὶς, διεκόσμει τὴ πολιτείαν, ἀπὸ θεῶν ἀρχόμενος. *Ac depoſito regno remp. ordinavit, a Diis incipiens.* Et quod Deos quidem adtinet eſt ſciendum; praecepiſſe eum colere, Deos quidem, Iovem, Neptunum, Apollinem, Vulcanum, Mercurium; Deas vero, Iunonem, Cererem, Poliadem, Dianam. Athanaſius Orat. contra Gentes. Καὶ γὰρ οἱ πάλαι παρ' Ε''λλησι διαβεβοημένοι θεοὶ, Ζεὺς, καὶ Ποσειδῶν, καὶ Α'πόλλων, καὶ Η''φαιστος, καὶ Ε'ρμῆς· καὶ ἐν θηλείαις, Η''ρα, καὶ Δήμητρα, καὶ Α'θηνᾶ, καὶ Α''ρτεμις, ταῖς Θησέως τῶν παρὰ τοῖς Ε''λλησιν ἱσορυμένων διαταγαῖς ἐκρίθησαν λέγεσθαι θεοί. *Nam & priſci in Graecia celeberrimique Dii, Iupiter, & Neptunus, & Apollo, & Vulcanus, & Mercurius; atque inter feminas, Iuno, Ceres, & Minerva, & Diana, Theſei, quem Graecorum Hiſtoriae praedicant, conſtitutione Deorum adpellationem accepere.* Ac mox iterum de Deabus. Καὶ εἴθε μέχρις ἀῤῥένων ἐστηκε τούτων ἡ εἰδωλολατρεία, καὶ μὴ εἰς θηλείας κατέφερον τὴ θείαν προσηγορίαν. καὶ γὰρ καὶ γυναῖκας, ἃς οὐδὲ εἰς κοινὴν περὶ πραγμάτων

Digitized by Google

των συμβυλίαν λαμβάνειν ἀσφαλὲς, ταύτας τῇ τῦ θεῦ τιμῇ θρησκεύυσι, κ) σέβυσιν· ὡς αἱ μὲν παρὰ Θησέως διαταγῆσαι, ἃς προειρήκαμεν. *Atque utinam intra mares ſtudium iſtud vecors idololatriae conſtitiſſet, neque feminis detuliſſent divinum nomen. Nam & feminas, quas neque ad commune de rep. conſilium tutum eſt admittere, Dei honore veneranter, atque colunt; quales illae, quae a Theſeo inter numina ſunt relatae, ſicuti iam ante dixi.* Omnes autem aequo eſſe iure voluit; diviſitque in tres ordines, Patriciorum, Agricolarum, & Opificum. Plutarchus. Ἔτι δὲ μᾶλλον αὐξῆσαι τὴ πόλιν βυλόμεν@, ἐκάλ& πάντας ἐπὶ τοῖς ἴσοις· κ) τὸ, Δεῦρ' ἴτε πάντες λεὼ, κήρυγμα Θησέως γενέσθαί φασι, πανδημίαν τινὰ κατισάντ@. ὁ μὲν ἄτακτον, ὁδὲ μεμιγμένῳ περιῆδεν ὑπὸ πλήθυς ἐπιχυθέντ@ ἀκρίτυ γενομένῳ τὴ δημοκρατίαν, ἀλλὰ πρῶτ@ ἀποκρίνας χωρὶς Εὐπατρίδας, κ) Γεωμόρυς, κ) Δημιυργύς. Εὐπατρίδαις μὲν, γινώσκ& τὰ θεῖα, κ) παρέχ& ἄρχοντας ἀποδῦς, κ) νόμων διδασκάλυς εἶναι, κ) ὁσίων κ) ἱερῶν ἐξηγητάς. τοῖς ἄλλοις δὲ πολίταις, ὥσπερ ἐς ἴσον κατέστησε· δόξῃ μὲν Εὐπαλριδῶν, χρείᾳ ὃ Γεωμόρων, πλήθ& ὃ τὴ Δημιυργῶν ὑπερέχ& δοκύντων. *Magis vero etiam amplificare civitatem cupiens, omnibus ius aequale propoſuit; &, quod praeco dicere ſolet, Huc ite omnes populi, a Theſeo eſſe memoratur, concilium quoddam totius populi conſtituente. Noluit tamen, ut ſtatus popularis ab adfluente, & indiſcreta multitudine confuſus, ac turbatus eſſet; ſed Patricios, & Agricolas, atque Opifices diſcrevit; ac Patriciis quidem dedit curam ſacrorum, & magiſtratuum, tum legum quoque diſciplinam, & interpretationem, quid ius faſve eſſet. De cetero autem, cives omnes aequo eſſe iure voluit; quod Patricii dignitate, Agricolae utilitate, Opifices autem multitudine anteſtare viderentur.* De aequalitate, quam conſtituit eſt Demoſthenis iſte locus in Orat. Fun. Οὐκ ἠγνόυν Αἰγεῖδαι, Θησέα τὴ Αἰγέως πρῶτον ἰσηγορίαν καλέσησάμενον τῇ πόλ&. *Non ignorabant AEgidae, Theſeum AEgei filium aequum ius in civitate inſtituiſſe.* Libanius Declam. xxix. Σὺ δ', ἐν δημοκρατίᾳ, ποσῆς τυραννίδ@ χαλεπώτερα· καὶ ταῦτα ἐπαινῶν τὴ Θησέα, τῦ τ' ἀρχῆς, ἧς εἶχεν, ἀποσῆναι. ὃς ὁ διὰ τῦτο τὴν ἐλευθερίαν τῷ δήμου πρὸ τ' ἐξυσίας ἐποιήσατο τ' αὐτῦ, ἵνα Ἄνυτ@ κ) Μέλιτ@ κωλύωσι διαλέγεσθαι τὴ βυλόμενον Ἀθήνησιν. *At tu in ſtatu populari acerbiora tyrannide facis; idque Theſeum laudans, quod ſe principatu, quem tenebat, abdicaſſet. Qui non propterea populi libertatem potentiae ſuae praepoſuit, ut Anytus, & Melitus prohiberent eum, qui vellet Athenis ſermones inſtituere.* Praedicat factum oratorie. Iſocrates de eo verba faciens in Helenae Encomio. Μετὰ δὲ ταῦτα, κοινὴν τὴν πατρίδα κατασήσας, καὶ τὰς ψυχὰς τῶν πολιτθομένων ἐλθθερώσας, ἐξ ἴσυ τὴν ἄμιλλαν αὐτοῖς περὶ τὴ ἀρχὴν ἐποίησε, πιστεύων μὲν ὁμοίως αὐτῶν προθξειν ἀσκύντων, ὥσπερ ἀμελύντων, εἰδὼς ὃ τὰς τιμὰς ἡδίυς ὅσας τὰς παρὰ τῶν μέγα φρονύντων, ἢ τὰς παρὰ τὴ δικαιυόντων, τοσῦτον, ἐδέησεν ἀκθύντων τι ποιεῖν τὴ πολίτων, ὥθ' ὁ μὲν τὴ δῆμον καθέσῃ κύριον τ' πολιτείας, οἱ δ' μόνον αὐτῶν ἄρχειν ἠξίυν, ἡγύμενοι πιστοτέραν κ) κοινοτέραν εἶναι τὴν ἐκείνυ μοναρχίαν τῆς αὐτῶν δημοκρατίας, ὁ γὰρ, ὥσπερ ἕτεροι, τὺς μὲν πόνυς προσέταττε, τὴ δ' ἡδονῶν αὐτὸς μόν@ ἀπέλαυεν, ἀλλὰ τὺς μὲν κινδύνυς ἰδίυς ἐποιεῖτο, τάσδ' ὠφελείας, ἅπασιν εἰς τὸ κοινὸν ἀπεδίδυ. κ) γάρ τοι διελέλεσε τὸν βίον ὐκ ἐπιβυλευόμεν@, ἀλλ' ἀγαπώμεν@· ὐδ' ἐπεισάκτ@ δυνάμ& τὴ ἀρχὴν διαφυλάττων, ἀλλὰ τῇ τῶν πολιτῶν εὐνοίᾳ δορυφορέμεν@· τῇ μὲν ἐξυσίᾳ τυραννῶν, ταῖς δ' εὐεργεσίαις δημαγωγῶν. οὕτω γὰρ νομίμως κ) καλῶς διώκ& τὴν πόλιν, ὥς' ἔτι κ) νῦν ἴχν@ τ' ἐκείνυ πραότητ@ ἐν τοῖς ἤθεσιν ἡμῶν καταλελεῖφθαι. *Deinde patriam communem omnibus conſtituit, & liberatis civium animis in contentione honorum parem aditum ad magiſtratus omnibus eſſe voluit. Confidebat enim, ſe non minus fore principem, ſi ſeſe exercerent, quam ſi ignavia torperent. Quum autem ſciret, eos honores longe ſuaviores eſſe, qui a viris magnanimis deferrentur, quam eos, qui a ſervitute oppreſsis haberentur; tantum abfuit, ut quidquam civibus invitis ageret, ut & ipſe ſummam rerum adminiſtrare populum iuberet, & illi ſolum eum regnare vellent; exiſtimantes eius monarchiam fideliorem, & aequiorem eſse ſua democratia. Non enim, quod alii ſolent, labores civibus mandabat, voluptates ſolus ipſe capiebat; ſed pericula ſibi privatim vendicabat, utilitates in commune conferebat. Itaque vitam, & ſine ullis inſidiis, & ſumma omnium caritate, peregit; non peregrino milite imperium muniendo, ſed benevolentia civium ſe tuendo; poteſtate rex, beneficiis popularis. Tanta enim aequitate tam praeclare urbem adminiſtravit, ut etiam hodie quoddam eius manſuetudinis veſtigium in noſtris inſtitutis reliquum animadvertatur.* Et profecto hanc democratiae inſtitutionem, a Theſeo Athenis factam, videtur etiam innuere Homerus, qui Iliad. lib. 11. in catalogo navium auxiliarium, ſolos Athenienſes populum vocat:

Οἳ δ' ἄρ' Ἀθήνας εἶχον ἐϋκτίμενον πτολίεθρον,
Δῆμον Ἐρεχθῆ@ μεγαλήτορ@, ὃν ποτ' Ἀθήνη
Θρέψε Διὸς θυγάτηρ, τέκε δ ζείδωρ@ Ἄρυρα,
Τῶν αὖθ' ἡγεμόνευ' υἱὸς Πετεῶο Μενεσθεύς.

Qui autem Athenas habitabant bene aedificatam urbem,
Populum Erechtbei magnanimi, quem aliquando Minerva
Nutrivit Iovis filia, peperit autem alma Tellus,
His praeerat filius Petei Meneſtheus.

Hoc Plutarchus quoque cenſuit, cuius iſta in rem illa verba exſtant. Ὅτι δ πρῶτ@ ἀπέκλινε πρὸς τὸν ὄχλον, ὡς Ἀριστοτέλης φησὶ, κ) ἀφῆκε τὸ μοναρχεῖν, ἔοικε μαρτυρεῖν καὶ Ὅμηρ@, ἐν νεῶν καταλόγῳ, μόνυς Ἀθηναίυς δῆμον προσαγορεύσας. *Quod vero primus in plebem inclinaverit, ut ait Ariſtoteles, & principatum depoſuerit, videtur teſtari etiam Homerus, in navium catalogo, ſolos Athenienſes populum vocans.* Et in huius rei memoriam, in porticu illa, quae a tergo regiae erat, pictus ſpectabatur Theſeus, ac cum eo ſtatus quoque popularis, item populus. Pauſanias in Atticis. Στοὰ δ ὄπισθεν (τῦ βασιλείυ) ὠκοδόμηται, γραφὰς ἔχυσα θεῶν δώδεκα καλυμένας. Ἐπὶ δ τῷ τοίχῳ τῷ πέραν, Θησεύς ἐσι γεγραμμέν@, καὶ δημοκρατία τε, καὶ δῆμ@. δηλοῖ δὲ ἡ γραφὴ Θησέα εἶναι

Digitized by Google

ναι τ' καταςήσαντα Ἀθηναίοις ἐξίσου πολιτεύεσθαι. *Porticus vero a tergo (regiae) aedificata est; pictos habens Deos qui duodecim adpellantur, & in extremo pariete, Theseum, cumque eo una statuam popularem, & populum. Argumento vero est ea pictura, Theseum aequabilem reip. administrationem Athenienſibus constituisse.* Ac perhibuere etiam Veterum quidam, permanſiſſe Athenienſibus eum ſtatum uſque ad Piſiſtrati tempora. Pauſanias ibidem. Κεχώρηκε δ' καὶ φήμη κ' ἄλλως ἐς τὰς πολλὰς, ὡς Θησεὺς παραδοίη τὰ πράγματα τῷ δήμῳ, κ' ὡς ἐξ ἐκείνε δημοκρατούμενοι διαμέναιεν, πρὶν ἢ Πεισίςρατ@ ἐτυράννησεν ἐπανασάς. *Inolevit & alias in vulgus fama, Theseum ſummam rerum populo tradidiſſe; & ex eo popularem administrationem permanſiſſe ad id uſque tempus, qua reip. oppreſſa tyrannidem Piſiſtratus invaſerit.*

CAP. XIX.

Nummum cudit, bove ſignatum; eaque de re variae opiniones indicatae. Mulcta erat nimis libere loquutorum; ac valebat drachmas duas. In legatione Delia quid conſueverit praeco facere. Deliorum, non Athenienſium, nummus a quibusdam est putatus. Heſychii locus reſtitutus. Proverbium celebre, Βῦς ἐπὶ γλώτ@ς. *Megarica potitus, columnam collocat in Iſthmo, ad Ioniam a Peloponneſo diſtinguendam; eaque ab Heraclidis rege Codro poſt everſa. Invenit quoque currus bellicos; tunc, & Iſthmia inſtituit in ſuum honorem; vel, ut alii, Scironis, ſive Sinnidis; & Athenienſibus priorem in conſeſſu illic locum tribuit, idque quanto, ante alios, intervallo.*

NVmmum quoque bove ſignavit, in devicti a ſe tauri Marathonii (a), ſive etiam Minotauri monumentum; vel, ut aliis videtur, ad excitandum in civium animis ſtudium agriculturae. Plutarchus. Ἔ"κοψε δ' κ' νόμισμα, βοῦν ἐγχαράξας, διὰ τ Μαραθώνιον ταῦρον, ἢ διὰ τὸν Μίνω ςρατηγὸν, ἢ πρὸς γεωργίαν τὰς πολίτας παρακαλῶν. *Cudit & nummum inciſo bove, ſive ob taurum Marathonium, ſive Minois copiarum ducem, ſive etiam ad agriculturae ſtudium cives vocans.* Aliam cauſam, nempe permutationem antiquorum, tradit Homeri Scholiaſtes ad Iliad. φ'. Οἱ παλαιοὶ, πρὶν ἐπινοηθῆ τὰ νομίζμαῖα, τὰς συναλλαγὰς ἐποιοῦντο, διὰ τ τετραπόδων· ὅθεν ὕςερον, ἐφευρεθέντων τ νομιζμάτων, βοῦν ἐπ' αὐτῶν ἐξετύπτον, ἐνδεικνύμενοι τὸ ἀρχαῖον ἔθ@. *Veteres ante excogitatos nummos merces pecoribus permutabant; unde poſtea, inventis nummis, bovem in ipſis exprimebant, morem priſcum oſtendentes.* Idem, atque iisdem etiam fere verbis, dicit Etymologici Auctor in Ἑκατόμβη. Euſtathius dicit factum illud in honorem animalis ad Iliad. β'. Ἀπὸ δ τοῦ τοιούτου ζώου, ἐλέχθησάν ποτε βόες κ' τὰ νομίζμαῖα, διότι καὶ βοῦν ἐξετύπτον ἐν αὐτοῖς, κ' μάλιςα οἱ Ἀθηναῖοι, τιμῶντες τὸ ζῶον. *Ab hoc vero animali, boves etiam ſunt adpellati nummi, ideoque & bovem in ipſis exprimebant, maxime vero Athenienſes, in honorem animalis.* Hunc nummum mulctae nomine poſtea ſolvere ſunt coacti, qui liberiùs decoro loquuti eſſent. Zenobius Cent. II. Proverb. LXX. Διὰ τὸ τ Ἀθη-

(a) Nummos eos, qui hic memorantur, nos in Tabula, quam Theſei vitae praefiximus, opportune & congruenter exhibuiſſe credidimus. Ceterum mirari ſubit eruditum virum *Nic. Fr. Haymum* in ſuo Theſauro Britannico nihil eiuſmodi proferre in explicatione Nummi, quem numero V. in Tabula noproducimus, & cuius averſae faciei haud omnino abſimilem *Goltzius* etiam oculis ſubiicit, in qua tamen enarranda mirum quam ridicule Epigraphen legat, vir alioquin commendandus, *Lud. Nonius*; quum enim perſpicue ac manifeſte ΑΘΗΝΑΙΩΝ inſcriptio habeat, ΙΩΝ. ΑΘΗΝΑ pravo perverſoque litterarum ordine perlegit, & ad Lonem, Xuthi F., Athenienſium regem referri autumat. *Haymus* autem multa quaerens, atque indaganter luſtrans, neſcio an ſcopum attingat, quum proclive ſit opinari Tauri caput ideo in illo nummo (omiſſis etiam aliis cauſis, quas Meurſius hic percurrit) excuſum fuiſſe in Tauri Marathonii memoriam, & in altera facie caput Herculis cum Clava expreſſum, quod Hercules Taurum illum victum domitumque ex Creta abegerit, ſeu ut Gemmae tres *Tom.* I. *Muſ. Florentini Tab.* XXXVII. quas alibi laudavimus, habent, ſuis humeris, aut fortibus ulnis ſublatum aſportaverit. In nummis enim Athenienſium Hercules interdum occurrit, ut in nummo, quem *Tabula* I. in medium adducimus, Herculem clavae incumbentem conſpicere eſt. Niſi ſubſpicari malimus, illud caput, non tam Herculis, quam Theſei eſſe, utpote qui & iisdem armis, ac Hercules, uſus, quod ſuperius Capite huius Voluminis IV. adſtructum eſt, & iuvenis tunc erat, venuſtoque vultu, ut ex Capite III. liquido conſtat; & membris ſucculentis, toriſque exſtantibus ſpectandus, non ſecus ac Hercules, quod Cap. eodem confirmatur. Et profecto ſi *Haymus* ab opinando non abhorret, in alio nummo, in quo caput iuvenile leonina pelle involutum conſpicitur, Theſeum forte repraeſentari; Quid nobis impedimento eſſe poteſt, ne in eo nummo, de quo diſſerimus, Theſeum exhiberi opinemur, quum eum clava eſſe uſum clarum perſpicuumque ſit, ut ex Cap. IV. laudato cognoſcere eſt, & ex inſigni gemma Muſei Stroctiani, quam in Tabula noſtra num. X. conſiderandam ſiſtimus; leonina pelle non item? Quod ſi haec ita ſe habent, ancipitem interdum ſe traducere par eſſet, quando in gemmis, nummis, aliiſque vetuſtis monumentis imberbis, ſed ſtrenuus, toroſuſque iuvenis clava inſtructus occurrit: nam in quibusdam non tam Herculem, quam Theſeum repraeſentari poſſe ſubſpicandum. Huiuſmodi ſunt Gemma VIII. *Tab.* XXXV. *Tom.* I. *Muſ. Florent.* & Gemma II. *Tab.* VII. *Tom.* II. eiusdem Operis, & quam nos ex Muſeo Mediceo protulimus, Gemma Tabulae noſtrae II. Ceterum proclive eſt exiſtimare, potius Herculem, quam Theſeum in memoratis gemmis exhiberi, quum ille quidem celebrior per virum ora volitaverit, nec Theſei nomen, etſi invicti Herois, Herculeaeque gloriae aemuli, adeo memorabile fuerit. Vt autem virorum doctorum ſententiam, & eruditiſſimi in primis *Sebaſtiani Blanchii*, Regiae Magni Etruriae Ducis Gazae Praefecti, viri humaniſſimi, & antiquitatis inter omnes conſultiſſimi, qui gemmam, quam nos primum edimus, in Herculum ſerie prudenti iudicio conlocaverat, confirmem, verba huc *Nicetae Choniatae* in Fragmento operis *De ſtatuis aeneis igni traditis poſt captam a Latinis Conſtantinopolim*, quibus aenea Herculis ſtatua deſcribitur, adducere lubet. Ἦν δὲ τὸ ςέρνον εὐρὺς, τοὺς ὤμους πλαταὺς, τὴν τρίχα ἕλ@, ταῖς πυγαῖς πίων, βριαρὸς τοὺς βραχίονας, κ' ἐς τόσον προέχων μέγεθος, ἐς ὅσον οἶμαι κ' τὸν ἀρχέτυπον Ἡρακλῆν ἔκασεν ἂν ἀναδραμεῖν ὁ Λύσιππ@ &c. *Erat porro amplo pectore, latis humeris, criſpo crine, clunibus pinguibus, robuſtis lacertis, & tanta magnitudine eminebat, quanta opinor verum Herculem fingeret, ſi in vitam rediret Lyſippus, &c.* Quod quidem mihi in memoriam revocat marmoreum Herculis ſimulacrum, quod Lyſippi opus eſſe Graeca inſcriptio manifeſtat, & quidem inſigne atque praeclarum, nec ab eo, quod *Nicetas* celebrat, diſſimile, & Florentiae in Regiis Magni Etruriae Ducis Aedibus exſtat.

Digitized by Google

Ἀθηναίων νόμισμα ἔχον βοῦν ἐγκεχειραγμένον. ὅπερ ἐκτίνειν ἔδει τοὺς παρὰ τοῦ δέοντος παρρησιαζομένους. *Propter Athenienſium nummum, cui bos inſculptus; quem liberius aequo loquentes pendere oportebat.* Quae totidem verbis Heſychius, Suidas, & Tarrhaeus. Valebat autem drachmas duas. Pollux lib. IX. cap. VI. Δίδραχμον. τὸ δὲ παλαιὸν τοῦτο ἦν Ἀθηναίοις νόμισμα, ᾧ ἐκαλεῖτο βοῦς, ὅτι βοῦν εἶχεν ἐντετυπομένον. *Didrachmum. Antiquitus vero erat hic Athenienſium nummus, dicebaturque bos, quia inſculptum haberet bovem.* Scholiaſtes Ariſtophanis Avibus. Τῶν προτέρων διδράχμων ὄντων, ἐπίσημόν τε βοῦν ἐχόντων. *Cum priores numini didrachmi eſſent, ac bovis nota ſignati.* Et in ſacra Delia legatione, quum donaret quidpiam praeco, proclamabat, dandos eſſe tot boves, ac pro ſingulis duas drachmas Atticas dari; unde etiam a nonnullis eſt putatum, Deliorum eum nummum non Athenienſium eſſe. Pollux loco iam citato. Καὶ ἐν τῇ παρὰ Δηλίοις θεωρίᾳ, τὸ κήρυκα κηρύττειν φασὶν, ὁπόταν δωρεάν τινι ἐδίδοτο, ἅτι δοθήσονται αὐτῷ τοσοῦτοι βόες· καὶ δίδοσθαι καθ' ἕκαστον βοῦν δύο δραχμὰς Ἀττικάς. ὅθεν ἔνιοι Δηλίων, ἀλλ' οὐκ Ἀθηναίων, ἴδιον εἶναι νόμισμα τὸν βοῦν νομίζουσιν. *Et in ſacra legatione Deliaca, praeconem aiunt proclamare, ſi cui donaverit quidquam, huic tot boves dandos eſſe; atque duas drachmas Atticas in ſingulos boves exhiberi. Vnde & nonnulli exiſtimant, Deliorum, non Athenienſium, illum nummum proprium eſſe.* Quod nonnulli exiſtimarint, eum nummum Deliorum proprium eſſe, id Heſychius quoque tradit in Δεκαβοίων, verum verbis corruptiſſimis, atque ita corrigendis. Ἔνιοι δὲ, Δηλίων τὸ βοῦν νόμισμα εἶναί φασι. *Nonnulli vero, bovem aiunt Deliorum nummum eſſe.* Perperam vulgatur hodie. Ἔνιοι δὲ δηλιόντων βοῦν ν. ε. φ. Huc pertinet proverbium, admodum celebratum, Βοῦς ἐπὶ γλώττης, *Bos in lingua*, quod non uno modo exponunt Paroemiographi, qui videndi. Praeter haec Megaride potitus, ac poſſeſſione eius confirmata, columnam illam celebrem in Iſthmo poſuit; quae ad orientem Ioniam, ad occidentem Peloponneſum indicabat, gemina inſcriptione. Plutarchus. Προσκτησάμενος δὲ τῇ Ἀττικῇ τὴν Μεγαρικὴν βεβαίως, τὴν θρυλλουμένην ἐν Ἰσθμῷ στήλην ἔστησεν· ἐπιγράψας τὸ διορίζον ἐπιγραμμα τὴν χώραν δυσὶ τριμέτροις. ὧν ἔφρασε, τὰ μὲν πρὸς ἕω·

Τάδ' οὐχὶ Πελοπόννησος, ἀλλ' Ἰωνία·

Τὰ δὲ πρὸς ἑσπέραν·

Τάδ' ἐστὶ Πελοπόννησος, οὐκ Ἰωνία.

Quum agro Attico Megaricum adieciſſet, ac poſſeſſionem eius confirmaſſet, illam adeo celebratam columnam in Iſthmo collocavit; inſcripſitque epigramma, quod diſterminaret agrum duobus trimetris; quorum illud, quod ad orientem erat, hunc in modum ſe habebat;

Haec non eſt Peloponneſus, ſed Ionia.

Quod ad occidentem vero, tale erat;

Haec Peloponneſus eſt, non Ionia.

Meminit columnae huius etiam Strabo lib. IX. Καὶ δὴ περὶ τῶν ὁρίων ἀμφισβητοῦντες πολλάκις οἵτε Πελοποννήσιοι, οἱ Ἴωνες, ἐν οἷς ἦν καὶ ἡ Κρομμυωνία, συνέβησαν· καὶ στήλην ἔστησαν ἐπὶ τοῦ συνομολογηθέντος τόπου περὶ αὐτὸν τὸν Ἰσθμὸν, ἐπιγραφὴν ἔχουσαν, ἐπὶ μὲν τοῦ πρὸς τὴν Πελοπόννησον μέρους·

Τάδ' ἐστὶ Πελοπόννησος, οὐκ Ἰωνία.

Ἐπὶ δὲ τοῦ πρὸς τὰ Μέγαρα·

Τάδ' οὐχὶ Πελοπόννησος, ἀλλ' Ἰωνία.

Ac ſane quum Peloponneſii, & Iones de finibus, in quibus etiam Crommyonia, diu multumque inter ſeſe diſceptaſſent, convenerunt; & in loco, de quo ipſis controverſia nulla eſſet, columnam circa ipſum Iſthmum poſuerunt, quae inſcriptionem haberet; in parte quidem Peloponneſo obverſa;

Haec eſt Peloponneſus, non Ionia.

In parte autem, quae Megaridem ſpectabat;

Haec non eſt Peloponneſus, ſed Ionia.

Ac permanſit uſque ad Codri regis tempora annis centum, & quod excurrit; quum Heraclidae, agro Megarico occupato, Megariſque illic conditis, everterunt. Idem Strabo, paullo poſt haec. Εὐανδρούσης δὲ τῆς Ἀττικῆς διὰ τοὺς φυγάδας, φοβηθέντες οἱ Ἡρακλεῖδαι, παροξυνάντων αὐτοὺς μάλιστα μὲν ἐν Κορίνθῳ, καὶ ἐκ Μεσσήνης, τὸ μὲν διὰ τὴν γειτνίασιν, τὸ δὲ, ὅτι Κόδρος ἐβασίλευε τῆς Ἀττικῆς τότε, ὁ τοῦ Μελάνθου παῖς, ἐστράτευσαν ἐπὶ τὴν Ἀττικήν, ἡττηθέντες δὲ μαχῇ, τὴν μὲν ἄλλης ἐξέστησαν γῆς, τὴν Μεγαρικὴν δὲ κατέσχον, καὶ τήν τε πόλιν ἔκτισαν τὰ Μέγαρα, καὶ τοὺς ἀνθρώπους Δωριέας ἀντὶ Ἰώνων ἐποίησαν. ἠφάνισαν δὲ καὶ τὴν σήλην, καὶ ὁρίζουσαν τούς τε Ἴωνας καὶ τοὺς Πελοποννησίους. *Frequente autem viris Attica propter exules, timentes ſibi Heraclidae, inſtigantibus ipſos potiſſimum Corinthiis, ac Meſſeniis, illis ob vicinitatem, his quod Codrus Melanthi filius, regnum Atticae teneret, bellum Atticae intulerunt. Atque proelio ſuperati, cetera quidem terra eiecti, Megaricam tamen tenuerunt, Megaraque condiderunt, hominesque pro Ionibus Dorienſes fecerunt. Everterunt & columnam, quae Ionas, ac Peloponneſios diſtinguebat.* Inſtituit quoque currus bellicos, e quibus miles armatus cum auriga depugnaret. Scholiaſtes Ariſtophanis ad Nebulas. Τὰ πολεμικὰ ἅρματα· ἐφ' ὧν ὁπλίτης ἐπιβέβηκεν ἅμα τῷ παραβάτῃ· ταῦτα δὲ ἐξεῦρεν ὁ Θησεύς. *Bellici currus; in quibus vehebatur miles armatus cum auriga. Eos vero invenit Theſeus.* Deinde Herculis exemplo, cui ludi Olympii ſacri, ſibi Iſthmia conſtituit; vel, ut alii tradidere, ob Scironem, ſive Sinin; ſtatuit, ut Athenienſes illis primo loco conſiderent, tanto ante alios ſpatio, quantum navis ſacrae velum, humi expanſum, occuparet. Plutarchus. Καὶ τὸν ἀγῶνα πρῶτος ἔθηκε, κατὰ ζῆλον Ἡρακλέους· ὡς δι' ἐκεῖνον Ὀλύμπια τῷ Διὶ, καὶ δι' αὐτὸν Ἴσθμια τῷ Ποσειδῶνι φιλοτιμηθεὶς ἄγειν τοὺς Ἕλληνας. ὁ γὰρ ἐπὶ Μελικέρτῃ τεθεὶς αὐτόθι, νυκτὸς ἐδρᾶτο, τελετῆς ἔχων μᾶλλον, ἢ θέας, καὶ πανηγυρισμοῦ, τάξιν. ἔνιοι δέ φασιν, ἐπὶ Σκίρωνι τὰ Ἴσθμια τεθῆναι, τοῦ Θησέως ἀρσαμένου φόνον, διὰ τὴν συγγένειαν. Σκίρωνα γὰρ υἱὸν εἶναι Κανήθου καὶ Ἡνιόχης, τῆς Πιτθέως. οἱ δὲ Σίννιν, οὐχὶ Σκίρωνα· καὶ τ ἀγῶνα τεθῆναι διὰ τοῦτον ὑπὸ Θησέως, οὐ δι' ἐκεῖνον. ἔταξεν οὖν, καὶ διωρίσατο πρὸς τοὺς Κορινθίους, Ἀθηναίων τοῖς ἀφικνουμένοις ἐπὶ τὰ Ἴσθμια παρέχειν προεδρίαν, ὅσον ἂν τόπον ἐπίσχῃ καταπεταθὲν τὸ τῆς θεωρίδος νεὼς ἱστίον. *Ac certamen Herculis imitatione primus inſtituit; ambiens, ut ſicut*

ſicut in illius honorem Olympia Iovi dedicata, ita Iſthmia Neptuno Graeci in ſuum celebrarent. Nam, quod Melicertae illic conſtitutum, quum peragеretur noctu, initium potius, quam ſpectaculum, aut celebritas quaedam feſta cenſebatur. Sunt tamen, qui dicant, Scironi Iſthmia dedicata ad expiandam eius caedem ob cognationem generis; etenim Sironem Canethi filium fuiſſe, & Heniochae Pitthei filiae. Alii Sinnin, non Sironem; atque huius cauſa certamen a Theſeo inſtitutum, non illius. Conſtituit itaque, ac convenit cum Corinthiis, ut Athenienſibus ad Iſthmia venientibus, priorem locum conſidendi exhiberent, tanto ſane intervallo, quantum navis ſacrae velum, humi expanſum contineret. In Sinnidis gratiam inſtituta, memorat nobis & Pindari Scholiaſtes in Argumento Iſthmionicarum eius. Τὸν τῶν Ἰσθμίων ἀγῶνα, οἱ μὲν, ἐπὶ Σίννιδι τῷ προκρέσῃ ὑποθεῖναί φασι τὸ Θησέα, ἀνελόντα αὐτόν. *Iſthmiorum quidem certamen, hi quidem, in Sinnidis gratiam Theſea inſtituiſſe ſunt auctores, qui ipſum occidit.* Iſthmiorum, quae a Theſeo inſtituta, meminit Hyginus quoque Mytholog. cap. CCLXXIII. *Iſthmia Melicertae, Athamantis filio, & Inus, feciſſe dicitur Eratocles. Alii potius dicunt Theſeum.* Ac Theſeum his ſaltaſſe armatum, innuit Dion Chryſoſtomus Orat. XXXVII.

CAP. XX.

Cum Hercule adverſus Amazonas proficiſcitur, & Antiopen inde abducit; eaque mox belli Amazonici cauſa. Quod deinde menſe quarto eſt compoſitum, iſto foedere per Hippolytam. Hanc nonnulli in pugna tamen cecidiſſe ſunt auctores, ſagitta ictam a Molpadia; & columna in memoriam eius poſita. Auctorum veterum heic diſſidium indicatum. Locus ubi foedus ictum Ὁρκωμόσιον *adpellatus; & ſacra Amazonibus facta, pridie Theſeorum. Alii non foedere finitum illud bellum tradunt, ſed occidione Amazonum; & heic quoque inter ſe diſſidere Auctores indicatum. Locus pugnae,* Ἀμαζόνειον *nuncupatus. Ea ipſa picta Athenis in porticu Varia a Micone; in templo Theſei, in Minervae item clypeo, & Olympii Iovis baſi; ac deſcripta adcurate proprio Opere a Cimone.*

POrro cum Hercule in Pontum Euxinum navigavit adverſus Amazonas; virtutiſque ſuae ergo Antiopa ab eo eſt donatus. Εἰς δὲ τὸν Πόντον ἔπλευσε τὸν Εὔξεινον, ὡς μὲν Φιλόχορός τε καί τινες ἄλλοι λέγουσι, μετ' Ἡρακλέους ἐπὶ τὰς Ἀμαζόνας συστρατεύσας, καὶ γέρας ἀριστεῖον Ἀντιόπην ἔλαβεν. *In Pontum Euxinum navigavit, ut Philochorus, aliique ſunt auctores, Herculem ad bellum adverſus Amazonas ſequutus, praemiumque fortitudinis Antiopen accepit.* Cum Hercule contra Amazonas profectum, ad petendum Hippolytes cingulum, quae Herculi belli cauſa erat, tradit etiam Etymologici Auctor in Ἔφεσος· Θησεὺς, συστρατεύσας Ἡρακλεῖ, ἐπὶ τὴν Ἱππολύτης ζωστῆρα, ἐδίωξε τὰς Ἀμαζόνας ἄχρι Λυδίας. *Theſeus, cum Hercule ad bellum profectus, ad petendum Hippolytes cingulum, Amazonas in Lydiam uſque perſequutus eſt.* Vide hiſtoriam omnem apud Apollodorum lib. II. ubi fuſe expeditionem illam Herculis narrat, ut & cauſam; nullam tamen Theſei mentionem facit. Indicat vero item Lycophron; qui & cingulum abſtuliſſe eum dicit, atque bello Amazonio cauſam dediſſe:

Πάλιν δ' ὁ πέτρας ἀσκέρας ἀνειρύσας,
Καὶ φασγάνῳ ζωστῆρα, κὴ ξίφος πατρὸς,
Ὁ' Φημίου παῖς, Σκύρου ᾧ λυγρὸς τάφος
Κρημνῶν ἔνερθεν αἰγίλιψ ῥοιζεμένων
Πάλαι δοκεύσ τὰς ἀταρχύτους ῥιφὰς,
Σὺν θηρὶ βλώξας, τῷ στάσαντι δηΐας
Μύσῃ Τροταίας μαζὸν εὔθηλον Θεᾶς,
Ζωστηροκλέπτης, νεᾳκὴς ὥρινεν διπλᾶν,
Στόρνιν τ' ἀμέρσας, κὴ Θεμισκύρας ἄπο
Τὴν τοξόδαμνον νοσφίσας Ὀρθωσίαν·
Ἧς αἱ ξύναιμοι, παρθένοι Νεπτενίδες,
Ἔριν λιπεῖσαι, Λάγμον, ἠδὲ Τήλαμον,
Καὶ χεῦμα Θερμώδοντος, Ἀκταῖόν τ' ὄρος,
Ποινὰς ἀθέλκτους ἁρπαγῆς διζήμεναι,
Ὑπὲρ κελαινὸν Ἶστρον ἦλασαν Σκύθας
Ἵππους ὁμοκλήτφραν ἰᾶσαι βοὴν
Γραικοῖσιν, ἀμνάμοις τε τοῖς Ἐρεχθέως·
Καὶ πᾶσαν Ἄκτην ἐξεπόρθησαν δορὶ,
Τὰς Μοψοπείας αἰθαλώσασαι γυίας.
Rurſum qui e ſaxo calceos exſtraxerat,
Enſiſque cingulum, & gladium patris,
Phemii nepos, cui Scyrus ſepulcrum triſte
Sub praecipitiis ardua deturbatis
Iampridem ſervat, inſepultos iactus,
Cum leone veniens initiato, qui bellicae
Suxerat uberem Tropaee mammam Deae,
Fur balthei, rixam excitavit duplicem,
Tum zonam auferens, tum ex Themiſcyra
Sagittariam rapiens Orthoſiam;
Cuius ſorores, puellae Neptunides;
Erin relinquentes, Lagmum, & Telamum,
Et fluentum Thermodontis, Actaeumque montem,
Poenas rapinae implacabiles quaerentes,
Vltra nigrum Iſthmum Scythicos egerunt
Equos, bellicam emittentes vocem
Graecis, & Erechthei nepotibus;
Ac totam bello perdiderunt Atticam,
Moſſopias incenderunt regiones.

Vbi vide Scholiaſten, Iſaacium Tzetzen, ſingillatim ea omnia explicantem; & Euripidis Scholiaſten ad Hippolytum. Innuit etiam Dion Chryſoſtomus, qui eum, Ἡρακλέους ἑταῖρον, *Herculis ſocium* adpellat Orat. XI. & Aulus Sabinus in Epiſtola Demophoontis ad Phyllidem:

Qui modo pelliferas fudit Maeotidas armis,
Alcidae magni non minor eſſe comes.

De Theſeo patre ſuo loquitur illic Demophoon. Alii rurſum, & iviſſe ſolum Theſeum, ac cum propria claſſe tradunt; & captivam inde Antiopen abduxiſſe. Plutarchus. Οἱ δὲ πλείονες, ὧν ἐστι καὶ Φερεκύδης, καὶ Ἑλλάνικος, καὶ Ἡρόδωρος, ὕστερόν φασιν Ἡρακλέους διόσολον πλεῦσαι τὸ Θησέα, καὶ τὴν Ἀμαζόνα λαβεῖν αἰχμάλωτον, πιθανώτερα λέγοντες. ὧδε γὰρ ἄλλως ἱστόρηται τὰ μετ' αὐτοῦ στρατευσάντων Ἀμαζόνα λαβεῖν αἰχμάλωτον. Βίων δὲ, καὶ ταύτην παρακρουσάμενον οἴκοθεν λαβόντα, φύσει γὰρ ὕπας ἦν Ἀμαζόνας φιλάνδρους, ὅτε φυγεῖν τὸ Θησέα, προς-

βα-

βαλόντα τῇ χώρᾳ, ἀλλὰ κ) ξένια πέμπ\ψ· ἡ δὲ, τὴν κομιζουσαν ἐμβῆναι παρακαλεῖν εἰς τὸ πλοῖον· ἐμβάσης δὲ, ἀνα\χθῆναι. *At maior pars, in quibus Pherecydes, Hellanicus, & Herodotus, post Herculem aiunt cum propria classe navigasse Theseum, & captivam hanc Amazonem abduxisse; quod quidem est probabilius. Nemo enim alius proditur eorum, qui cum illo militarunt, Amazonem captivam duxisse. Bion vero etiam ea dolo capta recessisse. Quippe Amazonas, natura virorum amantes, nec delatum in regionem suam Theseum refugisse, sed & munera misisse. Illum autem eam, quae afferret, ut in navem ingrederetur invitasse; ac ingressam avexisse.* Isocrates Panathenaico. Σκύθαι ἢ μετ' Ἀμαζόνων, ἢ ἐξ Ἄρεως γεγέσθαι λεγομένων· (ἐνέβαλον εἰς τὴν χώραν ἡμῶν) αἱ ἢ στρατείαν ἐπ' Ἀντιόπῃ ἢ Ἱππολύτης ἐπείησαν· ἢ τύς τε νόμους παραβᾶσαι τοὺς παρ' αὐταῖς κειμένους, ἐραθεῖσάν τε Θησέως, κ) συνακολουθήσασαν ἐκεῖθεν, κ) συνοικήσασαν αὐτῷ. *Scythae cum Amazonibus, quae Martis filiae dicebantur, (in agros nostros irruperunt) & propter Antiopen sororem Hyppolytes bellum intulerunt; quae patriis legibus violatis, Thesei amore capta, & inde eum sequuta, ac nupta illi fuerat.* Pausanias in Atticis. Οἵτε Ἀμαζόνες, ἐπ' Ἀθηναίους στρατεύσασαι δι' Ἀντιόπην, ἡττήθησαν ὑπὸ Θησέως. *Quo tempore Amazones, bello adversus Athenienses propter Antiopen suscepto, a Theseo sunt devictae.* Videndus etiam Iustinus Historicus lib. II. & Orosius lib. I. cap. XV. Diodorus Siculus lib. IV. Alia quoque quaedam ad hanc rem pertinentia, item aliam belli causam refert ex Menecrate Plutarchus, qui videndus. Arduum sane hoc bellum fuit; ac describit fuse Plutarchus; referuntque alii plures; compositum autem fuit quarto mense, opera Hippolytae; quamquam illam alii tradant cum Theseo pugnantem cecidisse a Molpadia iaculo traiectam; ac columnam in memoriam eius positam prope Telluris Olympiae aedem. Plutarchus. Τετάρτῳ μὲν οὖν μηνὶ συνθήκας γενέσθαι διὰ τῆς Ἱππολύτης· (γράφει Κλείδημος) ἔνιοι δέ φασι, μετὰ τοῦ Θησέως μαχομένην πεσεῖν ὑπ' ἄνθρωπον, ὑπὸ Μολπαδίας ἀκοντισθεῖσαν. καὶ ἡ στήλη, τὴν παρὰ τὸ τῆς Γῆς τὸ Ὀλυμπίας, ἐπὶ ταύτῃ κεῖται. *Quarto mense actum per Hippolytam foedus; (tradit Clidemus) quidam vero aiunt, eam a Thesei parte proeliantem cecidisse, a Molpadia iaculo ictam; & columnam, quae propter Telluris Olympiae aedem est, ipsi collocatam esse.* Quatuor menses durasse hoc bellum refert etiam ex Hellanico Isaacius Tzetzes ad Lycophronem. Ἑλλάνικος δὲ ὁ Λέσβιός φησιν, ὅτι, παγέντος τοῦ Κιμμερικοῦ Βοσπόρου, διέβησαν (αἱ Ἀμαζόνες) αὐτὸν, κ) ἦλθον εἰς τὴν Ἀττικήν. καὶ τεττάρσι μησὶ πολεμήσασαι, ὑπεσχέθησαν. ὃ λέγει δὲ καὶ αἰτίαν. *Hellanicus vero auctor est, quod, frigore constricto Bosporo Cimmerico, ipsum (Amazones) sint transgressae, & in Atticam invaserint; ac gesto per menses quatuor bello redierint. Non commemorat autem causam.* Quod Hippolytam vero adtinet, eam Antiopen idem nominat ex Herodoto Pontico. Ἡρόδοτος δὲ ὁ Ποντικὸς τότε φησὶ Θησέα λαβεῖν τὴν Ἀντιόπην, ἢ μαχομένην μετ' αὐτοῦ κ) ὑπὸ Μολ-

A παδίας τῆς Ἀμαζόνος ἀκοντισθεῖσαν κ) πεσοῦσαν, ἢ πρέσβιν ἐιρήνης τὸν εἰς Ἀθήνας μετὰ ξενίων ἐλθοῦσαν. *Herodotus vero Ponticus narrat tunc captam a Theseo Antiopen, vel cum ipso proeliantem ab Amazone Molpadia iaculo confossam, & occisam, vel legatam super pace Athenas cum muneribus hospitalibus contendentem.* Pausanias dicit eam contra Theseum pugnantem, ac devictam, mulctis caesis Megara se recepisse, ibique ex moerore mortuam; atque ei monumentum structum esse ad formam scuti Amazonici. Ecce eius verba in Atticis.

B Οἵτε Ἀμαζόνες, ἐπ' Ἀθηναίους στρατεύσασαι δι' Ἀντιόπην, ἐκρατήθησαν ὑπὸ Θησέως· τὰς μὲν πολλὰς συνέβη μαχομένας αὐτῶν ἀποθανεῖν· Ἱππολύτην δὲ, ἀδελφὴν οὖσαν Ἀντιόπης, κ) τότε ἡγεμόνα γυναικῶν, ἀποφυγεῖν σὺν ὀλίγαις ἐς Μέγαρα. ἅτε δὲ κακῶς οὕτω πράξασαν τῷ στρατῷ τοῖς τε παροῦσι ἀθύμως ἔχουσαν, κ) περὶ τὸν οἶκαδε ἐς τὴν Θεμίσκυραν σωτηρίας μᾶλλον ἔτι ἀποροῦσαν. ὑπὸ λύπης τελευτῆσαι· κ) θάψαι αὐτὴν ἀποθανοῦσαν ἐνταῦθα. καί οἱ τοῦ μνήματος χῶμά ἐστιν Ἀμαζονικῇ ἀσπίδι ἐμφερές. *Quo tempore Amazones, bello adversus Athenienses propter Antiopen suscepto, a Theseo sunt devictae, accidit, ut multae earum in proelio caderent; Hippolyta vero Antiopae soror, quae mulieres ducebat, cum paucis Megara fugam cepit. Vbi animi moerore, ob exercitus sui stragem, reditusque Themiscyram in patriam, desperatione, vita excessit, atque illic est sepulta. Quin & monumentum eius clypei Amazonici formam repraesentat.* In memoriam foederis, eum Amazonibus initi, locum ipsum Ὁρκωμόσιον adpellabant; & sacra Amazonibus facta in profesto Theseorum. Plutarchus. Ἀλλὰ τῇ γε ἡ πόλεμον εἰς σπονδὰς τελευτῆσαι, μαρτύριόν ἐστιν ἥτε τοῦ τόπου κλῆσις, τὸ παρὰ τὸ Θησεῖον, ὅπερ Ὁρκωμόσιον καλοῦσιν, ἥτε γιγνομένη πάλαι θυσία ταῖς Ἀμαζόσι, πρὸ τῶν Θησείων. *Sed & bellum hoc foedere terminatum fuisse, testatur cum denominatio ipsi iuxta Thesei aedem, Horcomosium adpellati, tum & sacra Amazonibus olim facta, pridie Theseorum.* Alii foedere bellum hoc finitum negant, sed ad internecionem caesas esse Amazonas tradunt. Lysias in Orat. Fun. Ἀμαζόνες μὲν γὰρ Ἄρεως τοπαλαιὸν ἦσαν θυγατέρες, οἰκοῦσαι δὲ παρὰ τὸν Θερμώδοντα ποταμὸν, μόναι δὲ ὁπλισμένην σιδήρῳ τῶν περὶ αὐτὰς, πρῶται δὲ πάντων ἐφ' ἵππους ἀναβᾶσαι, ἐστράτευσαν ἐπὶ τήνδε τὴν πόλιν. μόναις δ' αὐταῖς οὐκ ἐξεγένετο ἐκ τῶν ἡμαρτημένων μαθούσαις περὶ τῶν λοιπῶν ἄμεινον βουλεύσασθαι, οἴκαδε ἀπελθούσαις ἀπαγγεῖλαι τήν τε σφετέραν αὐτῶν δυσχίαν, κ) τὴν τῶν ἡμετέρων προγόνων ἀρετήν. αὐτοῦ γὰρ ἀποθανοῦσαι, καὶ δοῦσαι δίκην τῆς ἀνοίας, τῇδε μὲν τῆς πόλεως, διὰ τὴν ἀρετὴν, ἀθάνατον μνήμην ἐποίησαν. τὴν δὲ ἑαυτῶν πατρίδα, διὰ τὴν ἐνθάδε συμφοράν, ἀνώνυμον κατέλιπον. ἐκεῖναι μὲν οὖν, τῆς ἀλλοτρίας ἀδίκως ἐπιθυμήσασαι, τὴν αὐτῶν δικαίως ἀπώλεσαν. *Nam Amazones quidem olim Martis erant filiae, iuxta fluvium Thermodontem habitantes, & ex finitimis solae ferro armatae, primae quoque omnium equos inscendentes, urbi nostrae bellum intulerunt. Solis autem non datum fuit, ut post mala prudentiores, sibi melius deinceps consulerent; neque ut, domum reversae, narrarent aut cala-*

mitatem ſuam, aut maiorum noſtrorum virtutem; ſed ibidem mortuae, ac ſtultitiae ſuae poenas dantes, huius quidem urbis, ob virtutem, memoriam fecere immortalem; ſuam vero patriam, propter heic acceptam cladem, ignobilem reddiderunt. Itaque quae terram iniuſte alienam appetebant, ſuam iuſte amiſerunt. Ariſtides in Panathenaica. Ἀμαζόσι μὲν γὰρ, αἳ παρῆλθον τοῖς ἔργοις τὴν φύσιν, ἱππομαχὴν συνάψαντες, πανολεθρίᾳ διέφθαραν. *Nam cum Amazonibus, quarum facta naturam ſuperarant, commiſſo proelio equeſtri, eas ad internecionem deleverunt.* Demoſthenes ait, ultra Phaſidem exterminatas in Orat. Fun. Καὶ γὰρ ἡ Ἀμαζόνων στρατὸν ἐλθόντα ἐκράτησαν οὕτως, ὥσθ' ἕξω Φάσιδος ἐκβαλεῖν. *Etenim Amazonum exercitum, huc progreſsum, ita vicerunt, ut eum ultra Phaſidem exterminarent.* Hoc eſt, quod Iſocrates dicit, eas, quae in Atticam venerant, plane deletas fuiſſe; &, quae domi remanſiſſent, inde mox expulſas eſſe. Verba eius ita habent in Panegyrico. Λέγεται μὲν ἓν περὶ τὰς Ἀμαζόνων. ὡς τῶν μὲν ἐλθούσων οὐδεμία πάλιν ἀπῆλθεν· αἱ δ' ὑπολειφθεῖσαι, διὰ τὴν ἐνθάδε συμφορὰν, ἐκ τῆς ἀρχῆς ἐξεβλήθησαν. *Nam Amazonum quidem, quae huc venerant, nullam domum rediiſſe; & ceteras, quae domi manſerant, regno pulſas eſſe ferunt.* Innuitque idem Lyſias in citatis ſtatim verbis. Ἐκεῖναι μὲν ἓν, τὰ ἀλλοτρίας ἀδίκως ἐπιθυμήσασαι, τὴν αὑτῶν δικαίως ἀπώλεσαν. *Itaque, quae terram iniuſte alienam appetierant, ſuam iuſte amiſerunt.* Videndus quoque Diodorus lib. IV. Locus autem, ubi pugna geſta fuit, Ἀμαζόνδον nuncupatus. Stephanus. Ἀμαζόνδον, τόπος ἐν τῇ Ἀττικῇ, ἔνθα Θησεὺς τῶν Ἀμαζόνων ἐκράτησε. *Amazoneum, locus Atticae, ubi Theſeus Amazones devicit.* Meminit eius Plutarchus. Ἱστορεῖ δὲ Κλείδημος, ἐξακριβοῦν τὰ καθ' ἕκαστα βουλόμενος, τὸ μὲν εὐώνυμον τῶν Ἀμαζόνων κέρας ἐπιστρέφειν πρὸς τὸ νῦν καλούμενον Ἀμαζόνδιον. *Narrat vero Clidemus, ſingulatim omnia exacte perſequi cupiens, ſiniſtrum Amazonum cornu ad Amazoneum nunc vocatum declinaſſe.* Occurrit item apud Diodorum Siculum lib. IV. Alii templum fuiſſe dicunt, quod Amazones condidiſſent. Videndi Harpocration, & Suidas in Ἀμαζόνδον. Ac depicta haec pugna erat Athenis in porticu Varia (*a*). Pauſanias in Atticis, ubi de ea porticu agit. Ἐν δὲ τῷ μέσῳ τῶν τοίχων, Ἀθηναῖοι, καὶ Θησεὺς, Ἀμαζόσι μάχονται. *In medio pariete Athenienſes, ac Theſeus cum Amazonibus pugnant.* Pinxeratque Micon. Ariſtophanes in Lyſiſtrata:

—— Τάς δ' Ἀμαζόνας σκέπῃ,
Ἃς Μίκων ἔγραψεν ἐφ' ἵπποις μαχομένας τοῖς ἀνδράσι·
—— *Amazonas vero ſpecta,*
Quas Micon pinxit in equis pugnantes cum viris.

Spectabatur quoque in templo Theſei, item in Minervae clypeo, & Olympii Iovis baſi. Idem Pauſanias eodem libro ubi de Theſei templo agit. Γραφαὶ δέ εἰσι, πρὸς Ἀμαζόνας Ἀθηναῖοι μαχόμενοι. Πεποίηται δὲ σφίσιν ὁ πόλεμος ἔτος καὶ τῆς Ἀθηνᾶς ἐπὶ τῇ ἀσπίδι, καὶ τῷ Ὀλυμπίῳ Διὸς ἐπὶ τῷ βάθρῳ. *Picturae ſunt, cum Amazonibus pugnantes Athenienſes, quod quidem bellum expreſsum eſt ab ipſis in Minervae quoque clypeo, & Olympii Iovis baſi.* Deſcripſit vero proprio eam opere Cimon. Arrianus de Expedit. Alex. lib. VII. Καὶ οἱ ξὺν Θησεῖ Ἀθηναῖοι ἐπιόντας τὰς γυναῖκας ταύτας (τὰς Ἀμαζόνας) τὴν Εὐρώπην, πρώτῃ μάχῃ νικήσαντες, ἀπέσχλασαν. καὶ γέγραπται ἡ Ἀθηναίων καὶ Ἀμαζόνων μάχη πρὸς Κιμῶνος, ὑπὲρ μέσου ἧπερ ἡ Ἀθηναίων καὶ Περσῶν. *Et Athenienſes, duce Theſeo, has mulieres (Amazonas) Europam invadentes, primo proelio ſuperatas repulerunt. Et ſcripta eſt a Cimone Athenienſium cum Amazonibus pugna, non minus accurate, quam Athenienſium, & Perſarum.*

CAP. XXI.

Poſt Antiopen Phaedram ducit. Antiope quomodo mortua fuerit. Hippolyti mater; ſeu Antiope, ſive Hippolyte. Is Troezenen ad Pittheum mittitur; & a Phaedra adamatur. Domus illius Troezene ſtudiumque; & Veneris Κατασκοπίας *templum ſtructum a Phaedra. Quae & alterum Athenis condidit, iuxta arcem, Veneri Hippolytiae dicatum. Quando amare eum coeperit; tum, & qua occaſione. Eius repulſam paſſae calumnia miſere perit. Hinc relatus inter ſidera, Auriga eſt habitus. Lucus quoque ei dicatus; uti etiam ſimulacrum a Diomede; qui primus item ſacra facit. Apud Troezenios ſacra ei conſtituta, & ſacerdos; virgineſque matrimonium initurae comam ipſi dedicabant. Vitae quoque redditus ab Aeſculapio; quem idcirco Iuppiter percuſsit fulmine. Aeſculapio equos dicat, & Ariciam in Italiam ſeſe recipit; atque ibi regnum tenet, Virbiuſque adpellatur. Cedrenum a Veteribus cunctis diſsentire indicatum.*

DEfuncta Antiopa, e qua filium ſuſcepit Hippolytum, vel, ut alii, Demophontem, Phaedram duxit. Plutarchus. Τὴς δὲ Ἀντιόπης ἀποθανούσης, ἔγημε Φαῖδραν, ἔχων υἱὸν Ἱππόλυτον ἐξ Ἀντιόπης· ὡς δὲ Πίνδαρός φησι, Δημοφῶντα. *Defuncta Antiopa, Phaedram duxit, ſuſcepto filio Hippolyto ex Antiopa; uti vero auctor Pindarus, Demophonte.* Quomodo vero mortua Antiope fuerit Plutarchus praeterit; verum alii ſunt auctores, eam a Theſeo interfectam. Innuit Seneca in Hippolyto; ubi ſic de Theſeo nutrix:

Immitis etiam coniugi caſtae fuit;
Experta ſaevam eſt barbara Antiope manum.

Immo clare gladio ſuo confodiſſe dicit Phaedra in Epiſtola ad Hippolytum eius filium apud Ovidium:

Prima ſecurigeras inter virtute puellas
Te peperit, nati digna favore parens.
Si quaeras, ubi ſit? Theſeus latus enſe peregit;
Nec mater tanto pignore tuta fuit.

Huc pertinet, quod quidam Veterum, & in his Theſeidis Auctor, Antiopen tradunt, quum uxorem Phaedram duceret, concitatis Amazonibus, ipſum invaſiſſe; itaque id in con-

(*a*) Vide *Lib.* I. *Athen. Attic. Cap.* V.

Digitized by Google

conflictum eveniſſe, non iniuria videatur. De Antiopes eo facto ſic Plutarchus narrat, quamquam fidem nullam habens. Ἦν γὰρ ὁ Θησηίδ& ποιητὴς Ἀμαζόνων ἐπανάστασιν γέγραφε, Θησεῖ, γαμοῦντι Φαῖδραν, τὴν Ἀντιόπης ἐπιγεμένης, ἣ τῶν μετ' αὐτῆς Ἀμαζόνων ἀμυνομένων καὶ κτέινοντ& αὐτὰς Ἡρακλέης, περιφανῶς ἔοικε μύθῳ καὶ πλάσματι. *Nam quem Theſeidis auctor motum Amazonum deſcribit, quod quum Phaedram matrimonio ſibi iungeret, Theſeum Antiope invaſerit, & Amazones, quae cum ipſa opem tulerint, Herculeſque eas ſtraverit, plane fabulae, & commenti ſpeciem habet.* Sed Hippolytus, quod Plutarchus nobis refert in citatis antea verbis anne Theſeo ex Antiopa natus fuit? Video rem controverti; & Hippolytae eius ſororis alios dicere; alios incertum facere. Certe Hippolytae filium eſſe etiam Plutarchus idem in Minoribus Parallelis nobis tradit. Θησεὺς, ταῖς ἀληθείαις παῖς Ποσειδῶν&, ἔχων δὲ ἐξ Ἱππολύτης Ἀμαζόν& Ἱππόλυτον, ἐτέγημε μετρυιὰν Φαῖδραν. *Theſeus vere filius Neptuni, quum ex Hippolyta Amazone ſuſcepiſſet Hippolytum, novercam ei induxit Phaedram.* Scholiaſtes Euripidis in Argumento Hippolyti. Γήμας δὲ (ὁ Θησεὺς) μίαν τῶν Ἀμαζόνων Ἱππολύτην, Ἱππόλυτον ἐγέννησε. *Ducta (Theſeus) una Amazonum Hippolyta, Hippolytum genuit.* Iornandes de Reb. Get. cap. VIII. *Theſeus vero Hippolyten in praedam tulit; de qua genuit & Hippolytum.* Oroſius in matrimonio habuiſſe quidem eum Hippolyten dicit, verum de Hippolyto filio nihil tradit. Vide ipſum lib. I. cap. XV. & Freculphum Tom. I. lib. II. cap. XVI. item Abbatem Vrſpergenſem cap. De Amazonibus. Euripides in incerto relinquit in Hippolyto:

——— Θησέως παῖς, Ἀμαζόν& τόκ& Ἱππόλυτ&. ———
——— *Theſei filius, Amazone natus, Hippolytus.* ———

Et alibi in eadem Tragoedia:

Ὁ τᾶς φιλίππου παῖς Ἀμαζόν& βοᾷ, Ἱππόλυτ&. ———
Filius amantis equos Amazonis clamat, Hippolytus. ———

Quemadmodum & Seneca in Hippolyto, ubi nutrix ita loquitur de eo:

Immitis annos caelibi vitae dicat;
Connubia vitat. Genus Amazonium ſcias.

Sed Antiopae eum adſcribit etiam Euripidis Scholiaſtes ad poſtrema illa verba. Ὁ τᾶς Ἀμαζόν& Ἱππόλυτ& Ἀντιόπης παῖς, φιλούσης τοὺς ἵππους. *Antiopae Amazonis, equos amantis, filius Hippolytus.* Sic Iſaacius Tzetzes ad Lycophronem. Καὶ Ἀντιόπην τὴν Ἀμαζόνα, ἐξ ἧς Θησεὺς ἔσχεν Ἱππόλυτον. *Et Antiopen Amazonem, ex qua Theſeus Hippolytum ſuſcepit.* Iterum paullo poſt. Θησεὺς ἐξ Ἀντιόπης τὴν Ἱππόλυτον ἔσχεν, ἐχὶ ἐξ Ἱππολύτης. *Theſeus ex Antiopa Hippolytum ſuſtulit, non ex Hippolyta.* Servius quoque ad AEneid. XI. *Huius filia Antiopa, quam Theſeus rapuit, unde Hippolytus.* Vides hic confuſionem! Itaque merito uſurpare inpraeſens licet, quod Plutarchus in hac ipſa Theſei noſtra Vita dicit. Θαυμαστὸν οὐκ ἐστὶν, ἐπὶ πράγμασιν οὕτω παλαιοῖς, πλανᾶσθαι τὴν ἱστορίαν. *Mirandum non eſt, in rebus tam antiquis, errare hiſtoriam.* Hippolytus vero, ſive Antiopes ille filius, ſive Hippolytes, a patre, quando Phaedram duceret, ad Pittheum Troezenen mittitur, illic educandus, & rex futurus. Pauſanias in Atticis. Θησεὺς, ὡς ἔμελλεν ἄξεσθαι Φαίδραν, οὐκ ἐξ ἑτέλων. εἰ οἱ γένοιτο παῖδες. ὅτε ἄρχεσθαι τὴν Ἱππόλυτον, ὅτε βασιλεύειν ἀντ' αὐτῶν, πέμπει παρὰ Πιτθέα, τραφησόμενον αὐτὸν, καὶ βασιλεύσοντα Τροιζῆν&. *Theſeus quum Phaedram ducturus eſſet, nolens, ſi liberi ipſi naſcerentur, ut aut ipſis ſubeſſet Hippolytus, aut Hippolyto illi rurſum imperarent, eum ad Pittheum amandat, tum ut ibi educaretur, tum ut illi in regno ſuccederet.* Itaque & domus eius, ſtudiumque, in quo ſeſe exerceret, illic exſtitiſſe dicitur a Pauſania eodem in Corinthiacis. Et deinde a noverca Phaedra amatus, quum repudiaret ſcelus, eius calumnia apud patrem circumventus, miſerum in modum periit. Ac de Phaedrae quidem amore, paſſim obvium eſt apud Auctores. Coepit autem amare conſpectum, quum veniſſet Troezene Athenas ad myſteria; ac digreſſo, aedem Veneri in arcem dedicavit. Diodorus lib. IV. Μικρὸν δ' ὕστερον Ἱππολύτου ἐπανελθόντ& εἰς τὰς Ἀθήνας πρὸς τὰ μυστήρια, Φαίδρα διὰ τὸ κάλλ& ἐραοθεῖσα αὐτοῦ, τότε μὲν ἀπελθόντ& ἱδρύσατο ἱερὸν Ἀφροδίτης παρὰ ἀκρόπολιν. *Reverſum aliquanto poſt Athenas ad myſteria Hippolytum, Phaedra forma eius capta amare coepit. Sed tum digreſſo, dedicavit fanum Veneris in arce.* De amore concepto in ſacris Eleuſiniis, ſive myſteriis, ipſa quoque Phaedra indicat in Epiſtola ad Hippolytum apud Ovidium:

Tempore, quo nobis inita eſt Cerealis Eleuſis,
Gnoſſia me vellem detinuiſſet humus.
Tunc mihi praecipue, nec non tamen ante, placebas:
Acer in extremis oſſibus haeſit amor.

Et Venus apud Euripidem in Hippolyto:

Ἐλθόντα γάρ νιν Πιτθέως ποτ' ἐκ δόμων,
Σεμνῶν ἐς ὄψιν καὶ τέλη μυστηρίων,
Πανδίονο& γῆν, πατρὸς εὐγενῆς δάμαρ
Ἰδοῦσα Φαίδρα, καρδίαν κατέσχετο
Ἔρωτι δεινῷ, τοῖς ἐμοῖς βουλεύμασι.
Nam quondam profectum eum ex domo Pittbei,
Venerandorum ad ſpectaculum, & caeremonias myſteriorum,
Pandionis in terram, patris nobilis coniux
Conſpicata Phaedra, corde occupata fuit
Amore gravi, meis conſiliis.

De exſtructo Veneri templo, Dea eadem ibidem:

Καὶ πρὶν μὲν ἐλθεῖν τήνδε γῆν Τροιζωνίαν,
Πέτραν παρ' αὐτὴν Παλλάδ&, κατόψιον
Γῆς τῆσδε, ναὸν Κύπριδ& ἐγκαθίσατο,
Ἔρῶσ' ἔρωτ' ἔκδημον· Ἱππολύτῳ δ' ἔπι
Τολοιπὸν ὠνόμαζεν ἱδρύσθαι θεάν.
Ac prius quam venerit in terram hanc Troezeniam,
Ad rupem ipſam Palladis, in conſpectu,
Terrae huius, aedem Veneris conſtituit,
Ardens amore abſentis; & propter Hippolytum

Dein-

Digitized by Google

Deinceps dici voluit, templum dicatum Deae esse.

Eius Scholiastes. Ἐν ᾗ ἀκροπόλῃ ἱδρύσατο (ἡ Φαίδρα) Ἀφροδίτης ἱερὸν, ἐπὶ κακῶν Ἱππολύτου. *In arce (Phaedra) dedicavit templum Veneris, ob Hippolyti mala.* Isaacius Tzetzes. Μετὰ δὲ τὸν θάνατον αὐτῆς, ἔλαβε Φαίδραν, ἥτις ἦρα τοῦ Ἱππόλυτον· καὶ, μὴ ἰσχύουσα σχεῖν τοῦτον, ὠκοδόμησε ναὸν τῇ Ἀφροδίτῃ, ἐρωτικὸν αὐτὸν καλέσασα. *Post mortem ipsius, duxit Phaedram, quae Hippolytum adamavit; & potiri eo quum non posset Veneri exstruxit templum, atque istud Amatorium adpellavit.* Et Hippolytium etiam nuncupatum fuit. Scholiastes Homeri ad Odyss. λ. Φαίδρα δὲ, ἐρωτικῶς διατεθεῖσα τῷ Ἱππολύτῳ, σφοδρῶς ἐπ' αὐτῷ τηκομένη, τὸ μὲν πρῶτον ἱερὸν Ἀφροδίτης ἐν Ἀθήναις ἱδρύσατο, τὸ νῦν Ἱππολύτιον καλούμενον. *Phaedra vero, amore capta Hippolyti, eoque graviter contabescens, primo quidem Veneri Athenis templum struxit, quod nunc Hippolytium dicitur.* Et Venus quoque Hippolytia vocabatur. Scholiastes Euripidis. Ἀφροδίτης ναὸν ἱδρύσασθαι τὴν Φαίδραν φασί. Ἐκάλεσε δὲ Ἀφροδίτην ἐφ' Ἱππολύτῳ· ἣν δὲ Ἱππολυτίαν καλοῦσι. *Veneris templum exstruxisse Phaedra fertur. Vocavit autem Venerem Hippolyti causa dedicatam; eamque etiam Hippolytiam dicunt.* Alterum templum etiam Troezene struxit, super stadium Hippolyti, Veneris Κατασκοπίας, *Speculatricis* adpellatum; quod Hippolytum, quum in stadio sese exerceret, inde spectaret. Pausanias in Corinthiacis, ubi de Troezene agit. Κατὰ δὲ τὸ ἔργον τοῦ περιβόλου, μέρος σταδίου ἐστὶν, Ἱππολύτου καλούμενον· καὶ ναὸς ὑπὲρ αὐτοῦ, Ἀφροδίτης Κατασκοπίας. αὐτόθεν γὰρ, ὁπότε γυμνάζοιτο ὁ Ἱππόλυτος, ἀπέβλεπεν ἐς αὐτὸν ὁρῶσα ἡ Φαίδρα. *Iuxta septum pars est stadii, quod Hippolyti adpellant; & templum supra istud Veneris Speculatricis. Inde enim, si quando exerceretur Hippolytus, Phaedra eum coniectis oculis adspectabat.* Calumniis deinde eius periit, distractus a turbatis equis, ob conspectam prodeuntem e mari phocam, quam Neptunus, Thesei patris imprecatione motus immittebat; ut videre est apud Senecam, & Euripidem, utrumque in Tragoedia Hippolyto, eius nomine inscripta; quibus fidem adhibendam etiam Plutarchus censet istis verbis. Τὰς δὲ περὶ ταύτην (τὴν Φαίδραν) καὶ τὸν υἱὸν αὐτῆς (τὸν Ἱππόλυτον) δυσχίας, ἐπεὶ μηδὲν ἀντιπίπτῃ παρὰ τὴν Ἱστορικῶν τοῖς Τραγικοῖς, οὕτως ἔχειν θετέον, ὡς ἐκεῖνοι πεποιήκασιν ἅπαντες. *Calamitates vero, quae Theseo ex hac (Phaedra) & filio suo (Hippolyto) evenerunt, quia nihil haec Historici Tragicis contrarii inveniuntur, ita plane se habere statuendum est, ut omnes illi finxere.* Ausonius epigr. xix.

Qui primus, Meroe, nomen tibi condidit, ille
Thesidae nomen condidit Hippolyto.
Nam divinare est, nomen componere, quod sit
Fortunae, morum, vel necis indicium.

Prudentius contra Symmachum lib. II.

Cur etiam templo Triviae, lucisque sacratis,
Cornipedes arcentur equi? quum Phaedra pudicum
Raptarit iuvenem volucri per littora curru.

Vide plene rem narrantem universam Plutarchum in Minoribus Parallelis, Philostratum Iconum lib. II. Ovidium Fast. VI. & Metamorph. lib. XV. Scholiasten Euripidis in Hippolyto, & Hyginum Mytholog. cap. XLVII. Meminere strictim Oppianus Cyneg. lib. III.

Κεἴνος τὸ προπάροιθεν ἑοῖσιν ἐφώπλισε τέκνοις
Αὐτῆς ἡμιθέοις, καὶ ἀμύμονας ἡμιθεαίνας,
Αἰγείδῃ Θησῆϊ, καὶ Αἰολίδῃ Ἀθάμαντι.
Ille etiam quondam in suos armavit liberos
Ipsos semideos, & laudatas semideas,
AEgiden Theseum, & AEoliden Athamantem.

Cicero de Nat. Deorum lib. III. & De Offic. lib. I. Plato De Leg. lib. III. & XI. Dio Chrysostomus Orat. LXXV. Agathias epigr. XXXIX. Cedrenus, aliique. Troezenii negabant distractum ab equis Hippolytum; sed relatum inter sidera, & Aurigam adpellatum. Pausanias in Corinthiacis, ubi de Troezeniis, & Hippolyto. Ἀποφαίνειν δὲ αὐτὸν οὐκ ἐθέλουσι συρέντα ὑπὸ τῶν ἵππων. οὐδὲ τὸ τάφου ἀποφαίνουσιν εἰδότες. τὸν δὲ ἐν οὐρανῷ καλούμενον ἡνίοχον, τοῦτον εἶναι νομίζουσιν ἐκεῖνοι Ἱππόλυτον, τιμὴν παρὰ θεῶν ταύτην ἔχοντα. *Neque vero iis adsentiuntur, qui distractum ab equis periisse memoriae prodiderunt, nec omnino, quo loco sepultus fuerit, monstrant; verum eum illi esse a Diis habitum bonorem adfirmant, ut in siderum numerum relatus, idem ipse sit, qui Auriga in coelo dicitur.* Quin & ipsi alios honores multos habuerunt, quos Pausanias in hunc modum nobis refert in citatis Corinthiacis. Ἱππολύτῳ δὲ τῷ Θησέως τέμενος τε ἐπιφανέστατον ἄνεται, καὶ ναὸς ἐν αὐτῷ, καὶ ἄγαλμά ἐστιν ἀρχαῖον· καὶ τοῦτον Διομήδη λέγουσι ποιῆσαι, καὶ προστέτι θῦσαι τῷ Ἱππολύτῳ πρῶτον. Τροιζηνίοις δὲ ἱερεὺς μέν ἐστιν Ἱππολύτου, ἐς χρόνον τοῦ βίου πάντα ἱερωμένος, καὶ θυσίαι κατεσήκασιν ἐπέτειοι. δρῶσι δὲ καὶ ἄλλο τοιόνδε. ἑκάστη παρθένος πλόκαμον ἀποκείρεται οἱ πρὸ γάμου, κειραμένη δὲ ἀνέθηκεν ἐς τὸν ναὸν φέρουσα. *Hippolyto etiam Thesei filio lucus eximia pulcritudine dedicatus est, cum templo, & prisci operis simulacro; quae omnia tradunt Diomedem facienda curasse, eumdemque Hippolyto primum omnium rem divinam fecisse. Hippolyto apud Troezenios sacerdos eo honore, quam diu vivit fungitur. Sacra ipsi anniversaria sunt. Praeter ceteros sacrorum ritus, virgines ante nuptias succisum sibi capillum in Hippolyti templum deferentes consecrant.* Ac, quod virginum factum adtinet, quae desectam illi comam ante nuptias dedicabant, Dianam Euripides introducit, hunc Hippolyto honorem promittentem, in cognomine Tragoedia:

Σοὶ δ', ὦ ταλαίπωρ', ἀντὶ τῶνδε κακῶν,
Τιμὰς μεγίστας ἐν πόλει Τροιζηνίᾳ
Δώσω. κόραι γὰρ ἄζυγες γάμων πάρος
Κόμας κεροῦνταί σοι, δι' αἰῶνος μακρᾶς
Πένθη μέγιστα δακρύων καρπούμεναι.
Tibi vero, o miser, pro his malis,
Maximos honores in urbe Troezenia
Dabo. Num puellae innuptae ante nuptias
Tibi tondebunt crines, longo tempore
Luctum maximum lacrymis praestantes.

Ad

Ad quem locum Scholiaſtes: Ἐν Τροιζῆνι ἱερόν ἐϛιν Ἱππολύτου, ᾧ ἀποκείρονται αἱ μελλόνυμφαι. *Troezene templum eſt Hippolyti, cui crinem tondent, quae nuptias ſunt celebraturae.* Diodorus Siculus ſimpliciter divinos honores conſequutum eſſe narrat lib. IV. Ἱππόλυτον μὲν ὄν, διὰ σωφροσύνην τὸν βίον καταστρέψας, παρὰ τοῖς Τροιζηνίοις ἰσοθέων τιμῶν ἔτυχεν. *Hippolytus itaque, vita ob caſtitatem amiſſa, a Troezeniis divinis honoribus eſt adfectus.* Sunt qui etiam revocatum in vitam tradant ab AEſculapio. Virgilius AEneid. lib. VII. verſ. 765. & ſeqq.

Namque ferunt fama Hippolytum, poſtquam arte novercae
Occiderit, patriaſque explerit ſanguine poenas,
Turbatis diſtractus equis, ad ſidera rurſus
AEtherea, & ſuperas coeli veniſſe ſub auras,
Paeoniis revocatum herbis, & amore Dianae.

Vbi vide Interpretem Servium. Vide etiam Ovidium Metamorph. XV. & Faſt. VI. Hyginum Mytholog. cap. CCLI. Lactantium lib. I. cap. XVII. Sextum Empiricum adverſus Mathematicos lib. I. cap. XII. Et hic ipſe ideo a Iove irato fulmine ictus. Virgilius loco citato verſ. 770. & ſeqq.

Tum pater omnipotens, aliquem indignatus ab umbris
Mortalem infernis ad lumina ſurgere vitae,
Ipſe repertorem medicinae talis, & artis,
Fulmine Phoebigenam Stygias detruſit ad undas.

Vide iterum ibidem Servium, & Lutatium ad Theb. lib. V. AEſchyli Scholiaſten Agamemnone, Ovidium Faſt. VI. Tradunt praeterea Hippolytum, recepta vita, gratitudinis oſtendendae cauſa, AEſculapio equos viginti dedicaſſe; inde autem, ſpreta patris amicitia, atque deprecatione, in Italiam conceſſiſſe; & Ariciae, dedicato Dianae templo, poſtea tenuiſſe. Pauſanias in Corinthiacis. Χωρὶς ὴ ἀπὸ τ ἄλλων ἐϛὶν ἀρχαία ϲήλη· ἵππως ὴ Ἱππόλυτον ἀναθεῖναι τῷ θεῷ φασιν εἴκοσι. ταύτης τῆς ϲήλης τῷ ἐπιγράμματι ὁμολογοῦντα λέγουσιν Ἀρικιεῖς, ὡς τεθνεῶτα Ἱππόλυτον ἐκ τ Θησέως ἀρῶν, ἀνέϛησεν Ἀϲκληπιός. ὁ ὴ, ὡς αὖθις ἐβίω, οὐκ ἐξίϛι νέμειν τῷ πατρὶ συγγνώμην, ἀλλὰ, ὑπεριδὼν τὰς δεήϑεις, εἰς Ἰταλίαν ἔρχεται πρὸς τοὺς Ἀρικινοὺς, κὴ ἐβϰϲίλευϲέ τε αὐτόθι, καὶ ἀνῆκε τῇ Ἀρτέμιδι τέμενος. *Seorſum ab aliis eſt antiqua pila, in ea inciſum, dicaſſe AEſculapio Hippolytum equos viginti. Huius pilae inſcriptioni conſentanea dicunt Aricienſes, diſceptum ob Theſei imprecationem Hyppolytum, in vitam ab AEſculapio revocatum; neque patri unquam poſtea ignoſcere voluiſſe; verum omni eius deprecatione ſpreta, in Italiam abiiſſe, ibique regnaſſe, & Dianae templum dicaſſe.* Ac quod in Italiam iverit, & Ariciae porro egerit, Virbiuſque a Latinis dictus fuerit, refert etiam Virgilius loco citato verſ. 774. & ſeqq.

At Trivia Hippolytum ſecretis alma recondit
Sedibus, & Nymphae Egeriae, nemorique relegat:
Solus ubi in ſilvis Italis ignobilis aevum
Exigeret, verſoque ubi nomine Virbius eſſet.

Servius: *Diana Hippolytum, revocatum ab inferis, in Aricia Nymphae commendavit Egeriae; & eum Virbium, quaſi Biſvirum, iuſſit vocari.* Ovidius Faſt. lib. VI.

Lucus eum, nemoriſque ſui Dictynna receſſu
Celat: Aricino eſt Virbius ille lacu.

Et Metamorph. XV. ipſe de ſe ita loquitur:

Nec niſi Apollineae valido medicamine prolis,
Reddita vita foret, quam poſtquam fortibus herbis,
Atque ope Paeonia, Dite indignante, recepi;
Tum mihi, ne praeſens augerent muneris huius
Invidiam, denſas obiecit Cynthia nubes.
Vtque forem tutus, poſſemque impune videri,
Addidit aetatem; nec cognoſcenda reliquit
Ora mihi; Cretamque diu dubitavit habendam
Traderet, an Delum. Delo, Cretaque, relictis,
Heic poſuit. Nomenque ſimul, quod poſſit equorum
Admonuiſſe, iubet deponere; quique fuiſti
Hippolytus, dixit, nunc idem Virbius eſto.

De Virbii nomine etiam Hyginus refert loco antea citato; & Interpres item Perſii Sat. VI. Phaedra autem, poſt repulſam, Hippolytum apud patrem Theſeum criminata, laqueo vitam finivit. Ita tradunt veteres Auctores omnes, ſed ſeorſim ſolus heic Cedrenus abit; ac delatam ipſam dicit, non Hippolytum detuliſſe; Theſeoque, poſt interitum Hippolyti, adulterium exprobrante, nimio dolore animi, obiiſſe. Ecce verba. Ὁ ὴ Θησεὺς ἠγάγετο γυναῖκα Φαίδραν· ἡ καὶ ἐσυκοφαντήϑη, ὡς Ἱππολύτῳ, υἱῷ μὲν Θησέως ἐκ παλλακῆς, αὐτῆς δὲ προγόνῳ, πορνικῶς μιγεῖσα. Ὁ μὲν Ἱππολύτῳ ἔφιππῳ σύαγρον διωκῶν, τὸ ἵππου ἐξετινάχϑη. τὸ δὲ λώρου τὸ χαλινὸν περιελιχϑέντος τοῖς δακτύλοις αὐτοῦ, ἐσύρη ὑπὸ τοῦ ἵππου, κὴ τῇ ἕκτῃ ἡμέρᾳ τελευτᾷ. ἐφ' ᾧ ὁ Θησεὺς σφόδρα ἀνιαθεὶς, ἀλλὰ καὶ τὴ Φαίδραν, καίτοι πολλὰ ἐξομνυμένην, λοιδορήσας, ἀπὸ ὄψεως ἐποίησεν. αὐτὴ δὲ, τῇ ὑπερβολῇ τ θλίψεως, ἐτεθνήκει. *Theſeus vero uxorem duxit Phaedram. Haec apud ipſum falſo delata fuit, cum Hippolyto, privigno, qui Theſeo ex pellice natus fuit, per adulterium conſuevisſe. Ac Hippolytus quidem, quum eques aprum inſequeretur, equo excuſsus, loco habenae implicatis manus digitis, ab equo raptatus, ſexto poſt die vitam clauſit. Quae res quum maximum dolorem Theſeo adtuliſſet, Phaedram, quamquam multa deierantem, convitiis exagitans, e conſpectu abire iubet. Ipſa vero, nimis gravem adflictionem animo iniquo ferens, diem obiit.*

CAP.

Digitized by Google

CAP. XXII.

Vxores eius plurimae commemorantur. Athenaeus emendatus.

VArias itaque uxores habuit; ac initio quidem Amazonem, ſeu Antiopen, ſeu Hippolyten; nam in ea, ut oſtendi, non conveniunt Auctores; hinc Minois duas filias, Ariadnen, atque Phaedram, de quibus commemoravi. De iisdem hunc in modum Lucianus verba facit Verae Hiſt. lib. II. Καὶ γὰρ αὐτῷ Θησεῖ καὶ ἄλλας γυναῖκας εἶναι. τήν τε Ἀμαζόνα, καὶ τὰς τοῦ Μίνω θυγατέρας. *Nam & alias Theſeo uxores eſſe; cum Amazonem, tum Minois item filias.* Aliae quoque referuntur, ſive uxores, poſt virginitatem imminutam mox dimiſſae. In his Anaxo, filiaeque Sinidis, & Cercyonis; tum Aiacis quoque mater Periboea, & Phereboea, & Iope Iphiclis filia, etiam AEgle, cuius gratia Ariadnen reliquiſſe perhibetur. Praeter iſtas, item Helena; de qua poſtea ſum dicturus. De his omnibus ſic Plutarchus. Λίσὶ μέν τοι λόγοι περὶ γάμων Θησέως καὶ ἑτέροις, ἢ σκηνὴν διαπεφευγότες, ὅτε ἀρχὰς εὐγνώμονας, ὅτε εὐτυχεῖς τελετὰς ἔχοντες. καὶ γὰρ Ἀναξώ τινα Τροιζηνίαν ἁρπάσαι λέγεται. καὶ Σίννιν ἀποκτείνας καὶ Κερκυόνα, συγκλυέσθαι βίᾳ ταῖς θυγατράσιν αὐτῶν. γῆμαι δὲ καὶ Περίβοιαν, ἢ Αἴαντος μητέρα· καὶ Φερέβοιαν αὖθις, καὶ Ἰόπην τὴν Ἰφικλέους. καὶ διὰ τὴν Αἴγλης ἔρωτα τὴν Πανοπέως, ὥσπερ εἴρηται, τὴν Ἀριάδνης ἀπάλειψιν ἀντιῶνται μὴ καλὴν γενέσθαι, μηδὲ πρέπουσαν· ἐπὶ πᾶσι δέ, ἢ Ἑλένης ἁρπαγὴν πολέμῳ μὲν ἐμπλῆσαι τὴν Ἀττικήν, αὐτῷ δὲ εἰς φυγὴν καὶ ὄλεθρον τελευτῆσαι. *Et alia quoque de nuptiis Theſei memorantur, quae in ſcenam non venerunt. Etenim Anaxo quandam Troezeniam rapuiſſe fertur; Sinnideque, & Cercyone interfectis, vi ſtupraſſe eorum filias; duxiſſe etiam Periboeam Aiacis matrem; inde Phereboeam rurſus, Iopamque Iphiclis filiam. Praeterea ob AEgles amorem, Panopei filiae, Ariadnen neque recte, nec honeſte, derelictam criminantur. Ad haec omnia raptum Helenae bello Atticam impleviſſe; ipſi vero cum exilium, tum exitium adtuliſſe.* Athenaeus lib. XIII. Θησεὺς δέ, Ἑλένην ἁρπάσας, ἐξῆς καὶ Ἀριάδνην ἥρπασε. Γέρᾳ γῦν, ἐν τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ τῶν Ἀττικῶν, καταλέγων τὰς τοῦ Θησέως γενομένας γυναῖκας, φησὶ, τὰς μὲν αὐτῶν, ἐξ ἔρωτος γεγονῆσθαι. τάσδε δέ, ἐξ ἁρπαγῆς· ἄλλας δέ, ἐκ νομίμων γάμων. ἐξ ἁρπαγῆς μὲν, Ἑλένην, Ἀριάδνην, Ἱππολύτην, καὶ τὰς Κερκύονος καὶ Σινιδος θυγατέρας. νομίμως δὲ αὐτὸν γῆμαι Μελίβοιαν, ἢ Αἴαντος μητέρα. Ἡσίοδος δέ φησι, καὶ Ἵππην, καὶ Αἴγλην. δι' ἣν τὸς ὡρὰς Ἀριάδνην ὅρκους παρέξη, ὡς φησι Κέρκωψ· ὡρὸ δὲ τῆς Ἑλένης. καὶ ἐκ Τροίας ἥρπασεν Ἀναξώ· μετὰ δὲ τὴν Ἱππολύτην, Φαίδραν ἔσχεν. *Theſeus vero, Helenam quum rapuiſſet, inde Ariadnen rapuit. Iſter vero libro decimo quarto Rerum Atticarum, recenſens Theſei uxores, refert, quasdam earum, ex amore factas eſſe; quasdam raptu; alias, legitimis nuptiis. Ac ex raptu quidem, Helenam, Ariadnam, & Hippolytam, inſuper Cercyonis, & Sinidis filias. Legitimo vero matrimonio habuiſſe Meliboeam, Aiacis matrem. Auctor vero eſt Heſiodus, etiam Hippen, atque AEglen, cuius cauſa iusiurandum, quo ſe Ariadnae obſtrinxerat, violavit, ut ait Cercops:* (Pherecydes autem addit quoque Phereboeam) *ante Helenam, rapuit & Anaxo e Troia; ac poſt Hippolytem, Phaedram habuit.* Vbi Hippe nominatur, quae Iope eſt Plutarcho; quaeque illi Periboea Aiacis mater, Meliboea Athenaeo nominatur. Sed in fine mendum plane eſſe puto in iſtis verbis. Καὶ ἐκ Τροίας ἥρπασεν Ἀναξώ, *rapuit & Anaxo e Troia*; ſcribendumque uti in Plutarcho legimus, καὶ ἐκ Τροιζηνίας ἥρπασεν Ἀναξώ, *& ex agro Troezenio rapuit Anaxo.* Pauciores Euſtathius numerat ad Iliad. ω. Καὶ Θησεὺς δὲ πολλὰς (γυναῖκας ἔσχε·) τὰς μὲν, ἐξ ἔρωτος· ἅς δέ, ἐξ ἁρπαγῆς, φασι, καὶ νομίμων γάμων. ὡς Ἑλένην, Ἀριάδνην, Ἱππολύτην τὴν Ἀμαζόνα, Φαίδραν τὴν ἐκ Κρήτης. *Ac vero etiam Theſeus multas (uxores habuit;) has quidem, ex amore; illas autem, uti aiunt, ex raptu; ac legitimis nuptiis; ſicut Helenam, Ariadnam, Hippolytam Amazonem, & Phaedram e Creta.*

CAP. XXIII.

Socium multorum ſe certaminum praebet. Lapithis contra Centauros; Iaſoni, & Argonautis ad petendum aureum vellus; Meleagro contra aprum Calydonium. Vnde proverbia duo nata: Οὐκ ἄνευ Θησέως; *&,* Ἄλλος ἕτος Ἡρακλῆς; *quod poſtremum, titulus Varronis Satyrae Menippeae.*

INterfuit quoque Centaurorum atque Lapitharum pugnae; item cum Iaſone, & Argonautis ad petendum aureum vellus eſt profectus; ac cum Meleagro aprum Calydonium expugnavit. Vnde & proverbium natum: Οὐκ ἄνευ Θησέως. *Non ſine Theſeo.* Ipſe vero, quod nullius ope egeret, alteri proverbio dediſſe originem: Ἄλλος ἕτος Ἡρακλῆς. *Alter hic Hercules.* Plutarchus. Πολλῶν δὲ τότε τοῖς ἀρίστοις ἄθλων γενομένων, Ἡρόδωρος μὲν εὐδενὸς οἴεται τὸν Θησέα μετασχεῖν, ἀλλὰ μόνοις Λαπίθαις τῆς Κενταυρομαχίας. ἕτεροι δὲ, καὶ μετὰ Ἰάσονος ἐν Κόλχοις γενέσθαι, καὶ Μελεάγρῳ συνεξελεῖν τὸ κάπρον· καὶ διὰ τοῦτο παροιμίαν εἶναι τὴν, Οὐκ ἄνευ Θησέως. αὐτὸν μέντοι, μηδενὸς συμμάχου δεηθέντα, πολλοὺς καὶ καλοὺς ἄθλους κατεργάσασθαι· καὶ τὸν, Ἄλλος ἕτος Ἡρακλῆς, λόγον ἐπ' ἐκείνου κρατῆσαι. *Quum multa clariſſimi quique viri eo tempore certamina obirent, arbitratur Herodorus, nullius participem fuiſſe Theſeum, niſi pugnae Lapitharum cum Centauris. Alii volunt, etiam cum Iaſone fuiſſe in Colchis, & cum Meleagro aprum expugnaſſe; atque hinc proverbio dictum,* Non ſine Theſeo. *Ipſum vero nullius ope implorata multa, ac pulcra certamina decertaſſe; atque hinc obtinuiſſe, ut de eo diceretur, Alter hic Hercules.* Ac quod Lapithas quidem adtinet, proeliumque cum Centauris, ſic de eo, & Iſocrates in Helenae Encomio. Καὶ μετὰ ταῦτα Λαπίθαις σύμμαχος γενόμενος, καὶ στρατευσάμενος ἐπὶ Κενταύρους τοὺς διφυεῖς, οἳ καὶ τάχει, καὶ ῥώμῃ, καὶ τόλμῃ διενεγκόντες, τοὺς μὲν ἐπόρθησεν, τοῖσδε δὲ ἔμελλον, ταῖς δὲ ἡ-

Digitized by Google

δ' ἠπείλευν τ πόλεων, εὖτις μάχη ωκήσας, εὐθὺς μὲν αὐτῶν τὴν ὕβριν ἔπαυσεν, ὐ πολλῷ δ' ὕσερον τὸ γένος ἐξ ἀνθρώπων ἠφάνισε (a). *Ac deinde inita cum Lapithis societate, & suscepta expeditione contra Centauros bimembres, & celeritate, & viribus, & audacia praestantes, qui urbes alias vastabant, aliis imminebant, aliis minitabantur, proelio quum superasset, mox & eorum ferociam retudit, neque multo post genus omne prorsus delevit.* Vide describentem Ovidium Metamorph. XII. Quod Iasonis expeditioni sese comitem in Colchos dederit, non id quidem Orpheus dicit, aut Apollonius, aut Valerius Flaccus, qui Argonautica tradiderunt; sed Apollodorus eum inter Argonautas refert lib. I. De Meleagro, & apro item Calydonio sunt Ovidii isti versus Metamorph. lib. VIII.

Sparserat Argolicas nomen vaga fama per urbes
Theseos; & populi, quos dives Achaia cepit,
Huius opem magnis imploravere periclis.
Huius opem Calydon, quamvis Meleagron haberet,
Sollicita supplex petiit prece. Causa petendi
Sus erat, infestae famulus, vindexque Dianae.

De eodem, & proverbio, Οὐκ ἄνευ Θησέως. *Non sine Theseo*, sic Zenobius Cent. V. Proverb. XXXIII. Θησεὺς πολλοῖς ἀρισεῦσι συνηγωνίσατο. τῷ γὰρ Μελεάγρῳ συνήγρησε πρὸς τὴν τῦ Καλυδωνίυ κάπρυ θήραν. τῷ Πειρίθῳ συνεμάχησε κατὰ τ Κενταύρων· κ Ἡρακλεῖ πρὸς τὰς Ἀμαζόνας. ὅθαν ἓν θαυμασόν τι πραχθῆ ἐχ ὑπὸ μόνυ τινὸς, εἰώθαμεν λέγειν περὶ αὐτῶν, Οὐκ ἄνευ γε Θησέως. *Theseus multis fortibus viris opem tulit. Meleagro enim cum Calydonio apro certanti adfuit; item Pirithoo cum Centauris pugnanti; etiam Herculi adversus Amazonas. Itaque si admirandum quidpiam efficeretur, idque alterius auxilio, de his dictum: Non sine Theseo.* Quae totidem verbis apud Suidam, & Tarrhaeum. De sodalitate Herculis est insignis iste Aristidis locus ad Thebanos De societate Orat. I. Τί γὰρ ἐνδοξότερον τ Ἡρακλέυς κ Θησέως ἑταιρίας; ἢ τί μᾶλλον τοῖς Ἕλλησιν ἐν καιρῷ; οἵ σκευήν τε τὴν αὐτὴν ἐφόρησαν, κ ταυτὰ γνόντες, ἡμέρυν τὴν γῆν, καὶ ὅτε τοίνυν Ἡρακλεῖ φίλυ ἐδέησε, Θησεὺς αὐτὸν Ἀθήναζε ἀγαγὼν ἀνακτᾶται. *Quid enim Herculis, ac Thesei sodalitate celebrius? quid Graecis magis fuit opportunum? qui eodem habitu, iisdemque studiis terram pacatam reddebant. Atque quum Hercules amicum requireret, Theseus eum Athenas ductum refocillat.* Theon in Progymn. Τί γὰρ ἐνδοξότερον τ Θησέως κ τ τε Ἡρακλέυς φιλίας; ἢ τὶ τ κατορθωμάτων αὐτοῖς; ὐ γὰρ ταὐτὸν προελέσθαι, καὶ φρονῆσαι παραπλήσιον, κ συμπνεῦσαι πρὸς τὺς ἄθλυς; ὅτε δὲ ἀποσροφῆς ἐδέησεν αὖθις τῷ Ἡρακλεῖ, τίς ἀγαγὼν αὐτὸν Ἀθήναζε πρὸς τὴν χρέιαν ἤρκεσεν, ὐ Θησεύς; *Quid enim illustrius Herculis ac Thesei amicitia? aut quid praeclarius illorum facinori-*

(a) Theseus Centaurum prosternens, & inermis quidem, repraesentatur in antiquo vitro Musei Victoriani, quod quidem in Tabula nostra exhibemus.

bus? An non idem velle, atque sentire, & conspirare ad certamina obeunda? quum autem secedere aliquo opus haberet Hercules, quis ei Athenas abducto, necessaria suppeditavit, an non Theseus? Alterius proverbii, Ἄλλ@ οὗτ@ Ἡρακλῆς, *Alter hic Hercules*, meminit etiam Aristoteles Ethic. Eudem. lib. VII. cap. XII. Ὁ γὰρ φίλ@ βύλεται εἶναι, ὥσπερ ἡ παροιμία φησὶν, ἄλλ@ Ἡρακλῆς, ἄλλ@ ὗτ@. *Amicus enim esse cupit, ut est in proverbio, alter Hercules, alter hic.* Eius originem hunc in modum refert Photius in Excerptis Ptolemaei Hephaestionis Καινῆς ἱσορίας lib. V. Μενέδημ@ Ἠλεῖ@, Βυνέα υἱὸς, ὑπέδειξεν Ἡρακλεῖ περὶ τ καθάρσεως τῦ Αὐγαίυ κόπρυ, ὥσε ἀποσρέψαι τ ποταμόν. ὃν κ. συμμαχῆσαι Ἡρακλεῖ ἐν τῷ πρὸς Αὐγαίαν πολέμῳ φασί· καὶ ἀναιρεθέντα, ταφῆναι ἐν Λεπρέῳ, παρὰ πεύκην δένδρῳ· ἀγῶνα δὲ θεὶς ἐπ' αὐτῷ Ἡρακλῆς, ἐπάλαισε Θησεῖ. ἰσοπαλῦς δὲ τῦ ἀγῶν@ γνομένυ ἐῤῥήθη παρὰ τῶν θεατῶν περὶ τῦ Θησέως· ἄλλ@ ὗτ@ Ἡρακλῆς. *Menedemum Eleensem Buneae filium ferunt Herculi ostendisse rationem expurgandi Augeae stabuli, & eumdem Augeam quoque una cum Hercule oppugnasse; ac occisum, conditum esse in Lepreo, ad piceam arborem; Herculesque, instituto in honorem eius certamine, in illo cum Theseo est luctatus. Et quum aequis ab utroque viribus decertaretur, dictum est de Theseo a spectatoribus; Alter hic est Hercules.* Aliter Eustathius ad Iliad. lib. V. Παυσανίας δὲ ἱσορεῖ, ὅτι τὸ, Ἄλλ@ ὗτ@ Ἡρακλῆς, παροιμία ἐσὶν ἐπὶ Θησεῖ, ἢ ἐνὶ τ Ἰδαίων Δακτύλων· οἱ δὲ, ἐπὶ τῷ Αἰγυπτίῳ Ἡρακλεῖ. *Pausanias refert illud, Alter hic est Hercules, proverbio dici de Theseo, aut aliquo Idaeorum Dactylorum; vel ut quidam, de Hercule AEgyptio.* Variat item Suidas. Ἄλλ@ ὗτ@ Ἡρακλῆς. ἐπὶ τῶν βίᾳ τι πραττόντων παροιμιῶδες. Ἐπὶ Θησεῖ λεχθὲν τὸ πρῶτον, τῷ Ἰδαίων Δακτύλων Ἡρακλεῖ, ἢ τῷ τ Ἀλκμήνης. *Alter hic Hercules. Proverbiale, de iis, qui vi aliquid agunt. Primum de Theseo dictum, Idaeorum Dactylorum Hercule, seu de Alcmenae filio.* Alii rursum ad Titormum referebant; vide AElianum Var. Hist. lib. XII. cap. XXII. Ad Herculem Tyrium, ex Clearcho, Zenobius Cent. V. Proverb. XLVIII. Ac Varronis quaedam Satyra Menippea isto modo inscripta fuit. Macrobius Saturnal. lib. III. cap. XII. *Est sane ita Menippea Varronis adfirmat, quae inscribitur,* Ἄλλ@ ὗτ@ Ἡρακλῆς. *In qua, quum de Hercule multa loqueretur, eumdem esse ac Martem probavit.*

Digitized by Google

CAP. XXIV.

Adrasto suppetias fert contra Thebanos; Euripides contra Plutarchum defensus; ac sententiae conciliatae. Thebani, legatis spretis, bello victi; in quo Creon rex eorum interfectus. Argivorum cadavera, Thebanis erepta; pars Eleutheris, pars sepulta Eleusine; Theseo id in Adrasti gratiam praecipiente. Herculis etiam liberos tuetur; quamquam alii filio eius Demophonti illud tribuant; tum & ipsum quoque Herculem, misso cum exercitu Thriunte. De Thebarum, & Argorum eversione geminus Honorii error indicatus.

ADrasto quoque opem tulit in recuperandis a Thebanis mortuorum cadaveribus, qui in acie ceciderant; sive induciis constitutis, ut nonnulli sunt auctores; sive bello, & armorum vi, coactis. Plutarchus. Συνέπραξε δὲ καὶ Ἀδράστῳ τὴν ἀναίρεσιν τῶν ὑπὸ τῇ Καδμείᾳ πεσόντων· οὐκ, ὡς Εὐριπίδης ἐποίησεν ἐν Τραγῳδίᾳ, μάχῃ τοὺς Θηβαίων κρατήσας, ἀλλὰ πείσας, καὶ σπεισάμενος· οὕτω γὰρ οἱ πλεῖστοι λέγουσι. *Adiuvit etiam Adrastum ad recuperanda illorum corpora, qui sub Cadmea interfecti; non ut statuit in Tragoedia Euripides; victis proelio Thebanis, sed persuasis, & induciis constitutis; ita enim plurimi ferunt.* At Euripidis sententiam, quam Plutarchus falsi arguit, Auctores alii, iique gravissimi tuentur. Pausanias in Atticis. Κρέων γὰρ, ὃς ἐδυνάστευσε τότε ἐν Θήβαις, Λαοδάμαντα ἐπιτροπεύων τοῦ Ἐτεοκλέους, οὐ παρῆκε τοῖς προσήκουσιν ἀνελομένοις θάψαι· ἱκετεύσαντι δὲ Ἀδράστῳ Θησέα, καὶ μάχης Ἀθηναίων γενομένης πρὸς Βοιωτοὺς, Θησεὺς, ὡς ἐκράτησε τῇ μάχῃ, κομίσας ἐς τὴν Ἐλευσινίαν τοὺς νεκροὺς, ἐνταῦθα ἔθαψε. *Creon enim, qui tunc Thebis imperabat, ceu Laodamantis tutor Eteoclis filii, non sinebat corpora interfectorum, ut sepelirentur, tolli. Quumque Adrastus Theseum supplex opem poscceret, & Athenienses pugnam cum Boeotis iniissent, victor Theseus, deportata in terrum Eleusiniam corpora, illic sepeliri iussit.* Isocrates in Panegyrico. Οὐδὲ ψευσθέντας φαίνεται τῆς ἐλπίδων, δι' ἃς κατέφυγον ἐπὶ τοὺς προγόνους ἡμῶν. ἀνελόμενοι γὰρ τοὺς πόλεμον, ὑπὲρ μὲν τῶν τελευτησάντων, πρὸς Θηβαίους, ὑπὲρ ὧν τοὺς παίδων τοὺς Ἡρακλέους πρὸς Εὐρυσθέως δύναμιν, τοὺς μὲν ἐπιστρατεύσαντες ἠνάγκασαν ἀποδοῦναι θάψαι τοὺς νεκροὺς τοῖς προσήκουσι· Πελοποννησίους δὲ τοὺς μετ' Εὐρυσθέως εἰς τὴν χώραν ἡμῶν ἐσβαλόντας, ἐπεξελθόντες ἐνίκησαν μαχόμενοι, κἀκεῖνον τῆς ὕβρεως ἔπαυσαν. *Neque spe sua, qua freti ad maiores nostros confugerant, frustratos esse constat. Suscepto enim bello, defunctorum causa contra Thebanos; tum illos, admoto ad urbem exercitu, cadavera cognatis reddere ad sepulturam coegerunt; tum instructa acie Peloponnenses, qui cum Eurisheo in nostrum agrum impetum fecerant, obviam progressi proelio vicerunt, eiusque ferociam compescuerant.* Et in Helenae Encomio. Τῷ δὴ (Ἀδράστῳ ὁ Θησεὺς) τοὺς ὑπὸ τὴν Καδμείαν τελευτήσαντες, βίᾳ Θηβαίων, θάψαι παρέδωκε. *Adrasto vero Theseus eos, qui sub Cadmea ceciderunt, Thebanis per vim coactis, sepeliendos tradidit.* Bellum gestum hac de causa, & quo modo, tum Creontem regem Thebanorum caesum narrat Statius Theb. lib. XII. Et occisum heic Creontem meminit etiam Sidonius Carm. V.

Nec sic, heroum tardantem busta, Creontem
Atticus AEgides rupit Marathonide quercu.

Per legatos impetrasse dicit Isocrates in Panathenaico suo, contra quam in Helenae Encomio, & Panegyrico. Τίς γὰρ οὐκ οἶδεν, ἢ τίς οὐκ ἤκουσε τῶν Τραγῳδιδασκάλων ἐν Διονυσίοις τὰς Ἀδράστῳ γενομένας ἐν Θηβαίοις συμφορὰς; ὅτι, κατάγων βουληθεὶς τὸν Οἰδίποδα μὲν υἱὸν, αὐτὸς δὲ κηδεστὴν, πομπληθεὶς μὲν Ἀργείων ἀπώλεσεν, ἅπαντας καὶ τοὺς λοχαγοὺς ἐπέδει διαφθαρέντας· αὐτὸς δ' ἐπονειδίστως σωθείς. ἐπειδὴ σπονδῶν οὐχ οἷός τ' ἦν τυχεῖν, οὐδ' ἀνελέσθαι τοὺς τετελευτηκότας, ἱκέτης γενόμενος τῆς πόλεως, ἔτι Θησέως αὐτὴν διοικοῦντος, ἐδέετο μὴ παριδεῖν τοιούτους ἄνδρας ἀτάφους γενομένους, μηδὲ παλαιὸν ἔθος, καὶ πάτριον νόμον, καταλυόμενον, ᾧ πάντες ἄνθρωποι χρώμενοι διατελοῦσιν, οὐχ ὡς ὑπ' ἀνθρωπίνης κειμένου φύσεως, ἀλλ' ὡς ὑπὸ δαιμονίας προσταγμένου δυνάμεως. ὧν ἀκούσας, οὐδένα χρόνον ἐπισχὼν, ἔπεμψε πρεσβείαν εἰς Θήβας, περί τε τῆς ἀναιρέσεως συμβουλεύσοντας αὐτοῖς, ὁσιώτερον βουλεύσασθαι, καὶ τὴν ἀπόκρισιν νομιμωτέραν ποιήσασθαι τῆς πρότερον γεγενημένης. κἀκεῖνοι ὑποδέξαντες, ὡς ἡ πόλις αὐτοῖς οὐκ ἐπιτρέψει παραβαίνουσι τὸν νόμον τὸν κοινὸν ἁπάντων Ἑλλήνων. *Quis enim ignorat, aut Bacchanalibus e Tragicis auctoribus non audivit, quas Adrastus clades ad Thebas acceperit? Qui Oedipi filium, suum generum in regnum restituere conatus, maximas Argivorum copias amisit, & omnes centuriones vidit interemtos; ipse per dedecus servatus. Et, quia nec foedus impetrare, nec caesos adficere sepultura poterat, supplex urbi nostrae factus, Theseo adhuc eam gubernante, oravit, ne tales viros insepultos iacere, aut vetus institutum, & patrium legem, apud universos homines receptam, abrogari sineret, quae non mortali praedita ingenio, sed e divina potentia imperata videretur. Quibus ille auditis, nulla mora interposita, legatos Thebas misit, qui suaderent, ut & ae reddendis cadaveribus sanctius consilium inirent, & aequius responsum, quam ante darent; atque illud subindicarent, nostram urbem eis minime permissuram, ut communem omnium Graecorum legem violarent.* Sed dissidium sic compono. Initio Theseus per legatos rem conatus, verum frustra, mox ad arma se convertit, ac Thebanos victos compulit, ut cadavera occisorum sepulturae suae traderent. Atque ita clare Lysias in Oratione funebri. Ἀδράστῳ μὲν καὶ Πολυνείκους ἐπὶ Θήβας στρατευσάντων, καὶ ἡττηθέντων μάχῃ, ἐκ ἐώντων τὴν Καδμείων θάπτειν τοὺς νεκροὺς, Ἀθηναῖοι, ἡγησάμενοι ἐκείνους μὲν, εἴτε ἠδίκουν, ἀποθανόντας δίκην ἔχειν τὴν μεγίστην. τοὺς δὲ κάτω τὰ αὐτῶν μὴ κομίζεσθαι, ἱερῶν δὲ μιαινομένων τοὺς ἄνω θεοὺς ἀσεβεῖσθαι· τὸ μὲν πρῶτον πέμψαντες κήρυκας, ἐδέοντο αὐτῶν, δοῦναι τῶν νεκρῶν ἀναίρεσιν· νομίζοντες, ἀνδρῶν μὲν ἀγαθῶν εἶναι, ζῶντας τοὺς ἐχθροὺς τιμωρήσασθαι· ἀπισθέντων δὲ σφίσιν αὐτοῖς, ἐν τοῖς τῶν τεθνεώτων σώμασι τὴν εὐψυχίαν ἐπιδείκνυσθαι· οἱ δυνάμενοι δὲ τούτων τυχεῖν, ἐστράτευσαν ἐπ' αὐτοὺς, οὐδεμιᾶς διαφορᾶς πρότε-

τερον πρὸς Καδμείους ὑπαρχήσης, μηδὲ τοῖς ζῶσιν Ἀργείων χαριζόμενοι, ἀλλὰ τοὺς τεθνεῶτας ἐν τῷ πολέμῳ ἀξιοῦντες τῶν νομιζομένων τυγχάνειν πρὸς τοὺς ἑτέρους, ὑπὲρ ἀμφοτέρων ἐκινδύνευσαν. *Adrasto autem & Polynice Thebas oppugnantibus, ac proelio victis, Cadmeisque nolentibus, ut mortui sepelirentur, Athenienses, rati illos quidem, si quid deliquissent, iam mortuos summam delicti poenam persolvisse; inferos vero iura sibi debita non consequi, & neglectis sacris Deos superos violari; primum quidem, misso praecone, rogabant eos, ut mortui ad sepulturam tollerentur. Ac iudicabant, strenuorum quidem virorum esse, viventes inimicos ulcisci; sibi vero diffidentium, in mortuorum corporibus suam velle magnanimitatem ostendere. Quod quum impetrare haud possent, bellum in eos susceperunt, quum nec alia cum Cadmeis controversia intercederet, nec Argivorum vivis gratificari vellent; sed aequum iudicantes, ut in bello mortui legitima apud alios consequerentur, pro utriusque belli aleam tentaverunt.* Atque post victoriam istam reportata corpora interfectorum sepeliri Theseus iussit; militum gregariorum ad Eleutheras; ducum apud Eleusina. Plutarchus historiam istam prosequens. Ταφαὶ δ', τ' μὲν πολλῶν, ἐν Ἐλευθεραῖς δείκνυνται· τ' δὲ ἡγεμόνων, περὶ Ἐλευσῖνα· κ τοῦτο Θησέως Ἀδράστῳ χαρισαμένου. *Ac sepulcra, gregariorum quidem militum, Eleutheris; ducum iuxta Eleusinem ostenduntur; quum hoc quoque Adrasti gratiae Theseus daret.* Et de ducum sepultura ad Eleusinem ista quoque Lysiae verba capienda in eadem Oratione. Αὐτοὶ δὲ, λαβόντες τὰ ἆθλα, ἅπερ ἕνεκα ἀφίκοντο, τοὺς Ἀργείων νεκροὺς ἔθαψαν ἐν τῇ αὐτῶν Ἐλευσῖνι. *Atque illi, acceptis praemiis, quorum gratia venissent, Argivorum cadavera apud Eleusinem suam tumularunt.* Pausanias in citatis verbis. Ἱκετεύσαντος δὲ Ἀδράστου Θησέα, κ μάχης Ἀθηναίων γενομένης πρὸς Βοιωτοὺς, Θησεὺς, ὡς ἐκράτησε τῇ μάχῃ, κομίσας ἐς τ' Ἐλευσινίαν τοὺς νεκροὺς, ἐνταῦθα ἔθαψε. *Quumque Adrastus Theseum supplex opem poscceret, & Athenienses pugnam cum Boeotis iniissent, victor Theseus deportata in terram Eleusiniam corpora, illic sepeliri iussit.* Huc respexit, puto, Honorius in Chronico suo, ubi eum Thebas evertisse dicit, quamquam falso. *Illis (successit) Creon; post hunc Theseus Thebas destruxit.* Eodem modo Herculis quoque liberos defendendos suscepit. Vide Isocratem in Helenae Encomio, & Diodorum lib. IV. aliosque, rem eamdem memorantes. Alii tamen eius filio Demophonti illud tribuunt; ut in eius rebus doceo De Reg. Athen. lib. III. cap. IV. Quin & ipsi quoque Herculi Thriuntem misit, cum exercitu, suppetias laturum. Stephanus. Θριοῦς, πόλις πάλαι τῆς Ἀχαίας, νῦν δὲ τ' Ἠλείας, ὅμορος Πάτραις. ἀπὸ Θριοῦντος Ἀθηναίου, ὃν Θησεὺς ἔπεμψε μετὰ στρατιᾶς, συμμαχήσοντα Ἡρακλεῖ. *Thrius, urbs olim Achaiae, nunc Eleae, contermina Patris; a Thriunte Athenienfi, quem Theseus misit cum exercitu, Herculi opitulaturum.* Sine ullo Antiquorum testimonio est, quod in Chronico suo Honorius memoriae prodit, eum Argos destruxisse. *Theseus Argos destruxit, & sic regnum Argivorum defecit.*

CAP XXV.

Amicitiam cum Pirithoo contrahit; idque quomodo, atque qua occasione, tum quo loco. Et ab eo ad nuptias vocatus, Centauris se proterve gerentibus, Lapithis Pirithooque contra ipsos fert suppetias.

AMicitiam cum Pirithoo summam habuit; & haec quomodo contracta, quaque item occasione sic refertur a Plutarcho. Τὴν δὲ πρὸς Πειρίθουν φιλίαν τοῦτον τ' τρόπον αὐτῷ γενέσθαι λέγουσι· δόξαν εἶχεν ἐπὶ ῥώμῃ κ ἀνδρείᾳ μεγίστῳ. βουλόμενος οὖν ὁ Πειρίθους ἐξελέγξαι, κ λαβεῖν διάπειραν, ἠλάσατο βοῦς ἐκ Μαραθῶνος αὐτοῦ· καὶ πυθόμενος, διώκει μετὰ τῶν ὅπλων ἐκεῖνον, οὐκ ἔφυγεν, ἀλλ' ἀναστρέψας, ἀπήντησε. ὡς δὲ εἶδεν ἕτερος τ' ἕτερον, κ τὸ κάλλος ἐθαύμασε, κ τ' τόλμαν ἠγάσθη, μάχης μὲν ἔσχοντο. Πειρίθους δὲ, πρότερος τ' δεξιὰν προτείνας, ἐκέλευσεν αὐτὸν γενέσθαι δικασὴν τ' Θησέα τ' βουλασίας· ἐκὼν γὰρ ὑφέξειν, ἣν ἂν ὁρίσῃ δίκαιον ἐκεῖνος. Θησεὺς δὲ, κ τὴν δίκαιον ἀφῆκεν αὐτῷ, καὶ προὐκαλέσατο φίλον εἶναι, κ σύμμαχον. ἐποιήσαντο δὲ τὴν φιλίαν ἔνορκον. *Amicitiam autem cum Pirithoo hoc modo ipsi contractam ferunt: Fama virium, fortitudinisque erat sane maxima. Pirithous itaque quum periculum facere vellet, boves eius ex Marathone abegit; ac quum certior factus esset, illum insequi cum armis, nullo modo fugam cepit; sed conversus, obviam ivit; alterumque postquam alter conspexisset, speciem est admiratus, & obstupuit audaciam, pugna quidem abstinuere; sed porrecta prior dextera Pirithous, abigeatus sui arbitrum ipsum esse Theseum iussit; ultro enim se quas ille definisset subiturum poenas. Theseus vero & mulctam ei condonavit, & ad amicitiam, ac societatem invitavit. Sanxere autem amicitiam iuramento.* Ictum autem istud mutuae amicitiae inter hunc utrumque foedus non longe a Serapidis fano. Pausanias in Atticis. Τῷ δὲ ἱερῷ τοῦ Σαράπιδος ὑ πόῤῥω, χωρίον ἐστὶν, ἔνθα Πειρίθουν κ Θησέα συνθεμένους ἐς Λακεδαίμονα, καὶ ὕστερον ἐς Θεσπρωτοὺς, καλῆναι λέγουσι. *Non procul a Serapidis fano locus est, ubi foedere inter se inito Pirithous, ac Theseus in Lacedaemonem, ac deinde in Thesprotos profecti esse memorantur.* Meminit eiusdem loci, quamquam nulla templi Serapidis mentione Sophocles Oed. Col.

Ἕζη κελεύθων ἐν πολυχίτῳ μιᾷ,
Κοίλῃ πέλας κρατῆρος, ἔ τὰ Θησέως
Πειρίθου τε κεῖται πίς' ἀεὶ ξυνθήματα.
Stetit in via multifida quadam,
Iuxta cavum craterem; ubi Thesei,
Pirithoique condita fida semper foedera.

Itaque admodum celebrata apud Veteres ea amicitia fuit. Dion Chrysost. Crat. LXXIV. Τί οὖν; φησίν· οὐκ ἤδη τινὲς ἐγένοντο φίλοι τ' πρότερον; οἷον πῶς ἂν λέγοιμι τοὺς ἡμιθέους θρυλλουμένους τούτους, Ὀρέστου καὶ Πυλάδου, καὶ Θησέα, κ Πειρίθουν; κ Ἀχιλλέα, κ Πάτροκλον; *Quid igitur? inquit; num amici iam nonnulli ex antiquis*

tiquis exſtiterunt? nempe illi ſemidei omnibus celebrati, Oreſtes, & Pylades; Theſeus, & Pirithous; Achilles, & Patroclus? Bion in Fragmento, quod exſtat apud Stobaeum Serm. LXI.

Ὄλβιοι οἱ φιλέοντες, ἐπὴν ἴσον ἀντεράωνται·
Ὄλβιος ἦν Θησεὺς τῷ Περιθόῳ παρέοντι,
Εἰ μὴ ἀμειλίκτοιο κατήλυθεν εἰς Ἄϊδαο.

Felices amantes, ſiquidem ſe mutuo aequaliter amant;
Felix erat Theſeus Pirithoo praeſente,
Quamvis ad implacabilem deſcenderet Orcum.

Ac reſpexit Ovidius Triſt. lib. I. eleg. III.

Quoſque ego dilexi fraterno more ſodales;
O mihi Theſea pectora iuncta fide.

Meminere paſſim alii. Inde quum Deidamiam uxorem duceret Pirithous, Theſeum ad nuptias ſuas invitavit; in quibus oborta pugna inter Lapithas, & Centauros, ipſe pro Pirithoo, & Lapithis contra Centauros pugnavit. Plutarchus. Ἐκ δὲ τούτου γαμῶν ὁ Πειρίθους Δηϊδάμειαν, ἐδεήθη τοῦ Θησέως ἐλθεῖν, καὶ τὴν χώραν ἱσορῆσαι, καὶ συγχωρέσθαι τοῖς Λαπίθαις. ἐτύγχανε δὲ καὶ τοὺς Κενταύρους κεκληκὼς πρὸς τὸ δεῖπνον. ὡς δὲ ἡσέλγαινον ὕβρει, καὶ μεθύοντες ἐκ ἀπέχοντο τῶν γυναικῶν, ἐτράποντο πρὸς ἅμυναν οἱ Λαπίθαι, καὶ τοὺς μὲν ἔκτειναν αὐτῶν, τοὺς δὲ, πολέμῳ κρατήσαντες, ὕστερον ἐξέβαλον ἐκ τῆς χώρας, τοῦ Θησέως αὐτοῖς συμμαχομένου, καὶ συμπολεμοῦντος. *Inde Pirithous, uxorem ducens Deidamiam, Theſeum rogavit, ut veniret, luſtraretque regionem, & cum Lapithis verſaretur. Vocaverat autem etiam Centauros ad coenam. Qui ut poſtea in proterviam provoluti, etiam ebrii mulieribus nullo modo abſtinebant, verſi ad uitionem Lapithae, alios horum obtruncarunt, alios vero, bello victos, regione exegerunt, ſocio Theſeo, & ſuppetias ferente.* Diodorus Siculus lib. IV. Καλέσαντος (τοῦ Πειρίθου) εἰς τοὺς γάμους τόν τε Θησέα, καὶ τοὺς Κενταύρους, φασὶ, μεθυσθέντας ἐπιβαλέσθαι ταῖς κεκλημέναις γυναιξὶ, καὶ βίᾳ μίσγεσθαι· διὰ δὴ τὴν παρανομίαν τόν τε Θησέα καὶ τοὺς Λαπίθας παροξυνθέντας, ἐκ ὀλίγους μὲν ἀνελεῖν, τοὺς δὲ λοιποὺς ἐκβαλεῖν τῆς πόλεως. *Quum autem vocaſſet (Pirithous) ad nuptias Theſeum, & Centauros, aiunt, eos ebrios feminas, quae una invitatae erant, invaſiſſe, atque per vim conſtupraſſe; Theſeum vero, Lapithasque contumelia irritatos, multos ex bis occidiſſe, ceteroſque e civitate expuliſſe.* Vide quae iam ante dixi cap. XXIII.

CAP. XXVI.

Helenam a Pirithoo perſuadente impulſus rapit. Ea de re variae Veterum ſententiae. Raptam Aphidnis deponit. Qua aetate Helena quum raperetur fuerit; ac de ea Veteres quoque variaſſe indicatum. Quidam dicunt, non depoſuiſſe eam Aphidnis, ſed retinuiſſe ſecum, ac duxiſſe in uxorem, & ſacellum Veneri Sponſae dedicaſſe, filiamque Iphigeniam ex eadem ſuſcepiſſe.

PIrithous, Deidamia, ſive, ut alii eam vocant, Hippodamia, uxore mortua, ad Theſeum ſe Athenas confert, viduum tunc morte Phaedrae, & ad Helenam rapiendam eum impellit; ac quum eam rapuiſſet, indignatis graviter Athenienſibus, eam Aphidnis deponit; & cuſtodem AEthram addit matrem ſuam, optimoſque amicorum ceterorum. Diodorus lib. IV. Περίθους ὁ Ἰξίωνος, ἀποθανούσης αὐτῷ τῆς γυναικὸς Ἱπποδαμείας, παρῆλθεν εἰς τὰς Ἀθήνας πρὸς Θησέα. καταλαβὼν δὲ τετελευτηκυῖαν τὴν γυναῖκα τοῦ Θησέως Φαίδραν, ἔπεισεν αὐτὸν ἁρπάσαι τὴν Λήδας καὶ Διὸς Ἑλένην, δεκαετῆ μὲν τὴν ἡλικίαν ἔχουσαν, εὐπρεπείᾳ δὲ πασῶν διαφέρουσαν. παραγενόμενοι δ' εἰς Λακεδαίμονα μετὰ πλειόνων, καὶ καιρὸν εὔθετον λαβόντες, ἥρπασαν τὴν Ἑλένην κοινῇ, καὶ ἀπήγαγον εἰς τὰς Ἀθήνας, ἔπειτα πρὸς ἀλλήλους ὁμολογίας ἔθεντο διακληρώσασθαι, καὶ τὴν μὲν λαχόντα γῆμαι τὴν Ἑλένην. τόνδε δ' ἕτερον συμπράξαι περὶ ἑτέρας γυναικὸς, ὑπομένοντα πάντα κίνδυνον. περὶ δὲ τούτων ὀμόντες ἀλλήλοις ὅρκους, ἔλαχον, καὶ συνέβη τῷ κλήρῳ λαχεῖν Θησέα. αὐτὸς μὲν οὖν κύριος κατέσχε τὴν παρθένον τρόπον τοῦτον. τὴν δ' ὕστερον Ἀθηναίων ἀγανακτούντων ἐπὶ τῷ γεγονότι, φοβηθεὶς ὁ Θησεὺς, ὑπεξέθετο τὴν Ἑλένην εἰς Ἀφιδναν, μίαν τῶν Ἀττικῶν πόλεων, παρακατέσησε δ' αὐτῇ τὴν μητέρα Αἴθραν, καὶ τῶν ἄλλων φίλων τοὺς ἀρίστους, φύλακας τῆς παρθένου. *Pirithous Ixionis filius, poſt Hippodamiae uxoris obitum, Athenas ſe contulit ad Theſeum. Quem Phaedra nuper exſtincta, viduum offendens, hortatu ſuo impulit, ut Helenam, Iove ac Leda natam, quae tum forte decimum aetatis annum agebat, & omnes ubique feminas venuſtate ſuperabat, raperet. Lacedaemonem itaque cum aliqua comitum manu profecti, tempuſque opportunum nacti, Helenam communem ſibi praedam rapiunt, & Athenas abducunt. Tum inter ſe convenere, ut ſortem mitterent; ac cui illa obtigiſſet, is & duceret, & in nova alteri item acquirenda operam daret, nec periculum qualecumque ſuſtinere recuſaret. Hiſque iureiurando confirmatis, ſortem iecerunt, Theſeus vero ſortem Helenam conſequitur, virginemque hunc in modum in poteſtatem ſuam accipit. Quod iniquo animo Athenienſes poſtquam ferrent, veritus Theſeus eorum offenſam, Aphidnae, quae erat una ex urbibus Atticae, Helenam depoſuit; ac cuſtodem adiunxit AEthram matrem ſuam, alioſque amicorum praeſtantiſſimos.* Verum in hiſtoria iſta variatum ab Antiquis. Ecce tibi in hanc rem Plutarchi verba. Ἦν δὲ πεντήκοντα ἔτη γεγονὼς, ὡς φησιν Ἑλλάνικος, ἥρπαξε τὰ περὶ τὴν Ἑλένην, ἃ καθ' ὥραν, ὅθεν, ὡς δὴ μέγιστον ἐπανορθώμασι τοῦτο τῶν ἐγκλημάτων, ἔνιοι λέγουσιν, οὐκ αὐτὸν ἁρπάσαι τὴν Ἑλένην, ἀλλὰ Ἴδα καὶ Λυγγέως ἁρπασάντων, παρακαταθήκην λαβόντα τηρεῖν, καὶ μὴ προΐεσθαι τοῖς Διοσκούροις ἀπαιτοῦσιν. ἢ νὴ Δία Τυνδάρεω παραδόντος αὐτῷ, φοβηθέντος Ἐνάσφορον τὸν Ἱπποκόωντος. ἔτι νήπιαν οὖσαν βιαζόμενον τὴν Ἑλένην λαβεῖν. τὰ δὲ εἰκότα, καὶ πλείους ἔχοντα μάρτυρας, τοιαῦτά ἐστιν. ἦλθον μὲν εἰς Σπάρτην ἀμφότεροι, καὶ τὴν κόρην ἐν ἱερῷ Ἀρτέμιδος Ὀρθίας χορεύουσιν ἁρπάσαντες, ἔφυγον. τῶν δὲ πεμφθέντων ἐπὶ τὴν δίωξιν, οὐ πορρωτέρω Τεγέας ἑπακολουθησάντων, ἐν ἀδείᾳ γιγόμενοι, καὶ διελθόντες τὴν Πελοπόννησον, ἐποιήσαντο συνθήκας, τὸν μὲν λαχόντα κλήρῳ τὴν Ἑλένην ἔχειν γυναῖκα, συμπράττειν δὲ θατέρῳ γάμον ἄλλον. ἐπὶ ταύταις δὲ κληρωμένων ταῖς ὁμολογίαις, ἔλαχε Θησεὺς, καὶ παραλαβὼν τὴν παρθένον, ἔπει γάμων ὥραν ἔχουσαν,

Digitized by Google

ἐς Ἀφίδνας ἐκόμισε· καὶ τὴν μητέρα καταςήσας μεθ' αὐτῆς, Ἀφίδνῳ παρέδωκεν ὄντι φίλῳ, διακελευσάμενος φυλάττειν, καὶ λανθάνειν τοὺς ἄλλους. *Annos iam natus, ut Hellanicus refert, quinquaginta Helenam rapuit, nondum maturam. Vnde etiam nonnulli, tamquam criminum illud maximum correcturi dicunt; ipsum Helenam non rapuisse, sed depositam ab Ida Lynceoque, qui rapuerant, adservasse, nec Dioscuris repetentibus reddidisse. Immo vero ipsum ei illam Tyndarum tradidisse, cum Enasphorum metueret filium Hippocoontis, qui per vim eripere parvulam cupiebat. At, quae vero propiora, pluribusque nixa testibus, hunc in modum sese habent. Ambo Spartam petierunt, ac saltantem in Dianae Orthiae fano puellam abripuerunt, atque inde aufugerunt. Ac quum qui ad persequendos missi erant, ultra Tegeam non procederent, ac in tutum pervenissent, & Peloponnesum transgressi pacti sunt, ut cui sors obtigisset, is uxorem Helenam haberet, alterique ad alias nuptias acquirendas praesto esset. Istis legibus missa sorte, illa Theseo obvenit, isque virginem, necdum nubilem, adsumtam Aphidnas deportavit; ac adiuncta illi matre, Aphidno tradidit viro amico eam adservare iubens, & clam alios habere.* De eius raptu narrat in hunc modum Isocrates in Encomio eiusdem. Καὶ πρῶτον μὲν Θησεὺς, ὁ λεγόμενος μὲν Αἰγέως, γνήσιος δ' ἐκ Ποσειδῶνος, ἰδὼν αὐτὴν, ὅπως μὲν ἀκμάζουσαν, εἰδὼς δ' ὅτι τῶν ἄλλων διαφέρουσαν, τοσοῦτον ἡτιήθη τοῦ κάλλους, κρατεῖν τῶν ἄλλων ἐπιζητῶν, ὥστ' ὑπαρχούσης αὐτῷ καὶ πατρίδος μεγίστης, καὶ βασιλείας ἐσφαλεςάτης, ἡγησάμενος, οὐκ ἄξιον εἶναι ζῆν ἐπὶ τοῖς παροῦσιν ἀγαθοῖς, ἄνευ τῆς πρὸς ἐκείνην οἰκειότητος, ἐπειδὴ παρὰ τῶν κυρίων οὐχ οἷός τ' ἦν λαβεῖν αὐτὴν, ἀλλ' ἀνέμενον τήν τε τῆς παιδὸς ἡλικίαν, καὶ τὸ χρηςήριον τὸ παρὰ Πυθίας, ὑπεριδὼν τὴν ἀρχὴν τὴν Τυνδάρεω, καὶ καταφρονήσας τῆς ῥώμης τῆς Κάστορος καὶ Πολυδεύκους, καὶ πάντων τῶν ἐν Λακεδαίμονι δεινῶν ὀλιγωρήσας, βίᾳ λαβὼν αὐτὴν, εἰς Ἀφιδναν τῆς Ἀττικῆς ἐκόμισε. *Ac primum Theseus, qui AEgei quidem dicebatur, sed Neptuni erat filius, visa ea, quum matura necdum esset, forma vero emineret, usque adeo pulcritudine eius est devictus, is qui alios superare consuevisset, ut, quum patriam haberet amplissimam, & regnum tutissimum in illis ipsis bonis, absque huius consuetudine, vita se indignum esse existimaret. Sed quia eorum voluntate, quorum in potestate erat, eam consequi non poterat, quum illi & aetatem puellae, & Pithiae oraculum exspectarent, despecto Tyndari regno, & Castoris Polluciſque viribus, & periculis omnibus, quae a Lacedaemoniis impendebant, neglectis, vi raptam, Aphidnae Atticae deportavit.* Theon in Progymn. Ἔδει μὲν τῷ Θησεῖ τὴν Ἑλένην γνέσθαι δι' ἁρπαγῆς, ἐπεί γε πείθων οὐκ εἶχε λαβεῖν. ἦν δὲ ὁ κίνδυνος ἐ μικρός. τοῦτο μὲν ἐκ τῶν πατρὸς, τοῦτο δὲ ἐκ τῶν ἀδελφῶν, καὶ τῶν ἄλλων τῶν ἐν Λακεδαίμονι. ἀλλ' ὅμως ἐτόλμα Θησεύς. οὐκ ἀπελείπετο δὲ Πείρίθους, τὴν χάριν πρὸ τῶν φόβων τιθέμενος. *Rapienda erat Helena Theseo, quia persuadendo obtinere non poterat. Erat vero periculum haud exiguum, partim a patre, partim a fratribus, aliisque Lacedaemoniis. Sed nihilominus facinus illud ausus Theseus; nec deseruit ipsum Pirithous, gratiam ante metum ponens.* Raptam autem Aphidnis deposuit. Vides in Plutarchi verbis, Diodori, & Isocratis quae citavi; meminitque Lucianus item in Somnio. Θησεὺς (τὴν Ἑλένην) πρῶτον ἁρπάσας, ἐν Ἀφίδναις εἶχε. *Theseus quum (Helenam) primum rapuisset, Aphidnis eam habuit.* Vide rursum in Charidemo. Meminerunt etiam Herodotus lib. IX. Pausanias in Atticis, Corinthiacis, & Laconicis; Strabo lib. IX. Erat vero Helena quum raperetur, septem annorum, ut quidam volunt. Isaacius Tzetzes ad Lycophronem. Ἑπταετῆ ταύτην (τὴν Ἑλένην) Θησεὺς πρῶτον ἁρπάσας, μετὰ τὸ τεχεῖν ἐξ αὐτῆς Ἰφιγένειαν, ἀφῃρέθη αὐτήν. *Theseus quum primum illam (Helenam) septennem rapuisset, suscepta ex ea Iphigenia eam amisit.* Decennem fuisse tradit Diodorus Siculus in citatis ante verbis. Ἔπεισεν αὐτὸν ἁρπάσαι τὴν Λήδας καὶ Διὸς Ἑλένην, δεκαετῆ μὲν τὴν ἡλικίαν ἔχουσαν, εὐπρεπείᾳ δὲ πασῶν διαφέρουσαν. *Persuasit, ut Helenam, Ledae ac Iovis filiam raperet, tunc quidem annos decem natam, verum forma alias omnes excellentem.* Simpliciter nuptiis immaturam dicit Isocrates, & Plutarchus; quorum verba iam citavi; & eodem quoque modo Lucianus in Iudicio Deorum de ea loquens. Οὕτω δή τι περιστῶδας, καὶ ὥσε πόλεμον ἀμφ' αὐτῇ γενέσθαι, τῷ Θησέως ἄωρον ἔτι ἁρπάσαντος. *Adeo ab omnibus summo studio expetita, ut & bellum ipsius causa susceptum fuerit, quum Theseus adhuc immaturam rapuisset.* Libanius Declam. 11. Θησέως μὲν αὐτὴν τολμήσαντος λαβεῖν, νέαν ἔτι κομιδῇ, καὶ βουλομένου γαμετὴν ποιήσασθαι. *Adeo eam rapere Theseo, admodum adhuc adolescentulam, & uxorem sibi facere cupiente.* Quidam tradunt, non deposuisse Aphidnis, sed duxisse eam uxorem, & Iphigeniam filiam ex eadem suscepisse. Quod uxorem eam duxerit testis nobis est Pausanias, qui & refert, Veneris tunc Sponsae sacellum dedicasse, iuxta petram, sub qua pater AEgeus ensem calceosque occultaverat. Ecce verba in Corinthiacis. Καὶ πέτρα, Θησέως ὀνομαζομένη, μεταβαλοῦσα καὶ αὐτὴ τὸ ὄνομα, ἀνελομένου Θησέως ὑπ' αὐτῇ κρηπῖδας τὰς Αἰγέως, καὶ ξίφος. πρότερον δέ, βωμὸς ἐκαλεῖτο Σθενίου Διός. Τῆς δὲ πέτρας πλησίον, Ἀφροδίτης ἐστὶν ἱερὸν Νύμφης, ποιήσαντος Θησέως, ἡνίκα ἔσχε γαμετὴν Ἑλένην. *Saxum vero Thesei nominatum, quod ipsum etiam nomen mutavit, quia crepidas AEgei, & ensem, sub ipso abditum, sustulerit Theseus; antea autem, ara Iovis Sthenii adpellabatur. Prope saxum, Veneris Sponsae sacellum est a Theseo structum, quum Helenam uxorem duxisset.* Quin ex ea filiam quoque Iphigeniam suscepisse memoratur. Vide in citatis statim Isaacii Tzetzae verbis. Et Pausanias in iisdem Corinthiacis. Καὶ ἐπὶ τῷδε Εὐφορίων Χαλκιδεὺς, καὶ Πλευρώνιος Ἀλέξανδρος, ἔπη ποιήσαντες, πρότερον ἢ ἔτι Στησίχορος ὁ Ἱμεραῖος, κατὰ ταυτά φασιν Ἀργείοις Θησέως εἶναι (ἐκ τῆς Ἑλένης) θυγατέρα Ἰφιγένειαν. *Quare & Euphorion Chalcidensis, & Alexander Pleuronius, & ante eos Stesichorus Himeraeus, idem, quod Argivi celebrant, versibus suis prodiderunt, Iphigeniam Theseo (ex Helena) genitam.* Etymologici Auctor Thesai

sei & Helenae filiam Iphin facit. Vide eum in Ἴφις.

CAP. XXVII.

Cum Pirithoo ad inferos descendit ad Proserpinam rapiendam. Ea historia fabulosa, & origo indicata. Ad inferos profecti quinam apud Veteres dicti. Hesiodi Poema, de descensu isto Thesei. De supplicio utriusque, variae Veterum sententiae, Thesei e saxo surgere cupientis, nates illi adhaesere; unde & detritas deinde habere nates Athenienses vulgo dicti. Quam diu Theseus apud inferos fuerit. Eiusque rursum e terra prodeuntis pictura in porticu Varia, Chrysippi, Pelopis filii, raptus.

VT in Helena consequenda socium se Theseo Pirithous dederat, sic Pirithoo Theseus quoque operam suam, iureiurando obstrictus, sed eventu perquam infausto navavit. Audi narrantem Plutarchum. Αὐτὸς ὁ (ὁ Θησεὺς) Πιρίθῳ τὴν ὑπεργίαν ἀποδιδοὺς, εἰς Ἅιδου συναπεδήμησεν. ἐπὶ τὴν Ἀϊδονέως θυγατέρα τοῦ Μολοσσῶν βασιλέως· ὃς τῇ γυναικὶ Περσεφόνῃ ὄνομα θέμενος, Κέρβερον ἐκέλευε τούτῳ διαμάχεσθαι τοὺς μνωμένους τὴν παῖδα, καὶ λαβεῖν τὴν κριθησομένην. ἦλθε μέν τοι περὶ τὸν Πιρίθουν, οὐ μνηστῆρας ἥκων, ἀλλ' ἁρπασομένους συνθανούμενος, συνέλαβε, καὶ τὸν μὲν Πιρίθουν εὐθὺς ἠφάνισε διὰ τοῦ κυνὸς, τὸν δὲ Θησέα καθείρξας ἐφύλαττεν. *Ipse vero (Theseus) ad praestandum Pirithoo officium suum, cum eo profectus est in Epirum ad Plutonis Molossorum regis filium rapiendam; qui uxori quidem Proserpinae nomen dederat; filiae, Curae; cani, Cerberi; ac cum hoc pugnare iussit puellae procos, eam victori pollicitus. Verum quum Pirithoum non proceptum venisse, sed raptum intellexisset, corripuit eos, & Pirithoum quidem illico per canem occidit, Theseum vero vinctum adservavit.* Dissuadebat quidem Theseus id Pirithoo vehementer, sed invalido consilio maluit se in periculum praesentissimum comitem dare, quam obstrictam iuramento fidem fallere. Diodorus lib. IV. Πιρίθου δὲ κρίναντος μνηστεῦσαι Περσεφόνην, καὶ παρακαλοῦντος συναποδημῆσαι, τὸ μὲν πρῶτον ὁ Θησεὺς μετέτρεπεν αὐτὸν, ἀποτρέπων τῆς πράξεως, διὰ τὴν ἀσέβειαν. τοῦ δὲ Πιρίθου βιαζομένου, συναναγκάσθη διὰ τοὺς ὅρκους ὁ Θησεὺς μεταχεῖν τῆς πράξεως. καὶ πέρας καταβάντων αὐτῶν εἰς τοὺς καθ' ᾅδου τόπους, συνέβη διὰ τὴν ἀσέβειαν ἀμφοτέρους ἁλῶναι. καὶ Θησέα μὲν ὕστερον, διὰ τὴν Ἡρακλέους χάριν, ἀπολυθῆναι. Πιρίθουν δὲ, διὰ τὴν ἀσέβειαν, ἐν ᾅδου διατελεῖν τιμωρίας αἰωνίου τυγχάνοντα· ἔνιοι δὲ τῶν μυθογράφων φασὶ, μὴ τυχεῖν ἀμφοτέρους τοῦ νόστου. *Pirithous vero, quum deinde decrevisset Proserpinam ambire, & ad hanc profectionem Theseum comitem deposceret, dissuadebat is initio, hominemque ab incoepto, quod nefarium ac impium esset, avertebat. Sed instante vehementius Pirithoo, religione iuramenti coactus, in societatem hanc consensit. Plutonis ergo regiam ingressi, ob impietatem ambo in vincula coniiciuntur; sed Theseus postea, in Herculis gratiam, est solutus; Pirithous vero, apud inferos detentus, sempiternas impietatis poenas luit. Quamquam neutrum hinc reversum, hi, qui fabulas scripsere, sint auctores.* Isocrates Encomio Helenae. Καὶ τοσαύτην χάριν ἔχε Πιρίθῳ, τῷ μελαγχόλῳ τὴν ἁρπαγὴν, ὥστε, βουληθέντι αὐτὸν μνηστεῦσαι Κόρην τὴν Διὸς καὶ Δήμητρος, καὶ παρακαλοῦντι αὐτὸν ἐπὶ τὴν ᾅδου καταβάσιν, ἐπιδὴ συμβουλεύων οὐχ οἷός τ' ἦν ἀποτρέπειν, προδήλως τὴν συμφορᾶς ἔσης, ὅμως αὐτῷ συνηκολούθησε· νομίζων, ὀφειλὴν εἶναι τὸν ἕρανον, μηδενὸς προεῖναι τὴν ὑπὸ Πιρίθου προσταττομένων, ἀνθ' ὧν ἐκεῖνος αὐτῷ συνεκινδύνευσεν. *Ac tantam Pirithoo, qui se ipsi raptus socium praebuerat, gratiam habuit, ut quum is Proserpinam ambire vellet, Iovis Cereriſque filiam, eumque rogaret, uti secum ad inferos descenderet, quum haudquaquam consulendam avertere posset, etsi manifesta calamitate, tamen comitem se dederit; arbitratus, hanc mercedem eius se debere meritis, neque quidquam, quod Pirithous praecepisset, detrectandum, ob periculi, in quod secum ipse sese coniecisset, societatem.* Et Theon in Progymn. Βουληθεὶς γὰρ (ὁ Πιρίθους) μνηστεύσασθαι τὴν Κόρην τὴν Διὸς καὶ Δήμητρος, ἐκέλευσε τῷ μὲν Θησεῖ συνακολουθήσαι. ὁ δὲ, τὰ μὲν πρῶτα καλέχαι ἐπειρᾶτο, πρόδηλον εἶναι λέγων τὴν συμφοράν. ἐπεὶ δὲ πέρα λέγων οὐκ ἴσχυε, κοινωνὸς τὸν κινδύνων. εἰδὼς μὲν, ἃ πείσεται· παθεῖν δὲ μᾶλλον αἱρούμενος ἢ λυπῆσαι τὸν φίλον. *Quum enim (Pirithous) nuptias Proserpinae, Iovis & Cereris filiae, ambire vellet, iussit Theseum se sequi. Ille vero, initio reprimere eum conabatur, evidentem esse calamitatem dicens; sed dicendo quum non posset persuadere, periculi se socium aedit; haud ignarus, quae passurus ipse esset; verum pati potius voluit, quam amicum contristare.* Vide etiam Ioannem Tzetzen Chil. II. cap. LI. & Scholiasten Apollonii lib. I. De Thesei hoc ad inferos descensu est Propertii iste locus lib. II. eleg. I.

Theseus infernis, superis testatur Achilles;
Hic Ixioniden, ille Menoetiaden.

Item iste Ovidii Trist. lib. I. eleg. IV.

Thesea Pirithous non tam sensisset amicum,
Si non infernas vivus adisset aquas.

Et mox eleg. VII.

Quod pius ad manes Theseus comes iret amico,
Tartareum dicunt indoluisse Deum.

Meminit quoque Origenes contra Celsum lib. II. & Freculphus Tom. I. lib. II. cap. XII. Plato, & merito fabulosam hanc historiae partem censet De Rep. lib. III. Μὴ τοίνυν, ἦν δ' ἐγὼ, μηδὲ τάδε πειθώμεθα, μηδ' ἐῶμεν λέγειν, ὡς Θησεὺς, Ποσειδῶνος υἱὸς, Πιρίθους τε Διὸς, ὥρμησαν οὕτως ἐπὶ δεινὰς ἁρπαγὰς, μηδέ τιν' ἄλλον θεοῦ παῖδά τε καὶ ἥρω τολμῆσαι ἂν δεινὰ καὶ ἀσεβῆ ἐργάσασθαι, οἷα νῦν καταψεύδονται αὐτῶν. *Ne igitur, inquam ego, aut persuadeamur, aut dicere quemquam permittamus, filium Neptuni Theseum, ac Pirithoum item Iovis ad rapinas adeo turpes prorusse; neque aliquem filium alterius Dei, aut heroem, foeda adeo, atque impia facere ausum, qualia nunc falso de his memorantur.* Valerius Maximus lib. IV. cap. VII. *Loquatur nunc Graecia Theseum, nefandis Pirithoi amoribus subscribentem, Ditis se patris regnis commisisse. Vani est istud narrare, stulti credere.* Caulam cur com-

commentum existimet ponit Strabo lib. I. Καὶ Θησέα δ', καὶ Πειρίθων, μακρὰς εἰκὸς ἐξι στρατείας ὑπομένοντας, καταλιπεῖν δόξαν περὶ ἑαυτῶν, ὡς εἰς ἅιδου καταβάντας. *Theseum quoque, & Pirithoum probabile est, propterea quod longinquas expeditiones susceperint, hanc de se opinionem in animis hominum reliquisse, quod ad inferos descenderint.* Et huc pertinet, quod Veteres, eos, qui peregrinationem longam instituissent, ad inferos descendisse dicerent. Artemidorus Onirocritic. lib. II. cap. LX. Οἱ παλαιοὶ τὸν μακρὰν ἀποδημίαν ἀποδημήσαντας, εἰς ἅιδου πορεύεσθαι ἔλεγον, *Veteres eos, qui longinquam peregrinationem suscepissent, ad inferos proficisci dicebant.* Ac sane, expeditionem esse institutam ab utroque in Thesprotidem, & pugnasse infeliciter, tradit etiam Pausanias in Atticis. Ἐς δὲ τελευτὴν ἦ Θησέως, πολλὰ ἤδη, καὶ οὐχ ὁμολογοῦντα, εἴρηται. δεδέσθαι γὰρ αὐτὸν λέγουσιν ἐς τόδε, ἕως ὑφ' Ἡρακλέους ἀναχθείη. πιθανώτατα δὲ, ὧν ἤκουσα, Θησεὺς ἐς Θεσπρωτοὺς ἐμβαλὼν, τοῦ βασιλέως τῶν Θεσπρωτῶν γυναῖκα ἁρπάσων, τὸ πολὺ τῆ στρατιᾶς οὕτως ἀπόλλυσι, καὶ αὐτός τε καὶ Πειρίθους (Πειρίθους γὰρ καὶ τὸν γάμου σπεύδων ἐστράτευεν) ἥλωσαν· καὶ σφᾶς ὁ Θεσπρωτὸς δήσας, εἶχεν ἐν Κιχύρῳ. *De Thesei autem morte multa eaque discrepantia memorantur. Aiunt enim eum vinctum tam diu fuisse, dum ab Hercule liberaretur. Sed similiora vero, quae audivi, Theseum in Thesprotidem, ut uxorem regis raperet, cum Pirithoo venisse, & exercitus magnam partem amisisse, ipsumque & Pirithoum (qui cupiditate nuptiarum impulsus arma ceperat) captos esse, atque vinctos a Thesproto, in Cichyro custoditos.* In hanc rem Poema quoddam antiquum erat, quod Hesiodo attributum a Pausania memoratur in Boeoticis. Εἰ δὲ καὶ ἑτέρα κεχορισμένη τῆ προτέρας, ὡς πολύν τινα ἐπῶν ὁ Ἡσίοδος ἀριθμὸν ποιήσαι· ἐς γυναῖκάς τε ἀδόμενα, καὶ ἃς μεγάλας ἐπονομάζουσιν Ἠοίας, καὶ Θεογονίαν τε, καὶ ἐς τὴν μάντιν Μελάμποδα, καὶ ὡς Θησεὺς ἐς τὸν ἅιδου ὅμου Πειρίθῳ καταβαίη. *Diversa est ab hac eorum sententia, qui multa alia versuum volumina Hesiodo adscribunt; ea videlicet, quae in mulieres decantata sunt, & quas magnas Eoeas nominant, Deorumque gentilitatem, ac in Melampodem vatem carmen, & Thesei cum Pirithoo ad inferos descensum.* Sed in poena utrique inflicta, etiam Auctores variant; & Pirithoum interfectum, devorante eum Cerbero, Theseum in vinclis habitum, quidam tradunt; alii postquam in saxo quodam consedissent, ambos adfixos haesisse, neque surgere potuisse; donec Theseum tandem Hercules liberaret. De Pirithoo interfecto, vincto Theseo, sunt Plutarchi ista verba quae citavi. Ioannes Tzetzes Chil. II. cap. LI.

Καταχεθέντων δὲ αὐτῶν, Πειρίθους μὲν ἐβρώθη
Τῷ τρικερβέρῳ τῷ κυνὶ, Θησεὺς δ' εἱρκτῇ κρατεῖται.
Comprehensis autem ipsis, Pirithous quidem devoratus est
A Cerbero cane tricipiti, Theseus vero in carcere detinetur.

Vtrumque vinctum, tam Pirithoum, quem occisum alii dicunt, quam Theseum, refert Diodorus Siculus in citatis ante verbis. Καὶ πέρας καταβάντων αὐτῶν εἰς τὸν καθ' ἅιδου τόπους, συνέβη διὰ τὴν ἀσέβειαν ἀμφοτέρους δεθῆναι. *Plutonis ergo regiam ingressi, ob impietatem ambo in vincula coniiciuntur.* Ac de Pirithoo clare etiam Horatius lib. III. Carminum Ode IV.

——— *amatorem trecentae*
Pirithoum cohibent catenae.

Vbi Interpres eius vetus: *Pirithous conatus Proserpinam rapere, catenis dicitur innodatus.* Et lib. IV. Ode VII.

Nec Lethaea valet Theseus abrumpere caro
Vincula Pirithoo.

Theseum vinctum etiam Apollonius dicit Argonaut. lib. I.

Θησέα δ', ὡς περὶ πάντας Ἐρεχθείδας ἐκέκαστο,
Ταιναρίῃ ἀΐδηλον ὑπὸ χθόνα δεσμὸς ἔρυκε,
Πειρίθῳ ἑσπόμενον. ———
Theseum vero, qui supra omnes Erechthidas clarus erat,
Taenariam latens sub terram vinculum cohibuit,
Pirithoum comitantem. ———

Alii dicunt in saxo eos consedisse, neque surgere deinde umquam potuisse. Scholiastes Apollonii lib. I. Ὁ μὲν Θησεὺς, τὴν Ἑλένης ἐραθεὶς, ἔσχε συμπράτορα αὐτῷ τὸν Πειρίθουν· ὁ Πειρίθους τὴν Περσεφόνην ἁρπάσαι βουληθεὶς, ἀναγκαίως εἶχε τὸν Θησέα ἑπόμενον· καὶ δὴ, διὰ Ταινάρου εἰς ἅιδου καταλθόντες, καὶ ἐπί τινος πέτρας καθέζοντες, αὖθις ἀναστῆναι οὐ δεδύνηνται. *Theseus quidem, Helenae amore captus, Pirithoum adiutorem habuit; Pirithous vero quum Proserpinam rapere vellet, necessario Theseum quoque comitem habuit. Ac sane, quum per Taenarum ad inferos descendissent, & in saxo illic quodam consedissent, surgere non potuerunt.* Et huc pertinet illa utriusque pictura, quam Pausanias in Apollinis Delphici templo exstitisse nobis auctor est in Phocicis. Καθωτέρω δὲ τοῦ Ὀδυσσέως, ἐπὶ θρόνου καθεζόμενοι, Θησεὺς μὲν, τὰ ξίφη, τό τε Πειρίθου, καὶ τὸ ἑαυτοῦ, ταῖς χερσὶν ἀμφοτέραις ἔχει, ὁ δὲ ἐς τὰ ξίφη βλέπων, ἐστὶν ὁ Πειρίθους· εἰκάσαις ἂν ἀχθεσθῆ τοῖς ξίφεσιν αὐτὸν, ὡς ἀχρείοις, καὶ ὄφελος σφίσιν ἐγκεκλημένοις ἐς τὰ τολμήματα. *Infra Vlyssem in soliis sedent, Theseus, Pirithoi ensem, & suum ipsius, manibus ambabus stringens, ac Pirithous gladios respiciens. Animadvertas eum indignari, quod ad facinus capessendum gladii illi nulli sibi usui essent.* Quidam vero tradidere, non fuisse illos in hoc saxo vinctos, verum saxum, quasi corpori agnatum, ei instar vinculorum adhaesisse. Pausanias libro citato. Πανύασις δὲ ἐποίησεν, ὡς Θησεὺς, καὶ Πειρίθους, ἐπὶ θρόνων παράκοινον κῆμα, ἐπὶ κατὰ δεσμώτας, προσφυὲς δὲ ἀπὸ τοῦ χιτῶνος ἀντὶ δεσμῶν ζφίσιν ἔφη τὴν πέτραν. *Panyasis vero auctor est, Theseum, ac Pirithoum, in his soliis eam formam praetulisse, non quasi vincti illic essent, verum quasi corpori agnatum saxum pro vinculis ei adhaesisset.* Atque huc est referendum, quod deinde postquam Theseus, Hercule eum liberante, surgere vellet, partem natium, saxo illi adhaerentem amisisse memoratur; qua ex re Athenienses quoque deinceps Ἀπόγλουτοι, quasi *Detritas nates habentes* adpellati. Lucilius Tharraeus in

Col-

Digitized by Google

Collect. Proverb. Ἀπόγλουτος ὑπάρχεις. ἀντὶ τοῦ, ναυτικός, ἀπόγλουτοι δὲ κυρίως ἐκαλοῦντο οἱ Ἀθηναῖοι, ἕνεκα τοῦ ἐν τῷ κωπηλατεῖν συνεχῶς καθέδρας. οἱ δὲ, διὰ τὸ, Θησέα μετὰ Πειρίθου καταβάντα εἰς ᾅδου, καὶ πρός τινα πέτραν ὑπὸ Περσεφόνης ἐπικαθιζόντα, σὺν τῷ Πειρίθῳ, Ἡρακλέους ἐπὶ τὸν Κέρβερον κατελθόντος, παρὰ τοῦ θεοῦ τε αὐτὸν ἐξαιτουμένου, καὶ τῆς πέτρας ἀποστῶντος, ἐγκαταλειφθῆναι τὸ προσηνωμένον αὐτῇ τῶν γλουτῶν μέρος· διὸ καὶ, εἰς τιμὴν ἐκείνου, καὶ τοὺς λοιποὺς Ἀθηναίους οὕτως ἐπονομάζεσθαι. *Detritas habes nates; pro Nauticus es. Nam tales proprie dicebantur Athenienſes, ob continuam in remigando ſeſsionem. Alii hinc dictum volunt; quod quum Theſeus cum Pirithoo ad inferos deſcendiſſet, & a Proſerpina in ſaxo quodam collocatus ad ſedendum cum Pirithoo fuiſſet, Hercule ad Cerberum deſcendente, ipſumque a Dea expetente, atque a ſaxo abſtrahente, partem natium, quae ei adheſiſſet, reliquiſſet. Qua de cauſa item, in illius honorem, ceteri quoque Athenienſes eo nomine adpellati.* Quae totidem verbis tranſcripſit Apoſtolius Cent. III. Proverb. LXXXI. Et inde ludens Ariſtophanes in Equitibus, Athenienſes Γλουτόλιστα πυγίδια, *Detritos cluniculos* adpellat:

Πολλοῖς γ' ὑπολίστοις πυγιδίοισιν ἐχαρίσω.

Multis detritis cluniculis gratum feceris.

Scholiaſtes. Γλουτόλιστοις. οἱ γὰρ Ἀθηναῖοι πάντες λεπτοὶ ἐτύγχανον τὰ ὀπίσθια, ἀπὸ Θησέως. κοινῶς γὰρ τοὺς Ἀθηναίους λιποπύγας φασί· καὶ πλάττονται τὸν περὶ Θησέως μῦθον· ὅτι, ἑλκόμενος ὑπὸ Ἡρακλέους, κατέλιπεν ἐπὶ τῆς πέτρας τὴν πυγήν. *Detritis. Quia Athenienſes omnes partes poſteriores exiles habebant, uſque a Theſeo. Ac fingunt fabulam de Theſeo; quod is, quum ab Hercule abſtraheretur, nates in ſaxo reliquerit.* De relicta natium parte, ſunt & iſta Servii verba AEneid. VI. *Fertur (Theſeus) ab Hercule liberatus eſse; quo tempore eum ita abſtraxit, ut illic corporis eius relinqueret partem.* Sed quam diu apud inferos Theſeus fuit? quidam in perpetuum detentum illic retulerunt. In his Virgilius AEneid. VI.

——— *ſedet, aeternumque ſedebit*
Infelix Theſeus. ———

Quem locum reſpexit Tertullianus (a) in Carmine ad Senatorem:

Denique, ſi ſedeas, requies eſt magna laboris;
Si multum ſedeas, labor eſt; Maro namque poeta
Pro poena poſuit; ſedet, aeternumque ſedebit
Infelix Theſeus. ———

Diodorus lib. IV. Καὶ Θησέα μὲν ὕστερον (συνέβη) διὰ τὸν Ἡρακλέους χάριν, ἀπολυθῆναι· Πειρίθων δὲ, διὰ τὴν ἀσέβειαν, ἐν ᾅδου διατελεῖν, τιμωρίας αἰωνίας τυγχάνοντα. ἔνιοι δὲ τῶν μυθογράφων φασὶ, μὴ τυχεῖν ἀμφοτέρους τοῦ νόσου. *Ac Theſeum quidem (contigit) poſtea, in Herculis gratiam, dimitti; Pirithous vero, ob impietatem ſuam, apud inferos detentus, ſempiternas poenas luit. Quamquam quidam fabularum ſcriptores tradant, neutrum inde rediiſſe.* Verum Theſeum rediiſſe, ab Hercule liberatum, eſt certiſſimum. Manſiſſe vero apud inferos quadriennium, docet unus Senecae locus in Hippolyto, ubi Poeta ipſum Theſeum ſic loquentem introducit:

Tandem profugi noctis aeternae plagam,
Vaſtoque manes carcere umbrantem polum.
Vt vix cupitum ſuſtulerunt oculi diem!
Iam quarta Eleuſis dona Triptolemi ſecat,
Paremque toties Libra compoſuit diem;
Ambiguus ut me ſortis ignotae labor;
Detinuit inter mortis, & vitae mala.

Eiuſque redeuntis e terra exſcenſus, Athenis in porticu Varia pictus ſpectabatur. Pauſanias in Atticis, ubi de ea porticu agit. Ἐνταῦθα καὶ Μαραθὼν γεγραμμένος ἐστὶν ἥρως, ἀφ' οὗ τὸ πεδίον ὠνόμασται· καὶ Θησεὺς, ἀνιόντι ἐκ γῆς ἐοικώς. *Hic & Marathon heros pictus, a quo campus nominatus; item Theſeus, aſcendenti e terra ſimilis.* Porro, uti Helenam rapuit, ac Proſerpinam rapere voluit; ſic Chryſippum Pelopis filium itidem rapuiſſe fertur. Hyginus Mitholog. cap. CCLXXI. *Chryſippus, Pelopis filius, quem Theſeus ludis rapuit.* Atque huius quidem rapti, quamquam ſine mentione ulla Theſei, plures quoque meminerunt; Arnobius lib. IV. contra Gent. Clemens in Protreptico, Firmicus De Err. Prof. Relig.

CAP. XXVIII.

Dum tenetur apud inferos, Meneſtheus res novas molitur; & Tyndaridis, ſive ipſius hortatu, ſive ſponte, Helenam ſororem ſuam repetentibus opera navata iis Helenaque reſtituta rex creatur. Capitur quoque mater AEthra, & abducitur Lacedaemonem; unde mox cum Helena eam abducit Paris. Scholiaſtae Homeri error. Cum Helena autem uſque ad captam urbem Troiam commorata, nepotibus ſuis obviam facta, Demophonti, & Acamanti, agnatiſque, ab iisdem Athenas reducitur. Eius, atque Demophontis, Delphis in Apollinis templo pictura. Acamantis ex Laodice filium ibidem educat; eaque in re diſſidium Plutarchi offenſum.

INterim autem dum apud inferos detinetur, abſentiae occaſione Meneſtheus uſus, res moliri novas coepit. Plutarchus. Ἐν δὲ χρόνῳ τούτῳ Μενεσθεὺς ὁ Πετέως, τοῦ Ὀρνέως, τοῦ Ἐρεχθέως, πρῶτος, ὡς φασιν, ἀνθρώπων ἐπιθέμενος τῷ δημαγωγεῖν, καὶ πρὸς χάριν ὄχλῳ διαλέγεσθαι, τούς τε δυνατοὺς συνίζησε, καὶ παρώξυνε, πάλαι βαρυνομένους τὴν Θησέα, καὶ νομίζοντας, ἀρχὴν καὶ βασιλείαν ἀφῃρημένον ἑκάστου τὰ κατὰ δῆμον εὐπατριδῶν, εἰς ἓν ἄστυ συνείρξαντα πάντας, ὑπηκόοις χρῆσθαι, καὶ δούλοις. τούς τε πολλοὺς διετάραξε, καὶ διέβαλλεν, ὡς ὄναρ ἐλευθερίας ὁρῶντας, ἔργῳ δὲ ἀπεσερημένους πατρίδων καὶ ἱερῶν, ὅπως ἀντὶ πολλῶν καὶ ἀγαθῶν καὶ γνησίων βασιλέων πρὸς ἕνα δεσπότην, καὶ ἔπηλυν, καὶ ξένον, ἀποβλέπωσι. *Interea Meneſtheus Petei filius, Ornei nepos, Erechthei pronepos, primus, ut aiunt, inter homines auram popularem captare adgreſsus, ac blandiri multitudini, potentiores concitavit, & exaſperavit, iam pridem pertaeſos Theſei, & exiſtimantes ipſum principatu, atque regno, ſingulis per populos nobilitate eminentibus, erepto, & concluſis unam in urbem univerſis,*

pro

(a) Opus ὑποβολιμαῖον.

Digitized by Google

pro ſubiectis uti, ac ſervis. Vulgus vero incitavit, & ſuggillavit, tamquam ſomnium tantum libertatis cerneret, at re ipſa patria ſacriſque exutum, pro legitimis, atque bonis regibus multis, unum dominum reſpicere, advenam, & peregrinum. Accedebat, quòd Tyndaridae Helenam ſororem repeterent; & nonnulli, hos ab ipſo concitatos, ſunt auctores. Plutarchus. Ταῦτα δὲ αὐτῦ πραγματευομένου, μεγάλην ῥοπὴν ὁ πόλεμ@ τῷ νεωτερισμῷ προσέθηκε τῶν Τυνδαριδῶν ἐπελθόντων. οἱ δὲ καὶ ὅλως φασὶν ὑπὸ τύτου πεφθέντας ἐπελθεῖν. *Haec illo moliente, magnum ad novandas res momentum adtulit bellum exortum, quod Tyndaridae, regionem invadentes, inferebant. Neque deſunt, qui adſirmant, hos ab ipſo concitatos bellum moviſſe.* Eo bello Aphidnis captis ubi occultatam eſſe Helenam acceperant, indicante Arademo, ut Plutarchus nobis refert, ſive Decelo, ac prodente eas Titaco, ut Herodotus lib. IX. ſuaſit populo Meneſtheus, ut Tyndaridas reciperent, ſoli Theſeo infenſos, iniuriae auctori. Plutarchus. Ἐχομένων δ' ὧν ἡ Ἀφιδνῶν, καὶ τ' ἐν ἄσει δεδιότων, ἔπεισε τὸν δῆμον ὁ Μενεσθεὺς δέχεσθαι τὴ πόλει, καὶ φιλοφρονεῖσθαι τὰς Τυνδαρίδας, ὡς μόνῳ Θησεῖ βίας ὑπάρξαντι πολεμοῦντας, τ' ἄλλων εὐεργέτας ὄντας ἀνθρώπων καὶ σωτῆρας. *Occupatis Aphidnis, & Athenienſibus ſibi metuentibus, ſuaſit populo Meneſtheus, ut benigne in urbem ſuam Tyndaridas reciperent, ut qui ſoli iniuriae auctori Theſeo arma inferrent, aliis autem bene facerent, atque item conſervarent.* Atque id quum perſuaſiſſet, hi recepti intra urbem eum regem loco Theſei ſtatuerunt. Pauſanias in Atticis. Τότε ἔχομένυ Θησέως, στρατεύυσιν ἐς Ἀφιδναν οἱ Τυνδάρεω παῖδες. καὶ τὴν τε Ἀφιδναν αἱροῦσι, καὶ Μενεσθέα ἐπὶ βασιλείᾳ κατήγαγον. *Quum tunc Theſeus detineretur, Tyndari filii arma in Aphidnam capiunt, eamque expugnant, & Meneſtheum in regno collocant.* Hinc recuperata in hunc modum Helena, captam AEthram Theſei matrem, ſecum abducentes, abeunt. Diodorus lib. IV. Καθ' ὃν δὴ χρόνον λέγυσι τὰς ἀδελφὰς τ' Ἑλένης, στρατεύσαντας ἐπὶ τ' Ἀφιδναν, καὶ τ' πόλιν ἑλόντας, ταύτῃ μὲν κατασκάψαι, τήνδ' Ἑλένην ἀπαγαγεῖν εἰς Λακεδαίμονα, παρθένον ὖσαν, καὶ μετὰ ταύτης δέλλω τ' μητέρα Θησέως Αἴθραν. *Inter id tempus aiunt fratres Helenae, bello Aphidnam adgreſſos, captam urbem diruiſſe, Helenamque adhuc virginem abduxiſſe, & cum ea ſervam AEthram Theſei matrem.* Apollodorus lib. III. Πολυδεύκης δὲ καὶ Κάστωρ, εἰς Ἀθήνας ἐπιστρατεύσαντες, ἐν ἄδυ Θησέως ὄντ@, αἱροῦσι τ' πόλιν, καὶ τ' Ἑλένην λαμβάνυσι, καὶ τὴν Θησέως μητέρα Αἴθραν ἄγουσιν αἰχμάλωτον. *Pollux vero, & Caſtor, comparato in Athenas exercitu, cum apud inferos eſſet Theſeus, urbem capiunt, & Helenam recipiunt, Theſeique matrem AEthram captivam abducunt.* Scholiaſtes Apollonii lib. I. Ἐπεστράτευσαν δ κατὰ Τροιζῆν@ οἱ Διόσκυροι διὰ τ' ἀδελφὴν, Θησέως ὄντ@ ἐν ἄδυ, καὶ πορθήσαντες, ἔλαβον αἰχμάλωτον Αἴθραν, τ' Θησέως μητέρα. *Exercitum duxerunt in Troezenem Dioſcuri ob ſororem, Theſeo apud inferos degente, atque ea direpta, captivam abduxere AEthram, Theſei matrem.* Videndus quoque Iſaacius Tzetzes in Lycophronem. Poſteaque Paris eam Helenam rapiens, Troiam itidem abduxit. Hyginus Mytholog. cap. XCII. *Alexander, Veneris impulſu, Helenam a Lacedaemone ab hoſpite Menelao Troiam abduxit, eamque in coniugio habuit, cum ancillis duabus, AEthra, & Thiſadie; quas Caſtor, & Pollux captivas ei adſignarant.* Plutarchus. Αἴθραν δὲ, τ' Θησέως μητέρα, χθομένλω αἰχμάλωτον, ἀπαχθῆναι λέγυσιν εἰς Λακεδαίμονα, κἀκεῖθεν εἰς Τροίαν μετὰ Ἑλένης. καὶ μαρτυρεῖν Ὅμηρον, ἑπεσθαι τῇ Ἑλένῃ Φάιλλον Αἴθρᾳ, Πιτθέως θυγατρὶ, Κλυμένλω τε βοῶπιν. *AEthram vero Theſei matrem, captivam factam, Lacedaemonem abductam ferunt, atque hinc cum Helena Troiam. Ac teſtari id Homerum, inquientem, Helenam ſequutam eſſe AEthram, Pittbei filiam, & venuſtis oculis praeditam Clymenem.* Et Homeri quidem locus, quem deſignat, exſtat iſte Iliad. γ'. ubi ſic de Helena ſcribit:

Οὐκ οἴη· ἅμα τῇ γε καὶ ἀμφίπολοι δύ' ἕποντο.
Αἴθρη. Πιτθέως θυγάτηρ, Κλυμένη τε βοῶπις.
Non ſola; nam duae eam ancillae ſequebantur,
AEthra, Pittbei filia, & venuſtis oculis Clymena.

Vbi errat Scholiaſtes, qui non recte aliam, hanc a Theſei matre, AEthram putat. Ἑτέρα τ Θησέως μητρός ἐστιν αὕτη ἡ Αἴθρα. αἰσχρὸν γὰρ ὑπάρχει, θεραπαίνης τρόπῳ ἀκολυθᾶν τῇ Ἑλένῃ τ Αἴθραν, ἐκυρὰν νομισθᾶσαν. *Alia a Theſei matre eſt haec AEthra. Siquidem turpe eſt, AEthram veluti ancillam ſequi Helenam, eius ſocrum exiſtimatam.* Itaque poſtea capta Troia, filiis Theſei, nepotibus ſuis, Demophoonti, & Acamanti, obviam facta, tandem agnita ab iisdem, & in patriam reducta eſt. Narrat id Quintus Smyrnaeus lib. XIII. ubi de occurſu eius ita canit:

Καὶ τότε Δημοφόωντι, μενεπτολέμῳ τ' Ἀκάμαντι,
Θησῆ@ μεγάλοιο δι' ἄσε@ ἤντετο μητήρ.
Et tunc Demophoonti, bellacique Acamanti,
Magni Theſei mater in urbe occurrebat.

Et mox de captivitate ita refert:

Ὡς φάτο· οἳ δ' ἀίοντες ἓῦ μνήσαντο τοκῆ@,
Ἀμφ' Ἑλένης ὅσ' ἔρεξε, καὶ ὡς διέπερσαν Ἀφίδνας
Κῦροι ἐριγδούπαο Διὸς πάρ@· ὀπωότ' ἄρ' αὐτὺς
Γ'σμίνης ἀπάνευθεν ἀπεκρύψαντο τιθῆναι
Νηπιάχυς ἔτ' ἐόντας ἀναμνήσαντο δ' ἀγαυῆς
Αἴθρης, ὅσσ' ἐμόγησε δορυκλήτῳ ὑπ' ἀνάγκῃ·
Ἄμφω ὁμῶς ἑκύρη τε καὶ ἀμφίπολ@ γεγονυῖα
Ἀντιθέης Ἑλένης. ——
Sic ait; illi autem audientes recordati ſunt parentis ſui,
Quae feciſſet propter Helenam, & ut Aphidnas populati eſſent
Olim Iovis Tonantis filii; cum ipſos
Procul a pugna abdidiſſent nutrices
Adhuc parvulos; meminerunt & illuſtris
AEthrae, quanta perpeſſa eſſet ſub captivitate iugo;
Vtraque facta ſocrus ſimul & ancilla
Divinae Helenae. ——

Huc pertinet, quod Delphis in templo Apollinis pictura quaedam fuerit, in qua expreſſa erat AEthra, ad cutem uſque tonſa, & Demophoon, meditabundus, quonam modo

do eam liberare posset. Pausanias in Phocicis. Ἐφεξῆς ὑ τῇ Ἑλένῃ, μήτηρ γε ἡ Θησέως, ἐν χρῷ κεκαρμένη· ϗ παίδων ϯ Θησέως Δημοφῶν ἐςι, φροντίζων, ὅσα γε ἀπὸ τῦ χήματ@, εἰ ἀνασώσαθαί οἱ τὴν Αἴθραν ἐνέσαι. *Post Helenam, est mater Thesei, ad cutem tonsa; & e Thesei filiis Demophon meditans, ut quidem est ex figura colligere, an liberare AEthram possit.* Munitum quoque pronepotem, Acamantis autem filium ex Laodice, Priami filia, clam nutrivit; ac deinde, capta Troia, secum in Graeciam abduxit. Lycophron breviter innuit:

Η' ζῶσ' ἐς ᾅδλω ἵξεται καταιβάτις,
Θρήνοισιν ἐντακεῖσα, Μυνίτυ τοκάς.
Veniet, ad inferos viva descendens,
Lamentis tabefacta, Muniti mater.

Vbi Isaacius Tzetzes. Ἐραθεῖσα ὑ Λαοδίκη, ἡ τῦ Πριάμυ θυγάτηρ, Ἀκάμαντ@, ἐμίγη αὐτῷ, καὶ ἔτεκεν υἱὸν, Μένιτον κληθέντα. Φοβυμένη δὲ, δέδωκε βρέφ@ Αἴθρᾳ, τῇ τῦ Θησέως μητρὶ, ἤτοι τῇ μάμμῃ τῦ Ἀκάμαντ@, ἀνατρέφειν αὐτό. συνῆν γὰρ τῇ Ἑλένῃ ἐν τῇ Τροίᾳ ἐξ Ἀθηνῶν, ἁρπαγεῖσα παρὰ ϯ Διοσκόρων. *Laodice vero Priami filia, Acamantis amore capta, cum eo rem habuit, filiumque, Munitum dictum, est enixa. Metuens vero educandum puerum dedit AEthrae, matri Thesei, aviaeque Acamantis; siquidem tunc Troiae AEthra una cum Helena morabatur, Athenis abrepta a Dioscuris.* Parthenius amorem Laodices erga Acamantem narrans Erotic. cap. XVI. Χρόνυ ὑ πρoϊόντ@, γίνεται τῷ Ἀκάμανλι υἱὸς Μένιτ@· ὃν ὑπ' Αἴθρας τραφέντα, μετὰ Τροίας ἅλωσιν διεκόμισεν ἐπ' οἶκον. *Progressu autem temporis, nascitur Acamanti filius Munitus; quem ab AEthra educatum, post excidium Troiae, domum transtulit.* Plutarchus ait, hanc historiam a quibusdam velut fabulosam argui; Munychumque item adpellat, qui ab aliis Munitus dicitur; tum Demophoontis item filium, non Acamantis eum facit. Οἱ ὑ διαβάλλυσι ϗ τὴν περὶ Μυνύχυ μυθολογίαν, ὃν ἐκ Δημοφοῶν@ Λαοδίκης κρύφα τεκύσης ἐν Ἰλίῳ συνεκθρέψαι ϯ Αἴθραν λέγυσιν. *Nonnulli autem etiam ut fabulosum traducunt, quod de Munycho memoratur; quem aiunt, Ilii ex coitu clandestino natum Laodicae ex Demophoonte, ab AEthra educatum esse.*

CAP. XXIX.

Tandem, exacto quadriennio, Athenas redit, ab Hercule liberatus; cui gratitudinis ergo templa sua, praeter quatuor, cuncta dedicat. Sed remp. quum capessere iterum vellet, per seditionem prohibitus, Menestheo populum concitante, devotis prius Athenienssibus in loco, qui Ἀρατήριον dictus, urbe excedit. Etymologici Auctor correctus. Filios ad Elephenorem mittit; sive illi iam se antea subduxerant. A quibusdam ostracismo electus dicitur, cuius ipse primus auctor. Causae plures indicatae. Regnum quam diu tenuerit.

ITaque sic quadriennium, ut ostendi apud inferos commoratus, tandem Herculis beneficio liberatus, Athenas redit. Plutarchus. Ἀϊδωνέως ὑ τῦ Μολοσσῦ ξενίζοντ@ Ἡρακλέα, καὶ ϯ περὶ ϯ Θησέα ϗ Πιρίθυν κατὰ τύχλω μνησθέντ@, ἅ τε πράξοντες ἦλθον, ϗ ἃ φοραθέντες ἔπαθον, βαρέως ἤνεγκεν ὁ Ἡρακλῆς, τῦ μὲν ἀπολωλότ@ ἀδόξως, τῦ ὑ ἀπολλυμένυ. καὶ περὶ Πιρίθυ μὲν, ὅθεν ὡρέτο ποιήσων πλέον, ἐγκαλῶν, ϯ δὲ Θησέα παρηγέτο. ϗ χάριν ἠξίυ ταύτλω αὐτῷ δοθῆναι. *Quum vero Aidoneus Molossus Herculem hospitio excepisset, ac Piritboi, Theseique mentionem forte fecisset, narrans quae facturi venerint, ac quam deprehensi poenam passi essent. Hercules inique tulit, alterum periisse inglorie, alterum etiam perire. Ac de Piritboo, eum accusans, nihil amplius sibi faciendum statuit; verum Theseum concedi postulavit, atque hanc sibi gratiam fieri.* Diodorus lib. IV. Καὶ Θησέα μὲν, ὕϛερον (συνέβη) διὰ ϯ Ἡρακλέυς χάριν ἀπολυθῆναι. *Ac Theseum quidem, postea (contigit) in Herculis gratiam liberari.* Et Theseus ipse, eum adloquens apud Euripidem in Hercule Furente salutis suae auctorem fatetur istis verbis:

Κἀγὼ χάριν σοι ϯ ἐμῆς σωτηρίας
Τήνδ' ἀντιδόσω. ———
Et ego tibi gratiam pro mea salute
Hanc referam. ———

Et Athenas sic reversus, Herculi, gratitudinis ergo, templa omnia, ante sibi dedicata, solis quatuor exceptis, consecravit. Plutarchus. Συγχωρήσαντ@ ὑ Αἰδωνέως, λυθεὶς ὁ Θησεὺς, ἐπανῆλθε μὲν εἰς τὰς Ἀθήνας, ὠδέπω παντάπασι ϯ φίλων αὐτῦ κεκρατημένων. ϗ ὅσα ὑπῆρχεν ἰσμένη πρότερον αὐτῷ ϯ πόλεως ἐξελύσης, ἅπαντα καθιέρωσεν Ἡρακλεῖ, ϗ προσηγόρευσεν, ἀνὶ Θησείων, Ἡράκλεια, πλὴν τεσσάρων. *Concedente vero Aidoneo, liberatus Theseus, Athenas quidem est reversus, amicis omnibus necdum omnino oppressis. Ac quaecumque antea sibi a civitate templa adsignata erunt, omnia Herculi, praeter quatuor, consecravit, pro Theseis illa Heraclea vocans.* Et hoc est, quod Aristides dicit Orat. in Herculem. Καὶ ὕτω σφόδρα ϯ κρείτλων@ μοίρας ἐκρίθη τὸ ἐκείνυ πρᾶγμα, ὥςε ϗ ὅσα Θησεῖα ἦν καλὰ τὰς δήμυς ἅπαντα μετεσκεύασαν, ϗ καλέσησαν Ἡράκλεια ἀνὶ Θησείων. *Quin tantopere hic praelatus est, ut Thesea, quae per populos haberentur, mutato nomine, pro Theseis Heraclea adpellarent.* Et Theseum, ei haec promittentem, introducit Euripides in citata statim fabula:

——— Πανταχῦ δέ μοι χθονὸς
Τεμένη δέδασθαι· ταῦτ' ἐπωνομασμένα
Σέθεν τὸ λοιπὸν ἐκ βροτῶν κεκλήσεται.
——— *Vbique vero terrarum mihi*
Delubra sunt attributa; haec denominata
A te deinceps ab hominibus vocabuntur.

Sed reversus quum rempublicam iterum capessere vellet, cives reluctantes habuit, & seditionibus turbatus fuit. Plutarchus. Εὐθὺς ὑ βυλόμυ@, ὡς πρότερον, ἄρχειν, ϗ καθηγεῖσθαι τῦ πολιτεύμαλ@, εἰς στάσεις ἐνέπεσε ϗ ταραχάς. ὃς μὲν ἀπέλιπε μισῦντας αὐτὸν, εὑρίσκων τὸ μὴ φοβεῖσθαι τῷ μισεῖν προσφιλοφρύτας· ἐν δὲ τῷ δήμῳ πολὺ τὸ διεφθαρμένον ὁρῶν, ϗ θεραπεύεσθαι βυλόμυον, ἀνὶ τῦ ποιεῖν σωφρῆ τὸ προσαιτύμυον. ἐπιχώρων ὧν βιάζεσθαι, κατεδημαγωγεῖτο ϗ κατεστασιάζετο. *Sed quum mox pristino more cuperet*

Digitized by Google

ret imperare, ac praeeſſe reipublicae, in ſeditiones, & motus incurrit; nam, quos ſibi infenſos reliquerat, deprehendens odio contentum quoque adſumſiſſe; populumque magna ex parte corruptum videns; nec iam ultra tacite iuſſa facientem; verum blande ſecum agi poſtulantem, vim conatus adhibere, factione ac tumultu prohibitus fuit. Etenim Meneſtheus populum concitaverat, & in ſuas partes traxerat magno ſtudio. Pauſanias in Atticis. Μενεσθεὺς δὲ τ μὲν παίδων τ Θησέως, παρ' Ἐλεφήνορα ὑπεξελθόντων εἰς Εὔβοιαν, εἶχεν ὐδένα λόγον· Θησέα δὲ, εἴ πόλε ωαρὰ Θεσπρωτῶν ἀνακομισθήσε, δυσωναγώνισον ἡγέμῳ, διὰ θεραπείας τὰ τῷ δήμῳ καθίςατο, ὡς Θησέα ἀνασωθέντα ὕςερον ἀποθῆναι. *Meneſtheus vero Theſei quidem liberorum, qui ad Elephenorem in Euboeam ſe ſubduxerant, rationem nullam habebat; verum Theſeo, ſi is unquam e Theſprotide rediret, quum ſe parem vix futurum intelligeret, conciliatis populi ſtudiis, blande ipſum demulcendo, effecit, ut reverſus mox expelleretur.* Itaque, quum de recuperando priſtino principatu deſperaret, miſſis liberis ad Elephenorem in Euboeam, ipſe quoque urbe excedens, ac devotis Athenienſibus Gargetti, in eo loco, qui deinde ex re illa Ἀρατήριον adpellatus, Scyrum petiit. Plutarchus. Καὶ τέλ@ ἀπογνὺς τὰ πράγμαλα, ἳς μὲν παῖδας, εἰς Εὔβοιαν ὑπεξέπεμψε ωρὸς Ἐλεφήνορα τ Χαλκώδοντ@· αὐτὸς δὲ Γαργηττοῖ καὶλὰ τ Ἀθηναίων ἀρὰς ἡέμῳ@, ὃ νῦν ἐςι τὸ καλούμῳον Ἀρατήριον, εἰς Σκῦρον ἐξέωλευσε, ὅσης αὐτῷ ωρὸς τὺς ἐκεῖ φιλίας, ὡς ᾤετο, καὶ χωρίων ἐν τῇ νήσῳ καλρώων. *Denique rebus deploratis, liberos clam in Euboeam ad Elephenorem Chalcodontis filium miſit; ipſe vero quum Gargetti loco, qui nunc etiam Araterium dicitur, Athenienſes devoviſſet, in Scyrum enavigavit; quia amicos, ut putabat, ſibi haberet inſulanos, & paterna ibidem praedia.* Vbi quae de liberis ad Elephenorem amandatis mox confirmat; dicens eos una cum ipſo ad Troiam militatum iviſſe. Ἀλλὰ τ μὲν Ἀθηναίων ἐβασίλευσε Μενεσθεὺς, οἱ δὲ παῖδες (τῦ Θησέως) ἰδιωλεύοντες συνεςράτευσαν εἰς Ἴλιον. *Sed apud Athenienſes regnum tenebat Meneſtheus; filii vero (Theſei) vitam privatam agentes, cum Elephenore ad Ilium militarunt.* Pauſanias tradit, eos etiam apud Theſprotos commorante patre Theſeo, clam te ex urbe ſubduxiſſe, & ad Elephenorem confugiſſe. Vides clare in citatis ſtatim verbis. Idem dicit in Cretam ad Deucalionem contendiſſe, verum tempeſtate actum in Scyrum inſulam adpuliſſe. Στέλλεται δὲ Θησεὺς ωαρὰ Δευκαλίωνα ἐς Κρήτ@, ἐξενεχθέντα δὲ αὐτὸν ὑπὸ πνευμάτων ἐς Σκύρον τ νῆσον, λαμπρῶς ωεριεῖπον οἱ Σκύριοι. *Contendens itaque Theſeus ad Deucalionem in Cretam, quum vi ventorum in inſulam Scyrum delatus eſſet, benigne a Scyriis eſt exceptus.* Devotos vero a Theſeo Athenienſes, locumque Ἀρατήσιον dictum, Auctor Etymologici quoque fidem facit iſtis verbis. Ἀρατήσιον, τόπ@ Ἀθήνησιν, οὕτω καλούμῳ@· ὅτι Θησεὺς, μετὰ τὸ ὑποςρέψαι ἐκ τῦ ᾅδε, ἐκπεσὼν Ἀθηνῶν, ἐκεῖσε τὰς κατὰ τῶν ἐχθρῶν ἀρὰς ἐποιήσατο. *Arateſium, locus Athenis, ita dictus; quia Theſeus, poſtquam ab inferis rediiſſet, eiectus Athenis, diris illic inimicos devoviſſet.* Quamquam rectius ex Plutarcho Ἀρατήριον heic legendum eſſe cenſeam (*a*). Eius ex urbe exſceſſum, & exilium voluntarium refert quoque Diodorus lib. IV. Θησεὺς δὲ μετὰ ταῦτα καταςασιαθεὶς, καὶ φυγὼν ἐκ τ ωαλρίδ@, ἐπὶ τῆς ξένης ἐτελεύτησεν. *Poſtea Theſeus, per ſeditionem actus, patriaque ſua excedens, peregre vitam finivit.* Et Plutarchus De Exilio. Καὶ μὲν ἔφυγε Θησεὺς ἐξ Ἀθηνῶν, δι' ὃν οἰκῶσι νῦν εἰς Ἀθήνας ἄνθρωποι· κ πόλιν ἀπέβαλεν, ἣν ὐκ ἔχεν, ἀλλ' αὐτὸς ἐποίησε. *Athenis exceſſit exulatum Theſeus, cui hoc debent homines, quod Athenas inhabitent; & urbem amiſit, quam non inquilinus tenuit, ſed ipſe condidit.* Alii dicunt, non ſimpliciter exceſſiſſe ſponte ſua, ſed eiectum oſtraciſmo. Tarrhaeus in Collect. Proverb. in Ἀρχὴ Σκυρία. Ὀςρακισθῆναι δὲ ωρῶτον Ἀθήνησι Θησέα, ἱςορεῖ Θεόφρας@, ἐν τοῖς Ωρώτοις Καιροῖς. *Oſtraciſmo vero primum eiectum eſſe Theſeum, refert Theophraſtus in eo Opere, quod inſcripſit,* Ωρώτοι Καιροὶ, *Prima Tempora.* Quae totidem verbis etiam Suidas in Ἀρχὴ Σκυρία. Euſtathius ad Iliad. ί. Λέγ δ κ (ὁ Παυσανίας) ὅτι ὀςρακισθῆναι ωρῶτον Ἀθήνησι Θησέα ἱςορῆ Θεόφρας@. *Ait vero etiam (Pauſanias) quod primum Athenis oſtraco eiectum Theſeum memoret Theophraſtus.* Et ipſe eum primus lege inſtituiſſe memoratur. Euſebius Chron. lib. I. Θησεὺς Ἀθηναίους κ χώραν ἐσκρμένους, εἰς ἓν συναλαγὼν, ἤτοι εἰς μίαν πόλιν ωρῶτος ἐξωρακίσθη, αὐτὸς ωρῶτ@ θεὶς τ νόμον. Quae ſic vertit Hieronymus: *Theſeus, quum Athenienſes, prius per regionem diſperſos, primus in unam civitatem congregaſſet, ignominioſe eiectus per ſigna teſtarum, eamdem legem primus ipſe conſtituens.* Quae tranſcripſit totidem verbis Marianus Scotus lib. I. Idque Lyco maxime impulſore factum, ait Scholiaſtes Ariſtophanis ad Plutum. Μετὰ τὸ χαρίσαοθ τ δημοκρατίαν τοῖς Ἀθηναίοις τ Θησέα, Λύκ@ τις συκοφαντήσας ἐποίησεν ἐξοςρακισθῆναι τ ἥρωα. *Poſtquam Theſeus eam Athenienſibus gratiam feciſſet, ut reipp. ipſis redderet, Lycus quidam calumnia circumventum heroem oſtraciſmo eiici fecit.* Cauſas varias memorat Iſaacius Tzetzes ad Lycophronem. Θησεὺς, φοβηθεὶς διὰ τ ἁρπαγὴν τῆς Ἑλένης, κ τ καῖ' αὐτῦ ἐκςρατέαν τ Διοσκόρων, ἦλθεν ωρὸς Λυκομήδην, κ διέτριβε ωερὶ τ νῆσον· ἢ καλά τινας, ὅτι ὑωόνοιαν παρέσχον, ὅτι μέλλ τυραννεῖν ἐν Ἀθήναις. ἢ καθ' ἑτέρυς, ἅτι ὑωὸ Λύκυ τῦ Αἰγέως ἀδελφῦ, ἢ διὰ τ φόβον τ Παλλαντιδῶν, ἢ διὰ τ Ἱππολύτυ ἀναίρεσιν, ἐξώθη τ Ἀθηναίων. *Theſeus, metuens, ob raptum Helenae, ac Dioſcurorum adverſus ipſum expeditionem, abiit ad Lycomedem, & in inſula verſabatur. Vel ut nonnulli tradunt, quod ſuſpicionem praebuiſſet, fore, ut tyrannidem Athenis adfectaret. Vel, ut alii, quod a Lyco, AEgei fratre, aut Pallantidarum metu, ſive ob ſublatum Hippolytum, Athenis eiectus fuerit.* Vbi quod de Lyco ait, vidimus quoque in citatis ſtatim verbis Scholiaſtae Ariſtophanis. Τὸν Θησέα Λύκ@ τις συκοφαντήσας ἐποίησιν ἐξοςρακισθῆναι. *Theſeum Lycus quidam per calumniam circumventum oſtraciſmo eiici fecit.* Ob ſublatum imprecatione ſua filium Hippolytum

(*a*) *Suidas* quoque Ἀρατήσιον legit.

tum etiam Philoſtratus dicit in Heroicis. Φησὶ γὰρ Θησέα, ἐξ Ἀθηνῶν φεύγοντα, ἐπὶ τῇ ἀρᾷ τῇ εἰς τὸν υἱὸν ἀποφανεῖν ὑπὸ Λυκομήδους ἐν Σκύρῳ. *Ait enim Theſeum, Athenis exulantem, propter imprecationem in filium, a Lycomede in Scyro interfectum fuiſſe.* Itaque regno hunc in modum excidit Theſeus, quum obtinuiſſet illud annos triginta. Euſebius Chron. lib. I. Ἀθηναίων ἐβασίλευσε δέκατος Θησεὺς Αἰγέως ἔτη λ'. Hieronymus. *Athenienſibus regnavit decimus Theſeus annis triginta.* Ac conſentiunt Marianus Scotus Chron. lib. I. & Vincentius Bellovacenſis Spec. Hiſt. lib. 11. cap. LIV.

CAP. XXX.

In Scyrum delatus, ad Lycomedem, ab eodem praecipitatus, ſive, ut alii tradidere, ſponte lapſus, interimitur. Cauſae plures indicatae. Eius filii, Demophon, & Acamas ex Phaedra; Hippolytus, ex Amazone Antiopa, aut Hippolyta; Melanippus, e Periguna. Filia quoque Iphigenia, ex Helena nata.

CVm in Scyrum adpuliſſet, Lycomedes, inſulae rex, agros ſuos poſtulantem, metuens ſibi in rupem eductum, tamquam inde eos illi oſtenſurus, dat praecipitem, ſive ipſe, ut alii volunt, inter ambulandum ceſpitans, ſponte ſua eſt prolapſus. Plutarchus. Ἐβασίλευε δὲ τότε Λυκομήδης τῶν Σκυρίων· πρὸς τοῦτον ἐν ἀφικόμενος, ἐξήτει τὴν ἀγρὺς ἀποδοθῆναι, ὡς αὐτόθι κατοικήσων. ἔνιοι δέ φασι, παρακαλεῖν αὐτὸν βοηθεῖν ἐπὶ τοὺς Ἀθηναίους. ὁ δὲ Λυκομήδης, εἴτε δείσας τὴν δόξαν τοῦ ἀνδρὸς, εἴτε τῷ Μενεσθεῖ χαριζόμενος, ἐπὶ τὰ ἄκρα τῆς χώρας ἀναγαγὼν αὐτὸν, ὡς ἐκεῖθεν ἐπιδείξων τοὺς ἀγρὺς, ὥστε καὶ τὴν πετρῶν, ἐκ διέφθειρεν· ἔνιοι δ' ἀφ' ἑαυτοῦ πεσεῖν φασιν, σφαλέντα, μετὰ δεῖπνον, ὥσπερ εἰώθει, περιπατοῦντα. *Rex tunc erat, Scyriorum Lycomedes; ad eumque accedens, agros ſibi reddi petiit, velut illic habitaturus. Aiunt quidam, eum opem poſtulaſſe adverſus Athenienſes. At Lycomedes, ſive gloriam viri metuens, ſive in gratiam Meneſthei, quum in locum regionis eminentem eduxiſſet, tamquam inde agros ei monſtraturus, praecipitem eum de ſaxo egit, & occidit. Quidam vero ſponte decidiſſe dicunt, a coena inambulantem, ut ſolebat, male poſito veſtigio.* Regno eius imminuiſſe tradit Iſaacius Tzetzes in Lycophronem. Φυγὰς (ὁ Θησεὺς) ἦλθεν εἰς Σκύρον· κἀκεῖ ὑ νεωτεριζόμενον ὁ Λυκομήδης αὐτὸν ἰδὼν, καὶ δειλιάσας περὶ τ ἀρχῆς, ἀναλαγὼν, ἐπί τινα λόφον, καὶ δήθεν τινα ὑποδεικνὺς καλεκρήμνιστ καὶ ἀνεῖλεν αὐτόν. *Profugus (Theſeus) venit in Scyrum. Vbi quum res novas molientem videret Lycomedes, ideoque ſibi de principatu metueret, deductum in collem quemdam, unde quaedam ei oſtenderet, praecipitatum interfecit.* Heraclides de Rebuſpub. Ἐλθὼν (ὁ Θησεὺς) εἰς Σκύρον, ἐτελεύτησεν, ὠθεὶς καλὰ πετρῶν ὑπὸ Λυκομήδους φοβηθέντος μὴ σφετερίζηται τὴν νῆσον. *Quum veniſſet (Theſeus) in Scyrum, diem obiit, de rupe praecipitatus a Lycomede, metuente ne inſulam in poteſtatem ſuam redigeret.* Addunt quidam, etiam uxori eius ſtuprum obtuliſſe. Euſtathius extremo Commentario ad Iliad. I. Ἐπιθέμενον (ὁ Θησεὺς) τῇ Λυκομήδους ἀρχῇ, καὶ πάρων τ γυναῖκα αὐτοῦ, κατεκρημνίσθη. *Imminens (Theſeus) principatui Lycomedis, pudicitiamque uxoris eius tentans, praecipitatus eſt.* Lucilius Tarrhaeus in Ἀρχὴ Σκυρία, ut & Suidas idem dicunt iisdem verbis. Pauſanias dicit ſuſpectum Lycomedi fuiſſe nimium ſuorum ſubditorum in ipſum ſtudium. Ecce eius verba in Atticis. Ἐξενεχθέντα δὲ αὐτὸν (τ Θησέα) ὑπὸ πνευμάτων εἰς Σκύρον τὴν νῆσον, λαμπρῶς περιεῖπον οἱ Σκύριοι, κατὰ γένους δόξαν, καὶ ἀξίωμα, ὧν ἦν αὐτὸς εἰργασμένος. Καὶ οἱ θάνατον Λυκομήδης διὰ ταῦτα ἐβούλευσεν. *Delatum vero ipſum (Theſeum) tempeſtate in Scyrum inſulam, a Scyriis, tum ob generis claritatem, tum ob rerum praeclare geſtarum magnitudinem, ſplendide tractatus eſt. Quae res effecit, ut ei mortem Lycomedes machinaretur.* De Theſei in Scyro morte ita Lycophron:

Πάλιν δ' ὁ πέτρας ἀσκλέρας ἀνερύσας,
Καὶ φασγάνου ζωστῆρα, καὶ ξίφος πατρὸς,
Ὁ Φημίου παῖς, Σκύρος ᾧ λυγρὰς λάφυς
Κρημνῶν ἔνερθην αἰγίλιψ ῥιζωμένων
Πάλαι δακεὺς τὰς ἀταρχύτους ῥιφάς.
Rurſum qui e ſaxo calceos extraxerat,
Enſiſque cingulum, & gladium patris,
Phemii nepos, cui Scyrus ſepulcrum triſte
Sub praecipitiis ardua deturbatis
Iampridem ſervat inſepultos iactus.

Et Valerius Maximus de Theſeo verba faciens lib. V. cap. III. *Huius tamen, ſummoti ab Athenienſibus, Scyrus, exule minor inſula, oſſa mortui cepit.* Ariſtides Orat. Plat. II. Καί τοι ὁ Θησεὺς, φυγών τε, καὶ διαφθαρείς, ἐν τῇ Σκύρῳ τελευτῶν, ἀτιμος ἔμεινε. *Quamquam nec Theſeus, & exul, & perditus, & in Scyro moriens, inhonoratus manſit.* Ac Theſei quidem, hunc in modum interemti, nullam omnino Athenienſes rationem habuere; atque regno a Meneſtheo occupato, filii eius ad privatam fortunam redacti, cum Elephenore adverſus Troiam ſunt profecti. Plutarchus. Καὶ παραυλίκα μὲν οὐδεὶς ἔσχεν αὐτοῦ λόγον οὐδένα ληθυκότως. ἀλλὰ τ μὲν Ἀθηναίων ἐβασίλευσε Μενεσθεὺς, οἱ δὲ παῖδες ἰδιωτεύοντες Ἐλεφήνορι συνεστράτευσαν εἰς Ἴλιον. *Atque in praeſens nullus mortui ullam rationem habuit; ſed Meneſtheus rex Athenienſium fuit, filii vero privatam vitam agentes cum Elephenore ad Ilium militarunt.* Illi autem fuere, Demophoon, & Acamas. Tryphiodorus in Ilii Excidio:

Δημοφόων τ', Ἀκάμας τε δύω Θησῆία τέκνα.
Demophoonque & Acamas duo Theſei filii.

Euripides Hecuba:

Τὼ Θησέδα δὲ, ὄζω Ἀθηνῶν,
Διοσσῶν μύθων ῥήτορες ἦσαν.
Theſidae vero duo, rami Athenarum,
Duorum ſermonum auctores erant.

Vbi Scholiaſtes. Οἱ τοῦ Θησέως παῖδες, Ἀκάμας, καὶ Δημοφῶν, οἱ ἦσαν Ἀθηναῖοι, ἐστράτευσαν ἐπὶ τὸ Ἴλιον, ἐχ ἡγούμενοί τινων. *Theſei filii, Acamas, & Demophon, qui Athenienſes erant, ad Ilium militabant, nullos ducentes.* Erantque hi e Phaedra nati. Diodorus Siculus lib. IV. Ἐκ δὲ Φαίδρας (ὁ Θησεὺς) Ἀκάμαντα, καὶ Δημοφῶντα, ἐγέννησε. *Ex Phaedra autem (Theſeus) Acamantem, & Demophontem, ſuſcepit.* Hippolytus, ex Amazone natus, ſive An-

Digitized by Google

Antiopa, ſive Hippolyta, iam obierat diem ſuum, uti ſupra enarravi, De matre Phaedra, & fratre conſanguineo Hippolyto, ipſe Demophon ita ſcribit in Epiſtola ad Phyllidem apud Aulum Sabinum:

Non laqueos audis carae me flere parentis?
Flebilior laqueis hei mihi cauſa ſubeſt!
Non fratrem Hippolytum? cecidit miſerabilis ille,
Praeceps attonitis per freta raptus equis.

Erat etiam Melanippus, e Periguna, Sinnidis filia. Plutarchus. Ἦν δὲ τῷ Σίννιδι καλλίσῃ καὶ μεγίσῃ θυγάτηρ, ὄνομα Περιγύνη· ..... καὶ τῷ μὲν Θησεῖ συγγιγομένη, Μελάνιππον ἔτεκε. *Erat vero Sinnidi filia forma & ſtatura excellens, Periguna nomine; ..... eaque e complexu Theſei Melanippum peperit.* Pauſanias in Phocicis. Ἀργεῖοι δὲ ἐκ τῆς Σίννιδος θυγατρὸς γνήσιον Θησεῖ Μελάνιππον λέγουσι. *Argivi vero ex Sinnidis filia natum eſſe Theſeo Melanippum dicunt.* Meminere eius etiam Harpocration, & Suidas in Μελανίππιον. Habuit quoque filiam Iphigeniam; quam ex Helena ipſi natam quidam Auctores tradiderunt uti ſupra indicavi. Ex his Demophon, mortuo Meneſtheo, regnum paternum recepit. Vide De Reg. Athen. lib. III. cap. II.

CAP. XXXI.

Oſſa eius longo poſt tempore a Cimone, & inventa, & relata. Plutarchi locus reſtitutus. Scholiaſtae Ariſtophanis error. Occaſio reportandorum peſtis; & in ea oraculum urbi datum. Scholiaſtes Ariſtophanis emendatus. Heroum eius in Colono Equeſtri ſtructum. Templum etiam, quod aſylum; idque geminum. Vnum in urbe, in quo magiſtratus quidam a Sexviris lecti, & ius dictum; tum & carcer; alterum ad murum longum, verſus mare. Feſtum item, & in eo epulum pauperibus datum, ac certamen celebratum. Octavus cuiuſque menſis dies dedicatus, idque quare. Maximum eius ſacrum quando, qua de cauſa. Phocenſium quoque ſacrificium. Inter ſigna coeleſtia, ut & Lyra, relatus, & Engonaſin putatus. Silanionis propter eum, & Parrhaſii, honores.

AC in praeſens quidem, ut dixi, nullam Theſei rationem habuere Athenienſes, ſed poſt longum deinde tempus, iuſſu oraculi; oſſa eius reportarunt, duce & inventore Cimone, & inſigni demum honore adfecerunt. Plutarchus. Παραυτίκα μὲν οὐδεὶς ἔσχεν αὐτῷ λόγον οὐδένα τεθνηκότι ..... χρόνοις δ' ὕστερον Ἀθηναίοις ἄλλα τε παρέσησεν ὡς ἥρωα τιμᾶν Θησέα, καὶ τὴν ἐν Μαραθῶνι πρὸς Μήδους μαχωμένων, ἔδοξαν οὐκ ὀλίγοι φάσμα Θησέως ἐν ὅπλοις καθορᾶν πρὸ αὐτῶν, ἐπὶ τοὺς βαρβάρους φερόμενον. μετὰ δὲ τὰ Μηδικὰ, Φαίδωνος ἄρχοντος (a), μανευομένοις τοῖς Ἀθηναίοις ἀνεῖλεν ἡ Πυθία, τὰ Θησέως ἀναλαβεῖν ὀστᾶ, καὶ θαμένους ἐντίμως παρ' αὐτοῖς φυλάττειν. ἦν δὲ καὶ λαβεῖν ἀπορία, καὶ γνῶναι τὸν τάφον, ἀμιξίᾳ καὶ χαλεπότητι τῶν ἐνοικούντων βαρβάρων. ἀλλὰ καὶ Κίμων, ἑλὼν τὴν νῆσον (ὡς ἐν τοῖς περὶ ἐκείνου γέγραπται) καὶ φιλοτιμούμενος ἐξανευρεῖν τι τόπον βυσσοειδῆ κόπτοντος (ὡς φασι) τῷ σώματι, καὶ διαπέλλοντος τοῖς ὀνυξὶ θεία τινὶ τύχῃ συμφερόντως, ἀνέσκαψεν· εὑρέθη δὲ ἡ σορὸς τε μεγάλου σώματος (b), αἰχμή τε παρακειμένη χαλκῆ, καὶ ξίφος. κομισθέντων δὲ τούτων ὑπὸ Κίμωνος ἐπὶ τῆς τριήρους, ἡσθέντες οἱ Ἀθηναῖοι, πομπαῖς τε λαμπραῖς ἐδέξαντο, καὶ θυσίαις, ὥσπερ αὐτὸν ἐπανερχόμενον εἰς τὸ ἄστυ. *Atque in praeſens quidem nemo ullam mortui rationem habuit; ..... poſterioribus vero temporibus viſum eſt Athenienſibus, cum aliis ex cauſis, honorem Theſeo ceu heroi tribuere; tum quia, qui in pugna Marathonia pugnaverant, non pauci viſi ſunt ſpeciem armati Theſei ante ſigna conſpicari, impetum in Barbaros facientem. Poſt bellum Medicum, Phaedone archonte, conſulentibus Apollinem Athenienſibus, reſpondit vates, ut oſſa Theſei recuperarent, eaque honorifice apud ſe repoſita ſervarent. Erat vero & auferre illa, & noſſe ſepulcrum, admodum difficile, ob inhoſpitalitatem, & feritatem incolentium Barbarorum. Verum Cimon, ea inſula exſpugnata (ut in eius Vita dixi) eorum inveniendorum gloriam captans, aquila locum quemdam clivoſum (ſicut ferunt) tundente, unguibuſque fodiente, animum divina quadam ſorte advertens, locum effodit. Ac repertus ibi loculus magni corporis, tum adpoſita cuſpis aenea, item enſis. Quibus a Cimone in triremi ſua abductis, laetabundi Athenienſes, ſumma cum pompa, & ſacrificiis, velut reducem in urbe excepere.*

Ac rurſum in Vita Cimonis. Πυνθανόμενος δὲ τὸ παλαιὸν Θησέα τὸν Αἰγέως φυγόντα μὲν ἐξ Ἀθηνῶν εἰς Σκύρον, αὐτῷ δ' ἀποθανόντα δόλῳ διὰ φόβον, ὑπὸ Λυκομήδους τοῦ βασιλέως, ἐπιβουλεύσαντος τὸν τάφον ἀνευρεῖν· καὶ γὰρ ἦν χρησμὸς Ἀθηναίοις, τὰ Θησέως λείψανα κελεύων ἀνακομίζειν εἰς ἄστυ, καὶ τιμᾶν ὡς ἥρωα πεπόντως· ἀλλ' ἠγνόουν ὅπου κεῖται, Σκυρίων οὐκ ὁμολογούντων, οὐδ' ἐώντων ἀναζητεῖν. τότε δὴ πολλῇ φιλοτιμίᾳ τοῦ σηκοῦ μόγις ἐξευρεθέντος, ἐνθέμενος ὁ Κίμων εἰς τὴν αὐτοῦ τριήρη τὰ ὀστᾶ, καὶ τἄλλα κοσμήσας μεγαλοπρεπῶς, κατήγαγεν εἰς τὴν αὐτοῦ δι' ἐτῶν ὀγδοήκοντα τετρακοσίων. *Quum autem accepiſſet, veterum Theſeum AEgei filium profugum Athenis, ſe in Scyrum contuliſſe; atque ibi a rege Lycomede, ſibi metuente, dolo occiſum, ſummo ſtudio operam dedit, ut ſepulcrum inveniret. Nam Athenienſibus oraculum per illud tempus datum erat, quod iubebat, reliquias Theſei in urbem referri; atque eum, ut decebat, veluti heroem colere. Ceterum, ubi conditus eſſet, ignorabant, non conſentientibus Scyriis, nec inquirere permittentibus. Mox vero vix magno ſtudio conditorio reperto, oſſa Cimon in triremem ſuam impoſuit; & magnifice ceteroquin exornata in patriam ſuam reportavit, poſt quadringentorum fere annorum tempus.* Verum in poſtremis verbis mendum exſtat haud vulgare; ſiquidem a morte Theſei, uſque ad haec Cimonis tempora, anni plures ſeptingentis numerantur; ac Plutarchus ſane octingentos ſcripſerit; itaque reſtituendum, δι' ἐτῶν ὀκτακοσίων. *poſt octingentorum fere annorum tempus.* Et proclivis adeo lapſus in numeris ψ. & ω. Hoc & pridem indicavi De Arch. Athen. lib. II. cap.

(a) Vide *Lib. de Archont.* II. *Cap.* VI.
(b) Virgilius:
Grandiaque effoſſis mirabitur oſſa ſepulcris.

Digitized by Google

cap. VII. Confundit tempora Scholiaſtes Ariſtophanis ad Plutum; & ſub ipſo Lycomede factum tradit, graviter errans. Οἱ δὲ (Θησεὺς) παραγγυόμενος εἰς Σκύρον, διῆγε παρὰ Λυκομήδῃ, τῷ δυνάστῃ τῆς νήσου. ὃς ζηλοτυπήσας, ἀναιρεῖ αὐτὸν δόλῳ. Ἀθηναῖοι δὲ, λιμώξαντες, καὶ κελευσθέντες, ἐκδικῆσαι τῷ Θησεῖ, τὸ μὲν Λυκομήδη ἀνεῖλον, τὰ δὲ ὀστᾶ μετασχλάμβυοι, κ᾽ Θησεῖον οἰκοδομήσαντες, ἰσοθέως αὐτῷ τιμὰς νέμουσι. *Theſeus, quum in Scyrum adpuliſſet, agebat apud Lycomedem, inſulae principem; qui zelotypia actus, ipſum dolo interemit, Athenienſes vero, fame preſſi, iuſſique eiusdem caedem ulciſci, Lycomedem quidem occidunt, miſſis autem, qui referrent oſſa eius, & Theſeo aedificato, divinos ipſi honores decernunt.* De inventis a Cimone eius oſſibus, & Athenas reportatis ſunt Pauſaniae quoque verba iſta in Atticis. Ὁ μὲν δὴ Θησέως σηκὸς Ἀθηναίοις ἐγένετο ὕστερον, ἢ Μῆδοι Μαραθῶνα ἔσχον, Κίμων ὁ Μιλτιάδου Σκυρίους ποιήσαντος ἀνάστους, δίκην δὲ τοῦ Θησέως ϑανάτου· κ᾽ τὰ ὀστᾶ κομίσαντος ἐς Ἀθήνας. *Theſeo vero Athenis templum dedicatum eſt, non multo poſt Marathonem a Perſis occupatum, quo tempore Cimon Miltiadis filius, Theſei mortem ultus, Scyrios delevit, & oſſa Athenas reportavit.* Iterum in Laconicis. Τῷ χρησμῷ δὲ, τῷ χθομένῳ τοῖς Λακεδαιμονίοις, ἐς τοῦ Ὀρέστου τὰ ὀστᾶ, καὶ Ἀθηναίοις ὕστερον ἐοικότα ἐχρήσθη, καὶ ἄγουσιν Ἀθήναζε ἐκ Σκύρου Θησέα· ἄλλῳ δὲ οὐκ εἶναί φασιν ἑλεῖν Σκύρον. ἀνεῦρε δὲ τὰ ὀστᾶ τοῦ Θησέως Κίμων ὁ Μιλτιάδου, σοφίᾳ χρησάμενος κ᾽ τύχῃ, κ᾽ μετ᾽ ὀλίγου κ᾽ πολὺ εἶλε τὴν Σκύρον. *Huic autem reſponſo, quod Lacedaemonii acceperunt, de oſſibus Oreſtis, ſimile fuit, quod Athenienſibus poſtea reddebatur, ut oſſa Theſei e Scyro Athenas deportarent: non poſſe enim, niſi illud factum eſſet, Scyrum ab ipſis expugnari. Cimon vero Miltiadis filius oſſa Theſei invenit, ſolertia etiam iſte uſus, nec multo poſt Scyro eſt potitus.* Meminit etiam Diodorus lib. IV. & Heraclides de Rebuſp. Oraculo autem illud iuſſos facere Athenienſes dicit quoque Ariſtides in Platonica II. Καί τοι ὁ Θησεὺς φυγών τε, κ᾽ διαφθαρείς, ἐν τῇ Σκύρῳ ἐτελεύτων, οὐκ ἄτιμος ἔμεινε παρὰ τῷ ϑεῷ. ἀλλ᾽ ἐπέταξεν Ἀθηναίοις μελεσχεῖν αὐτοῦ τὰ ὀστᾶ, πολλοῖς ὕστερον χρόνοις, ὥς φασιν. *Quamquam nec Theſeus exul, & in Scyro peremtus, a Deo inhonoratus manſit; ſed multo poſt tempore, uti ferunt, oſſa eius referre Athenienſes iuſſit.* Occaſionem oraculi huius peſtem tradunt, qua tunc Attica vexabatur. AEneas Gazaeus in Theophraſto. Λέγεται δὲ Ἀθηναίοις, ἐπιδήμιον ἐνόσου, ἢ Ἀπόλλωνα χρῆσαι, Θησέα ἢ Αἰγέως ἐπὶ τὰς Ἀθήνας μεταβιβάζειν. ἐν Σκύρῳ δὲ καλώρυκτο. ἐκεῖ γὰρ δολοφονηθεὶς ἐτελεύτησεν. ὑπειπόντα οὖν εἶναι τῶν παθημάτων λύσιν, πεῖν ἂν τοῖς Ἀθηναίοις; καταθνητικῶς ὁ Θησεὺς συνοικιωθείς. ἅμα τε τῆς Ἀτλικῆς ταῦ Θησέως τὸ λειπόμενον ἐπέβη, κ᾽ ὁ λοιμὸς ἐκέτι ἦν. *Fertur vero Athenienſibus, quum peſte premerentur, Apollinem conſultum reſpondiſſe, uti Theſeum AEgei filium Athenas referrent (in Scyro autem ſepultus erat; in qua, dolo interfectus, diem obierat.) Ac ſubmonuiſſe item, non morborum finem fore, antequam Athenis Theſeus iam defunctus conderetur. Quin & ſimul Theſei reliquiae in Atticam fuere illatae, peſtis etiam ceſſavit.* Ergo corrigendus erat Scholiaſtes Ariſtophanis in citatis ſtatim verbis. Ἀθηναῖοι δὲ, λοιμώξαντες, καὶ κελευσθέντες ἐκδικῆσαι τῷ Θησεῖ. *Athenienſes vero, peſte laborantes, iuſſique Theſeum vindicare.* Non recte editur, λιμώξαντες, *fame laborantes.* Et heroum illi ſtructum in Colono Equeſtri fuit. Pauſanias in Atticis, ubi de Colono illo verba facit. Ἡρῶον δὲ (ἐν τῷ Ἱππίῳ Κολωνῷ) Πειρίθου, καὶ Θησέως, Οἰδίποδός τε, καὶ Ἀδράστου. *Heroum vero eſt (in Equeſtri Colono) Pirithoi, Theſei, Oedipi, & Adraſti.* Tum & templum condiderunt, quod aſylum cunctis foret. Diodorus lib. IV. Οἱ δὲ Ἀθηναῖοι μεταμεληθέντες, τά τε ὀστᾶ μετήνεγκαν, κ᾽ τιμαῖς ἰσοθέοις ἐτίμησαν αὐτὸν, κ᾽ τέμενος ἄσυλον ἐποίησαν ἐν τῇ Ἀθήναις, τὸ προσαγορευόμενον ἀπ᾽ αὐτοῦ Θησεῖον. *Athenienſes vero, poenitentia ducti, cum oſſa eius transtulerunt, tum divinis eum honoribus adfecerunt, ac delubrum quoque Athenis aſylum conſtituerunt, quod Theſeum ab eius nomine adpellarunt.* Et id quidem in media urbe prope gymnaſium. Plutarchus. Καὶ κεῖται μὲν ἐν μέσῃ τῇ πόλει, παρὰ τὸ νῦν γυμνάσιον. ἔστι δὲ φύξιον οἰκέταις, κ᾽ πᾶσι τοῖς ταπεινοτέροις, κ᾽ δεδίδοσι κράτος· ὡς καὶ τοῦ Θησέως προσταικοῦ τινος καὶ βοηθητικοῦ γενομένου, καὶ προσδεχομένου φιλανθρώπως τὰς τῶν ταπεινοτέρων δεήσεις. *Ac conditus eſt in media urbe, prope gymnaſium. Eſt vero perfugium ſervis, & omnibus inferioribus, & potentiores metuentibus, quod libenter & patrocinium praeſtaret Theſeus, & auxilium quoque ferret, ac benigne admitteret preces inferiorum.* Pauſanias in Atticis. Πρὸς δὲ τῷ γυμνασίῳ, Θησέως ἐστὶν ἱερόν. *Iuxta gymnaſium vero, Theſei fanum eſt* (a). Hocintelligit Demoſthenes in Orat. de Corona. Ἐδούλευε παρ᾽ Ἐλπίᾳ, τῷ πρὸς τῷ Θησείῳ διδάσκοντι γράμματα. *Servitutem agebat apud Elpiam, qui litteras docet iuxta Theſeum.* Et Apollonius Grammaticus in AEſchinem. Καὶ παῖδας ἔχοντα, διδάσκειν γράμματα πρὸς τῷ Θησείῳ. *Et filios habentem, docere literas iuxta Theſeum.* Neque aliud eſt putandum, cuius meminit Thucydides lib. VI. Καί τινα μίαν νύκτα κ᾽ κατέδαρθον ἐν Θησείῳ τῷ ἐν πόλει ἐν ὅπλοις. *Et unam quamdam noctem in Theſeo, quod in urbe eſt, in armis pernoctarunt.* In eodem magiſtratus item quosdam Sexviri ſorte legebant. AEſchines Orat. in Cteſiphontem. Ἀρχὰς δὲ φήσουσιν ἐκείνας εἶναι, ἃς οἱ θεσμοθέται ἀποκληροῦσιν ἐν τῷ Θησείῳ. *Magiſtratus vero dicent illos eſſe, quos Sexviri ſorte legebant in Theſeo.* Porro aſylum exſtitiſſe etiam Heſychius dicit. Θησεῖον, νεὼς Θησέως, ἐφ᾽ ὃν οἱ ἀποδιδρασκοντες κατέφυγον. *Theſeum, Theſei fanum, in quod fugitivi confugiebant.* Etymologici Auctor. Θησεῖον, τέμενός ἐστι τῇ Θησεῖ, ὃ τοῖς οἰκέταις ἄσυλον ἦν. *Theſeum, delubrum Theſei, quod perfugium ſervis erat.* Ius quoque illic dicebatur. Auctor Etymologici de eodem.

Ἐλέ-

(a) Vide *Lib. I. Athen. Attic. Cap.* VI. Nos Theſei ſcenographiam, qualem docti ac celebres in primis Ὁδοιπόροι *Sponius*, & *Welherus* exhibent, in Tabula quadam Libris *De Athenis Atticis* praefixa, legentium oculis ſubiicimus. Exſtat enim etiamnum Athenis Theſeum.

Digitized by Google

Ἐλέγοντο δὲ καὶ δίκαι ἐνταῦθα. *Heic vero etiam cauſae dicebantur.* Et carcer erat; nam mox ſubiungit. Δῆλοι δὲ καὶ δεσμωτήριον παρὰ Ἀθηναίοις. *Significat vero etiam carcerem apud Athenienſes.* Idem quoque Heſychius dicit, totidem verbis. Atque inde Θησειότριψ facete ab Ariſtophane dicitur, qui diu heic verſatus eſſet captivus; qui pari elegantia *Colonus carceris* a Plauto dicitur. Etymologici Auctor. Θησειότριψ, ὁ ἐν τῷ Θησείῳ διατρίψας. Ἀριστοφάνης Πολυΐδῳ. *Theſeotriba, qui in Theſeo eſt verſatus. Ariſtophanes Polyido.* Verum etiam alterum erat, extra urbem ad murum longum. Obſervare eſt apud Andocidem in Orat. de Myſt. Ἀνακαλέσαντες δὲ τοὺς στρατηγοὺς, ἀνεπτεῖν ἐκέλευσαν· Ἀθηναίων τοὺς μὲν ἐν ἄστει οἰκοῦντας, ἰέναι εἰς τὴν ἀγορὰν, τὰ ὅπλα λαβόντας· τοὺς δ' ἐν μακρῷ τείχει, εἰς γε Θησεῖον. *Advocatis copiarum ductoribus, edicere iuſſerunt, qui in urbe habitarent, uti ſumtis armis in forum irent; qui in longo autem muro in Theſeum.* Vnde via illic *Theſea* adpellata. Accipere licet ex Propertio lib. III. eleg. XX.

Inde, ubi Piraei capient me littora portus,
Scandam ego Theſeae brachia longa viae.

Et quidem verſus mare. Colligo ex iſto Ariſtophanis loco in Equitibus:

Εἰ δ' ἀρέσκει ταῦτ' Ἀθηναίοισι, καθῆσθαί μοι δοκῶ
Εἰς τὸ Θησεῖον πλεύσαις. ——
Quod ſi placent haec Athenienſibus, conſidere mihi videor
Ad Theſeum navigantibus. ——

Praeterea feſtum quoque eius celebratum. Heſychius. Θήσεια, ἑορτὴ Ἀθήνησι. *Theſea, feſtum Athenis.* Et epulum tunc pauperibus dabatur. Hinc eſt illud Ariſtophanis in Pluto:

Ὦ πλεῖστα Θησείοις μεμισυλλημένοι,
Γέροντες ἄνδρες, ἐπ' ὀλιγίστοις ἀλφίτοις.
O plurima in Theſeis minutim conciſa accepiſtis,
Viri ſenes, cum pauciſſimis farinis.

Meminitque eius feſti rurſum in Theſmoph.

Προεδρίαν τ' αὐτὴ δίδοσθαι Θησείοισι, καὶ Σκίροις.
Priorem ipſi ſeſſionem dari in Theſeis, & Sciris.

Et certamen etiam tum peragebatur. Aulus Gellius lib. XV. cap. XX. *Eleuſinio, & Theſeo certamine pugnavit, & coronatus eſt.* Celebrata autem die menſis cuiusque octavo. Scholiaſtes Ariſtophanis in Plutum. Ταῖς δ' ὀγδόαις τὰ Θησεῖα ἤγετο. *Octavo quoque menſis die Theſea celebrabant.* Et mox iterum. Ὀγδόῃ δὲ τὰ Θησεῖα ἦγον· καὶ πᾶσαν τὴν ἡμέραν ἐπανηγύριζον, εἰς τιμὴν τοῦ ἥρωος. *Octavo die Theſea agitabant; ac totum diem feſtum habebant, in honorem heroïs.* Suidas. Ἡμέραι τινὲς ἐνομίζοντο Ἀθήνησι θεοῖς τισιν· οἷον νουμηνία, καὶ ἑβδόμη, Ἀπόλλωνι· τετάρτη, Ἑρμῇ· ὀγδόη, Θησεῖ. *Quidam dies Athenis quibusdam Diis dicabantur; ut novilunium, & ſeptimus Apollini, quartus Mercurio, octavus Theſeo.* Plutarchus vero cauſam tradit, cur octavum quemque diem illi feſtum nuncupaverint; quia nempe octavo Hecatombaeonis Troezene Athenas pervenerit. Καὶ ταῖς ἄλλαις ὀγδόαις τιμῶσιν αὐτὸν, διὰ τὸ πρῶτον ἐκ Τροιζῆνος ἀφικέσθαι τῇ ὀγδόῃ τοῦ Ἑκατομβαιῶνος. *Aliorum etiam menſium octavo quoque die eum colunt, quod Troezene octavo menſis Hecatombaeonis venerit.* Et quod ſacrum illi factum Ὀγδόδιον dictum. Heſychius. Ὀγδόδιον, θυσία παρὰ Ἀθηναίοις, τελουμένη Θησεῖ. *Ogdodium, ſacrificium Athenis, celebratum Theſeo.* Maximum autem ſacrificium peragebant die octavo menſis Pyanepſionis, quod ex Creta tunc cum pueris rediiſſet. Plutarchus. Θυσίαν δὲ ποιοῦσιν αὐτῷ τῇ μεγίστῃ ὀγδόῃ Πυανεψιῶνος, ἐν ᾗ μετὰ τῶν ἠϊθέων ἐκ Κρήτης ἐπανῆλθεν. *Sacrum vero illi maximum faciunt octavo Pyanepſionis, quo cum pueris a Creta reverſus eſt.* Quin Phocenſes quoque, ex Athenienſium inſtituto, de navalibus proeliis ſacrificabant ipſi. Pauſanias auctor eſt in Phocicis. Ὠκοδόμησαν ἣν καὶ Ἀθηναῖοι σοὰν ἀπὸ χρημάτων, ἃ ἐν τῷ πολέμῳ σφίσιν ἐγένετο ἀπό τε Πελοποννησίων, καὶ ὅσοι Πελοποννήσιοι ἦσαν τῶν Ἑλληνικῶν σύμμαχοι. ἀνάκειται δὲ καὶ πλοίων τὰ ἄκρα κοσμήματα καὶ ἀσπίδες χαλκαῖ. τῷ δὲ ἐπίγραμμα, τὸ ἐπ' αὐτοῖς, ἀριθμεῖ τὰς πόλεις, ἀφ' ὧν Ἀθηναῖοι τὰ ἀκροστόλια ἀπέσφλαν ..... γρυέσθαι δὲ ἀπὸ τῶν ναυμαχιῶν τούτων καὶ θυσίαν Θησεῖ. *Porticum etiam Athenienſes de manubiis, quas tum Peloponneſiis, tum vero eorum ſociis Graeci nominis eripuerant, dedicarunt. Adfixa etiam ſunt extremarum navium ornamenta, & ſcuta aenea. Inſcriptio, quae addita, enumerat civitates, de quibus manubiarum primitias miſere Athenienſes ..... Ac de navalibus hiſce proeliis Theſeo ſacra inſtituta.* Denique & inter ſigna coeleſtia ipſum, Engonaſin dictum, item Lyram quoque eius retulerunt. Hyginus Poet. Aſtron. lib. II. *Engonaſin Hegeſianax Theſea dixit eſſe, qui Troezene ſaxum extollere videtur; quod exiſtimatur AEgeus ſub eo ſaxo Ellopium enſem poſuiſſe, & AEthrae Theſei matri praedixiſſe; ne ante eum Athenas mitteret, quam ſua virtute lapide ſublato potuiſſet patri gladium referre. Itaque niti videtur, ut, quam altiſſime poſſit, lapidem extollat. Hac etiam de cauſa nonnulli Lyram, quae proxima ei ſigno eſt collocata, Theſei eſſe dixerunt; quod, ut eruditus omni genere artium, lyra quoque didiciſſe videbatur.* Quin Silanioni (a) item, & Parrhaſio, qui imaginem eius pinxiſſent, finxiſſentque, ſummos honores decrevere. Plutarchus. Σιλανίωνα τιμῶσι, καὶ Παῤῥάσιον, εἰκόνων Θησέως γραφεῖς, καὶ πλάσας, γρωμένους. *Silanionem honorant, & Parrhaſium, qui Theſei imagines pinxerant, finxerantque.*

PI-

(a) Silanionis nomen exſtat in Cratere, in quo apud Gruterum, niſi me fallit memoria, inſcriptum eſt: ΣΙΛΑΝΙΩΝ ΕΠΟΙΕΙ vel ΕΠΟΙΗΣΕ

FINIS.

Digitized by Google

Digitized by Google

PISISTRATVS
SIVE
DE EIVS VITA
ET
TYRANNIDE
LIBER SINGVLARIS.

Digitized by Google

VIRO GENEROSO

OLIGERO ROSAECRANTSIO

SEREN. DANIAE REGI A SANCTIORIBVS CONSILIIS, REGNIQVE SENATORI PRAECIPVO, PRAEFECTO IN ODENSEE, ET DALENCLOOSTER, DOMINO IN ROSENHOLM, SCAFFBII, &c.

IOANNES MEVRSIVS

DEDICO, CONSECROQVE.

VIR GENEROSE.

QVAM sit nihil in humanis rebus certi, ab omni aevo exploratum est; & abunde unae Athenae id testantur. Hae sub Regibus primum positae, his in ordinem redactis, quum Archontes accepissent, a Pisistrato occupatae, libertatem amiserunt, cum quo varie luctatae, filiorum eius altero interfecto, altero pulso, rursum sese vindicarunt. Hinc subiectae Quadringentis; mox Spartanis, qui Triginta seu praefectos, seu tyrannos imposuerunt. Hos quum tandem excussissent, Macedonibus, olim sibi tributariis, quod indignius, paruerunt. Inde subditae Romanis, Scythis, Gothis; tum & Montisferratensi Marchioni Bonifacio, Delui Arragoni, atque Baiazethi Turcae. Post hunc eas Catalani invasere; quibus quum Rainerius quidam Acciaiolus Florentinus eripuisset, ille Venetis reliquit; & his, iterum Acciaioli extorserunt; istis, Mahometes Turca, cuius posteri semper deinceps tenuerunt. Ecce vices! Certe regnum nullum dabis; aut Rempublicam, ubi sic Fortuna luserit. Exposui nuper singillatim, Opere peculiari nunc describere illud tempus mihi visum, quo Pisistratus, filiique dominati. Inscripsi autem tuo nomini, quod ut facerem, impulit me humanitas tua, longe maxima; tum adfectus benignissimus, quem & coram, quum Bataviae videndae ante annum excurrisses, & per litteras item absens, manifestum mihi facere voluisti. Adde tot praeclaras animi tui dotes, ut Virtuti, an Fortunae plus acceptum ferre debeas plane ignorent, qui te norunt. Genus tibi est, quo non aliud tota Dania vetustate, aut splendore eminentius. Ad hoc ipse ornamenta illustrissima attulisti; praeter pietatem in Deum singularem, animumque paci Christianae addictum, Theologiae, Philosophiae, & Antiquitatis quoque universae cognitionem exquisitam. Linguas etiam Latinam, Graecam, Ebraeam exacte tenes; ut mirentur, qui in illis addiscendis multum operae posuerunt. Inde tibi comparata est Bibliotheca, libris omnibus instructissima; qualem etiam neque Principes quidam habent; tum armarium, plenum antiquis numismatibus, aliisque monumentis rarioribus. Et obstupui animum illum, tam amantem Antiquitatis, quum hic Paludano nostro, pro eiusmodi supellectile, quam is copiosam possidet, quinquaginta duo millia florenorum obtulisti. Ad hanc studiorum gloriam accedit dignitas, valde excellens; qua admotus consiliis Regis interioribus, in negotiis Regni cunctis ita semper occuparis, ut mirari iure liceat, Musis te vacare aliquando posse. Quid legationes dicam, quas duodecim hoc sexennio, ad Reges, Principes, & Respublicas obiisti? quibus certe demandatis, ut iudicium de te suum Rex ostendit, ita tibi honorificentius aliquid evenire nunquam potuit. In his omnibus, ut Fortunae multum debes, ita multo amplius tibi. Verum quidem est, valde obstringi illam natalibus; &, familia ista nasci, summi meriti instar esse; sed, virtutes nisi adferas, quae respondeant, illa inefficax non te digne promovere unquam possit. Eo nomine gratulor tibi; etiam isto, quod heredem, ut Fortunae, sic Virtutum, filium sis habiturus, Gondaeum tuum; quem promittere tibi ausim, si sic pergat per vestigia tua incedere, ad eamdem aliquando magnitudinem perventurum cum ingenti tuo gaudio, sua laude, Regni honore. Ita voveo, ita spero; & Pisistratum, filiosque olim Athenarum dominos, nunc clientes non ingratos tibi fore. Quod si impetro, meam in te observantiam, cuius illud monumentum in Musarum aede dedico, confirmabis. Vale. Lugduni Batavorum ad diem XV. *Ianuarii* CIↃ IↃ C XXIII.

PISI-

Digitized by Google

PISISTRATVS
SIVE
DE EIVS VITA
LIBERIS TYRANNIDE
LIBER SINGVLARIS.

CAPVT PRIMVM.

Pisistrati plures, inter quos clarissimus noster; cui genus, a rege Codro; populus, Philaidae & hic Plato emendatus. Pater Hippocrates, cui quid portenti acciderit, & quid Chilo Lacedaemonius item suaserit. Galeni locus illustratus. Mater incerta; & prostratae pudicitiae. Nomen datum a Nestoris filio; qui a Codro, auctore generis, quartus erat. Epitheton, Bacis. Facies, qualis in Bacchi templo spectabatur; similis Pericli, qui & ipse Pisistratus novus *adpellatus, ut amici item eius* Pisistratidae novi.

Historiae Atticae pars est multo nobilissima, Tyrannis Pisistrati; &, qui accepere ab ipso, filiorum, annis sexaginta octo usurpata; quam seorsim explicare mihi visum. Fuerunt autem eo nomine plures numero; quos in limite memorabo, ut ad nostrum hunc perveniam. Antiquissimus, quem invenio, Nestoris filius, ex uxore Anaxibia. Apollodorus lib. 1. Ἐσώθη δὲ Νέστωρ μόνος, ἐπιδὴ παρὰ Γερηνίοις ἐτρέφετο. ὃς, γήμας Ἀναξιβίαν, τὴν Κρατιέως, θυγατέρας μὲν, Πεισιδίκην, καὶ Πολυκάστην, ἐγέννησε. παῖδας δὲ, Περσέα, Στράτιχον, Ἀρήτον, Ἐχέφρονα, Πεισίστρατον, Ἀντίλοχον, Θρασυμήδην. *Servatus autem fuit solus Nestor, qui apud Gerenios alebatur; isque, ducta Anaxibia Cratiei filia, natas sustulit, Pisidicen, & Polycasten; natos autem Perseum, Stratichum, Aretum, Echephronem, Pisistratum, Antilochum, Thrasymedem.* Meminit eius Homerus Odyss. γ'. vers. 36. &c.

Πρῶτος Νεσορίδης Πεισίστρατος, ἐγγύθεν ἐλθὼν,
Ἀμφοτέρων ἕλε χεῖρα, καὶ ἵδρυσε παρὰ δαιτὶ,
Κώεσιν ἐν μαλακοῖσιν, ἐπὶ ψαμάθοις ἁλίῃσι,
Πάρ' τε κασιγνήτῳ Θρασυμήδεϊ, καὶ πατέρι ᾧ,
Primus Nestoris filius Pisistratus, prope accedens,
Vtriusque manum prehendit, & collocavit ad epulum,
Pellibus in mollibus, ad arenas marinas,
Iuxta & fratrem Thrasymedem, & patrem suum.

Nominatque rursum postea, ut & Strabo semel, atque iterum lib. VIII. Athenaeus lib. v. Pausanias in Messenicis, Herodotus lib. v. & Eustathius ad Odyss. lib. III. Et ab eo denominatus noster fuit, ut mox dicam. Huic vero eodem nomine filius fuit. Observo apud Pausaniam in Corinthiacis. Ἐκ δὲ τῆς Μεσσηνίας, τοὺς Νέστορος ἀπογόνους, Ἀλκμαίωνα Σίλλου τοῦ Θρασυμήδους, καὶ Πεισίστρατον τὸν Πεισιστράτου. *Ex Messenia, Nestoris posteros, Alcmaeonem Silli filium, Thrasymedis nepotem, & Pisistratum, Pisistrati filium.* Alius fuit Lacedaemonius, Norici conditor. Eustathius in Dionysium. Καὶ Πεισίστρατος ὁ Λακεδαιμόνιος κατὰ χρησμὸν ἀπὸ τοῦ συγκυρήματος πόλιν κτίσας, Νώρικον προσηγόρευσεν. *Et Pisistratus Lacedaemonius, quum forte urbem condidisset, oraculi iussu Noricum eam adpellavit.* Alius ab hoc, Orchomenius; quem discerptum a senatu ob studium in plebem, tradit Plutarchus in Parallelis. Ἐν τῷ Πελοποννησιακῷ πολέμῳ, Πεισίστρατος Ὀρχομένιος τοὺς μὲν εὐγενεῖς ἐμίσει, τοὺς δὲ εὐτελεῖς ἐφίλει. ἐβουλεύσαντο δὲ οἱ ἐν τῇ βουλῇ φονεῦσαι, καὶ διακόψαντες αὐτὸν εἰς τοὺς κόλπους ἔλαβον, καὶ τὴν γῆν ἔξυσαν. *Bello Peloponnesiaco, Pisistratus Orchomenius nobilitatem odio habebat, tenuioribus favebat. Itaque senatus per insidias eum occidit, ac discerptum in sinubus sumsit, terramque eraſit.* Alius etiam, cuius mentio apud Polybium, de quo dicam cap. II. Invenitur & inter Scriptores unus Ephesius; alter autem Liparaeus. Ephesii meminit Diogenes Laertius in Vita AEschinis lib. II. cap. LX. Καὶ Πεισίστρατος ὁ Ἐφέσιος ἔλεγε, μὴ εἶναι Αἰσχίνου. *Et Pisistratus Ephesius dicebat, non esse AEschinis.* Liparaeum citat Interpres Apollonii libro IV. Πλαγκταὶ πέτραι ἐν τῷ πορθμῷ εἰσιν, ὡς Τίμαιος, καὶ Πεισίστρατος ὁ Λιπαραῖος. *Planctae petrae sunt in freto, ut Timaeus refert, & Pisistratus Liparaeus.* Praeter hos Athenienses tres fuere: prior, Archon Olympiad. XXVII. anno IV. cuius meminit Pausanias in Corinthia-

Digitized by Google

thiacis, & Anonymus in Descript. Olympiad. alter, qui rempublicam invasit; tertius, huius ex Hippia filio nepos fuit. Vetus omnes, fere obscuros dignitate, & fama nominis, noster iste superavit, de quo nobis praesens Opus institutum. Erat autem nobilissimo genere natus, & ad Codrum regum ultimum stemma suum referebat. Ipse ait in Epistola (a) ad Solonem apud Diogenem Laertium lib. I. cap. LIII. Οὔτε μόνος Ἑλλήνων τυραννίδι ἐπεθέμην. ὅτε ὡς ὑ προσῆκόν μοι, γένους ὄντι τῶν Κοδριδῶν. ἀνέλαβον γὰρ ἐγὼ, ἃ ὁμόσαντες Ἀθηναῖοι παρέξειν Κόδρῳ τε, καὶ τῷ ἐκείνου γένει, ἀφείλοντο. *Nec solus Graecorum tyrannidem adfectavi, nec alienum a me erat, qui e Codridarum genere sum prognatus. Repetii enim, quae iurati Athenienses Codro se, eiusque posteris praebituros eripuerunt.* Est hoc ipsum observare etiam in Herodoti verbis, ubi de eiectis Pisistratidis agit libro V. cap. LXV. Μετὰ δὲ, ἐξεχώρησαν ἐς Σίγειον, τὸ ἐπὶ τῷ Σκαμάνδρῳ, ἄρξαντες μὲν Ἀθηναίων ἐπ' ἔτεα ἑξ καὶ τριήκοντα. ἐόντες δὲ καὶ ὅτοι ἀνέκαθεν Πύλιοί τε καὶ Νηλεῖδαι, ἐκ τῶν αὐτέων γεγονότες, καὶ οἱ ἀμφὶ Κόδρον τε καὶ Μέλανθον, *Moxque, excesserunt in Sigeum, ad Scamandrum situm, quum sex, & triginta annos principatum Athenienses tenuissent; etiam ipsi origine Pylii, & Nelidae; ex iisdem oriundi, quibus Codrus, & Melanthus.* Quem Herodoti locum respexit Eustathius ad Odyss. γ'. Ἀνέκαθεν, καθ' Ἡρόδοτον, Πύλιοι, καὶ Νηλεῖδαι, ἦσαν οἱ Πεισιστρατίδαι. *Pisistratidae, secundum Herodotum, origine erant Pylii, & Nelidae.* Erat autem e Philaidarum populo. Plutarch. in Vita Solonis. Φιλαῖος, καὶ Εὐρυσάκης, Αἴαντος υἱοὶ, Ἀθήνησι πολιτείας μεταλαβόντες, παρέδοσαν ἤ νῆσον αὐτοῖς· καὶ κατώκησαν, ὁ μὲν, ἐν Βραυρῶνι τῆς Ἀττικῆς· ὁ δὲ, ἐν Μελίτῃ· καὶ δῆμον ἐπώνυμον Φιλαίου τῶν Φιλαϊδῶν ἔχουσιν, ὅθεν ἦν Πεισίστρατος. *Philaeus, & Eurysaces, Aiacis filii, Athenis iure civitatis accepto, insulam ipsis tradiderunt, & habitarunt; ille quidem in Braurone Atticae; iste in Melita; habentque populum Philaidas, de Philaei nomine dictum, e quo oriundus Pisistratus.* Corruptus est Platonis locus in Hipparcho. Πολίτῃ μὲν ἐμῷ τε καὶ τῷ σῷ, Πεισιστράτου δὲ υἱεῖ, τῷ ἐκ Φιλαίδωνος, Ἱππάρχῳ. *Civi quidem meo, ac tuo, Pisistrati vero filio, qui e Philaedone oriundus, Hipparcho.* Restituo, τῷ ἐκ Φιλαϊδῶν, Ἱππάρχῳ. *Qui e Philaidis oriundus, H.* Pater illi Hippocrates erat. Herodotus lib. I. cap. LIX. Τουτέων δὲ ὧν ἐθνέων τὸ μὲν Ἀττικὸν, κατεχόμενόν τε καὶ διεσπασμένον ἐπυνθάνετο ὁ Κροῖσος ὑπὸ Πεισιστράτου, τοῦ Ἱππoκράτους. *Ex his gentibus Atticam quidem, Croesus audiebat obineri, oppressamque esse a Pisistrato Hippocratis filio.* Iterum lib. V. cap. LXV. Ἐπὶ τούτου δὲ καὶ τοῦτο ὄνομα ἀπεμνημόνευσε Ἱππoκράτης τῷ παιδὶ θέσθαι τὸν Πεισίστρατον. *Hac de causa animum induxit Hippocrates, ut filio nomen Pisistrati daret.* Et lib. VI. cap. CIII. Τῶν ὁ δέκατος ἦν Μιλτιάδης, τοῦ τὸν πατέρα Κίμωνα, τὸν Στησαγόρεω, κατέλαβε φυγεῖν ἐξ Ἀθηναίων Πεισίστρατον, τὸν Ἱππoκράτεα. *Horum decimus erat Miltiades, cuius patrem Cimonem, Stesagorae filium, contigerat fugere Athenis Pisistratum, Hippocratis filium.* Et in Solonis ad Pisistratum ipsum verbis apud Plutarchum in eius Vita. Προσελθὼν ἐγγὺς ὁ Σόλων, καὶ παρασὰς, ἐ καλῶς, εἶπεν, ὦ παῖ Ἱππoκράτους, ὑποκρίνῃ τὸν Ὁμηρικὸν Ὀδυσσέα. *Propius accedens Solon, & adsistens, non recte, inquit, o fili Hippocratis, Homericum Vlyssem agis.* De hoc Hippocrate nihil aliud legere memini, quam quod ab Herodoto traditur lib. I. cap. LIX. Quum nimirum, privatus exsistens, Olympia spectaret, hostiamque immolaret, hoc portenti simile accidit, ut ahena, carne plena, & aqua, sine igne efferbuerint, ita ut aqua redundaret; quod quum Chilon Lacedaemonius, qui tunc aderat, videret, suasit ei, ne foecundam uxorem duceret; aut, si iam duxisset forte, a se dimitteret; filiumque ex ea natum abdicaret; ipsum vero morem minime gessisse, ac Pisistratum deinde istum sustulisse. Verba Herodoti ita habent. Ἱππoκράτει, ἐόντι ἰδιώτῃ, καὶ θεωρέοντι τὰ Ὀλύμπια, τέρας ἐγένετο. θύσαντος γὰρ αὐτοῦ τὰ ἱρὰ, οἱ λέβητες ἐπεσεῶτες, καὶ κρεῶν τε ἐόντες ἔμπλεοι καὶ ὕδατος, ἄνευ πυρὸς ἔζεσαν, καὶ ὑπερέβαλον. Χείλων δὲ ὁ Λακεδαιμόνιος παρατυχὼν, καὶ θεησάμενος τὸ τέρας, συνεβούλευεν Ἱππoκράτει, πρῶτα μὲν, γυναῖκα τεκνοποιὸν μὴ ἄγεσθαι ἐς τὰ οἰκία. εἰ δὲ τυγχάνοι ἔχων, ἀμείνονα τὴν γλωαῖκα ἐκπέμπειν. καὶ εἴ τις οἱ τυγχάνει ἐὼν παῖς, τοῦτον ἀπέπαυσε. ὄχων ταῦτα παραινέσαντος Χείλωνος πείθεσθαι θέλειν τὸν Ἱππoκράτεα· γενέσθαι τε οἱ μετὰ ταῦτα τὸν Πεισίστρατον. *Hippocrati, quum privatus esset, & Olympia spectaret, prodigium ingens evenit; nam, quum sacra ipse faceret, quae adstabant ahena, plena carne, & aqua, sine igne efferbuerunt, & redundarunt. Quod quum Chilo Lacedaemonius, forte praesens, conspicaretur, suasit Hippocrati; primum, ne foecundam uxorem ducere vellet; alterum, si iam duxisset, ut dimitteret; ac, si filium genuisset, abdicaret. Sed Hippocrates, spretis Chilonis monitis, postea Pisistratum sustulit.* Narrat rem eamdem breviter Diogenes Laertius ex Herodoto in Chilone lib. I. cap. LXVIII. Οὕτως, (ὁ Χείλων,) ὡς φησιν Ἡρόδοτος, Ἱππoκράτει, θεωμένῳ, ἐν Ὀλυμπίᾳ, τῶν λεβήτων αὐτομάτων ζεσάντων, συνεβούλευσεν, ἢ μὴ γῆμαι, ἢ, εἰ ἔχοι γυναῖκα, ἐκπέμψαι, καὶ παῖδας ἀπειπασθαι. *Hic, (Chilon,) ut Herodotus refert, Hippocrati in Olympia spectanti, quum ahena sua sponte efferbuissent, auctor fuit, ut aut uxorem mitteret, aut, si iam duxisset aliquam, ut dimitteret, liberosque abdicaret.* Ac respexit huc Galenus, sive quisquis demum auctor est libelli, cui titulus: Εἰ ζῶον τὸ κατὰ γαστρός. Οὔπω Περικλῆς ἐγένετο Ὀλύμπιος, καὶ πᾶσιν ἤδη φοβερὸς τοῖς Ἕλλησι διὰ τὸ ἐνύπνιον ἦν. ὅπω Πεισίστρατος, καὶ τύραννος ἦν. *Nondum natus erat Pericles Olympius, & iam formidabilis erat Graecis omnibus propter somnium. Nondum Pisistratus, & tyrannus erat.* De matre plane nihil scimus; neque nomen, neque genus; tantum illud, deperiisse adolescentem, corporisque ei copiam facere solitam, & hoc nomine ad Pisistratum delatam. Memorat Plu-

(a) Huiusmodi Epistolae Sapientum, & Philosophorum, quas *Laertius* refert, suppositititiae ut plurimum habentur.

Plutarchus in Apophthegmatis, ubi de Pisistrato loquitur. Διαβληθείσης δὲ τῆς μητρὸς πρὸς αὐτὸν, ὡς ἐρᾷ τινος νεανίσκου, καὶ κρύφα σύνεσι φοβουμένῳ, καὶ παραιτουμένῳ τὰ πολλὰ, καλέσας ἐπὶ δεῖπνον τὸν νεανίσκον, ἠρώτησε δειπνήσαντα, πῶς γέγονεν, ἡδέως δὲ, φήσαντος, ταῦτά σοι, ἔφη, καθ' ἡμέραν ἔσαι, ἐὰν τῇ μητρί μου ἀρέσκῃς. *Quum delata ad ipsum mater esset, quod amaret adolescentem quemdam, & cum eo clam coiret, metuente, ac recusante saepenumero, vocatum ad coenam adolescentem, quum coenasset, percunctatur, quomodo habitus fuisset; & suaviter respondenti; atqui, inquit, hoc quotidie tibi erit, si placueris matri meae.* Dictus autem Pisistratus fuit, de nomine Pisistrati, Nestoris filii. Herodotus lib. v. capite LXV. Ἐπὶ τούτου δὲ καὶ τώνυτὸ ἔνομα ἀπεμνημόνευσε Ἱππόκρατης τῷ παιδὶ θέσθαι τὸν Πεισίστρατον, ἐπὶ τοῦ Νέστορος Πεισιστράτου ποιεύμενος τὴν ἐπωνυμίην. *Hac de causa animum induxit Hippocrates, ut filio nomen Pisistrati daret; de Pisistrato, Nestoris filio, eum nuncupans.* Eustathius ad Odyss. γ'. Ἰστέον δὲ, ὅτι ἐκ τῷ ὕστερον τυράννῳ Πεισιστράτῳ ἐκ τοῦ τοιούτου Νεστορίδου Πεισιστράτου δόξοι ἂν ἴσως ἀπομνημονευθῆναι ἡ κλῆσις. *Sciendum autem, etiam Pisistrato, qui tyrannus postea fuit, forsitan videri posse nomen datum in memoriam huius Nestoridae Pisistrati.* Erat autem is Pisistratus a Codro, ad quem genus noster iste referebat, stirpe quartus; quippe Codri filius, Neleus: huius, Nestor; huius, Pisistratus; uti liquido ex Apollodoro constat lib. I. Porro epitheto dictus, Bacis. Suidas. Βάκις, ἐπίθετον Πεισιστράτου. *Bacis, epitheton Pisistrati.* Scholiastes Aristophanis ad Pacem. Βάκις, χρησμολόγος. ἔστι δὲ καὶ ἐπίθετον Πεισιστράτου. *Bacis, vates. Est vero etiam epitheton Pisistrati.* Facie vero tali fuit, qualis illa, quae in Bacchi templo erat, & efficta ad ipsius putabatur. Observo apud Athenaeum lib. XII. Ὁ δ' ὃν Πεισίστρατος καὶ ἐν πολλοῖς βαρὺς ἐγένετο· ὅπου καὶ τὸ Ἀθήνησιν ἐν Διονύσου πρόσωπον ἐκεῖνο τινὲς φασιν εἶναι εἰκόνα. *Pisistratus vero etiam in multis gravis fuit; & nonnulli quoque faciem, quae in Bacchi Athenis visitur, eius esse effigiem dicunt.* Et repraesentasse postea Pericles fertur. Plutarchus in eius Vita. Ὁ δὲ Περικλῆς, νέος μὲν ὤν, σφόδρα τὸν δῆμον εὐλαβεῖτο. καὶ γὰρ ἐδόκει Πεισιστράτῳ τῷ τυράννῳ τὸ εἶδος ἐμφερὴς εἶναι. *Pericles autem, quum iuvenis quidem esset, valde populum metuebat: nam Pisistratum tyrannum facie referre videbatur.* Atque ut faciem, sic facundiam habebat. Plutarchus en subiungit illis. Τήν τε φωνὴν, ἡδεῖαν οὖσαν, αὐτῷ, καὶ τὴν γλῶτταν εὔτροχον ἐν τῷ διαλέγεσθαι, καὶ ταχεῖαν, οἱ σφόδρα γέροντες ἐξεπλήττοντο, πρὸς τὴν ὁμοιότητα. *Vocemque eius, suavem admodum, & linguam in dicendo volubilem, celeremque horrebant viri senio graves, ob similitudinem.* Huc pertinent, quae Valerius Maximus narrat lib. VIII. cap. IX. *Fertur quidam, quum admodum senex primae concioni Periclis adolescentuli interesset, idem iuvenis Pisistratum, iam decrepitum, concionantem audisset, non temperasse sibi, quominus exclamaret; caveri illum civem oportere, quod Pisistrati orationi simillima eius esset oratio.* Sane Pericles, ob haec ipsa, & potentiam, quae Pisistrateae etiam plane similis, *Novus Pisistratus*, & amici item eius, *Novi Pisistratidae* dicti. Plutarchus alterum clare dicit; alterum innuit: ita enim alibi ait in eius Vita. Καίτοι τὴν δύναμιν αὐτοῦ, σαφῶς μὲν ὁ Θουκυδίδης διηγεῖται. κακοήθως δὲ παρεμφαίνουσιν οἱ Κωμικοὶ, Πεισιστρατίδας μὲν νέους τοὺς περὶ αὐτὸν ἑταίρους καλοῦντες. *Et potentiam quidem eius Thucydides diserte narrat; & maligne obiter ostendunt Comici, quum familiares eius novos Pisistratidas vocant.*

CAP. II.

Ante tyrannidem orator erat, doctrina, & eloquentia, excellens; ac quo modo tunc se gesserit. Alius ab eo; & de illo Polybii locus apud Suidam indicatus, ac correctus.

ANte tyrannidem occupatam orator erat, & demagogus. Dion Chrysostomus Orat. XXII. Καθάπερ, οἶμαι, Περικλῆς, καὶ Θουκυδίδης, Ἀθήνησι· καὶ Θεμιστοκλῆς ἔτι πρότερον, καὶ Κλεισθένης· καὶ Πεισίστρατος, ἕως ἔτι ῥήτωρ, καὶ δημαγωγὸς, ἠνείχετο καλούμενος. *Quemadmodum, opinor, Pericles, & Thucydides, Athenis; & Themistocles adhuc antea, Clistheneque, ac Pisistratus, quam diu quidem orator, & demagogus vocari sustinuit.* Et doctrina, ac facundia excellebat. Cicero De Orat. lib. III. cap. XXXIV. *Quis doctior iisdem illis temporibus, aut cuius eloquentia litteris instructior fuisse traditur, quam Pisistrati? qui primus Homeri libros, confusos antea, sic disposuisse dicitur, ut nunc habemus. Non fuit ille quidem civibus suis utilis, sed ita eloquentia floruit, ut litteris, doctrinaque praestaret.* Iterum in Bruto cap. VII. *Quamquam opinio est, & eum, qui multis annis ante hoc fuerit, Pisistratum, & paulo seniorem etiam Solonem, posteaque Clisthenem, multum, ut temporibus illis, valuisse dicendo.* Et postea: *Sed studium eius generis, maiorque vis agnoscitur in Pisistrato.* Ita autem per hoc tempus sese gessit, ut, republica varie adflicta, eiectisque civium optimis, ceu propensis in paucorum dominatum, viam ad tyrannidem strueret; quam & denique eloquentiae adminiculo occupavit. Isocrates in Panathenaica. Μέχρι τοῦ Σόλωνος μὲν ἡλικίας, Πεισιστράτου δὲ δυνασείας· ὃς, δημαγωγὸς γενόμενος, καὶ πολλὰ τὴν πόλιν λυμηνάμενος, καὶ τοὺς βελτίστους τῶν πολιτῶν, ὡς ὀλιγαρχικοὺς ὄντας, ἐκβαλὼν, τελευτῶν, τότε δῆμον κατέλυσε, καὶ τύραννον ἑαυτὸν κατέστησε. *Vsque ad Solonis quidem aetatem, sed Pisistrati principatum; qui, quum demagogus esset, ac damnis multis civitatem adfecisset, praestantissimosque civium, ut oligarchicos eiecisset, tandem statum popularem abrogavit, ac tyrannum se constituit.* Aristoteles Politic. lib. V. cap. X. Παυσαίτιος δὲ ἐν Λεοντίνοις, καὶ Κύψελος ἐν Κορίνθῳ, καὶ Πεισίστρατος Ἀθήνησι, καὶ Διονύσιος ἐν Συρακούσαις, καὶ ἕτεροι, τὸν αὐτὸν τρόπον (τύραννοι κατέστησαν) ἐκ δημαγωγίας. *Panaetius vero in Leontinis, Cypselus Corinthi, Pisistratus Athenis, Dionysius Syracusis, aliique, eodem modo (tyranni facti sunt) e demagogia.* Valerius

rius Maximus lib. VIII. cap. IX. *Pisistratus dicendo tantum valuisse traditur, ut ei Athenienses regium imperium oratione capti permitterent*. Polybius in Fragmento quodam apud Suidam in Διάληψις, delectum dicit, quia ad res gerendas promtus pariter, & audax esset. Οἱ γὰρ πολλοὶ τ ἀνθρώπων, ἐκ ἐκ τ κατὰ λόγον, ἀλλ' ἐκ τ συμβαινόντων, ἀγαθοὶ ποιεῖσθαι τὰς διαλήψεις, τὰς τῦ νοὸς ὁρμάς. ἀρτι γὰρ δι' αὐτὸ τῦτο προκεχειρισμένον τ Πεισίστρατον, διὰ τὸ πρᾶξιν ἔχειν τινὰ, καὶ τόλμαν, παραχρῆμα μετέπιπτεν ἐς τἀναντία ταῖς γνώμαις, διὰ τ περιπέτειαν. *Multi enim inter homines, non ex iis, quae rationi consentanea, sed ex iis, quae eveniunt, opinionem fere aliquam animo capiunt. Etenim ob illud ipsum, quum Pisistratum delegissent, quod ad faciendum quidpiam promtus esset, atque audax, ob mutationem rerum repentinam, statim animis in contraria reciderunt*. Vbi eiicienda illa, τὰς τῦ νοὸς ὁρμάς; quae a Suida sunt adiecta, ceu glossema verbi eius praecedentis, διαλήψεις. Porro ut, quod sentio, dicam, errare ego viros doctos hic existimo, qui tyrannum illum nostrum Athenienſem esse putant; agit enim de alio quodam, cuius mentionem facit Legationum Ecloga VIII. item Suidas in Παμφιλίδας, ac Πυρρόςῳ, & Livius lib. XXXIII.

CAP. III.

Rempublicam invadit tripliciter divisam: in Paralios, Pediaeos, Diacrios, sive Hyperacrios; eaque in re dissidium Aristotelis, & Polyaeni indicatum. Dolo vulnerat se ipse; & Satores primum obtinet; de quorum numero dissidentes inter se auctores conciliati. Arcem invadit; &, ut plene in potestate rempublicam teneret, altero dolo populum exarmat: idque quo archonte fecerit, quove Romanorum rege, quaque Olympiade, & anno. Solon, reprimere conatus, frustra laborat.

NVnc, tyrannidem quonam modo occupaverit, videamus. Respublica trifariam divisa erat; & Διάκριοι pars vocati; pars Παράλιοι; pars Πεδιαῖοι: & Paraliorum caput Megacles erat; Pediaeorum Lycurgus; Diacriorum autem Pisistratus. Plutarchus in Solonis Vita. Προεστήκει τῶν μὲν Πεδιαίων Λυκῦργος, τῶν δὲ Παραλίων Μεγακλῆς ὁ Ἀλκμαίωνος, Πεισίστρατος δὲ τῶν Διακρίων. *Praeerat Pediaeis quidem Lycurgus; Paraliis, Megacles Alcmaeonis; Diacriis vero, Pisistratus*. Scholiastes Aristophanis Vespis. Κατὰ γὰρ τὸς Σόλωνος νόμους, τρεῖς ἦσαν αἱ τάξεις. μία μὲν τῶν Παραλίων, ὧν προειστήκει Μεγακλῆς. ἑτέρα δὲ τῶν Πεδιαίων, ὧν προειστήκει Λυκῦργος. τρίτη δὲ τῶν Διακρίων, ὧν προειστήκει Πεισίστρατος. *Secundum Solonis leges, tres erant ordines; unus quidem Paraliorum, quibus praeerat Megacles; alter Pediaeorum, quibus Lycurgus; tertius Diacriorum, quibus Pisistratus*. Videndus quoque Herodotus lib. I. Vlpianus in Midianam, non Pisistratum hic memorat, sed Hippocratem, eius patrem; & Lycurgum, qui dux Pedieis erat, praetermittit. Ὁ δὲ Μεγακλῆς, ἦς μιᾶς στάσεως· ὁ δὲ Ἱπποκράτης, ὁ Πεισιστράτῳ παῖ̈ρ, τ δ ἑτέρας ἦν στραηγός. *Megacles vero, unius factionis; Hippocrates, Pisistrati pater, alterius dux erat*. In Diacriis, quibus praeerat Pisistratus, erant homines capite censi, egestate infensi divitibus, & ad facinus quodvis promti; Plutarchus loco citato. Πεισίστρατος δὲ (προειστήκει) τῶν Διακρίων, ἐν οἷς ἦν ὁ θητικὸς ὄχλος, καὶ μάλιστα τοῖς πλουσίοις ἀχθόμενος. *Diacriis (praeerat) Pisistratus; in quibus erant capite censi, divitibus summopere infesti*. His quum subvenire se Pisistratus velle, ac propugnare contra opulentiores simularet; eorum opera, oppressis ceteris, remp. invasit istoc modo. Quum seipsum, ac mulos suos, vulnerasset, acto in forum vehiculo, tanquam ex hostibus elapsus, quem rus proficiscentem illi interficere voluissent, oravit populum, corporis custodes aliquot ut concederet. Erat in magna existimatione; & Megarensi expeditione, aliisque rebus gestis clarus valde. Itaque permotus populus gloria viri, & iniuria, ut putabat, dat custodes, clavis, non hastis armatos. His munitus, arcem capit, & rempublicam; Herodotus lib. I. Στασιαζόντων τ Παραλίων, καὶ τῶν ἐκ τῦ πεδίου Ἀθηναίων, καὶ τῶν μὲν προεστῶτος Μεγακλέος τῦ Ἀλκμαίωνος, τῶν δὲ ἐκ τὺ πεδίου Λυκόργυ Ἀριστολαΐδεω, καταφρονήσας (ὁ Πεισίστρατος) τὴν τυραννίδα, ἤγειρε τρίτῳ στάσιν. συλλέξας ἧ στασιώτας, καὶ τῷ λόγῳ τῶν Ὑπερακρίων προστὰς, μηχανᾶται τοιάδε. τρωματίσας ἑωὐτόν τε καὶ ἡμιόνους, ἤλασεν ἐς τὴν ἀγορὴν τὸ ζεῦγος, ὡς ἐκπεφευγὼς τὺς ἐχθρὺς, οἳ μιν ἐλαύνοντα ἐς ἀγρὸν ἠθέλησαν ἀποκτεῖναι δῆθεν· ἐδέετο ἧ τῦ δήμυ φυλακῆς τινος πρὸς αὐτῦ κυρῆσαι, πρότερον εὐδοκιμήσας ἐν τῇ πρὸς Μεγαρέας γενομένῃ στρατηγίῃ, Νίσαιάν τε ἑλὼν, καὶ ἄλλα ἀποδειξάμενος μεγάλα ἔργα. ὁ ἧ δῆμος ὁ τῶν Ἀθηναίων, ἐξαπατηθεὶς, ἔδωκεν οἱ τῶν ἀστῶν καταλέξας ἄνδρας τύτυς, οἱ δορυφόροι μὲν ὐκ ἐγένοντο Πεισιστράτυ, κορυνηφόροι ἧ. ξύλων γὰρ κορύνας ἔχοντες εἵποντο οἱ ὄπισθεν. συνεπαναστάντες ἧ ἔτοι ἅμα Πεισιστράτῳ, ἔσχον τὴν ἀκρόπολιν. *Quum seditio orta esset inter Paralios, & Pediaeos, atque illis praeesset Megacles, Alcmaeonis filius; his Lycurgus, Aristolaidis; tyrannidem animo agitans, (Pisistratus,) tertiam ipse factionem excitavit, collectisque, qui a partibus suis starent, quum se Hyperacriis velle opitulari praeseferret, rem huiusmodi machinatur: Vulneratis se, mulisque, & in forum acto curru, ceu ex hostibus evasisset, qui rus ipsum proficiscentem interimere voluissent, rogat populum, ut custodiam aliquam darent. Pridem gloriam reportaverat, capta in Megarensi expeditione Nisaea, aliisque claris facinoribus editis. Ergo Athenienſis populus, fraude inductus, dat delectos cives aliquot; qui armati clavis ligneis, & non hastis, pone ipsum sequerentur, atque isti, cum Pisistrato concitati, arcem occupant*. Vbi illud observandum; Hyperacrios ab Herodoto adpellari, quos Diacrios alii vocant. Quod seditionem attinet, cum solis eum Pediaeis contendisse, ait Aristoteles, Politic. lib. v. cap. v. Ἡ ἧ πίσις, ἦν ἡ ἀπέχθεια ἡ πρὸς τὺς πλουσίυς· οἷον Ἀθήνησι Πεισίστρατος, στασιάσας πρὸς τὺς Πεδιαίυς. *Fides vero erat inimicitia adversum divites; sicut Athenis Pisistratus, mota contra*

Digitized by Google

tra Pediaeos seditione. Polyaenus memorat Paralios, quibus Megacles praefectus lib. 1. cap. XXI. §. III. Πεισίστρατος Μεγακλεῖ διεπολιτεύετο. καὶ ἦν ὁ Μεγακλῆς, ὑπὲρ τῶν πλουσίων τεταγμένος· ὁ δὲ Πεισίστρατος ὑπὲρ τῶν Πενήτων. *Pisistratus Megacli in Republica adversabatur; & Megacles divitibus praepositus erat; Pisistratus egenis*. De dolo Pisistrati ita etiam Plutarchus in Solone. Κατατρώσας αὐτὸς ἑαυτὸν ὁ Πεισίστρατος, ἦκεν εἰς ἀγορὰν, ἐπὶ ζεύγους κομιζόμενος. καὶ παρώξυνε τὸν δῆμον, ὡς διὰ τὴν πολιτείαν ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν ἐπιβεβουλευμένος. *Quum se ipse convulneraſſet Pisistratus, in forum venit, curru vectus; populumque concitavit, tamquam reipublicae causa ab inimicis insidiis petitus esset*. Solon in Epistola (a) ad Epimenidem. Ἑαυτῷ τραύματα ποιήσας, παρελθὼν ἐφ' Ἡλιαίαν, ἐβόα· Φάμενος πεπονθέναι ταῦτα ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν. *Insidiis sibi vulneribus, accedens ad Heliaeam, vociferabatur: dicens, sese his adfectum ab inimicis*. Polyaenus libro 1. loco citato. Κατατρώσας ἑαυτὸν οὐ καιρίοις τραύμασι, τῆς ὑσεραίας προῆλθεν ἐπὶ τὴν ἀγορὰν, δεικνύων τοῖς Ἀθηναίοις ταῦτα. *Quum se ipse vulneribus minime lethalibus adfeciſſet, postridie in forum processit, Athenienſibus ista ostendens*. Diodorus Siculus, libro XIII. Λέγεται δὴ τοῦτο πρᾶξαι τὸν Διονύσιον, ὑπομιμούμενον Πεισίστρατον τὸν Ἀθηναῖον, καὶ γὰρ ἐκεῖνόν φασιν ἑαυτὸν τραυματίσαντα προελθεῖν εἰς τὴν ἐκκλησίαν, ὡς ἐπιβεβουλευμένον. καὶ διὰ τοῦτο φυλακὴν λαβεῖν παρὰ τῶν πολιτῶν, ᾗ χρησάμενον, τὴν τυραννίδα περιποιήσασθαι. *Fertur hoc Dionyſius feciſſe, Pisistrati Athenienſis exemplo, etenim illum aiunt, quum se ipse vulneraſſet, processiſſe in concionem, ceu insidiis appetitum; & a civibus eapropter stipatores accepiſſe, quorum opera tyrannidem adripuerit*. Aristoteles Rhetor. libro 1. cap. 11. Καὶ γὰρ Πεισίστρατος, πρότερον ἐπιβουλεύσας. ἤτει φυλακήν· καὶ λαβὼν, ἐτυράννησε. *Etenim Pisistratus, prius insidiatus, custodiam petiit; qua accepta tyrannidem adripuit*. Iustinus lib. 11. capite VIII. *Pisistratus, quasi sibi, non patriae vicisset; tyrannidem per dolum occupat: quippe voluntariis verberibus domi adfectus, laceratoque corpore in publicum progreditur: advocata concione, vulnera populo ostendit; de crudelitate principum, a quibus haec se passum simulabat, queritur; adduntur vocibus lacrimae, & invidiosa oratione multitudo credula accenditur: amore plebis, invisum se Senatui adfirmat; obtinet ad custodiam corporis sui satellitum auxilium; per quos occupata tyrannide per annos triginta tres regnavit*. Alexander Aphrodisieus, in priora Analytica. Καὶ Πεισίστρατος, αἰτήσας (φυλακὴν) παρ' Ἀθηναίων, λαβὼν ἐτυράννησε. *Et Pisistratus, quum (custodiam) petiisset ab Athenienſibus, ea accepta tyrannidem instituit*. Simul autem stipatores obtinuisset, Megacles ex Vrbe profugit, & cum eo ceteri quoque Alcmeonidae. Plutarchus, ubi de hac re loquitur in Solone. Γενομένου δὲ τούτου, καὶ τῆς πόλεως σύνταραχθείσης, ὁ μὲν Μεγακλῆς εὐθὺς ἔφυγε μετὰ τῶν ἄλλων Ἀλκμαιωνιδῶν. *Eo facto, & turbata civitate, illico profugit Megacles, aliique Alcmaeonidae*.

(a) Epistola, ut videtur, ὑποβιβλημένη.

Verum revocatus postea a Pisistrato, ea lege, ut victorem certamine Olympico ipsum renuntiari permitteret. Scholiastes Aristophanis Nubibus. Ἐσεμνύνετο ἢ τὸ γυναῖον ἅρμα Μεγακλεῖ, τρίτον νικήσαντι Ὀλύμπια, καὶ δι' ἱπποτροφίαν κατελθόντι ἐκ τῆς φυγῆς. Ἐδίωξε γὰρ αὐτὸν ὁ Πεισίστρατος, καὶ μετεπέμψατο, παραχωρήσαντα τὸ τῆς νίκης κήρυγμα. *Gloriabatur mulier avunculo Megacle, ter Olympico certamine victore; & quod equos aleret, ab exilio reduce; eiecerat enim eum Pisistratus, ac revocaverat, concesso prius victoriae praeconio*. Porro quod stipatores attinet, variari in eorum numero video; ac Plutarchus nobis auctor, quinquaginta hos fuisse e decreto Aristonis. Ἐκ τούτου τὸ μὲν πλῆθος ἦν ἕτοιμον ὑπερμαχεῖν τῷ Πεισιστράτῳ, καὶ συνῆλθεν εἰς ἐκκλησίαν ὁ δῆμος. Ἀρίστωνος δὲ γράψαντος, ὅπως δοθῶσι πεντήκοντα κορυνηφόροι τῷ Πεισιστράτῳ, φυλακὴ τοῦ σώματος, ἀντεῖπεν ὁ Σόλων. *Quamobrem parata quidem plebs fuit ad Pisistratum defendendum, venitque in concionem populus; sed, quum scivisset Ariston, ut clavigeri quinquaginta Pisistrato in custodiam darentur, contradixit Solon*. Polyaenus trecentos dicit lib. 1. loc. cit. Οἱ δὲ δῆμος ὑπερηγανάκτησεν, ὡς ὁ κηδόμενος αὐτοῦ δι' αὐτὸν ταῦτα εἴη παθών· καὶ ἐς φυλακὴν τοῦ σώματος, ἔδωκεν αὐτῷ τριακοσίους φύλακας. *Ac populus, supra modum est indignatus, quod, qui ipsius curam gereret, propter ipsum haec passus esset; deditque in custodiam corporis stipatores trecentos*. Iple Solon eos quadringentos memorat in Epistola ad Epimenidem. Καὶ φύλακας ἠξίουν παρασχεῖν οἱ τετρακοσίους τοὺς νεωτάτους· οἱ δὲ, ἀνηκούσαντές μου, παρέσχον τοὺς ἄνδρας. *Postulabat dari sibi custodes e selecta iuventute quadringentos; illi vero, mihi non auscultantes, concesſere viros*. Sed dissidium compono. Initio quinquaginta tantum hi fuerunt; sed mox aucti pro Pisistrati libidine. Indicat clare Plutarchus. Τὸ δὲ ψήφισμα κυρώσας ὁ δῆμος οὐδὲ τοῦ πλήθους ἔτι τῶν κορυνηφόρων διεμικρολογεῖτο πρὸς τὸν Πεισίστρατον. ἀλλ', ὅσους ἐβούλετο, τρέφοντα, καὶ συνάγοντα φανερῶς, περιεώρα. *Quum decretum populus confirmaſſet, non anxie deinceps de clavigerorum numero cum Pisistrato disceptavit: sed alentem, quotquot vellet, & aperte colligentem insuper habuit*. In hunc modum quum satellites impetrasset, arcem postea occupavit. Ecce tibi, in citatis Herodoti verbis. Συνεπαναστάντες δὲ ἕτοι (οἱ κορυνηφόροι) ἅμα Πεισιστράτῳ, ἔσχον τὴν ἀκρόπολιν. *Atque isti, (clavigeri,) cum Pisistrato concitati, arcem occupant*. Plutarchus loco citato. Οὓς ἐβούλετο (κορυνηφόρους) τρέφοντα, καὶ συνάγοντα φανερῶς, παρεώρα, μέχρι τὴν ἀκρόπολιν κατέσχε. *Quotquot vellet (clavigeros) alentem, & aperte colligentem insuper habuit, donec arcem occuparet*. Sed non illud ei satis; uti plene reipublicae potens esset, exarmandus erat populus. Hic, commentus novum dolum, eum in Dioscurorum templo cum armis adesse iubet; quo & ipse, verba facturus, processit; ac, quum voce exili diceret, quaeque exaudiri haud posset, iique iuberent in vestibulum procedere, ut commodius audirent; isque faceret, ac submisse nihilominus loqui pergeret, dum hoc illi unum agunt, ut audire verba faciens-

cientem posſent, neque dolum animadvertunt, prodeuntes qui a partibus eius ſtabant, arma clanculum ſubducunt, atque in Aglauri deferunt, quod mox ubi cognoviſſent, ſero tandem inſidias libertati ſtructas perceperunt. Audiamus Polyaenum libro 1. capite XXI. §. 11. Πεισίστρατος Ἀθηναίων τὰ ὅπλα βυλόμενος παρελέσθαι, παρήγγειλεν ἥκειν ἅπαντας εἰς τὸ Ἀνάκειον, μετὰ τῶν ὅπλων. οἱ μὲν ἦκον· ὁ δὲ προῆλθε δημηγορῆσαι βυλόμενος, καὶ σμικρᾷ τῇ φωνῇ λέγειν ἤρχετο. οἱ δὲ ἐξακύειν μὴ δυνάμενοι, προελθεῖν αὐτὸν ἠξίωσαν εἰς τὸ προπύλαιον, ἵνα πάντες ἀκύσειαν· ἐπεὶ δὲ ὁ μὲν ἡσυχῇ διελέγετο, οἱ δὲ ἐντείνοντες τὰς ἀκοὰς προσεῖχον, οἱ ἐπίκυροι προελθόντες, καὶ τὰ ὅπλα ἀράμενοι, κατήνεγκαν εἰς τὸ ἱερὸν τῆς Ἀγλαύρου. Ἀθηναῖοι δὲ γυμνοὶ καταλειφθέντες, τότε ἄρα ᾔσθοντο τῆς Πεισιστράτου βραχυφωνίας, ὅτι ἄρα ἦν τέχνασμα, κατὰ τῶν ὅπλων. *Piſiſtratus, quum adimere Athenienſibus arma vellet, venire omnes in Anaceum iuſſit una cum armis. Et illi quidem convenerunt; ac proceſſit ipſe etiam, verba ad eos facere cupiens, & ſubmiſſa adeo voce dicere incepit, quumque intelligere ipſum minus poſſent prodire in veſtibulum iuſſerunt, uti rectius intelligerent; ſed quum ille nihilominus pergeret ſubmiſſe loqui, illique attente aures adhiberent, procedentes, qui favebant eius partibus clanculum ſubducta arma in Agrauli detulerunt. Poſtea Athenienſes, quum relicti eſſent nudi, ſenſerunt, hanc exilitatem vocis a Piſiſtrato dolo eſſe inſtitutam, ut ſubducere arma ipſis ſua poſſet.* Breviter tangit Maximus Tyrius Diſſert. XIII. Πότε δοῦλοι (Ἀθηναῖοι;) ὅτε Πεισιστρατίδαι τὸν δῆμον ἐξοπλίσαντες, γεωργεῖν ἠνάγκαζον. *Quando ſervi fuerunt (Athenienſes?) quum Piſiſtratidae populum, armis ademtis, agrum colere coegerunt.* Sic, Republica tandem in poteſtatem redacta, tyrannidem incepit; idque Comia Archonte. Plutarchus in Vita Solonis. Ἐπὶ Κωμίου μὲν γὰρ ἤρξατο τυραννεῖν Πεισίστρατος. *Etenim ſub archonte Comia tyrannidem Piſiſtratus incepit.* Ac regnante Romae Servio Tullo. Obſervare eſt apud Ciceronem in Bruto capite X. *Ante Solonis aetatem, & Piſiſtrati, de nullo, ut diſerto memoriae proditum eſt. At hi quidem Servio Tullo regnante viguerunt.* Aulus Gellius libro XVII. capite XXI. *Servio autem Tullo regnante, Piſiſtratus Athenis tyrannus fuit.* Apud Graecos numerabatur Olympiadis quinquageſimae annus primus. Anonymus in Deſcriptione Olympiadis in eo tempore. Οἱ Πεισιστρατίδαι τῶν Ἀθηναίων ἐτυράννων. *Piſiſtratidae Athenienſium tyrannidem occuparunt.* Clemens Alexandrinus de Onomacrito agens Strom. I. Καὶ μὴν Ὀνομάκριτος ὁ Ἀθηναῖος, ᾧ τὰ εἰς Ὀρφέα φερόμενα ποιήματα λέγεται εἶναι, κατὰ τὴν τῶν Πεισιστρατιδῶν ἀρχὴν, περὶ τὴν πεντηκοστὴν Ὀλυμπιάδα εὑρίσκεται. *Quin etiam Onomacritus Athenienſis, cuius dicuntur eſſe poemata, quae attribuuntur Orpheo, tempore principatus Piſiſtratidarum, circa quinquageſimam Olympiadem, invenitur.* Et Tatianus contra Graecos. Ὀρφεὺς κατὰ τὸ αὐτὸ χρόνον Ἡρακλεῖ γέγονε. ἄλλως τε καὶ εἰς αὐτὸν ἐπιφερόμενα φασιν ὑπὸ Ὀνομακρίτου τοῦ Ἀθηναίου συντετάγεσθαι, γενομένου κατὰ τὴν τῶν Πεισιστρατιδῶν ἀρχὴν, περὶ τὴν πεντηκοστὴν Ὀλυμπιάδα. *Orpheus eodem, quo Hercules, tempore fuit; & quae ipſi adſcribuntur, ab Onomacrito Athenienſi compoſita eſſe dicuntur; qui fuit ſub principatu Piſiſtratidarum, circa Olympiadem quinquageſimam.* Varie quidem obnixus Solon, libertatem Reipublicae tuebatur; ſed conatus, praevalente iam Piſiſtrato, fruſtra fuit; ac initio per blanditias privatim ipſum compellatum dimovere de propoſito animum induxit. Plutarchus in eius Vita. Οὕτω δὲ τῶν πραγμάτων ἐχόντων, ὁ Σόλων παραγενόμενος εἰς τὰς Ἀθήνας, αἰδῶ μὲν εἶχε καί τιμὴν παρὰ πᾶσιν, ἐν δὲ κοινῷ λέγειν, καὶ πράσσειν ὁμοίως, οὐκ ἔτ' ἦν δυνατὸς, οὐδὲ πρόθυμος ὑπὸ γήρως. ἀλλ' ἐντυγχάνων ἰδίᾳ τοῖς προεστῶσι τῶν στάσεων ἀνδράσιν ἐπειρᾶτο διαλύειν, καὶ συναρμόττειν, μάλιστα τῷ Πεισιστράτου προσέχειν δοκοῦντι αὐτῷ. *Quum ſe ita res haberent, reverſus Athenas Solon, erat quidem apud omnes in honore, & reverentia; ceterum, ad dicendum in publico, aut faciendum, neque vires amplius aderant, neque alacritas, ſenio praepediente: capita vero factionum ſeorſim compellans, dirimere ea, & reducere in concordiam conabatur; Piſiſtrato maxime, ut videbatur, auſcultante.* Et mox: Ὁ δὲ Σόλων, ταχὺ τὸ ἦθος ἐφώρασεν αὐτοῦ, καὶ τὴν ἐπιβουλὴν πρῶτος ἐγνατεῖδεν. ὃ μὲν ἐμίσησεν, ἀλλ' ἐπειρᾶτο πραΰνειν, καὶ νουθετεῖν, καὶ πρὸς αὐτὸν ἔλεγε, καὶ πρὸς ἑτέρους ὡς εἴ τις ἐξέλοι τὸ φιλόπρωτον αὐλοῦ τῆς ψυχῆς, καὶ τὴν ἐπιθυμίαν ἰάσαιτο τῆς τυραννίδος, οὐκ ἔστιν ἄλλος εὐφυέστερος πρὸς ἀρετὴν, οὐδὲ βελτίων πολίτης. *At ingenium eius cito deprehendit Solon, ac inſidias ſubeſſe primus vidit; nec propterea odio tamen eum habuit, ſed conatus demulcere eſt, & ad mentem ſaniorem revocare: quin & ipſi, aliiſque adfirmabat, quod ſi quis primatus ſtudium ipſius animo eximeret, ac libidini dominandi mederetur, nullum alium ad virtutem magis, & natura factum, neque meliorem civem.* Sed privatim per blanditias poſtquam nihil profeciſſet, etiam publice ſe oppoſuit. Audi Plutarchum loco citato narrantem. Ἐπεὶ δὴ κατατρώσας αὐτὸς ἑαυτὸν ὁ Πεισίστρατος, ἦκεν εἰς ἀγορὰν, ἐπὶ ζεύγους κομιζόμενος. καὶ παρώξυνε τὸν δῆμον, ὡς διὰ τὴν πολιτείαν ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν ἐπιβεβουλευμένος, καὶ πολλοὺς εἶχεν ἀγανακτοῦντας, καὶ βοῶντας. προσελθὼν ἐγγὺς ὁ Σόλων, καὶ παρασὰς, Οὐ καλῶς, εἶπεν, ὦ παῖ Ἱπποκράτες, ὑποκρίνῃ τὸν Ὁμηρικὸν Ὀδυσσέα. ταυτὰ γὰρ ποιεῖς τοὺς πολίτας παρακρουόμενος, οἷς ἐκεῖνος τοὺς πολεμίους ἐξηπάτησεν αἰκισάμενος ἑαυτόν. *Poſtquam vero, inflictis ſibi vulneribus, in forum Piſiſtratus venit, curru vectus, populumque concitavit, tanquam reip. cauſa inſidiis ab inimicis appetitus, multoſque haberet indignantes, & clamantes, propius accedens Solon, adſiſtenſque, Non recte, inquit, fili Hippocratis, imitaris Vlyſſem Homericum; nunc ſiquidem eadem ipſe facis ad decipiendos cives, quibus ille, quum ſe flagris concidiſſet, hoſti impoſuit.* Inde, lorica armatus, clypeoque, pro concione adhortari populum auſus eſt, ne deſereret libertatem; ſe ſuppetias laturum. Diogenes Laertius in eius vita lib. I. cap. XLIX. ἦξας (ὁ Σόλων) εἴς τινα ἐκκλησίαν μετὰ θώρακος, καὶ ἀσπίδος, προεῖπεν αὐτοῖς τὴν ἐπίθεσιν τῷ Πεισιστράτῳ, καὶ ὑ μόνον, ἀλλὰ καὶ βοηθεῖν ἕτοιμος εἶναι. *Quum veniſſet (Solon) in concionem quamdam cum lorica, & ſcuto,*

to, praedixit illi Pisistrati insidias; neque id solum, sed & se paratum esse opem ferre. Hoc est, quod Valerius Maximus dicit lib. v. cap. III. *Pisistrati tyrannidem primus (Solon) vidit orientem; & solus, armis opprimi debere, palam dictitare ausus est.* Quum vero neque sic proficeret, positis ante curiam armis, Ego inquit, quantum potui, patriae, & legibus opem tuli. Plutarchus loco citat. Οὐδένος δὲ προσέχοντος αὐτῷ, διὰ τὸν φόβον, ἀπῆλθεν εἰς τὴν οἰκίαν τὴν ἑαυτοῦ, καὶ λαβὼν τὰ ὅπλα, καὶ πρὸ τῶν θυρῶν θέμενος εἰς τὸ ςενωπὸν, Ἐμοὶ μὲν, εἶπεν, ὡς δυνατὸν ἦν, βεβοήθηται τῇ πατρίδι, καὶ τοῖς νόμοις. *At quum nemo, propter metum, auscultaret, domum abiit; sumtisque armis, & in vico ante fores collocatis; Ego quidem, quantum potui, patriae, inquit, legibusque opem tuli.* Diogenes Laertius loco citato. Ἤδη δὲ αὐτοῦ κρατοῦντος, ὁ πάππων, ἔθηκε τὰ ὅπλα πρὸ τοῦ ςρατηγίου· καὶ εἶπὼν, ὦ πατρὶς, βεβοήθηκά σοι καὶ λόγῳ, καὶ ἔργῳ, ἀπέπλευσεν εἰς Αἴγυπτον. *Iam potito rerum ipso, quum nequaquam persuaderet, posuit arma ante curiam; ac, quum dixisset, Equidem, o patria, verbo, & opere, te adiuvi, in AEgyptum abnavigavit.* Videndus quoque Nicetas Choniates in principio ipso libri, de rebus post expugnatam Constantinopolin gestis. Factum ipsum eodem modo, verba aliter narrat ipse Solon in Epistola, iam citata ad Epimenidem. Ἐγὼ γὰρ, θέμενος πρὸ τοῦ ςρατηγίου τὰ ὅπλα, εἶπον, τῶν μὲν μὴ αἰσθανομένων Πεισίςρατον τυραννησείοντα εἶναι ξυνετώτερος, τῶν δ' ὀκνούντων ἀμύνασθαι ἀλκιμώτερος. *Ego vero, positis ante curiam armis, iis me, qui Pisistratum ad tyrannidem contendere nullo modo animadvertebant prudentiorem esse dicebam; iis autem, qui defendere non auderent, fortiorem.* Meminitque Plutarchus in eius Vita. Ὁρῶν δὲ, τοὺς μὲν πενήτας, ἑρμωμένους χαρίζεσθαι Πεισιςράτῳ, καὶ θορυβοῦντας, τοὺς δὲ πλουσίους ἀποδιδράσκοντας, καὶ ἀποδειλιῶντας, ἀπῆλθεν, εἰπών· ὅτι τῶν μέν ἐςι σοφώτερος, τῶν δ' ἀνδρειότερος· σοφώτερος μὲν, τῶν μὴ συνιέντων τὸ πραττόμενον· ἀνδρειότερος δὲ, τῶν συνιέντων μὲν, ἐναντιοῦσθαι δὲ τῇ τυραννίδι φοβουμένων. *Quum videret, pauperes quidem gratificari Pisistrato cupientes, ac tumultuantes; divites vero fugientes, timentesque; abiit dicens: Ego quidem his prudentior, illis fortior exsisto: ac prudentior quidem istis, qui non capiant, quid agatur; fortior autem his, qui capiunt isthoc quidem, sed tyranni di obviam ire reformidant.* Post haec, quamquam facto nil prodesse posset, verbis tamen non abstinuit; quae in isto rerum statu dementis potius, quam prudentis viderentur; qua de re interrogatus, Senio fretum se, respondit. Plutarchus in Solone. Ἐπὶ τούτοις δ', πολλῶν νουθετούντων αὐτὸν, ὡς ἀποθανούμενον ὑπὸ τοῦ τυράννου, καὶ πυνθανομένων, τίνι πιςεύων ἕως ἀπανοεῖται, τῷ γήρᾳ, εἶπεν. *Super his autem, quum multi ipsum admonerent, a tyranno caesum iri; quaererentque, qua re fretus hunc in modum dementiret, Senio, inquit.* Cicero non amicis ipsum admonentibus, sed Pisistrato ita respondisse dicit libro De Senect. capite XX. *Hoc est illud, quod Pisistrato tyranno a Solone responsum est: quum illi quaerenti, Qua tandem spe fretus, sibi tam audacter obsisteret, respondisse dicitur, Senectute.* Et Plutarchus quoque ipse, libro, An seni sit gerenda respublica. Ὁ δὲ Σόλων, τῆς Πεισιςράτου δημαγωγίας, ὅτι τυραννίδα μηχάνημα, φανερὰς γενομένης, μηδενὸς ἀμύνεσθαι μηδὲ κωλύειν τολμῶντος, αὐτὸς ἐξενεγκάμενος τὰ ὅπλα, καὶ πρὸ τῆς οἰκίας θέμενος, ἠξίου βοηθεῖν τοὺς πολίτας· πεμψαντος δὲ τοῦ Πεισιςράτου πρὸς αὐτὸν, καὶ πυνθανομένου, τίνι πεποιθὼς ταῦτα πράττει· τῷ γήρᾳ, εἶπεν. *Solon vero, quum Pisistratus in demagogia sua tyrannidem moliri manifestus esset, nec se opponere quisquam auderet, aut prohibere; ipse, arma efferens, ac pro aedibus ea statuens, uti cives adiuvarent, cupiebat; quum autem mitteret adeum Pisistratus, quaereretque, qua re fretus ista haec faceret; Senectute, respondit.*

CAP. IV.

Electus semel, iterumque. Epigrammatarii error. Electi bona publicata; quae tamen, excepto Callia, nemo emit. Cum Megacle pacisciturr, filiam eius, Coesyram nomine, se ducturum: eiusque opera mox reducitur. Phya mulier, armis Palladis induta, tamquam dea introducta, populum Athenienssem, deam esse existimantem, circumvenit. Scholiastae Aristophanis ignorantia indicata. Phya illa qualis fuerit; Hipparcho in uxorem data: Socratis filia. Postea quoque, electo iterum Pisistrato, maiestatis rea facta. Quantum temporis ab electione prima ad reductionem istam interfuerit, inquisitum, & ostensum.

ERgo Athenas sic Pisistratus subegit; sed non semper eas tenuit: bis electus, tertium quum subiecisset, ita demum porro in potestate habuit. Ac bis electum. Aristoteles nobis memorat, Polit. lib. v. cap. XII. Τρίτη δ' ἡ τῶν Πεισιςρατιδῶν (τυραννὶς) Ἀθήνησιν. ὑπ ἐγένετο δὲ συνεχής· δὶς γὰρ ἔφυγε Πεισίςρατος τυραννῶν· ὥςε ἐν ἔτεσι τριάκοντα καὶ τρισὶν, ἑπτακαίδεκα τούτων ἐτυράννευσεν. *Tertia est Pisistratidarum (tyrannis) Athenis; sed continua haec non fuit, siquidem bis electus Pisistratus postquam tyrannidem est nactus: ita ut ex annis triginta tribus septemdecim tantum tyrannidem tenuerit.* Eunapius, in Prohaeresio. Ὁ δὲ καὶ πρὸς τὴν φυγὴν μετὰ πενίας ἰσχυρᾶς, ὥσπερ ὁ Πεισίςρατος ἐκπεσὼν, κατῆλθε τὸ δεύτερον. *Hic vero etiam ad exilium cum vehementi paupertate, ut Pisistratus, postquam electus, secundum rediit.* Errat Epigrammatarius Graecus, qui, ter occupata tyrannide, ter electum, & reductum eum dicit. Habes enim Anthologiae libro IV. capite IV. Epigramma, cum inscriptione ista. Εἰς εἰκόνα Πεισιςράτου, *In Pisistrati statuam.* Ipsius vero Epigrammatis primum distichon, hoc exsistit.

Τρίς με τυραννήσαντα, τοσαυτάκις ἐξεδίωξε
Δῆμος Ἐρεχθειδῶν, κὴ τρὶς ἐπηγάγετο.
Ter me tyrannidem adeptum, toties eiecit
Populus Erechtidarum, & ter introduxit.

Ac primum quidem tyrannidem amisit, quum non diu tenuisset; conspirantibus inter sese Megacle, & Lycurgo, quique partes utriusque sequebantur. Herodotus lib. I. cap. LX. init. Μετὰ δὲ ὁ πολλὸν χρόνον τοῦτο φρονήσαντες οἵ τε τοῦ

Μεγακλέες τασιώται, καὶ οἱ τῦ Λυκύργυ, ἐξελάυνεσί μιν. ὕτω μὲν Πεισίστρατ☉ ἔσχε τοτρῶτον Ἀθήνας. καὶ τὴν τυραννίδα, ὅκω χάρτα ἐρριζωμένιω ἔχων, ἀπέβαλεν. *Non multo post consentientes, qui Megaclem ac Lycurgum sequebantur, eiiciunt ipsum; atque ita quidem Pisistratus primum habuit Athenas; & tyrannidem, nondum valide firmatam amisit.* Electi bona, publicata, verum ea, praeter Calliam, nemo emit. Herodotus lib. VI. cap. CXXI. Καλλίης τε γὰρ, μῦνος Ἀθηναίων ἁπάντων, ἐτόλμα. ὅκως Πεισίστρατ☉ ἐκπέσοι ἐκ τῶν Ἀθηναίων, τὰ χρήματα αὐτῦ, κηρυσσόμενα ὑπὸ τῦ δημοσίυ, ὠνέεσθαι. *Etenim Callias, solus Athenienſium, quum Pisistratus Athenis electus esset, bona eius, sub hastam missa, emere est ausus.* Verum Megacle, & Lycurgo, denuo inter se dissidentibus, quum oblatam a Megacle filiam ducturum se promisisset, mox tyrannidem recepit. Herodotus lib. I. cap. LX. Οἱ δὲ ἐξελάσαντες Πεισίστρατον, αὖθις ἐκ νέης ἐπ' ἀλλήλοισιν ἐστασίασαν. περιελαυνόμεν☉ δὲ τῇ στάσι Μεγακλέης, ἐπεκηρυκεύετο Πεισιστράτῳ, εἰ βύλοιτό οἱ θυγατέρα ἔχειν γυναῖκα ἐπὶ τῇ τυραννίδι. ἐνδεξαμένυ δὲ τὸν λόγον, καὶ ὁμολογήσαντ☉ ἐπὶ τούτοισι, Πεισιστράτυ, μηχανῶνται δὴ ἐπὶ τῇ καθύδῳ τοιῆγμα εὐηθέστατον. *Qui vero Pisistratum eiecerunt, iterum seditionem inter sese concitarunt; qua quum Megacles vexaretur, Pisistrato nuntiat, si uxorem filiam suam ducere vellet, se tyrannidem redditurum, quumque hic conditionem illam acciperet, & annueret, rem de reditu valde stultam machinati sunt.* Filiae nomen ab Herodoto non exprimitur; ego tamen alibi invenio, Coetyram adpellatam fuisse. Suidas. Ἐγκεκοισυρωμένιω. ἀντὶ τῦ, περιττῶς κεκοσμημένιω. τὰ Κοισύρας φρονῦσαν· ἔστι δὲ Ἑρετριακὸν τὸ ὄνομα, ἤτοι δὲ εἰς τρυφὴν διαβάλλονται. αὕτη δὲ ἐγαμήθη Πεισιστράτῳ· ἐπιχειρήσαντι τυραννεῖν. *Incoesyratam; pro, superflue ornatam. Coesyrae spiritus gerentem. Est autem vocabulum Eretriacum; hi vero ob luxum male audiunt. Haec autem Pisistrato nupsit, tyrannidem adfectanti.* Quae iisdem plane verbis occurrunt apud Scholiasten Aristophanis Nubibus. Restitutio autem ipsa in hunc modum sese habuit. Erat mulier, Phya nomine, e Paeanienſi populo; magnitudine quatuor fere cubitorum, ceteroqui sat formosa. Hanc armatam, & in curru collocatam, eo habitu, quo quam venustissima esse videretur, in urbem agunt, praemissis praeconibus, qui praecurrerent; quique, in urbem quum venissent, imperata praedicarent, hunc in modum. *Athenienſes, excipite bona mente Pisistratum, quem Minerva quoque ipsa inter homines maximo dignata honore in arcem suam nunc reducit.* Quae quum illi, transeuntes passim Vrbem, exsequerentur: ac per populos rumor statim percrebresceret, Pisistratum a Minerva reduci: qui in Vrbe habitabant, hanc mulierem esse ipsam deam rati, simul adorarunt eam, & Pisistratum receperunt. Herodot. ibid. Μηχανῶνται τοιάδε. ἐν τῷ δήμῳ τῷ Παιανιέϊ ἦν γυνὴ, τῇ ὄνομα ἦν Φύη. μέγεθ☉ ἀπὸ πηχέων τεσσάρων ἀπολείπυσα τρεῖς δακτύλυς, καὶ ἄλλως εὐειδής· ταύτῃ τῇ γυναῖκα σκευάσαντες, καὶ προσδέξαντες σχῆμα οἷόν τι ἔμελλεν εὐπρεπέστατον φανέεσθαι ἔχυσα, ἤλαυνον ἐς τὸ ἄστυ προδρόμυς κήρυκας προπέμψαντες, οἱ τὰ ἐντεταλμένα ἠγόρευον ἐς τὸ ἄστυ ἀπικόμενοι, λέγοντες τοιάδε· Ὦ Ἀθηναῖοι, δέκεσθε ἀγαθῷ νόῳ Πεισίστρατον, τὸν αὐτὴ ἡ Ἀθηναίη τιμήσασα ἀνδρώτων μάλιστα, κατάγει ἐς ἢ ἑωυτῆς ἀκρόπολιν. οἱ μὲν δὴ, ταῦτα διαφοιτέοντες ἔλεγον. αὐτίκα δὲ ἐς τὺς δήμυς φάτις ἀπίκετο, ὡς Ἀθηναίη Πεισίστρατον κατάγει. καὶ ἐν τῷ ἄστεϊ πεισθέντες τὴν γυναῖκα εἶναι αὐτὴν τὴν θεὸν, προσεύχονταί τε τὴν ἄνθρωπον, καὶ ἐδέκοντο τὸν Πεισίστρατον. *Machinati sunt talia. Erat in populo Paeanienſi mulier, nomine Phya; quae statura cubitos quatuor, minus digitis tribus, aequaret, alioqui formosa. Hanc tota armatura induentes, & in currum imponentes, quo habitu decora maxime videri posset, in Vrbem agunt; praemissis, qui praecurrerent, praeconibus; & in Vrbem quum venissent, quae mandata nuntiarent istis verbis: O Athenienſes, accipite bona mente Pisistratum, quem ipsa Minerva, summo eum inter homines honore adficiens, in arcem suam reducit. Et hi quidem passim haec, quacumque transirent, dictitabant? ac confestim fama populos pervagata est, ac si Minerva Pisistratum reduceret, & in Vrbe persuasi cives, hanc mulierem esse deam, & adorarunt eam, & Pisistratum receperunt.* Narrat factum etiam Polyaenus lib. I. cap. XXI. Ὁ δὲ ἅρματ☉ ἐπιβὰς, παρασησάμεν☉ γυναῖκα μεγάλιω, καλὴν, ὄνομα Φύλω, Παλλαδικοῖς ὅπλοις κεκοσμημένιω, δόξαν ἐνδῦς, ὡς Ἀθηνᾶ κατάγει Πεισίστρατον, ἀδεῶς εἰσήλασε, καὶ τῆς τυραννίδ☉ τῶν Ἀθηναίων ἐκράτησεν. *Hic vero, conscenso curru, & femina iuxta collocata magna, pulcra, Phya nomine, armis Palladis exornata, sparsa fuma, ceu Minerva Pisistratum reduceret, intrepide ingressus est, & tyrannidem Athenienſium occupavit.* Valerius Maximus libro I. cap. II. *Pisistratus in recuperanda tyrannide, quam amiserat, simulatione reducentis se in arcem Minervae est usus: quum per ostentationem ignotae mulieris, quae Phya vocabatur, formatae ad habitum deae, Athenienses deciperet.* Scholiastes Hermogenis. Πεισίστρα☉, διωχθεὶς παρὰ τῶν Ἀθηναίων, εὗρε γυναῖκα μεγάλιω· ἣν καὶ ἀναβιβάσας εἰς ἵππον, ἤγαγεν εἰς Ἀθήνας, λέγων· ὡς ἡ Ἀθηνᾶ ἐστι, καὶ κομίζει με αὖθις εἰς Ἀθήνας. *Pisistratus, electus ab Athenienſibus, invenit mulierem magnam, quam, equo impositam, in Vrbem introduxit, dicens: Minerva haec est, meque Athenas reducit.* Imperite Scholiastes Aristophanis Myrrhinen hic nominat, quae Phya erat; & Pisistrati uxorem dicit, quam nos Hippiae (a) fuisse infra dicemus; itaque dupliciter errat. Verba eius ecce ista ad Equites. Πεισιστράτυ γυνὴ γέγονεν ἡ Μυρρίνη, Ἵππιυ, καὶ Ἱππάρχυ μήτηρ. ταύτιω ὁ Πεισίστρατ☉, ὁπότε κατήγαγεν εἰς Ἀθήνας, ἔφασκεν Ἀθηνᾶν εἶναι, βυλόμεν☉ τυραννεῖν. *Pisistrati uxor fuit Myrrhine, Hippiae, & Hipparchi mater. Hanc Pisistratus quum Athenas duceret, Minervam esse dicebat, tyrannidem adfectans.* Erat autem Phya ista tenuis fortunae mulier, quaeque vendendis coronis victum quaereret; ac Pisistratus, ut se gratum exhiberet, hanc uxorem filio Hipparcho dedit. Athenaeus libro XIII. Καὶ τὴν κατάγυσαν δὲ Πεισίστρατον ἐπὶ τὴν τυραννίδα, ὡς Ἀθηνᾶς πεῖραν εἶδ☉ ἔχυσαν, καλήν φησι (Φύλαρχ☉) γεγονέναι, ἥτις καὶ τῇ θεῷ εἰκασο τὴν

(a) Non Hippiae, sed Hipparchi fuisse infra dicit.

Digitized by Google

τὴν μορφήν. ἐφανερώτωλις δὲ ἦν, καὶ αὐτὴν ἐξέδωκε πρὸς γάμου κοινωνίαν ὁ Πεισίστρατος Ἱππάρχῳ τῷ υἱῷ. *Et quae Pisistratum in tyrannidem reduxit, tamquam quae specie Palladem referret, formosam fuisse (Phylarchus) dicit; quae & Deae facie similis esset. Coronas autem venditabat; ac Pisistratus filio Hipparcho ipsam uxorem dedit.* Clidemus apud eumdem, Νόσων lib. VIII. Ἐξέδωκε δὲ (Πεισίστρατος) Ἱππάρχῳ τῷ υἱῷ τὴν παραβαυτήσασαν αὐτῷ γυναῖκα Φύλω, τὴν Σωκράτους θυγατέρα. *Elocavit vero (Pisistratus) Hipparcho filio mulierem, quae curru vecta cum ipso fuerat, Phyam nomine, Socratis filiam.* Vbi illud amplius observare licet, patrem illi Socratem quemdam fuisse. Et haec ipsa, ob id factum, ejecto iterum Pisistrato, laesae maiestatis accusata est. Hermogenes, De Invent. lib. I. cap. III. Ἡ Φύη, μετὰ τὴν κατάλυσιν τῶν Πεισιστράτου, κρίνεται δημοσίων ἀδικημάτων. λέγομεν γὰρ, ἠδυνάμην μὲν ἐν τῇ ἀσεβείας αὐτὴν γραψάμενος εἰς ὑμᾶς ἀγαγεῖν, ὅτι τὸ σχῆμα τῆς Ἀθηνᾶς ἀσεβῶς ὑπεκρίνατο. *Phya post Pisistratum ejectum accusatur laesae maiestatis: dicimus enim, possem equidem illam apud vos accusare impietatis, quae Minervae habitum impie simulavit.* Sed a prima ejectione usque ad reductionem, estne scire quantum temporis interfuerit? Inquiramus, ut hoc quoque teneamus. Fuit Pisistrati tyrannis universim annorum triginta trium; atque ex his septemdecim tantum urbem in potestate habuit, sedecim in exilio egit. Aristoteles clare dicit in citatis antea verbis. Ἐν ἔτεσι τριάκοντα καὶ τρισὶν, ἐπταικαίδεκα μέτων (ὁ Πεισίστρατος) ἐτυράννευσεν. *Ex annis triginta tribus septemdecim tantum tyrannidem Pisistratus tenuit.* Atque e sedecim exilii annis, undecim acti a secunda ejectione ad recuperationem ultimam. Observo apud Herodotum, ubi de secunda restitutione verba facit loc. cit. Ἐξ Ἐρετρίης δὲ ὁρμηθέντες, διὰ ἐνδεκάτου ἔτεος ἀτίκοντο ὀπίσω. καὶ πρῶτον τῆς Ἀττικῆς ἴσχυσι Μαραθῶνα. *Eretria autem profecti, anno undecimo sunt reversi; & primum in Attica Marathonem occuparunt.* Inde certa conjectura est in priore hoc exilio annos quinque actos esse.

CAP. V.

Restitutus, ut promiserat, Megaclis filiam uxorem ducit; qua abutens, aegre id ferente Megacle, iterum ejectus, Eretriam abit; ac quo tempore istud factum. Vlpiani ignorantia. Herodoti malignitas, a Plutarcho reprehensa. Eusebii error. Inde anno undecimo post ad recuperandam tyrannidem proficiscens, ab Amphilyto vate confirmatur. Clemens emendatus. Mox tyrannidem recuperat, & varie munit, ut deinceps semper tenuerit. Quando id factum. Eusebii locus explicatus. Quam diu deinceps tenuerit. Denique extrema senectute diem obit, post annorum trium, & triginta tyrannidem.

IN hunc modum quum tyrannidem recepisset, quod ex pacto tenebatur, Megaclis filiam uxorem accipit; verum, quum & filios ipse aetate florentes haberet, & pia-

culo teneri Alcmaeonidae dicerentur, liberos ex ea nolens, contra leges matrimonii illa est usus: quod quum ipsa aliquandiu occultasset, tandem matri factum indicat, ista viro. Ille, iniquo animo ferens contumeliam, conciliatis inimicis, de eiiciendo eo iterum consilia capit, quod quum ipse animadverteret, sponte Attica decedit, Olymp. I. IV. anno III. ut mox dicam. Herodotus lib. I. cap. LXI. Ἀπολαβὼν δὲ τὴν τυραννίδα τρίτῳ τῷ ἀριθμένῳ ὁ Πεισίστρατος, κατὰ τὴν ὁμολογίην, τὴν πρὸς Μεγακλέα γενομένην, γαμέει τὴν θυγατέρα αὐτοῦ. οἷα δὲ παίδων τέ οἱ ὑπαρχόντων νεηνιέων, καὶ λεγομένων ἐναγέων εἶναι τῶν Ἀλκμαιωνιδέων, ἐβουλόμενός οἱ γενέσθαι ἐκ τῆς νεογάμου γυναικὸς τέκνα, ἐμίσγετό οἱ ἐκ τοῦ κατὰ τὸν νόμον. τὰς μὲν νῦν πρῶτα, ἔκρυπτε ταῦτα ἡ γυνή. μετὰ δὲ, εἴτε ἰσορρύσῃ, εἴτε καὶ ἐβιάσθη τῇ ἑωυτῆς μητρί· ἡ δὲ, τῷ ἀνδρί. τὸν δὲ, δεινόν τι ἔσχε, ἀτιμάζεσθαι πρὸς Πεισιστράτου. ὀργῇ δὲ, ὡς εἶχε, καταλλάσσετο τὴν ἔχθρην τοῖσι φασιώτῃσι. μαθὼν δὲ ὁ Πεισίστρατος τὰ ποιεύμενα ἐπ' ἑωυτῷ, ἀπαλλάσσετο ἐκ τῆς χώρης τὸ παράπαν. *Pisistratus, quo dixi modo, quum tyrannidem recepisset, sicut Megacli promiserat, filiam ejus uxorem ducit. Sed, quum filii ipsi essent aetate florentes, & piaculo obnoxii Alcmaeonidae dicerentur, liberos e nova coniuge tollere nolens, illicite cum ea congrediebatur. Et initio occultabat ista mulier; deinde, an enuntiaret, an celaret etiam porro cum matre consultat: haec vero marito indicat; illum autem aegre habebat contumelia a Pisistrato adfici; atque, ut erat ira percitus, posita inimicitia, cum adversae factionis studiosis se conciliat; at Pisistratus, quum intelligeret, quae in ipsum agitarentur, regione prorsus decedit.* Historiam hanc, quia non recte tenuit, male narrat Vlpianus in Midianam. Ἑτέρας προφάσεως ἕσης, δι' ἣν ἐξατίατον, ἄλλην εἶπεν ὁ ῥήτωρ. Ὁ δὲ Μεγακλῆς, τῆς μιῆς φάσεως. ὁ δὲ Ἱπποκράτης, ὁ Πεισιστράτου πατὴρ, τῆς ἑτέρας ἦν στρατηγός. ἐπήραντο δὲ οἱ φασιάζοντες οἵτε Παράλιοι, καὶ οἱ Πεδιακρίοι. νικησάντων δὲ τῶν Ἱπποκράτους, καὶ Πεισιστράτου, καὶ τυράννου καταστάντος τοῦ Πεισιστράτου, φοβηθεὶς ὁ Μεγακλῆς, συνῆψε τὴν θυγατέρα τῷ Πεισιστράτῳ. χρομένου δὲ αὐτῇ παρὰ φύσιν ἐκείνου, πρησθεὶς ὁ Μεγακλῆς, τὴν θυγατέρα ἀφέλκυσε, καὶ ᾤχετο αὐτὸς ἐς Δελφούς. *Quum alia causa fuerit, cur tumultuarentur, aliam narrat Orator. Megacles unius factionis dux fuit; alterius Hippocrates, Pisistrati Pater. Concitati quoque ad seditionem Paralii, & Paracrii. Quum autem vicissent Hippocrates, & Pisistratus; ac Pisistratus tyrannidem occupasset, perterritus Megacles, filiam Pisistrato in matrimonium collocavit; qui quum ea contra naturam uteretur, Megacles, re intellecta, filiam abstraxit, & Delphos abiit.* Accusat Herodotum malignitatis Plutarchus ob hanc historiam libro proprio, de Malign. Herodot. Μετὰ ταῦτα τοὺς Ἀλκμαιωνίδας, ἄνδρας γενομένους, καὶ τὴν πατρίδα τῆς τυραννίδος ἐλευθερώσαντας, εἰς αἰτίαν ἐμβαλὼν προδοσίας, δέξασθαί φησι τὸν Πεισίστρατον ἐκ τῆς φυγῆς, καὶ συγκαταγαγεῖν ἐπὶ τῷ γάμῳ τῆς Μεγακλέους θυγατρός. τὴν δὲ παῖδα πρὸς τὴν μητέρα φράσαι τὴν ἑαυτῆς, ὅτι ὦ μῆτερ, ἐρᾷς, οὐ μίγνυταί μοι κατὰ νόμον Πεσί-

στρατ@. ἐπὶ τούτῳ δὲ τὺς Ἀλκμαιωνίδας τῷ παρανομήματι σχετλιάσαντας, ἐξελάσαι τὸν τύραννον. *Post haec Alcmaeonidas, qui se viros praestiterant, patriamque a tyrannide liberaverant, proditionis insimulans, ait recepisse Pisistratum ab exilio, & una reduxisse, pactis Megaclis filiae nuptiis; puellam autem narrasse, non coire secum Pisistratum ex legis praescripto; atque hoc facinus aegre ferentes Alcmaeonidas, eiecisse tyrannum.* Sic eiectus, Eretriam petiit; ubi, habito cum filiis consilio, Hippiae sententiam sequutus, repetendam tyrannidem statuit. Et praesto fuere urbes aliquot, pecuniisque adiuvere; maxime omnium Thebani; deinde Argivi, & Naxius Lygdamis. Inde Eretria profectus, anno undecimo postquam illuc advenisset, Marathonem occupavit; ubi multi, passim ex populis, & ex ipsa quoque urbe, accedebant. Hinc quum copias contra Vrbem porro duceret positis armis ad Minervae Pallenidis fanum, ab Amphilyto illic vate confirmatus, porro tendit Vrbem, ac tyrannidem recipit, stabilitque. Herodotus lib. 1. cap. LXI.

Ἀπικόμῳ@ δὲ ἐς Ἐρετρίαν, ἐβουλεύετο ἅμα τοῖσι παισίν. Ἱππίεω ᾗ γνώμη νικήσαντ@, ἀνακτᾶσθαι ὀπίσω τὴν τυραννίδα, ἐνταῦθα ἤγειρον δωτίνας ἐκ τ πολίων, αἵτινές σφι προεδέατό κω τι. πολλῶν δὲ μεγάλα παρασχόντων χρήματα, Θηβαῖοι ὑπερεβάλλοντο τῇ δόσει τ χρημάτων. μετὰ ᾗ, ὡ πολλῷ λόγῳ ἐιπεῖν, χρόν@ διέφυ, καὶ πάντα σφι ἐξήρτυτο ἐς τ κάθοδον. καὶ γὰρ Ἀργεῖοι μισθωτοὶ ἀπίκοντο ἐκ Πελοποννήσου. καὶ Νάξιός σφι ἀνὴρ ἀπιγμέν@ ἐθελοντὴς, τῷ ὄνομα ἦν Λύγδαμις, προθυμίῃ πλείστῃ παρέχετο, κομίσας καὶ χρήματα, καὶ ἄνδρας. ἐξ Ἐρετρίης δὲ ὁρμηθέντες, διὰ ἐνδεκάτου ἔτε@, ἀπίκοντο ὀπίσω. κὴ πρῶτον τῆς Ἀττικῆς ἴσχυσι Μαραθῶνα. ἐν δὲ τούτῳ τῷ χώρῳ σφι στρατοπεδευομένοισιν, οἵ τε ἐκ τοῦ ἄστε@ συσιῶται ἀπίκοντο, ἄλλοί τε ἐκ τῶν δήμων προσέῤῥεον, οἷσιν ἡ τυραννὶς πρὸ ἐλευθερίης ἦν ἀσπασότερον. οὕτω μὲν δὴ συνηλίζοντο. Ἀθηναίων δὲ οἱ ἐκ τοῦ ἄστε@, ἕως μὲν Πεισίστρατ@ τὰ χρήματα ἤγειρε, κὴ μεταῦθις ὡς ἔσχε Μαραθῶνα, λόγον ἐδένα εἶχον. ἐπεί τε δὲ ἐπύθοντο, ἐκ τοῦ Μαραθῶν@ αὐτὸν στρατεύεσθαι ἐπὶ τὸ ἄστυ, οὕτω δὴ βοηθέουσιν ἐπ' αὐτόν. κὴ οἱ μὲν τοῖσι περὶ Πεισίστρατον, ὡς ὁρμηθέντες ἐκ Μαραθῶν@ ἦσαν ἐπὶ τὸ ἄστυ ἐς τὠυτὸ συνιόντες ἀπικνέονται ἐπὶ Παλλαιὶδ@ Ἀθηναίης ἱρὸν, καὶ ἀντία ἐθεντο τὰ ὅπλα. ἐνταῦτα, θεὴ πομπὴ χρεώμεν@, παρίσταται Πεισιστράτῳ Ἀμφίλυτος ὁ Ἀκαρνὰν, χρησμολόγ@ ἀνὴρ, ὃς οἱ προσιὼν χρᾷ ἐν ἑξαμέτρῳ τόνῳ, τάδε λέγων.

Ἐῤῥίπται δ' ὁ βόλ@, τὸ δὲ δίκτυον ἐκπεπέταται.

Θύννοι δ' οἰμήσουσι σελαναίης διὰ νυκτός.

ὁ μὲν δὴ οἱ ἐνθεάζων χρᾷ τάδε. Πεισίστρατ@ δὲ, συλλαβὼν τὸ χρηστήριον, κὴ φὰς δέκεσθαι τὸ χρηστὸν, ἐπῆγε τὴν στρατιήν. Ἀθηναῖοι δὲ οἱ ἐκ τοῦ ἄστε@ πρὸς ἄριστον τετραμμένοι ἦσαν δὴ τὠικαῦτα. κὴ μετὰ τὸ ἄριστον μετεξέτεροι αὐτῶν, οἱ μὲν πρὸς κύβους, οἱ δὲ πρὸς ὕπνον. οἱ δὲ ἀμφὶ Πεισίστρατον, ἐσπεσόντες τοὺς Ἀθηναίους τρέπουσι. Φευγόντων δὲ τούτων, βουλὴν ἐνταῦτα σοφωτάτῃ Πεισίστρατ@ ἐπιτεχνᾶται, ὅκως μήτε ἀναθαρσήσουσι ἔτι οἱ Ἀθηναῖοι, διεσκεδασμένοι τε εἶεν. ἀναβιβάσας τοὺς παῖδας ἐπὶ ἵππους, προέπεμπε. οἱ δὲ, καταλαμβάνοντες τοὺς φεύγοντας, ἔλεγον τὰ ἐντεταλμένα ὑπὸ Πεισιστράτου, θαρσέειν τε κελεύοντες, κὴ ἀπιέναι ἕκαστον ἐπὶ τὰ ἑωυτοῦ. πειθομένων δὲ τῶν Ἀθηναίων, οὕτω δὴ Πεισίστρατ@ τοτρίτῳ σχὼν Ἀθήνας, ἐῤῥίζωσε τὴν τυραννίδα. *Quum Eretriam venisset, una cum filiis deliberat. Quum autem sententia Hippiae praevaluisset, de tyrannide recuperanda, munera collegerunt ex urbibus antea sibi utcumque cognitis. Et cum aliae complures pecuniae multum contulerunt, tum vero Thebani plurimum. Postea vero, ut paucis dicam, tempus exstitit, omniaque ad reditum ipsis parata fuerunt. Nam & ex Peloponneso Argivi aderant, mercede conducti; & Naxius quidam, nomine Lygdamis, ultro adveniens, pecuniis, copiisque adductis, multum alacritatis addidit. Eretria autem profecti, anno undecimo redierunt, & in Attica Marathonem primum occuparunt. Hic quum castrametati essent, multi ex urbe factionis suae socii conveniebant, aliique passim e populis confluebant; quibus tyrannis libertate potior erat; atque sic congregabantur. Ceterum Pisistratus quam diu pecunias colligebat, posteaque Marathonem occupabat, Athenienses, qui in urbe degebant, nihili plane faciebant; sed, ubi acceperunt, eum Marathone versus Vrbem copias ducere, demum ad se defendendos obviam tendunt. Isti igitur omnibus cum copiis in redeuntes contendebant. Ac Pisistratus cum suis Marathone digressus, quum in Vrbem iter caperet, in eumdem locum convenit, perrexitque ad Minervae Pallenidis fanum, armaque ex adverso posuit. Hic pompam deae celebrans Amphilytus Acarnan, ariolus, Pisistrato adfuit; eumque accedens, hexametro carmine vaticinatus est, ita inquiens:*

Verriculum iactum est, expansaque retia; nocte

Mox aderunt thynni, claro sub sidere lunae.

Et hic quidem, divinitus adflatus, haec vaticinatus est. Pisistratus vero, percepto oraculo, hoc se accipere adfirmavit, copiasque in Athenienses duxit. Illi vero, tunc ad prandium conversi erant; & ab eo hi ad aleas; isti ad somnum. Pisistratus autem eos in fugam vertit; consiliumque, quum sic fugerent, prudentissimum excogitavit, ut nec amplius caperentur Athenienses, & dispersi tamen essent. Filios, equis impositos, praemisit; qui fugientes adsequuti, ut iussi erant dicerent ipsis, vellent bono animo esse, & ad sua quisque abirent. Quumque dictis Athenienses auscultarent, tertium potitus Athenis, tyrannidem stabilivit. Meminit conflictus huius, ad Minervae Pallenidis templum facti, etiam Andocides; aitque, ductorem Athenienſium in eo fuisse Leogoram, proavum suum; & victores ibi Athenienses memorat, non victos. Verba eius in Orat. Περὶ μυστηρίων, ita habent. Οἱ γὰρ πατέρες οἱ ὑμέτεροι, γενομένων τῇ πόλει κακῶν μεγάλων, ὅτε οἱ τύραννοι μὲν εἶχον τὴν πόλιν, ὁ ᾗ δῆμ@ ἔφυγε, νικήσαντες μαχόμενοι τοὺς τυράννους ἐπὶ Παλλαιῷ, στρατηγοῦντ@ Λεωγόρου, τοῦ προπάππου τοῦ ἐμοῦ. καὶ Χαβρίου, οὗ ἐκεῖν@ τὴν θυγατέρα εἶχεν, ἐξ ἧς ὁ ἡμέτερ@ ἦν πάππ@, κατελθόντες εἰς τὴν πατρίδα, τοὺς μὲν ἀπέκτα-

κτειναν, τῶν δ' φυγὴν κατέγνοσαν, τὸς δ', μένειν ἐν τῇ πόλει ἐάσαντες, ἠτίμησαν. *Patres vestri, in maximis malis versante urbe, quum tyranni eam occupassent, populusque fugisset, superatis proelio tyrannis ad Palleniae Minervae fanum, duce Leogora, proavo meo, Chabriaque, cuius ille filiam uxorem habebat, e qua natus avus meus, reversi in patriam, quosdam interfecerunt, quosdam vero in exilium eiecerunt; quos manere autem in urbe permiserunt, hos infamia adfecerunt.* Et sane victores fuisse, non victos, videtur etiam innuere Aristophanes, Acharnensibus, isto versu:

Ἀλλὰ δεῖ ζητεῖν τὸν ἄνδρα, κὴ βλέπειν Παλλήναδε.

Sed oportet quaerere virum, & tueri Pallenicum.

Quae sic *Scholiastes* explicat. Δεῖν εἰπεῖν ζητεῖν τὸν ἄνδρα, καὶ βλέπειν Παλληνικὸν, τουτέστι γενναῖον, εἴτε Παλλήναδε. ὁ δὲ εἰπεῖν βούλεται, τοῦτό ἐστιν, ὁμοίως διακεῖσθαι, καὶ τραχέως ἔχειν, πρὸς τὸν σπεισάμενον Λακεδαιμονίοις, ὡς πάλαι πρὸς Πεισίστρατον τὸν τύραννον, ἡνίκα συνεκήσαμεν ἐν Παλλήνῃ τὴν μάχην. *Quum oporteret dicere, quaerere virum, & tueri Pallenicum, id est generosum, dixit, Pallenen versus. Vult autem dicere; Ita animatum esse, & exasperatum, adversus eum, qui foedus cum Lacedaemoniis fecit, ut olim adversus tyrannum Pysistratum, quum in Paliene confligeremus.* Videndus quoque Suidas in Παλλαϊκὸν βλέπειν. Minervae autem Pallenidis fanum, iuxta quod commissa pugna, sciendum, in Pallene populo exstitisse, unde & ei nomen datum. (a) Illic vero hunc conflictum accidisse memorat Scholiastes Comici, Acharnensibus, iam citatis. Οἱ Παλλαϊεῖς, δῆμός ἐστι τῆς Αττικῆς· ἔνθα Πεισιστράτῳ, βουλομένῳ τυραννεῖν, Ἀθηναίοις ἀμυνομένοις αὐτὸν, πόλεμος συνέστη. *Pallenenses, Atticae populus; ubi Pisistrato, tyrannidem adfectanti, obsistentibus Athenienses, proelium commissum est.* Eretriam vero abiisse, Euboeae urbem, est & apud Polyaenum observare lib. 1. ubi dicit, eum ex Euboea regressum ad tyrannidem repetendam. Sed Eusebio quid faciemus? qui discessum hunc Pisistrati ab urbe notans, Olympiadis LXV. anno III. in Italiam abiisse eum dicit istis verbis. Πεισίστρατος Ἀθηναίων ἐτυραννίσε. καὶ εἰς Ἰταλίαν παρῆλθε. Quae sic vertit Hieronymus. *Pisistratus, Athenienssium tyrannus, in Italiam transgreditur.* Nihil habeo, nisi coniectura uti; videturque in errorem codice corrupto inductus: & Echetram, Italiae urbem, pro Eretria Euboeae inveniisse. Aliter nodum non expedio. Ac de Amphilyti vatis adloquio, est Clementis quoque locus Strom. 1. Τῇ δὲ τῶ Ἀθηναίῳ Ἀμφιλύτου συμβουλῇ, κὴ Πεισίστρατος ἐκράτυνε τὸν τυραννίδα, τὸν καιρὸν τῆς ἐπιθέσεως δηλώσαντος. *Amphilyti autem Athenienssis consilio tyrannidem quoque Pisistratus tenuit, quum ei invadendi tempus significasset.* Ita enim ibi rescribo; pro Ἀμφιλήτῳ, *Amphileti*. Certe Amphilytum nominat etiam Plato, Theage. ΣΩΚΡ. Ἵππιαν δ', τὸν Πεισιστράτῳ, ἐν τῇδε τῇ πόλει ἄρξαντα, τίνων οἴει ἄρξαι; ἢ τούτων; ΘΕΑΓ. Πῶς γὰρ οὐ; ΣΩΚΡ. Εἴποις ἂν οὖν μοι, τίνα ἐπωνυμίαν ἔχει Βακὶς τε κὴ Σίβυλλα, κὴ ὁ ἡμέδαπὸς Ἀμφίλυτος; ΘΕΑΓ. Τίνα γὰρ ἄλλην, ὦ Σώκρατες, πλὴν γε χρησμῳδοί; Socr. *Hippiam vero, Pisistrati filium, qui in hac urbe imperavit, quibus imperasse censes? nonne his?* Theag. *Quid ni?* Socr. *Dic mihi, sodes, ecquo cognomine Bacis, & Sibylla, & Amphilytus nostras, sint dicendi.* Theag. *Quonam alio, Socrates, quam vates?* Aristides Orat. Sic. 1. Καὶ οὐδ' ἐκ τῶν Βακιδος χρησμῶν, οὐδ' Ἀμφιλύτου, μαθεῖν δεῖ με. ἀλλ' αὐτὸς, εὖ οἶδα, ὑμῖν προλέγω. *Neque hoc ex Bacidis, vel Amphilyti oraculis discere me oportet; verum ipse, bene illud cognitum habens, vobis praedico.* Themistius Orat. XIV. Τρανώτερον, κὴ ἀριδηλότερον τὰ γράμματα ἐξηγούμενος Βακιδός τε, κὴ Ἀμφιλύτου. *Disertius, & clarius explicans litteras, quam aut Bacis, aut Amphilytus.* Ita enim ibi quoque recte emendant viri docti. Quod autem in fine strategema Herodotus narrat, de impositis in equos filiis, & mandatis, quae fugientibus ipsi dicerent, aliter Polyaenus refert. Nempe, quum primos profligasset, mandasse suis, uti, sertis coronati, desisterent occidere obvios; dicerentque, foedus ictum cum prioribus; atque illos, quum sic factum esse crederent, Vrbem ei tradidisse. Verba eius ita habent lib. 1. cap. XXI. Πεισίστρατος ἀπ' Εὐβοίας ἐστράτευσεν ἐς Ἀττικὴν ἐπὶ Παλληνίδος· καὶ τοῖς πρώτοις τῶν πολεμίων προσπεσὼν, ἔκτεινε πάντας. προελθὼν ἄλλοις ἀπήντετο πλείοσι, παράγγελμα ἔδωκε, θαλῷ στεφανοῦσθαι, κὴ μὴ κτείναν τὸς ἀπαντῶντας. Φράζειν δὲ, ἐστεφάσαντο τοῖς πρώτοις. οἱ δὲ, πιστεύσαντες ἄρα, στέφονται, καὶ Πεισιστράτῳ τὸ ἄστυ ἐπέτρεψαν. *Pisistratus ab Euboea copias in Atticam duxit, ad Pallenidis Minervae fanum; primosque hostium, in quos incidisset, omnes cecidit; in progressu aliis pluribus obviam factus, mandat suis, ut se sertis coronarent, & ab obviis occidendis abstinerent; verum dicerent, foedus sese cum prioribus iniisse; qui quum fidem his haberent, ipsi quoque foedus faciunt, ac Pisistrato urbem tradunt.* Factum istud Olymp. LVIII. anno 1. adnotat Eusebius ad illud tempus. Πεισίστρατος Ἀθηναίων τὸ δεύτερον ἐβασίλευσε. Quae sic reddit Hieronymus. *Pisistratus secunda vice Athenis regnat.* Sed vult dicere Eusebius, tyrannidem, secundum amissam, secundum eum recuperasse; ceteroquin non erroris excusare sese poterit, quum tunc tertium regnaverit. Vrbe vero tertium sic subiugata, ne & tertium amitteret, tyrannidem munire instituit; itaque socios sibi parat, redituque; & obsides capit filios eorum, qui mansissent. Herodotus lib. 1. cap. LXIV. Οὕτω δὲ Πεισίστρατος τοτρίτον σχὼν Ἀθήνας, ἐρρίζωσε τὴν τυραννίδα, ἐπικούροισί τε πολλοῖσι, κὴ χρημάτων συνόδοισι. τῶν μὲν, αὐτόθεν, τῶν δὲ, ἀπὸ Στρυμόνος ποταμοῦ συνιόντων. ὁμήρους τε τῶν παραμεινάντων Ἀθηναίων, καὶ μὴ αὐτίκα φευγόντων, παῖδας λαβὼν, καὶ κατασήσας ἐς Νάξον. *Hunc in modum Athenis tertium potitus Pisistratus, firmavit tyrannidem, sociis multis, & pecuniarum proventibus, partim indidem, partim a Stry-*

(a) Vide *Lib. De Popul. Attic.* in Παλλήνη.

Digitized by Google

Strymone flumine comparatis; tum obſidibus item captis liberis Athenienſium, qui permanſerant, neque ſtatim fuga ſibi conſulueranr, & in Naxum tranſportatis. Sed non diu poſtea tenuit, uti certa coniectura eſt. Nam, ut dixi, quum poſtrema haec vindicatio anno primo Olympiadis quinquageſimae octavae fuerit, qui a prima occupatione erat triceſimus ſecundus, mortuuſque ſit Piſiſtratus anno tyrannidis univerſae trigeſimo tertio, certum eſt, non multo amplius anno uno ſupervixiſſe. Triginta autem, & tres annos illi actos in tyrannide, teſtes nobis ſunt complures. Heraclides De Rebuſp. Πεισίστρατος, τριάκοντα τρία ἔτη τυραννήσας, γηράσας ἀπέθανεν. *Piſiſtratus poſt triceſimum tertium tyrannidis annum iam ſenex obiit*. Iuſtinus de eo, lib. II. cap. VIII. *Occupata tyrannide, per annos triginta tres regnavit*. Idem Ariſtoteles dicit, Politic. lib. v. cap. XII. cuius verba ſupra mihi ſunt citata. Sed ex his ſeptemdecim tantum urbem in poteſtate habuit; ut *extremo quarto capite* a me dictum. Deceſſit autem in ſumma ſenectute; contra quam aiebat ille, qui, tyrannum videre ſenem, difficile cenſebat. Thucydides lib. VI. Πεισιστράτῳ γὰρ γηραιῷ τελευτήσαντος, δοκεῖ Ἵππαρχος, ὥσπερ οἱ πολλοὶ, ἀλλ' Ἱππίας, πρεσβύτατος ὢν, ἔσχε τὴν ἀρχήν. *Piſiſtrato iam ſene defuncto, non Hipparchus, uti multi quidem putant, verum Hippias, natu maximus, principatum tenuit*. Valerius Maximus lib. VIII. cap. IX. *Fertur quidam, quum admodum ſenex primae concioni Periclis adoleſcentuli intereſſet, idemque iuvenis* PISISTRATVM IAM DECREPITVM *concionantem audiſſet, non temperaſſe ſibi, quominus exclamaret, Caveri civem illum oportere, quod Piſiſtrati orationi ſimillima eius eſſet oratio*.

CAP. VI.

Ingenium eius, & virtutes. Sapientibus adcenſetur. Myſonis omnia ei tributa a quibuſdam. Solonem obſervat, & ab eo latas leges etiam retinet. Accuſatus homicidii, ſiſtit ſe Areopagitis. Summa animi moderatione utitur, in amicos deſciſcentes, filioſque diſſidentes; adoleſcentem, matris amaſium; Thraſibulum, filiam publice oſculantem; commeſſatores, in uxorem iniurioſos; ſenem, decimam exprobrantem; & Thraſippum atrociter convitiantem. Egenis ſubvenit. Praedia, & hortos ſine cuſtode ullo habet, ſic, ut quilibet frueretur.

INgenium in viro erat, & virtutes, quas laudares. Quin Rempub. quanta iniquitate oppreſſit, tanta aequitate rexit contra, atque Agrigenti Phalaris fecit. Inde Cicero ad Atticum, de Iulio Caeſare lib. VII. epiſt XX. *Ad fugam hortatur amicitia Pompeii, cauſa bonorum, turpitudo coniungendi cum tyranno; qui quidem incertum eſt, Phalarimne, an Piſiſtratum ſit imitaturus*. Plutarchus, de ſera numinis vindicta. Γέλωνά γε ἴσμεν, καὶ Ἱέρωνα τοὺς Συρακοσίους, καὶ Πεισίστρατον τὸν Ἱπποκράτους, ὅτι πονηρίᾳ κλησάμενοι τυραννίδας, ἐχρήσαντο πρὸς ἀρετὴν αὐταῖς. *Gelonem novimus, & Hieronem, Siculos, & Hippocratis filium Piſiſtratum, tyrannide male quaeſita ad virtutem uſos eſſe*. Immo unum tantum illud reprehendere iure poſſes, quod rempub. invaſiſſet. Ipſe Solon praedicabat, praeter ſtudium tyrannidis, non fuiſſe alium magis a natura ad virtutem comparatum, neque meliorem civem. Plutarchus narrat in eius Vita. Καὶ πρὸς αὐτὸν (ὁ Σόλων) ἔλεγε, καὶ πρὸς ἑτέρους, ὡς, εἴ τις ἐξέλοι τὸ φιλόπρωτον αὐτοῦ τῆς ψυχῆς, καὶ τὴν ἐπιθυμίαν ἴασαιτο τῆς τυραννίδος, οὐκ ἔστιν ἄλλος εὐφυέστερος πρὸς ἀρετὴν, οὐδὲ βελτίων πολίτης. *Et ipſi, aliiſque (Solon) adfirmabat, quod ſi quis primatus ſtudium ipſius animo eximeret, ac cupidini dominandi mederetur, nullum alium a natura magis ad virtutem factum, neque meliorem civem*. Et in Epiſtola ad eum ipſum, apud Diogenem Laertium in eius Vita lib. I. cap. LXVII. Καί σε φημὶ πάντων τυράννων εἶναι βέλτιστον. *Et te omnium tyrannorum optimum eſſe dico*. Erat blandus, ac ſuavis in ſermone, pauperibus ſubveniens, in inimicitiis aequus, & moderatus, & virtutes, quas natura non dediſſet, ſummo ſtudio, & induſtria adfectabat. Plutarchus in Solone. Αἰμύλον τι, καὶ προσφιλὲς (ὁ Πεισίστρατος) εἶχεν ἐν τῷ διαλέγεσθαι. καὶ βοηθητικὸς ἦν τοῖς πένησι, καὶ πρὸς τὰς ἔχθρας ἐπιεικὴς, καὶ μέτριος. ἃ δὲ φύσει μὴ προσῆν αὐτῷ, καὶ ταῦτα μιμούμενος, ἐπιεύετο μᾶλλον ἢ ἐχόντων, ὡς εὐλαβὴς, καὶ κόσμιος ἀνὴρ, καὶ μάλιστα δὴ τὸ ἴσον ἀγαπῶν. καὶ δυσχεραίνων, εἴτις τὰ παρόντα κινοῖ, ἢ νεωτέρων ὀρέγοιτο. *Blandum quiddam, & amabile, habebat (Piſiſtratus) in ſermone, pauperibus ſubvenire promtus, in ſimultatibus aequus, ac moderatus; ſi quae vero a natura non haberet, ea imitanti ipſi magis etiam credebatur, quam illis, qui his praediti eſſent, ceu prudenti ſane viro, & modeſto, qui aequalitatem maxime adamaret, ac indignaretur adeo, ſi praeſentem rerum ſtatum quis moveret, aut res novas adfectaret*. Et adſcriptus a quibusdam eorum numero, quos veteres Graeci, ob virtutem excellentem, Sapientes adpellarunt. Diogenes Laertius in Pherecyde lib. I. cap. CXXII. Καὶ οὗτοι μὲν, οἱ κληθέντες Σοφοὶ, οἷς τινες καὶ Πεισίστρατον τὸν τύραννον προσκαταλέγουσι. *Atque hi quidem ſunt, qui Sapientes dicti fuerunt; quibus addunt nonnulli etiam Piſiſtratum tyrannum*. Quamquam fuerint, qui Myſonis ipſi cuncta, quod obſcurus ille eſſet, adtribuerint. Idem Diogenes libro eodem in Myſone cap. CVIII. Φησὶ δ' Ἀριστόξενος, ὅτι ἔνθεν καὶ ἄδοξος ἦν, ὅτι μηδὲ πόλεως, ἀλλὰ κώμης, καὶ ταῦτα ἀφανοῦς. ὅθεν, διὰ τὴν ἀδοξίαν αὐτοῦ, καὶ τὰ αὐτοῦ τινας Πεισιστράτῳ περιθεῖναι τῷ τυράννῳ. *Refert vero Ariſtoxenus, quod, quia ignobilis eſſet, neque ex urbe, verum vico, eoque obſcuro, oriundus, cuncta eius a quibusdam Piſiſtrato tyranno ſint tributa*. Sed particulatim magis inſpiciamus. Nemo erat, quem odiſſe plus debebat, quam Solonem; quippe qui conatibus eius unus maxime obſtitiſſet, ut oſtendi capite tertio; atqui, quod virtutis maximae manifeſtum argumentum, plurimum eum obſervavit, & Remp. iuxta eius quoque leges adminiſtravit,

Digitized by Google

vit, ipſe iis morem gerens, & amicos, uti idem facerent, cogens; quin & ad ſe invitavit, ut deinceps in repub. regenda conſilio adiuvare vellet. Plutarchus in Solonis Vita. Ὁ Πεισίστρατος, ἐγκρατὴς γενόμενος τῶν πραγμάτων, ὥστως ἐξεθεράπευε τὸν Σόλωνα, τιμῶν, καὶ φιλοφρονούμενος, καὶ μεταπεμπόμενος, ὥστε καὶ σύμβουλον εἶναι, καὶ ἐπαινεῖν. καὶ γὰρ ἐφύλαττε τοὺς πλείστους νόμους τοῦ Σόλωνος, ἐμμένων πρῶτος αὐτὸς, καὶ τοὺς φίλους ἀναγκάζων. *Piſiſtratus, potitus rerum, ita Solonem obſervavit, honore eum, & benevolentia complectens, & ad ſe accerſens, ut conſilio adiuvaret, laudaretque. Etenim plurimas Solonis leges & retinuit, & immanſit ipſis primus, & amicos idem facere coegit.* Et exſtat apud Diogen. Laertium Epiſtola Piſiſtrati ad Solonem in lib. I. cap. LIII. in qua iſta verba occurrunt. Ἁμαρτάνω οὐδὲν ἢ περὶ θεοὺς, ἢ περὶ ἀνθρώπους. ἀλλὰ, καθότι σὺ διεθήκας τοὺς θεσμοὺς Ἀθηναίοις, ἐπιτρέπω πολιτεύειν. καὶ ἀμεινόν γε πολιτεύσουσιν, ἢ κατὰ δημοκρατίαν. ἐῶ γὰρ ὑδένα ὑβρίζειν· καὶ ὁ τύραννος ἐγὼ, οὐ πλεῖόν τι φέρομαι τοῦ ἀξιώματος, καὶ τῆς τιμῆς· ὁποῖα δὲ καὶ τοῖς πρὶν βασιλεῦσιν ἦν ῥητὰ γέρα. ἀπάγῃ δὲ ἕκαστος Ἀθηναίων τοῦ αὐτοῦ κλήρου δεκάτην, οὐκ ἐμοὶ, ἀλλ' ὁπόθεν ἔσαι ἀνειλεῖν εἴς τε θυσίας δημοτελεῖς, καὶ εἴτι ἄλλο τῶν κοινῶν, καὶ ἢν ὁ πόλεμος ἡμᾶς καταλάβῃ· τοὶ δ' ἐγὼ ὅ τι μέμφομαι, μηνύσαντι τὴν ἐμὴν διάνοιαν· εὐνοίᾳ γὰρ τῆς πόλεως μᾶλλον, ἢ κατὰ τὸ ἐμὸν ἔχθος, ἐμήνυες. ἔτι τε ἀμαθίᾳ τῆς ἀρχῆς, ὁποίαν τινὰ ἐγὼ κατασήσομαι. ἐπεὶ μαθὼν, τάχα ἂν ἠνέσχου καθισαμένου, ἢ ἔφυγες, ἐπάνιθι τοίνυν οἴκαδε, πιστεύων μοι καὶ ἀνομότῳ, ἄχαρι μηδὲν πείσεσθαι Σόλωνα ἐκ Πεισιστράτου. ἴσθι γὰρ, μηδὲ ἄλλόν τινα πεποιθέναι ἢ ἐμῶν ἐχθρῶν. ἢν δὲ ἀξιώσῃς τῶν ἐμῶν φίλων εἶς εἶναι, ἔσῃ ἀνὰ πρώτους. ὐ γάρ τι ἐν σοὶ ἐνορῶ δολερὸν, ἢ ἄπιστον. εἴτε ἄλλως Ἀθήνησιν οἰκεῖν, ἐπιτρέψειαι. ἡμῶν δὲ εἵνεκα μὴ ἐσέρησο τῆς πατρίδος. *Neque in deos, neque in homines pecco; ſed leges, quemadmodum tu conſtituiſti Athenienſibus, obſervari iubeo; neque enim quemquam iniuria adfici ſino. Ac tyrannus ego nihil amplius fero, quam dignitatem, & honorem; praemiumque nullum accipio, quam cuiuſmodi priſcis regibus conſtitutum. Denique tribuit unuſquiſque Athenienſium decimam e proventibus praedii ſui, non in meum quidem uſum, ſed ut publicis ſacrificiis, ac communibus rebus aliis, & ſi bellum forte ingruat, ſumtus ſuppetat. Te vero nihil incuſo, quod detexeris mentem meam; quum id potius ſtudio in rempublicam, quam mei odio feceris; dein quod ignorares etiam, qualem ego in principatu me exhibiturus eſſem; quandoquidem, ſi cognoviſſes, forte me ſuſtinuiſſes, neque abiiſſes in exilium. Itaque domum revertere; & iniurato mihi crede, Solonem mali a Piſiſtrato nil paſſurum; quin nec inimicum quemquam paſſum ſcito. Quod ſi vero inter amicos eſſe voles, primus eris; ſiquidem nil in te fraudis, aut perfidiae perſpicio; ſive alias habitare Athenis cupies, id licebit; ne autem noſtri cauſa patria privatus eſto.* Herodot. lib. I. cap. LIX. Ἔνθα δὴ ὁ Πεισίστρατος ἦρχεν Ἀθηναίων, οὔτε τιμὰς τὰς ἐούσας συνταράξας, οὔτε θέσμια μεταλλάξας, ἐπί τε τοῖσι κατεστεῶσιν ἔμενε, τὴν πόλιν κοσμέων καλῶς τε καὶ εὖ. *Vbi vero principatum Athenienſium conſequutus eſt Piſiſtratus, nec turbatis magiſtratibus, neque legibus mutatis, iis, quae ſtatuta erant, inhuerebat, bene urbem, & honeſte adminiſtrans.* Memoravi legibus etiam obſequutum ipſum eſſe; & exemplum in eo habes, quod modeſte, homicidii accuſatus apud Areopagitas, ad dicendam cauſam ſtetit, nec iudicium ſubterfugit. Plutarchus in Solone. Καὶ φόνου προσκληθεὶς εἰς Ἄρειον πάγον, ἤδη τυραννῶν, ἀπήντησε κοσμίως, ἀπολογησόμενος. *Et caedis apud Areopagum accuſatus, iam tyrannide potitus, modeſte adfuit, cauſam dicturus.* Ariſtoteles Politic. lib. V. cap. XII. Φασὶ δὲ καὶ Πεισίστρατον ὑπομεῖναί ποτε προσκληθέντα δίκην εἰς Ἄρειον πάγον. *Aiunt vero & Piſiſtratum in iudicium vocatum apud Areopagitas ſuſtinuiſſe.* Ac modeſtiae quidem iſtius ſingularis, & aequitatis plura exempla memorantur; quae referri hic locus poſtulat. Quum ab eo amici quidam deſciviſſent, atque Phylam occupaſſent, acceſſit ad eos cum veſte ſtragula; ac, quid vellet percunctantibus, ſic reſpondit: aut, ut vos in urbem mecum redeatis, perſuadere; aut, ſi iſtud non obtineo, una vobiſcum hic manere; eamque in rem inſtructus adſum. Plutarchus in Apophthegm. Πεισίστρατος, ὁ Ἀθηναίων τύραννος, ἐπεὶ τῶν φίλων τινὲς, ἀποστάντες αὐτοῦ, Φύλλῳ κατέλαβον, ἦλθε πρὸς αὐτοὺς, στρωματόδεσμον αὐτὸς κομίζων. συνθανομένων δὲ ἐκείνων, τί βούλεται; Πείσας ὑμᾶς, εἶπεν, ἀπαγαγεῖν. ἢ, μὴ πείσας, μένειν μεθ' ὑμῶν. καὶ διὰ τοῦτο ἀφῖγμαι συνεσκευασμένος. *Piſiſtratus, Athenienſium tyrannus, quum amici quidam eius, qui ab ipſo deſciviſſent, Phylam occupaſſent, acceſſit ad eos, veſtem ſtragulam, faſcia colligatam, ſecum ferens; ac quaerentibus quid vellet: aut, reſpondit, uti mecum redeatis perſuadere; aut, ſi minus id perſuaſero, manere vobiſcum; ideoque inſtructus veni.* Ad diſſidium amicorum, alterum filiorum addam. Illi adſentiri ipſi in re aliqua noluerant; quod quum reſciviſſet civitas, & ſperaret inde quidpiam, ne occaſionem daret rebus novis; ipſe filiis acquievit, idque civibus convocatis, ut conceptas ſpes abiiceret, indicavit. Plutarchus Sympoſ. libro I. quaeſt. I. Τὸ τοῦ Πεισιστράτου χρήσιμον. ἐκεῖνος γὰρ, ἐν διαφορᾷ τινι πρὸς τοὺς υἱοὺς γενόμενος, ὡς ἤθελε τοὺς ἐχθροὺς χαίρουσας, ἐκκλησίαν συναγαγὼν, ἔφη, βούλεσθαι μὲν αὐτὸν πεῖσαι τοὺς παῖδας, ἐπεὶ δὲ δυσκόλως ἔχουσιν, αὐτὸν ἐκείνοις πείσεσθαι, καὶ ἀκολουθήσειν. *Vtile eſt hoc Piſiſtrati. Ille enim, quum ei quaedam cum filiis diſcordia exorta eſſet, ſentiretque ob id gaudere inimicos, advocata concione, dixit: voluiſſe quidem ſe liberis ſuis perſuadere, verum, quia difficiles eſſent, ſemet illis obſequuturum.* Macrobius Saturn. lib. VII. cap. I. *Piſiſtratus, Athenarum tyrannus, quum filiis ſuis rectum dando conſilium non obtinuiſſet adſenſum, atque ideo eſſet in ſimultate cum liberis, ubi hoc aemulis cauſam fuiſſe gaudii comperit, ex illa diſcordia ſperantibus, in domo regnantis naſci poſſe novitatem; univerſitate civium convocata, ait, ſuccenſuiſſe quidem ſe filiis, non adquieſcentibus patriae voluntati; ſed hoc ſibi poſtea viſum paternae aptius eſſe pietati, ut in ſen-*

Digitized by Google

ſententiam liberorum ipſe concederet; ſciret igitur civitas, ſobolem regis cum patre concordem. Delata ad ipſum mater erat, quod amaret adoleſcentem, & cum eo clam conſueſceret, metuente, ac detrectante. Hunc ad coenam advocavit, ac finita deinde ea, percunctatus, quomodo fuiſſet habitus, quum is, ſuaviter reſponderet: atqui, inquit, hoc quotidie tibi fiet, ſi placueris matri meae. Plutarchus ibidem. Διαβληθείσης δὲ τῆς μητρὸς πρὸς αὐτὸν, ὡς ἐρᾷ τινῶ νεανίσκου, καὶ κρύφα σύνεσι, φοβουμένῳ, καὶ παραιτουμένῳ τὰ πολλὰ, καλέσας ἐπὶ δεῖπνον τὸ νεανίσκον, ἠρώτησε δειπνήσαντα, πῶς γέγονεν. ἡδέως δὲ φήσαντος, ταῦτά σοι, ἔφη, καθ' ἡμέραν ἔσαι, ἐὰν τῇ μητρί μου ἀρέσκῃς. *Quum delata ad eum mater eſſet, quod adoleſcentem adamaret, & cum eo clam coiret, metuente, ac recuſante ſaepenumero, vocatum ad coenam, quum coenaſſet, percunctatur, quomodo habitus fuiſſet; &, ſuaviter reſpondenti; atqui, ait, hoc quotidie tibi erit, matri meae ſi placueris.* Amabat filiam Thraſybulus, ſive Thraſymedes erat; & obviam factus, oſculum dederat; id graviſſime uxor ferens, quum ad poenam incitaret, ſi amantes, inquit, odimus, quid inimicis faciemus? filiamque in matrimonium ipſi dedit. Plutarchus ibidem. Ἐπὶ δὲ Θρασύβουλος, ἐρῶν αὐτοῦ τῆς θυγατρὸς, ἐφίλησεν ἀπαντήσας, παροξυνόμενος ἐπ' αὐτὸν ὑπὸ τ γυναικὸς, ἂν τοὺς φιλοῦντας, εἶπε, μισῶμεν, τί ποιήσομεν τοὺς μισοῦντας; καὶ ἔδωκε γυναῖκα τῷ Θρασυβούλῳ τὴν παρθένον. *Quum Thraſybulus, qui amabat filiam eius, obviam factus, oſculatus eam eſset, uxorque in illum concitaret; Si amantes, inquit, odimus, quid illis faciemus, qui oderunt? virginemque Thraſybulo nuptum dedit.* Valerius Maximus lib. v. cap. 1. *Non tam robusti generis humanitas, ſed & ipſa tamen memoria proſequenda Piſiſtrati, Athenienſium tyranni, narrabitur. Qui, quum adoleſcens quidam, amore filiae eius virginis accenſus, in publico obviam ſibi factam oſculatus eſset, hortante uxore, ut ab eo capitale ſupplicium ſumeret, reſpondit: Si eos, qui nos amant interficimus, quid his faciemus, quibus odio ſumus?* Fuſius narrat Polyaenus lib. v. cap. xiv. Θρασυμήδης Φιλομήλῃ, τῆς Πεισιράτου θυγατρὸς ἐρασθεὶς, πομπεύουσαν αὐτὸν, προσδραμὼν, ἐφίλησε. τ δὲ ἀδελφῶν τῆς παρθένου βαρέως φερόντων, καὶ δεινὴν ὕβριν ἡγουμένων ὁ Πεισίστρατος, εἰ τοὺς φιλοῦντας, ἔφη, κολάσωμεν, τοὺς μισοῦντας τί ποιήσομεν; Θρασυμήδης, ἐπὶ μεῖζον αἰρομένου τοῦ ἔρωτος, ἡλικιώτας παραλαβὼν συμμάχους, τὴν κόρην, ἐπὶ τῇ θαλάσσῃ θυσίαν τελοῦσαν παρεφύλαξεν· οἱ μὲν δὲ, σπασάμενοι τὰ ξίφη, τ ὄχλον σκεδάσαντες, εἰς σκάφος ἐμβάλλοντες, ἐπ' Αἰγίνης ἀνήγοντο. Ἱππίας δὲ, ὁ πρεσβύτης τ Πεισιράτου παίδων, τὰ ληστρικὰ τῆς θαλάσσης ἀναιρῶν, καὶ τοῦτο τὸ σκάφος, διὰ τὴν σπουδὴν τῆς αἱρέσεως, νομίσας εἶναι τ λῃστῶν, αὐτήν τε ἀνεσώσατο, καὶ τοὺς ἁρπάσαντας, συλλαβὼν, ἐπανήγαγε. Θρασυμήδης, καὶ οἱ φίλοι, τῷ τυράννῳ παρασάντες, οὐχ ἱκέτευσαν αὐτὸν, ἀλλὰ μᾶλλον ἀνδρείως χρῆσθαι αὐτοῖς, ὁποίῳ βούλοιτο τρόπῳ, παρεκαλέσαντο, φήσαντες, ἔκτοτε θανάτου καταφρονῆσαι, ὁπότε τὴν ἁρπαγὴν ἐβουλεύσαντο. Πεισίστρατος, πεπληγὼς τ γενναιότητα τ νεανίσκων, πρὸς γάμον ἐξέδωκε τῷ νεανίσκῳ τῷ Θρασυμήδει τὴν θυγατέρα. τοῦτο ποιήσας, εὔνοιαν, καὶ φιλίαν ἐκτήσατο παρ' αὐτῶν, ὡς οὐκ ἔτι τύραννος, ἀλλὰ χρηστὸς πατὴρ, καὶ δημοτικὸς πολίτης. *Thraſymedes, Philomeli filius, Piſiſtrati filiae amore captus, eam in pompa incedentem, adcurrens oſculabatur; quumque illud fratres virginis aegre ferrent, & atrocem contumeliam exiſtimarent, Piſiſtratus inquit: ſi amantes puniemus, quid bis, qui nos oderunt faciemus? Thraſymedes, creſcente in dies amore, adſumtis in ſocietatem aequalibus, puellam ad mare ſacrificantem obſervavit; & hi quidem, ſtrictis gladiis, ac ſubmota turba, in navigium imponentes, in AEginam receſſerunt. Hippias vero, filiorum Piſiſtrati natu maximus, mare latrociniis purgans, hoc navigium, quia remigio feſtinaret, latronum eſſe arbitratus, & ſororem recuperavit, & raptores comprehenſos reduxit. Thraſymedes, atque amici coram tyranno adſtantes, nullo modo ſupplices ſe praebuerunt; verum admodum viriliter faceret ipſis, quicquid ſane videretur, ſunt hortati; inquientes, mortem ſe ex eo tempore contemſiſſe, quo de raptu conſultaſſent. Piſiſtratus hanc in adoleſcentibus animi celſitudinem admiratus, filiam ſuam Thraſymedi adoleſcenti in matrimonium collocavit; eoque facto, benevolentiam, & amicitiam apud ipſos conciliavit; non iam amplius tyrannus, ſed bonus pater, item popularis civis.* Comeſſatores etiam quidam, poſtquam in uxorem eius incidiſſent, verbis ipſam petulantibus valde inceſſerant; cuius facti quum poſtridie veniam illi a Piſiſtrato lacrimantes poſtularent: vos deinceps, inquit, magis operam modeſtiae date; mea uxor *heri* nusquam omnino prodiit. Plutarchus *in* citatis ſtatim Apophthegm. Κωμαζόντων δέ τινων μετρυχόντων τῇ αὐτοῦ γυναικὶ, καὶ πολλὰ πραξάντων ἀσελγῆ, καὶ ἐπόντων, μεθ' ἡμέραν δὲ τοῦ Πεισιράτου δεομένων, καὶ δακρυόντων. Τιμεῖς μὲν, ἔφη, πράττε σωφρονεῖν ταλαιπώρου. ἡ δ' ἐμὴ γυνὴ τοσαύτην ἐχθὲς ὑδαμοῦ πρᾴλθε. *Comeſſatores quidam, quum in uxorem eius incidiſſent, multaque proterve & feciſſent, & dixiſſent; poſtero die cum lacrymis veniam poſtulantibus, vos in poſterum, inquit, operam continentiae date; mea vero uxor heri nequaquam in publicum proceſſit.* Exigebat ipſe decimam eorum fructuum, qui ex agris proveniſſent; aliquando autem egreſſus, quum videret laborantem in petricoſo loco ſenem, adceſſit, quaerens, quoſnam hinc referret fructus; illo autem reſpondente, dolores, & ſphacelos, & eorum decimam a Piſiſtrato exigi, miratus viri libertatem, decimae immunitatem dedit. Lucilius Tarrhaeus in Proverbiis. Πεισίστρατος ὁ τύραννος δεκάτην τ γεωργουμένων ἀπῄτει τοὺς Ἀθηναίους. παριὼν δέ ποτε, καὶ ἰδὼν πρεσβύτην τινὰ ἐργαζόμενον, καὶ τόπους λιθώδεις, ἤρετο τ πρεσβύτην, τίνας ἐκ τ τόπων κομίζοιτο τοὺς καρπούς; ὁ δὲ ἀπεκρίνατο· ὀδύνας, καὶ σφακέλους, καὶ τούτων δεκάτην Πεισίστρατος φέρει. Θαυμάσας δὲ ὁ Πεισίστρατος τὴν παῤῥησίαν αὐτοῦ, τῆς δεκάτης ἀτέλειαν ἔδωκε. *Piſiſtratus tyrannus decimam eorum, quae ex agris provenirent, ab Atheniensibus exigebat. Aliquando vero praeteriens, quum videret ſenem quemdam in rupibus laborantem, & locis ſaxoſis, interrogavit, quoſnam*

Digitized by Google

nam inde fructus ferret? ille autem reſpondebat: dolores, & ſphacelos, & horum decimam Piſiſtratus aufert. Miratus libertatem eius Piſiſtratus, immunitatem a decima dedit. Hoc ipſum refert etiam Suidas, Zenobius Cent. IV. Proverb. LXXVI. & Apoſtolius Cent. X. Proverb. LXXX. Denique Thraſippus quidam, ex amicis in convivio multa in ipſum convitia dicebat; ille tamen, abeuntem familiarius invitabat, ne convivio ſe ſubtraheret; iſte, tamquam irritata beneficio protervia, etiam porro convitiari, & in os conſpuere eum. Non ferebant tam indignam contumeliam adſtantes filii, & ulciſci cupiebant; feciſſentque, niſi ipſe repreſſiſſet. Poſtero die Thraſippus, quum edormiviſſet crapulam, & ad mentem rediiſſet, facti poenitens, &, quam meritus, poenam metuens, morte culpam voluntaria luere voluit; id Piſiſtratus quum audiret, accedit eum, &, ut vitam conſervaret, eumdem ipſi in amicitia ſua locum deinceps fore pollicetur. Valerius Maximus lib. v. cap. I. *A Thraſippo amico inter coenam ſine fine convitio laceratus (Piſiſtratus) ita & animum, & vocem ab ira cohibuit, ut putares ſatellitem a tyranno male audire. Abeuntem quoque, veritus, ne propter metum maturius ſe convivio ſubtraheret, invitatione familiari coepit retinere. Thraſippus concitatae temulentiae impetu evectus, os eius ſputo reſperſit; nec tamen in vindictam ſui accendere potuit. Ille vero etiam filios ſuos, violatae patris maieſtati ſubvenire cupientes, retraxit. Poſtero quoque die, Thraſippo ſupplicium a ſe voluntaria morte exigere volente, venit ad eum, dataque fide, in eodem gradu amicitiae manſurum, ab incepto revocavit.* Hoc ipſum eſt, quod brevius, & Thraſippi omiſſo nomine, narrat Seneca De Ira lib. III. cap. XI. *Piſiſtratum certe, Athenienſium tyrannum, memoriae proditur, quum multa in crudelitatem eius ebrius conviva dixiſſet, nec deeſſent, qui vellent manus ei commodare; &, alius hinc, alius illinc faces ſubderent; placido animo tuliſſe, & hoc irritantibus reſpondiſſe: non magis illi ſe ſuccenſere, quam ſi quis obligatis oculis in ſe incurriſſet.* Vides varias offenſas, in ſe ipſo, matre, uxore, filiaque; a filiis, amicis, aliis; & in his ferendis omnibus admirandam moderationem animi. Plutarchus porro in citatis ante verbis, ubi virtutes eius refert, ait etiam fuiſſe, *βοηθητικὸν τοῖς πένησι, promtum ſubvenire egenis.* Et hoc verum eſt. Si quos otioſos cerneret, in foro obambulantes, ad ſe vocatos interrogabat, cur ſic otioſi eſſent; ſi iumentum forte, aut ſemen non haberent, a ſe acciperent. AElianus Var. Hiſtor. lib. IX. cap. XXV. Πεισίστρατος, ὅτε τῆς ἀρχῆς ἐγκρατὴς ἐγένετο, μετεπέμπετο τοὺς ἐν ταῖς ἀγοραῖς ἀποσχολάζοντας, καὶ ἐπυνθάνετο, τί δή ποτε εἴη τὸ αἴτιον τῆ ἀλύειν αὐτούς; καὶ ἐπέλεγεν, εἰ μέν σοι τέθνηκε ζεῦγος, παρ' ἐμοῦ λαβὼν ἄπιθι, καὶ ἐργάζου· εἰ δὲ ἀπορεῖς σπερμάτων, παρ' ἐμοῦ σοι γενέσθω. *Piſiſtratus, quum principatu potitus eſſet, accerſiri ad ſe eos iubebat, qui in foro otioſi obambularent, ac rogabat; qua de cauſa ita maeſti oberrarent? Inſuper aiebat: ſi iumentum tibi mortuum eſt, a me ſumens, abi, & labora; ſive ſemina non habes, a me tibi ea erunt* (a). Immo in publicum, ſi prodiret, comitabantur ipſum pueri duo, treſve, qui minutos nummos ferrent, in ſepulturam, mortuorum nempe pauperum, erogandos. Euſtathius ad Iliad. ω. Ἡ δὲ ἱστορία ἐπαινεῖ καὶ Πεισίστρατον, ἐπειδὴ περιήγετο ἀεὶ νεανίσκους δύο, ἢ τρεῖς, ἔχοντας κέρματα, ἐξ ὧν διδοὺς εἰσεφερέ τι καὶ εἰς ταφήν. *Laudat Piſiſtratum hiſtoria, quod in comitatu haberet adoleſcentes duos, aut tres, qui minutos nummos haberent; e quibus largiens, inferebat etiam aliquid in ſepulturam* (b). Praeterea nec cuſtodes hortis, praediiſve imponebat; ſed introitum cunctis liberum, item fructum permittebat. Athenaeus lib. XII. Πεισίστρατος μετρίως ἐχρῆτο ταῖς ἡδοναῖς. ὥστ' οὐδ' ἐν τοῖς χωρίοις, οὐδ' ἐν τοῖς κήποις, φύλακας ἐφίστατο, ὡς Θεόπομπος ἱστορεῖ ἐν τῇ πρώτῃ καὶ εἰκοστῇ. ἀλλ' εἶα τὸν βουλόμενον εἰσιόντα ἀπολαύειν, καὶ λαμβάνειν ὧν δεηθείη. *Piſiſtratus moderate habebat voluptates; ita ut hortis, praediiſve cuſtodes nullos imponeret, ut refert Theopompus lib. XXII. ſed permittebat, quiſquis ingredi vellet, iis frui, & accipere, ſi quibus ipſi opus eſſet.*

CAP. VII.

In repub. quid mutarit. Populum ex Vrbe rurſum in agros mittit; &, ut maneant, gerere veſtem vilem iubet. Κατωνάκη, *ſive* Κατωνάκης. *Ariſtophanes emendatus. Nihil exigit, niſi decimam e proventibus agrorum, olim regibus ſolvi ſolitam. Leges quoque novas condit; de in bello mutilatis, otioſis, oſtraciſmo. Hipparchum in exilium agit. Alcmaeonidarum domos, ac ſepulcra evertit.*

UT muniret principatum, Vrbem infrequentiorem, agrum cultiorem reddere animum induxit; itaque cives, ne in otio urbano conſilia contra ipſum caperent, ad rem ruſticam applicare ſeſe iuſſit; contra, atque olim Theſeus, qui potentiam, ut conciliaret populo, rure in urbem commigrare eum iuſſerat. Dion Chryſoſtomus Orat. VII. Ἀλλὰ τοὺς τοιούτους ἅπαντας τί δράσομεν; ἢ διασπείρωμεν ἐν τῇ χώρᾳ κατοικοῦντας, καθάπερ Ἀθηναίους νέμεσθαι καθ' ὅλην Ἀττικὴν τὸ παλαιὸν, καὶ πάλιν ὕστερον, τυραννήσαντος Πεισιστράτου. *At quid talibus omnibus faciemus? an diſperſos per regionem habitare faciemus, quemadmodum olim Athenienſes tota Attica habitabant; & poſtea iterum, quum Piſiſtratus tyrannidem occupaſset?* Breviter adtingit Maximus Tyrius Diſſert. XIII. Πότε δοῦλοι (οἱ Ἀθηναῖοι,) ὅτε Πεισιστρατίδαι τὸν δῆμον, ἐξοπλίσαντες, γεωργεῖν ἠνάγκαζον. *Quando ſervi fuerunt (Athenienſes?) quum Piſiſtratidae popu-*

(a) Hic Piſiſtrati mos in primis commendandus, & Evangelicae parabolae documento comprobatus eſt.

(b) Virtus in Tobia etiam ſpectata, & Chriſtiana pietate digniſſima.

Digitized by Google

populum, armis ademtis, agrum colere coegerunt. Et nec commeare in urbem illis licitum; sed, quum Attica arboribus destituta esset, oleas plantare, quaeque alia iussa facere tenebantur. Idem Dion Orat. xxv. Οἶσθα γάρ δήπου, ὅτι, Πεισιστράτου προσταττοντος, καὶ ἀρχοντος, εἰς μὲν τὴν πόλιν οὐ κατήεσαν ὁ δῆμος, ἐν δὲ τῇ χώρᾳ διατρίβοντες, γεωργοὶ ἐγίγνοντο· καὶ τὴν Ἀττικὴν, πρότερον ψιλὴν, καὶ ἀδένδρον, ὄσαν, ἐλαίαις κατεφύτευσαν. *Nosti sane, quod Pisistrato principatum obtinente, eius iussu populus in urbem non redierit; sed, quum prius Attica tota nuda esset, atque arboribus destituta, oleis eam consereret.* Et, ne redire etiam vellent, eos veste vili incedere iussit, quae inferius pellem ovinam adsutam haberet; unde etiam Κατωνάκη, sive Κατονάκης dicebatur. Hesychius. Κατωνάκη, ἱμάτιον, ἔχον ἐκ τῶν κάτω μερῶν νάκος προσερραμμένον, ὅ ἐστι μηλωτή. δοκοῦσι δὲ τοῦτο ἀμφιέσασθαι Ἀθηναῖοι, τῶν περὶ Πεισίστρατον τυράννων ἐπαναγκασάντων, ἵνα ὑπὸ εὐτελείας μὴ κατίωσιν εἰς ἄστυ οἱ πολῖται. *Catonace, vestis, habens e partibus inferioribus adsutam ovinam pellem. Videntur autem Athenienses hanc induisse, cogente Pisistrato tyranno; ne cives propter vilitatem in urbem redirent.* Pollux lib. VII. cap. XIV. Ἡ δὲ κατωνάκη, ἐξ ἐρίου μὲν ἦν ἐσθὴς παχεῖα. νάκος δὲ αὐτῇ μετὰ τὴν πέζαν προσέρραπτον, ἔν τε Σικυωνίοις, ἐπὶ τῶν τυράννων. καὶ Ἀθήνησιν, ἐπὶ τῶν Πεισιστρατιδῶν. ὅπως αἰσχύνοιντο εἰς ἄστυ κατιέναι. *Catonace vero erat vestis crassa, e lana, pellem autem ipsius fimbriae adsuebant, & apud Sicyonios sub tyrannis, & Athenis sub Pisistratidis; ut puderet in urbem redire.* Erat autem vestis ea brevior, & ad genua tantum pertingebat. Suidas. Κατωνάκαι, ἱμάτιόν ἐστιν, ἐκ τῶν κάτω μερῶν νάκος, τετέχθαι διφθέραν, περιερραμμένον. δοκοῦσι δὲ ἀμφιέσασθαι τοῦτο, τῶν τυράννων ἐπαναγκασάντων τοὺς Ἀθηναίους, ἵνα ὑπὸ εὐτελείας μὴ κατίωσιν εἰς ἄστυ οἱ πολῖται· μέχρι γὰρ τῶν γονάτων ἦν διῆκον. *Catonacae, vestis est, ex inferioribus partibus pellem ovillam, vel diphtheram, adsutam habens. Videntur autem induisse Athenienses, cogentibus tyrannis, ne ob vilitatem eius cives in urbem redirent; nam ad genua usque pertingebat.* Ac gestare istam, ut a patre institutum, etiam iusserunt filii, Hipparchus, & Hippias; donec, illo interfecto, isto ope Lacedaemoniorum ejecto, & libertate restituta, laenam pristinam receperunt. Aristophanis in hanc rem insignis locus est in Lysistrata, fere ult.

Ὑμᾶς δ' ἀφῆκεν τοὺς Ἀθηναίους οἴει.
Οὐκ οἶσθ' ὅθ' ὑμᾶς οἱ Λάκωνες αὖθις αὖ
Καλωνάκας φορούντας, ἐλθόντες δορὶ,
Πολλοὺς μὲν ἄνδρας Θετταλῶν ἀπώλεσαν,
Πολλοὺς δ' ἑτέρους ἱππέας, καὶ ξυμμάχους,
Ξυνεκμαχοῦντες τῇ τόθ' ἡμέρᾳ μόνοι,
Κἀλόθερωσαν, Κἀνέστησαν τῆς καλωνάκης
Τὸν δῆμον ὑμῶν χλαῖναν ἠμπισχον πάλιν.
Nec culpa abesse Athenienses dixerim.
Nescis ut olim vos quoque in catonacis,
Servili amictu, adiuverint Laconici,
Armis coruscis, plurimisque Thessalis
Occisione perditis, sociis, equis,
Deproeliantes fortiter, soli die
Vos, inquam, in illa liberarunt, pallio
Plebem induentes pro schema vilis preti.

Sed corruptus quintus versus; & in partem emendavit vir insignis, *Florens Christianus*, legendo ἑταίρους pro ἑτέρους; verum porro pro ἱππίους, scribe Ἱππίου.

Πολλοὺς δ' ἑταίρους Ἱππίου, καὶ ξυμμάχους.
Multos vero socios Hippiae, & auxiliatores.

Nec gestabant viri tantum, sed & feminae. Observare est apud eumdem Aristophanem in Concion. med.

Καὶ τὰς γε δούλας οὐχὶ δεῖ κοσμουμένας
Τὴν τ' ἐλευθέρων ὑφαρπάζειν Κύπριν;
Ἀλλὰ παρὰ τοῖς δούλοισι κοιμᾶσθαι μόνον,
Καλωνάκῃ τ' χοῖρον ἀπολελιλμένας,
Et servas non oportet ornatas
Liberarum surripere Venerem;
Sed apud servos dormire solum,
Catonace porcum evellentes.

Quin Pisistratus, ut praecedenti capite a me dictum, ostendendae in egenos bonitatis, qui in foro otiosi oberrarent, ad se vocatos; inquisita otii causa, si iumentum non habere, aut semen dicerent, de suo capere iubebat. AElianus Var. Hist. lib. IX. cap XXV. Πεισίστρατος, ὅτε τῆς ἀρχῆς ἐγκρατὴς ἐγένετο, μελεπέμπετο τοὺς ἐν ταῖς ἀγοραῖς ἀποσχολάζοντας, καὶ ἐπυνθάνετο, τί δή ποτε εἴη τὸ αἴτιον τῷ ἀλύειν αὐτούς, καὶ ἐπέλεγεν, εἰ μέν σοι τέθνηκε ζεῦγος, παρ' ἐμοῦ λαβὼν, ἄπιθι, καὶ ἐργάζου. εἰ δὲ ἀπορεῖς σπερμάτων, παρ' ἐμοῦ σοι γενέσθω· δεδιὼς, μὴ ἡ σχολὴ τύχῃ ἐπιβουλὴν τέκῃ. *Pisistratus, quum principatu potitus esset, accersi ad se hos iubebat, qui in foro otiosi ambularent; ac rogabat, qua de causa ita metui oberrarent; insuper aiebat: si iumentum tibi mortuum est, de me sumens, abi, & labora, sive semina non habes, de me tibi ea suppetent; veritus, ne otium horum insidias pareret.* Nec aliam ob causam legem de otiosis tulit. Plutarchus in Solonis Vita. Ὡς δ' Θεόφραστος ἱστόρηκε, καὶ τῆς ἀργίας νόμον οὐ Σόλων ἔθηκεν, ἀλλὰ Πεισίστρατος, ᾧ τὴν τε χώραν ἐνεργεστέραν, καὶ τὴν πόλιν ἠρεμαιοτέραν ἐποίησεν. *Ut vero Theophrastus memorat, legem de otio non Solon tulit, sed Pisistratus, qua agrum cultiorem reddidit, urbem autem infrequentiorem.* Porro in agrum sic redactis non tributa ulla imposuit, praeter decimam e proventibus agrorum, ante regibus usitatam. Ipse memorat in Epistola ad Solonem. Καὶ ὁ τύραννος ἐγὼ οὐ πλεῖον τι φέρομαι τὰ ἀξιώματος, καὶ τῆς τιμῆς. ὁποῖα δὴ καὶ τοῖς πρὶν βασιλεῦσιν ἦν τὰ ῥητὰ γέρα. ἀπάγει δὴ ἕκαστος Ἀθηναίων τὸ αὐτὸ κλήρου δεκάτῳ, οὐκ ἐμοὶ, ἀλλ' ὁπόθεν ἔξαι ἀναλῶν εἰς τε θυσίας δημοσίας, καὶ εἴτι ἄλλο τῶν κοινῶν, καὶ ἤν ὁ πόλεμος ἡμᾶς καταλάβῃ. *Ac tyrannus ego nihil amplius fero, quam dignitatem, & honorem; quaeque olim regibus data, & Athenienſium quisque e reditibus praedii sui decimam pendit, non in meum quidem usum, sed, ut publicis sacrificiis, ac communibus rebus aliis, & si forte bellum ingruat, sumtus suppetat.* De decima auctor & Zenobius Cent. IV. Proverb. LXXVI. Πεισίστρατος, ὥς φασιν, ὁ τύραννος δεκάτῳ τῶν γεωργουμένων ἀπῄτει τοὺς Ἀθηναίους. *Pisistratus tyrannus, uti aiunt, ab Athenienſibus exigebat decimas eorum, quae in agris provenissent.* Videndi ceteri

teri Paroemiographi in Proverbio, ἢ σφάκελοι ποιοῦσιν ἀτέλ{αν ; & Appendix Vaticana Schotti in ἐν Πυθίῳ κρεῖττον ἦν ἀποπατῆσαι. Non recte δωδεκάτῳ est, pro δεκάτῳ apud Apostolium Cent. x. Prov. LXXX. quod & Schottus observavit, vir doctrina, & humanitate insignis. Praeterea & leges novas condidit; quarum quae de otiosis, paulo ante mihi est commemorata; altera erat, ut in bello mutilati ex aerario alerentur. Plutarchus in Solonis Vita. Καὶ νόμους αὐτὸς (ὁ Πεισίστρατος) ἑτέρους ἔγραψεν, ὧν ἐστι καὶ ὁ τοὺς πηρωθέντας ἐν πολέμῳ δημοσίᾳ τρέφεσθαι κελεύων. *Et leges etiam ipse (Pisistratus) alias scripsit; inter quas & ista erat, quae iubebat, ut in bello mutilati publice alerentur* (a). Ac de ostracismo quoque sunt, qui hunc sciviſſe tradunt; & Hipparchum Charmi filium, adfinitate iunctum, suspicione quadam inductum, eo primum adfeciſſe. Harpocration in Ἵππαρχος. Ἄλλος δέ ἐστιν Ἵππαρχος, ὁ Χάρμου. ὡς φησι Λυκοῦργος, ἐν τῷ κατὰ Λεωκράτους. περὶ οὗ τοῦτο, Ἀνδροτίων ἐν τῇ δευτέρᾳ φησίν, ὅτι συγγενὴς μὲν ἦν Πεισιστράτου τοῦ τυράννου, καὶ πρῶτος ἐξωστρακίσθη, τῷ περὶ τὸ ὀστρακισμὸν νόμου τότε πρῶτον τεθέντος, διὰ τὴν ὑποψίαν τὴν περὶ Πεισίστρατον, ὅτε δημαγωγὸς ὢν, καὶ στρατηγὸς, ἐτυράννησε. *Alius vero est Hipparchus, Charmi filius, ut Lycurgus ait in Oratione adversus Leocratem. De hoc refert Androtion libro secundo; cognatum eum fuisse Pisistrati tyranni, & ostracismo eiectum, iuxta legem tunc de eo primum latam, propter suspicionem Pisistrati, quo tempore, quum demagogus esset, & dux copiarum, tyrannidem occupavit.* Et eiectum quidem Hipparchum, Suidas quoque nobis refert. Ἄλλος δὲ Ἵππαρχος, ὁ Χάρμου· ὃς συγγενὴς ἦν Πεισιστράτου τοῦ Τυράννου· καὶ πρῶτος ὑπέστη τὸ ὀστρακισμὸν, διὰ τὴν ὑποψίαν τοῦ Πεισιστράτου, *Alius vero est Hipparchus Charmi filius, qui consanguineus erat Pisistrati tyranni, primusque ostracismum subiit ob suspicionem Pisistrati.* Ac talis quidem in cives fuit, sed in adversarios suos Alcmaeonidas forte asperior, eorumque aedes diruit, ac sepulcra. Isocrates auctor est in Oratione περὶ ζεύγους, ubi de Pisistratidis agit. Οὐ μόνον τὰς οἰκίας αὐτῶν (τῶν Ἀλκμαιωνιδῶν) ἕκαστον (οἱ τύραννοι) ἀλλὰ καὶ τοὺς τάφους ἀνώρυτον. *Non solum aedes ipsorum (Alcmaeonidarum) everterunt tyranni) sed sepulcra etiam effoderunt.* Quamquam sane haec non clare de Pisistrato dicuntur; &, sub filiorum tyrannide accidisse videri possunt. Certe ipse in Epistola ad Solonem, neque ex inimicis quemquam gravius quidquam passum esse clare dicit. Ἐπάνιθι τοίνυν οἴκαδε, πίσευόν μοι τ' ἀνομότῳ, ἄχαρι μηδὲν πείσεσθαι Σόλωνα ἐκ Πεισιστράτου. ἴσθι γὰρ, μηδὲ ἄλλον τινὰ πεπονθέναι τῶν ἐμῶν ἐχθρῶν. *Itaque domum revertere; & iniurato mihi crede, Solonem mali a Pisistrato nil passurum; quin, & neque quemquam e meis inimicis passum*

Meursii Tom. I.

scito. Quamquam fateor, haec ab eo scripta esse (b), quum primum Rempub. occupasset; fierique potuisse, ut, reversus post eiectionem primam, graviora perpetraverit. At profecto principatum, etsi per vim occupatum, ita laudabiliter egit, ut pro rege praestantissimo, non tyranno sese gesserit; unde etiam non tyrannum, verum regem adpellarunt. Ita Eupolis, teste Suida, cuius ista verba alibi. Καὶ Εὔπολις Πεισίστρατον βασιλέα καλεῖ. *Et Eupolis Pisistratum adpellat regem*. Scio equidem, tyrannos etiam reges aliis dici, idque Suidae adnotatur, sed hic factum, non id puto; quum Pisistrati principatus, si invasionem excipias Reipublicae, regnum, non tyrannis fuerit. (c)

CAP. VIII.

Gesta eius. Expeditio in Megarenses, & strategema. Nisaea capta, & Sigeum; item Naxus. Delus lustrata, Salamisque vindicata.

ET militiae clarus fuit, ante tyrannidem; praeter alia, expeditione illa in Megarenses, & Nisaea expugnata. Herodotus notat, quum tyrannidem primum adfectans, ipse sese vulneraſſet, motum isto casu populum; partim quoque, viri gloria, quam praeclaris istiusmodi facinoribus reportaverat. Verba eius ista exstant lib. I. cap. LIX. Ἐδέετό τε τοῦ δήμου, φυλακῆς τινος πρὸς αὐτῷ κυρῆσαι· πρότερον εὐδοκιμήσας ἐν τῇ πρὸς Μεγαρέας στρατηγίῃ, Νίσαιάν τε ἑλὼν, καὶ ἄλλα ἀποδεξάμενος μεγάλα ἔργα. *Rogabat populum, ut custodiam aliquam daret; clarus pridem expeditione Megarensi, capta Nisaea, aliisque magnis facinoribus editis.* Et hic strategema adhibuit, quod prolixe AEneas refert in Poliorcetico capit. IV. Πεισιστράτῳ, Ἀθηναίων στρατηγοῦντι, ἐξηγγέλθη, ὅτι οἱ ἐκ τῶν Μεγάρων οἱ ἐπιχειροῖεν, ἀφικόμενοι πλοίοις, ἐπιθέσθαι νυκτὸς ταῖς Ἀθηναίων γυναιξὶ, Θεσμοφόρια ἀγούσαις ἐν Ἐλευσῖνι· ὁ δὲ Πεισίστρατος, ἀκούσας, προενέδρευσεν· ἐπεὶ δὴ οἱ ἐκ τῶν Μεγάρων, ὡς ἐλήθοτες, ἀπέβησαν, καὶ ἀπὸ τῆς θαλάττης ἐγένοντο, ἐξαναστὰς ὁ Πεισίστρατος, τῶν ἐνεδρευσάντων τε ἀνδρῶν ἐκράτησε, καὶ διέφθειρε τοὺς πλείστους, καὶ τῶν πλοίων, οἷς ἀφίκοντο, ἐγκρατὴς ἐγένετο· ἔπειτα τοῖς ἑαυτοῦ στρατιώταις πληρώσας τὰ πλοῖα, ἔλαβε τῶν γυναικῶν τὰς ἐπιτηδειοτάτας συμπλεῦσαι, καὶ κατήγαγε εἰς τὰ Μέγαρα ὀψὲ, ἀπωτέρω τῆς πόλεως· καλὸν δόντες ἓν τὰ πλοῖα προσπλέοντα, ἀπήντων πολλοὶ τῶν Μεγαρέων, αἵ τε συναρχίαι, καὶ οἱ ἄλλοι, θεώμενοι, ὡς εἰκὸς, αἰχμαλώτους ἀγομένας ὡς πλείστας. καὶ μετ' ἐγχειριδίων ἀποβάντες, τὰς μὲν, καταβαλεῖν· ὅσους δ' ἂν δύναιντο τῶν ἐπιφανεστάτων, συναρπάζειν εἰς τὰ πλοῖα· καὶ οὕτως ἐπράχθη. *Pisistrato, Atheniensium Imperatori, nuntiatum est, decrevisse Megarenses, ubi ad littus Atticum adpulissent, coniugibus Atheniensium, Thesmophoria Eleusine ce-*

(a) Quod in Gallia quoque observatur, amplis, & magnificis aedibus, in quibus in bello debilitati alerentur, a Rege Ludovico XIV. ad Lutetiam exstructis.

(b) Numquam scripta fuere; nam huiusmodi Epistolae apud *Laertium* supposititiae, ut plurimum, esse videntur.

(c) Animadvertendum antiquitus Reges, etiam legitimos, tyrannos adpellatos fuisse, unde *Virgilius*:
Compellare virum, & dextram tetigisse tyranni.
Et *Euripides*:
Σοφοί Τύραννοι σοφῶν συνουσίᾳ.
Expende ea, quae habentur in *Xenophontis tyranno*.

Digitized by Google

ve celebrantibus, noctu insidias parare: eo cognito, Pisistratus praevertit, & Megarensibus dolum struit; qui ut egressi in littus sunt, quasi nemo eos animadvertisset, & a mari aliquanto longius processerunt, exsurgens Pisistratus, insidiatoribus superior exstitit, plurimosque adeo illorum occidit, & naves, quibus fuerant delati, cepit; deinde navigiis e vestigio militе completis, mulieres Atticas, quae commodissime navigare simul poterant, secum adsumsit; & Megara sub vesperam, paulo ab urbe longius, naves adpulit. Multi igitur Megarensium, ut vident naves adventare, prodeunt obviam, tum omnes simul magistratus, tum ceteri; quo videlicet captivarum mulierum, quam plurimarum spectaculo fruerentur. Athenienses, exscensione facta, partim conficere Megarenses iubentur, partim, ut quam possent plurimos ex illustrissimis civium in naves corriperent, & ita factum est. Iustinus libro II. cap. VIII. *Megarenses memores illati Athenensibus belli, & deserti, ne frustra arma movisse viderentur, matronas Athenensium in sacris Eleusinis noctu oppressuri, naves conscendunt. Qua re cognita, dux Athenensium Pisistratus, iuventutem in insidiis locat, iussis matronis solito clamore, ac strepitu, etiam in accessu hostium, ne intellectos se sentiant, sacra celebrare; egressosque navibus Megarenses inopinantes delevit; ac protinus classe captiva intermixtis mulieribus, ut speciem captarum matronarum praeberent, Megaram contendit. Illi, quum & navium formam, & petitam praedam cognoscerent, obvii ad portum procedunt, quibus caesis, Pisistratus paulum a capienda urbe abfuit. Ita Megarenses suis dolis hosti victoriam dedere.* Frontinus lib. IV. cap. XLIV. *Pisistratus Athenensis, quum excepisset Megarensium classem, qua illi ad Eleusin noctu adplicuerant, ut operatas Cereris sacro feminas Athenensium raperent, magnaque edita caede eorum, ultus esset suos, eadem, quae ceperat, navigia Athenensi milite complevit, quibusdam matronis habitu captivarum in conspectu locatis; qua facie decepti Megarenses, tamquam suis, & quum successu renavigantibus, effusi obvii, inermesque, rursus oppressi sunt.* Quin Sigeum item cepit. Herodotus lib. V. cap. XCIV. Ἵππίῃ δὲ, ἐνθεῦτεν ἀπελαυνομένῳ, ἐδίδου μὲν Ἀμύντας ὁ Μακεδόνων βασιλεὺς, Ἀνθεμοῦντα. ἐδίδοσαν δὲ Θεσσαλοὶ, Ἴωλκόν· ὁ δὲ, τυτέων μὲν ἀμφότερα αἱρέετο, ἀνεχώρεε δὲ ὀπίσω ἐς Σίγειον, τὸ εἶλε Πεισίστρατος, αἰχμῇ παρὰ Μιτυλωναίων. *Hippiae, illinc profecto, Amyntas quidem rex Macedoniae, Anthemuntem offerebat; Thessali vero Iolcum; ille vero, neutrum ex his accepit; sed Sigeum retro abiit, quod armis Pisistratus Mitylenaeis eripuerat.* Expugnavit & Naxum insulam, & Delum lustravit. Herodotus lib. I. cap. LXIV. Καὶ γὰρ ναύεω (τὴν Νάξον) ὁ Πεισίστρατος καταστρέψασθαι πολέμῳ, καὶ ἐπέτρεψε Λυγδάμεϊ πρός γε ἔτι τούτοισι, τὴν νῆσον Δῆλον καθήρας δὲ ὧδε· ἐπ' ὅσον ἔποψις ἦν ἱρῆ εἶχεν. ἐκ τούτου τοῦ χώρου πάντας ἐξορύξας τοὺς νεκροὺς, μετέφορεσε ἐς ἄλλον χῶρον τῆς Δήλου. *Hanc enim (Naxum) bello subegerat Pisistratus, ac Lygdamidi commiserat; quum antehac etiam Delum insulam ex oraculis lustravisset; idque hoc modo, quatenus a templo prospectus ferebatur, ex eo loco universo effossa cadavera, in alium Deli locum transtulit.* Et observa in lustratione Deli, non totam eam a Pisistrato lustratam, sed a templo quatenus prospectus ferret. Idem dicit & Thucydides, ubi de Delo illi sermo lib. III. Ἐκάθηρε μὲν γὰρ καὶ ὁ Πεισίστρατος ὁ τύραννος πρόσθεν τὴν νῆσον, οὐχ ἅπασαν, ἀλλ' ὅσον ἀπὸ τοῦ ἱεροῦ ἐφεωρᾶτο τῆς νήσου. *Nam & Pisistratus tyrannus eam prius lustraverat; non quidem universam, sed quatenus insula a templo conspiciebatur.* Salamina quoque, ut quidem volunt, Athenensibus vindicavit; prolato e Boeotia Homeri, quem inseruerat ipse versu. Strabo lib. IX. Βώκαρος δ' ἐστὶν ἐν Σαλαμῖνι ποταμός, νῦν Βωκαλίας καλούμενος. καὶ νῦν μὲν, ἔχουσιν Ἀθηναῖοι τὴν νῆσον· τὸ δὲ παλαιὸν, πρὸς Μεγαρέας ὑπῆρξεν αὐτοῖς ἔρις περὶ αὐτῆς. καί φασιν οἱ μὲν, Πεισίστρατον, παραγράψαντα ἐν τῷ νεῶν καταλόγῳ, μετὰ τὸ ἔπος τοῦτο,

Αἴας δ' ἐκ Σαλαμῖνος ἄγεν δυοκαίδεκα νῆας
Ἐξῆς τοῦτο,
Στῆσε δ' ἄγων, ἵν' Ἀθηναίων ἵσταντο φάλαγγες.

μάρτυρι χρήσασθαι τῷ ποιητῇ, τοῦτο, ἡ νῆσον ἐξαρχῆς Ἀθηναίων ὑπάρξαι. *Bocarus vero est Salaminis fluvius, nunc Bocalias adpellatus. Ac nunc quidem Athenienses insulam possident; olim vero, cum Megarensibus de ea contenderunt; & Pisistratum dicunt quidam, post versum hunc in Catalogo navium,*

Aiax vero e Salamine adducebat duodecim naves,
Inserto isto,
Statuitque ipsas, ubi stabant Athenensium phalanges;

usum esse, Poeta teste, ut probaret, Athenensium ab initio eam insulam fuisse.

CAP. IX.

Apollinis Pythii templum struit; & cacantes in eo per ludibrium poena coercet. Iovis Olympii novi templi fundamenta iacit. Gymnasium in Lyceo exstruit. Callirhoen fontem exornat. Simulacrum Amori dedicat. Bibliothecam instituit. Homerum restituit. Catachenen arce eiicit.

MVlta quoque Vrbi exornandae fecit: in his Apollinis Pythii templum. Suidas. Πύθιον, ἱερὸν Ἀπόλλωνος Ἀθηναίοις, ὑπὸ Πεισιστράτου γεγονός. *Pythium Apollinis templum Athenis, a Pisistrato structum.* Hoc quum struere, Athenienses, odio acti, quia decimam persolvebant, tum contemtu adcacabant, & admingebant: itaque edicit, ne quis facere hoc auderet; nam, si quis deprehensus foret, habiturum, quod sibi ipse imputare post deberet: sed, quum neque sic omitterent, quin riderent etiam magis, custode adposito, comprehensum inquilinum flagris cecidit, & praeconem proclamare item iussit. Quisquis edictum migrasset, eum morte puniendum: unde, & proverbium natum, Κρεῖττον ἦν ἐν Πυθίῳ ἀποτατῆσαι. *Melius erat in Pythio cacare,* quum quis ob delictum aliquod poenas

Digitized by Google

nas daret. Vaticana Proverbiorum Appendix, ab Andrea Schotto publicata. Centur. I. Proverb. LXXXII. Πεισίστρατος ᾠκοδόμει τῷ Πυθίῳ ναόν· τῶν δὲ Ἀθηναίων παριόντων, καὶ μισούντων αὐτόν, ἐπὶ τῇ τῆς δεκάτης εἰσφορᾷ, (εἰσέφερον γὰρ ἅπαντες δεκάτην τῶν ἐν τῇ χώρᾳ γενομένων,) οὐδὲν ἐχόντων παιεῖν, ἐνίους προσουρεῖν, καὶ πλησίον ἀφοδεύειν τῷ περιφράγματος· ὥστε διοχλεῖσθαι τοὺς ἐργαζομένους. ἔγραψεν οὖν Πεισίστρατος, ὡς, ἐάν τις ἀλῷ σκεύων ἐν τῷ τεμένει τοῦ Ἀπόλλωνος, ἑαυτὸν αἰτιάσεται. τῶν δὲ οὐ παυομένων, ἀλλὰ καταγελώντων τοῦ πράγματος, καὶ πλείονων τοῦτο ποιούντων, φύλακας κατέστησε. ληφθέντος δέ τινος ὑπὸ τῶν πολιτῶν, ἀλλὰ τῶν μετοίκων ἐκέλευσε δήσαντας αὐτὸν μαστιγοῦν. κηρύσσοντας, Ἀποθανεῖται, ὃς κατηγορεῖ τοῦ γράμματος. τοῖς γοῦν κακοπαθοῦσι διά τινα πλημμέλειαν ἔλεγον οἱ Ἀθηναῖοι, Κρεῖττον ἦν αὐτοῖς ἐν τῷ Πυθίῳ ἀποστατῆσαι. *Pisistratus Pythio Apollini templum aedificabat. Athenienses praetereuntes, quum haberent eum odio, propter decimae tributum, (decimam enim universi eorum, quae ex agris provenirent, persolvebant,) neque facere quidquam possent, quidam, ut operas turbarent, admingebant, & adcacabant ad sepimentum. Itaque edictum fecit Pisistratus, si cacasse quis in templo Pythii deprehensus foret, habiturum, cur se ipse accusaret. At, quum neque sic desisterent, & rem etiam riderent, quin & plures isthoc facerent, custodes adposuit. Quumque non e civibus quidam, sed ex inquilinis captus esset, vinctum flagris caedere iussit: insuper denuntiare, si edictum quis migrasset, eum morte puniendum. Inde, si qui ob delictum poenam aliquam paterentur, inquiebant Athenienses: In Pythio cacare ipsis praestitisset.* Breviter Apostolius, Cent. VIII. Prov. XXV. Ἐν Πυθίῳ χέσαι. Οἷον, κινδυνεῦσαι. Πεισίστρατος γὰρ ὁ τύραννος, ποιῶν νεὼν, εὑρών τινα ἀποπατοῦντα μέτοικον, ἀπήγαγε. προέγραψε γὰρ, μηδένα ἀποπατῆσαι. *In Pythio cacare; hoc est, periclitari. Pisistratus enim tyrannus quum templum exstrueret, & cacantem inquilinum invenisset, abduxit; prius enim edicto caverat, ne cacaret ibi quisquam.* Videndus quoque Hesychius in ἐν Πυθίῳ χέσαι. Et hoc quidem templum absolvit; Iovis Olympii, tantum fundamenta iecit; operam navantibus architectis, Antistate, Callaeschro, Antimachide, & Porino. Vitruvius in Praef. lib. VII. *Athenis Antistates, & Callaeschros, & Antimachides, & Porinus architecti, Pisistrato aedem Iovi Olympio facienti, fundamenta constituerunt. Post mortem autem eius, propter interpellationem reipublicae, incepta reliquerunt.* Imperfectum id reliquisse notat & Strabo, lib. IX. Καὶ αὐτὸ τὸ Ὀλύμπιον, ὅπερ ἡμιτελὲς κατέλιπε τελευτῶν ὁ ἀναθὲς βασιλεύς. *Et ipsum Iovis Olympii templum semiperfectum reliquit moriens rex, qui dedicaverat.* Et continuarunt filii, ut ex Aristotele constat Politic. lib. V. cap. 11. Παράδειγμα δὲ τούτου εἴτε πυραμίδες, αἱ περὶ Αἴγυπτον, καὶ τὸ ἀνάθημα τῶν Κυψελιδῶν, καὶ τὸ Ὀλυμπίῳ ἡ οἰκοδόμησις ὑπὸ Πεισιστρατιδῶν. *Huius rei exemplum praebent pyramides, quae in AEgypto; & donaria Cypselidarum; tum Olympii aedificatio Pisistratidarum.* Quamquam neque ipsi quidem perfecerunt; ut ostendo in Athenis Atticis nostris lib. II. cap. X. Gymnasium quoque in Lyceo a quibusdam structum ab ipso dicebatur. Suidas. Λύκειον, ἐν τῶν παρ' Ἀθηναίοις γυμνασίων, ὃ Θεόπομπος μὲν, Πεισίστρατον ποιῆσαί φησι. *Lyceum, unum e gymnasiis Atheniensium; quod Theopompus quidem a Pisistrato structum dicit.* Idem Harpocration refert, in Λύκειον. Fontem autem Callirhoen novem tubulis exornavit, unde & Ἐννεάκρουνος postea dici coepit. Pausanias in Atticis. Πλησίον δέ ἐστι κρήνη· καλοῦσι δὲ αὐτὴν Ἐννεάκρουνον, ὕτω κοσμηθεῖσαν ὑπὸ Πεισιστράτου. *Prope fons est; quem adpellant Enneacrunum, a Pisistrato sic ornatum.* (a) Et, ut in Olympii templo, filii quoque in ornando laborarunt; unde id alii his adscribunt. Aphthonius in Descriptione arcis Alexandrinae. Δύο δὲ ὀβελοὶ ἀνεσήκασι λίθινοι, καὶ κρήνη, τῆς τῶν Πεισιστρατιδῶν ἀμείνων ἔχουσα. *Duae Pyramides stant lapideae; & fons, melior quam Pisistratidarum erat.* Vbi Scholiastes. Τὸ πρῶτον μὲν Καλλιρόη ὠνομάζετο. ὕστερον δὲ Ἐννεάκρουνος, τῶν τυράννων ὕτω καλεσάντων. *Initio quidem Callirhoe dicebatur; postea vero Enneacrunus; quum tyranni sic vocassent.* Plura dico in Ceramico nostro cap. XIV. Amoris etiam simulacrum, quum amaret ipse Carmum, dedicavit. Plutarchus in Solonis vita. Λέγεται δὲ Πεισίστρατος ἐρασὴς Χάρμου γενέσθαι καὶ τὸ ἄγαλμα τοῦ Ἔρωτος καθιερῶσαι· ὅπου τὸ πῦρ ἀνάπτουσιν, οἱ τὴν ἱερὰν λαμπάδα διατείνοντες. *Fertur Pisistratus etiam Charmum adamasse, & Amoris simulacrum dedicasse: ubi ignem accendunt, qui cum sacra lampade currentes certant.* Item Bibliothecam instituit. Aulus Gellius lib. VI. cap. XVII. *Libros Athenis disciplinarum liberalium, publice ad legendum praebendos, primus posuisse dicitur Pisistratus tyrannus.* Isidorus, Orig. lib. VIII. cap. III. *Apud Graecos bibliothecam primus instituisse Pisistratus creditur, Atheniensium tyrannus.* Inde Tertullianus in Apologetico. *Cum studio bibliothecarum Pisistratum, ut opinor, aemularetur.* Athenaeus lib. I. Ἦν δέ, φησι, καὶ βιβλίων κτῆσις αὐτῷ ἀρχαίων Ἑλληνικῶν τε τοσαύτη, ὡς ὑπερβάλλειν πάντας, τοὺς ἐπὶ συναγωγῇ τεθαυμασμένους, Πολυκράτη τε τὸν Σάμιον, καὶ Πεισίστρατον, τὸν Ἀθηναίων τυραννίσαντα. *Possidebat vero ipse, inquit, librorum veterum, Graecorumque tantam copiam, ut superaret omnes eos, qui in illis colligendis admiratione digni existimati Polycratem Samium, & Pisistratum, Atheniensium tyrannum.* Hieronymus de Pamphilo martyre in Epistola ad Marcellam CXLI. *Quum Demetrium Phalereum, & Pisistratum, in sacrae bibliothecae studio vellet aequare.* Etiam Homeri libros, sparsos antea, ac confusos disposuit. Cicero de Oratore lib. III. cap. XXXIV. *Quis doctior iisdem illis temporibus, aut cuius eloquentia literis instructior fuisse traditur, quam Pisistrati? qui primus Homeri libros, confusos antea, sic disposuisse dicitur, ut nunc habemus.* AElianus Var. Histor. libro XIII. cap. XIV. Ὕστερον δὲ Πεισίστρατος συναγαγὼν, ἀπέφηνε τὴν Ἰλιάδα, καὶ Ὀδύσσειαν. *Postea vero Pisistratus, quum*

(a) Vide *Ceramici cap.* XIV.

quum collegisset, Iliada, & Odysseam exhibuit. Suidas in Ὅμηρος. Ἔγραψε δὲ τὴν Ἰλιάδα οὐχ ἅμα, οὐδὲ κατὰ τὸ συνεχὲς, καθάπερ σύγκειται, ἀλλ' αὐτὸς μὲν ἐκάστῳ ῥαψῳδίαν γράψας, καὶ ἐπιδείξας, τῷ περινοστεῖν τὰς πόλεις, τροφῆς ἕνεκεν, ἀπέλιπεν. ὕστερον δὲ συνετέθη, καὶ συνετάχθη, ὑπὸ πολλῶν· καὶ μάλιστα ὑπὸ Πεισιστράτου, τῶν Ἀθηναίων τυράννου. *Scripsit autem Iliadem non simul, neque continua serie, quemadmodum nunc est composita; sed quum ipse singulos libros scripsisset, & ostendisset, quia per urbes oberraret, victus quaeritandi causa, reliquit. Postea vero compositi, & ordinati fuerunt a multis; inprimis vero a Pisistrato, Athenienſium tyranno.* Epigrammatarius incertus, Anthol. lib. IV. cap. IV. in Epigrammate, quod inſcriptum eſt, Εἰς εἰκόνα Πεισιστράτου. *In ſtatuam Piſiſtrati.*

Τὸν μέγαν ἐν βουλῇ Πεισίστρατον, ὃς τὸ Ὅμηρον
Ἤθροισα σποράδην τὸ πρὶν ἀειδόμενον.

Magnum conſilio Piſiſtratum; qui Homerum
Collegi, antea ſparſim cani ſolitum.

Euſtathius in Commentario ad Iliad. lib. I. Ἓν μέν τι σῶμα συνεχὲς διόλου, καὶ ἐνάρμοσον, ἡ τῆς Ἰλιάδος ποίησις. οἱ δὲ συντεθέντες ταύτῃ, κατ' ἐπιταγὴν, ὡς φασι, Πεισιστράτου, τῶν Ἀθηναίων τυράννου, γραμματικοὶ, καὶ διορθωσάμενοι, κατὰ τὸ ἐκείνοις ἀρέστον· ὧν κορυφαῖος ὁ Ἀρίσταρχος. καὶ μετ' ἐκεῖνον Ζηνόδοτος. *Vnum quoddam corpus omnino continuum, & compoſitum, Iliadis poeſis eſt; qui vero ipſam compoſuerunt, Piſiſtrati, ut aiunt, iuſſu, ſunt Grammatici: correxeruntque pro arbitrio; inter quos primi, Ariſtarchus, ac poſt illum Zenodotus.* Pauſanias in Achaicis. Πεισίστρατον δὲ, ἡνίκα ἔπη τὰ Ὁμήρου διεσπασμένα τε, καὶ ἀλλαχοῦ μνημονευόμενα ἠθροίζετο, ἢ αὐτὸν Πεισίστρατον, ἢ τῶν τινα ἑταίρων, μετατοιῆσαι τὸ ὄνομα ὑπὸ ἀγνοίας. *Piſiſtratum vero, quum diſſipata Homeri carmina, & per alia litterarum monumenta paſſim ſparſa, colligeret, vel ipſum, vel ex adiutoribus aliquem, mutaſſe nomen ignorantia.* Inde eſt, quod Libanius ait Declam. XXIX. Καὶ Πεισίστρατος μὲν, ὁ μάλιστα σπουδάσας περὶ τὴν Ὁμήρου ποίησιν, οὐδένα τῶν πώποτε ἀπέκτεινε λαβὼν, ἕνεκα τῶν ἐπιλαμβανομένων. *Piſiſtratus quidem, qui multum ſtudii in poeſin Homeri impendit, neminem unquam comprehenſum trucidavit, ob verſum reprehenſum.* Diogenes Laertius in Solone lib. I. cap. LVII. Μᾶλλον ὖν Σόλων Ὅμηρον ἐφώτισεν, ἢ Πεισίστρατος· ὥς φησι Διευχίδας, ἐν πέμπτῳ Μεγαρικῶν. *Magis ergo Solon Homerum illuſtravit, quam Piſiſtratus; ut auctor eſt Dieuchidas, Megaricorum libro quinto.* Sed rem omnem, ſicut ea geſta fuit, adcurate nobis tradit, quod nemo alius, Diomedes Scholaſticus, in Commentario nondum in hunc diem edito, in Dionyſii Thracis librum de arte Grammatica, iſtis verbis. Ἀναγκαῖον δὲ, μετὰ τὴν ἐτυμολογίαν τῆς ῥαψῳδίας, μνημονῆναι κἀκείνου, ὅτι ἔν τινι χρόνῳ τὰ Ὁμήρου ποιήματα παρεφθάρησαν (a), ἢ ὑπὸ πυρὸς ἢ ὑπὸ σεισμοῦ (b). καὶ ἀλληνάλλως τῶν βιβλίων διασκεδασθέντων, καὶ φθαρέντων, ὕστερον εὑρέθη ὁ μὲν ἔχων ἑκατὸν στίχους τυχὸν Ὁμηρικούς· ὁ δὲ, χιλίους· ἄλλος, διακοσίους. ἄλλος ὅσους ἂν ἔτυχε. καὶ ἔμελλε λήθῃ παραδεδόσθαι ἡ τοιαύτη ποίησις. Ἀλλὰ Πεισίστρατος, Ἀθηναίων στρατηγὸς, θέλων ἑαυτῷ δόξαν περιποιήσασθαι, καὶ τὰ τοῦ Ὁμήρου ἀνανεῶσαι. τοιοῦτόν τι ἐβουλεύσατο. Ἐκήρυξεν ἐν πάσῃ τῇ Ἑλλάδι, ἢ ἔχοντα Ὁμηρικοὺς στίχους ἀγαγεῖν πρὸς αὐτὸν, ἐπὶ μισθῷ ὡρισμένῳ καθ' ἕκαστον στίχον. Πάντες οὖν οἱ ἔχοντες ἀπέφερον, καὶ ἐλάμβανον ἀδιαστρόφως ἢ ὁρισθέντα μισθόν. οὐκ ἀπεδίωκε δὲ ἢ φέροντα οὓς ἤδη παρείληφε στίχους παρ' ἑτέρου. ἀλλὰ κἀκείνῳ ἢ αὖ ἀπεδίδου μισθόν. ἐνίοτε γὰρ ἐν αὐτοῖς ἕνα ἢ δύο στίχους εὕρισκε περιττοὺς, ἐνίοτε δὲ πλείους. ὅθεν τις ἐσῇ ὅτε καὶ ἰδίους παρεισέφερε, τοὺς νῦν βελτιζομένους, καὶ, μετὰ τὸ πάντας συναγαγεῖν, παρεκάλεσεν, ἑβδομήκοντα δύο (c) γραμματικοὺς συνθεῖναι τὰ τοῦ Ὁμήρου, ἕκαστον κατ' ἰδίαν, ὅπως ἂν δόξῃ τῷ συντεθέντι καλῶς ἔχειν, ἐπὶ μισθῷ πρέποντι λογικοῖς ἀνδράσι, καὶ κριταῖς ποιημάτων, ἑκάστῳ δεδωκὼς πάντας τοὺς στίχους κατ' ἰδίαν, ὅσους ἦν συναγαγὼν, καὶ, μετὰ τὸ ἕκαστον συνθεῖναι κατὰ ἢ ἑαυτοῦ γνώμην, εἰς ἓν συνήγαγε πάντας τοὺς προλεχθέντας γραμματικοὺς, ὀφείλοντα ἐπιδεῖξαι αὐτῷ ἕκαστον ἢ ἰδίαν σύνθεσιν, παρόντων ὁμοῦ πάντων. Οὗτοι οὖν, ἀκροασάμενοι, οὐ πρὸς ἔριν, ἀλλὰ πρὸς τὸ ἀληθὲς, καὶ πᾶν τὸ τῇ τέχνῃ ἁρμόζον, ἔκριναν πάντες κοινῇ, καὶ ὁμοφρόνως, ἐπικρατῆσαι ἢ σύνθεσιν, καὶ διόρθωσιν Ἀρισάρχου, καὶ Ζηνοδότου (d). καὶ πάλιν ἔκριναν τῶν δύο συνθέσεών τε καὶ διορθώσεων, βελτίονα ἢ Ἀρισάρχου. Ἐπειδὴ δέ τινες ἢ συναγαγόντων τοὺς Ὁμηρικοὺς στίχους πρὸς ἢ Πεισίστρατον, διὰ τὸ πλείονα μισθὸν λαβεῖν, καὶ τοὺς ἰδίους στίχους, ὡς καὶ εἰρήκαμεν, σκεψάμενοι προσέθηκαν, καὶ ἤδη ἐν συνηθείᾳ ἐγένοντο τοῖς ἀναγινώσκουσιν, οὐκ ἔλαβε τοῦτο τοὺς κριτὰς, ἀλλὰ

(a) Vnum indictum nolim, ſingulare enim eſt, *Flavium Joſephum* in libris *contra Apionem* memoriae prodidiſſe, Homerum ſua carmina litteris non mandaſſe, ſed quum ea memoriter recitaret, a diverſis deinde ſcripta fuiſſe: alii autem alias eius poeſeos partes forte exaraverunt, quare non mirum ſi diſperſae, & diſſipatae fuerant. Sed huius rei fides eſto apud Auctorem.

(b) Neſcio an quidquam ſtultius effutiri poſſit: quaſi terraemotu opus fuerit, aut Phaetonteo incendio, ut Homeri poeſis corrumperetur. O hominem capitalem, & mirabilem! Numquid turres erant, aut moenia, aut urbes? Platonicum Timaeum ſe legiſſe oſtendere vult, ſed quam male eius ſententiam huic fabuloſae narrationi aptare conatur!

(c) Nota hominem fabellarum architectum. AEmulatur non magis veram *Pſeudo-Ariſteae* narrationem de LXXII. Sacrarum Litterarum Interpretibus, & quod *Iuſtinus Martyr* habet, de totidem eorum cellulis, in quibus ſeorſim Ebraica volumina ad Graecas aures tranſtulerint.

(d) Vel ipſe nihil video, vel ſomniat *Diomedes*. Et quomodo ab illis LXXII. Grammaticis potuit compoſitio, & correctio vel Ariſtarchi, vel Zenodoti, tamquam melior atque abſolutior, ceteris omnibus praeferri, ſi tanto poſt Piſiſtratum intervallo, celeber ille criticus Ariſtarchus floruit, & Zenodotus etiam? Ecce Piſiſtratus Tyrannidem ſuam auſpicatus eſt Olympiad. L. anno I. Ariſtarchus vero florebat Olympiad. CLVI. ut ſcribit *Suidas*, ſub Ptolemaeo Philometore, & Zenodotus poſterior fuit, ut idem *Suidas* auctor eſt. Quare iam mirari ſubit, quod *Euſtathius* quoque, hic a Meurſio citatus, paria dicat, quamquam ſatis innuit Zenodotum, & Ariſtarchum, eodem tempore non vixiſſe; ait enim, ὧν κορυφαῖος ὁ Ἀρίσταρχος, καὶ μετ' ἐκεῖνον Ζηνόδοτος. Mirari quoque fas eſſet, *Euſtathii* peccatum adeo immane, & quod in ipſo ſuarum παρεκβολῶν limine tam ridiculo anachroniſmo lectores offendit, a viris longe doctiſſimis, *Alexandro Polito*, qui & Euſtathium elegantiſſime in Latinam linguam vertit, & perpetuis commentariis illuſtravit, & *Ant. Mariae Salvinio*, qui animadverſiones quaſdam eruditiſſimas, & critico homine dignas, adſcripſit, notatum non fuiſſe, quum tamen imperitiorum ſecuritati conſulendum fuiſſe videatur.

λὰ, διὰ μὲν ἢ συνήθειαν· καὶ πρόληψιν, ἀφῆκαν αὐτὰς κεῖσθαι. ὀβελίσκους δὲ ἑκάστῳ τῶν ἀδοκίμων, καὶ ἀλλοτρίων, καὶ ἀναξίων τῷ ποιητῇ, στίχων παρατιθέμενοι, τοῦτο αὐτὸ ἐπεδείκνυντο, ὡς ἀνάξιοί εἰσι τοῦ Ὁμήρου. *Necesse vero post originem rhapsodiae meminisse etiam eius; quod corrupta aliquando Homeri poemata fuerint, sive igne, sive etiam terrae motu. Libris vero, quocumque tandem modo, dissipatis, & corruptis, postea inventus quispiam est, qui Homericos versus forte centum haberet; quidam etiam, qui mille: quidam rursum, qui ducentos: alius, quocunque numero. Ac futurum sane erat, ut poesis ista omnis oblivioni traderetur. Sed Pisistratus, Athenienſium imperator, gloriam sibi parare cupiens, & poemata Homeri instaurare, tale quiddam excogitavit. Denuntiavit per totam Graeciam, si Homericorum versuum quispiam haberet quidquam, uti id ad se adferret, pro singulis mercedem certam accepturus. Itaque, quicunque habebant, adferebant; & mercedem praestitutam integram accipiebant: neque expellebat eum, qui vel illos quoque versus, quos iam ante accepisset, adferebat, sed mercedem etiam huic persolvebat; nam quandoque inter istos versum unum, alterumve supervacuum inveniebat; & interdum plures numero: siquidem essent aliquando, qui adferrent a se factos, nunc expunctos. Quumque omnes contulissent, septuaginta duos grammaticos advocavit, & seorsum collocatos, componere, quae Homeri forent, cuncta iussit; mercede etiam praestituta viris doctis, ac poematum iudicibus conveniente: deditque in manus unicuique quotquot collegisset versus. Ac, quum quisque ea, prout visum sibi, composuisset, grammaticos, quos dixi, omnes convenire in unum iussit: uti in praesentia omnium singuli composita a se ostenderent; qui quum a recitata audiissent non contentione ulla, sed pro veritate rei, & ut arti conveniret, collatis in commune sententiis, uno ore pronuntiarunt, compositionem, ac correctionem, Aristarchi, & Zenodoti, ceteris praestare: deinde rursum, ex utraque eam, quae Aristarchi esset, praevalere iudicarunt. Quia vero quidam illorum, qui Homericos versus ad Pisistratum attulerant, ut mercedis plus acciperent, suos quoque, uti dictum est, data opera adposuerant, ac iam ii legi quoque consuevissent, non id tamen iudices cepit; verum, propter consuetudinem, ac receptum ante usum, eos ita reliquerunt: verum, obelisco adposito, quotquot improbos, alienos, & poeta indignos esse existimarent, indicarunt.* Huc pertinent, quod in Theseo narrat Plutarchus, eum in Necyiam inseruisse, in Athenienſium gratiam, illum versum,

Θησέα, Πειρίθοόν τε, Θεῶν ἀριδείκετα τέκνα·

quemadmodum quoque ex Hesiodo hunc sustulerat,

Δεινὸς γάρ μιν ἔτειρεν ἔρως Πανοπηΐδος Αἴγλης.

Verba Plutarchi ita habent. Ἀπολειφθῆναι δὲ (ἡ Ἀριάδνη) τοῦ Θησέως ἐρῶντος ἑτέρας.

Δεινὸς γάρ μιν ἔτειρεν ἔρως Πανοπηΐδος Αἴγλης. τοῦτο γὰρ τὸ ἔπος ἐκ τῶν Ἡσιόδου Πεισίστρατον ἐξελεῖν φησιν Ἡρέας ὁ Μεγαρεὺς ὥσπερ αὖ πάλιν ἐμβαλεῖν εἰς τὴν Ὁμήρου Νεκυίαν τὸ,

Θησέα, Πειρίθοόν τε, Θεῶν ἀριδείκετα τέκνα, χαριζόμενον Ἀθηναίοις. *Relictam autem (Ariadnen) a Theseo, quod aliam amaret:*

Dirus enim vexabat amor Panopeidos AEglae.

Nam hunc versum ex Hesiodo subduxisse Hereas Megarensis ait; sicut contra in Homeri Necyiam hunc,

Theseа, Pirithoumque illustria pignora divum, in gratiam Athenienſium inseruisse. Eodem modo in Boeotiam inseruisse eum tradunt quidam Auctores istum versum,

Στῆσε δ' ἄγων, ἵν' Ἀθηναίων ἵσαντο φάλαγγες.

Strabo lib. IX. Καί φασιν οἱ μὲν, Πεισίστρατον, παραγράψαντα ἐν τῷ νεῶν καταλόγῳ, μετὰ τὸν ἕπος τοῦτο,

Αἴας δ' ἐκ Σαλαμῖνος ἄγεν δυοκαίδεκα νῆας ἑξῆς τοῦτο,

Στῆσε δ' ἄγων, ἵν' Ἀθηναίων ἵσαντο φάλαγγες. μάρτυρι χρήσασθαι τῷ ποιητῇ, τὴν νῆσον ἐξαρχῆς Ἀθηναίων ὑπάρξαι. *Ferunt nonnulli Pisistratum, post versum hunc in Catalogo navium,*

A Salamine aderat cum bis sex navibus Aiax,

inserto isto,

Quas statuit, ubi Athenarum stabat cita classis;

usum esse poeta teste, ut probaret, insulam ab initio Athenienſium fuisse. Certe animus Pisistrato quam in studia pronus fuerit, inde satis elucescit, quod & Bibliothecam in Vrbe instituerit, & Homerum restituerit, ut iam dixi; quibus adde, quod Orpheum Crotoniatem, poetam Epicum, Argonauticorum auctorem, in familiaritatem suam asciverit. Memorat Suidas. Ὀρφεὺς, Κροτωνιάτης ἐποποιὸς, ὃν Πεισιστράτῳ συνεῖναι τῷ τυράννῳ, Ἀσκληπιάδης, φησὶν, ἐν τῷ ἕκτῳ βιβλίῳ τῶν γραμματικῶν. *Orpheus, Crotoniates, poeta Epicus; quem Pisistrato tyranno familiarem fuisse ait Asclepiades libro sexto de Grammaticis.* Denique catachenen quoque, animalculum, locustae simile, arce eiecit. Hesychius. Καταχήνη, ὑπὸ Πεισιστράτου καλαμαίᾳ ἐμφερὲς ζῷον ἀπὸ τῆς ἀκροτόλεως προβεβλημένον. *Catachene, animal, locustae simile, a Pisistrato ex arce proiectum.*

CAP. X.

Vxores eius tres numero; una ignota, in cuius nomine ostensus error Scholiastae Aristophanis. Altera Timonassa Argolica; quam ducturus, filiis intercedentibus, quid responderit. Tertia vero, Megaclis filia, Coesyra dicta. Liberi quoque; Hipparchus, Hippias, Iophon, Thessalus; filia, ignoti nominis; item nothus, Hegesistratus, Sigei tyrannus.

VXores autem tres habuit; duas uti coniectura est, ante tyrannidem; tertiam, postquam primum eiectus, ut iam dixi. Ex priore, ut videtur, sustulit Hipparchum, qui Iustino Diocles dicitur, Hippiamque. Observo apud Scholiasten Aristophanis, Equitibus. Πεισιστράτου ἡ γυνὴ γέγονεν ἡ Μυρρίνη, Ἱππίου, καὶ Ἱππάρχου, μήτηρ. *Pisistrati uxor erat Myrrhina, Hippiae, & Hipparchi mater.* Sed, quod Myrrhinam eam adpellatam

tam putat, errat sane vehementer; nam haec Hippiae uxor erat, uti clare mox ostendam, quum de illo agendum erit, capite XVII. Secunda, fuit Timonassa quaedam, Argolica, Iophontis, & Thessali mater; quam quum duceret, filiis interrogantibus, an id faceret, quia esset, quod in ipsis reprehenderet; minime vero, respondit; sed laudare se eos maxime, ideoque liberos alios ipsis similes tollere velle. Plutarchus memorat in Catone maiore. Πραττομένης δὲ τῆς γάμου, παραλαβὼν τὸς ἐπιτηδείους ὁ υἱὸς τῆς Κάτωνος, ἠρώτησε τὸν πατέρα, μή τι μεμφόμενος, ἢ λελυπημένος ὑπ' αὐτῆς, μητρυιὰν ἐπάγεται; ὁ δὲ Κάτων ἀναβοήσας, εὐφήμησον, εἶπεν, ὦ παῖ, πάντα γὰρ ἀγαθά μοι τὰ παρὰ σῆς, καὶ μεμπτὸν οὐδέν. Ἐπιθυμῶ δὲ πλείονας ἐμαυτῷ τε παῖδας, καὶ πολίτας τῇ πατρίδι ἀπολιπεῖν. Ταύτῃ δὲ τὴν γνώμην πρότερον εἰπεῖν φησι Πεισίστρατον, τὸν Ἀθηναίων τύραννον, ἐπιγήμαντα τοῖς ἐνηλίκοις παισὶ τὴν Ἀργολίδα Τιμώναχαν, ἐξ ἧς Ἰοφῶντα, καὶ Θεσσαλὸν, λέγουσιν αὐτῷ γενέσθαι. *Dum vero nuptiae agitarentur, Catonis filius, adscitis necessariis, patrem interrogat; quid in ipso reprehendens, quidve triste ab ipso passus, novercam induceret? at vero exclamans Cato, Bona verba, inquit, fili: omnia tua mihi grata; nec, quod querar, quicquam habeo: verum plures mihi filios, patriae cives, relinquere cupio. Hanc sententiam Pisistratum ferunt, Athenienssium tyrannum, prius usurpasse, quum filiis superinduceret Timonassam Argolicam; ex qua Iophontem, & Thessalum natos tradunt.* Ac dicti huius meminit iterum in Apophthegmatibus ipsius. Τῶν παίδων, αὐτῆ γαμεῖν ἑτέραν γυναῖκα μέλλοντος διαπυνθανομένων, μή τι μεμφόμενος αὐτοὺς εἴη· ἥκιστα, εἶπεν, ἀλλ' ἐπαινῶν, καὶ βουλόμενος ἐμοὶ παῖδας τοιούτους γενέσθαι. *Filiis, quum alteram uxorem ducturus esset, scisscitantibus, ecquid in ipsis reprehenderet? Minime, inquit; verum laudo & alios mihi filios tales nasci cupio.* Post hanc, tertiam item duxit, Megaclis filiam, Coesyram dictam; sed ex ea nullam tamen prolem habuit, nec habere etiam voluit; uti supra memoravi capite v. Habuit vero ex prioribus duabus filios quatuor. Scholiastes Aristophanis Vespis. Τεσσάρων ὄντων καθ' ἑνίους τῶν Πεισιστρατιδῶν, τὸν Ἱππίαν παρέλαβεν. *Quum quatuor essent, ut quidam volunt, Pisistrati filii, Hippiam adsumsit.* Erant autem ii Hipparchus, Hippiasque, ex priore uxore nati; ex altera Iophon, & Thessalus. Praeter istos filia quoque una fuit; quae ex utra uxore fuerit, & quo nomine adpellata, in incerto est. Filiis vero, etiam nothum addas licet, Hegesistratum. De Hipparcho quidem, & Hippia multa est apud Auctores mentio, & mox ipse sum dicturus. Iophontis qui meminerit, praeter Plutarchum, non inveni; ac videtur admodum iuvenis diem suum obiisse. Neque Thessali multa mentio; nisi quod Thucydides eam inter paucos nobis faciat libr. I. Καὶ ἐκ ἴστασιν, ὅτι Ἱππίας μὲν, πρεσβύτατος ὢν, ἦρχε τῶν τῆ Πεισιστράτου υἱέων· Ἱππάρχου δὲ, καὶ Θεσσαλὸς, ἀδελφοὶ ἦσαν αὐτῆ. *Et ignorant, Hippiam quidem, filiorum Pisistrati maximum, principatum tenuisse; Hipparchum vero, Thessalumque fratres eius fuisse.* Et lib. VI. Θεσσαλοῦ μὲν, οὐδ' Ἱππάρχου, οὐδεὶς παῖς γέγραπται· Ἱππίου δὲ, πέντε. *Thessali quidem, aut Hipparchi, nullus filius est scriptus; at Hippiae quinque.* Huic accidit, ut olea, amissis foliis, fructum ferret. Narrat Theophrastus Hist. Plant lib. II. cap. IV. Καὶ ἄμπελος, ἄνευ φύλλων ὢν, καρπὸν ἤνεγκεν· ἐλαία δὲ τὰ μὲν φύλλα ἀπέβαλε, τὸν δὲ καρπὸν ἐξήνεγκεν (a). ὃ δὴ Θετταλῷ, τῷ Πεισιστράτου, γενέσθαι λέγεται. *Et vitis, quum sine foliis esset, fructum; olea vero, quum folia amiserit, fructum attulit; quod & Thessalo evenit, Pisistrati filio.* Supervixisse eum Hipparcho, Heraclides Ponticus refert in Excerptis de Rebusp. Θεσσαλὸς δὲ, νεώτερος (υἱὸς Πεισιστράτου) καὶ θρασύς. τοῦτον τυραννοῦντα μὴ δυνηθέντες ἀνελεῖν, Ἱππάρχου ἀπέκτειναν, τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ. *Thessalus vero, iunior (Pisistrati filius) & audax. Hunc, tyrannidem exercentem, quum non possent interficere, Hipparchum occiderunt, eius fratrem.* Et verisimile est, cum Hippia quoque, eiusque liberis, anno quarto post Hipparchum interfectum, eiectum fuisse. De filia nihil aliud legi; quam, amatam eam Thrasybulo, aut Thrasymedi, & nuptam fuisse; uti supra a me dictum capite sexto. Hegesistratum autem, nothum, susceptumque ex Argiva muliere, ac Sigei principatui a Pisistrato patre impositum, Herodotus memorat; atque Hippiam, principatu suo deiectum, ad hunc ipsum confugisse. Ecce verba lib. V. cap. XCIV. Ἱππίη δὲ, ἐνθεῦτεν ἀπελαυνομένῳ, ἐδίδου μὲν Ἀμύντης, ὁ Μακεδόνων βασιλεὺς, Ἀνθεμοῦντα· ἐδίδοσαν δὲ Θεσσαλοὶ, Ἰωλκόν· ὁ δὲ, τυλέων μὲν ἀδέτερα αἱρέετο, ἀνεχώρεε δὲ ὀπίσω ἐς Σίγειον, τὸ εἷλε Πεισίστρατος ἰσχυρῇ παρὰ Μιτυληναίων. κρατήσας δὲ αὐτοῦ, κατέστησε τύραννον εἶναι παῖδα τὸν ἑωυτοῦ νόθον Ἡγησίστρατον, ὄντα ἐξ Ἀργείης γυναικός. *Hippiae vero, binc discedenti, obtulit Amyntas quidem, rex Macedonum, Anthemuntem; Thessali vero, Iolcum. Ille vero neutrum accepit; sed Sigeum retro abiit, quod Pisistratus manu armata a Mitylenaeis ceperat; potitus vero, filium nothum, ex Argiva muliere, Hegesistratum, principem illic constituerat.*

CAP.

(a) Id quidem non mirum: ea enim est oleae natura. *Virgilius Georg.*
Quin & caudicibus sectis, mirabile dictu,
Truditur e sicco radix oleagina ligno,

Digitized by Google

CAP. XI.

Hippias ne, an Hipparchus, natu maior. De Hipparcho, Platonis ſententia confirmata; de Hippia vero Thucydidis error indicatus, & rationes refutatae. Tyranni communiter adpellati, ſimul quoque remp. rexerunt; ita tamen, ut poteſtas penes Hipparchum ſumma eſſet. Viceſimam tantum exegerunt. Templum Iovis Olympii ſtruere, & Callirhoen exornare, uti pater inchoaverat, perrexerunt. Comiſſationes quoque, epulaſque invenerunt. Apollinis Pythii templum Delphis incenderunt; & Cimonem occiderunt. Denique eorum ſtipatores, quo nam nomine, qua de cauſa, adpellati.

SEd de Hippia, & Hipparcho, uter horum natu maior, magnum ſane inter maximos Auctores eſt diſſidium. Et Hippiam quidem Thucydides dicit lib. I. Καὶ ἐκ ἴσασιν, ὅτι Ἱππίας μέν πρεσβύταλ@ ὢν, ἦρχε τῶν Πεισιστράτυ υἱέων. *Et ignorant, quod Hippias, quum Piſiſtrati filiorum maximus eſſet, imperaverit.* Iterum poſtea lib. VI. Πεισιστράτυ δὲ γηραιοῦ τελευτήσανλ@ ἐν τῇ τυραννίδι, οὐχ Ἱππάρχ@, ὥσπερ οἱ πολλοὶ οἴονται, ἀλλ' Ἱππίας, πρεσβύτατος ὢν, ἔσχε τὴν ἀρχήν. *Quum Piſiſtratus enim ſenex in tyrannide deceſſiſſet, non Hipparchus, uti multi opinantur, verum Hippias, ceu qui natu maximus eſſet, principatum tenuit.* Ac conſtare id ſibi liquido, mox adfirmat. Ὅτι γὰ, πρεσβύτατ@ ὢν, Ἱππίας ἦρξεν, εὖδῶς μὲν, κ ἀκοῇ, ἀκριβέσερον ἄλλων, ἰσχυρίζομαι. *Hippiam autem, natu maximum, imperium tenuiſſe, partim certius aliis ſciens, partim auditu, adſevero.* Ex Thucydide Scholiaſtes Comici Veſpis. Εἰκόλως δὲ, τεσσάρων ὄντων καλ' ἑνίυς τῶν Πεισιστρατιδῶν, ὁ Ἱππίων παρέλαβεν. πρεσβύτατος γὰρ ἦν αὐτὸς, καὶ τὴν τυραννίδα εἶχε, καθὰ καὶ Θυκυδίδης φησί. *Convenienter vero, quum quatuor ſint Piſiſtrati liberi, ut quidam volunt, Hippiam adſumſit; nam is natu maximus erat, & tyrannidem tenebat, uti auctor eſt Thucydides.* Polyaenus, qui idem dicit, ſine dubio eumdem ſequitur lib. v. cap. XIV. Ἱππίας γὰ, ὁ πρεσβύτης τῶν Πεισιστράτου παίδων, τὰ λῃστικὰ τ' θαλάσσης ἀναιρῶν. *Hippias vero, inter filios Piſiſtrati natu maximus, latrociniis mare purgans.* Videtur idem velle Libanius, qui Hippiam poſt Piſiſtratum nominat, ante Hipparchum, Declam. XXIX. Ε'πήνεσιν ἂν Πεισίστρατον, ἐθαύμασεν ἂν Ἱππίαν, ἠγάσθη τ Ἱππαρχον. *Laudaſſet Piſiſtratum, Hippiam admiratus eſſet, Hipparchum ſuſpexiſſet.* Contra Plato Hipparchum ſtatuit, in Dialogo eius nominis. Ἱππάρχῳ, ὃς τῶν Πεισιστράτυ παίδων ἦν πρεσβύτατος, κ σοφώτατος. *Hipparcho, qui Piſiſtrati filiorum maximus erat, & ſapientiſſimus.* Et hunc ſequutus Aelianus Variar. Hiſtor. lib. VIII. cap. II. Ἱππάρχ@, ὁ Πεισιστράτου παῖς, πρεσβύτατ@ ὢν τῶν Πεισίστρατυ, κ σοφώτατ@ ἦν Α"θηναίων. *Hipparchus Piſiſtrati filius, quum exſiſteret natu maximus inter liberos Piſiſtrati, etiam Athenienſes ſapientia ſuperabat.* En ſententiae utriuſque Auctores ſummos; ſed Platoni ego accedam, & Thucydidis rationes paulo poſt examinatas refutabo. Vt Platonem iſthic tuear, facit Heraclides Ponticus, qui in Opere, quod De Rebuſpublicis dedit, cuius etiamnum fragmenta conſervantur, in catalogo tyrannorum, poſt Piſiſtratum parentem primo loco Hipparchum ponit, ſecundo Theſſalum, tertioque demum Hippiam. Ecce verba. Πεισίστρατ@, τριάκοντα τρία ἔτη τυραννήσας, γηράσας ἀπεθανεν· Ἱππάρχ@ ὁ υἱὸς Πεισιστράτου, παιδιώδης ἦν, κ ἐρωτικὸς, κ φιλόμυσος. Θεσσαλὸς δὲ, νεώτερ@, κ θρασύς· τοῦτον τυραννοῦντα μὴ δυνηθέντες ἀνελεῖν, Ἱππάρχον ἀπέκτειναν τ ἀδελφὸν αὐτοῦ. Ἱππίας δὲ μικρότερον ἐτυράννει, κ τ περὶ ὀστρακισμοῦ νόμον εἰσηγήσατο. *Piſiſtratus, quum annos triginta tres regnaſſet, ſenex obiit. Hipparchus filius Piſiſtrati, ludicriſque oblectamentis, & amoribus, ſtudiiſque pariter deditus. Theßalus autem iunior, & audax erat; quem tyrannidem exercentem, quum non poſſent interficere, fratrem Hipparchum occiderunt. Hippias vero, acerbius tyrannum agebat, & de oſtraciſmo legem introduxit.* Quamquam ſane multum errat, quod ſecundum facit Theſſalum; quum ex prima uxore Hippias; Theſſalus demum ex ſecunda natus fuerit; ut ſuperiori capite ſatis a me declaratum eſt. Sed Hipparchum quod porro adtinet, Clidemus, ſive ille eſt Clitodemus, antiquiſſimus rerum Atticarum Scriptor, uti diſcimus ex Pauſania, eum a Piſiſtrato patre tenuiſſe principatum clare dicit; quod certiſſimum teſtimonium, natu maximum fuiſſe. Verba eius ex octavo Νόσων libro repraeſentat Athenaeus lib. XIII. Ἐξέδωκε δὲ (ὁ Πεισίστρατ@) Ἱππάρχῳ τῷ υἱεῖ τὴν παραιβατήσασαν αὐτῷ γυναῖκα Φύλω, τὴν Σωκράτυς θυγατέρα, τῷ μεθ' αὐτὸν τυραννεύσανλ. *Elocavit vero (Piſiſtratus) Hipparcho filio, qui ſucceſſit in tyrannide, mulierem, quae curru vecta cum ipſo fuerat, Phyam nomine, Socratis filiam.* Deinde illud mihi nota; quod ab Hippia, quae commemorantur geſta in tyrannide, ea poſt Hipparchi caedem accidiſſe, certo conſtet. Ac ſic ego quidem cenſeo. Nunc Thucydidem, & rationes item eius audiamus lib. VI. Γνοίη δ' ἄν τις καὶ αὐτῷ τούτῳ. παῖδες γὰρ αὐτῷ μόνῳ φαίνονται τῶν γνησίων ἀδελφῶν γενόμενοι· ὡς ὅ, τε βωμὸς σημαίνει, κ ἡ σήλη περὶ τῆς τῶν τυράννων ἀδικίας, ἡ ἐν τῇ Α'θηναίων ἀκροπόλει σταθεῖσα. ἐν ᾗ Θεσσαλῆ μὲν, ὑδ' Ἱππάρχυ, ὑδὲις παῖς γέγραπται· Ἱππίυ δὲ, πέντε· οἱ αὐτῷ ἐκ Μυρρίνης, τῆς Καλλίου τοῦ Γ'περοχίδου θυγατρὸς, ἐγένοντο. εἰκὸς γὰρ ἦν, τὸν πρεσβύτατον πρῶτον γῆμαι, καὶ ἐν τῇ πρώτῃ σήλῃ πρῶτ@ γέγραπται μετὰ τ παλέρα· ὐδὲ τοῦτο ἀπεικότως, διὰ τὸ πρεσβεύειν τε ἀπ' αὐτοῦ, κ τυραννεῦσαι. ὐ μὴν ὐδ' ἂν καλαχεῖν μοι δοκεῖ ποτε Ἱππίας τοπαραχρῆμα ῥᾳδίως τὴν τυραννίδα, εἰ Ἱππάρχ@ μὲν, ἐν τῇ ἀρχῇ ὢν, ἀπέθανεν, αὐτὸς δὲ αὐθημερὸν καθίσαλο· ἀλλὰ καὶ διὰ τὸ πρόλερον ξύνηθες, τοῖς μὲν πολίταις φοβερὸν, ἐς δὲ τὺς ἐπικούρους ἀκριβὲς, πολλῷ τῷ περιόνλι τοῦ ἀσφαλοῦς, καλεκράτησε. κ ὐχ, ὡς ἀδελφὸς νεώλερ@ ὢν, ἠτόρησεν, ἐν ᾧ ὐ πρόλερον ξυνεχῶς ὡμιλήκει τῇ ἀρχῇ. Ἱππάρχῳ δὲ ξυνέβη, τοῦ πάθυς τῇ δυσυχίᾳ ὀνομασθέ"α, καὶ τὴν δόξαν τῆς τυραννίδ@ ἐς τὰ ἔπειλα

ἔπειτα προσλαβών. *Verum etiam ex hoc ipso quis cognoscat. Nam huic soli inter fratres legitimos fuisse liberos adparet; ut & ara istud indicat, & columna, quae in arce Atheniensi de iniuria tyrannorum constituta est; in qua liberi nulli Thessali, aut Hipparchi sunt inscripti; at quinque Hippiae, e Myrrhina nati, Calliae Hyperochidis filia; nam conveniens istud erat, ut qui natu maximus esset, primus quoque uxorem duceret. Deinde in columna prima prior ille est perscriptus, post parentem; neque etiam abs re istud; quippe qui & primus ab eo exstitisset, & tyrannidem tenuisset. Quin nec Hippias videtur ita facile e vestigio tyrannidem retenturus fuisse, si Hipparchus, in imperio constitutus, decessisset; & eodem ipse die principatum vindicare debuisset. Sed, quum iam timere cives consuevissent, ac satellitum certa omnino fides esset, restarentque etiam multa, quibus se tueri posset, vindicavit; non cunctatus, neu quid ageret incertus, quod, ceu minor natu frater, non continuo ante id tempus principatui adsueviset. Hipparcho vero hoc evenit, uti caedis infortunio nomen clarum consequutus, postea quoque principatum tenuisse sit putatus.* Verum, age, inspiciamus. Παῖδες γὰρ (inquis) αὐτῷ μόνῳ φαίνονται τῶν γνησίων ἀδελφῶν γενόμενοι. *Nam huic soli inter fratres legitimos liberos fuisse constat,* Et mox. Εἰκὸς γὰρ ἦν, τὸν πρεσβύτατον γῆμαι. *Nam conveniens istud erat, ut, qui natu maximus esset, primus quoque uxorem duceret.* Primae certe rationes sunt invalidae. Neque enim, quia liberos solus habuit, ideo ille & duxisse uxorem primus, & fuisse primogenitus, est dicendus; tum, uxorem ut primus duxerit, neque sic valere argumentum potest; nam, quam saepe usu venit, ut aut, caelibe primogenito, nuptias secundus contrahat; aut secundus ineundo matrimonio primogenitum antevertat. Hic Thucydides, nil te iuvo; & iudicium requiro. Neque mihi istud argumentum placet, quod in prima hunc columna, post Pisistratum parentem, primum scriptum fuisse dicis. Καὶ ἐν τῇ πρώτῃ στήλῃ πρῶτος γέγραπται, μετὰ τὸν πατέρα. οὐδὲ τοῦτο ἀποικότως, διὰ τὸ πρεσβεύειν τε ἀπ' αὐτοῦ, καὶ τυραννεῦσαι. *Deinde in columna prima prior ille est perscriptus, post parentem; neque etiam abs re istud; quippe qui, & primus ab eo exstitisset, & tyrannidem tenuisset.* Etenim columnas istas Athenienses, ceu iniustae tyrannorum dominationis quoddam monumentum posuerunt. Ita ipse nobis dicis in citatis statim verbis. Καὶ ἡ στήλη, περὶ τῶν τυράννων ἀδικίας, ἡ ἐν τῇ Ἀθηναίων ἀκροπόλει σταθεῖσα. *Et columna, quae in arce Atheniensi de iniuria tyrannorum constituta est.* Ea propter merito Hippiam primo loco posuerunt; quod is eos post parentem quam saevissime habuisset; non, quod primogenitus esset; nam Hipparchi principatus, sine culpa ulla fuit, & invidia, si Harmodii contumeliam unam excipias. Ita etiam illud ipse memoras. Καὶ ἐν τούτῳ ὁ Ἱππάρχου ὡς, αὖθις πειράσας, οὐδὲν μᾶλλον ἔπειθε τὸ Ἁρμόδιον, βίαιον μὲν οὐδὲν ἐβούλετο δρᾶν, ἐν τόπῳ δέ τινι ἀφανεῖ, ὡς ὑ διὰ τοῦτο δῆ, παρεσκευάζετο προὐπηλακιῶν αὐτόν, οὐδὲ γὰρ τὴν ἀλλὴν ἀρχὴν ἐπυχθὴς ἦν ἐς τοὺς πολλούς, ἀλλ' ἀνεπιφθόνως κατεστήσατο. *Interea vero Hipparchus, quum Harmodium iterum solicitasset, neque magis profecisset, nihil quidem violenti intentare destinabat, sed in loco quodam obscuro, veluti non hac de causa, contumeliam parabat, quippe neque cetero suo principatu gravis erat multitudini, seque citra invidiam gesserat.* Ergo illud est, quod dixi; hic tyrannidis potius ordinem, quam aetatis, Athenienses expresserunt. Inde dicis; si Hipparchus in tyrannide decessisset, Hippiae difficile futurum fuisse eodem die principatum vindicare. Οὐ μὴν οὐδ' ἂν καταχεῖν μοι δοκεῖ πολὺ Ἱππίας τοπαραχρῆμα ῥᾳδίως τὴν τυραννίδα, εἰ Ἵππαρχος μὲν, ἐν τῇ ἀρχῇ ὢν, ἀπέθανεν, αὐτὸς δὲ αὐθημερὸν καθίσαλο. *Quin nec Hippias videtur ita facile e vestigio tyrannidem retenturus fuisse, si Hipparchus in imperio constitutus decessisset, & eodem ipse die principatum vindicare debuisset.* Verum neque hoc momenti quidquam habet; siquidem ille, quod tu negas, summa animi magnitudine, & sollertia, etsi in discrimine maximo constitutus, tamen fecit. Nam quum nuntium de Hipparcho interfecto accepisset, fortiter sane, & prudenter facinus dissimulavit; & ad eos, qui armati pompam ducerent, se recepit; tum & ponere arma iussit, & seorsim in locum quemdam, ceu facturus verba illic, vocavit; quo quum illi secessissent, clam submissis stipatoribus, & ablatis armis omnibus, comprehendit, si quos ipse insimularet, aut cum pugione etiam inveniret; quando solum scutum, & hastam, pompae deducendae causa, habere liceret; atque ita principatum sibi adseruit. Ipse narras, statim postea. Ἀγγελθέντος δὲ Ἱππίᾳ ἐς τὸ Κεραμικὸν, οὐκ ἐπὶ τὸ γενόμενον, ἀλλ' ἐπὶ τοὺς πομπέας τοὺς ὁπλίτας, πρότερον ἢ αἰσθέσθαι αὐτοὺς, ἄπωθεν ὄντας, ἐχώρησε. καὶ ἀθρόους τῇ ὄψει πλησάντων πρὸς τὴν ξυμφορὰν, ἐκέλευσεν αὐτοὺς, δείξας τι χωρίον, ἀπελθεῖν ἐς αὐτὸ ἀνευ τῶν ὅπλων. καὶ οἱ μὲν, ἀνεχώρησαν, οἰόμενοί τι ἐρεῖν αὐτόν· ὁ δὲ τοῖς ἐπικούροις φράσας τὰ ὅπλα ὑπολαβεῖν, ἐξελέγετο εὐθὺς, ὃς ἐπηπείλει· καὶ, εἴ τις εὑρέθη ἐγχειρίδιον ἔχων. μετὰ γὰρ ἀσπίδος, καὶ δόρατος, ἐώθεσαν τὰς πρεπομπὰς ποιεῖν. *Quum ad Hippiam in Ceramicum nuntius adlatus esset, non ad facinus, sed ductores pompae armatos, priusquam illi id resciscerent, longiuscule absentes, se convertit; ac, composito ad dissimulandam hanc calamitatem suam vultu, locum ostendit, & in illum sine armis abscedere iussit, quo quum ii, aliquid dicturum rati, secessissent, ipse iussis arma subducere stipatoribus, e vestigio comprehendit, quos insimularet criminis, aut cum pugione offenderet; nam cum scuto tantum, & hasta pompam prosequi moris erat.* Post haec ais: nil cunctatum, neque anxium haesisse, tamquam imperandi rudem, & insolitum; quod necesse si fuisset natu minor; & Hipparcho demum caeso, principatum accepisset. Καὶ οὐχ, ὡς ἀδελφὸς νεώτερος ὢν, ἠτόρησεν, ἐν ᾧ ὑ πρότερον ξυνεχῶς ὡμίλησει τῇ ἀρχῇ. *Neque, ut frater natu*

Digitized by Google

tu minor, consilii inops, animique anxius haesit, quod non semper ante id tempus principatui adsuevisset. Atqui hoc sciendum tibi hic, Thucydides; etsi dignitas principatus summa esset penes Hipparchum, natu maximum, tamen omnes Pisistrati filios communiter tyrannos dictos; & rempublicam, a parente occupatam, quam acceperant, consiliis semper inter se communicatis administrasse; ita ut hic novum nihil, aut inusitatum antea, quamlibet natu minori, Hippiae acciderit. Ac tyrannos communi nomine adpellatos, tradit Scholiastes Comici, ad Vespas eius. Καινῶς δὲ πάντες οἱ Πεισιστρατίδαι τύραννοι ἐλέγοντο. *Communiter vero omnes Pisistratidae tyranni dicebantur*. Communiter autem prineipatum tenuisse, ipse expressis verbis dicis in narratione eadem; & commemoras, pace, pariter ac bello, optime administrasse; tum vicesimam etiam tantum exegisse, quum nimirum Pisistratus pater decimam instituisset; deinde sacra ritu prisco adcurasse, legibusque porro patriae usos esse. Verba tua ita habent. Καὶ ἐπετήδευσαν ἐπιπλέον δὴ τύραννοι ὄντα (De Hipparcho, & Hippia loqueris) ἀρετὴν, καὶ ξύνεσιν· καὶ Ἀθηναίους εἰκοστὴν μόνον πρασσόμενοι τῶν γιγνομένων, τήν τε πόλιν αὐτῶν καλῶς διεκόσμησαν, καὶ τοὺς πολέμους διέφερον, καὶ ἐς τὰ ἱερὰ ἔθυον. τὰ δὲ ἄλλα αὕτη ἡ πόλις τοῖς πρὶν κειμένοις νόμοις ἐχρῆτο. *Ac profecto hi tyranni cum virtutem, tum prudentiam, diutissime coluerunt; & vicesimam dumtaxat e proventibus exigentes ab Athenien sibus, urbem recte ordinarunt, bella etiam gesserunt, atque in templis immolarunt; de cetero civitas legibus priscis utebatur*. Hinc de iis simul quaedam referuntur. Et exempla ecce in promtu. Pisistratus pater, Iovis Olympii templum struere inchoaverat, uti supra memoravi; ipsi opus persequuti. Aristoteles Politic. lib. v. cap. XII. Παράδειγμα δὲ τούτου αἵ τε πυραμίδες, αἱ περὶ Αἴγυπτον· καὶ τὸ ἀνάθημα τῶν Κυψελιδῶν· καὶ τῷ Ὀλυμπίῳ ἡ οἰκοδόμησις, ὑπὸ Πεισιστρατιδῶν. *Huius rei exemplum praebent pyramides, quae in Aegypto; & donaria Cypselidarum; tum Olympii aedificatio, instituta a Pisistratidis*. Sic Callirhoen quoque fontem, itidem a patre coeptum, simul porro exornarunt. Indicat Aphthonius in descriptione arcis Alexandrinae. Δύο δὲ βέλοι ἀνεσήκασι λίθινοι· καὶ κρήνη, τῆς τῶν Πεισιστρατιδῶν ἄμεινον ἔχουσα. *Duae pyramides stant lapideae; & fons, melior, quam Pisistratidarum erat*. Et, ut tu virtutes statim utriusque in communi principatu retulisti; ita luxum Athenaeus lib. XII. Ἰδομενεὺς δέ φησι, καὶ τοὺς Πεισιστρατίδας, Ἱππίαν, καὶ Ἵππαρχον, εὑρεῖν θαλίας, καὶ κώμους. *Idomeneus vero ait, Pisistrati filios, Hippiam, & Hipparchum, epulas, & commessationes invenisse*. Incensum item ab his templum Apollinis Pythii Delphis narrat a Philochoro Scholiastes Pindari Pythionic. Od. VII. Λέγεται, ὅτι ὁ Πυθικὸν ναὸν, πρηνθέντα, ὡς φασιν, ὑπὸ τῶν Πεισιστρατιδῶν, οἱ Ἀλκμαιωνίδαι, φυγαδευθέντες ὑπ' αὐτῶν, ὑπέσχοντο ἀνοικοδομῆσαι. *Feruntur Alcmaeonidae a Pisistratidis in exilium acti, templum Pythii Apollinis, quod illi incenderant, se instauraturos promisisse*. Et Cimonem ab ipsis caesum, refert Herod. lib. VI. cap. CIII. Καί μιν (τὸν Κίμωνα) ἀνελόμενον τοῖσι αὐτοῖσι ἵπποισι ἄλλῳ Ὀλυμπιάδα, κατέλαβε ἀποθανεῖν ὑπὸ τῶν Πεισιστράτου παίδων, οὐκ ἔτι περιεόντος αὐτοῦ Πεισιστράτου. *Et ipsum (Cimonem) quum aliam Olympiadem iisdem equis vicisset, contigit occidi a Pisistrati filiis, ipso Pisistrato iam defuncto*. Ergo etiam hic evici, quam non constet tibi ratio. Vltimum restat, idque minime excusandum. Non contentus primogenituram eripere, etiam vis persuadere, ceu tyrannidem nunquam tenuisset, fortuito factum esse, ut tenuisse existimetur. Ita enim tandem dicis. Ἱππάρχῳ δὲ ξυνέβη, τῷ πάθους τῇ δυσχίᾳ ὀνομαθέντα, καὶ τὴν δόξαν τῆς τυραννίδος ἐς τὰ ἔπειτα προσλαβεῖν. *Hipparcho vero hoc evenit, uti caedis infortunio nomen clarum consequutus, postea quoque principatum tenuisse sit putatus*. Immo & diserte negas; & erroris quoque accusas, qui tyrannum eum fuisse existimarent lib. I. Ἀθηναίων γοῦν τὸ πλῆθος Ἵππαρχον οἴονται ὑφ' Ἁρμοδίου, καὶ Ἀριστογείτονος, τύραννον ὄντα, ἀποθανεῖν. *Nam Atheniensium vulgus Hipparchum putat, in tyrannide constitutum ab Harmodio, & Aristogitone caesum*. Verum hic te rursum ego tibi opponno. Nam tyrannidem si non tenuit, cur tyrannidis & insigne, & munimentum, stipatores sibi habuit? Ipse dicis, ubi caedem eius narras lib. VI. Καὶ περιέτυχον τῷ Ἵππάρχῳ παρὰ τὸ Λεωκόριον καλούμενον, εὐθὺς ἀπερισκέπτως προσπεσόντες, καὶ ὡς ἂν μάλιστα δὶ ὀργῆς, ὁ μὲν ἐρωτικῆς, ὁ δὲ ὑβρισμένος, ἔτυπτον, καὶ ἀποκτείνυσιν αὐτόν. καὶ ὁ μὲν τοὺς δορυφόρους ταυτὶ καὶ διαφεύγει ὁ Ἀριστογείτων, ξυνδραμόντος δὲ τοῦ ὄχλου, Ἁρμόδιος δὲ αὐτοῦ παραχρῆμα ἀπόλλυται καὶ ὕστερον ληφθεὶς, ὑ ῥαδίως διετέθη. *Ac Hipparchum nacti sunt in Ceramico adpellato, protinus ex improviso irruentes; & ira accensi, quam huic amor, illi contumelia dabat, feriunt ipsum, occiduntque. Et Aristogiton quidem per satellites e vestigio fuga evasit; sed mox, concurrente turba, comprehensus, inclementer habitus fuit; at Harmodius ipso in loco statim occisus est*. Et testaris manifeste in citatis supra verbis. Οὐδὲ, γὰρ (ὁ Ἵππαρχος) τὴν ἄλλως ἀρχὴν ἐπαχθὴς ἦν ἐς τοὺς πολλοὺς, ἀλλ' ἀνεπιφθόνως κατεσήσατο. *Quippe neque cetero suo principatu (Hipparchus) gravis erat multitudini, seque citra invidiam gesserat*. Nihil certe poteras clarius. Ac nunc quidem rationes omnes tuas satis liquido refutavimus, & Hipparchum natu maximum fuisse, tum tyrannidem tenuisse quam verissime adfirmavimus. Sed in fine huius capitis, quando stipatorum mentio paulo ante nobis facta, etiam eorum nomen obiter dicendum erit. Id Λυκόποδες fuisse, docet Suidas; quia pellibus lupinis crura semper tecta haberent, & in clypeis lupi insigne. Λυκόποδες. ὅτως ἐκάλουν τοὺς τυράννων (τῶν Πεισιστρατιδῶν) δορυφόρους, τοὺς γὰρ ἀκμάζοντας τῶν οἰκετῶν ἐπὶ τῇ τοῦ σώματος φυλακῇ ἔλαβον. λυκόποδες δὲ ἐκαλοῦντο, ὅτι διὰ παντὸς εἶχον τοὺς πόδας λύκων δέρμασι κεκαλυμμένους. ἢ διὰ τὸ ἔχειν ἐπὶ τῶν ἀσπίδων ἐπίσημον λύκον. *Lycopodes, ita vocabant tyrannorum (Pisistratidarum) satellites;*

lites; nam e domesticis actate florentes ad custodiam corporis sui adhibebant. Lycopodes vero vocabantur, quia semper pellibus lupinis crura tecta habebant; vel, quia in clypeis lupi insigne gestabant.

CAP. XII.

Hipparchi virtutes. Sapientiae studet, & doctrinae. Homeri rhapsoediam instituit. Simonidem summo in pretio habet. Anacreontem ad se vocat. Onomacritum magni facit; sed offensus, mox expellit. Academiam muro cingit. Statuas Mercuriales, civibus erudiendis, passim ponit, cum inscriptione gemina.

NVnc Hipparcho postquam primogenituram, & principatum, contra Historicorum principem adseruimus, gesta ab eo exponamus. Totus eius principatus universim laudabiliter exactus, ita ut nulli gravis esset, neque invidia laboraret, usque ad contumeliam illam in Harmodii sororem. Thucydides, ut supra ostendi lib. VI. Οὐδὲ γὰρ τὴν ἀλλὰ ἀρχὴν ἐπαχθὴς ἦν (ὁ Ἱππάρχ@) ἐς τοὺς πολλοὺς, ἀλλ' ἀνεπιφθόνως κατεσκήσατο. *Quippe neque cetero suo principatu gravis erat multitudini (Hipparchus) seque citra invidiam gesserat.* Imo aureum quasi quoddam saeculum erat, quale olim sub Saturno memoratur. Plato de eo in Hipparcho. Καὶ ἀποθανόντ@ (τῷ Ἱππάρχῳ) τρία ἔτη ἐτυραννεύθησαν Ἀθηναῖοι, ὑπὸ τῷ ἀδελφῷ αὐτῷ Ἱππίᾳ, ᾗ πάντων ἂν τῶν παλαιῶν ἤκουσας, ὅτι ταῦτα μόνα τὰ ἔτη τυραννὶς ἐγένετο ἐν Ἀθήναις· τὸν δ' ἄλλον χρόνον, ἐγγύς τι ἔζων Ἀθηναῖοι, ὥσπερ ἐπὶ Κρόνου βασιλεύοντ@. *Et, caeso (Hipparcho) annos tres tyrannidem passi sunt Athenienses, sub fratre Hippia. Et ex senibus sane omnibus audivisti, tantum Athenis per hos annos tyrannidem fuisse; reliquo autem tempore vivebant Athenienses, velut sub Saturno rege.* Fuit autem sapientiae, & doctrinae, supra modum studiosus; itaque instituit, ut poemata Homeri deinceps quinto quoque anno in maiorum Panathenaeorum festo, a rhapsoedis canerentur. Simonidem etiam, secum degentem, magna mercede, & muneribus, ut maneret, sibi obstrinxit; tum Anacreontem quoque accersivit, missa ad eum quinquaginta remorum nave. Plato memorat in Hipparcho. Τῶν Πεισιστράτου παίδων ἦν (ὁ Ἱππάρχ@) πρεσβύτατ@, καὶ σοφώτατ@. ὃς ἄλλα τε πολλὰ καὶ καλὰ ἔργα σοφίας ἀπεδείξατο, καὶ τὰ Ὁμήρου ἔπη πρῶτ@ ἐκόμισεν εἰς τὴν γῆν ταυτηνί (a) καὶ ἠνάγκασε τοὺς ῥαψῳδοὺς Παναθηναίοις ἐξ ὑπολήψεως ἐφεξῆς αὐτὰ διιέναι, ὥσπερ νῦν ὅτι οἴδε ποιοῦσι. καὶ ἐπ' Ἀνακρέοντα τὸν Τήϊον πεντηκόντορον ἐλάας, ἐκόμισεν εἰς τὴν πόλιν. Σιμωνίδου δὲ τὸν Κεῖον, περὶ αὐτὸν ἀεὶ εἶχε, μεγάλοις μισθοῖς, καὶ δώροις, πείθων. *Pisistrati filiorum erat (Hipparchus) natu maximus, & sapientissimus; qui cum alia multa, & pulcra sapientiae opera edidit, tum Homeri carmina primus in hanc regionem adtulit; & rhapsoedos ea coegit Panathenaeis recitare, ita ut alius alium exciperet; sicuti etiamnum faciunt; tum Anacreontem Teium, missa quinquaginta remorum nave, in urbem accivit. Simonidem vero Ceium apud se habuit semper, magna mercede, & muneribus, persuadens.* AElianus Var. Hist. lib. VIII. cap. II. Ἱππάρχ@, ὁ Πεισιστράτου παῖς, πρεσβύτατ@ ὢν τῶν Πεισιστράτου, καὶ σοφώτατ@ ἦν τῶν Ἀθηναίων. ἔτ@ καὶ τὰ Ὁμήρου ἔπη ἐκόμισε πρῶτ@ εἰς τὰς Ἀθήνας, καὶ ἠνάγκασε τοὺς ῥαψῳδοὺς τοῖς Παναθηναίοις αὐτὰ ᾄδειν. καὶ ἐπ' Ἀνακρέοντα δὲ τὸν Τήϊον πεντεκόντορον ἔσχλεν, ἵνα αὐτὸς πορεύσῃ εἰς αὐτόν. Σιμωνίδου δὲ τὸν Κεῖον διὰ σπουδῆς ἄγων, ἀεὶ αὐτὸν εἶχε, μεγάλοις δώροις, ὡς τὸ εἰκὸς, πείθων. *Hipparchus, Pisistrati filius, quum natu maximus inter filios Pisistrati esset, etiam sapientissimus erat Athenienſium. Hic Homeri carmina primus Athenas adtulit, coegitque ea rhapsoedos in Panathenaeis canere. Et Anacreontem Teium, missa nave quinquaginta remorum, ad se vocavit; Simonidemque Ceium, impense aestimans, ut apud se remaneret, magnis donis, ut est quidem verisimile, delinivit.* Ac de Homeri quidem poematis, est Lycurgi quoque locus Orat. in Leocratem, ubi etsi non nominet Hipparchum, designat tamen. Βούλομαι δ' ὑμῖν καὶ τὸν Ὁμηρον παρασχέσθαι ἐπαινῶν· οὕτω γὰρ ὑπέλαβον ὑμῶν οἱ πατέρες σπουδαῖον εἶναι ποιητὴν, ὥσε νόμον ἔθεντο, καθ' ἑκάστην πενταετηρίδα τῶν Παναθηναίων μόνα τῶν ἄλλων ποιητῶν ῥαψῳδεῖσθαι τὰ ἔπη. *Cupio equidem vobis & Homerum laudans exhibere; adeo enim praestantem hunc poetam esse maiores vestri existimarunt, ut legem tulerint, de recitandis quinto quoque Panathenaeorum anno per rhapsoedos eius poematis, solius ex poetis aliis.* Vt Simonidem, & Anacreontem Teium aestimavit, ita quoque Onomacritum (b), quem eiecit tamen postea, Musaei oracula adulterare deprehensum. Herodot. lib VII. c. VI. Ἐξηλάθη γὰρ ὑπὸ Ἱππάρχου τοῦ Πεισιστράτου ὁ Ὀνομάκριτ@ ἐξ Ἀθηναίων, ἐπ' αὐτοφώρῳ ἁλοὺς ὑπὸ Λάσου τοῦ Ἑρμιόνε@ ἐμποιέων ἐς τὰ Μουσαίου χρησμὸν, ὡς αἱ ἐπὶ Λήμνῳ ἐπικείμεναι νῆσοι ἀφανιζοίατο ἐν τῇς θαλάσσης. διὸ ἐξήλασέ μιν ὁ Ἱππάρχος, πρότερον χρεώμεν@ ταμάλισα. *Eiectus enim Athenis fuerat Onomacritus ab Hipparcho, Pisistrati filio, quod a Laso Hermionensi in ipso facto deprehensus esset, quum oraculis Musaei insereret illud, fore, ut insulae Lemno adiacentes, mari submergerentur. Hac de causa eiecerat ipsum Hipparchus, ante id tempus familiarissime eo usus.* Ab eodem in doctos studio factum est, ut Academiam muro cingeret. Suidas. Ἱππάρχ@, ὁ Πεισιστράτου, τὸ περὶ τὴν Ἀκαδημίαν τεῖχ@ ᾠκοδόμησε, πολλὰ ἀναγκάσας ἀναλῶσαι τοὺς Ἀθηναίους. *Hipparchus, Pisistrati*

(a) Quomodo haec stare possint cum iis, quae superius Cap. IX. de Pisistrato Homeri poesin componente, & in unum consuente narrantur, nullus video. Nisi dicendum Pisistratum Hipparchi filii suasu id fecisse, & Hipparchum multum operae, & studii huic egregie facto contulisse, quod opinatur doctissimus *Alexander Politus* in suis *Observationibus* in Eustathii παρεκβολὰς a se Latine versas, *Iliad. lib.* A.

(b) Onomacritus hic, auctor est carminum, quae Orphei esse credebantur, ut *Tatianus*, & *Clemens Alexandrinus* memoriae prodiderunt. Athenienſis autem erat. Consule superius *Cap.* III.

Digitized by Google

strati filius, murum qui Academiam ambit, aedificavit; coactis multa in hanc rem conferre Athenienſibus. Videnda quoque Appendix Proverbiorum Vaticana ab Andrea Schotto vulgata Cent. II. Proverb. XVII. Praeterea, quum eruditſſet cives, ut idem faceret iis, qui rus habitabant, ſtatuas Mercuriales paſſim (a) in urbe per vias eius, populoſque collocabat; & praecepta ſapientiae in his ipſis inſcribebat verſibus elegiacis. Plato loco citato. Ἐπῳδὴ δὲ αὐτῷ οἱ περὶ τὸ ἄϛυ τῶν πολιτῶν πεπαιδευμένοι ἦσαν, καὶ ἐθαύμαζον αὐτὸν ἐπὶ σοφίᾳ, ἐπιβουλεύων αὖ καὶ τοὺς ἐν τοῖς ἀγροῖς παιδεῦσαι, ἔϛησεν αὐταῖς Ἑρμᾶς κατὰ λὰς ὁδοὺς ἐν μέσῳ τῷ ἄϛει, καὶ τῶν δήμων ἑκάϛων. κἄπϛα ὑπὸ σοφίας τῆς αὐτοῦ, ἣν τ' ἔμαθε, καὶ αὐτὸς ἐξεῦρε, ἐκλεξάμενος ἃ ἡγεῖτο σοφώταλα εἶναι, ταῦτα αὐτὸς ἐντείνας εἰς ἐλεγεῖον, αὐτοῦ ποιήμαλα, καὶ ἐπιδείγμαλα, τῆς σοφίας, ἐπέγραψεν· ἵνα πρῶτον μὲν τὰ ἐν Δελφοῖς γράμμαλα τὰ σοφὰ ταῦτα μὴ θαυμάζοιεν οἱ πολῖται αὐτοῦ. τό, τε Γνῶθι σεαυτὸν, καὶ τὸ Μηδὲν ἄγαν, καὶ τἆλλα τὰ λοιπᾶτα· ἀλλὰ τὰ Ἱππάρχου ῥήμαλα μᾶλλον σοφὰ ἡγοῖνλο. ἔπϛα παμβόνλες ἄνω καὶ κάτω, καὶ ἀναγινώσκονλες, καί γεῦμα λαμβάνονλες αὐτοῦ τ' σοφίας, φοιλοῖεν ἐκ τῶν ἀγρῶν καὶ ἐπὶ τὰ λοιπὰ παιδόθηϛόμενοι. *Quum cives urbanos erudiiſſet, iique ipſum ob ſapientiam admirarentur, animo agitans etiam illos erudire, qui in agris habitabant, ſtatuas Mercuriales ipſis poſuit per vias omnes in media urbe, & ſingulis populis. Deinde e ſapientia ſua, quam & didiciſſet ipſe, & inveniſſet, quum elegiſſet, quae pleniſſima ſapientiae exiſtimaret, elegis includens poemata ſua, & ſpecimina ſapientiae, his inſcripſit; primum, ut ne ſapientia ſcripta Delphis,* NOSCE TEIPSVM, *&* NE QVID NIMIS, *aliaque iſtiuſmodi, cives ſui mirarentur; ſed Hipparchi dicta multo ſapientiora ducerent; deinde, ut ſurſum, ac deorſum praetereuntes, & legentes, ſapientiaeque guſtum capientes, rure porro imbuendi advenirent.* Meminit harum ſtatuarum Harpocration. Ἐκαλοῦνλό τινες καὶ Ἱππάρχδοι Ἑρμαῖ, ἀπὸ Ἱππάρχου, τοῦ Πϕισϊράτου *Vocabantur quidem etiam Hipparchii Mercurii, ab Hipparcho Piſiſtrati filio.* Quae totidem verbis tranſcripſit Suidas in Ἑρμαῖ. Heſych. Ἱππάρχδοι Ἑρμαὶ, ἃς ἀνέϛηϲεν Ἱππάρχῳ σήλας, ἐγγράψας εἰς αὐτὰς ἐλεγεῖα, ἐξ ὧν ἔμελλον βελτίους εἶναι οἱ ἀναγινώσκονλες. *Hipparchii Mercurii, ſtatuae, quas Hipparchus poſuit, & inſcripſit Elegias, quibus meliores fierent, qui eas legerent.* Duas vero inſcriptiones unaquaeque haec ſtatua habebat; unam in ſiniſtro latere, quae exponeret, cur in medio urbis ſtaret, populive; alteram, quae praeceptum aliquod contineret. Ecce tibi apud Platonem in citato iam Hipparcho. Ἐϛὸν δὲ δύο τὐπιγράμμαλε· ἐν μὲν τοῖς ἐπ' ἀριϛερᾷ τοῦ Ἑρμοῦ ἑκάϛῳ, ἐπιγέγραπλαι λέγων ὁ Ἑρμῆς, ὅτι ἐν μέσῳ τοῦ ἄϛεϲ, ἢ τοῦ δήμου, ἔϛηκεν. ἐν δὲ τοῖς ἐπὶ δεξιᾷ,

Μνῆμα τόδ' Ἱππάρχου, ϲοῦχε δίκαια Φρονῶν.

Erant vero inſcriptiones duae: in ſiniſtra quidem parte Mercurii cuiuſque inſcriptus erat Mercurius, dicens, qua de cauſa in medio urbis, populive poſitus eſſet; in dextera autem,

Praeceptum Hipparchi eſt, Iuſtitiam colito,

Eiusdem erat alter Mercurius iſtiuſmodi in Stiriaca via poſitus. Plato ibidem. Ἔϛι δὲ τ ποιημάτων καὶ ἄλλα ἐν ἄλλοις Ἑρμαῖς πολλὰ, καὶ καλὰ, ἐπιγεγραμμένα. ἔϛι δὲ δὴ καὶ τοῦτο, ἐπὶ τῇ Στϕριακῇ ὁδῷ, ἐν ᾧ λέγει,

Μνῆμα τόδ' Ἱππάρχου, Μὴ φίλον ἐξαπάλα.

Sunt & poemata alia in aliis Mercuriis inſcripta multa, & praeclara; & exſtat ſane iſtud in via Stiriaca, in quo dicit:

Praeceptum Hipparchi eſt, Ne fallas amicum.

CAP. XIII.

Hipparchus a Patroclide amatus, qui Mercurium tricipitem dedicat; Harmodium amat; a quo reiectus, quum repulſam in ſorore vindicaſſet, interficitur, myrto occultatis gladiis. Diſſenſus Auctorum indicatus. Suidae locus emendatus. Somnium eius unum, atque alterum. Quoto principatus ſui anno caeſus; & quo Romanorum rege; quota item Olympiade. Error Euſebii, & Auctoris Chronici Alexandrini. Quidam Hippiam cum Hipparcho caeſum dicunt; alii, eum pro Hipparcho iſthic memorant. Error hic Ioannis Tzetzae, Chronici Alexandrini; item Suidae, & Scholiaſtae Ariſtophanis.

INter iſta, Patroclidi maximopere eſt amatus; qui tricipitis Mercurii quoque ſtatuam dedicavit. Suidas. Ἔϛι ὃ ὁ ἀναθεὶς τρικέφαλον Ἑρμῆν, ὡς Φιλόχορός φησι, Πατροκλείδης, Ἱππάρχου ἐραϛής. *Eſt autem, qui Mercurium tricipitem dedicavit, Patroclides, Hipparchi amator.* Meminitque Etymologici auctor in Τρικέφαλος ὁ Ἑρμῆς; & Apoſtolius Cent. XIX. Proverb. LI. Ipſe vero Harmodium amavit; a quo, & rivali Ariſtogitone ad Leocorium eſt occiſus. De amore in Harmodium eſt Thucydidis iſte locus lib. VI. Γενομένου δὲ Ἁρμοδίου ὥρᾳ ἡλικίας λαμπρᾷ, Ἀριϛογείτων, ἀνὴρ τ ἀϛῶν, μέσος πολίτης, ἐραϛὴς ὢν, εἶχεν αὐτόν. πειραθεὶς δὲ ὁ Ἁρμόδιος ὑπὸ Ἱππάρχου, τοῦ Πειϲιϲράτου, καὶ ὐ πειθὴς, καταγορεύει τῷ Ἀριϛογείτονι· ὁ δὲ ἐρωλικῶς περιαλγήσας, καὶ φοβηθεὶς μὴ Ἱππάρχου δύναμιν, μὴ βίᾳ προσαγάγηλαι αὐτὸν, ἐπιβουλεύει εὐθὺς, ὡς ἀπὸ τῆς ὑπαρχούϲης ἀξιώϲεως, κατάλυϲιν τῇ τυραννίδι. καὶ ἐν τούτῳ ὁ Ἱππάρχος, ὡς, αὖθις πειράσας, ὐδὲν μᾶλλον ἔπειθε τ Ἁρμόδιον, βίαιον μὲν οὐδὲν ἐβούλετο δρᾶν, ἐν τούτῳ δέ τινι ἀφανεῖ, ὡς ὐ διὰ τοῦτο δὴ, παρεϲκεύάϲελο προπηλακιῶν αὐτόν. *Quum autem Harmodius aetatis flore inſignis eſſet, Ariſtogiton quidam e civibus, mediae conditionis, amabat ipſum, ac potiebatur. Compellatus vero de ſtupro Harmodius ab Hipparcho, Piſiſtrati filio, neque morem gerere cupiens, Ariſtogitoni indicat. Is, ut ſolent amatores, quum doleret ſupra modum, & potentiam Hipparchi extimeſceret, ne per vim abduceret illum, e veſtigio per inſidias, quantum poſſet, evertere tyrannidem ſtatuit. Inter iſta vero Hipparchus, quum oblato iterum ſtupro, nihilo magis perſuadere Harmodio*

(a) Hinc Mercurii ſtatuis plenae Athenae erant, quod quidem *Lib. I. Athenar. Atticar. Cap. VI.* indicatur, & late exſequitur eruditus *Sponius* in *Diſſertat. Miſcellan.*

modio potuiſset, nihil quidem violenti agitabat, ſed in loco quodam obſcuro, tamquam non ob iſtam cauſam, contumelia quadam ipſum adficere parabat. Mentionem breviter facit Ariſtoteles Rhet. lib. II. cap. XXIV. Οἷον, εἴ τις λέγοι, ταῖς πόλεσι συμφέρουσιν οἱ ἐρῶντες· ὁ γὰρ Ἁρμοδίου, καὶ Ἀριστογείτονος ἕρως κατέλυσε τὸν τύραννον Ἵππαρχον. *Quemadmodum, ſi quis dicat, conducere urbibus amatores; ſiquidem amor Harmodii, & Ariſtogitonis tyrannum Hipparchum evertit.* Et reiectus, contumeliam meditabatur; quam & fecit. Atque haec iſta. Feſto Panathenaeorum accitam Harmodii ſororem, ceu caniſtrum geſtaturam (a), quum veniſſet, ut indignam hoc honore, abire iubet, addens, nec vocatam eſſe. Thucydides citato libro mox ſubiungit. Τὸν δ' οὖν Ἁρμόδιον, ἀπάγνηθέντα τὴν πεῖρασιν, ὥσπερ διενοεῖτο, προὐπηλάκισεν, ἀδελφὴν γὰρ αὐτοῦ κόρην ἐπαγγείλαντες ἥκειν, κανοῦν οἰσουσαν ἐν πομπῇ τινι, ἀπήλασαν· λέγοντες, οὐδὲ ἐπαγγεῖλαι τὴν ἀρχὴν, διὰ τὸ μὴ ἀξίαν εἶναι. *Harmodium igitur, qui ſtuprum oblatum recuſaſſet, ut in animo habebat, contumelia adfecit. Nam ſororem eius virginem quum ad geſtandum in pompa quadam caniſtrum venire iuſſiſſent, abegerunt; nec venire etiam iuſſam, quod indigna ipſa eſſet, dicitantes.* Hinc accenſus ita Harmodius, & Ariſtogiton quoque, eius cauſa, de tyrannis eiiciendis coniurarunt. Maximus Tyrius Diſſert. VIII. Μειρακίῳ Ἀττικῷ δύο ἦσαν ἐρασταὶ, ἰδιώτης, καὶ τύραννος· ὁ μὲν, δίκαιος ἦν, διὰ ἰσοτιμίαν. ὁ δὲ, ἄδικος, δι' ἐξουσίαν. ἀλλὰ τό γε μειράκιον ὅλως ἦν καλὸν, καὶ ἐρᾶσθαι ἄξιον, ὥστε, ὑπεριδὼν τὸν τυράννου, τὸν ἰδιώτου ἠσπάζετο. ὁ δὲ ὑπ' ὀργῆς, ἄλλα τε ἀμφοτέρους προὐπηλάκιζε, καὶ ἀδελφὴν Ἁρμοδίου, Παναθηναίοις ἥκουσαν ἐπὶ τὴν πομπὴν κανηφοροῦσαν, ἐξήλασεν ἐπ' ἀτιμίᾳ. διδόασι δίκην ἐκ τούτου Πεισιστρατίδαι, καὶ ἦρξεν ἐλευθερίας Ἀθηναίοις ὕβρις Τυράννου. *Adoleſcenti Attico erant amatores duo, privatus quidam, & tyrannus; ille, iuſtus, ob aequalem conditionem; hic, iniuſtus, ob potentiam. Sed revera pulcer erat adoleſcens, & qui amaretur dignus; ituque, tyranno ſpreto, privatum amavit. Ille vero, ira percitus, quum utrumque in aliis rebus contumelia adfecit, tum ſororem quoque Harmodii, poſtquam ipſa Panathenaeorum feſto, ceu caniſtrum in pompa illa portatura, acceſſiſſet, ignominioſe abegit. Eam ob cauſam poena adfecti Piſiſtratidae, & initium libertatis Athenienſibus fuit contumelia tyranni.* Meminit ſtrictim Ariſtoteles Politic. lib. V. cap. X. Τῶν δ' ἐπιθέσεων αἱ μὲν, ἐπὶ τὸ σῶμα γίγνονται τῶν ἀρχόντων· αἱ δ' ἐπὶ τὴν ἀρχὴν, αἱ μὲν ἓν δι' ὕβριν, ἐπὶ τὸ σῶμα. τῆς δ' ὕβρεως ἴσως πολυμεροῦς, ἕκαστον αὐτῶν αἴτιον γίγνεσθαι τῆς ὀργῆς. τῶν ὀργιζομένων σχεδὸν οἱ πολλοὶ τιμωρίας χάριν ἐπιτίθενται, ἀλλ' οὐχ ὑπεροχῆς. οἷον, ἡ μὲν τῶν Πεισιστρατιδῶν, διὰ τὸ προὐπηλακίζαι μὲν τὴν Ἁρμοδίου ἀδελφὴν, ἐπηρεάσαι δ' Ἁρμόδιον. ὁ μὲν γὰρ Ἁρμόδιος, διὰ τὴν ἀδελφὴν. ὁ δὲ Ἀριστογείτων, διὰ τὸν Ἁρμόδιον. *Coniurationum vero aliae fiunt in corpus principum; aliae in principatum; quae ob contumeliam acceptam in corpus fiunt. Contumelia autem quum ſit multiplex, unaquaeque irae cauſa eſt. Eorum vero, qui irati, maxima fere pars coniurat, ut ſe vindicet, non ut principatum teneat. Qualis iſta in Piſiſtratidas coniuratio; quia hi ſororem Harmodii contumelia, ipſum autem Harmodium damno adfeciſſent. Quippe ob ſororem Harmodius, ob Harmodium Ariſtogiton coniurarunt.* Iterum poſtea: Μάλιστα δὲ συμβαίνει τοῖς θυμοῖς ἀκολουθεῖν διὰ τὴν ὕβριν· δι' ἣν αἰτίαν, ἥ τε τῶν Πεισιστρατιδῶν καλεῖται τυραννὶς, καὶ πολλαὶ τῶν ἄλλων. *Maxime vero uſuvenit, ut quis animo obſequatur ob illatam contumeliam; qua de cauſa & Piſiſtratidarum tyrannis everſa fuit, & multae aliae.* A Elianus Var. Hiſtor. lib. XI. cap. VIII. Ἵππαρχος ἀνῃρέθη ὑπὸ Ἁρμοδίου, καὶ Ἀριστογείτονος· ὅτι ἐν τοῖς Παναθηναίοις κομίσαι κανοῦν τῇ Θεῷ, κατὰ τὸν νόμον τὸν ἐπιχώριον, οὐκ εἴασε τὴν ἀδελφὴν τὴν Ἁρμοδίου, καὶ ἴσως ἀξίαν ὖσαν. *Hipparchus interfectus eſt ab Harmodio, & Ariſtogitone; quia caniſtrum deae ferre in Panathenaeis lege patriae non permiſerat ſorori Harmodii, quum fortaſſe digna eſſet.* Plato ait, a quibusdam aliam fuiſſe cauſam praedicatam. Verba eius ita habent in Hipparcho. Λέγεται δὲ ὑπό τ' ἄλλων ἀνθρώπων καὶ ὁ θάνατος αὐτοῦ (τοῦ Ἱππάρχου) γενέσθαι οὐ δι' ἃ οἱ πολλοὶ ᾠήθησαν· οὐ διὰ τὴν τῆς ἀδελφῆς ἀτιμίαν τῆς κανηφορίας, ἐπεὶ τοῦτό γε εὐήθες· ἀλλὰ τὸν μὲν Ἁρμόδιον γεγονέναι παιδικὰ τοῦ Ἀριστογείτονος, καὶ πεπαιδεῦσθαι ὑπ' ἐκείνου· μέγα δ' ἐφρόνει ἄρα καὶ ὁ Ἀριστογείτων ἐπὶ τῷ παιδεῦσαι ἀνθρωπον, καὶ ἀνταγωνιστὴν ἡγεῖτο εἶναι τὸν Ἵππαρχον. ἐν ἐκείνῳ δὲ τῷ χρόνῳ αἰτὸν τὸν Ἁρμόδιον τυγχάνειν ἐρῶντά τινος τῶν νέων τε καὶ γενναίων, καὶ καλῶν, τότε. καὶ λέγουσι τοὔνομα αὐτοῦ, ἐγὼ δ' οὐ μέμνημαι. τὸν οὖν νεανίσκον τοῦτον τέως μὲν θαυμάζειν τόν τε Ἁρμόδιον, καὶ τὸν Ἀριστογείτονα, ὡς σοφούς. ἔπειτα συγγενόμενον τῷ Ἱππάρχῳ, καταφρονῆσαι ἐκείνων. καὶ τὸς μὲν περιλογησαμένους ταύτῃ τῇ ἀτιμίᾳ, οὕτως ἀποκτεῖναι τὸν Ἵππαρχον. *Aiunt vero quidam politiores, non fuiſſe mortis eius (Hipparchi) cauſam, quae vulgo putatur, contumeliam ſororis in geſtatione caniſtri; illud enim ſtultum eſſe; ſed amatum ab Ariſtogitone Harmodium, & eruditum; ac Ariſtogitonem quidem valde ſibi placuiſſe, quod eruditiſſet ipſum; & Hipparchum adverſari ſibi putaſſe; eo ipſo vero tempore ab Harmodio adamatum adoleſcentem, ex eorum numero, qui ingenui tunc, & pulcri cenſebantur; quin & nomen eius dicunt, ſed in praeſens non occurrit; & adoleſcentem quidem hactenus Harmodium, atque Ariſtogitonem, ut ſapientes, admiratum; deinde, poſtquam cum Hipparcho converſari incepiſſet, deſpexiſſe; illos autem, contumeliam indignatos, mox Hipparchum occidiſſe.* Iuſtinus in hac ipſa hiſtoria variat magis; pro Hipparcho Dioclem ponens, & ſtupratam virginem dicens, non reiectam a caniſtri ferendi honore. Ecce verba lib. II. cap. IX. *Poſt eius (Piſiſtrati) mortem, Diocles, alter ex filiis, per vim ſtuprata virgine, a fratre puellae interficitur.* Itaque contume-

(a) Caniſtros in pompis quibusdam Virgines ferebant, unde Κανηφόροι dicebantur, de quibus quaedam *Ceropiae Cap.* XXIII. *Ovidius* II *Metamorpboſ.* de Athenienſibus Canephoris loquens:

Illa forte die caſtae de more puellae
Vertice ſuppoſito feſtas in Palladis arces
Pura coronatis portabant ſacra caniſtris.

Huiuſmodi pompae *Callimachus* meminit in *Cereris Hymno*; & Ceres ipſa Eleuſina capite caniſtrum geſtans repraeſentabatur; ut videre eſt in eius ſimulacro, quod ſecundo Volumine exhibebimus.

Digitized by Google

tumelia iſta coniurandi cauſa fuit; idque hunc in modum geſtum. Imminebant maiora Panathenaea, per quae, deducendae pompae, quum in armis citra ſuſpicionem ullam eſſe liceret, viſum opportunum fuit, invadere tyrannos; ac quum feſtum adveniſſet, Hippiaſque in Ceramico extra urbem pompam inſtrueret, cum pugionibus progreſſi, adoriri conſtituerant; feciſſentque, ni conſilium caſus quidam perturbaſſet. Conſpexere quemdam, coniurationis ſocium, cum Hippia familiariter colloquentem; unde proditos ſe rati, & comprehendendos ſtatim, impetu in urbem facto, ita ut armati erant, Hipparchum, nacti ad Leocorium, interficiunt; quo patrato, Harmodius quidem a ſatellitibus e veſtigio trucidatur; Ariſtogiton, quum ſatellites effugiſſet, concurrente multitudine, mox prehenſus, inclementer habitus fuit. Thucydides loco citato. Χαλεπῶς δὲ ἐνεγκόντι τῷ Ἁρμοδίῳ, πολλῷ δὴ μᾶλλον δι' ἐκεῖνον καὶ Ἀριστογείτων παροξύνετο. καὶ αὐτοῖς τὰ μὲν ἄλλα πρὸς τοὺς ξυνεπιθησομένους τῷ ἔργῳ ἐπέπρακτο, περιέμενον δὲ Παναθήναια τὰ μεγάλα, ἐν ᾗ μόνον ἡμέρᾳ οὐκ ὕποπτον ἐγένετο, ἐν ὅπλοις τῶν πολιτῶν τοὺς τὴν πομπὴν πέμψοντας ἀθρόους γενέσθαι. καὶ ἔδει ἄρξαι μὲν αὐτούς, ξυνεπαμύνειν δὲ εὐθὺς τὰ πρὸς τοὺς δορυφόρους ἐκείνους. ἦσαν δὲ οἱ πολλοὶ οἱ ξυνομωμοκότες, ἀσφαλείας οὕνεκα. ἤλπιζον γὰρ κἂν τοὺς μὴ προειδότας, εἰ καὶ ὀπωσιοῦν τολμήσειαν, ἐκ τοῦ παραχρῆμα, ἔχοντάς γε ὅπλα, ἐθελήσειν σφᾶς αὐτοὺς ξυνεξελευθερῶν, κἂν ὡς ἐπῆλθεν ἡ ἑορτή, Ἱππίας μὲν ἔξω ἐν τῷ Κεραμεικῷ καλουμένῳ μετὰ τῶν δορυφόρων διεκόσμει ὡς ἕκαστα ἐχρῆν τῆς πομπῆς προϊέναι. ὁ δὲ Ἁρμόδιος, καὶ ὁ Ἀριστογείτων, ἔχοντες ἤδη τὰ ἐγχειρίδια, ἐς τὸ ἔργον προήεσαν. καὶ, ὡς εἶδόν τινα τῶν ξυνωμοτῶν σφίσι, διαλεξόμενον οἰκείως τῷ Ἱππίᾳ (ἦν δὲ πᾶσιν εὐπρόσοδος ὁ Ἱππίας) ἔδεισαν, καὶ ἐνόμισαν μεμηνύσθαι τε, καὶ ὅσον οὐκ ἤδη ξυλληφθήσεσθαι. τὸν λυπήσαντα ἐν σφᾶς, καὶ δι' ὅπερ πάντα ἐκινδύνευον, ἐβούλοντο πρότερον, εἰ δύναιντο, προτιμωρήσασθαι· καὶ, ὥσπερ εἶχον, ὥρμησαν εἴσω τῶν πυλῶν· καὶ περιέτυχον τῷ Ἱππάρχῳ, παρὰ τὸ Λεωκόριον καλούμενον εὐθὺς ἀπερισκέπτως προσπεσόντες· καὶ ὡς ἂν μάλιστα δι' ὀργῆς, ὁ μὲν ἐρωτικῆς, ὁ δὲ ὑβρισμένος, ἔτυπτον, καὶ ἀποκτείνουσιν αὐτόν. καὶ ὁ μὲν τοὺς δορυφόρους τοιαύτῃ διαφεύξεται· ὁ Ἀριστογείτων· ξυνδραμόντος δὲ τοῦ ὄχλου, καὶ ὕστερον ληφθείς, ὑφ' ἁδίως διετέθη· Ἁρμοδίου δὲ, αὐτοῦ παραχρῆμα ἀπόλλυται. *AEgre id ferente Harmodio, magis quoque ipſius cauſa Ariſtogiton irritatus eſt. Quam ob rem conſtituerunt cetera omnia cum iis, qui una adgreſſuri eſſent; ſed Panathenaea magna exſpectabant, quo ſolum die minime ſuſpectum erat, ut frequentes in armis eſſent ii cives, quibus deducenda pompa. Et ipſos quidem inceptare facinus primum oportebat, ceteros vero coniuratos contra ſatellites opem ferre; ac, qui coniuraſſent quidem, pauci erant, ut res tutius gereretur; nam ſperabant, ſi quocumque tandem modo, auſi eſſent, etiam antea ignaros, quum & arma ipſi haberent, pariter ſe in libertatem promtis animis adſerturos. Itaque, ut advenit feſtum, Hippias quidem extra urbem in Ceramico adpellato adparabat, quae ad pompam pertinerent; Harmodius vero, & cum eo Ariſtogiton, iam inſtructi pugionibus, ad patrandam rem proceſſerant; &, ut quemdam e coniuratis cum Hippia familiariter colloquentem conſpexere, ut is facilis omnibus erat extimuerunt; proditoſque ſe putantes, & tantum non e veſtigio comprehendendos; eum, a quo laeſi eſsent, cuius gratia etiam diſcrimen omne ſubiiſſent, ulciſci prius, ſi liceret, cupiebant; atque, ut erant, impetu ingreſſi portam, & Hipparchum ad Leocorium, quod vocatur, conſequuti, improviſo adoriuntur; iratique ille quidem ex amore, iſte autem contumelia ipſum feriunt, occiduntque. Et Ariſtogiton quidem, quum per ſatellites effugiſſet, mox a turba concurrente comprehenſus parum leniter habitus fuit; ſed Harmodius e veſtigio illo ipſo in loco caeſus.* Brevius multo, & ſummatim idem narraverat libro primo. Ὑποπτήσαντες δέ τι ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ κἂ παραχρῆμα Ἁρμόδι@, κἂ Ἀριστογείτων, ἐκ τῶν ξυνειδότων σφίσιν, Ἱππία μεμηνύσθαι, τοῦ μὲν ἀπέσχοντο, ὡς προειδότ@, βουλόμενοι δὲ, πρὶν ξυλληφθῆναι, δράσαντές τι κἂ κινδυνεῦσαι. τῷ Ἱππάρχῳ περιτυχόντες περὶ τὸ Λεωκόριον καλούμενον, τὴν Παναθηναϊκὴν πομπὴν διακοσμοῦντι, ἀπέκτειναν. *Suſpicati Ariſtogiton, & Harmodius, aliquid illico eo die a quodam e coniuratis Hippiae indicatum eſſe; ab hoc quidem, tamquam praeſcio abſtinuere; ſed, quum vellent, antequam prehenderetur, facinore aliquo patrato periculum adire, nacti Hipparchum ad Leocorium, quod vocatur, pompae inſtruendae intentum occiderunt.* Valde hic variat Hyginus, & pro Piſiſtratidis noſtris, primo Phalarim commemorat: inde, neque caeſum Harmodium, neque Ariſtogitonem comprehenſum; dein, Harmodio adſcribit, quod Leaenae alii omnes; porro, quod indictum ceteris, illud addit, quonam modo is Ariſtogitonis fidem exploraverit. Verba eius ecce iſta. Fab. ducenteſima quinquageſima ſeptima. *In Sicilia eumdem Phalarim Harmodius quum interficere vellet, ſimulationis cauſa, ſcrofam, porcellos habentem, occidit; & venit ad Ariſtogitonem amicum ſuum, enſe ſanguinolento; dicitque, matrem ſe interfeciſſe; rogatque eum, ut ſe celaret; qui quum ab eo celaretur, rogavit Ariſtogitonem, ut progrederetur, rumoreſque, qui eſſent de matre, ſibi renuntiaret. *** nullos eſſe rumores, qui veſpere ita litem contraxerunt, ut alius alio potiora ingererent; nec ideo Ariſtogiton voluit obiicere, eum matrem interfeciſſe. Cui Harmodius patefecit, ſe ſcrofam, porcellos habentem interfeciſſe, & ideo matrem dixiſſe, cui indicat, ſe regem velle interficere, rogatque eum, ut ſibi adiutorio eſſet; qui, quum ad regem interficiendum veniſsent, deprehenſi ſunt a ſatellitibus armati; &, quum perducerentur ad tyrannum, Ariſtogiton a ſatellitibus effugit; Harmodius autem ſolus quum perductus eſset ad regem, quaererentque ab eo, quis ei fuiſſet comes; ille, ne amicum proderet, linguam dentibus ſibi praecidit, eamque regis in faciem inſpuit.* Habebant autem gladios myrti frondibus involutos. Eſt in Scolio carmine, apud Athenaeum, libro decimo quinto.

Ἐν μύρτου κλαδὶ τὸ ξίφος φορήσω·
Ὥσπερ Ἁρμόδιος, καὶ Ἀριστογείτων,

Ὅτε

Ὅ'τε τ' Ἵππαρχον κτανέτην,
Γ'σονόμους τ' Ἀθήνας ἐποιησάτην,
In myrti ramo gladium gestabo,
Quemadmodum Harmodius, & Aristogiton,
Quum tyrannum occiderunt,
Athenasque legibus aequalibus utentes fecerunt.

Quorum versuum priorem explicans alibi Suidas. Ἁρμόδιος, καὶ Ἀριστογείτων, ἐν μύρτοις κρύψαντες τὸ ξίφος, Ἵππαρχον τὸν τύραννον ἀπέκτειναν. *Harmodius, & Aristogiton, quum myrtis gladium occultassent, Hipparchum tyrannum occiderunt*, Ita enim legendum puto; non ἐν μύρτοις ῥίψαντες τὸ ξίφος. *Quum gladium myrtis iniecissent*. Aristophanes, Lysistrata vers. 633. &c.

Ἀλλὰ ταῦθ' ὕφηναν ἡμῖν ἄνδρες ἐπὶ τυραννίδι.
Ἀλλ' ἐμοῦ μὲν ὑ τυραννεύσουσιν, ἐπεὶ φυλάξομαι.
Καὶ φορήσω τὸ ξίφος τολοιπὸν ἐν μύρτου κλαδί,
Ἀγοράσω τ' ἐν τοῖς ὅπλοις ἐξῆς Ἀριστογείτονι.
Ista sed struxere nobis, qui viri tyrannidi
Imminent; sed non ego bis obnoxius, cavens magis
Post hac, ensemque clausum fronde myrtea geram,
In forumque armatus ibo, post Aristogitona.

Videndus quoque Apostolius Cent. VIII. Proverb. XXXV. Atque sic Hipparchus caesus. Paulo autem ante caedem, somniaverat Venerem sibi e phiala quadam sanguine conspergere faciem. Plutarchus narrat lib. De sera num. Vind. Ἵππάρχου δὲ, τ Πεισιστράτου, μικρὸν ἔμπροσθεν τ τελευτῆς, φασι κατὰ τὰς ὕπνους ὁρᾶν, αἷμα προσβαλοῦσαν αὐτῷ τὴν Ἀφροδίτην ἔκ τινος φιάλης πρὸς τὸ πρόσωπον. *Hipparchum vero, Pisistrati filium, paulo ante mortem, aiunt, vidisse in somno, Venerem sibi e phiala quadam sanguinem faciei adspergere.* Hominem procerum, & decora item forma, hisce versibus adloquentem;

Τλῆθι λέων, ἄτλητα παθὼν τετληότι θυμῷ.
Οὐδεὶς ἀνθρώπων ἀδικῶν τίσιν ὐκ ἀποτίσει.

Experrectus coniectores adire voluit; sed, neglecta visione, pompam instruxit, in qua etiam est caesus. Herodotus libro V. cap. LV. Ἐπὶ Ἵππαρχον, τ Πεισιστράτου, Ἱππίεω δὲ τοῦ τυράννου ἀδελφεὸν, ἰδόντα ὄψιν ἐνυπνίου, τῷ ἐωϋτοῦ πάθει ἐναργεσάτην, κτείνουσι Ἀριστογείτων, κ Ἁρμόδιος γένος ἐόντες τὰ ἀνέκαθεν Γεφυραῖοι, μετὰ ταῦτα ἐτυραννεύοντο Ἀθηναῖοι ἐπ' ἔτεα τέσσαρα, ὐδὲν ἧσσον, ἀλλὰ κ μᾶλλον ἢ πρότερον· ἡ μὲν οὖν ὄψις τοῦ Ἵππάρχου ἐνυπνίου ἦν ἥδε ἐν τῇ προτέρῃ νυκτὶ τῶν Παναθηναίων ἐδόκεε ὁ Ἵππάρχου ἄνδρα οἱ ἐπιστάντα μέγαν, καὶ εὐειδέα αἰνίσσεσθαι τάδε τὰ ἔπεα.

Τλῆθι λέων, ἄτλητα παθὼν τετληότι θυμῷ.
Οὐδεὶς ἀνθρώπων ἀδικῶν τίσιν ὐκ ἀποτίσει.

ταῦτα δὲ, ὡς ἡμέρη ἐγένετο τάχιστα φανερὸς ἦν ὑπερτιθέμενος ὀνειροπόλοισι. μετὰ δὲ, ἀπειπάμενος τὴν ὄψιν, ἔπεμπε τὴν πομπὴν ἐν τῇ δὴ τελευτᾷ. *Postquam Hipparchum, Pisistrati filium, Hippiae tyranni fratrem, qui in somniis visionem cladis suae evidentissimam vidisset, occiderunt Aristogiton, & Harmodius, prisco genere Gephyraei, nihilominus Athenienses ab eo tempore, immo magis quoque quam antea, tyrannide divexabantur. Visio autem insomnii Hipparchi isthaec erat. Videbatur sibi Hipparchus pridie Panathenaeorum videre virum sibi adsistentem magnum, & pulcrum; qui his versibus, tamquam aenigmate, compellaret:*

Intoleranda leo tolera, tolerans animo aequo;
Iniustus nemo est, quem non sua poena sequetur.

Haec vero, ubi illuxit dies, videbatur ad somniorum interpretes referre velle, sed mox, spreta visione, pompam instruxit: qua in re dum occupatur, interficitur. Interfectus autem Hipparchus anno principatus sui tricesimo secundo. Nemo id expresse dicit; verum certa coniectura est. Nam, ut postea ostendam, post Pisistrati patris mortem, filii annos triginta quinque principatum tenuerunt. Atqui Hippias, quum triennium post Hipparchi fratris caedem in tyrannidem permansisset, quarto anno est eiectus. Ergo palam est anno, ut dixi, tricesimo secundo caesum Hipparchum. Factum vero, quum Tarquinius Superbus apud Romanos regnaret. Ita recte observatum ab A. Gellio libro decimo septimo, capite vigesimo primo. *Pythagoras Samius in Italiam venit, Tarquinii filio regnum obtinente, cui cognomentum Superbus fuit; iisdemque temporibus occisus est Athenis ab Harmodio, & Aristogitone Hipparchus Pisistrati filius, Hippiae tyranni frater.* Apud Graecos numerabatur Olympiadis sexagesimae quintae annus primus. Eusebius in Chronico Canone, in eo tempore. Ἁρμόδιος κ Ἀριστογείτων, ἀνῄλουν Ἵππαρχον. Quae sic leguntur apud interpretem Hieronymum. *Harmodius, & Aristogiton Hipparchum tyrannum interfecerunt.* Sed triennio toto errat: nam, si Hippias, ut mox dicam ultimo capite, eiectus fuit Olymp. LXVI. anno quarto, idque post Hipparchi caedem quadriennio, necessario ea accidit Olympiadis praecedentis anno quarto, & non primo. Multo gravius errat Auctor Chronici Alexandrini, qui patratam caedem istam Olympiade sexagesima tertia memorat. Sunt qui dicant, Hippiam una cum Hipparcho interfectum; sed eorum adeo manifestus error, ut non egeat refutari. Est in his Ioannes Tzetzes, Chil. I. cap. VI.

Ἀλκμαίων ἦν τ εὐγενῶν, καὶ τῶν ὑπερπλουτούντων,
Οὗπερ οἱ παῖδες ἔκτειναν τοῦ Πεισιστράτου παῖδας,
Τυράννους ὄντας Ἀθηνῶν, Ἵππάρχου, καὶ Ἱππίου,
Τὴν πόλιν δ' ἠλευθέρωσαν.
Alcmaeon erat, e nobilibus, & praedivitibus;
Cuius filii occiderunt Pisistrati filios,
Tyrannos Athenienſium, Hipparchum, & Hippiam;
Vrbem vero liberarunt. ——

Et Auctor Chronici Alexandrini in Olymp. LXIII. Ἁρμόδιος, κ Ἀριστογείτων, Ἵππαρχον, κ Ἱππίαν Ἀθηναίων τυράννους, ἀνεῖλον. *Harmodius, & Aristogiton, Hipparchum, & Hippiam, Athenienſium tyrannos occiderunt.* Neque minus Suidas errat, Hippiam nobis, non Hipparchum caesum dicens. Ecce verba in Ἁρμόδιος. Ἁρμόδιος, κ Ἀριστογείτων, ἐπέθεντο τοῖς τυράννοις, κ τ Ἱππίαν ἔκτειναν Ἀθηναῖοι. *Harmodius, & Aristogiton, tyrannos invaserunt; Hippiamque Athenienses occiderunt.* Et Scholiastes Aristophanis, ad Equites. Εἰς Ἁρμόδιον δὲ, καὶ Ἀρ-

Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονα, τὸ γένος ἀνήνεγκεν αὐτοῦ· ἐπεὶ καὶ ὅτοι πολλῆς εὐνοίας ἀπηνέγκαντο δόξαν, ἐπιθέμενοι τοῖς τυράννοις, καὶ τὸ Ἱππίου διαχειρισάμενοι. *Ad Harmodium, & Aristogitonem, genus suum retulit; siquidem illi gloriam magnae benevolentiae reportarunt, postquam in tyrannos conspirassent, Hippiamque occidissent.*

CAP. XIV.

Caedes Hipparchi varie laudata. Scolia Carcini, & Callistrati: quae cantata in symposiis. Suidae locus emendatus. Interfectoribus datum praemium, ut eorum in Panathenaeis nomina cantarentur: tum, ne ea servis quisquam deinceps daret. Quin & positae statuae aeneae, idque in foro; a Praxitele partim factae, partim a Critia, & Antenore: quae a Xerxe mox abductae, ab Alexandro, aut Antiocho, Seleucove restitutae. Demosthenis locus correctus. Parentatum quoque his a Polemarcho. Posteris eorum autem data immunitas; tum consessus item prior, & in Prytaneo victus. Diophanti columna, & inscriptio. Cononi idem honos habitus. Apsinis locus restitutus.

ITa occiso tantum Hipparcho, salvo Hippia, imperfecta caedes fuit. Inde Seneca de Benef. libro septimo, cap. decimo quarto. *At mehercle Athenienses Harmodium, & Aristogitonem, tyrannicidas vocant. & Mucii manus in hostili ara relicta, instar occisi Porsenae fuit; & semper contra fortunam luctata virtus, etiam citra effectum propositi operis enituit.* Et de Ira libro secundo, capite vigesimo tertio. *Tyrannicida, qui imperfecto opere comprehensus, & ab Hippia tortus, ut conscios indicaret, circumstantes amicos tyranni nominavit.* Atque Hipparchi quidem caedes, mox eiecto quoque Hippia, varie laudata fuit. Et Simonides, etsi magno in honore ab eo habitus, uti dixi, Epigramma illud fecit.

Ἦ μέγ' Ἀθηναίοισι φόως γένεθ', ἡνίκ' Ἀριστο-
Γείτων Ἵππαρχον κτεῖνε, καὶ Ἁρμόδιος.

Refert Hephaestion in Enchiridio capite Περὶ ἀποθέσεως μέτρων. Πᾶν μέτρον εἰς τελείαν περατοῦται λέξιν, ὅθεν ἐπιληπτά ἐστι τὰ τοιαῦτα Σιμωνίδου ἐκ τῶν ἐπιγραμμάτων.

Ἦ μέγ' Ἀθηναίοισι φόως γένεθ'. ἡνίκ' Ἀριστο-
Γείτων Ἵππαρχον κτεῖνε, καὶ Ἁρμόδιος.

Omne metrum perfecta dictione finitur; itaque reprehensione digna sunt talia Simonidis, ex Epigrammatibus:

Sane magna Athenienssibus lux exorta fuit quum Aristo-
Giton Hipparchum occidit, & Harmodius.

AEschines Orat. in Timarchum. Τοιγάρτοι τοὺς τῆς πόλεως εὐεργέτας, ταῖς δ' ἀρεταῖς ὑπερενηνοχότας, Ἁρμόδιον, καὶ Ἀριστογείτονα, ὁ σώφρων καὶ ἔννομος, εἴτε ἔρωτα, εἴτε τρόπον αὐτὸν χρὴ προσαπτεῖν. τοιούτους ἐπαίδευεν, ὥστε τοὺς ἐπαινοῦντα τὰ ἐκείνων ἔργα καταδεεστέρους δοκεῖν εἶναι ἐν τοῖς ἐγκωμίοις τῶν ἐκείνοις πεπραγμένων. *Proinde viros bene de republica meritos, & virtute praestantissimos, Harmodium, atque Aristogitonem, modestus ille, ac legitimus, sive amor, sive mos est adpellandus, sic erudiit. ut qui eorum facta celebrant, laudes rerum ab illis gestarum praeconiis suis adsequi non posse videantur.* Sane hos Athenienses supra ceteros honorarunt. Dion Chrysostomus Orat. XI. Ἁρμοδίου δὲ, καὶ Ἀριστογείτονα πάντων μάλιστα Ἀθηναῖοι τιμῶσιν, ὡς ἐλευθερώσαντας τὴν πόλιν, καὶ ἀνελόντας τὸν τύραννον. *Harmodium, & Aristogitonem prae omnibus maxime honorant Athenienses, ut qui civitatem in libertatem adseruerint, & tyrannum interfecerint.* Et varia item Scolia leguntur apud Athenaeum libro decimo quinto. Inter haec Carcini istud;

Ἐν μύρτου κλαδὶ τὸ ξίφος φορήσω,
Ὥσπερ Ἁρμόδιος, καὶ Ἀριστογείτων,
Ὅτε τὸν τύραννον κτανέτην.
Ἰσονόμους τ' Ἀθήνας ἐποιησάτην.
In myrti ramo gladium gestabo,
Quemadmodum Harmodius, & Aristogiton,
Quum tyrannum occiderunt,
Athenasque legibus aequalibus utentes fecerunt.

Item aliud Auctoris incerti;

Φίλταθ' Ἁρμόδιε, ὔπω τέθνηκας·
Νήσοις δ' ἐν μακάρων σέ φασιν εἶναι,
Ἵναπερ ποδώκης Ἀχιλλεύς·
Τυδείδην τέ φασι θ' ἱππιον Διομήδεα.
Ἐν μύρτου κλαδὶ τὸ ξίφος φορήσω,
Ὥσπερ Ἁρμόδιος, καὶ Ἀριστογείτων,
Ὅτ' Ἀθηναίης ἐν θυσίαις
Ἄνδρα τύραννον Ἵππαρχον ἐκτανέτην.
Ἀεὶ σφῶν κλέος ἔσεται κατ' αἶαν,
Φίλταθ' Ἁρμόδιε, καὶ Ἀριστογείτων,
Ὅτε τὸν τύραννον κτανέτην,
Ἰσονόμους τ' Ἀθήνας ἐποιησάτην.
Carissime Harmodie, nondum mortuus es;
In insulis fortunatorum te esse aiunt:
Vbi pernix est Achilles,
Et Tydides fortis Diomedes.
In myrti ramo gladium gestabo,
Quemadmodum Harmodius, & Aristogiton,
Quum Minervae in sacrificiis
Virum tyrannum Hipparchum occiderunt.
Semper bonos vester erit in terra,
Carissime Harmodie, & Aristogiton;
Quod, tyranno interfecto,
AEquis legibus utentes Athenae sint factae.

Et hoc fortasse est, quod Callistratum fecisse dicit Hesychius. Ἁρμοδίου μέλος. τὸ ἐπὶ Ἁρμοδίῳ ποιηθὲν σκολιὸν ὑπὸ Καλλιστράτου. *Harmodii carmen. Scolium in Harmodium factum a Callistrato.* Suidas. Ἁρμοδίου μέλος. ἐπὶ τῶν δυσκόλων. τὰ γὰρ εἰς Ἁρμόδιον μέλη τοιαῦτά ἐστιν. *Harmodii carmen. De difficilibus dicitur. Nam talia erant carmina, quae in Harmodium facta.* Sed corrupta verba puto, legendumque; Ἐπὶ τῶν σκολιῶν. *De Scoliis dicitur.* Ac canebantur haec in conviviis, & symposiis. Aristophanes, Acharnensibus, Act. IV. Scen. II. vers. 68.

Οὐδὲ παρ' ἐμοί ποτε τὸν Ἁρμόδιον ᾄσεται.
Συγκατακλινὴς, ὅτι παροίνῳ ἀνὴρ ἔφυ·
Neque apud me unquam Harmodium canet,
Vna discumbens, quia vir est temulentus.

Ad quem locum Scholiastes. Ἐν ταῖς τῶν πότων συνόδοις ᾠδήν τι μέλος, Ἁρμοδίου καλούμενον· οὗ ἡ ἀρχὴ,

Φίλταθ' Ἁρμόδιε, ὔτι πω τέθνηκας.

In compotationibus canebant carmen quoddam, Harmodii dictum; cuius initium,

Cariſſime Harmodie, nondum mortuus es.

Videndus etiam Suidas in Ἀριστογείτων. Et urbs ipſa hunc honorem illis habuit, ut in celeberrimo illo Panathenaeorum feſto nomina eorum cantarentur. Philoſtratus de Vita Apollonii libro ſeptimo, capite ſecundo. Διήει δὲ αὐτοῖς καὶ τὰ Παναθηναῖα τὰ Ἀττικὰ, ἐφ' οἷς Ἁρμόδιός τε, καὶ Ἀριστογείτων, ᾄδονται. *Narrabat vero etiam ipſis Panathenaea Athenienſium, in quibus Harmodius, & Ariſtogiton decantantur.* Quin, ne ſervis deinceps ea imponerentur, cavit edicto. Libanius Declam XXIX. Ὥσπερ τῶν ὀνόματων Ἁρμοδίου, καὶ Ἀριστογείτονος, ἔδοξεν ἡμῖν, μηδένα δοῦλον τοῖς τύραννον καθεστῶσι ποιεῖν ὁμώνυμον, *Quemadmodum item de nominibus Harmodii, & Ariſtogitonis viſum nobis fuit, ne quis ſervus diceretur eodem nomine; quo tyranni interfectores adpellati.* Herodes Atticus apud A. Gellium libro nono, capite ſecundo. *Maiores autem mei Athenienſes, nomina fortiſſimorum iuvenum, Harmodii, & Ariſtogitonis, qui, libertatis recuperandae gratia, Hippiam tyrannum interficere adorſi erant, ne unquam ſervis indere liceret, decreto publico ſanxerunt; quoniam nefas duce rent, nomina, libertati patriae devota, ſervili contagio pollui.* Praeter iſta, ſtatuis illos honoravit. Pauſanias in Atticis in deſcriptione Ceramici, Οὐ πόρρω δὲ ἑστᾶσιν Ἁρμόδιος, καὶ Ἀριστογείτων, οἱ κτείναντες Ἵππαρχον. *Non longe inde ſtatuae ſunt Harmodii, & Ariſtogitonis, qui Hipparchum occiderunt.* Plinius lib. XXXIV. cap. IV. *Athenienſes, neſcio an primi omnium, Harmodio, & Ariſtogitoni, tyrannicidis, ſtatuas poſuerunt. Hoc actum eſt eodem anno quo & reges Roma pulſi.* Vbi obſerva item tempus, quo hae ſtatuae collocatae; nempe id obtigit, quum deiiceretur regno Tarquinius Superbus, quod eſt factum Olymp. LXVIII. anno I. quum Ιſagoras archon eſſet; uti clarum ex Dionyſio Halicarnaſſeo lib. V. Itaque, quum Hipparchus fuerit interfectus Olymp. LXIV. anno IV. ut oſtendi capite ſuperiori, inter caedem, & honorem ſtatuarum, anni tredecim interſunt. Et quidem, honoris ergo, quum lapideas ceteris darent, his ex aere poſuerunt. Theodoretus Therap. VIII. Τιμητέον δὲ ἄρα καὶ τοὺς Πεισιστρατίδας, ὑπὸ Ἁρμοδίου, καὶ Ἀριστογείτονος ἐνδίκως ἀναιρεθέντας. ἀλλὰ τοὐναντίον ἔδρασαν οἱ Ἀθηναῖοι. τοὺς γὰρ ἀνελόντας, χαλκαῖς εἰκόσιν ἐτίμησαν, καὶ τῷ γένει τούτων ἀτέλειαν ἐδωρήσαντο. *Quocirca honorandi quoque erunt Piſiſtratidae, ab Harmodio, & Ariſtogitone iure interfecti, atqui contra ab Athenienſibus factum; ſiquidem interfectores ſtatuis aeneis honorarunt, & immunitatem poſteris conceſſerunt.* Inde eſt iſtud apud Plutarchum in Antiphonte lib. de X. Rhet. Γενομένης δὲ παρὰ πόσον ζητήσεως, τίς ἀρίστος ἐστὶ χαλκὸς, καὶ τῶν πολλῶν διαφερομένων, αὐτὸν εἰπεῖν· ἄριστον εἶναι, ἐξ οὗ Ἁρμόδιος, καὶ Ἀριστογείτων, πεποίωνται. *Quum inter pocula quaereretur, quodnam aes optimum eſſet, ac multorum diverſa eſſet ſententia, dixiſſe ipſum: illud optimum videri, e quo Harmodii, & Ariſtogitonis, ſtatuae factae eſſent.* Et quidem in foro, Lucianus in Paraſito. Τί δὲ, οὐχὶ καὶ Ἀριστογείτων, δημοτικὸς ὢν, καὶ πένης, ὥσπερ Θουκυδίδης φησὶ, παράσιτος ἦν Ἁρμοδίου; τί δὲ, οὐχὶ καὶ ἐραστής; ἐπιεικῶς γὰρ οἱ παράσιτοι καὶ ἐρασταὶ τῶν τρεφόντων εἰσίν. ὅτε τοίνυν ὁ παράσιτος τὴν Ἀθηναίων πόλιν τυραννουμένην εἰς ἐλευθερίαν ἀφείλετο. καὶ νῦν ἕστηκε χαλκοῦς ἐν τῇ ἀγορᾷ, μετὰ τῶν παιδικῶν. *Quid vero, an non & Ariſtogiton, qui popularis, & egenus, ut Thucydides commemorat, paraſitus erat Harmodii? numquid non etiam amator? ſiquidem conveniens plane eſt, ut hos paraſiti ament, a quibus aluntur: attamen paraſitus ille Athenienſium urbem, tyrannide oppreſſam, in libertatem vindicavit; eſtque nunc in foro ſtatua aenea eius, atque amaſii.* Et ante eum Ariſtoteles, Rhet. lib. I. cap. IX. Καὶ εἰς ὃν πρῶτον ἐγκώμιον ἐποιήθη. οἷον, εἰς Ἵππόλοχον, καὶ Ἁρμόδιον, καὶ Ἀριστογείτονα, τὸ ἐν ἀγορᾷ σταθῆναι. *Et in quem primum encomium factum eſt; ut in Hippolochum, & Harmodium, atque Ariſtogitonem, in foro poni.* Ariſtophanes in Concion.

——— εἰς τὴν ἀγορὰν καταστήσω.

Καταστήσασα παρ' Ἁρμοδίῳ, κληρώσω πάντας.

Vbi inſigniter hallucinatur eruditus interpres Latinus, qui, παρ' Ἁρμοδίῳ, vertit, *apud congruum*, quum debuiſſet, *apud Harmodii ſtatuam.* Factae autem aeneae etiam a Praxitele. Plinius lib. XXXIV. cap. VIII. *Praxiteles quoque marmore felicior, ideo & clarior fuit. Fecit tamen & ex aere pulcerrima opera, Harmodium, & Ariſtogitonem, tyrannicidas.* Aliae quoque erant, a Critia factae; antiquiſſimae, ab Antenore. Pauſanias loco citato, ubi de ſtatuis iſtis loquitur, Τῶν ἀνδριάντων οἱ μέν, εἰσι Κριτίου τέχνη· τοὺς δὲ ἀρχαίους, ἐποίησεν Ἀντήνωρ. *Ex ſtatuis iſtis illae quidem ſunt a Critia; veteres, Antenor fecit.* Veteres autem, quas Antenoris opus diximus, eae fuerint, quae a Xerxe, poſtquam urbem is cepiſſet, mox abductae, & remiſſae; poſt Darium debellatum, ab Alexandro. Arrianus de Expedit. Alex. lib. III. Πολλὰ δὲ ἄλλα κατελήφθη αὐτῷ, ὅτα Ξέρξης ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος ἄγων ἦλθε. τά τε ἄλλα, καὶ Ἁρμοδίου, καὶ Ἀριστογείτονος, χαλκαῖ εἰκόνες. καὶ ταύτας Ἀθηναίοις πέμπει πίσω Ἀλέξανδρος. *Multa praeterea alia ibi capta ſunt, quaecumque Xerxes e Graecia abduxerat; inter quae Harmodii, & Ariſtogitonis, ſtatuae: quas Athenienſibus poſtea remiſit Alexander.* Memoratque iterum lib. VIII. Alii, ab Antiocho factum; alii, a Seleuco, tradunt. Dico in Ceramico noſtro, cap. X. Ac manſere illae ſtatuae in multum tempus. ita ut Bruto quoque, & Caſſio, qui interfeciſſent Caeſarem, ſuas iuxta collocaverint, anno fere quingenteſimo, poſtquam iſtae conſtitutae. Dion Caſſius, ubi de utroque agit lib. XLVII. Καὶ αὐτὸς οἱ Ἀθηναῖοι λαμπρῶς ἐδέξαντο. καὶ εἰκόνας σφίσι χαλκᾶς παρά τε τὴν τοῦ Ἁρμοδίου, καὶ παρὰ τὴν τοῦ Ἀριστογείτονος, ὡς καὶ ζηλωταῖς αὐτῶν γενομένοις, ἐψηφίσαντο. *Ipſoſque Athenienſes ſplendide exceperunt; ſtatuaſque, propter Harmodii, atque Ariſtogitonis, quos fuiſſent aemulati, decreverunt.* Videndus quoque Xiphilinus, in Auguſto; & Zonaras Annal. II. Sed an primis honos iſte habitus fuit, uti aeneas acciperent, quum e lapides alifie-

fierent? Demosthenes dicit Orat. in Leptinem. Οὐ μόνον αὐτῷ (τῷ Κόνωνι) τὴν ἀτέλειαν ἔδωκαν οἱ τότε, ἀλλὰ καὶ χαλκῆν εἰκόνα, ὥσπερ Ἁρμοδίῳ, καὶ Ἀριστογείτονι, ἔστησαν πρώτῳ. *Non solum illi, (Cononi) immunitatem dederunt, qui tunc erant; sed & statuam ex aere: quemadmodum Harmodio, & Aristogitoni, statuerant primo.* Verum antea Solon habuit; ut ostendo ex hoc ipso Oratore, AEliano, aliisque, Ceramici cap. xvi. Ergo mendum est; & scribendum ἔστησαν πρότῳ. *Statuerunt antea.* Denique parentari illis etiam solitum a Polemarcho. Pollux lib. viii. cap. ix. sect. iv. Ὁ δὲ πολέμαρχος, θύει μὲν Ἀρτέμιδι Ἀγροτέρᾳ, καὶ Ἐνυαλίῳ· διατίθησί τε τὸν ἐπιτάφιον ἀγῶνα, τῶν ἐν πόλεμῳ ἀποθανόντων. καὶ τοῖς περὶ Ἁρμόδιον ἐναγίζει. *Polemarchus vero, sacra facit Dianae Venatrici, & Enyalio; tum certamen funebre ordinat, eorum qui in bello caesi: & Harmodio, atque Aristogitoni, parentat.* Nec contenti Athenienses ipsos tantum honorare; sed, ut tanti beneficii magnitudinem se agnoscere testarentur, in posteritate sua item obstricti. etiam posteros voluerunt: itaque dedere his immunitatem, primum in consessu locum, & in Prytaneo victum. Isaeus. Περὶ τοῦ Δικαιογένους κλήρου. Καὶ ἐβουλήθης μᾶλλον Δικαιογένους υἱὸς καλεῖσθαι, ἢ Ἁρμοδίου, καὶ Ἀριστογείτονος. ὑπεριδὼν μὲν τὴν ἐν Πρυτανείῳ σίτησιν, καταφρονήσας δὲ τῶν προεδριῶν, καὶ ἀτελειῶν, ἃ τοῖς ἐξ ἐκείνων γεγονόσι δέδοται. *Et maluisti Dicaeogenis filius dici, quam Harmodii, aut Aristogitonis; despiciens victum in Prytaneo, priores consessus, & immunitates, quae eorum posteris datae sunt.* De victu in Prytaneo, est Dinarchi quoque locus Oratione in Demosthenem. Καὶ τῆς ἐν Πρυτανείῳ σιτήσεως κεκοινωνηκότα τοῖς Ἁρμοδίῳ, καὶ Ἀριστογείτονι, ἀπογόνοις. *Et victum in Prytaneo consequutum communem cum Harmodii, & Aristogitonis posteris.* Immunitatis meminit pluries Demosthenes Orat. in Leptinem; & Theodoretus in citatis ante verbis. Denique, statum popularem ut deinceps tuerentur, adversus tyrannidem quovis modo adfectaturos, in columna Diophanti iusiurandum inscripserunt, quo promitterent, si quis aliquid in rep. adferenda passus aliquando foret, illa ipsa huic se daturos praemia, quae Harmodio, & Aristogitoni dedissent. Demosthenes Orat. in Leptinem. Ἀλλ' ἀναμνησθέντες τῶν καιρῶν, παρ' ὧν, εὖ πεπονθότες, εὖ πεποιήκατε τὰς εὐρομένους· καὶ τῆς Διοφάντου στήλης, περὶ ἧς εἶπε Φορμίων· ἐν ᾗ γέγραπται, καὶ ὀμώμοσαι· ἄν τις ἀμύνων τι πάθῃ τῇ δημοκρατίᾳ, τὰς αὐτὰς δώσειν δωρεὰς, ἅσπερ Ἁρμοδίῳ, καὶ Ἀριστογείτονι, καταψηφίσασθε τὸν νόμον. *Sed, recordati eorum temporum, quibus, adfecti beneficiis, gratiam iis retulistis, qui bene feciisse inventi essent; & columnae Diophanti, de qua Phormio dixit; in qua scriptum, & iureiurando confirmatum est, si cui evenerit quidquam pro republica propugnanti, eadem vos illi praemia daturos esse, quae Harmodio, & Aristogitoni; condemnate legem istam.* Inde est, quod Alcibiades ait, tyrannidis adfectatae accusatus apud Sopatrum, in Divis. Quaest. Ἀλλ' ἔγω, καὶ βούλεσθέ με τυραννεῖν. ἆρ' ἂν εἴασαν αἱ Ἁρμοδίου καὶ Ἀριστογείτονος δωρεαί.

A *Verum esto, & velitis me tyrannidem adfectare: an hoc siverint praemia Harmodii, & Aristogitonis?* Et Cononi eadem omnia tribuerunt, quod, devictis Lacedaemoniis, a tyrannide Athenienses liberasset. Demosthenes in citata iam Oratione in Leptinem. Οὐ μόνον αὐτῷ (τῷ Κόνωνι) τὴν ἀτέλειαν ἔδωκαν οἱ τότε. ἀλλὰ καὶ χαλκῆν εἰκόνα. ὥσπερ Ἁρμοδίῳ, καὶ Ἀριστογείτονι ἔστησαν πρότῳ. (ita enim ibi legendum, iam admonui) ἡγοῦντο γὰρ, οὐ μικρὰν τυραννίδα καὶ τοῦτον τὴν Λακεδαιμονίων ἀρχὴν καταλύσαντα, πεπαυκέναι. *Non tantum illi (Cononi) immunitatem dederunt, qui tunc erant; sed & statuam ex aere: quemadmodum antea Harmodio, & Aristogitoni. Putabant enim, eum, qui Lacedaemoniorum imperium evertisset, non parvam tyrannidem destruxisse.* Apsines de Arte Rhet. capite περὶ διηγήσεως. Γράφει τις Κόνωνα, μετὰ τῶν τειχῶν ἀνάστασιν, τῶν αὐτῶν τιμῶν Ἁρμοδίῳ, καὶ Ἀριστογείτονι, τυγχάνειν. Ita scribo; non, Ἁρμοδίωνι, καὶ A. *Decernit aliquis, ut Cononi, post murorum instaurationem, iidem honores concedantur, qui Harmodio, & Aristogitoni dati.*

CAP. XV.

Hippias, benignus hactenus, mox tyrannus esse incipit. Eius saevitia cum in omnes, tum in Aristogitonem, qui ipsius amicis omnibus, dum torquetur, nominatis, se egregie vindicavit; qua in re & Senecae locus explicatus, & Iustini error ostensus. Etiam in Leaenam quamdam meretricem, cui statua in arce posita sub imagine animalis. Polyaenus emendatur; Lactantii error indicatur. Legem fert de ostracismo; ac tributa varie auget. A Charmo amatur, qui Amoris item aram dedicavit. Athenaei, & Ioannis Salesberiensis error indicatus.

POst Hipparchum interfectum Hippias principatum tenuit; qui, accensus caede fratris, quum benignum sese valde ad id tempus praebuisset, vere tunc tyrannidem exercere coepit. Herodotus breviter indicat libro quinto cap. sexagesimo secundo. Ἱππίεω τυραννεύοντος, καὶ ἐμπικραινομένου Ἀθηναίοισι, διὰ τὸν Ἵππάρχου θάνατον. *Hippia tyrannidem exercente, & exacerbato in Athenienses ob Hipparchi mortem.* Et libro sexto capite centesimo vigesimo tertio. Τὰς Ἀθήνας οὗτοι ἔσαν οἱ ἐλευθερώσαντες πολλῷ μᾶλλον, ἤπερ Ἁρμόδιός τε καὶ Ἀριστογείτων, ὡς ἐγὼ κρίνω, οἱ μὲν γὰρ, ἐξηγρίωσαν τοὺς ὑπολοίπους τῶν Πεισιστρατιδέων, Ἵππαρχον κτείναντες. *Athenas illi quidem multo magis liberaverunt, quam Harmodius, & Aristogiton; quippe hi, acerbos magis Pisistratidarum reliquos effecere, quum Hipparchum occidissent.* Thucydides lib. vi. Τοῖς δ' Ἀθηναίοις χαλεπωτέρα μετὰ τοῦτο ἡ τυραννὶς κατέστη. καὶ ὁ Ἵππίας, διὰ φόβου ἤδη μᾶλλον ὤν, τῶν πολιτῶν πολλοὺς ἔκτεινε. *Post haec tyrannis Athenientibus asperior fuit; Hippiasque, magis sibi iam formidans, cives multos interfecit.* Certe hactenus optime potestatem suam exercuisse, & rempublicam laudabiliter administrasse, testis nobis est Pausanias in Atticis. Πεισί-

στρατ@, καὶ ὁ παῖς Ἱππίας, φιλάνδρωποι μᾶλλον, καὶ σοφώτεροι, τότε πολεμικὰ ἦσαν, καὶ ὅτα ἦκεν ἐς κοσμον τῶν πολιτῶν. ἐς ὃ, διὰ τὸν Ἵππάρχου θάνατον, Ἱππίας ἄλλα τε ἐχρήσατο θυμῷ, καὶ ἐς γυναῖκα, ὄνομα Λέαιναν. *Pisistratus, filiusque Hippias, humaniores multo, & sapientiores, omni etiam bellica, ac civili laude superiores fuerunt; donec Hippias, caeso Hipparcho, cum in alios iram exercuit, tum in feminam, cui Leaena nomen erat.* Et Thucydides libro sexto. Καὶ ἐπετήδευσαν ἐπιτηδεύσαν δὴ τύραννοι ἔτι ἀρετὴν, καὶ ξύνεσιν. *Ac profecto hi tyranni virtutem, & prudentiam, diutissime coluerunt.* Itaque Hippias hac de causa ab hoc tempore, saevus esse demum coepit. Inter primos Aristogitonem valde excruciavit. Meminit Thucydides libro sexto. Καὶ ὁ μὲν τὰς δορυφόρους τοιαῦτα διαφεύγει ὁ Ἀριστογείτων. ξυνδραμόντος δὲ τοῦ ὄχλου, καὶ ὕστερον ληφθεὶς, ὑπ' ἀρχὰς διετέθη. *Et Aristogiton quidem, quum per satellites effugisset, mox a turba concurrente comprehensus, parum leniter habitus fuit.* Verum ille egregie sane se est ultus accusatis inter tormenta omnibus eius amicis. Polyaenus libro primo capite vigesimo secundo. Ἀριστογείτων, ὑπὸ τῶν δωρυφόρων στρεβλουμένου, περὶ τῶν συνειδότων, τῶν μὲν συνειδότων ὡμολόγησεν οὐδένα. πάντας δὲ τοὺς Ἱππίου φίλους κοινωνῆσαι τῆς ἐπιθέσεως. ὁπότε δὲ τούτους Ἱππίας ἀπέκτεινεν, ὁ Ἀριστογείτων ὠνείδισεν αὐτῷ τὸ κατὰ τῶν φίλων στρατήγημα. *Aristogiton, a stipatoribus cruciatus, uti conscios indicaret, de consciorum quidem nullo est confessus, sed amicos Hippiae omnes, ceu participes insidiarum accusavit, quos, quum Hippias occidisset, strategema Aristogiton exprobravit.* Hunc Aristogitonem intelligit, non Zenonem Eleatem, ut vir magnus arbitratur, Seneca De Ira libro secundo capite vigesimo tertio. *Notus est ille tyrannicida, qui, imperfecto opere comprehensus, & ab Hippia tortus, ut conscios indicaret, circumstantes amicos tyranni nominavit, quibus quam maxime caram salutem eius sciebat. Et, quum ille singulos, ut nominati erant, occidi iussisset, interrogavit: Ecquis supereſſet? tu, inquit, solus; neminem enim alium, cui carus esses, reliqui. Effecit ira, ut tyrannus tyrannicidae manus commodaret, & praesidia sua gladio suo caederet* Narrant quidam, accusatis omnibus tyranni amicis, occisisque, adiecisse, esse etiam, quae in aurem dicere vellet; quumque is eam adhiberet, ceu arcanum auditurus, ipsum adripuisse mordicus, nec prius, quam demordisset, dimisisse. Diogenes Laertius in Zenone Eleate, libro nono capite vigesimo sexto. Καθελεῖν δὲ θελήσας Νέαρχον, τὸν τύραννον, οἱ δὲ, Διομέδοντα, συνειλήφθη, καθά φησιν Ἡρακλείδης, ἐν τῇ Σατύρου Ἐπιτομῇ. ὅτε καὶ ἐξεταζόμενος τοὺς συνειδότας, καὶ περὶ τῶν ὅπλων, ὧν ἦγεν εἰς Λιπάραν, πάντας ἔφη αὐτῷ τοὺς φίλους αὐτὰ ταῦτα συνειδέναι. βουλόμενος αὐτὸν ἔρημον καταστῆσαι. εἶτα περί τινων ἐπῶν ἔχειν τινὰ εἰπεῖν αὐτὸ πρὸς τὸ οὖς, καὶ δακὼν, οὐκ ἀνῆκεν, ἕως ἂν ἀπεκεντήθη· ταυτὸν Ἀριστογείτονι τῷ τυραννοκτόνῳ παθών. *Quum vero tyrannum Nearchum, quem Diomedontem quidam dictum volunt, interficere voluisset, comprehensus est, uti auctor est Heraclides in Satyri Epitome. Quo tempore quum de conscius, atque armis, quae in Liparam intulisset, inquireretur, omnes illius amicos, destitutum ab ipsis cupiens nominavit; deinde addens, esse insuper nonnulla, quae in aurem dicere vellet, eam, mordicus adreptam, non dimisit, antequam amputaret; plane, atque olim tyrannicida Aristogiton.* Errat graviter Iustinus, qui haec tamquam de Harmodio nobis tradit libro secundo capite nono. *Diocles (is est, quem Hipparchum alii omnes nominant) alter ex (Pisistrati) filiis, per vim stuprata virgine, a fratre puellae interficitur. Alter Hippias nomine, quum paternum imperium teneret, interfectorem fratris comprehendi iubet, qui quum per tormenta conscios caedis nominare cogeretur, omnes amicos tyranni nominavit; quibus interfectis, quaerenti tyranno, an adhuc aliqui conscii essent; neminem ait supereſse, quem amplius mori gestiat, quam ipsum tyrannum, qua voce, eiusdem se tyranni victorem, post vindictam pudicitiae sororis ostendit.* Non his quidem Harmodium nominat, verum indicat; quum sororis pudicitiae vindicem fuisse dicit; nam, quae contumeliam passa, Harmodii soror, non Aristogitonis erat. Eadem saevitia in Leaenam meretricem usus traditur; quae, ne quemquam nominare cogeretur, linguam sibi ipsa demordit. Eusebius in Chron. Can. Ἁρμόδιος, καὶ Ἀριστογείτων, ἀνεῖλον Ἵππαρχον τύραννον. καθ' ὃς Λέαινα ἡ ἑταῖρα, ὑπ' αὐτῶν ἐταζομένη κατασιῶν τοὺς συνωμότας, τὴν ἑαυτῆς ἀπέτρηξε γλῶσσαν. Quae sic vertit Hieronymus. *Harmodius, & Aristogiton Hipparchum tyrannum interfecerunt; & Leaena meretrix, amica eorum, quum tormentis cogeretur, ut socios proderet, linguam suam mordicus amputavit.* Athenaeus lib. XIII. Ἔνδοξος δέ ἐστι καὶ Λέαινα ἡ ἑταῖρα, Ἁρμοδίου ἐρωμένη τοῦ τυραννοκτονήσαντος. ἥ τις καὶ αἰκιζομένη ὑπὸ τῶν περὶ Ἵππίαν τὸν τύραννον, οὐδὲν ἐξειποῦσα, ἐναπέδακε τοῖς βασάνοις. *Clara est & Leaena meretrix, Harmodii tyrannicidae amica; quae ab Hippia tyranno cruciata, quum nihil revelasset, inter tormenta exspiravit.* Cuius rei ergo statua ipsi sine lingua in vestibulo arcis posita, imagine leaenae animalis. Polyaenus libro octavo capite quadragesimo quinto. Ἀριστογείτων, καὶ Ἁρμοδίου, πῶς ἐπέθεντο τοῖς τυράννοις, οὐδεὶς Ἑλλήνων ἀγνοεῖ. ἦν γὰρ Ἀριστογείτονι ἑταίρα ὄνομα Λέαινα· Ἱππίας, τὴν Λέαιναν συλλαβὼν, ἐβασάνισεν, ἐφ' ᾧ τε ἐξειπεῖν τοὺς κοινωνήσαντας τῆς ἐπιθέσεως· ἡ δὲ, πλεῖστον ὅσον ἀντεῖχεν. ἐκνικωμένη δὲ ὑπὸ τῶν βασάνων, ἵνα μὴ ἐξείποι, αὐτὴ τὴν αὐτῆς γλῶτταν ἀπέδωκεν. Ἀθηναῖοι, τὴν ἑταίραν τιμῆσαι θέλοντες, αὐτὴν μὲν οὐκ ἔσησαν ἐν ἀκροπόλει. τὸ δὲ ζῶον τὴν λέαιναν χαλκῆν δημιουργήσαντες, ἀνέθηκαν. εἴ τις ἀνῆλθεν εἰς ἀκρόπολιν, ἑώρακεν ἐν τῷ προπυλαίῳ τὴν λέαιναν χαλκῆν, γλῶσσαν οὐκ ἔχουσαν, ὑπόμνημα τοῦ διηγήματος. *Aristogiton, & Harmodius, quomodo tyrannos invaserint, nemo Graecorum ignorat. Erat scortum Aristogitoni nomine Leaena. Illam Hippias comprehensam quaestioni mox subiecit, ut complices coniurationis diceret. Et ipsa quidem, quantum potuit, restitit plurimum; verum per cruciatus victa, ne quem proderet, lin-*

linguam ſibi ipſa demordit. Athenienſes, meretricem honorare cupientes, ipſam quidem non in arce collocarunt, ſed leaena animali ex ære facta, hanc pro ea poſuerunt. Si quis arcem eſt ingreſsus, is leaenam aeneam vidit in veſtibulo ſine lingua, rei eius, quae narratur, monumentum. Sed legendum eſt, τὴν αὐτῆς γλῶσσαν ἀπέδακεν. *Linguam ſibi ipſa demordit*, ut iam verti. Nimis longe a recepta lectione Vir magnus abit, qui ἀπέκοψεν, vel ἀπέστυσεν reponendum eſſe cenſet. Meminit Lactantius libro primo capite vigeſimo. *Exemplum ſcilicet Athenienſium in ea figuranda Romani ſequuti ſunt; apud quos meretrix quaedam, nomine Leaena, quum tyrannum occidiſset, quia nefas erat, ſimulacrum conſtitui meretricis in templo, animalis effigiem poſuerunt, cuius nomen gerebat.* Sed in eo errat, quod tyrannum a Leaena caeſum dicat; quum id Ariſtogitoni, & Harmodio patratum. Vide plura hac de re Cecropiae noſtrae capite nono. Praeter iſta, poſt Hipparchi quoque caedem factum exiſtimo, ut de oſtraciſmo legem, quod nonnulli volunt, ferret. Horaclides refert in Excerptis de Rebuspublicis. Ἱππίας δὲ, πικρότερον ἐτυράννει, καὶ τὸν περὶ ὀστρακισμοῦ νόμον εἰσηγήσατο. *Hippias vero, acerbius tyrannidem exercuit, & de oſtraciſmo legem introduxit.* Tributa quoque in immenſum varie auxit; quum antea, ut ſupra dictum, vigeſimam dumtaxat penderent. Tabulata, quae in ſummis aedibus erant, in vias publicas prominentia, quique ante aedes gradus, per quos in tabulata illa aſcendebant, & praeſepimenta aedium, ianuaſque, quae, quum aperiendae eſſent, foras propulſari debebant, redimere iuſſit. Ariſtoteles Oeconom. lib. ſecundo. Ἱππίας ὁ Ἀθηναῖος τὰ ὑπερέχοντα τῶν ὑπερῴων εἰς τὰς δημοσίας ὁδοὺς, καὶ τοὺς ἀναβαθμοὺς, καὶ τὰ προφράγματα, καὶ τὰς θύρας, τὰς ἀνοιγομένας ἔξω, ἐπώλησεν· ὠνοῦντο δ' ὧν ἦν τὰ κτήματα. *Hippias Athenienſis ſumma aedium tabulata, quae in vias publicas prominerent, item gradus, etiam praeſepimenta, ianuaſque, quae exterius aperirentur, vendidit; emebantque, qui poſſidebant.* Nummum quoque, quo tamdiu uſi eſſent, improbum pronuntiavit, pretioque conſtituto, ad ſe eum adferre iuſſit; quumque ad monetam aliam feriendam conveniſſent, idem argentum ipſis dedit, tum qui trierarchiae munus, tribuumve praefecturae ſuſtinere tenerentur, aut choragicos ſumtus facere, pretium ſtatuit, quod perſolverent, qui immunes eſſe vellent, inſuper, Minervae quoque ſacerdoti, quae in arce, ut choenicem hordei ferrent, ac frumenti item alterum, obolumque, quum denatus aliquis foret; & tantumdem, ſi cui puer natus eſſet. Ariſtoteles ibidem de eodem. Τό τε νόμισμα, τὸ ὂν Ἀθηναίοις, ἀδόκιμον ἐποίησε· τάξας δὲ τιμὴν, ἐκέλευσε πρὸς αὐτὸν ἀνακομίζειν. συνελθόντων δὲ ἐπὶ τῷ κόψαι ἕτερον χαρακτῆρα, ἐξέδωκε τὸ αὐτὸ ἀργύριον. ὅσοί τε τριηραρχεῖν, ἢ φυλαρχεῖν, ἢ τινα εἰς ἑτέραν λειτουργίαν τοιαύτην ἤμελλον δαπανᾶν, τίμημα τάξας μέτριον, ἐκέλευσε τὸν βουλόμενον, ἀποτίσαντα τοῦτο, ἐγγράφεσθαι εἰς τοὺς λελειτουργηκότας. τῇ τε ἱερείᾳ τῇ τῆς Ἀθηνᾶς, τ' ἐν ἀκροπόλει, ὑπὲρ τοῦ ἀποθανόντος, φέρειν χοίνικα κριθῶν, καὶ πυρῶν ἑτέραν, καὶ ὀβολόν. καὶ ὅτῳ ἂν παιδάριον γένηται, τὸ αὐτὸ τοῦτο. *Nummum, quo Athenienſes utebantur, improbum fecit, pretioque conſtituto, iuſſit, ut ad ſe deferrent; quumque ad ſignum aliud feriendum conveniſſent, idem his argentum dabat; quotquot etiam ad triremium, tribuumve praefecturam, aut impenſam quoque in ludos, aliudve aliquod munus iſtiuſmodi tenerentur, poſito mediocri pretio, qui perſolvere illud vellent, ii mox inter defunctos referrentur, ac Minervae ſacerdoti, quae in arce, pro denato hordei choenicem pendere, & frumenti item alterum, obolumque; & tantumdem, ſi cui puer natus eſſet.* Amaſſe eum, adhuc amabilem, nec tyrannum ob caedem fratris, imo iuvenem, Charmus fertur; ipſe Piſiſtrato patri amatus, uti ſupra indicavi capite nono; quin & iuxta Academiam, pariter atque ille fecerat, ſimulacrum quoque Amoris dedicaſſe. Athenaeus libro decimoquarto. Συνέβη δὲ, ὥς φησι, τὸν Χάρμον ἐρασθῆναι τοῦ Ἱππίου γενέσθαι, καὶ τὸν πρὸς Ἀκαδημίᾳ Ἔρωτα ἱδρύσασθαι πρῶτον. *Accidit vero, uti ait, ut Hippiam amaret Charmus, & Amorem primus iuxta Academiam dedicaret.* Sed Athenaeum ego lapſum hic exiſtimo; nam aram Amori Charmus poſuit iuxta ſimulacrum illud, quod Piſiſtratus dedicaverat. Pauſanias in Atticis. Πρὸ δὲ τῆς εἰσόδου τῆς ἐς Ἀκαδημίαν, ἐστὶ βωμὸς Ἔρωτος, ἔχων ἐπίγραμμα, ὡς Χάρμος Ἀθηναίων πρῶτος Ἔρωτι ἀνάθειη. *Ante introitum in Academiam eſt ara Amoris, quae inſcriptionem habet, tamquam primus Athenienſium Charmus eam dedicaſſet.* Sane arae huius meminit Apuleius libro De Dogm. Plat. *Somnium etiam Socratis circumferunt; nam vidiſſe ſibi viſum eſſe cycni pullum, ex altari, quod in Academia cupidini conſecratum eſt, volaſſe, & in eius gremio reſediſſe.* Meminit quoque Ioannes Salesberienſis Polycratici, libro quinto capite decimoſexto, ſed memoriae in eo falſus, quod hanc Veneris potius dicit, quam Amoris, ut oſtendo in Ceramico capite vigeſimoquinto.

CAP. XVI.

Quamdiu tyrannidem tenuerit; ac quo modo demum eiectus. Pythia perſuaſa ab Alcmaeonidis, in quibus Cliſthenes praecipuus, Lacedaemoniis, ut Athenas liberarent, inculcat. Ariſtophanes explicatus. Lipſydrii munitio, & expugnatio. Alcmaeonidarum ſtrages, & in eam carmen ſcholium. Euſtathii locus emendatus, & Heſychii. Λυκόποδες *Alcmaeonidae. Herodotus a Plutarcho reprehenſus. Lacedaemoniorum conatus unus fruſtra, in quo caeſus Anchimolius, alter felix, quo Athenae in libertatem vindicatae, Theſſalique profligati. Liberi Piſiſtratidarum caſu intercepti. Athenienſium in eos decretum, odiumque diuturnum, & implacabile.*

SEd, ut nullum violentum diuturnum, ita neque Hippiae tyrannis iſta, nam trien-

nio ſolo potens, anno quarto eiectus fuit. Herodotus quadriennium tribuit libro quinto capite quinquageſimo quinto. Ἐπὶ Ἱππάρχου, τὸν Πεισιστράτου, Ἱππίεω δὲ τοῦ τυράννου ἀδελφεὸν, κτείνυσι Ἀριστογείτων καὶ Ἁρμόδιος, μετὰ ταῦτα ἐτυραννεύοντο Ἀθηναῖοι ἐπ' ἔτεα τέσσαρα. *Poſtquam Hipparchum Piſiſtrati filium, Hippiae vero tyranni fratrem, Ariſtogiton, & Harmodius occiderunt, quatuor deinde annos Athenienſes ſub tyrannide exegerunt.* At non toti quatuor erant; quarto enim, uti dixi, inchoato, non completo eiectus fuit. Thucydides libro ſexto. Τυραννεύσας δὲ ἔτη τρία Ἱππίας ἔτι Ἀθηναίων, καὶ παυσθεὶς ἐν τῷ τετάρτῳ ὑπὸ Λακεδαιμονίων, καὶ Ἀλκμαιωνιδῶν. *Quum triennium tyrannidem deinceps Hippias tenuiſſet, & quarto anno a Lacedaemoniis, Alcmaeonidiſque eiectus eſſet.* Plato in Hipparcho. Καὶ, ἀποθανόντος (τοῦ Ἱππάρχου) τρία ἔτη ἐτυραννεύθησαν Ἀθηναῖοι ὑπὸ τοῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ Ἱππίου. *Et caeſo Hipparcho, Athenienſes per triennium vixere ſub tyrannide Hippiae eius fratris.* Verum quonam modo eiectus enarrabo. Alcmaeonidae patria ob tyrannidem profugi, ſe Lipſydrium contulerunt, idque etiam munierunt; inde adverſus Piſiſtratidas nihil non comminiſcentes, poſtquam tamdem templum Delphis aedificandum conduxiſſent, homines admodum opulenti, valde id praeclare efficiunt. Itaque ſedentes Delphis, Pythiae, ut ferebatur perſuaſere, quoties illuc Lacedaemonii advenirent, publico, aut privato nomine, ut Athenas eſſe liberandas diceret. Herodotus lib. v. cap. LXII. Ἱππίεω τυραννεύοντος, καὶ ἐμπικραινομένου Ἀθηναίοισι, διὰ τὸν Ἱππάρχου θάνατον, Ἀλκμαιωνίδαι, γένος ἐόντες Ἀθηναῖοι, καὶ φεύγοντες Πεισιστρατίδας, ἐπεί τε σφι, ἅμα τοῖσι ἄλλοισι Ἀθηναίων φυγάσι, πειρωμένοισι κατὰ τὸ ἰσχυρὸν, οὐ προεχώρεε κάθοδος, ἀλλὰ προσέπλαιον μεγάλως, πειρωμένοι κατιέναι τε καὶ ἐλευθεροῦν τὰς Ἀθήνας, Λιψύδριον, τὸ ὑπὲρ Παιονίης, τειχίσαντες, ἐνθαῦτα οἱ Ἀλκμαιωνίδαι πᾶν ἐπὶ τοῖσι Πεισιστρατίδῃσι μηχανώμενοι, παρ' Ἀμφικτυόνων τὸν νηὸν μισθοῦνται, τὸν ἐν Δελφοῖσι, τὸν νῦν ἐόντα, τότε δὲ οὔκω, τοῦτον ἐξοικοδομῆσαι. οἷα δὲ χρημάτων εὖ ἥκοντες, καὶ ἐόντες ἄνδρες δόκιμοι ἀνέκαθεν ἔτι, τόν τε νηὸν ἐξεργάσαντο τῷ παραδείγματι κάλλιον, τάτε ἄλλα, καὶ, συγκειμένου σφι Πωρίνου λίθου ποιέειν τὸν νηὸν, Παρίου τὰ ἔμπροσθεν αὐτοῦ ἐξεποίησαν. ὡς ὦν δὴ οἱ Ἀθηναῖοι λέγουσι, ἔτοι οἱ ἄνδρες, ἐν Δελφοῖσι κατήμενοι, ἀνέπειθον τὴν Πυθίην χρήμασι, ὅκως ἔλθοιεν Σπαρτιητέων ἄνδρες εἴτε ἰδίῳ σόλῳ, εἴτε δημοσίῳ χρησόμενοι, προφέρειν σφι, τὰς Ἀθήνας ἐλευθερῶν. *Quum tyrannidem Hippias teneret, &, ob interfectum Hipparchum, Athenienſibus admodum infenſus eſſet, Alcmaeonidae, genere Athenienſes, &, ob Piſiſtratidas profugi, poſtquam cum exulibus ceteris varie reditum pro virili & tentaſſent, & conatu excidiſſent, neque Athenas liberare potuiſſent, Lipſydrium ſupra Paeoniam munierunt. Illic adverſus Piſiſtratidas quidvis etiam machinati, templum Delphis, quod nunc illic, ſed tunc plane non exſtabat, ab Amphictyonibus item exſtruendum redemerunt. Atque, ut erant opulenti, & ſpectati, inde uſque a maioribus, templum ſupra exemplum ſtruunt, tum in aliis, tum in eo, quod, quum e Porino lapide templum ſtruere tenerentur, partem eius anteriorem e Pario fecerint. Hac de cauſa, ut Athenienſes aiunt, illi Delphis commorantes, cum pecunia Apollinis Pythii ſacerdotem corrupiſſent, perſuaſerunt, quoties iſthic Lacedaemonii advenirent publice miſſi, aut negotii ſui cauſa, de Athenis liberandis, ut ſermonem ipſis ferrent.* Meminit etiam Demoſthenes Orat. in Mediam. Ἐκεῖνος γὰρ, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, λέγεται πρὸς πατρὸς μὲν, Ἀλκμαιωνιδῶν εἶναι· τούτους δέ φασιν, ὑπὲρ τοῦ δήμου στασιάσαντας ἐκπεσεῖν· καὶ δανεισαμένους χρήματα ἐκ Δελφῶν, ἐλευθερῶσαι τὴν πόλιν, καὶ τοὺς Πεισιστράτου παῖδας ἐκβαλεῖν. *Nam is paternum quidem genus ab Alcmaeonidis ducere fertur; quos aiunt, mota pro libertate populi contra tyrannos ſeditione, in exilium actos eſſe: &, pecuniam Delphis mutuatos, liberaſſe civitatem, eiectis Piſiſtrati filiis.* Et Themiſtius Orat. XIII. Καὶ Δελφῶν μὲν (τοῦ ἱεροῦ) ἐξ ἀρχῆς Ἀμφικτύονες κτίσαι, καὶ εὑρεταὶ ἐγένοντο· ποιμένος τινὸς ἐν τῷ Παρνάσσῳ ἐκ Κασταλίας τῷ μαντικῷ πνεύματι κατασχομένου. καὶ χρόνῳ ὕστερον ἐξεμισθώσαντο Ἀλκμαιωνίδαι τὸ ἔργον φεύγοντες Ἀθήνηθεν Πεισιστρατίδας. *Ac Delphorum quidem (templi) initio Amphictyones & conditores, & inventores, exſtiterunt, quum forte paſtor quidam apud Parnaſſum ex Caſtalia fatidico ſpiritu correptus eſſet; poſtea Alcmaeonidae Athenis profugi ob Piſiſtratidas, opus faciendum redemerunt.* Inter Alcmaeonidas vero, Pythiam qui corrupiſſe ferebantur, Cliſthenes tunc eminebat. Herodotus poſtea eodem libro capite ſexageſimo ſexto. Ἀθῆναι, ἐοῦσαι πρὶν μεγάλαι, τότε, ἀπαλλαχθεῖσαι τυράννων, ἐγένοντο μέζονες. ἐν ᾗ αὐτοῖσι δύο ἄνδρες ἐδυνάστευον, Κλεισθένης τε, ἀνὴρ Ἀλκμαιωνίδης, ὥσπερ δὴ λόγος ἔχει, τὴν Πυθίην ἀναπεῖσαι· καὶ Ἰσαγόρης, ὁ Τισάνδρου. *Athenae antea quidem magnae, tunc tyrannis liberatae, maiores erant. In illis vero duo viri poteſtate excellebant, Cliſthenes, vir Alcmaeonides, qui Pythiae perſuaſiſſe dicitur; & Iſagoras Tyſandri filius.* Hinc intelligendus Comicus in Lyſiſtrata verſiculo ſexcenteſimo vigeſimo primo &c.

Καὶ μάλιστ' ὀσφραίνομαι τῆς Ἱππίου τυραννίδος.
Καὶ πάνυ δέδοικα, μὴ
Τῶν Λακώνων τινὲς,
Δεῦρο συνελθόντες
Ἄνδρες ἐκ Κλεισθένους.
Τὰς θεοῖς ἐχθρὰς γυναῖκας ἐξεπαίρωσιν δόλῳ.

Maxime haec olent mihi nunc Hippiae tyrannidem,
Quin metuo prorſus, ne
Laconum quidam,
Huc ſimul venientes,
Viri a Cliſthene miſſi,
Inviſas diis mulieres incitent dolo.

Falluntur viri docti, qui haec capiunt de eo Cliſthene, quem perſtringit alias paſſim in Nebulis, Ranis, Acharnenſibus, Veſpis. Sed Lipſydrium poſtea a Piſiſtratidis expugnatum eſt, & ex Alcmaeonidis multi interfecti, in quos etiam ſcolium cantari coeptum refert Suidas, qui ſupra Parnethem ponit, non Paeoniam. Ἐπὶ Λειψυδρίῳ μάχη. χωρίον ὑπὲρ τῆς Πάρνηθος, ὃ ἐτείχισαν οἱ φυγάδες τῶν τυράννων, ὧν οἱ Ἀλκμαιωνίδαι προεκήκεσαν. ἐκπο-

ἐκπολιορκηθέντων δ' αὐτῶν ὑπὸ τ περὶ Πϕσίστρατον, σκολιὸν εἰς αὐτοὺς ᾄδετο. Αἱ αἱ Λϕψύδριον προδοσέταιρον, οἵους ἄνδρας ἀπώλεσας, μαχέσθαι τ' ἀγαθοὺς, κ) εὐπατρίδας, ὁπότ' ἔδειξαν, οἵων πατέρων ἦσαν. *In Lipsydrio pugna. Locus supra Parnethem, quem munierant, qui ob tyrannos urbe profugerant, inter quos praecipui erant Alcmaeonidae. Sed quum ibi a Pisistratidis expugnati essent, scolium cani in ipsos coeptum est. Heu, heu, Lipsydrium, socios prodens, quales viros perdidisti, manu promtos, nobilique genere natos; quum ostenderent, quibus maioribus orti essent.* Videndus idem in Λυκόποδες, & Etymologici Auctor in ἐπὶ Λειψυδρίῳ μάχη. Eustathius quoque ad Iliad. δ'. ubi corrupte hodie editur, Η'ν δὲ Λειψύδριόν, ϕασι, χωρίον ὑπὲρ τῆς Σπάρτης, ὃ ἐτείχισαν οἱ ϕυγάδες τῶν τυράννων. *Erat vero Lipsydrium, ut aiunt, locus supra Spartam, quem munierant, qui ob tyrannos exulabant.* Restitue, ὑπὲρ τ Πάρνηθ@, *supra Parnethem*. Etiam Hesychius meminit, sed corruptis itidem verbis. Λϕψύδριον, χωρίον τι, ὑπὲρ Πάρνηθ@, ὃ ἐτείχισαν Α'λκμαίων. Rescribe, ὃ ἐτείχισαν Α'λκμαιωνίδαι. Aristophanes in Lysistrata vers. 668. &c.

Α'λλ' ἄγετε λυκόποδες.
Οἵπερ διὰ Λειψύδριον
Η''λθομεν, ὅτ' ἦμυ ἔτι.
Verum agite Lupipedes,
Qui simul in Lipsydrium
Venimus alacriter.

Vbi Λυκόποδες adpellantur Alcmaeonidae. Hesychius. Λυκόποδες, οἱ Α'λκμαιωνίδαι. ὡς μέν τινες, διὰ τὴν τῶν ποδῶν λευκότητα, ἦσαν γὰρ ἀεὶ ὑποδεδεμένοι. *Lupipedes, Alcmaeonidae, ut quidam aiunt, quod albis essent pedibus, utpote semper calceati.* Suidas. Α'ριϛοφάνης, ἐν Λυσιϛράτῃ, τὺς Α'λκμαιωνίδας (λυκόποδάς) ϕησιν. ἔτοι γαρ, πόλεμον ἀράμενοι πρὸς Ι'πωίαν τ τύραννον, κ) τὺς Πϕσιϛράτυ υἱεῖς, ἐτείχισαν Λϕψύδριον, τὸ ὑπὲρ Πάρνηθ@. εἰς ὅπερ συνῆλθόν τινες τ ἐκ τῦ ἄϛε@, ὥς ϕησιν Α'ριϛοτέλης, ἐν Α'θηναίων πολιτέᾳ. *Aristophanes in Lysistrata, Alcmaeonidas lupipedes adpellat. Illi enim, quum bellum suscepissent adversus Hippiam tyrannum, & Pisistratidas, Lipsydrium communierunt supra Parnethem; in quod quidam e civibus convenerant; ut auctor est Aristoteles in Republica Athenienſium.* Carmen Scolium, quod, Lipsydrio expugnato, cani coeptum, memoratur inter alia etiam apud Athenaeum libro decimo quinto. De corrupta Apollinis Pythii sacerdote, id Plutarchus mendacium dicit, & malignitatem Herodoti libro proprio istis verbis. Ε'ν δὲ τῇ πέμπτῃ, τ ἀρίϛων Α'θήνησι κ) πρώτων ἀνδρῶν Κλεισθένη μὲν ἀνατῖσαί ϕησι τὴν Πυθίαν ψευδόμαντιν γενέσθαι, προφέρουσαν ἀεὶ Λακεδαιμονίοις, ἐλευθερῦν ἀπὸ τ τυράννων τὰς Α'θήνας· καλλίϛῳ μὲν ἔργῳ, κ) δικαιοτάτῳ, προσάπλων ἀσεβήματ@ διαβολὴν τηλικύτυ, κ) ῥαδιουργήματ@, ἀϕαιρέμῳ@ δὲ τῦ Θεῦ μαντείαν καλὴν κ) ἀγαθὴν, κ) τῆς λεγομένης συμπροϕητεύειν Θέμιδ@ ἀξίαν. *Et libro quinto de praestantissimis Athenienſium, ac primoribus, Clysthenem ait persuasisse Pythiae, ut falsa esse vates vellet, semper oggerens Lacedaemoniis, de Athenis a tyrannide liberandis; facto pulcerrimo, ac iustissimo, tanti sceleris calumniam, & impostura adnectens; adimens deo vaticinium honestum, ac bonum, & dignum Themide, quae cum ipso oracula dare memoratur.* Lacedaemonii autem, ut oraculo idem semper inculcanti morem gererent, Anchimolium tandem mittunt, classe instructum; isque copias quum Phalerum adpulisset, mox educit. Gnari illud Pisistratidae, advocatis e Thessalia auxiliis, & acceptis mille equitibus, cum eorum rege Cinea, agrum totum Phalerensem, uti equitari posset, planum faciunt; inde illac equitatu in hostem misso, Anchimolium occidunt, ceteraque eius copias partim delent, partim in naves repellunt. Herodotus loco citato. Λακεδαιμόνιοι δὲ, ὡς σϕι αἰεὶ τῳὐτὸ πρόϕαντον ἐγένετο, πέμπυσι Α'γχιμόλιον, τὸν Α''σερ@, ἐόντα τῶν ἀσῶν ἄνδρα δόκιμον, σὺν ϛρατῷ, ἐξελῶντα Πϕσιϛρατίδας ἐξ Α'θηναίων, ὅμως κ) ξεινίυς σϕι ἐόντας ταμάλιϛα. τὰ γὰρ τῦ Θεῦ προσβύτερα ἐποιεῦντο, ἢ τὰ τῶν ἀνδρῶν. πέμπυσι δὲ τύτυς κατὰ θάλασσαν πλοίοισι. ὁ μὲν δὴ, προσχὼν ἐς Φάληρον τὴν ϛρατιὴν, ἀπέβησε. οἱ δὲ Πϕσιϛρατίδαι, προπυνθανόμυοι ταῦτα, ἐπεκαλέοντο ἐκ Θεσσαλίης, ἐπικυρίην· ἐπεποίηντο γάρ σϕι συμμαχίη πρὸς αὐτύς. Θεσσαλοὶ δέ σϕι δεομένοισι, ἀπέπεμψαν, κοινῇ γνώμῃ χρεώμυοι, χιλίην τε ἵππον, κ) τ βασιλῆα τὸν σϕέτερον Κινέην, ἄνδρα Κονιαῖον. τὺς ἐπεί τε ἔσχον συμμάχυς οἱ Πϕσιϛρατίδαι, ἐμηχανέατο τοιάδε. κείραντες τ Φαληρέων τὸ πεδίον, κ) ἱππάσιμον ποιήσαντες τῦτον τὸν χῶρον, ἐπῆκαν τῷ ϛρατοπέδῳ τὴν ἵππον. ἐμπεσῦσα δὲ, διέϕθειρε ἄλλυς τε πολλὺς τ Λακεδαιμονίων, κ) δὴ καὶ τὸν Α'γχιμόλιον. τὺς δὲ περιχυμένυς αὐτέων ἐς τὰς νέας κατέξαν· ὁ μὲν δὴ πρῶτ@ ϛόλ@ ἐκ Λακεδαίμον@ ὕτω ἀπήλλαξε. *Lacedaemonii autem, quum idem semper ipsis diceretur, mittunt Anchimolium, Asteris filium, virum inter cives spectatum, cum exercitu, expulsurum Pisistratidas Athenis, quamquam admodum amicos; sed divina illi humanis potiora habuere. Mittunt vero eos mari cum navigiis; quibus postquam ad Phalerum Anchimolius adpulisset, statim exscendit. Quod quum antea resciviſſent Pisistratidae, copias auxiliares e Thessalia, cum qua foedus ipsis erat, advocarunt; Thessalique postulantibus, communi decreto, mille equites, Cineamque Coniaeum regem suum submisere; quibus acceptis, Pisistratidae id commenti sunt; agrum totum Phalerensem, uti equis commodus esset, complanarunt; inde in hostem equitatum immiserunt; isque, facto statim impetu, cum ingentem Spartanorum stragem edidit, tum occidit Anchimolium; ceteros, qui superfuere, ad naves suas repulerunt. Atque hic exitus primae Lacedaemoniorum expeditionis fuit.* Sed accensis clade animis iterum fortunam belli experiri visum fuit; itaque Cleomene duce novas copias terra mittunt; quae in ipso Atticae limite, cum Thessalico equitatu acriter manum' conserentes, profligatum ita omnino dissiparunt, ut quibusdam quadraginta interfectis, reliqui fugam recta in Thessaliam caperent. Inde ad urbem motis castris, Pisistratidas Cleomenes intra murum Pelasgicum compellit. Sed, quum neque obsidere Lacedaemoniis animus esset, & de cibo Pisistratidae, ac potu etiam satis sibi

bi prolpexiſſent, moxque Spartam retro abirent, caſus incidit, qui evertit Piſiſtradidas. Liberos a ſe amotos extra Atticam ad confoederatos alios amandarant; qui quum intercepti eſſent, ut redimere eos poſſent, non conditio ulla data eſt, quam ut Attica intra diem quintum excederent. Atque ſic Athenae demum a tyrannide liberatae. Herodotus ibidem. Μετὰ δὴ, Λακεδαιμόνιοι, μέζω σόλον σέλαντες, ἀπέπεμψαν ἐπὶ τὰς Ἀθήνας, στρατηγὸν τ' στρατιῆς ἀποδέξαντες βασιλῆα Κλεομένεα, Ἀναξανδρίδεω. ὐκέτι κατὰ θάλασσαν σέλαντες, ἀλλὰ κατ' ἤπειρον. τοῖσι δὲ ἐσβαλοῦσι ἐς τὴν Ἀττικὴν χώρην, ἡ τῶν Θεσσαλέων ἵππος πρώτη προσέμιξε, καὶ ὑ μετὰ πολὺ ἐτράπετο. καί σφεων ἔπεσον ὑπὲρ τεσσεράκοντα ἄνδρες· οἱ δὲ περιχυθόμενοι, ἀπαλλάσσοντο, ὡς εἶχον, ἴθυς ἐπὶ Θεσσαλίης. Κλεομένης δὲ ἀπικόμενος ἐς τὸ ἄστυ, ἅμα Ἀθηναίων τοῖσι βουλομένοισι εἶναι ἐλόυθέροισι, ἐπολιόρκεε τὺς τυράννους, ἀπεργμένους ἐν τῷ Πελασγικῷ τείχει. καὶ ὐδέν τι πάντως ἂν ἐξεῖλον τὺς Πισιστρατίδας οἱ Λακεδαιμόνιοι. ὔτε γὰρ ἐπέδρην ἐποιεῦντο ποιήσασθαι, οἵτε Πεισιστρατίδαι σίτοισι, καὶ ποτοῖσιν εὖ παρεσκευάσατο, πολιορκήσαντές τε ἂν ἡμέρας ὀλίγας, ἀπαλλάσσοντο ἐς τὴν Σπάρτην. νῦν δὲ συντυχίη τοῖσι μὲν κακὴ ἐπεγένετο, τοῖσι δὲ, ἡ αὐτὴ αὕτη σύμμαχος. ὑπεκτιθέμενοι δὲ ἔξω τῆς χώρης οἱ παῖδες τ Πισιστρατιδέων ἥλωσαν. τοῦτο δὲ ὡς ἐγένετο, πάντη αὐτέων τὰ πρήγματα συνετετάρακτο. παρέσησαν δὲ ἐπὶ μισθῷ τοῖσι τέκνοισιν, ἐπ' οἷσι ἐβούλοντο οἱ Ἀθηναῖοι· ὥστε ἐν πέντε ἡμέρῃσιν, ἐκχωρῆσαι ἐκ τῆς Ἀττικῆς. *Poſtea autem Lacedemonii maiores copias contra Athenas amiſerunt, Cleomene rege, Anaxandridis filio, duce, terra, non mari; qui quum Atticam invaſiſſet, obiecit, non multo poſt in fugam verſus; & ex eo cecidere viri ſupra quadraginta; ceteri, qua quiſque potuit, Theſſaliam recta petiere. Cleomenes ad urbem accedens, una cum iis Athenienſibus, qui cupiebant eſſe liberi, redactos intra murum Pelaſgicum tyrannos obſidebat. Neque ſane ulla omnino ratione Piſiſtratidas Lacedaemonii eieciſſent; quando neque de obſidione illi cogitarant, & de potu certe, ac cibo optime ſibi Piſiſtratidae proſpexerant; itaque, quum paucos dies obſediſſent, Spartam inde receſſere. Sed evenit caſus quidam illis bonus, his infauſtus; nam ſepoſiti extra Atticam Piſiſtratidarum liberi intercepti; & hoc facto, res eorum plane perturbatae fuerunt; ac, ut liberos redimerent, pro Athenienſium libitu tranſegerunt, ut ex Attica intra dies quinque excederent.* Quod ad Theſſalorum cladem, Ariſtophanes reſpexit in Lyſiſtrata fere ult.

Ὑμᾶς δ' ἀφῆσὰν τὺς Ἀθηναίους ὅλει,
Οὐκ οἶδ', ὅθ' ὑμᾶς οἱ Λάκωνες αὖθις αὖ,
Κατωνάκας φορῦντας, ἐλθόντες δορὶ,
Πολλὺς μὲν ἄνδρας Θεσσαλὺς ἀπώλεσαν,
Πολλὺς δ' ἑταίρης Ἵππίου, καὶ ξυμμάχους,
Ξυνεκμαχῦντες τῇ τόθ' ἡμέρᾳ μόνοι,
Κἐλευθέρωσαν. ——

Nec culpa abeſſe Athenienſes dixerim.
Neſcis ut olim vos quoque in catonacis,
Servili amicto, adiuverint Laconici,
Armis coruſci, plurimiſque Theſſalis,
Sociiſque caeſis Hippiae quamplurimis,
Deproeliantes fortiter ſoli die,
Vos, inquam, in illa liberarunt. ——

De liberatis ope Cleomenis Athenis eſt Pauſaniae quoque locus in Laconicis. Ἐστράτευσε δὲ καὶ (ὁ Κλεομένης) ἐπὶ τὰς Ἀθήνας, τὸ μὲν πρότερον Ἀθηναίοις τε Ἐλευθερίαν ἀπὸ τῶν Πισιστράτου παίδων, καὶ αὐτῷ καὶ Λακεδαιμονίοις, δόξαν ἐν τοῖς Ἕλλησιν ἀγαθὴν κτώμενος. *Duxit vero etiam exercitum (Cleomenes) contra Athenas; quum antea quidem libertatem Athenienſibus a Piſiſtrati filiis, ſibi vero, & Lacedaemoniis, inſignem apud Graecos gloriam comparaſſet.* Et poſtea iterum. Δημάρατον δὲ βασιλεύοντα, καὶ τά τε ἄλλα εὐδοκιμοῦντα ἐν Σπάρτῃ, καὶ ἀπὸ τ Πισιστρατιδῶν Κλεομένει συνελευθερώσαντα Ἀθηναίους, ἥ τε Ἀρίστωνος ἀγνωμοσύνη, καὶ τὸ ἔχθος τὸ Κλεομένους, ἐποίησεν ἰδιώτην. *Demaratum vero regem, & alias ſpectatum Spartae, & Cleomenis in Athenis a Piſiſtratidarum tirannide liberandis adiutorem, Ariſtonis inconſiderata oratio, & Cleomenis in ipſum odium, intra privati fortunam redegit.* Meminit etiam Suidas in Δημάρατος. Et eiectus quidem Hippias anno tyrannidis triceſimo ſexto. Herodotus loco citato. Μετὰ δὲ, ἐξεχώρησαν (οἱ Πισιστρατίδαι) ἐς Σίγδον, τὸ ἐπὶ τῷ Σκαμάνδρῳ. ἄρξαντες μὲν τ Ἀθηναίων ἐπ' ἔτεα ἕξ καὶ τριήκοντα. *Poſtea vero exceſſere (Piſiſtratidae) in Sigeum, ad Scamandrum ſitum; quum principatum Athenienſium annos ſex, & triginta tenuiſſent.* Ac decretum in eum factum, Piſiſtratidaſque omnes, longe aſperrimum; cuius mentio eſt in illo adverſus Philippum, quod exſtat apud Livium lib. XXXI. cap. XLIV. *Poſtremo incluſum, ut omnia, quae adverſus Piſiſtratidas decreta quondam erant, eadem in Philippo ſervarentur.* Ac tam pertinaci odio eos deinde habuerunt, ut ne quidem accepta in Sicilia clade, in diſcrimen ſummum abducti poſt annos nonaginta duos, quum exulibus quibuſcumque reditum darent, inſtaurandae reipublicae, hos recipere voluerint. Marcellinus in Vita Thucydidis. Δίδυμος δ' ἐν Ἀθήναις ἀπὸ τῆς φυγῆς ἐλθόντα, βιαίῳ θανάτῳ φησὶν ἀποθανεῖν. τοῦτο δέ φησι Σώπυρον ἱστορεῖν. τὺς γὰρ Ἀθηναίους κάθοδον δεδωκέναι τοῖς φυγάσι, πλὴν τ Πισιστρατιδῶν, μετὰ τ ἧτταν τὴν ἐν Σικελίᾳ. *Didymus vero ab exilio reverſum, Athenis violentam mortem obiiſſe dicit; Zopyrumque iſtud tradere; quippe Athenienſes poſt acceptam in Sicilia cladem exulibus omnibus, praeterquam Piſiſtratidis, redeundi poteſtatem permiſiſſe.* Quin tam exoſa memoria fuit, ut viros quoſque praeſtantiſſimos, quum excellere poteſtate in Rep. incepiſſent, ſolo hoc dumtaxat nomine amoverent. Ita de Miltiade dicit AEmilius Probus in eius Vita cap. VIII. *Etſi crimine Pario eſt accuſatus, tamen alia fuit cauſa damnationis; namque Athenienſes propter Piſiſtrati tyrannidem, quae paucis annis ante fuerat, omnium ſuorum civium potentiam extimeſcebant.* De Themiſtocle, & Cimone Ariſtides in Oratione pro Quatuorviris. Δοκοῦσι γάρ μοι (οἱ Ἀθηναῖοι) τὰς συμφορὰς ἐνθυμούμενοι, τὰς ἐπὶ τῶν Πισιστρατιδῶν γιγνομένας ἑαυτοῖς, μηδένα βούλεσθαι μεῖζον ἐᾷν τ πολλῶν φρονεῖν, ἀλλ' ἐξ ἴσου εἰς δύναμιν εἶναι. δίκαια ἄρα ἐποίουν, ἐλαύνοντες Κίμωνα, καὶ Θεμιστοκλέα. *Videntur enim mihi (Athenienſes) quum cala-*

Digitized by Google

calamitates eas, quas ſub Piſiſtratidis perpeſſi erant, cogitarent, neminem praeferri ceteris voluiſſe, ſed aequali omnes poteſtate eſſe. Recte itaque Cimonem, & Themiſtoclem eiecerunt. De Albiciade Thucydides lib. VI. Ἐπισάμῳ γὰρ ὁ δῆμος ἀκοῇ ἦν Πεισιστράτου, καὶ τὴν παίδων τυραννίδα, χαλεπὴν τελευτῶσαν γιγνομένῳ, ἐφοβεῖτο ἀεὶ, καὶ πάντα ὑποπτως ἐλάμβανε. *Populus enim, qui fama acceperat, tyrannidem Piſiſtrati, ac filiorum extremis temporibus gravem fuiſſe, ſemper in metu verſabatur, & ſuſpecta omnia habebat.*

CAP. XVII.

Vxor Hippiae, Myrrhine, Calliae filia. Ariſtophanes illuſtratus, & Scholiaſtae eius error indicatus. Alia uxor Charmi filia. Liberi eius numero quinque; in quibus Piſiſtratus avi nomine adpellatus; qui archontis munere functus, aram dedicat in foro diis duodecim; & Apollinis Pythii alteram in eius templo; tum Archedice item filia, nupta AEantidae, Hippocli Lampſacenorum tyranni filio.

SIc eiectus urbe Hippias cum uxore, liberiſque, de quibus nunc eſt dicendum. Vxor quidem Myrrhine erat, Calliae Hyperochidis filia. Thucydides lib. VII. Σημαίνει καὶ ἡ ξύλη περὶ τὰ τῶν τυράννων ἀδικίας, ἐν ᾗ τῇ Ἀθηναίων ἀκροπόλει ξαθεῖσα, ἐν ᾗ Θεσσαλῶν μὲν, οὐδ' Ἱππάρχου, οὐδεὶς παῖς γέγραπται, Ἱππίου δὲ πέντε, οἱ αὐτῷ ἐκ Μυρρίνης, τῆς Καλλίου τοῦ Ὑπεροχίδου θυγατρὸς, ἐγένοντο. *Indicat etiam columna de iniuria tyrannorum, quae in arce Athenienſium collocata eſt; in qua neque Theſſali ulli, nec Hipparchi ſcripti liberi; at Hippiae quinque, ex Myrrhine nati, Calliae Hyperochidis filia.* Ariſtophanes falſe exagitans Cleonem, quem & Hippiam adpellat, quod tyrannidem, inſtar Hippiae, in rep. uſurparet, uxorem eius de huius nomine Myrrhinen itidem indigetat; ſed ut riſum auditoribus excitaret, quia Cleon coriariam exercebat, mutato leviter vocabulo Βυρσίνην dicit. Locus exſtat in Equitibus Act. I. Sc. III. v. 211. &c.

ΑΛ. Τὸν πάππον εἶναί φημί σου
Τῶν δορυφόρων. ΚΛ. ποίων; φράσον.
ΑΛ. Τῶν Βυρσίνης, τῆς Ἱππίου.
AL. *Avum tuum eſſe aio*
Ex ſtipatoribus. CL. *quorum? cedo.*
AL. *Byrſinae, uxoris Hippiae.*

Vbi error manifeſtus eſt partim Latini Interpretis, qui Byrſinen Hippiae filiam arbitratur; partim item ipſius Graeci, qui matrem eius, & Piſiſtrati uxorem nobis refert iſtis verbis. Πεισιράτου γυνὴ γέγονεν ἡ Μυρρίνη, Ἱππίου, καὶ Ἱππάρχου μήτηρ. Βυρσίνην ἔν εἶπεν, ἀντὶ τοῦ Μυρρίνην· ὡς βυρσοπώλην πάλιν κωμῳδεῖ Κλέωνα. *Piſiſtrati uxor fuit Myrrhine, Hippiae, & Hipparchi mater; Byrſinen dicit pro Myrrhine, ac rurſum Cleonem perſtringit, ut coriarium.* Heſychius. Βυρσίνης. Μυρσίνης. Ἦν δὲ αὐτὴ γυνὴ Ἱππίου τυράννου, ἐν τοῖς Ἱππεῦσι. *Byrſinae, Myrſinae. Erat vero haec uxor Hippiae tyranni, in Equitibus.* Reſpexit ad hunc ipſum locum ſine dubio. Aliam quoque Hippiae uxorem invenio incerto nomine Charmi filiam. Clidemus Νόστων libro octavo apud Athenaeum lib. XIII. Καὶ Χάρμου, τοῦ πολεμαρχήσαντος, θυγατέρα ἔλαβεν Ἱππίας, περικαλλεστάτην οὖσαν. *Et Charmi, qui polemarchi munere functus erat, filiam Hippias uxorem cepit, pulcritudine excellentem.* Liberi autem quinque erant. Clarum ex Thucididis verbis iam citatis. Θεσσαλῶν μὲν, οὐδ' Ἱππάρχου, οὐδεὶς παῖς γέγραπται· Ἱππίου δὲ, πέντε. *Theſſali quidem, & Hipparchi nulli liberi perſcripti; Hippiae vero quinque.* Inter hos Piſiſtratus erat, avi nomine adpellatus; qui & archon aliquando, & aram poſuit in foro duodecim deorum, aliamque Apollini Pythio in eius templo. Thucydides eodem libro. Καὶ ἄλλοι τε αὐτῶν ἦρξαν ἐνιαύσιον Ἀθηναίοις ἀρχὴν, καὶ Πεισίστρατος, ὁ Ἱππίου τοῦ τυραννεύσαντος υἱὸς, τοῦ πάππου ἔχων τοὔνομα, ὃς τὸν δώδεκα Θεῶν βωμὸν, τὸν ἐν τῇ ἀγορᾷ, ἄρχων ἀνέθηκε· καὶ τὸν τοῦ Ἀπόλλωνος, ἐν Πυθίου. *Et alii ipſorum annuum apud Athenienſes magiſtratum tenuerunt, & Piſiſtratus, Hippiae eius, qui tyrannus fuit, filius, avi nomine nuncupatus; qui in foro quum archon eſſet, aram poſuit duodecim deorum, & Apollinis in Pythii templo.* Ac prioris inſcriptionem poſtea Athenienſes, quum maiorem eam facerent, delevere; alterius, etiam Thucydidis aevo, litteris evanidis paene iſta exſtabat:

ΜΝΗΜΑ ΤΟΔ' ΗΣ ΑΡΧΗΣ ΠΕΙΣΙΣΤΡΑΤΟΣ, ΙΠΠΙΟΥ ΥΙΟΣ,
ΘΗΚΕΝ ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ ΠΥΘΙΟΥ ΕΝ ΤΕΜΕΝΕΙ.

Thucydides narrat ibidem. Καὶ τῷ μὲν ἐν τῇ ἀγορᾷ (βωμῷ) ὕστερον ὁ δῆμος Ἀθηναίων μεῖζον μῆκος τοῦ βωμοῦ, ἠφάνισε τὸ γράμμα. τῷ δ' ἐν Πυθίου, ἔτι καὶ νῦν δῆλόν ἐστιν, ἀμυδροῖς γράμμασι, λέγον τάδε.

ΜΝΗΜΑ ΤΟΔ' ΗΣ ΑΡΧΗΣ ΠΕΙΣΙΣΤΡΑΤΟΣ, ΙΠΠΙΟΥ ΥΙΟΣ,
ΘΗΚΕΝ ΑΠΟΛΛΩΝΟΣ ΠΥΘΙΟΥ ΕΝ ΤΕΜΕΝΕΙ.

Et illa quidem, quae in foro, quum Athenienſis populum ampliorem exſtruxiſſet, inſcriptionem abolevit; at illius, quae in Pythii templo erat, etiamnum tota exſtat, litteris evanidis paene iſtis verbis:

MONVMENTVM HOC MAGISTRATVS SVI PISISTRATVS, HIPPIAE FILIVS,
POSVIT APOLLINIS PYTHII IN TEMPLO (a).

Et filia erat Archedice dicta; AEantidae, Hippocli Lampſacenorum tyranni filio, poſt Hipparchum interfectum, elocata. Idem Thucydides eodem libro. Τοῖς δ' Ἀθηναίοις χαλεπώτερα μετὰ τοῦτο ἡ τυραννὶς κατέστη. καὶ ὁ Ἱππίας, διὰ φόβου ἤδη μᾶλλον ὤν, τῶν τε πολιτῶν πολλὰς ἐκτήνε, καὶ πρὸς τὰ ἔξω ἅμα διεσκοπεῖτο, εἴ ποθεν ἀσφά-

(a) Adi *Lib.* IIII. *De Archont. Cap.* XX.

ἀσφάλειάν τινα ὁρῶν, μεταβολῆς γιγνομένης, ὑπάρχουσαν οἱ. Ἱππόκλεω γῶν, τῷ Λαμψακηνῶν τυράννῳ, Αἰαντίδῃ τῷ παιδὶ θυγατέρα ἑαυτῆ Ἀρχεδίκλιν, Ἀθηναῖος ὢν Λαμψακηνῷ, ἔδωκεν, αἰσθανόμενός τε αὐτὸς μέγα παρὰ βασιλεῖ Δαρείῳ δύνασθαι. *Post haec tyrannis Athenienſibus aſperior fuit; Hippiaſque, in maiore metu verſans, civium multos interficere; tum externa quoque auxilia circumſpicere, per quae ſi mutatio incideret, tutus ipſe eſſe poſſet. Itaque Archedicen filiam AEantidae, Hippocli Lampſacenorum tyranni filio, Athenienſis Lampſaceno, quia multum eos poſſe apud Darium intelligeret, nuptum dedit.* Ac ſepulcrum eius Lampſaci ſpectabatur, cum inſcriptione tali.

ΑΝΔΡΟΣ ΑΡΙΣΤΕΥΣΑΝΤΟΣ ΕΝ ΕΛΛΑΔΙ
ΤΩΝ ΕΦ' ΕΑΥΤΟΥ
ΙΠΠΙΟΥ ΑΡΧΕΔΙΚΗΝ ΗΔΕ ΚΕΚΕΥΘΕ
ΚΟΝΙΣ.
Η ΠΑΤΡΟΣ ΤΕ, ΚΑΙ ΑΝΔΡΟΣ, ΑΔΕΛΦΩΝ
Τ' ΟΥΣΑ ΤΥΡΑΝΝΩΝ,
ΠΑΙΔΩΝ Τ', ΟΥΚ ΗΡΘΗ ΝΟΥΝ ΕΣ
ΑΤΑΣΘΑΛΙΗΝ.

Thucydides ſubdit. Καὶ αὐτῆς σῆμα ἐν Λαμψάκῳ ἐσὶν, ἐπίγραμμα ἔχον τόδε.

ΑΝΔΡΟΣ ΑΡΙΣΤΕΥΣΑΝΤΟΣ ΕΝ ΕΛΛΑΔΙ
ΤΩΝ ΕΦ' ΕΑΥΤΟΥ
ΙΠΠΙΟΥ ΑΡΧΕΔΙΚΗΝ ΗΔΕ ΚΕΚΕΥΘΕ
ΚΟΝΙΣ.
Η ΠΑΤΡΟΣ ΤΕ, ΚΑΙ ΑΝΔΡΟΣ, ΑΔΕΛ-
ΦΩΝ Τ' ΟΥΣΑ ΤΥΡΑΝΝΩΝ,
ΠΑΙΔΩΝ Τ', ΟΥΚ ΗΡΘΗ ΝΟΥΝ ΕΣ
ΑΤΑΣΘΑΛΙΗΝ.

Et ipſius monumentum exſtat Lampſaci, cum inſcriptione iſta:

VIRI IN GRAECIA SVO TEMPORE PRAESTANTISSIMI,
HIPPIAE FILIAM ARCHEDICEN HAEC TERRA TEGIT;
QVAE QVVM PATREM, MARITVM, ET FRATRES HABVERIT TYRANNOS,
LIBEROSQVE, NON ELATA ANIMO FVIT IN PROTERVIAM.

CAP. XVIII.

Hippias, eiectus Vrbe, mox Sigeum ſe recepit; idque etiam qua de cauſa. Inde, accitus a Spartanis, ceu reſtituendus denuo, tamen fruſtra eſt; & Sigeum iterum abit. Herodotus malignitatis a Plutarcho accuſatus.

HIppias autem, quum, ut dixi, Vrbe excedendum eſſet, primo in Sigeum abiit, anno tyrannidis triceſimo ſexto. Herodotus lib. v. cap. LXV. Μετὰ δὲ, ἐξεχώρησαν ἐς Σίγειον, τὸ ἐπὶ τῷ Σκαμάνδρῳ, ἄρξαντες μὲν Ἀθηναίων ἐπ' ἔτεα ἓξ καὶ τριήκοντα. *Poſthaec, urbe exceſſerunt* (de Hippia agit, eiuſque familia) *in Sigeum ad Scamandrum; quum ſex, & triginta annos principatum Athenienſium tenuiſſent.* Thucydides lib. VI. Τυραννεύσας δὲ ἔτη τρία Ἱππίας ἔτι Ἀθηναίων, καὶ παυθεὶς ἐν τῷ τετάρτῳ, ὑπὸ Λακεδαιμονίων, καὶ Ἀλκμαιωνιδῶν, τῶν φυγόντων, ἐχώρει ὑπόσπονδος ἐς Σίγειον. *Hippias vero, quum deinde per triennium principatum tenuiſſet, quarto anno, a Lacedaemoniis, profugiſque Alcmaeonidis, deiectus, fide accepta, in Sigeum ſe recepit.* Et in promtu cauſam video, cur Sigeum ſe conferret; nam id temporis eius urbis dominus erat Hegeſiſtratus, frater nothus a Piſiſtrato patre impoſitus; uti ſupra a me dictum cap. x. Poſtea Lacedaemonii, intellecto Alcmaeonidarum dolo, quaeque in ipſos partim, & in Piſiſtratidas, Pythia egiſſet; tum quod tanti beneficii nulla apud Athenienſes gratia eſſet; diſcerentque ex oraculis, multa ſibi periniqua toleranda ab iis fore: denique, infirmos antea ſub tyrannis, mox potentia multum aucta, pares factos, neque legem accipere promtos, facti poenitentia moti, Hippiam, Sigeo accitum, reſtituere voluerunt. Herodotus lib. citato. Πυθόμενοι Λακεδαιμόνιοι τὰ ἐκ τῆ Ἀλκμαιωνιδέων ἐς τὴν Πυθίλν μεμηχανημένα, καὶ τὰ ἐκ τῆς Πυθίης ἐπὶ σφέας τε καὶ τὰς Πεισιστρατίδας, συμφορὴν ἐποιεῦντο διπλῆν, ὅτι τε ἄνδρας ξείνους σφι ἐόντας, ἐξελιλάκεσαν ἐκ τῆς ἐκείνων, καὶ ὅτι ταῦτα ποιήσασι χάρις οὐδεμία ἐφαίνετο πρὸς τῶν Ἀθηναίων. ἔτι τε πρὸς τούτοισιν ἐνῆγόν σφεας οἱ χρησμοὶ, λέγοντες, πολλά τε καὶ ἀνάρσια ἔσεσθαι αὐτοῖσιν ἐξ Ἀθηναίων τῶν πρότερον μὲν ἦσαν ἀδαέες, τότε δὲ, Κλεομένεα κομίσαντα ἐς Σπάρτην, ἐξέμαθον. ἐκτήσατο δὲ ὁ Κλεομένης ἐκ τῆς Ἀθηναίων ἀκροπόλιος τοὺς χρηστμοὺς, τοὺς ἔκτητο πρότερον μὲν οἱ Πεισιστρατίδαι, ἐξελαυνόμενοι δὲ, ἔλιπον ἐν τῷ ἱρῷ· καταλειφθέντας δὲ, ὁ Κλεομένης ἀνέλαβε. τότε δὲ, ὡς ἀνέλαβον οἱ Λακεδαιμόνιοι τοὺς χρηστμοὺς, καὶ τοὺς Ἀθηναίους ἐώρων αὐξομένους, καὶ οὐδαμῶς ἑτοίμους ἐόντας πείθεσθαί σφι, νόῳ λαβόντες, ὡς, ἐλεύθερον μὲν ἐὸν τὸ γένος τὸ Ἀττικὸν ἰσόρροπον τῷ ἑωυτῶν ἂν γένοιτο, κατεχόμενον δὲ ὑπὸ τυραννίδος, ἀσθενές, καὶ πειθαρχέειν ἑτοῖμον· μαθόντες ταῦτεον ἔκαξε, μετεπέμποντο Ἱππίην τὸν Πεισιστράτου ἀπὸ Σιγείου τὸ Ἑλλησπόντου, ἐς ὃ καταφεύγουσι οἱ Πεισιστρατίδαι. *Lacedaemonii, audito commento Alcmaeonidarum erga Pythiam, & quae egiſſet Pythia in ipſos, atque Piſiſtratidas, duplicem ſe iacturam feciſſe animadvertebant; quod & hoſpites ſuos patria eieciſſent, & nulla ſibi ex hoc facto gratia apud Athenienſes haberetur. Praeterea oraculis urgebantur, denuntiantibus, multa ipſis, eaque atrocia, ab Athenienſibus futura; quorum antea quidem ignari erant, tunc vero didicerant, quum Cleomenes Spartam illa abduxiſſet. Nam oracula, ante id tempus Piſiſtratidis poſſeſſa, arce potitus Cleomenes, quum in templo reliquiſſent, ipſe accepit. Itaque Lacedaemonii, quum oracula per id tempus nacti eſſent, viderentque, iam creviſſe Athenienſes, nec parere ullo modo promtos eſſe; conſiderantes, gentem Atticam in libertate ſibi parem, ſub tyrannide invalidam, Hippiam, Piſiſtrati filium, a Sigeo Helleſponti, quo confugerant Piſiſtratidae, arceſſerunt.* Sed non placuit propoſitum illud ſociis, ac potiſſimum Corinthiis, quorum nomine Soſicles contra verba fecit, ut ibidem

dem Herodotus narrat: quem Plutarchus, ut in aliis item pluribus, hanc ob rem malignitatis reum agit in libro de Malign. Herodoti. Ἀφελέσθαι τοίνυν Λακεδαιμονίους μὴ δυνάμενον τὴν Ἀθηναίων ἐλευθέρωσιν ἀπὸ τῶν τυράννων, αἰσχίστῳ πάθει κάλλιστον ἔργον οἷός τ' ἐστὶν ἀφανίζειν, καὶ καταχύνειν. ταχὺ γὰρ μετανοῆσαί φησιν αὐτοὺς, ὡς ὑποιήσαντας ὀρθῶς, ὅτι, χιβδήλοισι μαντηίοισι ἐπαρθέντες, ἄνδρας ξείνους ὄντας αὐτοῖσι, καὶ ὑποχομένους ὑποχειρίας πράξειν τὰς Ἀθήνας, ἐξήλασαν ἐκ τῆς πατρίδος τοὺς τυράννους, καὶ δήμῳ ἀχαρίστῳ παρέδωκαν τὴν πόλιν· εἶτα μεταπεμψαμένους Ἱππίαν ἀπὸ Σιγείου, κατάγειν ἐς τὰς Ἀθήνας. ἀντισῆναι δὲ Κορινθίους αὐτοῖς, καὶ ἀποστρέψαι, Σωσικλέους διελθόντος, ὅσα Κύψελος, καὶ Περίανδρος, κατὰ τὴν Κορινθίων πόλιν ἠργάσαντο τυραννοῦντες. *Sed, quum Athenienſium a tyrannis liberationem adimere Lacedaemoniis non poſſet, audet turpiſſimo adfectu pulcerrimum facinus conſpurcare. Mox enim, ait, Spartanos correptos fuiſſe poenitentia, quod adulterinis moti oraculis, tyrannos, viros ſibi hoſpitio iunctos, ac promittentes, Athenas ipſis in poteſtatem tradituros, patria ſua expuliſſent, & ingrata populo urbem reſtituiſſent. Voluiſſe deinde eos Hippiam, a Sigeo revocatum, Athenas deducere; ſed Corinthios obſtitiſſe, narrante Soſicle, qualia Cypſelus, & Periander, Corinthi tyrannidem exercentes, perpetraſſent.* Itaque de ſpe deiectus nova Hippias, quum Amyntas, rex Macedonum, Anthemuntem, Theſſali Iolcum offerrent, neutra oblatione uſus, in Sigeum, unde venerat, ſe recepit. Herodotus citato libro. Οὕτω μὲν ταῦτα ἐπαύθη. Ἱππίῃ δὲ ἐντεῦθεν ἀπελαυνομένῳ, ἐδίδου μὲν Ἀμύντης, ὁ Μακεδόνων βασιλεὺς, Ἀνθεμοῦντα· ἐδίδοσαν δὲ Θεσσαλοὶ Ἰωλκόν. ὁ δὲ τατέων μὲν ἑκάτερα αἱρέετο, ἀνεχώρεε δὲ ὀπίσω ἐς Σίγειον. *Ita ab hac re ceſſatum eſt. Hippiae vero, hinc diſcedenti, obtulit Amyntas quidem, rex Macedonum, Anthemuntem; Theſſali vero, Iolcum. Ille autem neutrum accepit; ſed Sigeum retro abiit.*

CAP. XIX.

Sigeo Hippias Lampſacum abit; inde in Perſiam ad Darium; hinc cum Perſis contra Graeciam proficiſcitur. Somnium eius, ſternutatio, & ad Marathonem interitus; aut in Lemno, ut alii volunt. Suidae locus emendatus: denique quot annos vixerit inquiſitum.

QVum Sigei aliquamdiu ſubſtitiſſet, inde Lampſacum, ad Aeantidem generum, abiit; hinc ad Perſas: & cum his aetate gravis, anno exilii viceſimo, Marathonem eſt profectus. Thucydides lib. VI. Τυραννεύσας δὲ ἔτη τρία Ἱππίας ἔτι Ἀθηναίων, καὶ παυθεὶς ἐν τῷ τετάρτῳ ὑπὸ Λακεδαιμονίων, καὶ Ἀλκμαιωνιδῶν τῶν φευγόντων, ἐχώρει ὑποστρόφους ἔς τε Σίγειον, καὶ παρ' Αἰαντίδην ἐς Λάμψακον· ἐκεῖθεν δὲ, ὡς βασιλέα Δαρεῖον. ὅθεν καὶ ὁρμώμενος ἐς Μαραθῶνα ὕστερον ἔτει εἰκοστῷ, ἤδη γέρων ὤν, μετὰ Μήδων ἐστράτευσεν. *Hippias vero, quum deinde per triennium principatum tenuiſſet, quarto anno deiectus a Lacedaemoniis, & exulibus Alcmaeonidis, fide accepta, in Sigeum ſe recepit; inde Lampſacum ad Aeantidem; illinc ad Darium regem; unde poſteq Marathonem profectus, anno viceſimo, iam ſenex cum Medis militavit.* De hoc Hippiae facto Ariſtides in Oratione pro Quatuorviris. Καίτοι παρῆν αὐτῷ, μὴ πρὸς τὸ βέλτιστον ὁρῶντι, ἀλλὰ ταυτὰ τοῖς τυράννοις διώκοντι, εἰ μὲν ἐβούλετο, μετὰ Ἱππίου, καὶ τῶν Πεισιστρατιδῶν, συνεστρατεύειν ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα. *Atqui licebat ei, ſi non tam, quod optimum erat, reſpexiſſet, quam haec ipſa, quae tyranni ſequutus eſſet, ſi quidem hoc voluiſſet, cum Hippia, & Piſiſtratidis, in Graeciam exercitum ducere.* Quum ad Marathonem eſſet, ſomniavit, ſe cum matre ſua concumbere; quo erectus, ſpem tyrannidis recuperandae magnam cepit. Herodotus lib. VI. capit. CVII. Τοῖσι δὲ βαρβάροισι κατηγέετο Ἱππίης, ὁ Πεισιστράτου, ἐς τὸν Μαραθῶνα, τὰ παροιχομένης νυκτὸς ὄψιν ἰδὼν ἐν τῷ ὕπνῳ τοιήνδε. ἐδόκεε ὁ Ἱππίης τῇ μητρὶ τῇ ἑωυτοῦ συνευνηθῆναι. συνεβάλλετο ὧν ἐκ τοῦ ὀνείρου, κατελθὼν ἐς τὰς Ἀθήνας, καὶ ἀνασωσάμενος τὴν ἀρχὴν, τελευτήσειν ἐν τῇ ἑωυτοῦ γηραιός. *Barbaros in Marathonem ducebat Hippias, Piſiſtrati filius, cui ſuperiore nocte tale in ſomno viſum fuit. Videbatur ſibi cum matre concumbere; e quo ſomnio coniectabat fore, ut reverſus Athenas, & recepto principatu, in patria ſenex diem obiret.* Nempe ſic eiuſmodi ſomnium Veteres ſunt interpretati. Artemidorus, Onirocrit. lib. I. cap. LXXXII. Ἀγαθὸν δὲ (τῇ μητρὶ συνεῖναι) καὶ παντὶ δημαγωγῷ, καὶ πολιτευτῇ· σημαίνει γὰρ ἡ πατρίδα ἡ μήτηρ. ὥστερ οὖν ὁ μιγνύμενος κατὰ νόμον Ἀφροδίτης, παντὸς ἄρχει τοῦ σώματος τῆς συνούσης, πειθομένης, καὶ ἑκούσης οὕτως ὁ ἰδὼν, πάντων προσήσεσθαι τῶν τῆς πόλεως πραγμάτων· καὶ, εἰ ἐχθρὸς ὢν τῇ μητρὶ, εἰς φιλίαν καταστήσεται, διὰ τὴν μίξιν. *Bonum vero (cum matre concumbere) etiam cuilibet demagogo, ac rempub. adminiſtranti; ſiquidem patriam mater ſignificat. Sicut igitur, qui ſecundum legem Veneris coit, corpus eius, cum qua coit, obediente, ac volente, ſua in poteſtate habet; ſic, qui ſomnium iſthoc vidit, omnibus negotiis urbis praeficietur; &, ſi forte matri inimicus fuerit, in gratiam reſtituetur propter coitum.* Aſtrampſychus.

Μητρὶ πλακῆναι, καλὸν ἐς ὄναρ τόδε.

Matrem amplecti, hoc in ſomnio bonum eſt.

Et Nicephorus.

Μητρὶ πλακεὶς, κάλλιστον ἐς ὄναρ νόει.

Matrem amplexus, optimum in ſomnio putes.

Nec in Iulio Caeſare fefellit; de quo narrat Suetonius in eius Vita cap. VII. *Etiam confuſum eum ſomnio proximae noctis, nam viſus erat per quietem matri ſtuprum intuliſſe, coniectores ad ampliſſimam ſpem incitaverunt, arbitrium orbis terrarum portendi interpretantes; quando mater, quam ſubiectam ſibi vidiſſet, non alia eſſet, quam terra, quae omnium parens haberetur.* Ac ſic Graeci coniectores exponebant; verum Hippiae inter Perſas commoranti, & cum iis patriam ſuam oppugnanti, ex eorum diſciplina, apud quos infauſtum plane cenſebatur, explicandum illud erat. Quomodo autem Perſae interpretati

tati fuerint, ex Achmete licet ſcire, Oniro-
crit. cap. CXXVII. cuius iſta eſt inſcriptio. Ἐκ τῶν Περσῶν, καὶ Αἰγυπτίων (τοῦ λόγου) περὶ γυναικῶν. *Ex Perſarum, & Aegyptiorum (diſciplina) de mulieribus.* In eo capite iſta verba. Ἐάν τις ἴδῃ, ὅτι συνουσίασε τῇ μητρὶ, ἢ ἀδελφῇ, ἀνάξιον ἀγαθοποιήσει, ψεγόμενος, καὶ μεταγινώσκων. *Si quis viſus ſibi fuerit cum matre coire, aut ſorore; is indigno bene faciet, eoque nomine male audiet, & ducetur poenitentia.*(a) Itaque Hippias, male explicato ſomnio, fruſtra laetus, ſpe concepta miſer excidit. Et infauſtum quidem ſomnium aliud ſignum ſubſequutum eſt, aeque triſte; ſed quod rectius intellexit. Dum Eretrienſem praedam, quam in inſula Styreenſium Aegilea depoſuerat, reportat; & ad Marathonem naves, quae appulerant, collocat in ſtationibus; Barbaroſque, qui exſcenderent, ordinare animum inducit, ſternutatione oborta, & ingenti item tuſſi, dens excuſſus, ac delapſus in arenam, etſi ſedulo quaeſitus, reperiri nullo tamen modo potuit; quare ſpem, conceptam ſomnio, mox abiecit. Herodotus lib. VI. cap. CVII. Τότε δὲ καθηγεόμενος, τοῦτο μὲν, τὰ ἀνδράποδα τὰ ἐξ Ἐρετρίης ἀπέβησε ἐς τὴν νῆσον τὴν Στυρέων, καλεομένην δὲ, Αἰγίλειαν. τοῦτο δὲ, καταγομένας ἐς τὸν Μαραθῶνα τὰς νέας ὥρμιζεν ὅτε. ἐκβάντας δὲ ἐς τὴν γῆν τοὺς βαρβάρους διέτασσε· καὶ οἱ ταῦτα διέποντι ἐπῆλθε πταρεῖν τε καὶ βῆξαι, μεζόνως ἢ ὡς εἰώθεε· οἷα δὲ πρεσβυτέρῳ ἐόντι, τῶν ὀδόντων οἱ πλεῦνες ἐσείοντο. τυτέων ὦν ἕνα τῶν ὀδόντων ἐκβάλλει, ὑπὸ βίης βήξας. ἐκπεσόντος δὲ ἐς τὸν ψάμμον αὐτοῦ, ἐποιέετο πολλὴν σπουδὴν ἐξευρεῖν. ὡς δὲ οὐκ ἐφαίνετό οἱ ὁ ὀδοὺς, ἀνασεναξας, εἶπε πρὸς τοὺς παρεσεῶτας. Ἡ γῆ ἥδε οὐκ ἡμετέρη ἐστὶ, οὐδέ μιν δυνησόμεθα ὑποχειρίην ποιήσασθαι. ὁκόσον γέ τι μοι μέρος μετῆν, ὁ ὀδοὺς μετέχει. *Itaque tunc dux exſiſtens, quum mancipia, Eretria abducta, in Styreenſium inſula deponeret, Aegilea adpellata; item naves, quae adpulerant Marathonem, in ſtatione collocaret; Barbaroſque, in terram egreſſos, ordinaret: ei, haec adminiſtranti, accidit, ut ſternutaret, tuſſireturque, quam ſolebat, vehementius; quumque aetate grandiori, dentes plurimi concuterentur, unus ex his violenta tuſſi excuſſus eſt; qui prolapſus in arenam, quum quaeſitus ſummo ſtudio, reperiri minime poſſet, cum ſuſpirio ad adſtantes verſus, dixit: Terra iſta non eſt noſtra, nec in poteſtatem etiam hanc redigere poterimus; nam quae ad me portio eius pertinebat, dens nunc habet.* Meminit huius rei Euſtathius ad Odyſſ. ρ'. Ἱππίας, ὁ Πεισιστράτου, ἔπταρε, καὶ ἔβηξε, μεῖζον τοῦ συνήθους· καὶ, ὡς πρεσβύτερος, σεισθέντων τῶν ὀδόντων, εἷς ἔπεσε. *Hippias, Piſiſtrati filius, ſternutavit, tuſſivitque ſolito vehementius; &, ut ſeni, quum concuſſi dentes eſſent, unus excidit.* Suidas. Ἱππίας ἐν Ἱππίας ἐπὶ τὴν ἑαυτοῦ πατρίδα σὺν τοῖς Πέρσαις, καὶ ἐκπλήττων τοὺς Βαρβάρους, μέγα ἔπταρε· καὶ, ἅτε γέρων ἤδη, εἶχε τοὺς ὀδόντας κραδαινομένους· ἐκ τοίνυν τῆς βιαίας κινήσεως τοῦ πταρμοῦ εἷς ὀδοὺς ἐξεκρούσθη, καὶ κατώλισθεν εἰς τὴν ψάμμον, καὶ εὑρεθῆναι ἀδύνατος ἦν. *Hippias igitur contra patriam ſuam cum Perſis profectus, & Barbaros percellens, vehementer ſternutavit; quumque, ut ſenex, dentes vacillantes haberet, violento ſternutationis motu excuſſus unus eſt, deciditque in arenam, neque reperiri potuit.* Moxque in pugna omnibus ſaeculis nobiliſſima interfectus, diem obiit. Non Herodotus, nec Thucydides, ceterorum ſatis alias curioſi, iſtud dicunt, quod mireris non immerito; verum ex Auctoribus aliis manifeſtum, quorum fidem nemo temere in dubium vocet. In his Cicero ad Atticum lib. IX. epiſt. X. *Nefarius Hippias, Piſiſtrati filius, qui in Marathonia pugna cecidit, arma contra patriam ferens.* Tertullianus Adverſus Gentes. *Hippias, dum civitati inſidias diſponit, occiditur.* Iuſtinus lib. II. cap. IX. *Ducenta millia Perſae eo proelio, ſive naufragio, amiſere. Cecidit & Hippias tyrannus Athenienſis, auctor, & concitor eius belli; diis, patriae ultoribus, poenas repetentibus.* Suidas, neſcio quo Auctore, tradit, ex hac pugna elapſum, fuga in Lemnum perveniſſe; & ibidem, oculis captum, effluente per illos ſanguine, acerba morte periiſſe. Verba eius ita habent. Ἐπὶ δὲ ἡττήθησαν οἱ βάρβαροι, φεύγων αὖθις (ὁ Ἱππίας) εἰς Λῆμνον ἀφικνεῖται, καὶ κάμνει νόσῳ, καὶ τὴν ὄψιν τυφλοῦται, αἵματος, ἐπιῤῥεύσαντος οἱ διὰ τῶν ὀφθαλμῶν, καὶ ἀλγεινῶς ἀπέθανε· δίκας ταύτας δοὺς τῇ πατρίδι, ἐπὶ τοὺς βαρβάρους ἦγεν ἐπὶ καταδουλώσει αὐτῆς. *Victis Barbaris, fugam denuo capeſſens (Hippias) in Lemnum pervenit, & morbo laborat; oculiſque*

(a) Vt ipſe etiam aliquid adiiciam, debuit Hippias huiuſmodi inſomnium contemnere, & cogitare ſe inter Perſas verſari, apud quos legitimum matri concumbere, adeoque non mirum ſi ſecundum quietem ſomnium illud eius menti oblatum eſt, quum ut plurimum ea ſomniemus, quae antea vidimus, vel cogitavimus, vel de quibus loquuti ſumus, quod proclive fuit apud Perſas inceſtos uſuvenire. Non igitur divinitus miſſum inſomnium credere debuit. Nam ut *Claudianus* canit.

Omnia quae ſenſu volvuntur vota diurno,
Pectore ſopito reddit amica quies
Venator defeſſa toro quum membra reponit,
Mens tamen ad ſilvas, & ſua luſtra redit.
Iudicibus lites, Aurigae ſomnia currus,
Vanaque nocturnis meta cavetur equis.
Furto gaudet amans, permutat navita merces,
Et vigil elapſas quaerit avarus opes
Blandaque largitur fruſtra ſitientibus aegris.
Irriguus gelido pocula fonte ſopor.

Et quare id eveniat egregie diſſerit doctiſſimus *Ariſtoteles Lib. de Somn.* Moris autem eſſe apud Perſas parentibus miſceri docet *Catullus*.

Naſcatur Magus ex Gelli matriſque nefando
Coniugio, & diſcat Perſicum Aruſpicium.
Nam Magus ex Matre & gnato gignatur oportet,
Si vera eſt Perſarum impia relligio.

Lucanus Lib. VIII de Parthis, Perſiſque loquens.

——— Num Barbara nobis
Eſt ignota Venus, quae ritu caeca ferarum
Polluit innumeris leges, & foedera taedae
Coniugibus, thalamique patent ſecreta nefandi
Inter mille nurus? Epulis vaeſana, meroque
Regia, non ullos exceptos legibus horret
Concubitus. tot femineis complexibus unum
Non laxat nox tota marem; iacuere ſorores
In Regum thalamis, ſacrataque pignora matres.
Damnat apud gentes ſceleris non ſponte peracti
Oedipodionias infelix fabula Thebas:
Parthorum Dominus quoties ſic ſanguine mixto
Naſcitur Arſacides? cui fas implere parentem
Quid reor eſſe nefas?

Ad hos reſpexiſſe arbitror *Ovidium* quum cecinit:

——— gentes tamen eſſe feruntur
In quibus & nato genitrix, & nata parenti
Iungitur, & pietas germinato creſcit amore.

Digitized by Google

que capitur, ſanguine per hos defluente; & acerba morte obiit, patriae dans iſtas poenas, poſtquam Barbaros ad ſubactionem eius adduxiſſet. Rurſum in Ὄζειν, lapidibus eum obrutum dicit a Lacedaemoniis. Τοῦτον δὲ (τὸν Ἱππίαν) κατέλευσαν Λακεδαιμόνιοι. *Hunc vero (Hippiam) lapidibus obruerunt Lacedaemonii.* Sed corrupta ſine ullo dubio verba, ſcribendumque, κατέλυσαν, *everterunt;* non κατέλευσαν. Itaque Hippias, ſive in Lemno, ſive in pugna ad Marathonem, vita exceſſit, gravis aetate, ut Herodotus, Thucydides, & Suidas indicant; & res ipſa ſatis loquitur, ſeculum totum, ſi non etiam ſuperaverit, impleviſſe. Inde coniecturam facio; quod Piſiſtrato, ante Remp. occupatam, e priore matrimonio natus fuerit. Et hoc verum eſſe oportet; ſiquidem ipſe, & frater Hippias, quum ſecundis nuptiis duceret Timonaſſam Piſiſtratus pater, interceſſerint; ut commemoro ex Plutarcho cap. x. Et Herodotus clare dicit, quum Piſiſtratus, Megaclis filiam ducturus eſſet, tum adultos eum filios habuiſſe, uti refero cap. v. Ergo natus Hippias iſte, uti fratres, annis aliquot, antequam tyrannidem pater occupaſſet; a quo tempore, ad mortem Hippiae anni octoginta octo numerantur. Vnde ſatis illud liquet, quod iam dixi, Hippiam centeſimum aetatis annum impleviſſe, aut ſuperaſſe.

CAP. XX.

Quod tyrannidis univerſae tempus fuerit inquiſitum. Ariſtotelis error oſtenſus. Scholiaſtes Ariſtophanis, & Iſocrates emendati.

AThenienſes, etſi annos iam viginti a tyrannide liberati, metu tamen tenebantur, ne raperet forte Hippias, quod Piſiſtratus ſemel, iterumque fecerat. Itaque, quum dubiam hactenus, neque totam libertatem habuiſſent, eo mortuo, certam demum, integramque acceperunt. Verum de tyrannidis tempore, quot annorum illa fuerit, nunc dicendum eſt. Feci nuper Fortunae Atticae cap. x. & hic reponam, paulo magis accurate pertractatum. Ac Piſiſtratum per tres, & triginta annos, varia fortuna tenuit; eius filii, quos Auctores Piſiſtratidas adpellant, triginta quinque. De Piſiſtrato Heraclides in Rebuſp. Πεισίστρατος, τριάκοντα τρία ἔτη τυραννεύσας, γηράσας ἀπέθανεν. *Piſiſtratus, quum triginta, ac tres annos tyrannidem tenuiſſet, ſenex obiit.* Vide quae notavi ſupra cap. v. De Piſiſtratidis eſt Herodoti iſte locus lib. v. cap. LXV. Μετὰ δὲ, ἐξεχώρησαν (οἱ Πεισιστρατίδαι) ἐς Σίγειον, τὸ ἐπὶ τῷ Σκαμάνδρῳ· ἄρξαντες μὲν τῶν Ἀθηναίων ἐπ' ἔτεα ἓξ καὶ τριήκοντα. *Poſtea vero, exceſſere (Piſiſtratidae) in Sigeum ad Scamandrum ſitum; quum principatum in Athenienſes tenuiſſent annum iam trigeſimum ſextum.* Quae ſunt ita accipienda, ut trigeſimo quinto impleto, ſextus inchoatus fuiſſe exiſtimetur. Idem erit de Piſiſtrato tenendum; anno exacto trigeſimo ſecundo, tertio eum inchoato deceſſiſſe. Ita ut tyrannidis tempus univerſum inveniatur, anni ſexaginta ſeptem, eiectuſque Hippias fuerit iam vertente ſexageſimo octavo. Valde errat Ariſtoteles, qui octodecim tantum annos Piſiſtratidis adſcribit Politic. lib. v. cap. XII. Τρίτη δὲ (τυραννὶς) ἡ τῶν Πεισιστρατιδῶν Ἀθήνησιν· ἐκ ἐγένετο δὲ συνεχής· δὶς γὰρ ἐφυγε Πεισίστρατος τυραννῶν. ὥστε ἐν ἔτεσι τριάκοντα καὶ τρισὶν, ἑπταικαίδεκα ἔτη τούτων ἐτυράννευσεν· ὀκτωκαίδεκα δὲ, οἱ παῖδες. ὥστε τὰ πάντα ἐγένετο ἔτη τριάκοντα κ̓ πέντε. *Tertia (tyrannis) Piſiſtratidarum Athenis, quae continua non fuit; nam Piſiſtratus, dum tyrannidem exercet, bis eſt in exſilium actus; ita ut, de tribus, & triginta annis, decem, & ſeptem ſit tyrannide potitus; filii eius octo, & decem, ita ut anni univerſim quinque, & triginta fuerint.* Nam quod ille univerſum tempus ſtatuit, illud tantum Piſiſtratidarum fuit, uti clare ex Herodoto indicavi, cuius verba, ſi quid iudico, minus bene intellecta maximum philoſophorum in errorem induxerunt; quippe, ſi de univerſa haec tyrannide explicari debuiſſent, certe, quum Piſiſtrati anni decem, & ſeptem numerentur, conſectaneum omnino erat, decem & octo, qui reſtabant de triginta quinque illis, Piſiſtratidarum eſſe. Iam tyrannidem annos ſexaginta octo tenuiſſe, alia quoque ratione manifeſtum faciemus. Thucydides ait, Hippiam eiectum urbe, anno poſt eiectionem hanc vigeſimo, una cum Medis ad Marathonem militaſſe. Verba eius in rem iſtam ita habent lib. VI. Τυραννεύσας δὲ ἔτη τρία Ἱππίας ἔτι Ἀθηναίων, καὶ παυθεὶς ἐν τῷ τετάρτῳ ὑπὸ Λακεδαιμονίων, καὶ Ἀλκμαιωνιδῶν, ἐχώρει ὑπόσπονδος ἐς τε Σίγειον, καὶ παρ' Αἰαντίδην ἐς Λάμψακον· ἐκεῖθεν δὲ, ὡς βασιλέα Δαρεῖον. ὅθεν καὶ ἐρμώμενος ἐς Μαραθῶνα ὕστερον ἔτει εἰκοστῷ, ἤδη γέρων ὢν, μετὰ Μήδων ἐστράτευσεν. *Hippias vero quum deinde per triennium principatum tenuiſſet, quarto anno deiectus a Lacedaemoniis, & exſulibus Alcmaeonidis, fide accepta, in Sigeum ſe recepit; inde Lampſacum ad AEantidem; illinc ad Darium regem, unde poſtea Marathonem profectus anno vigeſimo, iam ſenex cum Medis militavit.* Ergo computemus tempus. Tyrannidem incepit Piſiſtratus, uti dixi capite tertio Olymp. L. anno I. ac pugnatum ad Marathonem Olymp. LXXII. anno I. Habes ecce annos octoginta octo, quibus ſi viginti demas, inter pugnam Marathoniam, & eiectionem, medios, reſtant ſexaginta octo. Ergo inciderit eius finis in Olymp. LXVI. ann. IV. & Anonymus toto quadriennio errat, qui in quartum Olympiadis ſexageſimae quintae reiicit. Ita enim illic dicit: Οἱ Πεισιστρατίδαι Ἀθηνῶν ἐξεώθησαν. *Piſiſtratidae Athenis ſunt eiecti.* Apud Auctorem, quem ſequutus ipſe erravit, ſine dubio numerus corruptus fuit; & ſcripſerat ſupinus librarius ξέ, pro ξϛ'. qui proclivis certe lapſus. Porro huc adludit etiam, quod Thucydides a tyrannis urbe eiectis, uſque ad Quadringentorum dominatum, qui in annum primum incidit Olymp. XCII. ubi annorum centum unius intervallum eſt, annos circiter centum dicit, lib. VIII. Χαλεπὸν γὰρ ἦν

ἦν τὸν Ἀθηναίων δῆμον, ἔτει ἑκατοστῷ μάλιστα ἐπειδὴ οἱ τύραννοι κατελύθησαν, ἐλευθερίας παῦσαι. *Difficile enim erat, populum Athenienſem centeſimo potiſſimum anno, poſtquam liber a tyrannis factus eſſet, libertate ſua exſuere.* Quod ſi vero annos tantum computemus, quibus rerum ſunt potiti Piſiſtratidae, demtis ſexdecim, quos Piſiſtratus in exſilio duplici egit, de his ſexaginta octo ſaltem quinquaginta duo relinquentur, ſive integri quinquaginta unus tantum, quando ultimum inchoarint, non compleverint. Illos dixerat Ariſtophanes, ut ad Veſpas Scholiaſtes eius tradit, ſed corruptis hodie verbis. Δοκεῖ δὲ ἡ τυραννὶς (τῶν Πεισιστρατιδῶν) καταςῆναι, ὡς φησιν Ἐρατοσθένης, ἐπὶ ἔτη ν'. τῷ ἀκριβῶς διαμαρτάνων· Ἀριςοφάνης μὲν, μά. φήσαντα. Ἡρωδότῳ δὲ λς'. *Videtur autem tyrannis (Piſiſtratidarum) duraſſe, ut ait Eratoſthenes, annis quinquaginta, non exacte rem tenens; quum Ariſtophanes quidem dicat, quadraginta & uno, Herodotus vero triginta ſex.* Vbi quod Herodotum adtinet, non eſt ſane mentem eius adſequutus; ſiquidem hic, ut iam dixi de Piſiſtrati filiorum tempore loquitur de cetero emendandum omnino. Ἀριςοφάνης μὲν, νά. φήσαντα. *Quum Ariſtophanes quidem dicat, quinquaginta & uno.* Confuſi numeri μ', & ν', ut fieri in his talibus amat. Reprehendit Eratoſthenem, qui minus exacte, uno omiſſo, quinquaginta annos dixerat; quomodo etiam Iſocrates, verum itidem corruptus in Orat. περὶ ζεύγους. Τὴν δὲ εὔνοιαν, ἣν εἶχον εἰς τὸ πλῆθος, ἐν τοῖς τυραννικοῖς ἐπεδείξαντο. συγγενεῖς γὰρ ὄντες Πεισιστράτῳ, καὶ πρὶν εἰς τὴν ἀρχὴν καταςῆναι, μᾶλις' αὐτῷ χρώμενοι τῶν πολιτῶν, οὐκ ἠξίωσαν μετασχεῖν τυραννίδος· ἀλλ' ἡγήσαντο κρεῖττον εἶναι, φυγεῖν τὴν πατρίδα μᾶλλον, ἢ τοὺς πολίτας ἰδεῖν δουλεύοντας, τετταράκοντα δ' ἔτη τῆς στάσεως γενομένης, ὑπὸ μὲν τῶν τυράννων, τοσούτων ὄντων, ἐμισήθησαν, ὥστ', ἐπότε τούτων κρατήσαιεν, οὐ μόνον τὰς οἰκίας αὐτῶν κατέσκαπτον, ἀλλὰ καὶ τοὺς τάφους ἀνώρυττον. *Benevolentiam autem, qua adfecti erga populum fuerunt, tyrannicis temporibus oſtenderunt. Nam, quum conſanguinei eſſent Piſiſtrati, & eodem antequam ad principatum perveniret, maxime e civibus uterentur, tyrannidis tamen participes eſſe noluerunt; ſed e patria exſulare, quam cives ſervitute oppreſſos intueri, maluerunt; &, quum annos quadraginta haec ſeditio duraſſet, tot tyrannis adeo fuere inviſi, ut, quum rerum potirentur, non diruerent tantum aedes eorum, verum & ſepulcra effoderent.* Etiam hic reſtituendum, πεντήκοντα δ' ἔτη τῆς στάσεως γενομένης. *Quum annos quinquaginta haec ſeditio duraſſet.* Nam librarii iniuria ν' in μ' corruptum fuit. Et haec quidem de tyrannide celeberrima hactenus mihi apud Auctores obſervata; quae, ut in hac etiam parte Hiſtoriam Atticam illuſtrarem, communicare cum ſtudioſis eius volui.

FINIS.

ERRATA CORRIGE.

Columna 6 εἶχον. τίκτει.
9 Thucydidis.
10 ἐπεὶ χιτῶνας ἀρχηγέτας.
13 In numo pro AE, lege AR.
17 Ἀθήνας.
40 αὐτέων. πόλεις.
41 πόλεις. *Prene.*
44 ἑβδομήκοντα.
61 Boeotiam.
86 *Theatra.*
117 pro *melgrum*, lege . . . . .
120 *Mithram.*
122 ἱρηκότες.
129 τῇ Θοσίᾳ.
140 Σεράπιδός ἐστιν ἱερόν.
175 *Phorbantheum.*
183 pro *tres ſeſquiſextarii*, lege *ſeſquiſextarium.*
195 *Seu vetus in trivio florea ferta lapis.*
200 ἁρμογλυφείων.
214 ἔνυδρος.
229 ΠΥΑΝΕΨΙΩΝΑ. ποθεῖνα.
230 ΖΩΣΙΜΟΥ. ΠΕΙΡΑΙΕΥΣ.
239 Ἄρατα κύλει.
241 pro *cruribus vinctus*, lege *membris vinctus.*
244 ΜΗΝΟΦΙΛΟΥ. intelligitur Meurſio.
246 AEgeidae.
257 Ἑρμολάου.
259 Ἀλκάτης.
262 *Ecl.* 189.
327 Strabo Libro IX.
328 Thucydides Libro II. Heſychius.
329 ἄρξαντα.
335 quadrant.
348 ΤΗΣ ΕΞΟΥΣΙΑΣ.
359 pro *malini*, lege *mali ramum.*
376 cur autem.
383 Herodotum Libro VI. cap. CXXXVII. poſt *circum arcem ducti*, adde Et Strabo Libro IX.
384 dele illud: *Vide etiam Sponii ignotorum Deorum aras.*
391 pro *promontorium illud*, lege: *littus illud.* CHITONE.
430 ἱρῷ. βασιλῆα.
432 ἄγαλμα.
435 τὴν ἀτμίδα.
445 σφᾶς. ἐκπλήξεως.
469 *eiuſque officina.*
529 delendum illud: in altera autem parte Minerva.
559 εἰς πειραιᾶ.
566 Millo.
604 haberet.
677 *Cephali.*
738 Phorbas annis XLI. Agameſtor annis XVII.
741 De Abaride.
757 ΔΕΞΙΠΠΟΝ.
764 ΣΕΒΑΣΤΟΥ.
765 Tleſiam Creontis. Dele illud: Caroli Sigonii auctoritatem, ut videtur, perperam ſequutae, Theſiae autem.
767 Hunc ſequutus eſt Olymp. XVIII. anno I.
781 ἐνάτῳ,
792 *videſis.*
895 ΓΕΙΜΝΑΣΙΑΡΧΗΣΑΣ. ΚΙΚΥΝΝΕΥΣ. ΑΚΑΜΑΝΤΙΣ. ΕΥΑΙΝΕΤΟΣ.
903 ΑΤΤΙΚΙΩΝ.
904 ni Δωρικῶς.
944 Μενεσθέα φασίν.
967 in Tabula noſtra.
1014 dele Scholion integrum.
2023 ἱπποκράτους.
1028 προεισιῶντα. ἀπόλυται.
1055 πεισίστρατος κατεςήσατο.
1075 accenſus ira.
1085 Sect. IV.
1097 Thucydides Lib. VI.
1098 χαλκωτήρα.
1103 εἰς τὴν ψάμμον.
1104 *geminato creſcit amore.*

Digitized by Google

APPENDIX

Quum Inſcriptionem Atticam Muſei Richardiani, quam ſuperius *Col.* 257. protulimus, melius ac plenius, quam alii Eruditi, tandem forte fortuna legerimus, ut in *Ephemeridibus litterariis Florentinis* anni MDCCXLV. demonſtratum fuit, eam heic iterum producere ſecundum poſteriorem meam lectionem, operae pretium eſſe duxi; alias etiam Inſcriptiones addo.

Θ ΕΟΙΣ ΤΥΧΗ

ΕΚΡΟΠΙΔΟΣ
ΑΘΗΝΙΩΝ ΜΕΛΙ.
ΞΟΤΟΣΕΡΜΟΛΑΟ
ΦΙΛΟΣΔΙΟΣΚΟΥΡ
ΟΥΡΙΔΕΣ) ΜΕΛ
ΛΙΔΩΝΙΟΣ): ΜΕΛΙ
ΜΩΝΑΝΘΕΣΤΗΡΙΟΥ
ΣΙΜΑΧΟΣ ΠΙΤΘΕΥ
ΩΝΤΙΔΟΣ
ΙΟΣΑΡΤΕΜΩΝΟΣ Π
ΘΣ) ΚΟΠΡΙΟΣ
ΟΣ Σ
ΟΣ ΜΑΡΑΘΩΝΙΟ
ΡΑΚΛΕΩΝΟΣ
ΙᾹ Η
Σ
ΑΘΩΝΟΣ · Α
ΘΩΝΟΣΑ
ΙΣ.ΙΟΥΛ
ΑΛΩ̄

ΤΟΚΡΑΤΟΡΟΣ ΚΑΙΣΑΡΟΣ
ΙΛΙΟΥΑΔΡΙΑΝΟΥΑΝΤΩΝΕ
ενσι. ΣΕΒΑΣΤΟΥΕΙΚΟΣΤΟΥ ΕΒ
*α*ΠΟΤΗΣΘΕΟΥΑΔΡΙΑΝΟΥΠΡΩ*της*
*ε*ΙΣ ΑΘΗΝΑΣ Π*αρ* ΟΥ *σι* ΑΣ
ΗΤΗΣ ΣΩ
ΕΣΤΙΑ ΕΝΟΚ ΟΣ|
ΓΡΑΨΕΝ ΤΟΥΣ ΤΠ Α
*ε*ΦΗΒΟΥΣ Σ
ΠΩ ΟΣ ΙΤ
Ν Σ Ν ΟΣΜ Η
Π ΙΟΘΕΝΙΗ Π
ΣΠΑ Α
Π Σ
ΠΑ
ΝΙΟ

ΕΡΕ̄ΧΘΕΙΔΟΣ
ΕΠΙΚΤΗΤΟΣ) ΣΥΒΡΙΔΗΣ
ΘΕΜΙΣΩΝ) ΚΗΦΕΙΣΙΗ
ΕΥΠΟΡΟΣ) ΠΕΡΓΑΣΗΘ
ΠΑΡΑΜΟΝΟΣΔΙΟΝΥΣΙΟΥ Χ̄
ΥΓΕΙΝΟΣ ΓΛΑΥΚΟΥ
ΑῙΓΕΙΔΟΣ.
ΑΡΤΕΜΩΝ) ΓΑΡΓΗΤ
ΕΡΩΣ ΜΑΡΑΓΔΟΥ. Α
ΑΘΗΝΟΔΩΡΟΣ) ΕΣΤΙΑΙ
ΑΘΗΝΟΔΩΡΟΣ 7 ΕΡΜΕΡΩ
ΠΑΝΔΙΟΝΙΔΟΣ
ΑΣΚΛΗΠΙΑΔΗΣ) Π
ΕΟΝΤΙΔΟΣ
ΛΛΙΜΑΧΟΣ ΦΕΙΔΙ
ΚΧΙΟΣ) ΕΞΟΙ

Praecedentis Epigrammatis explicatio repetenda eſt ex laudatis *Ephemeridibus litterariis*. Ex *Ephemeridibus* anni vertentis MDCCLII. n. 1. inſequentem Inſcriptionem exhibemus, ea, quae de OEdeo *Meurſius* habet, mire illuſtrantem.

ΒΑΣΙΛΕΑ ΑΡΙΟΒΑΡΖΑΝΗΝ ΦΙΛΟΠΑΤΟΡΑ ΤΟΝ ΕΚ ΒΑΣΙΛΕΟΣ
ΑΡΙΟΒΑΡΖΑΝΟΥ ΦΙΛΟΡΩΜΑΙΟΥ ΚΑΙ ΒΑΣΙΛΙΣΣΗΣ
ΑΘΗΝΑΙΔΟΣ ΦΙΛΟΣΤΟΡΓΟΥ ΟΙ ΚΑΤΑΣΤΑΘΕΝΤΕΣ
ΤΠ ΑΥΤΟΥ ΕΠΙ ΤΗΝ ΤΟΥ ΩΙΔΕΟΥ ΚΑΤΑΣΚΕΥΗΝ
ΓΑΙΟΣ ΚΑΙ ΜΑΡΚΟΣ ΣΤΑΛΛΙΟΙ ΓΑΙΟΥ ΥΙΟΙ ΚΑΙ
ΜΕΝΑΛΙΠΠΟΣ ΕΑΥΤΩΝ ΕΥΕΡΓΕΤΗΝ

Inſequentes duodecim Inſcriptiones Atticas nuper edidit V. Cl. *Eduardus Corſinius*, quas, quia ad res Atticas ſpectant, eaſque in clariore luce collocant, praetermittere nefas duximus. De hoc *Corſinii* opere actum eſt in citatis *Ephemeridibus* vertentis anni n. 32.

Athenis in Eccleſia Deiparae.

. . . ΜΕΙΝΙΩΝΟΣ ΘΕΛΙΣΙ . . . . . .
ΤΟΥΤΗΣ ΠΑΝΤΕΛΕΙΑΣ ΠΟΠΑΝ . . .
ΛΟΝΧΟΙΝ ΙΚΙΛΛΟΝ ΝΗΦΑΛΙΟΝ
ΒΟΗΔΡΟΜΙΩΝΟΣ ΠΝΕΦΟΥΠΑΙΟΣΤΡΑ
ΑΛΕΚΤΡΥΟΝΑ ΚΑΡΠΟΣ ΝΕΣΠΕΙΡΩΝ ΠΥΡ
ΑΙΚΕΤΟΛΣΣΠΕΝΔΩΝ ΜΕΛΙΚΡΑΤΟΝ ΖΙΔΗ
ΚΙΕ ΕΛΦΑΚΑΛΝΥΠΕ . . Ο . ΤΟΣΟΠΡΙΣ . .
ΕΡΝΟΝΑ . . . ΚΙΔΙΟΝΡΘΟΝΦΑΛΟΝ ΚΑΙ ΚΑΘΙΙΝ
ΔΩΛΕ . ΕΝΦΑΛΟΝ
ΑΤΗΡΙΩΝΟΣ ΔΙΓΕΟΡΤΩ ΠΟΠΑΝΟ
ΚΟΙΝΙΚΙΔΙΟΝ Ο ΦΕΟΝΦΑΛΟΝ ΟΔΕΚΟΝΦΑΛΟ
ΝΑΣΤΟΝ ΚΛΗΚΙΔΙΟΝ ΕΠΙΠΕΠΛΑΣΜΕΝΟΝ
ΤΑ ΚΑΡΠΙΑ ΝΗΦΑΛΙΟΝ
ΠΟΣΙΔΕΩΝΩΣ Η ΙΣΤΑΜΕΝΟΥ ΠΟΠΑΝΟ

Digitized by Google

ONIΣ X . . ΚΑΙ ΤΟΙΣ ΑΛΛΟ . . ΟΙΣΤΑΝΕ . . .
ΤΤΑΝ ΙΩΝΤΟΣ ΑΠΟΛΛΩΝΙ ΚΑΙ ΑΙ . . ΔΙΓΗ
ΑΝΕΜΟΙΣ ΠΟΠΛΑΝΟΝ ΧΘΙΝΙΚΙΚΑΙΟΝ ΟΡ
ΑΛΟΝ ΔΩΔΕΚΟΝΦΑΛΟΝ ΝΗΦΑΛΙΟΝ
ΓΑΜΗΝΩΝΟΣ ΚΙΤΤΟΣ ΕΙΣ ΔΙΟΝΤΣΟΥ ΘΥ
ΑΝΟΞΣΤΗΡΙΩΝΟΣ ΙΕΡΕ . . ΕΚΛΟΥ ΤΑΩ
Λ . ΦΗ . ΟΛΙΩΝΟΣ ΕΙ ΚΡΟΝΩ ΠΟΠΑΝΙ . .
ΑΩΔΕΚΟΜΦΑΛΟΝ ΚΑΘΝΙΕΝΟΝ ΕΠΙ

ΟΙΚΙΑΙΟΝ ΔΩΔΕΚΟΝΦΑΛΟΝ ΚΑ . ΜΕ
ΠΟΣΙΔΩΝΙΚΑΜΑΤΗΛΟΝΗΦΑΛΙΟΝ ΟΥ
. . ΕΙΣ ΒΟΥΝ ΧΕΙΝΙΚΙΑΙΟΝ ΑΝΤΠΕ
. . Σ ΜΟΥΝΥΧΙΟΝΟΣ ΒΑΠΙΟΝΤΟΣ Η
ΚΛΕΙ . . ΧΑΙΘΕΙΩ ΑΛΕΚΤΟΡΑΣ ΒΠΟΠΑ
. . ΟΙΝΚΟΣΔΩΔΕΚΟΜΦΑΛΑ ΘΡΘΟΜΑ
ΑΝΤΠ . . ΘΕΤΩΣ

Hoc Marmor mire corruptum, ac depravatum, *Corſinius* conatus eſt alicubi ſubplere & corrigere; ubique non potuit. Quaedam tamen ex eo ab Eruditis exſculpi poſſunt, quae lucem aliquam rebus Atticis foenerentur.

Athenis in duabus Columnis ex Pario Marmore, Inſcriptio in Angliam delata a D. Antonio Askevo Medico.

ΑΛΚΑΜΕΝΟΥΣ ΚΟΣΜΗΤΕΥΟΝΤΟΣ
ΕΦΗΒΟΙ

ΕΡΕΧΘΕΙΔΟΣ
ΑΥΡ ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ
ΙΣΙΤΥΧΟΣ ΖΩΠῩ.
ΖΩΠΥΡΟΣ)
ΖΩΣΙΜΙΑΝΟΣ ΣΟΦ
ΦΑΝΙΑΣ ΜΥΣΤΙΚΟΥ
ΗΡΑΚΛΕΙΔΗΣ
ΑΙΓΕΙΔΟΣ
ΜΕΓΙΣΤΟΔΩΡΟΣ
ΚΑΡΠΟΣ
ΛΕΟΝΤΙΔΟΣ
ΑΠΕΛΛΗΣ ΑΦΡΟ̄Δ
ΕΥΤΥΧΙΑΝΟΣ ΑΦΡΟ̄
ΑΣΚΛΗΠΙΑΔΗΣ ΑΠ̄
ΔΙΟΚΛΗΣ, Ο ΚΑΙ ΤΡῩΦ
ΛΕΟΝΙΔΗΣ ΖΩΣΙ
ΖΩΣΙΜΟΣ
ΙΣΙΔΟΤΟΣ ΕΡ̄Μ
ΕΥΦΡΟΣΙΝΟΣ ΕΡ̄Μ
ΠΤΟΛΕΜΑΙΔΟΣ
ΤΙΤΟΣ)
ΝΙΚΟΣΤΡΑΤΟΣ
ΤΙΜΟΚΡΑΤΗΣ ΝΕΙΚΟ̄
ΖΩΠΥΡΟΣ ΝΕΙΚΟ
ΑΥΡ ΠΑΝΤΑΙΝΟΣ
ΣΥΜΦΕΡΩΝ ΜΕΛῙΣ
ΜΕΛΙΣΣΟΣ)
ΛΟΓΟΣ
ΕΥΕΛΠΙΣΤΟΣ.
ΞΕΝΟΚΛΗΣ ΟΝΗΣΙ
ΑΚΑΜΑΝΤΙΔΟΣ

ΕΠΕΓΡΑΦΟΙ

ΚΛΑ. ΟΝΟΜΑΣΤΟΣ
ΦΙΛΙΝΟΣ ΜΥΣΤΙΚΟ̄
ΝΕΙΚΗΦΟΡΟΣ ΕῩΑΣΤΑ

ΕΡ-

ΚΡΙΤΩΝ
ΝΙΚΩΝ ΕΥΥΤΧ̄
ΧΡΥΣΑΝΘΟΣ ΣΩΣῙ
ΑΘΗΝΑΙΟΣ ΕΥΚ
ΑΔΡΙΑΝΙΔΟΣ
ΚΛ. ΠΡΩΤΑΓΟΡΑΣ
ΟΙΝΕΙΔΟΣ
ΕΙΣΙΔΟΤΟΣ
ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ ΕῩΤ̄
ΑΜΜΩΝΙΟΣ
ΔΙΦΙΛΟΣ ΑΦΡΟ
ΦΑΡΝΑΚΗΣ ΕΛΕΥ
ΜΑΚΡΕΙΝΟΣ ΦΙΛΟ
ΑΦΡΟΔΕΙΣΙΟΣ ΦΙΛ
ΚΕΚΡΟΠΙΔΟΣ
ΕΠΕΡΑΣΤΟΣ ΑΘΗΝΙΩ
ΚΛ ΠΑΤΛΕΙΝΟΣ
ΚΛ ΡΗΤΟΡΙΚΟΣ
ΥΜΕΝΑΙΟΣ ΜΗΤΡ
ΑΦΡΟΔΕΙΣΙΟΣ)
ΠΑΤΡΟΚΛΗΣ
ΑΓΑΘΟΠΟΥΣ
ΙΠΠΟΘΩΝΤΙΔΟΣ
ΘΕΟΦΑΝΗΣΦΙΛΕΡΩΤΙΣ
ΦΙΛΟΚΡΑΤΗΣ
ΔΙΟΦΑΝΤΟΣ ΦΙΛ
ΔΥΚΡΑΤΗΣ ΦΙΛ
ΘΕΟΦΑΝΗΣ
ΑΦΡΟΔΙΣΙΟΣ
ΕΥΠΟΡΙΣΤΟΣ
ΑΙΑΝΤΙΔΟΣ

ΕΠΕΓΡΑΦΟΙ.

ΠΕΡΙΓΕΝΗΣ ΥΓΙΝ
ΑΓΑΘΩΝ
ΕΥΤΥΧΙΑΝΟΣ

ΔΩ-

ΕΠΕΓΡΑΦΟΙ.

ΕΥΤΥΧΗΣ ΤᾹ
ΠΡΥΜΟΣ)
ΣΩΣΑΣ ΕΙ

ΕΠΙ-

Digitized by Google

ΕΡΜΟΦΙΛΟΣ ΕΥΑ
ΠΟΜΠ ΜΑΡΩΝ
ΟΛΥΜΠΙΚΟΣ
ΑΦΡΟΔΙΣΙΟΣ
ΕΙΣΙΔΟΤΟΣ ΑΙΟ
ΒΟΤΡΥΣ
ΘΙΑΣΟΣ
ΣΜΥΡΝΟΣ

ΔΩΣΙΘΕΟΣ
ΕΡ. ΓΑΝΥΜΗΔΗΣ
ΔΑΜΑΣ
ΚΟΡΥΜΒΟΣ
ΗΡΑΚΛΕΙΔΗΣ
ΕΥΓΝΩΜΩΝ
.ΝΔΑΝΤΗΣ
ΙΣΙΔΟΤΟΣ
ΙΣΙΔΩΡΟΣ
ΜΑΡΩΝ
ΕΠΑΦΡΑΣ

ΕΠΙΚΤΑΣ
ΑΤΤΙΚΙΩΝ
ΖΗΝΩΝ
ΠΙΝΟΣ
ΝΕΙΚΙΩΝ
ΚΛΑ. ΣΩΤΗΡΙΩΝ
ΑΡΤΕΜΙΔΩΡΟΣ
ΣΩΤΗΡΙΚΟΣ
ΖΩΣΙΜΟΣ
ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ
ΚΛ. ΟΝΗΣΙΜΟΣ
ΣΜΑΡΑΓΔΟΣ

In ſiniſtra Marmoris parte e regione trium ſuperiorum Claſſium aderant, ſed ſine titulo, hae duae ſequentes.

ΜΑΞΙΜΟΣ
ΑΠΟΛΛΩΝΙ
ΠΛΑΤΩΝ
ΕΥΚΑΡΠΟΣ
ΕΥΤΥΧΗΣ
ΛΕΩΝ
ΝΩΣΦΟΡΟΣ
ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ
ΖΩΠΥΡΟΣ
ΜΑΡΚΟΣ
ΕΥΦΡΑΝΤΙΚΟΣ
ΚΛ. ΕΥΤΥΧΗΣ
ΑΘΑΝΙΩΝ

ΣΥΜΦΟΡΟΣ
ΠΑΝΘΙΩΝ
ΑΦΡΟΔΙΣΙΟΣ
ΑΥΚ . . . ΑΣ
ΑΡΤΕΜΑΣ
ΘΕΟΔΟΤΟΣ
ΑΡΤΕΜΟΝΟΣ
ΣΩΤΗΡΙΚΟΣ

Athenis in Marmoris fragmento.

. . . ΦΙΚΙΟΣ ΞΕΝΟΦΩΝΤΟΣ
. . . ΔΩΡΟΣ
. . . ΟΣ ΑΘΗΝΑΙΟΥ
. . . ΦΟΔΙΤΟΣ ΑΘΗΝΑΙΟΥ
. . . ΧΟΣ ΑΝΤΙΟΧΟΥ
. . . ΕΛΛΗΝ
. . . .ΠΡΑΣΙΕΙΣ
. . . .ΛΕΟΝΙΔΟ . .
ΓΡΑΜΜΑΤΕΥΣ ΒΟΥΛΕΥΤΩΝ ΙΩΝΙΚΟΣ ΑΒΡΩΝΟΣ
ΑΙΣΙΤΟΙ
. . . . . ΙΕΡΟΦΑΝΤΗΣ
. . . . . ΔΑΔΟΥΧΟΣ
. . . . . ΙΕΡΟΚΗΡΥΞ
. . . . . ΛΗΣ ΚΑΙ ΔΗΜΟΥ
. . . . . ΟΣ ΑΘΗΝΟΔΩΡΟΥ

ΕΙΣΙΔΩΡΟΣ
ΣΤΕΙΡΙΕΙΣ
ΔΙΟΔΩΡΟΣ ΖΩΣΙΜΟΥ
ΖΩΣΙΜΟΣ ΠΟΛΥΒΙΟΥ
ΚΑ. ΚΟΡΝΗΛΙΑΝΟΣ
Η . . ΑΙΟΣ ΑΦΡΟΔΙΣΙΟΥ
ΑΓΓΕΛΗΘΕΝ
ΕΙΣΙΔΩΡΟΣ ΦΗΛΙΚΟΣ
ΓΡΑΜΜΑΤΕΥΣ ΒΟΥΛΗΣ ΚΑΙ
ΔΗΜΟΥ ΑΧΑ . . ΙΟΣ ΘΛΑΔΑΜΙΤΡΟΥ
ΠΕΡΙ ΤΟ ΒΗΜΑ . . . ΩΣΠΟΣ
ΑΝΤΙΓΡΑΦΕΥΣ . . . . .
ΙΕΡΑΥΛΗΣ . . . . ΔΟΤΟΣ
ΥΠΟΓΡΑΜΜΑΤΕΥΣ . . . . ΙΟΣ

Athenis in columna quadam in Templo Theſei

ΧΟΛΑΡΓΕΙΣ
ΑΝΤΙΦΩΝ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ
ΜΕΝΑΝΔΡΟΣ

ΑΛΚΙΒΙΑΔΗΣ
ΕΡΕΝ. ΦΙΛΗΤΟΣ
ΟΝΗΣΙΜΟΣ)

ΕΥ-

Digitized by Google

ΕΥΚΑΡΠΟΣ ΑΧΑΙΚΟΥ
ΚΛ. ΑΛΥΠΟΣ
ΚΙΚΥΝΝΕΙΣ
ΕΥΚΡΑΤΗΣ ΣΕΛΕΥΚΟΥ
ΣΕΛΕΥΚΟΣ
ΗΡΕΣΙΔΑΙ
ΟΝΗΣΙΜΟΣ ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ
ΣΤΡΑΤΩΝ
ΠΑΠΙΑΝΟΣ ΣΤΡΑΤΩΝΟΣ
ΑΓΑΘΗΜΕΡΟΣ ΑΣΚΛΗΠΙΑΔΟΥ
ΕΡΜΕΙΟΙ
ΘΕΟΤΙΜΟΣ ΤΡΥΦΩΝΟΣ
ΟΛΥΜΠΙΟΔΩΡΟΣ
ΑΦΡΟΔΙΣΙΟΣ ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΥ

ΠΕΙΝΑΡΙΕΡΟΚΗΡΥΞ
ΚΗΡΥΞ ΒΟΥΛΗΣ ΚΑΙ ΔΗΜΟΥ
ΓΟΡΓΙΑΣ ΑΧΑΡΝΕΥΣ
ΓΡΑΜΜΑΤΕΥΣ ΒΟΥΛΗΣ ΚΑΙ
ΔΗΜΟΥ ΜΑΡΚΟΣ ΕΥΚΑΡ-
ΠΙΔΟΥ ΑΖΗΝΙΕΥΣ
ΓΡΑΜΜΑΤΕΥΣ ΚΑΤΑ ΠΡΥΤΑ-
ΝΕΙΑΝ ΜΟΥΣΑΙΟΣ ΦΥΛΑΣΙΟΣ
ΑΝΤΙΓΡΑΦΕΥΣ ΔΗΜΟΣΤΕ-
ΝΗΣ ΣΟΥΝΙΕΥΣ
ΙΕΡΑΥΛΗΣ ΕΥΧΑΡΙΣΤΟΣ ΠΑΡΑ-
ΜΟΝΟΥ ΕΠΙΕΙΚΙΔΗΣ
ΥΠΟΓΡΑΜΜΑΤΕΥΣ ΕΠΙΔΟΤΟΣ
ΕΠΙ ΣΚΙΑΔΟΣ ΑΦΡΟΔΙΣΙΟΣ

Athenis in Columna in Templo Theſei, nunc S. Georgii.

ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ

ΕΠΙ ΑΡΧΟΝΤΟΣ ΤΙ . ΝΗΙ . . . . Ο . . ΤΙΚΟΥ ΒΗΣΑΙ-
ΕΩΣ ΣΤΡΑΤΗΓΟΥΝΤΟΣ ΕΠΙ ΤΑ ΟΠΛΑ ΒΑΛΕΡΙΟΥ
ΜΑΜΕΡΤΙΝΟΥ ΜΑΡΑΘΩΝΙΟΥ Η ΠΡΥΤΑΝΕΙΑΣ
Ο ΓΡΑΜΜΑΤΕΥΣ ΤΩΝ ΒΟΥΛΕΥΤΩΝ ΤΗΣ ΑΚΑΜΑΝ-
ΤΙΔΟΣ ΦΥΛΗΣ ΦΙΛΟΥΜΕΝΟΣ ΕΡΩΤΟΣ ΚΕΦΑΛΗΘΕΝ
ΤΙΜΗΣΑΣ ΤΟΥΣ ΣΥΝΑΡΧΟΝΤΑΣ ΚΑΙ ΤΟΥΣ ΑΙΣΙ-
ΤΟΥΣ ΑΝΕΓΡΑΨΕΝ
ΣΦΗΤΤΙΟΙ
ΛΥΣΙΜΑΧΙΔΗΣ Π
Α . . ΔΗΜΟΣΘΕΝΗΣ
ΕΥΦΡΟΣΥΝΟΣ
ΕΥΜΕΝΗΣ
ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΣ
ΕΠΙΓΟΝΟΣ * ΜΑΡΚΟΥ
ΙΠΠΟΚΡΑΤΗΣ ΜΑΡΚΟΥ
ΑΡΙΣΤΕΙΔΗΣ
Β . . . ΔΙΟΣ ΑΡΙΣΤΕΙΔΟΥ
ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ ΠΡΟΣΔΟΚΙΜΟΥ
ΑΒΑΣΚΑΝΤΟΣ ΑΣΚΛΗΠΙΑΔΟΥ
ΛΥΣΙΜΑΧΙΔΗΣ

Sched. ΕΠΠΙΟΝΟΣ

ΑΓΑΘΟΚΛΗΣ ΕΥΜΕΝΟΥΣ
ΗΡΑΚΛΕΙΔΗΣ
ΝΗΡΕΥΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ
ΘΟΡΙΚΙΟΙ
ΜΕΗ ΕΠΙ ΒΩΜΩ
ΑΤΤΙΚΟΣ ΓΛΑΥΚΩΝΟ . .
ΝΕΙΚΕΡΟΣ ΕΠΙΚΤΗΤΟΥ
ΚΥΡΤΕΙΔΑΙ
ΑΓΑΘΩΝ ΦΟΙΒΟΥ
ΖΗΝΩΝ
Ε . . ΑΠΟΛΛΩΝΙΟΣ
. . Ε ΚΟΡΝΗΛΙΑΝΟΣ
ΟΛΕΡΓΕΙΣ
Π . . . ΤΣΥΝΝΑΚΩΡΟΣ
ΑΡΙΣΤΕΙΔΗΣ ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ
ΖΩΣΙΜΟΣ ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ
ΝΕΙΚΩΝ
ΗΡΕΣΙΔΑΙ
ΔΙΟΝΥΣΙΟΣ

Athenis in Columna in Templo Theſei S. Georgii.

ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ

ΕΠΙ ΑΡΧΟΝΤΟΣ [Μ. ΒΑΛΕΡΙΟΥ ΜΑ
ΜΕΡΤΙΝΟΥ ΜΑΡΑΘΩΝΙΟΥ ΠΡΥ
ΤΑΝΕΙΑΣ ΙΓ ΟΙ ΠΡΥΤΑΝΕΙΣ ΤΗΣ
ΠΑΝΔΕΙΟΝΙΔΗΣ ΦΥΛΗΣ ΤΙΜΗ
ΣΑΝΤΕΣ ΕΑΥΤΟΥΣ ΚΑΙ ΤΟΥΣ ΑΙΣΙ
ΤΟΥΣ ΑΝΕΓΡΑΨΑΝ
ΜΝΥΜΟΣ
. . . . . ΕΙΣ
. . . . . ΝΟΣ

ΦΛΕΥΘΥΚΟΜΑΣ
ΚΥΔΑΘΗΝΑΙΕΙΣ
ΣΑΓΚΙΟΣ ΒΑΚΧΙΟΣ

. . .

Digitized by Google

. . . . . ΝΩΝΟΣ
. . . . ΛΙΟΣ ΦΙΝ . .
ΘΕΟΦΙΛΟΣ
ΤΙΜΟΘΕΟΣ
. . . . . Η ΗΡΑΚΛΕΙΔΟΥ
. . . ΝΟΚΛΗΣ
. . . . ΕΙΟΣ)
. . . ΟΣΘΕΝΗΣ
. . . ΝΗΣΙΟΣ) Μ . . .
. . . . ΗΣ ΟΝΗΣΙΚΡΑΤΟΥ
. . . . . ΙΟΣ
. ανΤΕΡΩΣ
. . . . . .

ΔΑΣΟΥ Μ. ΘΑΛΗΣ ΠΡ
*ΔΑΣΟΥ Μ. ΘΑΚΗΣ ΝΕ * deeſt in Sched.
ΔΑΣΟΥ Μ. ΝΙΚΟΚΡΑΤΗΣ
ΗΛΙΟΔΩΡΟΣ ΑΡΤΕΜΟΝΟΣ
ΑΡΤΕΜΩΝ ΑΡΤΕΜΟΝΟΣ
ΚΕΛΑΔΟΣ ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ
ΤΡΥΦΩΝΙΟΣ ΚΕΛΑΔΟΥ
ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ ΚΕΛΑΔΟΥ
ΦΛ. ΔΙΟΤΙΜΟΣ
ΚΛ. ΖΗΘΟΣ
ΖΩΠΥΡΟΣ ΕΙΣΙΔΟΤΟΥ
ΕΙΣΙΔΟΤΟΣ

ΣΤΕΙΡΙΕΙΣ

. . . . . .

ΤΑΜΙΑΣ ΕΥΤΑΞΙΑΣ ΕΥΤΑΞΙΑΣ
ΕΠΕΡΑΣΤΟΣ ΑΜΦΙΩΝ ΔΗΜΗΤΡΙΟΣ
ΜΕΝΑΝ ΣΩΣΙΒΙΟΥ ΔΗΜΗΤΡΙΟΥ
ΔΡΟΥ ΕΡΩΙΑΔΗΣ ΚΗΦΕΙΣΙΕΥΣ
ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ ΕΞ ΟΙΟΥ

Athenis in Columna in Templo Theſei nunc S. Georgii.

ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ

ΤΩΝ ΣΕΒΑΣΤΩΝ Μ. ΑΥΡΗΛΙΟΥ ΑΝΤΩΝΙΝΟΥ
ΚΑΙ ΑΥΡΗΛΙΟΥ ΒΗΡΟΥ ΑΡΜΕΝΙΑΚΩΝ ΠΑΡΘΙ-
ΚΩΝ ΜΕΓΙΣΤΩΝ. ΤΟΥ ΜΕΤΑ ΜΑΜΕΡΤΙΝΟΝ ΑΡ-
ΧΟΝΤΟΣ ΕΝΙΑΥΤΟΥ, ΣΤΡΑΤΗΓΟΥΝΤΟΣ ΕΠΙ ΤΑ Ο-
ΠΛΑ ΑΥΡΗΛΙΟΥ ΦΙΛΗΜΟΝΟΣ ΦΙΛΑΙΔΟΥ ΕΠΙ ΤΗΣ Β
ΠΡΥΤΑΝΕΙΑΣ, ΟΙ ΠΡΥΤΑΝΕΙΣ ΤΗΣ ΑΚΑΜΑΝΤΙΔΟΣ
ΦΥΛΗΣ ΤΙΜΗΣΑΝΤΕΣ ΕΑΥΤΟΥΣ, ΚΑΙ ΤΟΥΣ ΑΙΣΙΤΟΥΣ
ΑΝΕΓΡΑΨΑΝ.

ΣΦΗΤΤΙΟΙ

ΔΙΟΦΑΝΤΟΣ
ΑΠΟΛΛΙΟΣ ΝΕΟΚΛΗΣ
ΕΥΚΑΡΠΟΣ ΘΕΟΔΟΤΟΥ
ΑΥΛΟΣ ΧΑΡΕΙΣΙΟΥ
ΣΩΚΡΑΤΗΣ)
ΠΟΜΠΩΝΙΟΣ ΑΞΙΟΥ
ΕΠΙΚΤΗΤΟΣ ΦΙΛΕΡΩΤΟΣ
ΕΙΣΙΔΟΤΟΣ ΖΩΣΙΜΟΥ
ΚΑΙΚΙΛΙΟΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΥ
ΕΙΣΙΔΟΤΟΣ)
ΚΑΙ ΦΑΝΙΑΣ
ΚΑΛΛΙΡΕΝΗΣ ΑΥΣΙΜΑΧΙΔΟΥ
ΑΣΚΛΗΠΙΑΔΗΣ ΣΩΣΙΜΟΥ
ΚΕΦΑΛΗΘΕΝ
ΠΡΟΣΔΕΚΤΟΣ ΠΙΣΤΟΚΡΑΤΟΥΣ
ΦΙΛΟΥΜΕΝΟΣ ΕΡΩΤΟΣ
ΠΡΕΙΜΟΣ ΕΡΩΤΟΣ

ΘΟΡΙΚΙΟΙ

ΗΡΑΚΛΕΩΝ ΤΙΜΟΚΡΑΤΟΥΣ
ΕΚ ΚΕΡΑΜΕΩΝ
ΠΙΣΤΟΣ)
ΓΡΑΜΜΑΤΕΥΣ ΒΟΥΛΕΥΤΩΝ Ξ ΗΝΩΝ
ΕΠΩΝΥΜΟΣ ΙΚΕΣΙΟΣ ΘΕΟΓΕΝΟΥΣ

ΑΙΣΙΤΟΙ

ΦΛ ΙΕΡΟΦΑΝΤΗΣ
ΠΟΜ. ΔΑΔΟΥΧΟΣ

In aliae Columnae parte.

ΡΟΥΦΟΣ ΕΠΩΝΥΜΟΣ ΔΙΟΝΥΣΟΔΩΡΟΣ ΜΟΣΧΟΥ
ΘΑΛΛΟΣ ΔΙΟΝΥΣΟΔΩΡΟΥ ΙΚΕΣΙΟΣ ΘΕΟΓΕΝΟΥΣ ΔΕΙΟΣ)
ΙΟΥ. ΦΙΡΜΟΣ ΣΦΗΤΤΙΟΣ ΚΑ. ΛΥΣΑΝΔΡΟΣ
ΑΤΤΙΚΟΣ
ΠΟΝΤΙΑΝΟΣ ΛΑΜΠΡΟΥ
ΕΡΕ. ΑΣΙΑΤΙΚΟΣ
ΑΙΛΙΟΣ ΘΕΟΤΙΜΟΣ
ΔΙΟΓΕΝΗΣ ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΥ

ΑΙΣΙΤΟΙ

ΙΟΥ. ΙΕΡΟΦΑΝΤΗΣ
ΠΟ . . ΔΑΔΟΥΧΟΣ
ΠΕ . . ΙΕΡΟΚΗΡΥΞ
ΠΕ . . ΕΠΙ ΒΩΜ . . . . , ΙΟ . . . .

Digitized by Google

ΚΗΡ . . Ε . . ΚΛΗΑΚ . . . . ΝΙΟΥ ΑΠΙΟΣ ΒΗΣΑΙΕΥΣ
ΓΡΑΜΜΑΤΕΥΣ ΒΟΥΛΗΣ, ΚΑΙ ΔΗΜΟΥ ΑΙΝΟΣ ΣΥΜΦΟΡΟ....
ΑΝΤΙΓΡΑΦΕΥΣ Ω . . . . ΚΙΜΑΧΟΣ ΛΑΜΠΡΕΥΣ
ΠΕΡΙ ΤΟ ΒΗΜΑ . . . . . ΤΑΜΙΑΚΩΣ
ΙΕΡΑΤΛΗΣ . . . ΕΠΙΓ . . ΡΟΥΦΟΥ
ΥΠΟΓΡΑΜΜΑΤΕΥΣ . . ΔΙΟΔΟΤΟΣ
. . . . . ΔΟΣ Ι . . . . ΟΣ

Athenis in alio lapide.

ΕΠΙ ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ ΑΡΧΟΝΤΟΣ ΤΟΥ ΜΕΤΑ
ΠΑΡΑΜΟΝΟΝ, ΕΠΙ ΤΗΣ ΑΙΑΝΤΙΔΟΣ Ε-
ΒΔΟΜΗΣ ΠΡΥΤΑΝΕΙΑΣ, ΗΛΑΜΙΟΣ ΤΙΜΟΥ-
ΧΟΥ ΡΑΜΝΟΥΣΙΟΣ ΕΓΡΑΜΜΑΤΕΥΕ ΕΝ ΓΑ-
ΜΗΛΙΩΝΟΣ ΟΓΔΟΗ ΙΣΤΑΜΕΝΟΥ ΟΓΔΟΗ ΤΗΣ
ΠΡΥΤΑΝΕΙΑΣ ΒΟΥΛΗ ΕΝ ΒΟΥΛΕΥ-
ΤΗΡΙΩ ΤΩΝ ΠΡΟΕΔΡΩΝ ΕΠΕΨΗΦΙΣΕΝ
ΣΤΡΑΤΟΦΩΝ ΣΤΡΑΤΟΚΛΕΟΥΣ ΣΟΥΝΙ
ΕΥΣ ΚΑΙ ΟΙ ΣΥΝΠΡΟΕΔΡΟΙ
ΕΔΟΞΕΝ ΚΑΙ ΒΟΥΛΗ* * Sch. βουλαει
ΡΗΣΟΣ ΑΡΤΕΜΩΝΟΣ ΑΛΑΙΕΥΣ ΕΙΠΕΝ.
ΕΠΕΙΔΗ ΠΡΟΣΟΔΟΝ ΠΟΙΗΣΑΜΕΝΟΣ ΠΡΟΣ
ΤΗΝ ΒΟΥΛΗΝ ΔΙΟΓΝΗΤΟΣ ΕΞ ΟΙΟΥ ΤΑΜΙ-
ΑΣ ΝΑΥΚΛΗΡΩΝ ΚΑΙ ΕΜΠΟΡΩΝ ΤΩΝ ΦΕ-
ΡΟΝΤΩΝ ΤΗΝ ΣΥΝΟΔΟΝ ΤΟΥ ΔΙΟΣ ΤΟΥ * * Sch. το Διοστου
ΞΕΝΙΟΥ ΕΜΦΑΝΙΣΕΙ ΤΗ ΒΟΥΛΗ ΒΟΥΛΕΣ * * Sch. τει βουλει
ΤΑΙ ΤΗΝ ΣΥΝΟΔΟΝ ΑΝΑΘΕΙΝΑΙ ΕΙΚΟΝΑ ΓΡΑ* * Sch. αθειναι
ΠΤΗΝ ΕΝ ΟΠΛΩ ΤΟΥ ΕΑΥΤΩΝ ΠΡΟΞΕ-
ΝΟΥ ΕΧΕΙΡΟΤΟΝΗΜΕΝΟΥ ΔΕ ΚΑΙ ΕΠΙ ΝΙΚ.* * Sch. Νικ. . πτου
ΑΡΗΤΟΥ ΕΠΙ ΤΟΝ ΛΙΜΕΝΑ ΔΙΟΔΩΡΟΥ
ΘΕΟΦΙΛΟΥ ΑΛΑΙΕΩΣ ΚΑΙ ΕΝ ΤΩ ΑΡΧΕΙΩ ΑΥ-
ΤΟΥ ΚΑΙ ΔΙΑ ΤΑΥΤΑ ΠΑΡΑΚΑΛΕΙ ΤΗΝ ΒΟΥ-
ΛΗΝ ΕΠΙΚΥΡΩΣΑΙ ΕΑΥΤΩ ΨΗΦΙΣΜΑ.
ΑΓΑΘΗ ΤΥΧΗ. ΔΕΔΟΧΘΑΙ ΤΗ ΒΟΥΛΗ ΕΠΙ-* * Sch. τει βουλει
Κ . . ΕΧΩΤΗΣΘΑΙ ΔΙΟΓΝΗΤΩ ΚΑΙ ΤΗ ΣΥΝΟΔΩ ΓΡΑ-
ΠΤΗΣ ΕΙΚΟΝΟΣ ΕΝ ΟΠΛΩ ΔΙΟΔΩΡΟΥ ΤΟΥ
ΘΕΟΦΙΛΟΥ ΑΛΑΙΕΩΣ ΚΑΙ ΕΝ ΤΩ ΑΡΧΕΙΩ ΑΥ-
ΤΟΥ ΚΑΘΑΠΕΡ ΠΑΡΑΚΑΛΕΙ ΤΗΝ ΒΟΥΛΗΝ

Athenis.

Ο ΔΗΜΟΣ

ΒΑΣΙΛΕΑ ΑΡΙΟΒΑΡΖΑΝΗΝ ΕΥΣΕΒΗ ΦΙΛΟ-
ΡΩΜΑΙΟΝ ΤΟΝ ΕΚ ΒΑΣΙΛΕΩΣ ΑΡΙΟΒΑΡΖΑ-
ΝΟΥ ΦΙΛΟΠΑΤΟΡΟΣ ΚΑΙ ΒΑΣΙΛΙΣΣΗΣ ΑΘΗ-
ΝΑΙΔΟΣ ΦΙΛΟΣΤΟΡΓΟΥ ΤΟΝ ΕΑΥΤΟΥ ΕΥ-
ΕΡΓΕΤΗΝ ΑΝΕΘΗΚΕΝ

Athenis in Collegio novo.

ΘΑΛΗΝ ΔΩΣΙΘΕΟΥ ΠΑΜΒΩΤΑΔΗΝ
ΤΟΝ ΚΟΣΜΗΤΗΝ Θ ΕΦΗΒΟΣ
ΔΡΥΑΝΤΙΑΝΟΣ ΚΑΛΛΑΙΣΧΡΟΥ
ΜΑΡΑΘΩΝΙΟΣ

Athenis.

ΔΙΟΝΥΣΙΑ
ΔΩΡΙΩΝΟΣ
ΜΙΛΗΣΙΑ
ΔΙΟΝΥΣΙΟΥ
ΜΙΛΗΣΙΟΥ
ΓΥΝΗ

Quum

Digitized by Google

Quum Vir Cl. *Eduardus Corſinius* iam laudatus *Tomo I.* & *II.* ſui Operis, quod *Faſtos Atticos* inſcripſit, & poſt iam excuſa noſtra Volumina edidit, varios Archontes Athenienſes, quales *Io. Meurſius*, & alii Viri eruditi, nobis exhibuerunt, ſicuti ex *Catalogis* ſuperius *Col.* 904. & in *Praefatione pag.* LXXXIV. & LXXXVIII. productis videre eſt, ex Archontum Eponymorum Albo expungendos; varios autem alios eidem adſcribendos & addendos, eſſe cenſuerit; lubet heic ex eo proferre, quos ex Albo delendos, quos adſcribendos, opinatus eſt. Itaque ab eo Pſeudeponymi exiſtimantur inſequentes.

Ante initium Olympiadum		*Procles*			IV. Ol.	CIX.	*Nicocles.*
Olymp. XXXVI. vel		XLVI.	*Epaenetus*	circa	Ol.	CIX.	*Nicias.*
Ante Olympiadem		LXVII.	*Piſiſtratus*		I. Ol.	CX.	*Mneſitheides,* *
Ann. III. Olympiad.		LXXV.	*Cebris*	I. &	II. Ol.	CX.	*Chaerondas.*
	IV. Ol.	LXXV.	*Themiſtocles*		II Ol.	CX.	*Euthycles.* *
	II. Ol.	LXXVIII.	*Ariſtides*		II. Ol.	CX.	*Heropythes.* *
circa	Ol.	LXXX.	*Myronides*		II. Ol.	CX.	*Nauſicles.* *
circa	Ol.	XC.	*Agyrrhius*	circa	Ol.	XCIV.	*Xenias.*
circa	Ol.	XC.	*Cteſicles*		III. Ol.	CXV.	*Phocion.*
circa	Ol.	XC.	*Nicias*		III. Ol.	CLXXXIII.	*Epicrates.*
	Ol.	CV.	*Calamio.*	circa an. Ch.		CC.	*Aurelius Ancharenus.*
	III. Ol.	CV.	*Demonicus.* * forte	eod. anno			*Bentidius Suta.*
	II. Ol.	CLXXX.	*Mneſiphilus.* *				*Phaedrias.*
	III. Ol.	CIX.	*Polycles.* * forte.	poſt. an. Ch.		CCCXX.	*Prulades* * forte.
	IV. Ol.	CIX.	*Neocles.* *	circa an. Ch.		D.	*Theagenes.*

Hoſce omnes igitur eradendos ex Archontum Albo putat laudatus *Corſinius*, quibus & qualibus rationibus & argumentis, per otium examinare ac perpendere modo non licet. Gradum igitur facio ad illos Archontas, quos in variis Scriptoribus ſe deprehendiſſe *Corſinius* dicit, atque in Faſtis omnibus hactenus editis aut omiſſos, aut temere cum Archontibus aliis confuſos, fuiſſe adfirmat. Sunt autem qui ſequuntur, ex eius *Tom. II. Diſſert. X.*

Tleſias.
Mnaſippus.
Socratides.
Apollodorus.
Diphilus.
Diocles.
Cephiſidorus.
Athenion, ſive *Ariſtion.*
Magnus Gaius
Areſtarchus Phalereus.
Titus Aelius Hadrianus Auguſtus.
Herodes Attici Marathonius.
Ariſtides.
Pantacles.
Plutarchus, & Bocotus.

Quum igitur *Corſinius* illos Archontes expunxerit, hos Faſtis Atticis aut addiderit, aut illuſtraverit, *Tomo III.* & *IV.* ſui operis ſeriem Archontum Eponymorum texit ac digerit, iuxta quod ei veriſimilius videtur. Verum heic animadvertendum eſt, *Tleſiam*, *Socratidem*, *Apollodorum*, *Diphilum*, *Dioclem*, *Cephiſodorum*, *Ariſtionem*, *Hadrianum*, *Herodem*, *Ariſtidem*, etiam ab *Meurſio* inter Archontes recenſitos fuiſſe, vel ab me additos, ut Indicem Archontum *Col.* 904. adpoſitum conſulenti ſtatim patet. Horum plerique connumerantur quoque in ſuis Catalogis ab *Humfrido Prideauxio*, & *Io. Alberto Fabricio*, ut ſuperius in *Praefatione pag.* LXXXIV. & LXXXVIII. exſtat. Quare dicendum eſt, percelebrem *Corſinium* paucos quoſdam ab aliis omiſſos adpoſuiſſe; de reliquis vero quaedam diſſertaviſſe, ut vel ab aliis diſtingueret, vel certiori aetati adſignaret, vel res eorum melius illuſtrare contenderet, quam ab aliis factum fuiſſe ſibi videretur, ut ab eius *Diſſertationem IX. Tomo II.* legentibus primore adſpectu intelligitur. Alia Archontum Eponymorum nomina antea ignorata ſubpeditant Inſcriptiones Atticae, paullo ante exhibitae, ex eiuſdem *Corſinii* Opere, quod *Inſcriptionum Atticarum* titulum praefert, & de quo actum eſt in *Ephemeridibus Florentinis litterariis vertentis anni* MDCCLII. *Col.* 495.

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google